Magister Sinibaldus de Flisco seu Fliscus (*i. e.* Fiesco; *cf.* v. Raumer Hohenstaufen IV. 121), Ianuensis, Hugonis comitis de Lavania (»quae est in episcopatu Ianuensi« Salimbene Parmens. Chron. 59) et N. Grillae filius, ab ineunte aetate litterarum studiis operam dedit sub disciplina Opizzii patrui episcopi Parmensis, a quo canonicatum in principe ecclesia Parmae obtinuit. (»Parmensis ecclesiae, cuius nos alumpnum fuisse recolimus.« *Vid.* nº 11080.) »Bernardus Rolandi Rubei de Parma fuit cognatus domini papae Innocentii IV, habuit enim sororem papae uxorem.« (Salimbene l. c. 78.)

In iurisprudentia, cui litterarum generi Bononiae devinctus fuit, tantum profecit, ut Luminare Mundi omnium voce diceretur. Parma Romam se contulit. Auditor in multis causis statim datus est (*vid.* p. 679. 939), sed cum Hugolino episcopo cardinale Ostiensi apostolicae sedis legato Ianuam paulo post rediit ad sedanda Pisanos inter et Ianuenses dissidia. Albingauensis deinde episcopus et S. Romanae ecclesiae viceancellarius ab Honorio III denominatus est, quo defuncto, cum laudatus Hugolinus Petri cathedram ascendisset et Gregorius IX dictus esset, in prima cardinalium creatione (1227. Sept.) Sinibaldum presbyterum cardinalem tit. S. Laurentii in lucina nominavit (*cf.* Nicolaus de Curbio Vita I-i § 6 ap. Baluze Miscell. VII. 357 [ed. Mansi I. 195]; *vid. supra* p. 938). Post obitum Coelestini IV summus pontifex renuntiatus est, »qui cum filius sit civitatis Ianue oriundus, litteras ex parte sua mirabiliter compositas primo communi Ianue mandavit de promotione dignitatis sue continentes, et quod civitatem et universos de Ianua tanquam filios sub protectione s. Romane ecclesie fovere volebat. De quo universi de Ianua magni mediocres et minores in tantum letati fuerunt, quod quidem videbantur ad astra volare.« Bartholomaei scribae Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 212 Cum sibi ad memoriam Innocentii III pp. nomen »Innocentius IV« imponeret, mentem suam dilucide explicuit. — Regestum originale anni sexti huius papae extat in Bibliotheca nationali Parisiensi nº 4039. Colb. 1455. reg. 3890. 9, antea Romae in archivo Vaticano. Typis exscripsit Const. Höfler *in* Albert von Beham (Stuttgart, Literar. Verein 1847. 8º) 159—220. Totum anni septimi regestum desideratur. (Theiner Mon. Hungar. I. 207. nota.)

1243.

Iun. 25 — Anagniae

Eligitur. »Ad summum sacerdotii apicem aº Dⁱ 1242(!) vi die exeunte Iunio extitit sublimatus et ... fuit Innocentius nuncupatus.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita I-i IV § 6 ap. Baluze Miscell. VII. 357 (ed. Mansi I. 195). — »Eligitur in papam Anagniae in crastino s. Iohannis baptistae aº Dⁱ 1243.« ‖ Ex Bern. Guidonis Chron. ap. Baluze l. c. 405 (ed. Mansi I. 206). — »Mense Iunii, sequenti die post festum s. Iohannis assumptus fuit ad dignitatem apostolatus.« ‖ Bartholomaei scribae Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVII. 212. — »vii kal. Iul. Innocentius pp. electus est.« ‖ Chron. S. Petri ap. Mencken Scr. rer. Germ. III. 259. — »In festo b. Prosperi (*i. e.* Iun. 25) cardinales omnes insimul in Urbe congregati elegerunt domnum Sygembaldum in apostolicum.« ‖ Annal. Placent. ap. Pertz l. c. XVIII. 486 (Chronica tria Placent. 166). — »Eligitur et vocatus est Innocentius pp. IV vii kal. Iul.« ‖ Hermanni Altah. Annal. ap. Pertz l. c. XVII. 394. — »vii kal. Iul. electus est.« ‖ Annal. Erphordens. ap. Pertz l. c. XVI. 34 (*sub tit.*: Anon. Chron. Erford. ap. Schannat Vindem. I. 100). — »Cardinales ... Anagniae accesserunt, tunc dominum Synebaldum presb. card. ad tit. S. Martini in Montibus in crastino nativitatis s. Iohannis bapt. in papam elegerunt.« ‖ Chronica de Mailros (ed. Edinburg. 1835. 4º) 155. — »Sinebaldus presb. card. tit. S. Laurentii in lucina (consecratus, *sed correxerim*) creatus est in summum pontificem vii kal. Iul.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 179. —

»Die nativitatis s. Iohannis bapt. (*i. e.* Iun. 24) creatus est in papam dominus Sinebaldus cardinalis ... Creatus autem est Anagniae.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 604 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1243 § 5). — »Catholice eligitur ... ad festum s. Iohannis bapt.« ‖ Annal. de Theokesberia *in* Annal. monast. I. 130. —

»Electus est ... exeunte mense Iunio in festo s. Petri« (*i. e.* Iun. 29). ‖ Salimbene Parm. Chron. 59. — »Circa ad vincula s. Petri (*i. e.* Aug. 1) electus est ad apicem apostolicae dignitatis dominus Syneboldus presb. card., et quia aliis diversa sapientibus ipse dilexit vivere pacifice ac innocenter, dictus est Innocentius.« ‖ Emonis Chron. ed. Feith (1866.) 182.

»Mense Iunii 1243 Sinibaldus tit. S. Laurentii in lucina presb. card. aput Anagniam in papam Innocentium IV creatus est de voluntate et consensu omnium cardinalium.« ‖ Ryccardi de S. Germ. Chron. ap. Pertz l. c. XIX. 384 (ap. Muratori Scr. rer. Ital. VII. 1050; ap. Raynald. l. c. 1243 § 5; ap. Ughelli Ital. sacra III. [1647.] 1040. — »Cardinales ... elegerunt domnum Sinibaldum cardinalem de comitibus Levania Ianuensem, qui appellatus est Innocentius IV.« ‖ Annal. S. Iustinae Patav. ap. Pertz l. c. XIX. 158.

» 28 — (»)

Consecratur. »iv kal. Iulii feliciter consecratus.« ‖ Nicolaus de Curbio l. c. 357 (195). — »Senebaldus dictus Innocentius IV papatum suscepit dominica post festum s. Iohannis bapt.« ‖ Annal. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 435. — »Consecratus est vigilia apostolorum Petri et Pauli. ‖ Annal. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 330. — »Dominica

1243.

infra octavas apostolorum Petri et Pauli (*i. e.* Iun. 28) consecratur.« ‖ Chronica de Mailros l. c. 155. —

»Die apostolorum Petri et Pauli (*i. e.* Iun. 29) confirmatus est.« ‖ Matth. Paris l. c. 604. — »Die s. Laurentii (*i. e.* Aug. 10) consecratus.« ‖ Annal. de Dunstaplia *in* Annal. monast. III. 162.

(Iun. 29. 30) (Anagniae) (11077) (Arnoldo) electo Trevirensi per (Henricum) abbatem S. Maximini Trevirensis pallium transmittit. *Sine signo chronol.* ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 250 (ed. Wyttenbach I. 331); Kyriander Annal. Trevir. XV. 175; Brower Annal. Trevir. II. 138. — »Cum pallium insigne.«

(») (») (11078) Eidem indulget, ut beneficia ecclesiastica quae electionis suae tempore obtinebat, illis dumtaxat exceptis quae de mandato sedis apostolicae aliis sint collata, retinere possit. *Sine signo chronol.* ‖ Gesta Trevir. ap. Martene l. c. 250 (ed. Wyttenbach l. c. 331); Kyriander l. c. 175; Hontheim Hist. Trevir. I. 729. — »Promerente tuae devotionis.«

Iul. 2 » (11079) Remensi archiepiscopo eiusque suffraganeis scribit de sua in pontificem maximum electione, eos hortatur ut impleant legitime pastorale ministerium, eisque mandat ut latori praesentium praeter victum nihil penitus tribuant. VI non. Iul. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1243 § 7; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 502. n° 1. — »Felicis recordationis Coelestino.«

» 7 » (11080) Abbati S. Iohannis Parmensis mandat, ut Bernardo Vitii dilapidatione suspecto administrationem Parmensis ecclesiae »cuius nos alumpnum fuisse recolimus« penitus interdicat et proventus eiusdem recipiat eosque ac cetera ipsius ecclesiae bona ad opus eiusdem fideliter conservet ac dicto Bernardo de his proventibus provisionem congruentem assignet. Non. Iul. a° 1°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 375. n° 67. — »Qui omnium ecclesiarum.«

» 7 » (11081) (Benedicto) episcopo Cenadiensi, S. Martini de Pannonia b. Ben. et S. Gotardi Cisterc. ordd. abbatibus Geuriens. dioc. mandat, ut postulationem de (Stephano) episcopo Waciensi in archiepiscopum Strigoniensem factam confirment et ab ipso solitum iuramentum recipiant. Non. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 186. n° 343. — »Vacante Strigoniensi ecclesia.«

» 9 » (11082) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum ecclesiam b. Matthaei sitam iuxta Cosentiam, quam eis b. m. archiepiscopus Cosentinus cum domibus, horto et culturis concesserat, auctoritate apostolica confirmat. VII id. Iul. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 117. n° 1. — »Religionis vestre meretur.«

» 10 » (11083) Priorem provincialem et fratres inquisitores contra haereticos in Provincia constitutos ordinis fratrum Praedicatorum rogat et hortatur, ut in negotio inquisitionis iuxta formam a Gregorio pp. praedecessore editam et a se ipso postmodum innovatam contra haereticos, credentes et fautores *etc.* efficaciter procedant. VI id. Iul. a° 1°. ‖ Percin Mon. conventus Tolosani III. 208; Ripoll l. c. 118. n° 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 305. n° 2. — »Inter alia desiderabilia.«

» 11 » (11084) Electo Nitriensi, (Adamo) praeposito S. Thomae Strigoniensis et magistro Petro subdiacono suo canonico Colocensi mandat, ut (Benedictum) Varadinensem, nisi forte aliquis contra ipsum contradictor appareat, qui sit merito audiendus, a vinculo quo Varadinensi ecclesiae teneatur absolvant et in pastorem Geuriensi ecclesiae concedant. V id. Iul. a° 1°. ‖ Péterfius Conc. Hung. I. 68; Katona Hist. crit. VI. 2; Fejér Cod. dipl. IV. I. 280 *et* VII. V. 262; Kollar Hist. iuris patron. 154; Theiner Mon. Hungar. I. 186. n° 344. — »Vacante Geuriensi ecclesia.«

» 13 » (11085) Priori de ordine Praedicatorum Albensium (Albanensium *Rip.*) in Hungaria concedit facultatem, ut in curia (Belae) regis Hungariae moraturus fidelium confessiones audire, poenitentiam iniungere, excommunicatis absolutionis beneficium impertiri possit. III id. Iul. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 119. n° 3; Fejér l. c. 301; Theiner l. c. 186. n° 345. — »Ad gloriam conditoris.«

» 13 » (11086) (Salvo) episcopo Perusino mandat, ut, si abbas et conventus monasterii Saxi vivi quondam Fulginatens. dioc. tres saumas lignorum abbatissae et conventui monasterii s. Mariae ord. s. Dam. eiusdem dioc. permittere detrectaverint, eos ad id ecclesiastica censura compellat. III id. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 306. n° 3. — »Etsi omnibus sumus.«

» 14 » (11087) Abbatem et conventum monasterii monachorum Graecorum s. Margaritae de Agros ord. s. Basilii Nicosiens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem grangiam s. Mariae de Brilo in capite de Cavata Nemociens. dioc. et alia bona eis confirmat. II id. Iul. a° 1°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 643. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 14 » (11088) Magistro P. de Baion Toletano et P. Alberti Barchinonensi canonicis et fratri P. Guarnerio ordinis Praedicatorum mandat, ut in causa Toletani et Tarraconensis archiepiscoporum super ordinationibus ecclesiae Valentinae infra quatuor menses testes recipiant ac diligenter examinent. II id. Iul. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 119. n° 4. — »Olim in causa.«

1243.

Iul. 15 Anagniae (11089) Priori provinciali et fratribus ordinis Praedicatorum in Provincia constitutis concedit facultatem capiendi, ligandi, mancipandi carceri et alias subdendi disciplinae rigori apostatas sui ordinis. Id. Iul. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 120. n° 5. — »Libenter illas petitiones.«

» 15 » (11090) Archiepiscopo Viennensi de superiore epistola significat eique mandat, faciat ut sententiae ipsae usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observentur. Id. Iul. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 6. — »Ex parte dilecti.«

» 15 » (11091) Maioris ecclesiae et S. Georgii Strigoniensis et Geuriensi praepositis confirmationem electionis (Benedicti) praepositi Albensis in Colocensem archiepiscopum auctoritate apostolica factam nunciat eisque mandat, ut eidem, ascito canonico suffraganeorum numero, faciant munus consecrationis impendi. Id. Iul. a° 1°. ‖ Péterfius Concil. Hungar. I. 68; Kollar Hist. iur. patron. 154; Katona Hist. crit. VI. 2; Fejér Cod. dipl. IV. I. 281; Theiner Mon. Hungar. I. 187. n° 346. — »Vacante Colocensi ecclesia.«

» 16 » (11092) (Clarino) episcopo Carcassonensi inhibet, »ne in locis suspectis aut insinuatis de haeresi ultra Rodanum, in Provincia fratribus Praedicatoribus Provinciae per suum ordinem limitata, interdicti sententiae promulgentur, nisi ad hoc forsitan vigeat publica malitia;« mandat ei, ut, si contra hanc inhibitionem tales sententias proferri contigerit, eas provide studeat revocare. XVII kal. Aug. a° 1°. ‖ Bouges Hist. de Carcassonne 553. preuv. 43; Mahul Cartul. V. 415; Ripolli Bullar. Praed. I. 121. n° 8. — »Quia sicut accepimus.«

» 16 » (11093) Iohanni Cincii canonico S. Angeli in Piscibus de Urbe mandat, faciat ut sententia definitiva et excommunicationis, quam archipresbyter SS. Cyri et Iohannis pro Scholastica moniali S. Bibianae de Urbe contra abbatissam et conventum eiusdem monasterii promulgaverit, usque ad satisfactionem inviolabiliter observetur. XVII kal. Aug. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 400. — »Sua nobilis Scholastica.«

» 18 » (11094) Electo Avenionensi mandat, ut, si contra inhibitionem apostolicam in locis suspectis aut infamatis de haeresi contra Rhodanum in Provincia fratribus Praedicatoribus Provinciae per suum ordinem limitata interdicti sententiae ab aliquibus ecclesiasticis iudicibus promulgentur, eas denuntiet non valere. XV kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 120. n° 7. | »Quia sicut accepimus.«

» 18 resp. 19 » (11095) (Stephano) episcopo quondam Waciensi in Strigoniensem archiepiscopum postulato legationis officium in Croatia et Dalmatia committit eumque rogat, ut pravitatis haereticae maculas, quibus istae terrae sint infectae, abolere studeat. XIV (XV *Kat., Fej.*) kal. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 187. n° 347; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 148; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1243 § 35; ap. Katona Hist. crit. VI. 4; ap. Fejér Cod. dipl. IV. I. 282. — »Virtutum dominus in.«

» 21 » (11096) Bertholdum patriarcham Aquileiensem, receptis novis Hungariae ob Tartaros periculis, rogat, inducat Christi fideles in Theutonia constitutos, ut ipsi »per quos adversus tyrannidem perfidorum christiana potissime solet defendi religio«, contra satanae nuncios Tartarique ministros crucis signaculum pro sic afflicti populi salute suscipiant. Addit, se omnibus qui de Alemannia signo crucis assumpto in Ungariam contra Tartarorum processerint feritatem indulgentiam Terrae sanctae elargiri. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 36; Katona l. c. 6; Fejér l. c. 299; Theiner l. c. 187. n° 348. — »Plenae lacrimis et.«

» 22 » (11097) Weleradensi Cisterc. et Zabirdovicensi Praemonstr. ordinum abbatibus et praeposito ecclesiae de Dubravinic Olomucens. dioc. mandat, ut inquirant, quo tempore et per quos Hungariae regnum, praesentibus Tartaris et post illorum recessum, hostiliter vastatum sit. XI kal. Aug. a° 1°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 514. n° 1079; Fejér l. c. 302; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 28; Theiner l. c. 188. n° 349; *cf.* Palacky Reise 28. n° 157. — »Spaciosum et speciosum.«

» 23 » (11098) Abbati et conventui S. Nichasii Remensis concedit, ut in suo monasterio maiorem numerum sexagenario de personis idoneis iuxta facultates ipsius ordinare possint. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Varin Arch. adm. de Reims I. II. 654. — »Religionis vestre fervor.«

» 23 » (11099) De Zabardoviz [Zabrdowice] et de Trebecz [Třebjč] abbatibus et praeposito S. Benedicti apud Brunnam mandat, ut causam inter abbatissam sororesque monasterii s. Francisci Olomucensis et magistrum cruciferorum militiae Templi domus in Iemolitz [Jamolice] super redditibus, decimis *etc.* vertentem decidant. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 41. n° 53; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 523. n° 1098, *uterque perperam ad* a. 1244. — »Conqueste sunt nobis.«

» 23 » • (11100) (Fulconi) archiepiscopo Gneznensi mandat, ut invasores et molestatores monasterii Trebnicensis ord. Cisterc. Wratislaviens. dioc. laicos excommunicationis sententia, clericos suspensione ab officio et beneficio coerceat. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Grünhagen Regesten I. 233. n° 601.

1243.

Iul. 25 (Anagniae) »Innocentius IV est viii kal. Aug. CATHEDRATUS.« ‖ Walteri de Heminburgh Chron. I. 294.

» 28 » (11101) (Ludovicum) regem Francorum rogat, ut (Ioffrido) Cathalaunensi electo regalia cum perceptis ex eis fructibus a tempore confirmationis electionis ipsius iuxta praedecessoris sui litterarum tenorem sine difficultate qualibet faciat assignari. v kal. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Teulet Layettes II. 517. nᵒ 3122. — »Ex multe dilectionis.«

» 29 » (11102) (Willelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato concedit facultatem limitandi in ipsa Pruscia et coniuncta ei terra Culmensi dioceses ac eiusdem Prusciae terram dividendi per partes ab hospitalis s. Mariae Teutonicorum et episcopo vel episcopis, qui pro tempore in Pruscia et eadem terra Culmensi fuerint, obtinendas. iv kal. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 32; Gebser Dom zu Königsberg (2 Bde. *ibid.* 1835. 33. 8ᵒ) I. 20; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 53. nᵒ 56; Theiner Mon. Polon. I. 36. nᵒ 75; *cf.* Hartknoch Privil. ad Petrum de Dusburg 480. — »Hiis que per.«

» 30 » (11103) (Christiano) episcopo Prusciae scribit, (Wilhelmum) episcopum quondam Mutinensem poenitentiarium apud sedem apostolicam constitutum, cui in ipsius Prusciae ac Livoniae partibus plenae legationis officium sit commissum, post gloriosas fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum et aliorum Christi fidelium in Pruscia victorias tres dioceses in ipsa Pruscia et unam in terra Culmensi auctoritate apostolica limitasse et tres partes de terra Prusciae fecisse, quarum duas dictis fratribus deputaverit; mandat ei, ut unam ipsarum diocesum sibi eligat. iii kal. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Raynald. l. c. § 32; Hennes UB. d. deutsch. Ord. I. 116; Watterich Deutsch. Ordensstaat 260. nᵒ 30; Theiner l. c. 36. nᵒ 76; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 8. nᵒ 6; Hartknoch l. c. 480. — »Hiis que per.«

» 30 » (11104) Archidiacono, decano Laudoniae et magistro scolarum de Betewic S. Andreae dioc. (in Scotia) mandat, ut examen litis inter abbatem conventumque monasterii de Dundrainan Cisterc. ord. ex parte una et Nicolaum de Culenes militem et Caeciliam uxorem eius Candidae Casae diocesis ex altera super quibusdam possessionibus et rebus aliis ad dotem ipsius Caeciliae spectantibus vertentis reassumant et terminent. iii kal. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Theiner Mon. Hibern. 41. nᵒ 105. — »Sua nobis dilecti.«

» 30 » (11105) Compositionem inter (Thomam) decanum capitulumque ecclesiae s. Quintini ex una parte et b. mem. (Nicolaum) episcopum Noviomensem ex altera super iurisdictione quarundam ecclesiarum parochialium et parochianorum ipsarum in villa Sancti Quintini existentium et rebus aliis provide factam confirmat. iii kal. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Hemeraeus Augusta Virom. 230; Colliette Mém. pour l'hist. de Vermandois II. 685. — »Cum a nobis.«

Aug. 3 » (11106) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi mandat, ut, si in Hungariae regnum Tartari infra annum post susceptionem praesentium redierint, (Kanuti) ducis Norwegiae crucesignati desiderium proficiscendi in subsidium dicti regni vice sua admittat. »Alioquin extunc receptis ab eo expensis, quas esset eundo in Terram sanctam inibi morando et redeundo facturus, labore itineris nichilominus compensato, ipsum a voto« absolvat. iii non. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 21. nᵒ 27; Fejér Cod. dipl. IV. i. 303. — »Ex parte dilecti.«

» 4 » (11107) Abbatissae et conventui monialium monasterii s. Antonii Barchinonensibus ord. s. Dam., quas b. mem. Berengarius Barchinonensis episcopus iv kal. Apr. 1239 ab episcopali iure exemerat, hanc exemtionem confirmat (xi, *sed legas*) ii non. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 421. nᵒ 1, *cf.* p. 94; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 307. nᵒ 4. — »Cum a nobis.«

» 5 » (11108) Patriarchae Hierosolymitano apostolicae sedis legato intimat, se rogasse et hortatum esse archiepiscopos et episcopos eorumque capitula necnon domus militiae Templi, hospitalis Hierosolymitani *etc.* in ultramarinis partibus, ut ad reparationem murorum civitatis Hierosolymitanae undique dirutorum dent opem et operam et ad principium potissime congruum subsidium iuxta taxationem, quam patriarchae ipsi transmittat. Mandat ei, ut iuxta taxationem eandem nominatum subsidium instanter exigat. Non. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 52. — »In succursum Terrae.«

» 7 » (11109) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Monte Sancto Tudertini ord. s. Dam., quibus ad mandatum f. r. Gregorii IX pp. archidiaconus Tudertinus omnes possessiones ecclesiae s. Leucii Tudert. assignaverat, praedictas possessiones confirmat. vii id. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 422. nᵒ 2; *cf.* p. 94; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 308. nᵒ 5. — »Iustis petentium desideriis.«

» 7 » (11110) Officiali et priori S. Nicolai Ebroicensibus mandat, ut de pecunia a Roberto de Collivill. ord. fratr. Minor. apud eos deposita Nicolao Deutesalve mercatori Romano 400 libras Turon., quas procuratoribus imperatoris Constantinopolitani existentibus in Romana curia mutuaverit, sine difficultate qualibet assignent. vii id. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Wadding l. c. 422. nᵒ 3. — »Dilectus filius frater.« *Cf.* 1243. Sept. 17. nᵒ 11131.

1243.

Aug. 11 (Anagniae) (11111) Decano Engolismensi, priori de Alavilla et archipresbytero de Calesio Engolism. et Xantonens. diocc. mandat, ut, inquisita de ecclesiae s. Iuniani Lemovic. dioc. facultatibus veritate, tot duntaxat ibidem statuant praebendas, quot viderint ipsius proventus sufficere, ut singulis 20 librae Turonenses deputentur. iii id. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Maleu Chroniq. 71. — »Admonet nos cura.«

» 11 » * (11112) Bulle du pape Innocent IV confirmant aux religieux de Marmoutier la possession de l'église de St. Remy construite in Castro Rocei avec toutes ses dépendances. iii id. Aug. aᵒ 1ᵒ. ‖ Mabille Catal. des diploms (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV.) 550. nᵒ 10.

» 17 » (11113) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Francisci de Arnales Zamorens. dioc. ord. s. Dam. concedit, ut vino et pulmentis omni tempore utantur, excepta feria sexta; ut sacconum et capitalium cum palea semper usum liberum habeant *etc.* xvi kal. Sept. aᵒ 1ᵒ. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 423. nᵒ 4, *cf.* p. 94; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 309. nᵒ 7. — »Divinae affluentiam pietatis.«

» 17 » (11114) Commune Narniense, ad quos Neapoleonem militem de Faventia destinat in potestatem ab eis hoc anno ad suae civitatis regimen assumendum, rogat ut illum benigne recipiant *etc.* xvi kal. Sept. aᵒ 1ᵒ. ‖ G. Ces. Tonduzzi Historie di Faenza (Faenza 1675. fol.) 282. — »Cum ad vos.«

» 21 » (11115) Abbati et conventui S. Augustini Cantuariensibus utendi pileis suorum ordini congruentibus, cum divinis interfuerint officiis, concedit liberam facultatem. xii kal. Sept. aᵒ 1ᵒ. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 41, *nonnisi fragm.*

» 23 » (11116) Conventui et priori ecclesiae Christi Cantuariensis, qui iurisdictionem metropolitani Cantuariensi sede vacante in provinciam Cantuariensem ad ipsos pertinere dicebant, in episcopum Lincolniensem eiusque subditos illam committendo eorum causas et appellationes ab eis interpositas exercere contendebant, et, cum ille propter hoc ad sedem apostolicam provocasset, in eum eiusque subditos suspensionis et excommunicationis sententias promulgaverant, mandat, ut infra octo dies relaxent praedictas sententias ad cautelam. x kal. Sept. aᵒ 1ᵒ. ‖ Matth. Paris Hist. maior 605; Mansi Conc. XXIII. 566. — »Exhibita nobis venerabilis.«

» 26 » (11117) (Petrum) archiepiscopum Rothomagensem et (Wilhelmum) episcopum quondam Mutinensem et abbatem S. Facundi nuntios sedis apostolicae hortatur, insistant studiosis exhortationibus apud principem (*i. e.* Fridericum II imper.) »ut de sua salute sollicite cogitans universo populo christiano de pacis tranquillitate provideat, et arma, quae adversus ecclesiam irreverenter assumpsit, contra haereticos, schismaticos aliosque inimicos orthodoxae fidei convertat.« Si monitionibus se non inclinet, mandat eis, ut ad papam protinus redeant. vii kal. (non. *Rayn.*; id. *legit Tr.*) Sept. aᵒ 1ᵒ. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 17; Tromby Storia V. app. 159; Pertz Mon. Germ. hist., leg. II. 342; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 113. — »Litteras vestras benigne.«

(» 20-26) (») (11118) P(etro) Rothomagensi archiepiscopo, Willelmo quondam episcopo Mutinensi et Guillelmo abbati S. Facundi legatis tradit articulos de pace tractanda, quos proponant Friderico imperatori Romanorum. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 14; Tromby l. c. 158. nᵒ 32; ap. Pertz l. c. 342; ap. Huillard-Bréholles l. c. 118. — »Proponant nuntii quod.«

» 27 » (11119) (Iacobo Praenestino episcopo) qui apud ecclesiam s. Petri de Palliano suae diocesis monasterium monialium de novo fundaverat, clericis, possessionibus ac iure parochiali eiusdem ecclesiae ad ecclesiam s. Nicolai quae ipsius erat capella propria auctoritate translatis, mandat ut praedicta omnia ad ius et proprietatem eiusdem monasterii revocet. vi kal. Sept. aᵒ 1ᵒ. ‖ Petrini Mem. Prenestine 407. nᵒ 15, *deficiente initio.*

» 29 » (11120) Abbati de Cerreto Cisterc. ord., archipresbytero de Senua Laudens. dioc. et praeposito Laudensi mandat, ut omnes proventus, qui ad mensam episcopalem Laudensem spectant, integre colligant et fideliter conservent. iv kal. Sept. aᵒ 1ᵒ. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 675. — »Cum felicis recordationis.«

» 31 — (Bertoldo) episcopo Argentinensi: »Lugduni ii kal. Sept. aᵒ 1ᵒ«. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 385. nᵒ 502, *vid.* 1245. Aug. 31.

Sept. 2 Anagniae (11121) (Petro) Rothomagensi et (Willelmo) episcopo quondam Mutinensi et (Guillelmo) abbati S. Facundi nuntiis sedis apostolicae respondet, »quatinus est beneplaciti nostri, ut nuntiis principis (*i. e.* Friderici II imp.) ad nostram accessuris praesentiam absolutionis beneficium impendatis«; pro desiderio pacis illud etiam (Berardo) Panormitano archiepiscopo conferatur. iv non. Sept. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pertz Mon. Germ. hist., leg. II. 344; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 118. — »Litterarum vestrarum serie.«

» 3 » (11122) Repetit Gregorii IX nᵒ 10804 d. d. 1239. Oct. 25: »iii non. Sept. aᵒ 1ᵒ« — »Inspirationis divine gratia.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 120. nᵒ 9.

» 4 » (11123) Repetit nᵒ 6654 d. d. 1221. Mai. 6: »ii non. Sept. aᵒ 1ᵒ« — »Postulastis a nobis.« ‖ Ripoll l. c. nᵒ 10.

1243.

Sept. 4 — Anagniae — (11124) Repetit n° 9775 d. d. 1234. Nov. 27: »II non. Sept. a° 1°« — »Ne pro eo.« ‖ Ripoll l. c. n° 11.

» 5 — » — (11125) Repetit n° 8166 d. d. 1228. Apr. 9: »Non. Sept. a° 1°« — »Cum tanquam veri.« ‖ Ripoll l. c. n° 12.

» 5 — » — (11126) Repetit n° 7943 d. d. 1227. Iun. 18: »Non. Sept. a° 1°« — *Omisso initio.* ‖ Ripoll l. c. 122. n° 13.

» 5 — » — (11127) Abbatissae et conventui monasterii s. Petri de Paliano ord. s. Ben. Penestrin. dioc., quibus I(acobus) Penestrinus episcopus possessiones et ius parochiale, quae ad illarum capellam s. Nicolai propria auctoritate transtulerat, sed ad proprietatem et ius dicti monasterii revocans contulerat, hanc concessionem confirmat. Non. Sept. a° 1°. ‖ Petrini Mem. Prenestine 407. — »Cum a nobis.«

» 7 — » — (Petro) archiepiscopo Rothomagensi, (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi et abbati S. Facundi: »VII (id.) Sept. a° 1°«. ‖ Tromby Storia V. app. 159. n° 33, *vid.* 1243. Aug. 26. n° 11117.

» 10 — » — (11128) Abbatissae et conventui monialium S. Petri de Palliano Praenestin. dioc. ad supplicationem Iacobi episcopi Penestrini eiusdem monasterii fundatoris pro animalibus libera pascua in territoriis castrorum Palliani et Seronis *etc.* confert. IV id. Sept. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 208; Petrini Mem. Prenestine 409. n° 17. — »Attendentes vestri monasterii.«

» 11 — » — (11129) (Nicolao) episcopo Pragensi, abbati monasterii de Breunowe et praeposito maioris ecclesiae Pragensis mandat, ut Conradum canonicum Ildesemensem. qui in episcopatum Olomucensem per laicalem potentiam se procuraverit intrudi, ad sedem apostolicam citent. III id. Sept. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 29. n° 43; Erben Reg. Bohem. I. 515. n° 1082; *cf.* Palacky Reise 29. n° 158. — »Ex parte dilectorum.«

» 17 — » — (11130) Episcopo et archidiacono Trecensibus causam, quae in monasterio Romaricensi ord. s. Ben. Tullens. dioc. de electione abbatissae agitatur, committit cognoscendam eisque mandat ut illam sufficienter instructam ad apostolicum remittant examen. XV kal. Oct. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 400. — »Exhibita nobis Agnetis.«

» 17 — » — (11131) Roberto de Collivil. ord. fratrum Minorum mandat, procuret 400 libras Turon. officiali et priori S. Nicolai Ebroicensibus sine difficultate qualibet ex redemptionibus votorum crucesignatorum assignari, ut illi istas Nicolao Diovosalici mercatori Romano, qui dictae pecuniae quantitatem procuratoribus imperatoris Constantinopolitani existentibus in Romana curia mutuaverit, assignent. XV kal. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 92; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 310. n° 8. — »Per tuas litteras.« *Cf.* 1243. Aug. 7. n° 11108.

» 19 — » — (11132) S. Proculi Bononiensis et S. Mariae de Strata abbatibus et priori S. Bartholomaei Bonon. dioc. litem inter priorissam conventumque monasterii s. Agnetis et abbatem S. Felicis Bonon. ord. s. Ben. *etc.* vertentem super decimis, terris *etc.* dirimendam committit. XIII kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 17. n° 348. — »Dilectę in Christo.«

» 19 — » — (11133) (Beroni) abbati de Halm [*Nidarholm*] concedit, ut tam clericis quam laicis, qui »in insula Islandiae ultra quam nulla gentium habitatio invenitur, sunt et qui pro violenta iniectione manuum in quosdam religiosos et alios clericos seculares, plerique vero pro commissis incendiis, sacrilegiis vel rapinis in excommunicationis laqueum inciderunt«, satisfacientibus iniuriam iuxta formam ecclesiae beneficium absolutionis impendat, »proviso quod praedicti omnes expensas quas essent eundo ad sedem apostolicam et morando inibi et ab ea redeundo facturi, dent iuxta facultates proprias et taxationem episcopi mittendas in subsidium Terrae sanctae.« XIII kal. Oct. a° 1°. ‖ Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. I. 14. — »Ad audientiam nostram.«

» 20 — » — Prioribus et fratribus ord. Praedic. Olomucensibus et Brunnensibus: »XII kal. Oct. a° 1°« — »Qui iustis causis. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 30, *vid.* 1243. Sept. 23. n° 11137.

» 21 — » — (11134) Monasterium monialium de Reclinatorio b. Mariae de Marketa Cisterc. ord. Tornacens. dioc. sub b. Petri ac sua protectione suscipit ac omnes eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. XI kal. Oct. a° 1°. ‖ Buzelinus Gallo-Flandria 402.

» 23 — » — (11135) Gregorio de Montelongo subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato significat, se, cum nuper princeps (*i. e.* Fridericus imp.) super reformatione pacis inter ecclesiam et ipsum per sollempnes nuntios et litteras requisisset, ad eum nuntios direxisse specialiter, »illam per ipsos pacis formam offerens eidem, quae ipsi ecclesiae suisque devotis et etiam dicto principi videri poterat expedire.« Mandat, ut fideles ecclesiae in Lombardiae partibus constituti in ipsius devotione stabiliter perseverent. IX (VIII *Mand.*) kal. (*om. Rayn.*) Oct. a° 1°. ‖ Savioli Annal. Bologn. III. II. 201; Pertz Mon. Germ. hist., leg. II. 344; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 123; Mandelli Comune di Vercelli I. 262; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 22. — »Presentium tenore scire.«

1243.

Sept. 23 — Anagniae — (11136) Priorem provincialem fratrum ordinis Praedicatorum in Alemania rogat et hortatur, deputet priores et fratres sui ordinis constitutos in Magdeburgensi et Bremensi provinciis, Ratisponensi, Alberstatensi, Ildesemensi et Verdensi diocesibus, ut sanctae praedicationis officio fratribus hospitalis s. Mariae Teutonicorum Ierosolimitani militantibus contra infideles in partibus Livoniae ac Prusciae subveniant; illos de provinciis et diocesibus memoratis, qui crucis signaculo in Livoniae vel Prusciae subsidium insigniti propter paupertatem vel debilitatem illuc nequeant personaliter proficisci, a voto crucis absolvant; accedentibus ad solennem praedicationem indulgentiam 20 dierum promittant, itemque cruce signatis ibidem integro anno servientibus indulgentias easdem, quae euntibus ad subsidium Terrae sanctae conceduntur. IX kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 122. n° 14; Theiner Mon. Polon. I. 37. n° 77; Strehlke Tab. 197. n° 206; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 34. — »Qui iustis causis.«

• *In eundem modum* Priorem provincialem fratrum ord. Praed. in Polonia, per regnum Boemiae, Poloniam et Pomeraniam;
Priorem provincialem fratrum ord. Praed. in Dacia per regna Daciae, Svetiae et Norweiae. ‖ Ripoll l. c. 123. n° 15. 16.

» 23 — » — (11137) Priorem et fratres ordinis Praedicatorum Magdeburgenses hortatur, informent in Magdeburgensi, Brandeburgensi, Avelbergensi civitatibus et diocesibus, Alberstatensi et Verdensi diocesibus fideles praedicatione, ut fratribus hospitalis s. Mariae Teut. Ieros. contra paganos in partibus Livoniae ac Prusciae militantibus subveniant; concedit eis, ut accedentibus ad solemnem praedicationem 20 dierum relaxationem ab iniuncta poenitentia promittant, itemque cruce signatis ibidem integro anno servientibus indulgentias easdem *etc., ut antea.* IX (XII *Bocz., Erb.*) kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 123. n° 17; Theiner l. c. 38. in n° 77. — »Qui (Quia *Bunge*) iustis causis.«

• *In eund. modum* Priorem et fratres ord. Praed. Ildesemenses .... in Ildesemensi civitate et diocesi;
» » » » » » » » Bremenses ... in Bremensi et Verdensi civitatibus et diocesibus;
» » » » » » » » Viennenses ... in Pataviensi civitate et diocesi;
» » » » » » » » Alberstatenses .... in Alberstatensi civitate et diocesi;
» » » » » » » » Lipicenses .... in Mersburgensi et Numburgensi civit. et diocesibus, Magdeburgensi, Alberstatensi et Misnensi diocesibus;
» » » » » » » » Amburgenses .... in Bremensi, Razeburgensi et Verdensi diocesibus;
» » » » » » » » Lubicenses .... in Lubicensi, Razeburgensi et Swerinensi civitatibus ac diocesibus et Verdensi diocesi;
» » » » » » » » Ratisponenses .... in Ratisponensi civitate et diocesi;
» » » » » » » » Olomucenses et Brunnenses ... in Olomucensi civitate et diocesi (Boczek Cod. dipl. Morav. III. 30; Erben Reg. Bohem. I. 516. n° 1083).
» » » » » » » » Pragenses .... in Pragensi civitate et diocesi;
» » » » » » » » Friburgenses ... in Misnensi civitate ac diocesi et Numburgensi diocesi;
» » » » » » » » Cracovienses ... in Cracoviensi civitate ac diocesi (*cf.* Invent. privil. in arch. Cracov. 1);
» » » » » » » » Wratislavienses ... in Wratislaviensi civitate et diocesi;
» » » » » » » » de Wisbii (Wisbu *Thein.*) Lingacop. dioc. .... in Gothlandia (Vastovii Vitis aquil. 177; Celse Appar. 67. n° 1; Liljegren Svenskt diplom. I. 297. n° 307; Bunge Livländ. UB. I. 228. n° 174, *cf.* VI. 9. n° 106).

» 24 — » — (11138) Compositionem inter praeceptorem fratresque hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia ex parte una et (Waldemarum) regem Daciae super Revalia, Gema (Gervia *Thork.*), Wironia, Aria et rebus aliis mediante (Wilhelmo) episcopo quondam Mutinensi poenitentiario suo apostolicae sedis legato (in Stenby d. d. 1238. Iun. 7) initam confirmat. VIII kal. Oct. a° 1°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 304; Turgenevii Russ. monim. I. 51;

1243.

Bunge l. c. I. 230. n° 175; *cf.* Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 2. post n° 16. — »Ea que iudicio.«

Sept. 25 — Anagniae — • (11139) (Willelmo) Cabilonensi episcopo mandat, ne permittat ut Cluniacenses in causam trahantur et iniuste fatigentur a creditoribus illorum, quorum corpora in istorum coemeteriis tumulantur. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 113.

„ 26 — „ — (11140) Abbatissam et conventum monasterii de Honore b. Mariae iuxta Orchies Tornacens. dioc. Cisterc. ord. patrocinandas suscipit, specialiter autem terras et alia bona eis confirmat. vi kal. Oct. a° 1°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 34. n° 33. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

„ 26 — „ — (11141) Monasterium B. Mariae V. in Bersenbrugge ord. Cisterc. dioc. Osnabrug., abbatissa eiusque sororibus postulantibus, sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. vi kal. Oct. indict. II. incarn. dom. a° 1243. (pont. a° 1°). ‖ Sandhoff Antist. Osnabr. II. cii; Möser Osnabr. Gesch. III. 349. — »Religiosam vitam profitentibus.«

„ 27 — — — Guidonem dictum Guerram: »Laterani v kal. Oct. a° 1°«. ‖ Luigi Delic. erud. VIII. 114, *vid.* 1243. Oct. 28. n° 11166.

Oct. 1 — Anagniae — (11142) (Gerhardo; *Acta B. et al. male* Conrado) magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani omnia privilegia ac possessiones a C(onrado) duce Poloniae in Pruscia concessa confirmat nunciatque, se eandem terram in ius et proprietatem b. Petri suscepisse eisque tradidisse adiecta conditione, ut annuum censum ecclesiae Romanae persolvant. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Acta Boruss. I. 423; Dreger Cod. dipl. Pomer. I. 246. n° 160; Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 14. n° 21; v. Baczko Gerhard v. Malberg 17; Theiner Mon. Polon. I. 38. n° 78; *cf.* Invent. privil. in arch. Cracov. 64. — »Pietati proximum et.«

„ 1 — „ — (11143) Priori fratrum ordinis Praedicatorum Magdeburgensi mandat, moneat (Christianum) episcopum Prusciae, ut ab omnimoda persecutione fratrum hospitalis s. Mariae Teutonicorum et praecipue a detractionis nocumento desistens redemptiones votorum crucis assumptae, quae in subventionem fidelium de Livonia et Pruscia dictis fratribus a Gregorio papa praedecessore assignatae sint, in eorum praeiudicium colligere ac solitas indulgentias contra statuta concilii effundere minime praesumat. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 54. n° 57. — »Sue dignitatis ac.«

„ 1 — „ — (11144) Prioribus et fratribus ordinis Praedicatorum praedicantibus contra paganos Livoniae et Prusciae mandat, ne permittant, ut fideles regni Boemiae, Magdeburgensis et Bremensis provinciarum *etc.* in succursum fidelium in dictis terris positorum crucis caracterem assumentes et eorum familiae, quos cum omnibus bonis suis sub apostolica protectione suscipit, donec de eorum reditu vel obitu certissime cognoscatur, ab aliquo indebite molestentur. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Voigt l. c. 55. n° 58; Kosegarten Cod. dipl. Pomeran. I. 702; Bunge Livl. UB. I. 231. n° 177; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 337. n° 425. — »Necessitati fidelium in.«

„ 1 — „ — (11145) Universos peregrinos in Pruscia constitutos obsecrat, ut Dei causam prosequantur et fratribus hospitalis s. Mariae Teutonicorum super his sollicite intendant, »quae studium militare requirit et pertinet ad conflictum.« Kal. Oct. a° 1°. ‖ Bunge l. c. 231. n° 176; Voigt l. c. 56. n° 59; *cf.* Schirren Verzeichn. livländ. Gesch.-Quellen 129. n° 57. — »Desiderium consequendi perempnis.«

„ 1 — „ — (11146) Abbatissa et conventu monialium monasterii s. Petri de Palliano Penestrin. dioc. supplicantibus statuit, ut abbas monasterii Casaemarii singulis annis semel earum monasterio officium visitationis impendat *etc.* Kal. Oct. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 401. — »Apostolicae sedis providentia.«

„ 2 — „ — (11147) Consulibus et populo Terracinensibus concedit, ne Pipernenses alveum vel cavatam vel aquaeductum inter loca, quae Murellus et Bolusca dicuntur, versus Terracinam in eorum territorio purgare, fodere seu quomodolibet immutare possint, nisi obtenta prius ab ipsis aut sede apostolica licentia. vi non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 116. n° 203. — »Proponentibus vobis coram.«

„ 2 — „ — (11148) Potestati, consilio et populo Radicofanis confirmat, quae magister Bartholomaeus notarius papalis nomine Gregorii IX et Romanae ecclesiae de eorum castro muniendo, de nutriendis et vestiendis obsidibus et aliis rebus promiserat. vi non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 116. n° 201. — »Petente olim de.«

„ 3 — „ — (11149) Eisdem expensas 740 librarum Senensium summam attingentes remittit, quas pro obsidibus suis in Urbeveteri tenendis fecerant. v non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 116. n° 202. — »Te fili potestas.«

„ 3 — „ — (11150) Priori et fratribus S. Stephani de Insula parva Ventuter. ord. s. Ben. Insulanens. dioc., quorum monasterio b. mem. Matthaeus Insulanus episcopus omnia iura episcopalia, quae sibi competebant in illo, a° 1239 liberaliter sub quibusdam conditionibus

1243.

remiserat, hanc remissionem confirmat inserens ad verbum documentum dicti Matthaei. v non. Oct. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 506. — »Iustis petentium desideriis.«

Oct. 6 — Anagniae — (11151) Potestati, consilio et communi Asisinatibus omnes redditus et proventus ac alia iura ubicumque in Asisinate diocesi ad Romanam ecclesiam pertinentia sub annuo censu trium obolorum aureorum ad viginti annos concedit. ii non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 117. n° 204. — »Sedes apostolica subditorum.«

„ 6 — „ — (11152) Eisdem concedit, ut a Fulginatibus et Spellanis eorum villas, arbores, vineas et nemora devastantibus libere damnorum huiusmodi plenam restaurationem repetere possint. ii non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 117. n° 205. — »Sedes apostolica illorum.«

„ 7 — „ — (11153) R(aynerio) S. Mariae in Cosmedin diacono cardinali per magistrum Martinum clericum suum 2500 uncias auri ad pondus Romanum, connumeratis 500 marcis sterlingorum quas per Arengum mercatorem Florentinum nuper ei mandavit assignari, pro stipendiis militum et peditum retinendorum per mensem si fuerit opportunum ad defensionem Viterbii mittit. Non. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 26; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 130; Theiner l. c. 117. n° 206. — »Tua sinceritas bene.«

„ 7 — „ — (11154) (Roberto) Belvacensi episcopo mandat, ut monachis S. Luciani Belvacensis licentiam transferendi corpora ss. Luciani, Maxiani et Iuliani martyrum in alium locum concedat. Non. Oct. a° 1°. ‖ Louvet Antiq. de Beauvoisis I. 414.

„ 7 — „ — (11155) Fratribus Minoribus indulget, ut in locis, in quibus degunt, liceat eis habere oratoria, in quibus cum viatico altari possint missarum solemnia et alia divina officia celebrare. Non. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 97; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 311. n° 10. — »Nos attendentes vestrarum.«

„ 7 — „ — (11156) Iohanni Verulano episcopo, cuius clerici diocesani plura in diversis ecclesiis beneficia et nonnulli duas ecclesias habebant, mandat, ut, cum utilitati ecclesiarum expedire noscatur ut clerici ecclesiarum in quibus resident beneficiis sint contenti, super praemissis statuat quod cognoverit expedire. Non. Oct. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1395

„ 8 — „ — (11157) (Gerhardo) magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani confirmat insertas litteras, quibus iv° die stantis Iulii (*i. e.* 28. vel 29. Iul.) 1243 Guilelmus episcopus quondam Mutinensis apostolicae sedis legatus limitat quatuor Prussiae episcopatus ac dividit terras ipsius Prussiae. viii id. Oct. a° 1°. ‖ Petri de Dusburg Cronica terrae Prussiae ed. Chr. Hartknoch (1679.) 476; Acta Boruss. II. 611; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 10. n° 7; Strehlke Tab. 200. n° 207; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1243 § 33. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 9 — „ — (11158) (Azzonem) marchionem Estensem protegendum suscipit, bona ei confirmat quae tempore excommunicationis Friderici imperatoris habebat, alienationesque ab ipso principe de bonis marchionis factas revocat nec non iuramenta, quae occasione eorundem principi dicto praestita sunt. vii id. Oct. a° 1°. ‖ Muratori Antichità Estensi II. (1776.) 9. — »In perpetuam tui.«

„ 9 — „ — • (11159) Concedit, ut fratres Minorum nequeant obligari ad cognoscendas causas vel sententias exequendas. vii id. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 93; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 311. n° 11. — »Quieti vestrae.«

„ 9 — „ — Gregorio de Montelongo: »ix Oct. a° 1°«. ‖ *Fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 22, *vid.* 1243. Sept. 23. n° 11135.

„ 10 — „ — (11160) Stephanum tit. S. Mariae Transtyberim presbyterum cardinalem basilicae Principis apostolorum archipresbyterum in eis, quae ad archipresbyteratus officium spectant, apostolicae auctoritatis robore suffulcit. vi id. Oct. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 126. — »Ut commissum tibi.«

„ 11 — „ — (11161) Repetit n° 11041 d. d. 1241. Iun. 20: »v id. Oct. a° 1°« — »Vobis extremam patientibus.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 124. n° 32.

„ 12 — „ — (11162) Episcopo Salmanticensi, electo Conimbricensi et fratri Garciae priori fratrum Praedicatorum Ulixbonensi mandat, ut in electionem Ulixbonensis episcopi inquirant et negotium ad sedem apostolicam plene instructum cum actis et munimentis omnibus remittant. iv id. Oct. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 124. n° 33. — »Sua nobis dilecti.«

„ 15 — „ — • (11163) Martinum Parmensem episcopum ab administratione sacrorum suspendit eo, quod bona ecclesiae suae per summam prodigalitatem et luxum dilapidabat. Id. Oct. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 177.

„ 16 — Romam — »xvii kal. Novb. exiens de *Anagnia* ivit.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. IV § 7 ap. Baluze Miscell. VII. 359 (ed. Mansi I. 196). — »Mense Octobris circa festum Omnium Sanctorum Innocentius papa Urbem intrat.... Ad quem comes (Tolosanus) vadit tractans inter ipsum et imperatorem bonum pacis.« ‖ Ryccardus de S. Germ. ad a. 1243.

1243.

Oct. 22 Laterani (11164) (Roberto) episcopo et decano Nivernensibus et priori S. Petri de Monasterio mandat, faciant ut suspensionis et interdicti sententiae, quas (Philippus) Bituricensis archiepiscopus auctoritate metropolitica in episcopum Claromontensem pro eo, quod vocatus ad concilium provinciale venire noluit, promulgavit, inviolabiliter observentur. xi kal. Nov. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1023. — »Venerabilis frater noster.«
Alius epistolae Viterbiensibus *inscriptae d. d.* »xi kal. Nov. a° 1°« *recordatur* Ferd. Gregorovius Gesch. der Stadt Rom V. (Stuttg. 1871.) 225. not. 1, 227. not. 2.

» 23 » (11165) Archiepiscopo Arborensi mandat, ut Adelasiam dominam iudicatus Turritani et Galluris, quae seducta pravorum consilio Enzium principis (*i. e.* Friderici) filium in virum receperat, et alios de Sardinia, qui eidem Enzio adhaerendo excommunicationis vinculum incurrerunt, nunc ad mandatum ecclesiae redeuntes ab excommunicationibus absolvat. x kal. Nov. a° 1°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 136. — »Ex parte nobilis.«

» 28 » • (11166) Guidonem dictum Guerram comitem palatinum Tusciae, qui secutus erat partes ecclesiae etiam cum magno dispendio rerum suarum, recipit tuendum cum omnibus bonis et revocat omnia per ipsum Friderico Romanorum imperatori promissa et iurata. v kal. (Oct., *sed legas*) Nov. a° 1°. ‖ *Meminerunt huius bullae* Luigi Delic. erudit. VIII. 144; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 136.

» 29 (») (11167) Burgensibus in Hispania, cum magnifico opere templum aeterno numini posuerint, sacrum meritorum Christi et sanctorum aerarium in eorum gratiam aperit. iv kal. Nov. a° 1°. ‖ *Nonnisi fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 43. — »Si olim in.«

» 29 » (11168) Episcopo Lincolniensi mandat, ut Gaufrido Ledespris, si viderit expedire, licentiam in fundo proprio construendi capellam concedat. iv kal. Nov. a° 1°. ‖ Rymer Foedera I. i. 145. — »Ex parte dilecti.«

» 30 » • (11169) Ministro generali et prioribus ordinis Minorum concedit auctoritatem absolvendi subditos ab excommunicatione et cum eisdem super incursa irregularitate dispensandi. iii kal. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 93; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 312. n° 14. — »Licet ad hoc.«

» 31 » (11170) Abbatem et monachos S. Mariae de Campania ord. s. Ben. Cenoman. dioc. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem ecclesias de Monteneio, de Hambers et de s. Petro de Curia eis confirmat. ii kal. Nov. a° 1°. ‖ Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 560. n° 44. — »Cum a nobis.«

» 31 — Potestatibus, consiliis et communitatibus civitatum aliorumque locorum Lombardiae, marchiae Tarvisinae ac Romaniolae: »Perusii ii kal. Nov. a° 1°«. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 125. n° 34; Mansi Conc. XXIII. 586, *vid.* 1252. Oct. 31.

Nov. 5 Laterani (11171) Abbatissae et conventui monasterii s. Silvestri de Pereto ord. s. Dam. Marsican. dioc., quibus (Matthaeus) abbas et conventus monasterii Farfensis ecclesiam s. Silvestri cum omnibus pertinentiis *etc.* m. Ianr. 1239 concesserant, hanc concessionem confirmat. Non. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 424. n° 5, *cf.* p. 94; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 312. n° 15. — »Personas illas apostolica.«

» 10 » • (11172) Radoslao acolytho Pragensis diocesis propter litterarum scientiam et morum honestatem providet super defectu natalium, ut ad sacros ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere possit. iv id. Nov. a° 1°. ‖ Palacky Reise 29. n° 159; Erben Reg. Bohem. I. 517. n° 1086.

» 13 » (11173) Abbati S. Gotthardi Cisterc. ord. Iaurinens. dioc. et Achilli praepositio Strigoniens mandat, curent, ut, cum archidiaconatus Sproniensis Iaurin. dioc. ante devastationem Hungariae tantopere vacavisset, quod eius collatio esset ad sedem apostolicam devoluta, Rogerio capellano (Iacobi) episcopi Praenestini archidiaconatum in Varadiensi ecclesia resignare parato dictum archidiaconatum conferant. Id. Nov. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. i. 304; Theiner Mon. Hungar. I. 188. n° 350. — »Cum nonnunquam apostolicae«.

» 13 » (11174) Abbatissae et monialibus S. Francisci Pragensis ord. s. Dam. relaxat varias circa cibum et vestem austeritates. Id. Nov. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 314. n° 16; *omisso initio* Erben Reg. Bohem. I. 517. n° 1087; *cf.* Palacky Reise 29. n° 160. — »Piis votis omnium.«

» 13 » (11175) Agneti sorori eiusdem monasterii respondet ad dubia circa regulam ab ea eiusque sororibus professam exposita. Id Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 95; Sbaralea l. c. 315. n° 17; Erben l. c. 518. n° 1088; *cf.* Palacky l. c. n° 161. — »In divini timore.«

» 13 » (11176) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Antonii Barchinonensibus ord. s. Dam. ex frigida dispositione patriae concedit, ut vino et pulmentis omni tempore utantur *etc.* Id. Nov. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 425. n° 6. — »Piis votis omnium.«

» 15 »Romae tam a clero quam a populo universo cum tripudii gaudio est receptus xvii kal. Decb.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. IV § 7 ap. Baluze Miscell. VII. 359 (ed. Mansi I. 196). *Nicolaus hoc loco erravit.*

1243.

Nov. 19 Laterani (11177) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad monasterium b. Mariae de Monte Lucido Perusinum ord. s. Dam. in humilitate spiritus accesserint in vigilia et festo assumptionis b. Virginis, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. xiii kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 317. n° 18. — »Splendor paternae gloriae.«

(Romae) »Romanorum quam plurimi mercatores ... qui dominica medii Novembris eum (*scil.* Innocentium) tam honorifice susceperant venientem ad *Urbem*, statim

» 20 sequenti sexta feria qui Gregorio IX 60 millia fere mutuaverant marcarum, instantissime ac procaciter mutuum repetebant, aulam palatii et cameras non minus infestis clamoribus quam onerosa multitudine replentes et per multorum dierum spatium ipsum adeo angustantes, quod in mensa more solito manducare non poterat, potius ipsum oportebat in camera latitare.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. IV § 7 ap. Baluze Miscell. VII. 359 (ed. Mansi I. 196).

» 20 Laterani (11178) Generali ministro et fratribus ordinis Minorum intimat, se inhibere ut nemo habitum ordinis vel ei consimilem deferat, nisi sit membrum eiusdem. xii kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 317. n° 19. — »Quia confusio habitus.«

» 20 » • (11179) Fratribus ordinis Minorum concedit, ut in terris excommunicatorum remorari possint. xii kal. Dec. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 93; Sbaralea l. c. 318. n° 20. — »Vobis extremam patientibus.«

» 20 » • (11180) Eisdem concedit, ut celebrare possint tempore interdicti divina. xii kal. Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 93; Sbaralea l. c. n° 21. — »Devotionis vestrae.«

» 21 » • (11181) Eisdem indulget, ut conveniri nequeant. xi kal. Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 93; Sbaralea l. c. n° 21 *et* p. 184. not. *e.* — »Cum iam per.«

» 24 » (11182) Decano, scholastico et W. de Hasceburn (Hascoburen. *Rayn.*) canonico Maguntinis, quibus Gregorius pp. praedecessor dederat in mandatis, ut in miracula rec. mem. Hildegardis abbatissae monasterii s. Ruperti de Pinguia [Bingen] inquirerent, mandat, ut, si processerint in hac inquisitione faciendo conscribi processum, ipsum sub sigillis suis sedi apostolicae transmittant. viii kal. Dec. a° 1°. ‖ Würdtwein Nova subs. IX. 34; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 40. — »Supplicantibus olim felicis.«

» 25 » (11183) Abbatissae et conventui monialium S. Francisci Pragensis indulget, ut a quoquam conveniri per litteras apostolicas minime possint nec aliquis contra ipsas earum valeat auctoritate procedere. vii kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 318. n° 23; Wadding Ann. Minor. III. 426. n° 7; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 519. n° 1089; Palacky Reise 29. n° 162. — »Vacantibus amori coelestium.«

» 29 » (11184) Archiepiscopis et episcopis mandat, ut illos qui habitum fratrum Minorum vel similem contra inhibitionem apostolicam deferre praesumant, ad deponendum ipsum compellant. iii kal. Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 97; Sbaralea l. c. 319. n° 24. — »Quia confusio habitus.«

» 30 » (11185) Abbati S. Benedicti in Polerone mandat, moneat potestatem et commune civitatis Parmensis, ut infra octo dies statutum de iuramento futuri potestatis penitus aboleant de suis capitularibus. ii kal. Dec. a° 1°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 376. n° 69. — »Si statuta a.«

Dec. 1 » (11186) Praepositum et capitulum Parmenses rogat et hortatur, ut, considerato prudenter dispendio quod ex vacatione diutina soleat ecclesiis provenire, infra 15 dies provideant sibi per electionem canonicam de pastore. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Affò l. c. 377. n° 70. — »Vacante olim ecclesia.«

» 2 » (11187) (Marino) archiepiscopo Barensi mandat, ut (Raimundum) comitem Tolosanum ab omni excommunicatione absolutum ad cautelam declaret. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Teulet Layettes II. 523. n° 3144; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 31. — »Sperantes quod nobilis.«

» 3 » (11188) Iohannae comitissae Flandriae donationem annui redditus 6000 librarum Artisiensium, quam consentiente sorore Margarita domina de Dampetra marito suo T(homae) comiti Flandriae (et Sabaudiae) fecerat, confirmat. iii non. Dec. a° 1°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1360. — »Clara generis tui.«

» 5 » • (11189) Ludovico Franciae regi indulget, ut ei liceat unum ex capellanis suis pro confessore eligere, qui eum ab omni excommunicationis sententia solvere valeat, nisi dicta sententia de mandato speciali sedis apostolicae pronuntiata fuerit et adeo graves et enormes sint excessus, quod sedes apostolica merito foret consulenda. Non. Dec. a° 1°. ‖ Teulet Layettes II. 524. n° 3145. — »Etsi desideremus in.«

» 9 » (11190) G. abbati et fratribus S. Petri Westmonasterii significat, se gratanter excepisse priorem Osbertum eorum nuntium, sed eorum petitionem (*i. e.* de canonizando rege Edwardo) perficere distulisse »quia, cum tanta festivitas debeat fieri ad honorem et

1243.

		profectum tocius regni, ab omni regno pariter debet postulari.« v id. Dec. *sine* a°. ‖ Dugdale Monast. Angl. I. 308. n° 54. — »Cum religiosum virum.«
Dec. 10	Laterani	* (11191) Exposito quod quidam Thomas de Pinasca civis Ianuensis, sibi carus et plurimum acceptus, per mare Provinciae navigans, eius nave ad littus applicante, a Petro de Acis tunc regis Franciae apud Belcarium senescallo, tam dicto nave quam bonis septuaginta libras Turonensium valentibus sine causa rationabili fuerit spoliatus, praefatum (Ludovicum) Franciae regem rogat et hortatur, ut dictum Petrum de Acis ad satisfaciendum dicto Petro de Pinasca tam de damnis quam de iniuriis illatis compellere velit. iv id. Dec. a° 1°. ‖ Teulet Layettes II. 524. n° 3147. — »Quia iusticiam dilexisti.«
» 12	»	(11192) Ludovico Francorum regi nuntiat, se ad requisitionem G. archidiaconi Constantiensis et Guillelmi de Lemovicis nuntiorum eius ad gratiam apostolicae sedis R(aimundum) comitem Tolosanum admisisse. ii id. Dec. a° 1°. ‖ Teulet l. c. n° 3148; *cf. argum.* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 140. — »Potentatus tui solii.« *Cf.* n° 11213.
» 12	»	(11193) Universis inquisitoribus haereticorum in provincia Narbonensi et in partibus Albigensium ac in toto regno Franciae constitutis mandat, ut in singulis locis omnes haereticos vel credentes *etc.*, qui non condemnati neque convicti vel in iure confessi, sed sua spontanea voluntate redire voluerint ad ecclesiasticam unitatem, recipiant. ii id. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1243 § 31; Ripolli Bullar. Praed. I. 128. n° 35; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 319. n° 25. — »Inter cetera que.«
» 13	»	(11194) Hugoni priori provinciali fratrum Praedicatorum in Francia mandat, ut abbati monasterii de Secusia Taurinens. dioc. licentiam administrandi in spiritualibus et temporalibus tribuat, licet habens conscientiam scrupulosam distulerit hactenus in presbyterum promoveri. Id. Dec. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 129. n° 36. — »His libenter annuimus.«
» 14	»	(11195) (Ludovico) regi Franciae indulget, ut, si quando eum, eius capellanos et clericos iuratos et familiam excommunicatis communicare contingat, propter hoc maioris excommunicationis laqueo vel etiam interdicto nequaquam ligari possint, dummodo non communicent in crimine criminosis. xix kal. Ianr. a° 1°. ‖ Teulet Layettes II. 525. n° 3149. — »Progenitorum tuorum memoriam.«
» 15	»	(11196) Eundem regem monet et hortatur, ut I(offrido) electo Cathalaunensi regalia ipsius ecclesiae cum perceptis ex eis a tempore confirmationis fructibus liberaliter assignari faciat, »cum ab illo tempore tanquam sponsus legitimus eiusdem ecclesiae utpote confirmatus ab illo, quem ius confirmandi eum non est dubium habuisse, percipere potuerit et debuerit ac facere fructus suos.« xviii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Teulet l. c. n° 3150. — »Coram illo fatemur.«
» 15	»	(11197) Eidem indulget, ut nullus in terram eius excommunicationis vel interdicti sententiam proferat absque mandato sedis apostolicae speciali. xviii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Mansi Conc. XXIII. 600; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 861. n° 21; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 322. n° 27. — »Apostolicae sedis benignitas.«
» 15	»	(11198) Abbatissae et conventui monasterii s. Silvestri de Pereto ord. s. Dam., quibus A(ndreas) de Pontibus ius patronatus ecclesiae s. Silvestri eis a quondam Matthaeo abbate et conventu Farfensibus concessae liberaliter remiserat, hanc remissionem confirmat. xviii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 426. n° 8, *cf.* p. 94; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 320. n° 26. — »Cum a nobis.«
» 16	»	(11199) Universis Eremitis exceptis fratribus s. Guillelmi per Tusciam constitutis mandat, ut in unum regulare propositum se conformantes regulam b. Augustini et ordinem assumant. xvii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 164; Pennottus Clericor. canon. hist. 72; Biancolini Chiese di Verona VII. 235. — »Incumbit nobis ex.«
» 17	»	(11200) Abbatissis et sororibus inclusis ord. s. Dam. indulget, ut conveniri ab aliquo per litteras apostolicas nequeant, nisi expressa indulgentiae apostolicae mentione facta. xvi kal. Ianr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 322. n° 28. — »Vacantibus amori coelestium.«
» 18	»	(11201) (Aegidio) quondam episcopo Fulginatensi administrationem ecclesiae Nucerinae pastore vacantis committit. xv kal. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1067. — »Cum ecclesia Nucerina.«
» 21	»	(11202) Rectoribus et consilio Anagninis mandat, ut a (Pandulphi) episcopi et clericorum civitatis Anagninae gravamine penitus desistant neque familiares et servientes eorum ad suum trahere iudicium praesumant. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli l. c. 314. — »Ad audientiam nostram.«
» 22	»	(11203) Abbati S. Sepulchri et priori S. Savini Placentinis de Iacobo priore fratrum ordinis Praedicatorum, qui se pro electo ecclesiae Placentinae gerebat, mandata dat. xi kal. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli l. c. II. 224. — »Si non excessum.«

1243.

Dec. 22	Laterani	(11204) Episcopo Clugiensi, archidiacono Torcellano et plebano de Litore minori mandat, ut de appellatione monialium S. Margaritae de Torcello cognoscant et agant quod iustum fuerit. xi kal. Ianr. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 352. — »Sua nobis Agnes.«
» 22	»	(11205) Ministro generali et universis fratribus ordinis Minorum indulget, ne conveniri possint per litteras apostolicas, nisi de hoc indulto ac ordinis facta mentione. xi kal. Ianr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 322. n° 29 *et* p. 184. not. e. — »Cum iam per.«
» 23	»	(11206) Thesaurario et fratribus militiae Templi mandat, ut reliquum pecuniae (Almerico) comiti Montisfortis defuncto a Gregorio IX pro succursu Terrae sanctae concessae illius heredibus ad debita persolvenda assignent. x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 323. n° 31. — »Sua nobis nobilis.«
» 25	»	* (11207) Praelatis ordinis Minorum indulget, ut excommunicationis censura notatos ob iniectam violentam manum, sive sint venientes a saeculo novitii sive professi, absolvere possint. viii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 93; Sbaralea l. c. 323. n° 30. — »In iure canonico.«
» 26	»	(11208) Universos praelatos ... et clericos ecclesiae Brandeburgensi subiectos monet et hortatur, ut, cum episcopatus Brandeburgensis »redditus, qui annuatim quingentas marcas argenti valere consueverant, nunc propter guerrarum discrimina sint adeo diminuti, quod quadraginta marcarum valentiam annis singulis vix excedunt,« singuli iuxta facultates proprias episcopo ad eius indigentiam relevandam manum auxilii porrigant. vii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VIII. 155. n° 70, *perperam ad* 1. Ianr. 1244. — »Abiicit filius devotionis.«
» 31	»	(11209) Petro priori domus fratrum Praedicatorum Lundensium praecipit, ut pecuniam de redemptione votorum crucesignatorum regni Daniae pro subsidio Terrae sanctae receptam magistro Iohanni de Placentia acolito et capellano suo assignet. ii kal. Ianr a° 1°. ‖ Lagerbring Svea Rikes Hist. II. 454; Liljegren Svenskt diplom. I. 299. n° 308. — »Cum in regno.«
—	—	(11210) Potestati, consilio et populo Mediolanensibus scribit, se eorum ambaxiatorem Guifredum de Habiate benigne recepisse eorumdemque petitionibus auditum benignum impendere; rogat eos, ut apostolicae sedis obsequiis assidue insistant. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 176. — »Laude dignum et.«
—	—	(11211) Monasterium monialium s. Amandi Rothomagensis protegendum suscipit omnesque eius possessiones confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ La Pommeraye Hist. de l'abbaye de Saint-Ouen III. 93.
—	—	(Henrico) episcopo et capitulo Osiliae et Maritimae. *Sine signo chronol.* ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 52. n° 56, *vid.* 1251. *in fine.*
—	—	Sententiam excommunicationis in R(aymundum) comitem Tolosanum prolatam revocat. *Absque nota chronol.* ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 433, *vid.* 1243. Dec. 2 n° 11187.

1244.

Ianr. 1	Laterani	(11212) Priorissam sororesque monasterii s. Sixti de Urbe protegendas suscipit omnesque earundem bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. Kal. Ianr. indict. II. incarn. dom. a° 1243. pont. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 17. n° 349. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 1	»	(11213) Ludovico Francorum regi scribit de absolutione Raimundi comitis Tolosani. Kal. Ianr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1244 § 16, *fragm.*; Louvet Hist. de Provence I. 420, *fragm.* *Cf.* n° 11192.
» 2 resp. 3	»	(11214) (Iarlerium) archiepiscopum Upsalensem et suffraganeos eius rogat, ut magistro Iohanni de Placentia, cui quaedam apostolicae sedis negotia in Suetiae regno commiserit, consilium auxilium et favorem impendant. iv (iii *Celse*) non. Ianr. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 299. n° 309; *cf.* Celse Appar. 68. n° 2. — »Inter cetera que.«
» 3	»	(11215) Potestati et consilio Bononiensium mandat, ut, cum ille qui dicitur imperator veniam postulans sedi apostolicae se offerat mandatis ecclesiae in omnibus pariturum, duos prudentes viros in proxima quadragesima transmittant, qui, cum super illius admissione ac pacis foederibus faciendis cum eis decreverit habere colloquium, de praedictis cum curia Romana deliberare possint. iii non. Ianr. a° 1°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 202. — »Per cardines orbis.«
» 5	»	* (11216) Le pape Innocent IV confirme la fondation des écoliers de Houffalize. Non. Ianr. ind. II. pont. a° 1°. ‖ Bertholet Hist. Luxemb. IV. 53, V. pièc. just. 27; *cf.* Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XIV. (1858.) 108. n° 261.
» 7	»	(11217) Abbates eorumque conventus exemptos et non exemptos in Cantuariensi diocesi constitutos monet, ut, cum sedes apostolica per ea, quae p. mem. Gregorii pp. praedecessoris authoritate in Anglia aliisque regnis populi christiani pro eiusdem sedis sub-

1244.

sidio sint collata et collecta, non adhuc a debitorum suorum, quae pro catholicae fidei, ecclesiasticae libertatis et patrimonii sui defensione contraxerit, onere valeat relevari, ei pro solutione debitorum illorum in ea subveniant pecuniae summa, quam magister Martinus camerae apostolicae clericus et lator praesentium duxerit declarandam. VII id. Ianr. a° 1°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 642; Mansi Conc. XXIII. 563. — »Illam de vestrae.«

Ianr. 7 Laterani (11218) (Zoën) electo Avinionensi apostolicae sedis legato mandat, ut (Raimundum) comitem Tolosanum denuntiet et denuntiari per suam civitatem et diocesim faciat publice absolutum, ipsum prosequatur paterna affectione neque hoc occasione molestari ab aliquo permittat. VII id. Ianr. a° 1°. ‖ Teulet Layettes II. 528. n° 3156. — »Pacem habere cum.«

» 7 » (11219) Abbati et conventui S. Remigii Remensis indulget, ut privilegiis et indulgentiis eis ac eorum monasterio a Romanis pontificibus concessis, quibus uti per negligentiam hactenus omiserunt, in iudiciis et aliis locis libere uti possint. VII id. Ianr. a° 1°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 657. — »Cum sicut ex.«

» 8 » • (11220) Eisdem indulget, quod nullus debet excommunicationis vel interdicti sententiam in eos vel in terram eorum sine mandato sedis apostolicae promulgare, excepto archiepiscopo Remensi et legatis cardinalibus. VI id. Ianr. a° 1°. ‖ Varin l. c. 657.

» 8 (») • (11221) Iohannem Bonum canonicum, quem capitulum Anconitanum in episcopum elegerat, confirmat. VI id. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 334.

» 9 » (11222) Gregorio de Montelongo subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato, qui de fratre Leone quondam ministro ordinis fratrum Minorum Mediolanensium ecclesiae Mediolanensi providerat, committit ut, si illum viderit tanto congruum oneri et honori, ipsum in archiepiscopum faciat consecrari. V id. Ianr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 324. n° 32. — »Ecclesia Mediolanensi vacante.«

» 9 » (11223) Abbati et conventui monasterii s. Remigii Remensis ord. s. Ben. significat, se vidisse et confirmare quoddam privilegium a Iohanne pp. XIII praedecessore suo monasterio praefato a° 972 concessum, quo ille omnes eiusdem coenobii possessiones confirmet et corroboret. Statuit, ut omnia quae a Christifidelibus eidem donata sint vel in futurum donata fuerint, firma permaneant. V id. Ianr. a° 1°. ‖ Labbe Alliance chronologiq. II. 539; *cf.* Marlot Metropol. Remens. II. 533.

» 11 » (11224) Priori et conventui Camaldulensibus Aretin. dioc. mandat, ut ordini suo monasterium monialium s. Mariae de Tuoma ord. s. Ben. Aretin. dioc. incorporent. III id. Ianr. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 579. n° 363. — »Dilectis in Christo.«

» 13 » (11225) Suppriori ordinis fratrum Praedicatorum Parisiensium mandat, ut I(ohanni) comiti Flandriae, in quem G(regorius) de Montelongo subdiaconus apostolicae sedis legatus excommunicationis sententiam promulgaverat, beneficium absolutionis impendat. Id. Ianr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 129. n° 37. — »Illum ad dilectum.«

» 17 » (11226) Episcopo quondam Bosnensi magistro et fratribus ordinis Praedicatoribus supplicantibus indulget, ut successores praedicti magistri, statim postquam electi secundum constitutiones dicti ordinis fuerint, eo ipso veri eiusdem ordinis effecti magistri, curam animarum fratrum ipsius ordinis plene habeant et libere gerant ipsosque fratres auctoritate propria ligare ac solvere possint *etc.* XVI kal. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 129. n° 38; Touron Histoire I. 108; Theiner Mon. Hungar. I. 189. n° 351; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 176. — »Inter alia quibus.«

» 17 » (11227) Monasterium s. Georgii quod est situm iuxta Venetias protegendum suscipit eiusque possessiones, bona ac privilegia confirmat. XVI kal. Febr. indict. II. incarn. dom. a° 1244(!). pont. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 244. — »Pie postulatio voluntatis.«

» 17 » • (11228) Le pape Innocent permet aux religieux de l'abbaye de Munster de célébrer les offices, les portes fermées, à voix basse et sans faire sonner les cloches. XVI kal. Febr. a° 1°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XIV. (1858) 108. n° 262.

» 17 » Universis Eremitis ... per Tusciam constitutis: »XVII Ianr. a° 1°«. ‖ Pennottus Cleric. canon. histor. 72, *vid.* 1243. Dec. 16. n° 11199.

» 19 » (11229) Abbati et conventui S. Anastasii de Urbe Cisterc. ord. concedit, ut, cum ecclesia s. Mariae de Palatiolis eis a Gregorio IX (*vid.* 1237. Aug. 13. n° 10433) donata »in bonis susceperit incrementum, ut digne consurgere possit ad titulum abbatiae,« abbatiam de ipsa libere faciant. XIV kal. Febr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 259. — »Favoris benigni gratia.«

» 21 » (11230) Magistro et universis fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut nequeant per litteras apostolicas conveniri, quae de hac indulgentia et eorum ordine non fecerint mentionem. XII kal. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 130. n° 39. — »Cum iam per.«

» 21 » (11231) Repetit n° 7917 d. d. 1227. Mai. 25: »XII kal. Febr. a° 1°« — »Cum paupertatem et.« ‖ Ripoll l. c. n° 40.

1244.

Ianr. 28 Laterani (11232) Abbatibus atque conventibus monachorum Cisterciensis ordinis in Cantuariae et Eborum provinciis constitutorum intimat, se indulgentiam de immunitate a praestatione decimarum eis concessam ad acquisita postmodum extendere. V kal. Febr. a° 1°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. V. 536. n° 16. — »Significastis nobis quod.«

» 30 » (11233) Monasterii ss. Felicis et Regulae (Turicensis) ord. s. Ben. Constantiensis dioc. omniumque eius bonorum patrocinium suscipit; specialiter autem ecclesiam de Altdorf in Huren eidem confirmat. III kal. Febr. a° 1°. ‖ Der Geschichtsfreund VIII. 8. — »Iustis petentium desideriis.«

(Ianr.) (») (11234) (Alberto) archiepiscopo Armachano, episcopo Silvanectensi et (Lucae) decano Parisiensi mandata dat de inquisitione morum, vitae et miraculorum b. mem. Edmundi Cantuariensis archiepiscopi. *Sine nota chronol.* ‖ Tromby Storia V. app. 167. n° 41, *deficiente fine.* — »Gaudet pia mater.« *Cf.* 1245. (Apr. Mai).

Febr. 1 » (11235) Compositionem inter praeceptorem fratresque hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Burgundia ex una et (Iohannem) electum capitulumque Lausannenses ex altera parte super ecclesia Chünicensi (Cunicensi *Zeerl.*), capellis et rebus aliis ad ipsam spectantibus factam confirmat. Kal. Febr. a° 1°. ‖ Solothurn. Wochenbl. f. 1828. p. 243; Zeerleder Urk. d. Stadt Bern I. 369. n° 257a. — »Ea quae iudicio.«

» 3 » (11236) Priore et capitulo ordinis Cartusiensis petentibus indulget eorum ordini, ut quaelibet domus ipsius usque ad 60 vaccas habere possit. III non. Febr. a° 1°. ‖ Tromby Storia V. app. 161. — »In agro ecclesiae.«

» 3 » (11237) (Alberto) archiepiscopo Armachano concedit, ut proventus ecclesiarum, quas in Armachana, Midensi et Dunensi diocesibus usque ad biennium vacare contigerit, ad manus suas in solutionem debitorum Armachanae ecclesiae convertendos libere per annum valeat retinere. III non. Febr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 42. n° 107. — »Ex parte tua.«

» 3 » • (11238) Abbati Cluniacensi concedit, ut illos monachos et conversos sui monasterii, qui pro violenta in se ipsos manuum iniectione in excommunicationis laqueum inciderint, ad gratiam dispensationis admittere possit, si postmodum fuerint bonae conversationis et vitae. III non. Febr. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 114.

» 3 » (11239) Magistro, prioribus ac fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut nullus eorum per litteras apostolicas de cetero impetrandas ad pecuniam colligendam cogi possit invitus. III non. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 130. n° 41. — »Vestra semper in.«

» 3 » (11240) Eisdem significat, se inhibere, ut de hortis et virgultis eorum nullus decimas exigere vel extorquere praesumat. III non. Febr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 131. n° 42. — »Qui Deum tota.«

» 3 » (11241) Priorissae et monialibus S. Sixti de Urbe significat, se velle et statuere, ut sub magisterio et doctrina magistri et provincialis prioris Tusciae ordinis fratrum Praedicatorum de cetero maneant. III non. Febr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 43. — »Cum vos incluse.«

» 4 » (11242) Magistro et prioribus ac fratribus ordinis Praedicatorum concedit, ut, cum ad loca pervenerint ecclesiastico supposita interdicto, divina in ecclesiis, in quibus illa ex indulto sedis apostolicae celebrantur, celebrare possint. II non. Febr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 44. — »Vobis assidue regnum.«

» 5 » (11243) Abbati monasterii s. Cornelii Compendiensis (Suessionens. dioc.) concedit facultatem primam tonsuram et primos duos ordines minores conferendi, benedicendi pallas altaris et faciendi benedictionem solemnem. Non. Febr. a° 1°. ‖ Gallia christ. X. instr. 138. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 5 » (11244) Magistro et prioribus ac fratribus ordinis Praedicatorum concedit facultatem, ut apostatas vel insolentes sui ordinis excommunicare, capere ac ligare et carceri tradere possint. Non. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 132. n° 45. — »Provisionis nostrę cupimus.«

» 5 » (11245) Episcopo quondam Bosnensi magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut delegatos ad crucem praedicandam et inquisitores, etiam a sede apostolica constitutos, revocare transferre ipsisque alios substituere possint. Non. Febr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 46. — »Odore suavi ordinis.«

» 6 » (11246) Archiepiscopum et capitulum Tranenses rogat et hortatur, permittant, ut fratres Praedicatores in civitate Tranensi commorantes libera utantur sepultura et absque impedimento eos, qui apud ipsorum ecclesiam sepeliri voluerint, valeant sepelire. VIII id. Febr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 47. — »Fructum multum qui.«

» 8 » (11247) Priori et conventui ordinis fratrum Praedicatorum Lucensibus ecclesiam s. Romani Lucensem confert. VI id. Febr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 133. n° 48. — »Cum super ecclesia.«

1244.

Febr. 8 Laterani (11248) Capitulo Strigoniensis ecclesiae decimam vini, quod nascitur in montibus Strigoniensibus, sicut eam ex concessione S(tephani) Strigoniensis archiepiscopi possident, confirmat. vi id. Febr. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. iii. 556. — »Cum a nobis.«

» 9 » (11249) Abbate et conventu S. Remigii Remensis supplicantibus inhibet, ne quis mulieres terrae sui monasterii post partum gratias acturas, quarum viri aliqua sint excommunicatione ligati, ab ecclesia vel etiam sepultura, si tunc decesserint, excludat, nisi ipsae participent in crimine. v id. Febr. a° 1°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 657. — »Cum sicut ex.«

» 9 » (11250) Eisdem supplicantibus inhibet, ne ecclesiarum praelati et officiales eorum de causis ad cognitionem monachorum S. Remigii spectantibus inter homines dicti monasterii, nisi per appellationem deferantur ad praelatos, in casibus illis a iure vel consuetudine praescripta et rationabili non concessis cognoscere de cetero praesumant. v id. Febr. a° 1°. ‖ Varin l. c. 658. — »Cum sicut ex.«

» 9 » (11251) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitan. concedit, ut quosdam articulos regulae immutare possint. v id. Febr. a° 1°. ‖ De Wal Recherches I. 377. n° 4; Hennes UB. des deutschen Ordens I. 118. n° 113; Strehlke Tab. 356. n° 470. — »Pro reverentia gloriose.«

» 10 » (11252) Repetit n° 8067 d. d. 1227. Nov. 30: »iv id. Febr. a° 1°« — »Cum a nobis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 132. n° 49.

» 11 » (11253) Decano Belluacensi mandat, ut iudicium faciat inter abbatem conventumque Hunocurt et R. militem et quosdam alios clericos et laicos Cameracensis, Noviomensis et Bellovacensis civitatum et diocesum super terris, decimis, redditibus *etc.* litigantes. iii id. Febr. a° 1°. ‖ Hemeraeus Augusta Virom. 230. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 11 » (11254) Abbati et conventui S. Remigii Remensis indulget, »quod homines aut mansionarii vestri monasterii ad solutionem pecuniae pro absolutione ab sententia excommunicationis inviti de cetero non cogantur.« iii id. Febr. a° 1°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 659. — »Ex parte vestra.«

» 11 » (11255) Abbati Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterciensis ordinis indulget, ut absolvendi monachos et conversos propter violentam manuum iniectionem ab excommunicatione prioribus suis, cum ipsos abesse contigerit, possint committere vices suas. iii id. Febr. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 34. n° 26. — »Cum monachos et.«

» 12 » (11256) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Elisabethae in Marpurg Magunt. dioc. cum debita reverentia in Coena Domini *etc.* visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum concedit. ii (xi *Wadd.*) id. Febr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 428. n° 9, *cf.* p. 110; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 325. n° 33; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1244 § 48. — »Quoniam ut ait.«

» 13 » (11257) Magistro et fratribus s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani, ut universi fratres clerici ordinis praefati discernantur ab aliis vestis differentia congruenti, indulget, ut iidem super vestes alias libere camisiis albis utantur; deinde ut, cum officium secundum ordinem s. Sepulchri a pluribus fratribus clericis ignoretur, illud secundum ordinem fratrum Praedicatorum in ipsorum domibus ubique celebretur. Id. Febr. a° 1°. ‖ De Wal Recherches II. 351; Strehlke Tab. 357. n° 471. — »Argumentum honoris et.«

» 13 » (11258) Abbati Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterciensis ordinis significat, se districtius inhibere, ne quis iudex a sede apostolica delegatus aut legati ab eius latere simplicibus monachis dicti ordinis iniungant, ut excommunicent aut excommunicatos denuntient proprios sui monasterii fundatores, principes ac alios potentes et nobiles, civitatum quoque et castrorum ac villarum communia. Id. Febr. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 35. n° 27. — »Quanto studiosius divine.«

» 15 » (11259) Archiepiscopo Eboracensi mandat, ut, petentibus abbate et conventu monasterii de Furnesio Cisterc. ord., ad quos solummodo ius eligendi episcopum in ecclesia cathedrali de Mannia pertineat, electionem, si eam invenerit canonice de persona idonea celebratam, cum assensu (Sigurdi) archiepiscopi Nidrosiensis confirmet ac electo munus consecrationis impendat. xv kal. Mart. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 22. n° 28. — »Ex parte dilectorum.«

» 17 » (11260) (Petro de Collemedio) Rotomagensi archiepiscopo, quem capitula quarundam ecclesiarum cathedralium visitatorem admittere recusabant ac cui procurationes ratione visitationis debitas denegabant, respondet, se ei committere ut visitationis officium in omnes exemptos et non exemptos libere impleat et contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellat. xiii kal. Mart. a° 1°. ‖ Bessin Conc. Rothomag. prov. I. 143. — »Cum sicut asseris.«

» 18 » (11261) Abbati et conventui monasterii de Sora Cisterc. ord. Roskildens. dioc. dat bullam qua prohibet, ne quis decimas de bonis praefatorum sive ante sive post concilium ge-

1244.

nerale acquisitis exigere praesumat. xii kal. Mart. a° 1°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 137. — »Significastis nobis quod.«

Febr. 22 Laterani (11262) Universis Christifidelibus per Urbevetanam civitatem et diocesim constitutis, qui ecclesiae a fratribus Minoribus in civitate Urbevetana ad honorem s. Francisci aedificandae manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum elargitur. viii kal. Mart. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 326. n° 34. — »Quoniam ut ait.«

» 23 » * (11263) Compositionem inter decanum et capitulum ecclesiae s. Martini Turonensis ex una parte et archiepiscopum, decanum et capitulum Turonenses ex altera initam super iurisdictione spirituali monasterii Bellimontis confirmat. vii kal. Mart. a° 1°. ‖ Défense des privil. de l'égl. S. Martin de Tours, pr. 51.

» 27 » (11264) Abbati Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterciensis ordinis repetit n° 11258: »iv kal. Mart. a° 1°« — »Quanto studiosius divine.« ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 36. n° 28.

» 27 » (11265) (Ludovicum) regem Francorum rogat et monet, ut capitulo Carcassonensi terras, possessiones ac alia bona, quae nonnulli ab ecclesia Carcassonensi tenebant in feudum, ille autem »feudatariis ipsis utpote pacis et fidei inimicis de partibus illis expulsis« ad manus suas receperat et suae subiecerat ditioni, liberaliter restituat. iv kal. Mart. a° 1°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 448; Bouges Hist. de Carcassonne 584 preuv. 44; Mahul Cartul. V. 554. — »Dilecti filii capitulum (Dilecte fili ...« *Mah.*).

» 27 » (11266) Decano Swerinensi mandat, ut magistrum P. dictum Cornix ab episcopo Othoniensi [Odense] infamatum, quod falsum sigillum episcopi nomine fabricari fecerit, super hoc a culpa immunem decernat. iv kal. Mart. a° 1°. ‖ Meklenb. UB. IV. 201. n° 2666. — »Magister P. dictus.«

» 28 » (11267) (Henricum) regem Angliae exhortatur et obsecrat, ut ecclesiam Dei continuo prosequatur honore et indultae sibi desuper libertatis privilegium conservare studeat illibatum; nunc et in posterum sui regni praelatos ea, quae in spiritualibus vel temporalibus spectant ad ipsorum ecclesias, libere consequi et pacifice possidere permittat; denique quondam Norwicensi episcopo, qui Wintoniensi ecclesiae a sede apostolica concessus sit pastor, castra et maneria cum fructibus inde perceptis a tempore translationis huiusmodi resignet. iii kal. Mart. a° 1°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 634; Mansi Conc. XXIII. 564; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1244 § 46. — »Postquam Dei benignitas.«

» 28 » (11268) Hospitali s. Francisci in Marpurch Moguntin. dioc. clericorum ibidem Domino serviturorum numerum confirmat, quem Hermannus magister hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolymitan. ac Conradus eius successor statuerant. iii kal. Mart. a° 1°. ‖ Renner Hessische Nachrichten II. 54. n° 9; Hennes UB. des deutschen Ordens II. 63. — »Cum a nobis.«

» 29 » (11269) Abbate et conventu monasterii de Sora Cisterc. ord. Roskildens. dioc. petentibus inhibet, ne quis contra indulta privilegiorum apostolicae sedis ab eis de eorum animalium nutrimentis vel aliis pro eo quod animalia in pastura vel custodia sua habent, decimas exigere vel extorquere praesumat. ii kal. Mart. a° 1°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 138. — »Solet annuere sedes.«

Mart. 1 » (11270) Abbate Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterciensis ordinis supplicantibus inhibet, ne quis ecclesiastica saecularisve persona in eorum monasteriis aut grangiis contra statuta ordinis carnibus vescatur. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 36. n° 29. — »Cum a nobis.«

» 1 » (11271) Repetit n° 8127 d. d. 1228. Febr. 12: »Kal. Mart. a° 1°« — *Omisso initio.* ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 133. n° 50.

» 1 » (11272) Monasterium s. Sixti de Urbe, priorissa et sororibus petentibus, sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam atque institutiones, quas a magistro et priore provinciali ordinis fratrum Praedicatorum habent in scriptis, perpetuo ibidem observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. Kal. Mart. indict. II. incarn. dom. a° 1244 (!). pont. a° 1°. ‖ Ripoll 134. n° 51. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 1 » (11273) Monasterium de Sora Cisterc. ord. Roskildens. dioc. cum omnibus bonis tuendum suscipit. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 139. — »Iustis petentium desideriis.«

» 1 » (11274) Abbate et conventu monasterii de Sora petentibus inhibet, ne quis contra privilegia sedis apostolicae de animalium nutrimentis ab eis decimas exigere vel extorquere praesumat. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Thorkelin l. c. 140. — »Solet annuere sedes.«

» 2 » (11275) Eisdem omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus concessas necnon libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus et principibus eis indultas confirmat. vi non. Mart. a° 1°. ‖ Thorkelin l. c. 141. — »Annuere consuevit sedes.«

1244.

Mart. 2 Laterani (11276) (Alberto) Armachano archiepiscopo mandat, praecipiat illis ad quos episcopi Ossoriensis spectet electio, ut duos ex seipsis cum pleno mandato providendi Ossoriensi ecclesiae ad papam destinent. vi non. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 42. n° 106. — »Cupientes ut Ossoriensi.«

» 2 » (11277) Episcopo Torcellano mandat, faciat ut sententiae excommunicationis et interdicti ab episcopo Castellano in Ezelinum de Romano eiusque terram promulgatae inviolabiliter observentur. vi non. Mart. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 544. — »Venerabilis fratris nostri.«

» 5 » (11278) Priori et capitulo Dunensibus ord. s. Ben. decretum Armachani archiepiscopi loci metropolitani, quo statuerat ut ecclesia Dunensis sit cathedralis et ad eos tantum ius in ea eligendi pontificem pertineat, confirmat. iii non. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 42. n° 108. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 » (11279) Decano et capitulo Drumerensibus decretum Armachani archiepiscopi loci metropolitani, quo statuerat, ut ecclesia Drumerensis sit cathedralis et ad eos tantum ius in ea eligendi pontificem pertineat, auctoritate apostolica confirmat. iii non. Mart. a° 1°. ‖ Theiner l. c. in n° 108. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 » (11280) Abbati et conventui monasterii Ursicampi nunciat, se inhibere, ne ad iudicium per ordinariam iurisdictionem evocari, nec suspendi vel excommunicari nec interdici possint absque mandato sedis apostolicae speciali. iii non. Mart. a° 1°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 304. n° 488, *ubi* cca 1254 *bulla data perperam dicitur.* — »Cum a nobis.«

» 5 » (11281) Abbate et conventu monasterii de Sora (Cisterc. ord. Roskild. dioc.) supplicantibus inhibet, ut nullus episcopus vel alia persona ad synodos vel conventus forenses nisi pro fide eos ire compellat, aut in eos vel monasteria vel etiam personas dicti ordinis suspensionis excommunicationis aut interdicti sententias promulgare praesumat. iii non. Mart. a° 1°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 141. — »Cum a nobis.«

» 6 » (11282) Eisdem supplicantibus inhibet, ne ecclesiarum praelati in eorum familiares servientes et benefactores ac illos qui moliunt in molendinis vel coquunt in furnis eorum quique emendo vel vendendo vel alias eis communicant, sententias excommunicationis vel interdicti proferant. ii non. Mart. a° 1°. ‖ Thorkelin l. c. 143. — »Cum a nobis.«

» 7 » • (11283) Aginulfo comiti palatino Tusciae concedit, ut possit matrimonium contrahere cum B. sorore Ottoboni archidiaconi ecclesiae Bononiensis ex nobilibus de Flisco comitibus Lavaniae (qui Ottobonus erat nepos Innocentii IV et postea factus est ipse pontifex Innocentius V), cum qua B. ipse Aginulfus quarto affinitatis gradu erat coniunctus. Non. Mart. a° 1°. ‖ Ildef. di San Luigi Delizie degli erud. Tosc. VIII. 114.

» 7 » • (11284) Le pape mande aux évêques, abbés, prieurs ... et autres prélats de l'église, aux nobles hommes, comtes, barons, magistrats des villes du pays de Toscane, que l'Avoué de Béthune arrive de France pour se rendre à la cour de Rome. Il les prie de le bien recevoir et de lui offrir toutes les sécurités dans son voyage. Non. Mart. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 21. n° 60.

» 11 » (11285) Abbati et conventui monasterii s. Mathaei Reatini Cisterc. ord. arbitrium, quod in quaestione vertente inter eos ex parte una et priorem ac fratres hospitalis Ierosol. s. Basilii de Urbe ex altera super monasterio s. Damiani et pertinentiis eius P(etrus) S. Georgii ad velum aureum diac. card. arbiter tulerat a. 1230. Mai. 6, confirmat tenore instrumenti inserto. v id. Mart. a° 1°. ‖ Galletti Chiese di Rieti 164. — »Cum a nobis.«

» 12 » (11286) Rolando Cremonensi de ordine fratrum Praedicatorum mandat, inquirat num verum sit, Ezelinum de Romano contemnere claves ecclesiae, receptare haereticos et eisdem indifferenter participare et de macula pravitatis haereticae esse suspectum et publice infamatum. iv id. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. I. 135; Verci Stor. degli Ecel. III. 296. — »Relatu fide digno.«

» 12 » (11287) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. indulget, ut in parochiis illis, in quibus eis veteres decimae sunt concessae, novalium quoque de quibus aliquis hactenus non percepit pro portione, qua veteres eos contingant, percipere possint. iv id. Mart. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 37. n° 30. — »Iustis petentium desideriis.«

» 14 » (11288) Praeposito et capitulo ecclesiae Placentinae significat, se eidem ecclesiae magistrum Albertum subdiaconum et capellanum suum praefecisse in episcopum. ii id. Mart. a° 1°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 181 *omissis et initio et fine.*

» 14 » (11289) Abbati Cistercii significat de insana temeritate arrogantissimae abbatissae monasterii s. Mariae regalis Cisterc. ord., quae Berengariae sanctimoniali sacrum, immo execrandum consecrationis velum praesumpserat imponere, contradicente Burgensi episcopo. Mandat ei, ut, eidem abbatissae poena pro modo culpae imposita competenti, omnibus abbatissis sui ordinis in Hispania constitutis auctoritate apostolica districte

1244.

inhibeat, ne id praesumant ulterius attentare. ii id. Mart. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1244 § 56. — »Ad aures nostras.«

Mart. 15 Laterani (11290) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut in fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. sive clericos aut ecclesias eorum excommunicationis vel interdicti sententias promulgare nullatenus praesumant. Id. Mart. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 360. n° 480 (*perperam ad* 1244. Mai. 15). — »Cum dilecti filii.«

» 15 » (11291) (Michaeli) episcopo Andegavensi litem inter R. patriarcham Ierosolymitanum tunc Nannetensem episcopum ex parte una et P. Britanniae comitem et I. eius filium ex altera super multis articulis vertentem committit decidendam. Id. Mart. a° 1°. ‖ Morice Mem. p. s. de preuv. à l'hist. de Bretagne I. 923. — »Suam nobis venerabilis.«

» 18 » (11292) Capitulo Vigintimiliensi notum facit, se exigente iustitia sine spe restitutionis (Nicolaum) Vigintimiliensem episcopum simonia, incontinentia et aliis criminibus irretitum per diffinitivam sententiam amovisse ipsumque ab omni honore ac dignitate suspendisse. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 304. — »Ea quae per.«

» 18 » (11293) Eidem mandat, ut, cum fratrem Iacobum ordinis Praedicatorum Vigintimiliensi ecclesiae praefecerit in episcopum, praefato Iacobo »cui munus consecrationis impendimus« obedientiam exhibeant. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Ughelli l. c. 305; Ripolli Bullar. Praed. I. 135. n° 53. — »Assumpti quamvis immeriti.«

» 18 (») • (11294) Abbati S. Petri Gandensis concedit (Balduino) abbate S. Bavonis Gandensis petente facultatem commutandi poenas per regulam s. Benedicti praefinitas. ‖ Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 165.

» 21 » (11295) (Iacobo) episcopo Vigintimiliensi concedit, ut dispenset cum illis, qui excommunicati ab archidiacono minores ordines a N(icolao) quondam Vigintimiliensi episcopo innodato suspensionis et excommunicationis sententiis per simplicitatem et iuris ignorantiam recepisse dicuntur. xii kal. Apr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 306; Ripolli Bullar. Praed. I. 136. n° 54. — »Ut ecclesia Vigintimiliensis.«

» 22 » (11296) Magistro et prioribus ordinis fratrum Praedicatorum indulget, ut volentibus eorum aggregari collegio, qui suspensionis aut interdicti aut excommunicationis sententiis sunt ligati, absolutionis beneficium impertiantur. xi kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 55. — »Caelestis amor patriae.«

» 22 » (11297) Magistro et priori ordinis fratrum Praedicatorum provinciae Terrae sanctae indulget, ut fratres qui deputantur ad praedicandum Iacobitis, Nestoritis, Georgianis, Graecis aliisque nationibus in partibus orientalibus, quae olim ritum s. Romanae ecclesiae non servabant, cum eisdem in verbis, officio et cibo communicare possint. xi kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 56. — »Patri luminum prȩstamus.«

» 23 » (11298) Abbatem et fratres monasterii s. Theodorici Remens. dioc. tuendos suscipit omnesque dicti coenobii possessiones ac bona, libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. x kal. Apr. indict. II. incarn. dom. a° 1244(!). pont. a° 1°. ‖ Marlot Metropol. Remens. histor. II. 532. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 24 » (11299) Archiepiscopos et episcopos, abbates, priores, ... et alios ecclesiarum praelatos exhortatur, ut fratres ordinis Praedicatorum ad officium praedicandi deputatos benevole recipiant, addita conditione, ut illos qui contra regulam lucro dediti ministerium praedicationis vendant, arreptos et convictos rigore poenae coerceant. ix kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 137. n° 57; Liljegren Svenskt diplom. I. 300. n° 310; *cf.* Celse Appar. 68. n° 3. — »Quoniam habundavit iniquitas.«

» 24 » • (11300) Prohibet, cum abbas et conventus monasterii Esromensis immunes sint a praestatione decimarum de animalium nutrimentis, ne quis de praedictis decimas ab eis exigere vel extorquere praesumat. ix kal. Apr. a° 1°. ‖ Cod. dipl. monasterii Esromens. mpts. fol. XXVI.

» 25 » (11301) Magistro et fratribus ord. Praedicatorum concedit licentiam celebrandi, ubi conventus ordinis sui non fuerit, super altare portatili. viii kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 18. n° 350. — »Postulastis a nobis.«

» 25 » (11302) Eisdem significat, se inhibere, ut nulli, sive sit in religionis ordine vel extra ordinem constitutus habitum eorum aut ita consimilem, quod propter eum frater praedicator credi possit, absque mandato sedis apostolicae speciali liceat deferre. viii kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. I. 138. n° 58. — »Quia confusio habitus.«

» 25 » (11303) Archiepiscopis et episcopis praesentes litteras inspecturis de superiore epistola significat eisque mandat, ut illos, qui praefatum habitum contra inhibitionem apostolicam deferre praesumant, ad deponendum ipsum, cum ab eisdem fratribus requisiti fuerint, compellant. viii kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 59. — »Quia confusio habitus.«

» 25 » (11304) Repetit n° 7917 d. d. 1227. Mai. 25: »viii kal. Apr. a° 1°« — »Cum paupertatem et.« ‖ Ripoll l. c. n° 60.

1244.

Mart. 25	Laterani	(11305) Repetit nº 7993 d. d. 1227. Aug. 3: »VIII kal. Apr. aº 1º« — »Cum dilectorum filiorum.« ‖ Ripoll l. c. nº 61.
» 26	»	(11306) Magistro, prioribus ac fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut ad recipiendum commissiones causarum ac sententiarum executiones *etc.*, illis quae fidem respiciunt dumtaxat exceptis, per litteras sedis apostolicae aut legatos ipsius cogi minime possint inviti. VII kal. Apr. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. 139. nº 62. — »Qui postposita vanitate.«
» 26	»	(11307) Eisdem repetit nº 11301: »VII kal. Apr. aº 1º« — »Postulastis a nobis.« ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 301. nº 311; *cf.* Celse Appar. 68. nº 4.
» 26	»	(11308) Priorem et fratres S. Mariae de Murceto ord. s. Aug. Pisanae dioc., cum nuper ordinem et regulam b. Augustini duxerint assumenda, ad observationem regulae s. Benedicti non teneri denunciat. VII kal. Apr. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Min. II. 480. — »Cum vos et.«
» 26	»	• (11309) Monasterium Esromense tuendum suscipit eique omnia privilegia a Romanis pontificibus, regibus, principibus et aliis Christi fidelibus concessa confirmat. VII kal. Apr. aº 1º. ‖ Cod. dipl. monasterii Esromens. mpts. fol. XXII b.
» 28	»	(11310) Priorem et fratres Eremitas in Tuscia ord. s. Aug., cum eis regulam b. Augustini concesserit, de observando ordine s. Benedicti absolvit. V kal. Apr. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Min. II. 480. — »Cum a nobis.«
» 28	»	(11311) Abbate Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterciensis ordinis supplicantibus inhibet, ne quis principum, nobilium ac praelatorum ab eis bladum, vinum, evectiones, animalia et res alias pro aedificatione ac munitione castrorum et villarum, necnon tirociniis, torneamentis, expeditionibus et aliis usibus exigere vel extorquere, aut in eorum domibus uti carnibus, seu mulier aliqua eas intrare praesumat contra ipsius ordinis instituta. V kal. Apr. aº 1º. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 38. nº 31. — »Quia refrigescente caritate.«
» 28	»	• (11312) Monasterium Esromense a praestatione decimarum eximit. V kal. Apr. aº 1º. ‖ Cod. dipl. monasterii Esromens. mpts. fol. XXV.
» 29	»	(11313) Praeposito ecclesiae Lundensis mandat, ut querelas capituli Arusiensis contra episcopum Arusiensem de iure eligendi canonicos in eadem ecclesia examinet decernatque. IV kal. Apr. aº 1º. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 144; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 389. — »Sua nobis dilecti.«
» 30	»	• (11314) Prohibet ne quis conventuales monasterii de Esrom ad synodos vel forenses conventus, capitula vel forum poenitentiale evocet. III kal. Apr. aº 1º. ‖ Cod. dipl. monasterii Esromens. mpts. fol. XVIII b.
» 31	»	(11315) Priori et fratribus Eremitis in Tuscia ord. s. Aug. regulam b. Augustini concedit et ut divinum officium secundum ecclesiae Romanae consuetudinem celebrent. II kal. Apr. aº 1º. ‖ Empoli Bullar. 165. — »Pia desideria devotorum.«
» 31	»	(11316) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus, principibus *etc.* concessas et indultas confirmat. II kal. Apr. aº 1º. ‖ Strehlke Tab. 357. nº 472. — »Cum a nobis.«
» 31	in platea Lateranensi	»Demum vero (Fridericus imperator), solemnibus nuntiis destinatis, nobili videlicet viro comite Tholosano ac iudicibus praecipue in curia sua procuratoribus Petro de Vinea et Thadaeo de Suessa, in die coenae Domini coram domino papa .... ipsius domini papae ecclesiaeque mandatis se plenius pariturum per praedictos nuntios .... in anima sua iuramento promisit.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita I-I § 10 ap. Baluze Miscell. VII. 361 (ed. Mansi I. 196).
Apr. 6	Laterani	(11317) Abbate et conventu monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. supplicantibus inhibet, ne quis eos ad synodos vel forenses conventus, nisi pro fide, ire compellat, aut in eos vel monasteria vel personas dicti ordinis excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias promulgare praesumat. VIII id. Apr. aº 1º. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 43. nº 38. — »Cum a nobis.«
» 6	»	(11318) Repetit nº 7380 d. d. 1225. Mart. 7: »VIII id. Apr. aº 1º« — *Omisso initio.* ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 139. nº 63.
» 6	»	(11319) Magistro et universis prioribus provincialibus ordinis fratrum Praedicatorum concedit facultatem, ut in provinciis suis fratribus ibidem constitutis absolutione et dispensatione indigentibus, sive priusquam ordinem intraverint, sive postea excesserint, impertiri possint absolutionis beneficium. VIII id. Apr. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. 139. nº 64. — »Licet ad hoc.«
» 6	»	(11320) Eisdem concedit, ut eos fratrum suorum, qui pro iniectione manuum inter se ipsos incurrerunt excommunicationis vinculum vel incurrent, absolvere possint. VIII id. Apr. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. 140. nº 65. — »In iure canonico.«

1244.

Apr. 7	Laterani	(11321) Repetit nº 10572 d. d. 1238. Apr. 15: »VII id. Apr. aº 1º« — »Quia proni sunt.« ‖ Ripoll l. c. nº 66.
» 7	»	(11322) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus .... et aliis ecclesiarum praelatis in eorum civitatibus et diocesibus constitutis mandat, ut illos, qui possessiones, res aut domos fratrum monasterii Uterinae Vallis [Eusserthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, monitione praemissa excommunicent. VII id. Apr. aº 1º. ‖ Würdtwein Monast. Palat. III. 18. — »Non absque dolore.«
» 8	»	(11323) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut abbates et fratres Cisterciensis ordinis a praestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante concilium generale (sub Innocentio III habitum) quam de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis, quas propriis manibus excolunt aut sumptibus, et de hortis et virgultis, et piscationibus ac de eorum animalium nutrimentis omnino servent immunes. VI id. Apr. aº 1º. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 39. nº 32. — »Cum abbates Cisterciensis.«
» 8	»	(11324) Abbate et conventu monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. supplicantibus prohibet, ne quis praelatus in eos, in eorum familiares, servientes et benefactores ac illos, qui molunt in eorum molendinis et coquunt in furnis, vel eis communicant quoquo modo, excommunicationis vel interdicti sententias proferre praesumat. VI id. Apr. aº 1º. ‖ Monum. ... de Namur II. I. 39. nº 33. — »Cum a nobis.«
» 8	»	(11325) Eosdem cum omnibus bonis protegendos suscipit. VI id. Apr. aº 1º. ‖ Monum. ... de Namur II. I. 40. nº 34. — »Iustis petentium desideriis.«
» 8	»	(11326) Eisdem petentibus inhibet, ne quis ab eis de ipsorum animalium nutrimentis vel ab aliis pro eo quod illorum animalia in pastura vel custodia sua habent, decimas exigere praesumat. VI id. Apr. aº 1º. ‖ Monum. ... de Namur II. I. 41. nº 35. — »Solet annuere sedes.«
» 9	»	(11327) Eisdem privilegium concedit, quod immunes sint a praestatione decimarum de hortis, virgultis, pratis, pascuis et animalium nutrimentis. V id. Apr. aº 1º. ‖ Monum. ... de Namur II. I. 42. nº 36. — »Significastis nobis quod.«
» 9	»	(11328) Lundensis et Slesvicensis ecclesiarum praepositis mandat, ut causam inter (Magnum) episcopum Arusiensem et capitulum Arusiense super electione canonicorum ortam audiant et fine debito terminent. V id. Apr. aº 1º. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 144; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 389. — »Sua nobis capitulum.«
» 11	»	(11329) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. repetit nº 11326: »III id. Apr. aº 1º« — »Solet annuere sedes.« ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 42. nº 37.
» 11	»	(11330) Abbatissa et conventu monasterii de Honore b. Mariae Cisterc. ord. Tornacens. dioc. petentibus inhibet, ne quis ab eis decimas exigere vel extorquere praesumat. III id. Apr. aº 1º. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 40. nº 41. — »Solet annuere sedes.«
» 12	»	(11331) Eisdem omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus *etc.* ipsis concessas et indultas confirmat. II id. Apr. aº 1º. ‖ Hautcoeur l. c. 41. nº 42. — »Annuere consuevit sedes.«
» 13	»	(11332) Easdem cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Id. Apr. aº 1º. ‖ Hautcoeur l. c. 42. nº 43. — »Iustis petentium desideriis.«
» 15	»	(11333) Hugoni priori fratrum Praedicatorum in Francia mandat, ut decanatum ecclesiae Bellicensis, quem Stephanus ordine fratr. Minorum derelicto diutius tenuit occupatum, personae idoneae conferat. XVII kal. Mai. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 140. nº 67, *omisso initio.*
» 16	»	(11334) Eidem mandat, inducat capitulum Bellicensis ecclesiae, ut infra octo dies post eius monitionem sibi personam idoneam eligant in episcopum; alioquin ex tunc provideat eidem ecclesiae de persona idonea. XVI kal. Mai. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. 141. nº 68. — »Cum Bellicensis ecclesia.«
» 16	»	(11335) Henrico et Iacobo eius nato dictis Fragapanibus (Frangipanae *Thein.*) civibus Romanis, qui nuper apud Aquampendentem in praesentia principis (*i. e.* Friderici imp.) constituti eidem ad suam instantiam medietatem Colisei cum palatio exteriori ei adiacente et omnibus iuribus ad ipsam medietatem pertinentibus, Anibaldo civi Romano titulo pignoris obligata, quae ab ecclesia Romana tenebant in feudum, de facto concesserant, significat, se praedicta ad eorum et ecclesiae Romanae ius et proprietatem revocare, ac apostolica auctoritate excommunicationis vinculo ac poenae 5000 marcarum argenti omnes qui contravenire praesumpserint supponere. XVI kal. Mai. aº 1º. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 187; Theiner Cod. dipl. dominii tempor. I. 118. nº 207; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1244 § 19. — »Etsi ex suscepte.«

1244.

Apr. 17 Laterani (11336) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Spiritus ord. s. Dam. Civitatens. dioc., quas Michael Civitatensis episcopus ab episcopali iure in spiritualibus et temporalibus exemerat, hanc exemtionem confirmat. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 428. n° 10; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 326. n° 35. — »Cum a nobis.«

» 18 » (11337) (Iuhellum) archiepiscopum Remensem et suffraganeos eius et decanos, praepositos officiales et alios ecclesiarum praelatos per Remensem provinciam constitutos monet et hortatur, ut privilegia, indulgentias ac libertates abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. ab apostolica sede concessa ac eorum consuetudines rationabiles et antiquas observantes ab eorum super praemissis coactione ac molestia penitus quiescant. xiv kal. Mai. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 44. n° 39. — »Dilecti filii abbas.«

» 18 » (11338) Abbatissa et conventu monasterii de Honore b. Mariae Cisterc. ord. Tornacens. dioc. supplicantibus inhibet, ne quis praelatus in eas, earum familiares, servientes *etc.* in fraudem privilegiorum apostolicae sedis de cetero excommunicationis vel interdicti sententias promulgare praesumat. xiv kal. Mai. a° 1°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 42. n° 44. — »Cum a nobis.«

» 20 » (11339) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, ... et aliis ecclesiarum praelatis districte praecipit, ne a fratribus hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosol. de possessionibus, quae ipsis a vivis aut defunctis rationabiliter conferantur, pro suis expeditionibus et excubiis faciendis vicesimam vel alias exactiones extorquere praesumant. xii kal. Mai. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 358. n° 473. — »Cum de viris.«

» 20 » (11340) Eisdem mandat, ut in praedictos fratres sive clericos aut ecclesias eorum excommunicationis vel interdicti sententias promulgare nullatenus praesumant. xii kal. Mai. a° 1°. ‖ Feder Histor.-diplomatischer Unterricht n° 36; Strehlke l. c. 358. n° 474. — »Cum dilecti filii.«

» 20 » (11341) Repetit Honorii III n° 6497 de 1221. Ianr. 16: »xii kal. Mai. a° 1°« — »Non absque dolore.« ‖ Strehlke l. c. 358. n° 475.

» 20 resp. 21 » (11342) Generali ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum praecipit, ut tam fratres Praedicatores quam eorum ordini voto vel iuramento obligatos nullatenus de cetero praetextu indulgentiae alicuius vel litterarum obtentarum a sede apostolica vel etiam obtinendarum in posterum, quae de praesentibus expressam non fecerint mentionem, nisi prius prioris sui petita fuerit et obtenta licentia, recipere praesumant. xii (xi *Rip.*) kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 141. n° 69; Liljegren Svenskt diplom. I. 301. n° 312. — »Quo uos in.«

» 21 » (11343) Abbati et conventui ecclesiae s. Martini Laudunensis ad Campos significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam brachium s. Laurentii veneraturi accesserint, indulgentiam 40 dierum elargiri. xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Le Paige Biblioth. Praemonstr. II. 578. — »Ad veneranda beati.« *Cf.* n° 11360.

» 22 » (11344) Repetit Honorii III n° 6499 de 1221. Ianr. 17: »x kal. Mai. a° 1°« — »Cum a religiosorum.« ‖ Hennes UB. I. 224. n° 257; Strehlke Tab. 359. n° 476.

» 22 » (11345) Repetit Honorii III n° 6521 de 1221. Ianr. 21: »x kal. Mai. a° 1°« — »Decet pastoralis sollicitudinem.« ‖ Duellius Hist. ordinis Theuton. II. 6. n° 7; Strehlke l. c. 359. n° 477.

» 22 » (11346) Potestati, consilio et populo Narniensibus concedit, ut a civibus Interamnensibus, qui ecclesiae Romanae fidelitate relicta eis damna in castris et aliis bonis gravia irrogarint, satisfactionem exposcere possint. x kal. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 118. n° 208. — »Quia cuique pro.«

» 23 » (11347) Abbate et conventu monasterii Pontiniaci Cisterc. ord. Autissiodor. dioc. petentibus inhibet, ne quis, cum a praestatione decimarum de animalium nutrimentis immunes sint, ab eis decimas exigere vel extorquere praesumat. ix kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1252. — »Solet annuere sedes.«

» 23 » (11348) Londoniensi et Lincolniensi episcopis mandat, ut de virtute morum et veritate signorum rec. mem. Eadmundi Cantuariensis archiepiscopi inquirant solicite veritatem. ix kal. Mai. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1244 § 47. — »Cum dilecti filii.«

» 23 » • (11349) Thessalonicensis regni iura ad Helenam Demetrii regis, cui Theodorus Comnenus regnum eripuerat, neptem devoluta promulgat. ix kal. Mai. (a° 1°). ‖ Raynald. l. c. ad a. 1243 § 45.

» 24 » (11350) Episcopo Gratianopolitano et abbati S. Michaelis de Clusa Taurinens. dioc. mandat, curent ut capitulum ecclesiae Bellicensis infra certum terminum per electionem canonicam sibi provideant de pastore. viii kal. Apr. a° 1°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 317. — »Cum ecclesiarum omnium.«

» 25 » (11351) Bonifacio electo Cantuariensi concedit, ut, si quando (Henricum) regem Angliae pro violenta iniectione manuum in clericos et personas ecclesiasticas contigerit incidere in

1244.

canonem sententiae promulgatae, impendat ei absolutionis beneficium. vii kal. Mai. a° 1°. ‖ Rymer Foedera I. i. 147. — »Carissimi in Christo.«

Apr. 25 Laterani (11352) (Alienorae) reginae Anglorum concedit, ut, cum ad nonnulla Cisterciensium et aliorum religiosorum monasteria regni Angliae divertere eam contingat, liceat ei cum 10 mulieribus oratoria et claustra eorundem ingredi. vii kal. Mai. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 146. — »Illa personam tuam.«

» 26 » (11353) Priorem et fratres Eremitas in Tuscia constitutos ord. s. Aug. tuendos suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. vi kal. Mai. indict. XI (!). incarn. dom. a° 1244. pont. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 166. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 26 » (11354) Praepositum et capitulum Faventinos rogat, ut Anselmo scolari filio Neapoleonis de Faventia potestatis Narniensis praebendam in ecclesia sua conferant. vi kal. Mai. a° 1°. ‖ G. Ces. Tonduzzi Historie di Faenza (Faenza 1675. fol.) 282. — »Suscepti cura regiminis.«

» 26 » (11355) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui in nativitatis, circumcisionis, epiphaniae *etc.* solemnitatibus et festivitatibus ecclesias fratrum Eremitarum ordinis s. Aug. devote visitaverint annuatim, indulgentiam 1000 annorum et totidem quadragenarum elargitur. vi kal. Mai. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 165; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 507. — »Quoniam ut ait.«

» 26 » (11356) Electo et capitulo Parmensibus significat, se, ut Parmensis ecclesia debitis obsequiis maxime in missarum sollempniis non fraudetur, statuere ut ex praebendis ipsius ecclesiae quas proximo vacare contigerit sint quatuor presbyterales, totidem diaconales et totidem subdiaconales. vi kal. Mai. a° 1°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 378. n° 71. — »Volentes ut Parmensis.«

» 28 » (11357) Decano cantori et succentori S. Martini Turonensibus mandat, faciant ut compositio inter decanum capitulumque S. Petri de Curia Cenomanenses ex parte una et episcopum Cenomanensem ex altera super subiectione obedientia et reverentia ei ab illis praestanda amicabiliter inita inviolabiliter observetur. iv kal. Mai. a° 1°. ‖ Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 594. n° 84. — »Supplicarunt nobis dilecti.«

» 29 » (11358) (Belam) regem Hungariae rogat et monet, ut monasterio s. Martini (de Pannonia) Iauriens. dioc., quod amissis fere bonis omnibus a Tartaris sit destructum, decimas possessiones redditus et res alias eius, quas contra iustitiam ad manus suas receperit, sine difficultate restituat. iii kal. Mai. a° 1°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 157. — »Licet adversitates multas.«

» 30 » (11359) (Henrico Raspe) lantgravio Thuringiae communicat, »quomodo post tractatus multiplices pacis ... ac promissiones factas a principe (*i. e.* Friderico II imp.) et conscriptas per nuntios suos comitem Tolosanum, magistros Petrum de Vinea et Thadaeum de Suessa curiae suae iudices in die coenae Domini proxime praeterita ... de stando mandatis sedis apostolicae et ecclesiae super omnibus articulis, pro quibus per Gregorium pp. praedecessorem fuit vinculo excommunicationis astrictus, ... praestitit publice iuramentum, a quo non post multos dies elegit resilire potius quam parere, adimplere quod sibi mandavimus renuendo.« ii kal. Mai. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1244 § 21; Pertz Mon. Germ. hist., leg. II. 346; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 189. — »Ut que noviter.«

» 30 » (11360) Abbati et conventui ecclesiae s. Martini Laudunensis ad Campos significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam, in qua sinistrum brachium eiusdem martyris est conditum, in festivitate eiusdem visitaverint, indulgentiam 40 dierum concedere. ii kal. Mai. a° 1°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 48. — »Ad veneranda beati.« *Cf.* n° 11343.

Mai. 2 » (11361) Universis abbatissis et sororibus inclusis ordinis s. Damiani declarat »quod regula s. Benedicti vos non ligat ad aliud nisi ad obedientiam, abdicationem proprii et perpetuam castitatem.« vi non. Mai. a° 1°. ‖ Biancolini Chiese di Verona IV. 689. — »Cum universitati vestrae.« *Cf.* n° 11451.

» 2 » (11362) Abbati Eliberacen.(?) Cisterc. ord. et praeposito S. Augustini in Hecfordia (*num* Erfordia?) Magunt. dioc. scribit de magistro H(enrico) de Catania »qui ecclesiae Bambergensis electus dicitur aggregari, qui etiam sedis apostolicae excommunicationis sententia innodatus ad dictam ecclesiam electus asseritur, quodque professus et monachus S. Burcardi in Herbipoli fuerit factus exinde multis in scandalum.« Mandat eis, ut super hoc veritatem inquirant. vi non. Mai. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 401. — »Succensa velut ignis.«

» 3 » (11363) Consilio et communi Asisinatibus concedit, ne in Rocca de Saxo rubeo, quae nuper destructa sit mandato magistri Alexandri capellani sui, ulterius ulla munitio vel structura fiat. v non. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 118. n° 209. — »Recte considerationis examine.«

		1244.
Mai. 3	Laterani	(11364) Repetit Honorii III nº 6489 de 1221. Ianr. 16: »v non. Mai. aº 1º« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke Tab. 359. nº 478.
» 3	»	(11365) Repetit Honorii III nº 6492 de 1221. Ianr. 16: »v non. Mai. aº 1º« — »Evangelice doctrine que.« ‖ Lünig Teutsches Reichs-Arch. XVI. 82. nº 81; Strehlke l. c. 360. nº 479.
» 4	»	(11366) Abbatissae et sororibus monasterii s. Agnetis ord. s. Dam. Tiracen. dioc., quibus episcopus Tirasonensis construendi monasterium in agro, qui fuit quondam Mariae Lop., liberam concesserat potestatem, ab omni ipsas episcopali iurisdictione eximendo, hanc concessionem confirmat. IV non. Mai. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 429. nº 11; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 328. nº 37. — »Cum a nobis.«
» 4	»	(11367) Repetit nº 10130 d. d. 1236. Mart. 25: »IV non. Mai. aº 1º« — »Licet is de.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 141. nº 70.
» 6	»	(11368) Abbatissae ac sororibus inclusis monasterii s. Garaffae (*leg.* Serafiae *Sbar.*) Astensis ord. s. Dam., quas (Ubertus) episcopus Astensis cum possessionibus et pertinentiis ab omni episcopali iure et cuiuslibet conditionis obligatione exemerat, hanc exemtionem confirmat. II non. Mai. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 430. nº 12; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 329. nº 38. — »Religionis vestrae meretur.«
» 6	»	(11369) Abbatibus, prioribus, rectoribus et aliis ecclesiarum praelatis civitatis et diocesis Tudertinae indulget, ut ad providendum episcopo Assisinatensi nisi hoc anno duntaxat »qui nuper super hoc a nobis litteras impetravit«, seu alii etiam per litteras apostolicas inviti cogi nequeant. II non. Mai. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 330. nº 39. — »Cum sicut ex.«
» 6	»	(11370) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum ecclesiae s. Mariae de Viterbio ecclesiam s. Fortunati Viterbiensis, quam eis cum ipsius domibus Raynerius S. Mariae in Cosmidin diac. card. tunc apostolicae sedis legatus pleno iure concesserat, auctoritate apostolica confirmat. II non. Mai. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 141. nº 71. — »Cupiens dilectus filius.«
» 6	(»)	• (11371) Duci Austriae concedit, ut matrimonium contrahere possit cum filia ducis Bavariae, quae ipsi erat coniuncta in quarto consanguinitatis et affinitatis gradu ex una parte et ex altera in quinto. II non. Mai. aº 1º. ‖ Deutinger Beyträge II. 153. nº 11.
» 7	»	(11372) De Sytansteten, Merlicensi, Itibarte abbatibus Pataviens. dioc. scribit, archiepiscopum Salisburgensem electionem factam de P(erchtoldo) qui pro abbate Tegernseensis monasterii se gerat, licet eam episcopus Frisingensis propter electionis vitium irritasset, confirmasse, eidem munus benedictionis impendisse fecisseque ipsum in idem monasterium intrudi. Mandat eis, ut re diligentius inquisita statuant quod canonicum fuerit. Non. Mai. aº 1º. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. II. 4. — »Sua nobis venerabilis.«
» 7	(»)	(11373) Archiepiscopo Bituricensi mandat, ut, nisi ei constiterit quod canonici ecclesiae Cadurcensis vel eorum praedecessores a centum annis citra professi fuerint aliquem ordinem regularem, eos ad id non compellat, sed ecclesiam ipsam in suo statu dimittat. Non. Mai. aº 1º. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 112, *omisso initio*.
» 7	»	(11374) Abbatissae et sororibus inclusis monasterii s. Francisci Mantuanis ord. s. Dam. exemptionem eandem confirmat, quam eis (Iacobus) episcopus Mantuanus concesserat. Non. Mai. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 431. nº 13; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 331. nº 40. — »Religionis vestrae meretur.«
» 8	»	(11375) Archiepiscopo Viennensi mandat, ut Ph. de Sabaudia a cura ecclesiae Valentinensis absolvat et capitulo Valentinensi licentiam impendat providendi sibi per electionem canonicam de persona idonea. VIII id. Mai. aº 1º. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 117. — »Litterae dilecti filii.«
» 8 resp. 9	»	(11376) (Ludovicum) regem Franciae rogat et obsecrat, mandet per regnum suum, ut traditiones Iudaeorum »quae Talmud hebraice nuncupantur et magnus liber est apud eos, excedens textum Bibliae in immensum, in quo sunt blasphemiae in Deum et Christum ac b. Virginem manifeste, intricabiles fabulae, abusiones erroneae ac stultitiae inauditae«, et libros omnes cum glossis suis per cancellarium Parisiensem et doctores regentes Parisiis examinatos et reprobatos faciat igne cremari. Etiam firmiter inhibeat Iudaeis, ne de cetero nutrices vel servientes habeant christianos. VII (VIII *Rayn.*, V *Mansi*) id. Mai. aº 1º. ‖ Cherubini Bullar. I. 93; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 332. nº 41; Mansi Conc. XXIII. 591; Matthaeus Summa 3; Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1244 § 40, *omisso initio*; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 191; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 508. — »Impia Iudaeorum perfidia.«
(Apr. 25-Mai. 9)	(»)	(11377) Gregorio de Montelongo subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato mandat, ut, cum Beatrici reginae Hungariae (Andreae regis viduae) pro suis et Stephani filii sui necessitatibus quaedam ecclesiarum praelatis, monasteriis et aliis suae legationis provisio a Romano pontifice mandata sit, dicta autem Beatrix viam sit universae carnis ingressa, provisionem huiusmodi eidem Stephano faciat exhiberi. »Romae« VII

		1244.
		(VIII *Fej.* [kal.? id.?]) Mai. aº (2º, *sed legas*) 1º. ‖ Muratori Antiqq. Ital. V. 1055; Fr. C. Palma Heraldicae regni Hung. spec. (Vindob. 1766. 4º) 11; Katona Hist. crit. VI. 72; Fejér Cod. dipl. IV. I. 367. — »Cum clarae memoriae.« *Signa chronol. corrupta sunt.*
Mai. 10	Laterani	(11378) Priori et fratribus ordinis fratrum Praedicatorum Viterbiensibus ecclesiam s. Mariae in gradibus de Viterbio, quam Raynerius S. Mariae in Cosmidin diac. card. suis sumptibus fecit construi et fundari eisque contulit, tenore litterarum donationis inserto, auctoritate apostolica confirmat. VI id. Mai. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 142. nº 72. — »Ea quę a.«
» 10	»	(11379) (Rudigero) episcopo Pataviensi mandat, ut, si b. Colomannus martyr canonizatus per apostolicam sedem existat, ipsius festum per totam Austriam et adiacentes provincias faciat solemniter celebrari. VI id. Mai. aº 1º. ‖ Hueber Austria 22; *fragm.* ap. Hansiz Germ. sacra I. 381; *cf.* Meiller Reg. der Babenberger 178. nº 132. — »Cum sicut ex.«
» 11	»	(11380) Praeposito et capitulo Parmensibus indulget, ut ad provisionem aliquorum, clericis et pueris chori ecclesiae suae dumtaxat exceptis, per litteras apostolicas nullatenus cogantur. V id. Mai. aº 1º. ‖ Affò Stor. di Parma III. 378. nº 72. — »Devotionis vestre precibus.«
» 11	»	(11381) Archiepiscopos et episcopos . . . . et alios ecclesiarum praelatos rogat et hortatur, ut eos qui contra tenorem privilegii, »quod priori et fratribus Eremitis ord. s. Aug. de Tuscia de novo concessimus«, eisdem aliquas praesumpserint irrogare iniurias, per censuram ecclesiasticam ad impendendum satisfactionem compellant. V id. Mai. aº 1º. ‖ Empoli Bullar. 169. — »Pium fore dignoscitur.«
» 11	»	(Ludovicum) regem Franciae rogat: »V id. Mai. aº 1º«. ‖ Mansi Conc. XXIII. 591, *vid.* 1244. Mai. 9. nº 11376.
» 13	»	(11382) Magistro Girardo archidiacono Mussuniensi (Mussiniensi *Th.*) Geuriens. dioc. concedit, ut praeter beneficia, quae obtineat, curam habentia animarum adhuc unicum beneficium, personatum vel aliam dignitatem, etiamsi similem curam habeat, recipere possit. III id. Mai. aº 1º. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. I. 355; Theiner Mon. Hungar. I. 189. nº 352. — »Etsi propter ambitiones.«
» 13	»	(11383) Abbati et conventui monasterii s. Iudoci in Nemore Praemonstr. ord. Ambianens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus *etc.* eis concessas confirmat. III id. Mai. aº 1º. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 517. — »Solet annuere sedes.«
» 14	»	(11384) Episcopo quondam Bosnensi magistro et definitoribus capituli generalis ordinis Praedicatorum scribit, se nuper statuisse, ut moniales monasterii s. Sixti de Urbe sub magisterio et doctrina magistri et prioris provincialis Tusciae ordinis Praedicatorum permaneant ibique prior providus instituatur residens, qui eas instruat et corrigat *etc.* Mandat eis, ut, cum praefatus prior dicto monasterio subtractus sit in abusionem statuti apostolici, illum eidem restituant et ad facienda similia nullatenus procedant. II id Mai. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 143. nº 73. — »Cum dilecte in.«
» 14	»	(11385) Potestati, consilio et populo Pisanis, ut ad salutis et rectitudinis semitam eos de invio reducat, exponit cur a Gregorio pp. praedecessore excommunicati fuerint et diu ecclesiastico interdicto innodati permanserint. Exhortatur eos, ut castra Montis Topari, Pratilionis, s. Gervasii *etc.* episcopo et ecclesiae Lucanis restituant *etc. etc.* II id. Mai. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 431. — »Habet hoc intentio.« *Cf.* 1237. Mai. 10. nº 10336.
» 15	»	(11386) Episcopum et capitulum Florentinos precibus Guidonis Guerrae comitis palatini inductus rogat et hortatur, ut Aldobrandinum canonicum ecclesiae s. Laurentii Florentini recipiant in canonicum eique praebendam liberaliter conferant. Id. Mai. aº 1º. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1791. — »Ad illorum potissime.«
» 15	»	(11387) Abbatem de Puzowe [Bosau] et de Aldenburc et de Mildenwrthe [Mildenfurth] ecclesiarum praepositos Nuenburgensis dioc. constituit iudices inter (Conradum) Misnensem et (Nicolaum) Pragensem episcopos de usurpata iurisdictione litigantes. Id. Mai. aº 1º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 116. nº 126. — »Venerabilis fratris nostri.«
» 16	»	(11388) Principem Achaiae rogat et hortatur, ut considerato prudenter quod amplius et passionum Constantinopolitani imperii et consolationum ex vicinitate, quin potius connexitate consors existat, ad subveniendum eidem in praesentis necessitatis articulo libenter et potenter assurgat. XVII kal. Iun. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1244 § 15. — »Inter cetera circa.«
» 16	»	(11389) Abbatissae et conventui monialium monasterii s. Mariae de Hermo Virginum ord. s. Dam. Lunen. dioc., quibus episcopus Lunensis omne ius episcopale remisit, hanc remissionem confirmat. XVII kal. Iun. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 433. nº 14; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 334. nº 42. — »Quotiens a nobis.«

1244.

Mai. 16 — Laterani — (11390) Sententiam excommunicationis in R(aymundum) comitem Tolosanum a fratribus Ferrario et G. Ramundi ordinis Praedicatorum inquisitoribus contra haereticos deputatis ex iniusta interpretatione prolatam revocat, cum illum reputet filium catholicum et fidelem. xvii kal. Iun. a° 1°. ‖ *Sine signo chronol.* ap. Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 433; Teulet Layettes II. 534. n° 3184; *cf.* Auriac Hist. d'Alby 103. — »Cum nuper te.«

» 17 — » — (11391) Wintoniensi, Wigorniensi et Norwicensi episcopis mandat, ne permittant ut prior provincialis et fratres ordinis Praedicatorum in provincia Anglicana constituti, qui molestias multiplices patiantur, ab aliquibus indebite molestentur. xvi kal. Iun. a° 1°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 694; Ripolli Bullar. Praedic. VII. 18. n° 351. — »Quia nonnulli sic.«

» 17 — » — (11392) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat atque praecipit, ut a capellanis ecclesiarum, quae pleno iure fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. sint concessae, nec fidelitatem nec obedientiam exigant. xvi kal. Iun. a° 1°. ‖ Hennes UB. I. 229. n° 262; Strehlke Tab. 361. n° 481. — »Dilecti filii ...«

» 18 — » — (11393) Abbatissae et monialibus inclusis monasterii s. Mariae Vallis Gloriae de Spello Spoletan. dioc. confirmat ordinationem et distributionem bonorum abbatiae s. Silvestri de Monte Subasio suppressae iussu Gregorii IX pp. factam ab episcopo Spoletano (*vid.* n° 8984) favore etiam istarum. xv kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 334. n° 43. — »Cum ecclesiam sancti.«

» 19 — » — (11394) Potestati, consilio et populo Pisanis bona Lucani episcopi occupantibus notum facit »quod, nisi supra praemissis promptae devotionis studio nostris mandatis et monitis pareatis, contra vos in spiritualibus et temporalibus, sicut gravius poterimus, procedemus, ita ut cervicis vestrae duritia quae fomenti lenitate non flectitur, asperis remediis inclinetur.« xiv kal. Iun. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi IV. 188. — »Habet hoc intentio.«

» 19 — » — (11395) Kazimirum ducem Cuiaviae et alios crucesignatos contra Prutenos per ducatum Cuiaviae constitutos cum familiis et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut, quamdiu in tam pio negotio duxerint persistendum, ea omnia integra maneant et quieta. xiv kal. Iun. a° 1°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 57. n° 60; *cf.* Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. II. i. 38. n° 36. — »Dignum est ut.«

» 20 — » — (11396) (Benedicto) episcopo Perusino mandat, ut ea quae de bonis conventus monialium s. Mariae Montis Lucis Perusii ord. s. Dam. contra prohibitionem f. rec. Gregorii IX pp. alienata invenerit, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime revocet. xiii kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 341. n° 44. — »Cum sicut accepimus.«

» 21 — » — (11397) (Thomae) Wratislaviensi et (Henrico?) Lubucensi episcopis et abbati S. Vincentii iuxta Wratislaviam significat, se (Kazimirum) ducem Cuiauiensem et alios crucesignatos contra Prutenos per ducatum Cuiaviae constitutos cum familiis et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione admisisse. Mandat eis, ne permittant, ut isti contra protectionis et constitutionis apostolicarum tenorem ab aliquibus indebite molestentur. xii kal. Iun. a° 1°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 58. n° 61; *cf.* Rzyszczewski l. c. n° 37; Korn Regest. episc. Vratisl. 36. — »Dilectum filium nobilem.«

» 21 — » — (11398) Armachano archiepiscopo et magistro Martino camerae suae clerico mandat, ut, si electionem de magistro Iohanne rectore ecclesiae s. Beani maioris Lismorens. dioc. in episcopum Lismorensem canonice celebratam invenerint, eandem confirment. xii kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 42. n° 109. — »Ex parte dilectorum.«

» 21 — » — (11399) Archiepiscopis et episcopis ad quos litterae istae pervenerint mandat, ut in propriis diocesibus fratribus ordinis Praedicatorum absolutione ac dispensatione indigentibus sive antequam ad religionem huiusmodi convolaverint, sive postea excesserint, cum ab eis fuerint requisiti, absolutionis beneficium impendant, exceptis casibus sedi apostolicae reservatis. xii kal. Iun. a° 1°. ‖ Liber collegii N. Domin. (Munim.) 147. — »Quia proni sunt.«

» 24 — » — (11400) Ludovico regi Francorum indulget, ut nullus in capellam, quam ille Parisiis infra septa domus regiae suis sumptibus duxerit construendam, vel personas inibi constitutas excommunicationis vel interdicti sententias absque speciali mandato sedis apostolicae promulgare valeat. ix kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1244 § 39; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 341. n° 45. — »Sicut ex parte.«

» 25 — » — (11401) Compositionem inter abbatem conventumque de Horta et ecclesiam Oxomensem super decimis factam confirmat. viii (kal. *om. Lop.*) Iun. a° 1°. ‖ Loperraez Descripc. de Osma III. 77. n° 55. — »Iustis petentium desideriis.«

» 25 — — — Generali ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum: »Ap. Civitatem Castellanam viii kal. Iun. a° 1°«. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 433. n° 15, *vid.* 1244. Iun. 24. n° 11424.

»Post haec cernens igitur dominus papa se plurimum fratrum indigere consilio, cum non essent tunc nisi septem in ecclesia cardinales, primo anno pontificatus sui

1244.

Mai. 28 — in ecclesia b. Petri apost. de Urbe — sabbato infra octavam pentecostes 12 cardinalium, videlicet 3 episcoporum et 3 presbyterorum ac 6 diaconorum ordinatione decentissima ecclesiam adornavit.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. IV § 12 ap. Baluze Miscell. VII. 362 (ed. Mansi I. 197).

» 29 — Laterani — (11402) Archiepiscopos, episcopos, abbates, priores .... et alios ecclesiarum praelatos, ad quos litterae istae pervenerint, monet ut natale s. Edwardi gloriosi quondam regis Anglorum, quod nonis Ianuarii, et festum translationis eiusdem, quod iii id. Oct. celebri veneratione in Anglicana ecclesia praecoluntur, annua celebritate colant. iv kal. Iun. a° 1°. ‖ Rymer Foedera I. i. 147. — »Ut notam faciat.«

» 29 — » — * (11403) Astense capitulum rogat et monet, ut Iohanni Astensi civi familiari suo et subdiacono apostolico de praebenda provideant, ne vacuum nomen canonici habere videatur. iv kal. Iun. (a° 1°.) ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 377.

» 30 — » — (11404) Suffraganeis ecclesiae Remensis et abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis in Remensi provincia constitutis praecipit, ut malefactores monasterii de Camberone Cisterc. ord. puniant. iii kal. Iun. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 45. n° 40. — »Non absque dolore.«

» 30 — » — (11405) Repetit n° 11184 d. d. 1243. Nov. 29: »iii kal. Iun. a° 1°« — »Quia confusio habitus.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 341. n° 46.

» 30 — » — (11406) Henrico canonico Tudertino mandat, ut possessiones ecclesiae s. Leucii Tudertin. abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Monte Sancto Tudertinis ord. s. Dam. assignet. iii kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 342. n° 47. — »Religionem monialium inclusarum.«

» 30 — » — * (11407) Prohibet cuilibet, quominus portet habitum fratrum Minorum sine eorum licentia iii kal. Iun. a° 1°. ‖ Lang Regesta II. 346.

» 31 — » — (11408) Capitulo Bononiensi nunciat, se Octavianum (Ubaldinum), cui commissa fuerit ab apostolica sede Bononiensis ecclesia procuranda, ad cardinalatus S. Mariae in via lata dignitatem assumpsisse et fratrem Iacobum vicecancellarium suum praedictae ecclesiae praefecisse in episcopum et pastorem. ii kal. Iun. a° 1°. ‖ (Sartius) De clar. archigymn. Bonon. profess. I. ii. 183; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1244 § 31. — »Assumpti quamvis immeriti.«

» 31 — » — (11409) Potestati et consilio Bononiensium nunciat, se Octavianum S. Mariae in via lata diaconum cardinalem, cui commissa fuerit ab apostolica sede Bononiensis ecclesia procuranda, ad cardinalatus dignitatem assumpsisse et Iacobum vicecancellarium suum praefecisse eidem ecclesiae in episcopum. ii kal. Iun. a° 1°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 204. — »Assumpti quamvis immeriti.«

Iun. 1 — » — (11410) (Seguino) episcopo Matisconensi scribit, episcopum Cabilonensem ecclesiam domus Dei de Mellot (Merloto *al.*) sibi pleno iure subiectam et in spiritualibus et temporalibus diminutam transmutasse in saecularem ibique 13 canonicos instituisse. Mandat ei, ut inquisita super his veritate ordinationem huiusmodi confirmet. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Gallia christ. IV. instr. 250; Perry Hist. de Châlon-sur-Saône, preuv. 67. — »Ex parte venerabilis.«

» 1 — (») — * (11411) Petro de Sabaudia concedit, ut missas in locis interdicto suppositis audiat. »Lugduni« kal. Iun. a° 1°. ‖ Wurstemberger Peter Bd. IV. 102. n° 178a.

» 3 — » — (11412) Monasterium s. Audoeni Rothomagensis tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. iii non. Iun. indict. II. dom. incarn. a° 1244. pont. a° 1°. ‖ La Pommeraye Hist. de l'abbaye de St. Ouen I. 408.

» 5 — (») — (11413) (Bulchu) episcopo Cenadiensi, S. Martini de Pannonia ord. s. Ben. et S. Gothardi Cist. ord. abbatibus mandat, ut (Stephani) Vaciensis episcopi postulationem in Strigoniensem archiepiscopum unanimiter et concorditer factam auctoritate apostolica confirment et eidem, ascito suffraganeorum numero, munus consecrationis impendant. »Anagniae« (*error scribae?*) non. Iun. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. v. 262; Kollar. Hist. iur. patron. 155. — »Vacante Strigoniensi ecclesia.«

» 7 — »Urbem ad Civitatem Castellanam — septimo die Iunii egrediens illico est profectus.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. IV § 12 ap. Baluze Miscell. VII. 362 (ed. Mansi I. 197). — »In praedicta civitate 19 dierum persistens spatio .....« ‖ Nicolaus l. c. § 13.

» 9 — ap. Civitatem Castellanam — * (11414) Othoni cardinali episcopo Portuensi auctoritatem confert de negotio pacis cum principe (*i. e.* Friderico imp.) tractandae. v id. Iun. a° 1°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 199.

» 13 — » — (11415) Rectoribus et fratribus Domus Pontis super Taronem Parmens. dioc., quibus J. (G?) pp. praedecessor suis concesserat, ut regulam fratrum de Alto passu instituere in domo sua possent, hanc concessionem confirmat. Id. Iun. a° 1°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 379. n° 73. — »Cum a nobis.«

[» 16 — »Octavo die ante festum b. Iohannis baptistae accessit dominus papa ad Civitatem Castellanam, quae ab Urbe 18 distat milliaribus, ut ibidem vicinius imperatori de pace tractaret.« ‖ Matth. Paris Hist. maior Angl. 430. *Matthaeus paululum erravit.*]

1244.

Iun. 17 — ap. Civitatem Castellanam — (11416) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum districtius inhibet, ne ante annum probationis elapsum quemquam ad professionem sui ordinis seu renunciationem saeculi faciendam recipere praesumant. xv kal. Iul. a° 1°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 616; Mansi Conc. XXIII. 565; Ripolli Bullar. Praed. I. 144. n° 74; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 192; *in* Sexti Decret. lib. 3. tit. 14 *de regular.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 979, *qui perperam tribuit* Alexandro IV *et* a° 1260, *ibid.* Append. 364. c. 22; ap. Richter Corp. II. — »Non solum in.«

» 17 — » — (11417) Generali ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum *in eundem modum.* xv kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 342. n° 48. — »Non solum in.«

» 17 — » — (11418) (Vitali) archiepiscopo Pisano mandat, faciat ut Odmundus presbyter ecclesiam ss. Trinitatis, quam contra iustitiam detineat fratribus ord. Minorum Pisanis restituat. xv kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 343. n° 49. — »Dilecti filii minister.«

» 20 — » — (11419) Potestatem, consilium et populum Viterbienses consolatur ob pressuras, quas pro fidelitate et devotione ecclesiae sustinent. Sperat »quod in proximo vestris oppressionibus finis laudabilis imponetur, ad quod nos libenter impendimus opem et operam.« Monet denique ut sint in fide stabiles. xII kal. Iul. a° 1°. ‖ Bussi Istoria di Viterbo 406. — »Quanto civitas Viterbiensis.«

» 20 — » — (11420) Generali ministro et universis fratribus ordinis fratrum Minorum indulget, ut divinum officium iuxta ecclesiae Romanae morem secundum breviarium correctum, excepto psalterio, recitent et, si aliqui eorum divino intersint officio cum aliis celebrantes, ad dicendum officium proprium minime teneantur. xII kal. Iul. a° 1°. ‖ Wadding Ann. minor. III. 112; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 344. n° 50; Mazzucchelli Osservaz. sopra il rito Ambros. 318; *cf.* Lang Regesta II. 358, *ubi male* pont. a° 2°. — »Pio vestro collegio.«

» 20 — » — (11421) Eisdem indulget, ut in locis, quibus degunt, liberam pro se ipsis habeant sepulturam. xII kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 51. — »Ita vobis et.«

» 21 — » — * (11421 a) Privilegium pro monasterio s. Pancratii in comitatu Rosellano dioc. Grosseti. ‖ F. Gregorovius Gesch. d. Stadt Rom V. 233. not.

» 22 — » — (11422) Generali et provincialibus ministris ac ceteris fratribus ordinis fratrum Minorum indulget, ut commissiones causarum vel sententiarum executiones a sede apostolica vel delegatis eius inviti recipere nullatenus teneantur. x kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 345. n° 52. — »Quieti vestrae providere.«

» 24 — » — (11423) Magistro et fratribus ordinis fratrum Praedicatorum in memoriam reducit, se eis praecepisse, ut fratres Minores et eorum ordini obligatos nullatenus de cetero praetextu indulgentiae alicuius vel litterarum obtentarum a sede apostolica vel etiam obtinendarum in posterum, quae de illis expressam non facerent mentionem, praesumerent recipere. Inhibet, ne ante annum probationis elapsum quemquam ad professionem ordinis recipiant *etc.* vIII kal. Iul. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 434. n° 16; Ripolli Bullar. Praed. I. 144. n° 75; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 346. n° 54; Liljegren Svenskt dipl. I. 302. n° 313. — »Meminimus vobis olim.«

» 24 — » — (11424) Generali ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum *in eundem modum.* vIII kal. (Iun., *sed legas*) Iul. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 433. n° 15; Sbaralea l. c. 345. n° 53. — »Meminimus vobis olim.«

» 24 — » — (11425) Repetit n° 11342: »vIII kal. Iul. a° 1°« — »Quo vos in.« ‖ Wadding l. c. 435. n° 17; Sbaralea l. c. 327. n° 36.

» 24 — » — (11426) Canonicis ecclesiae Bononiensis intimat, se Iacobum Bononiensem episcopum tunc Romanae ecclesiae vicecancellarium eidem ecclesiae in episcopum de potestatis plenitudine praefecisse. Mandat eis, ut illum benigne recipiant. »Alioquin sententiam quam ipse tulerit in rebelles ratam habebimus.« vIII kal. Iul. a° 1°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 205. — »Licet mirifica in.« *Cf.* n° 11408.

» 25 — » — (11427) Generali ministro et universis fratribus ordinis fratrum Minorum indulget, ut in terris excommunicatorum commorari et ab eis necessaria vitae deposcere et recipere possint. vII kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 346. n° 55. — »Vobis extremam patientibus.«

» 27 — »Sutrium — in die praecedente vigiliam apostolorum Petri et Pauli devenit.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. IV § 13 ap. Baluze Miscell. VII. 363 (ed. Mansi I. 197).

» 28 — (») — (11428) Raynerio S. Mariae in Cosmedin diacono cardinali in patrimonio b. Petri, in Tuscia, ducatu Spoletano et Anconitana marchia tam in spiritualibus quam in temporalibus vices suas plenarie committit. IV kal. Iul. a° 2°. ‖ Baldassini Città di Jesi. Append. 17, *non integra.* — »Probata prudentiae tuae.«

» 29 — ad Civitatem Vetulam — »In die festivitatis Apostolorum circa horam nonam est deductus.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. IV § 13 ap. Baluze Miscell. VII. 364 (ed. Mansi I. 197). — »Eadem Apostolorum die scilicet quarta feria circa horam vespertinam galeas intravit cum hominibus, et summo diluculo versus Ianuam coepit navigio proficisci.« ‖ Nic. de Curbio l. c. § 14. 365 (197). — *Cf. infra* n° 11446.

1244.

Iun. 30 — Caprariam insulam — »Die secunda apud Caprariam insulam applicantes

Iul. 1 — Portum Veneris — die tertio ad Portum Veneris pervenerunt [»pervenerunt Dei gratia ad locum Portusveneris die Lune 4. Iulii. Ibi descendit dominus papa cum cardinalibus, et requievit in ecclesia Portusveneris per aliquot dies.« ‖ Bartholomaei scribae Annal. ap. Pertz Mon. G. hist. scr. XVIII. 214] ibique propter maris intemperiem mora facta

» 2-4 — per tres dies

» 5. 6 — post alios duos dies,

» 7 — Ianuam.« — scilicet octava Apostolorum devenit Ianuam.« ‖ Nicol. de Curbio l. c. § 14. 365 (ed. Mansi I. 197). — »Ianuam applicuit feliciter die Iovis 7. mensis Iulii.« ‖ Bartholomaei Ann. ap. Pertz l. c. 215. — »Nonis Iulii prospere Ianuam applicavimus.« ‖ Innocentii Epist. ad Raynerium card., *vid.* n° 11429.

» 8 — Ianuae — (11429) Raynerio S. Mariae in Cosmedin diacono cardinali nunciat, se nonis Iulii prospere Ianuam applicuisse et ibi cum fratribus qui ipsum secuti sint, sanos et incolumes commorari. vIII id. Iul. a° 2°. ‖ Bussi Istor. di Viterbo, app. 406. n° 17; Baldassini Città di Jesi, app. 18. n° 12; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 200. — »Licet qualiter de.«

Iul.-Oct. — in monasterio s. Andreae — »Post paucos vero dies contigit, dictum summum pontificem .... febris et dissenteriae .... molestatione gravari .... Propter quod eum oportuit trium mensium spatio modo prope civitatem ipsam Cisterc. ordinis commorari.« ‖ Nicolaus de Curbio l. c. § 15. 366 (ed. Mansi I. 197).

Iul. 9 resp. 13 — — — Monasterium de Sco Cisterc. ord. Upsal. dioc.: »Lugduni IX. (III id. Iul.) Iul. a° 2°«. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 304. n° 315; *cf.* Celse Appar. 68. n° 5, *vid.* 1245. Iul. 9. n° 11711.

» 14 — Ianuae — (11430) Electum, capitulum et universum clerum Parmenses rogat et hortatur, ut, cum prior et fratres ordinis Praedicatorum Parmenses non valentes in loco ubi nunc sint commode commorari velint ad alium competentiorem se transferre, eis dent consilium et favorem. II id. Iul. a° 2°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 379. n° 74. — »Credentes vos promptos.«

» 15 — » — (11431) Universis Christi fidelibus per Livoniam, Prussiam, terram Culmensem, Gotlandiam, Olandiam, Vinlandiam, Estoniam, Semigalliam, Curlandiam ac Lithuaniam et ceteras neophytorum et paganorum provincias ac insulas constitutis significat, se Wilhelmum Sabinensem quondam Mutinensem episcopum, »licet praesentia eiusdem episcopi apud sedem apostolicam propter praerogativam virtutis ipsius nobis sit plurimum opportuna«, commisso ei tam in partibus illis quam in Ginznensi, Pronitia (*legerim* Gneznensi provincia) et Pragensi et Olomucensi diocesibus necnon in Austria, Stiria et aliis terris ducis Austriae plenae legationis officio, ad partes illas remittere, eosque monet, ut praefato legato pronis mentibus intendant. Id. Iul. a° 2°. ‖ Acta Boruss. II. 615; Bunge Livl. UB. I. 234. n° 179. — »Ineffabilis dispositio creatoris.«

» 20 — » — (11432) Generali ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. xIII kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 346. n° 56. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 21 — » — (11433) Habitatoribus terrae Culmensis et Teutonicis habitantibus in Prussia notificat, se (Willelmo) Sabinensi episcopo tam in eorum quam etiam quibusdam aliis partibus plenae legationis officium commisisse eumque in brevi providere destinandum. Rogat eos, ut in Iesu Christi negotio sic persistant, ut idem episcopus, cum ad ipsos accesserit, eorum sollicitudinem commendare possit. xII kal. Aug. a° 2°. ‖ Acta Boruss. II. 619. — »Zelum fidei et.«

» 21 — » — (11434) Repetit n° 10970 d. d. 1240. Dec. 12: »xII kal. Aug. a° 2°« — »In iure canonico.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 347. n° 57.

» 21 — » — (11435) Repetit n° 11027 d. d. 1241. Iun. 6: »xII kal. Aug. a° 2°« — »Licet ad hoc.« ‖ Sbaralea l. c. n° 58.

» 22 — » — (11436) Repetit n° 9964 d. d. 1235. Iul. 18: »xI kal. Aug. a° 2°« — »Cum iam per.« ‖ Sbaralea l. c. n° 59.

» 22 — » — (11437) (Henrico) regi Angliae significat, Henricum de Secusia Antiplican. praepositum capellanum papalem cura vigili penes sedem apostolicam circa ipsius regis et maxime circa Wintoniensis, Norwicensis et Bathoniensis ecclesiarum negotia promovenda institisse. Addit, se ceterum nolle nec intendere per ea quae circa praedicta negotia facta sint per sedem apostolicam, regiis privilegiis vel consuetudinibus regni generari praeiudicium. xI kal. Aug. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. I. 150. — »Sunt non immerito.«

» 22 — (») — * (11438) Innovat n° 9964 d. d. 1235. Iul. 18. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 184. not. e. — »Cum iam per.«

» 23 — » — (11439) Repetit n° 10971 d. d. 1240. Dec. 12: »x kal. Aug. a° 2°« — »Prohibente regula vestra.« ‖ Sbaralea l. c. n° 60.

1244.

Iul. 23	Ianuae	(11440) Abbatissae et conventui sororum inclusarum monasterii s. Mariae Vallis Gloriae de Spello ord. s. Dam. Spoletan. dioc. vineas, oliveta, hortos *etc.*, quae Gregorius pp. eis in puram elemosynam deputaverat, auctoritate apostolica confirmat. x kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 348. n° 61. — »Iustis petentium desideriis.«
» 23	»	(11441) Repetit n° 11178 d. d. 1243. Nov. 20: »x kal. Aug. a° 2°« — »Quia confusio habitus.« ‖ Sbaralea l. c. n° 62.
» 26	»	(11442) Abbatibus de Haberconmia et de Kemere Cisterc. ord. Kangorum dioc. mandat, ut David principem Northwalliae ab observatione cuiusdam iuramenti per violentiam extorti penitus absolvant. vii kal. Aug. a° 2°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 651. — »Ex parte dilecti.«
» 29	»	(11443) Archiepiscopos, episcopos et abbates, priores .... ac alios ecclesiarum praelatos et clericos per regnum Angliae constitutos rogat et hortatur, ut, cum (Henricus) rex Anglorum pro quibusdam magnis et arduis quae ei imminebant negotiis subierit gravia et subire adhuc ipsum oporteat onera expensarum, eidem de suis redditibus honestum subsidium liberaliter conferant. iv kal. Aug. a° 2°. ‖ Matth. Paris l. c. 640; Rymer Foedera I. i. 150; Mansi Conc. XXIII. 567. — »Debet mater ecclesia.«
» 29	»	(11444) Repetit n° 10105 d. d. 1236. Febr. 26: »iv kal. Aug. a° 2°« — »Quieti vestrae providere.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 348. n° 63.
» 29	»	(11445) Repetit n° 10869 d. d. 1240. Apr. 22: »iv kal. Aug. a° 2°« — »Qui postposita vanitate.« ‖ Sbaralea l. c. 349. n° 64.
(Iul.)	(»)	(11446) Potestati, consilio et communi Brixiae scribit, se apud Civitatem suam mare pridie kal. Iulii (*i. e.* 30. Iunii) ascendisse et Ianuam cum sua et fratrum suorum comitiva applicuisse. Cum iam sit in loco, ubi de ipsorum consilio, quos speciales inter alios devotos sedis apostolicae reputet, ea quae ad exaltationem fidei, bonum statum ecclesiae ac tranquillitatem totius christiani populi pertineant, utilius disponere possit et tractare, rogat et hortatur eos, ut in apostolicae sedis devotione taliter firmitate solita persistant, »quod nos ad procuranda vestra commoda strictius obligemur.« *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 159. — »Licet priusquam fuimus.«
Aug. 1	»	(11447) Repetit n° 11040 d. d. 1241. Iun. 20: »Kal. Aug. a° 2°« — »Vobis extremam patientibus.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 349. n° 65.
» 4	»	(11448) Abbati et conventui monasterii s. Augustini Morinens. dioc. plenam concedit facultatem redimendi decimas de manibus laicorum. ii non. Aug. a° 2°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 141. — »Non est petitio.«
» 4	»	(11449) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis significat, pervenisse ad ipsum »quod, cum olim cives Ianuenses ab expeditione Antiochiae triumphatores de inimicis Christi redirent, applicantes prope Pateram reliquias b. Iohannis baptistae ac praecursoris Christi ibidem inventas secum Ianuam .... portarunt.« Addit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad Ianuensem ecclesiam, ubi praedictae reliquiae conservantur, devote accesserint annuatim in die revelationis, indulgentiam unius anni *etc.* elargiri. ii non. Aug. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 885. — »Cum generalis ecclesia.«
» 5	»	(11450) Generali ministro et fratribus aliis ordinis fratrum Minorum concedit facultatem capiendi, carceri addicendi aliisve poenis coercendi apostatas sui ordinis per se vel per alios. Non. Aug. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 349. n° 66. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 19	—	Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis in regno Hungariae: »Lugduni xiv kal. Sept. a° 2°.« ‖ Fell Rer. Angl. scr. I. 296, *vid.* 1245. Aug. 19.
» 21	Ianuae	(11451) Abbatissis et sororibus inclusis ord. s. Dam. rescribens declarat, quod regula b. Benedicti eis tradita ipsas non ligat ad aliud, nisi ad obedientiam, abdicationem proprii et perpetuam castitatem. xii kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 350. n° 67. — »Cum universitati vestrae.« *Cf.* n° 11361.

1243—1244.

Sept. 5	—	(11452) Praeposito Guifredo et Grimando canonico Pergamensibus mandat, moneant cives Brixiae, ut rancorem quem conceperunt adversus (Gualam) episcopum Brixiensem deponentes ei tamquam patri et pastori animarum suarum humiliter et devote intendant. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 153. — »Antiqui hostis astutia.«
» 5	—	(11453) Gregorio de Montelongo subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato mandat, ut a molestatione G(ualae) Brixiensis episcopi desistat omnino, procuratores ad percipiendum episcopatus proventus et redditus ab ipso positos sine mora removeat et episcopo dicto omnia restituat quae de bonis eius per eosdem procuratores percepta sint. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 155. — »Etsi doleamus de.«

1243—1244.

Sept. 5	—	(11454) Universo clero civitatis et diocesis Brixiae mandat, ut gravaminibus penitus revocatis (Gualam) Brixiensem episcopum tamquam patrem suum reverentes impendant ei reverentiam debitam et devotam; »alioquin sententiam, quam ipse rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.« *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 156. — »Etsi culpe sunt.«

1244.

» 9	—	Clero civitatis et diocesis Recanatensis: »Lugduni v id. Sept. a° 2°«. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1219, *vid.* 1244. Dec. 9. n° 11471.
» 13	Ianuae	(11455) Magistro et prioribus ordinis Praedicatorum indulget, ut adscribendos ordini absolvere possint a censuris. Id. Sept. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 19. n° 353. — »Auctoritate vobis praesentium.«
» 13	»	(11456) Episcopo quondam Bosnensi repetit n° 11226 d. d. 1244. Ianr. 17: »Id. Sept. a° 2°« — »Inter alia quibus.« ‖ Ripoll l. c. n° 352.
» 17	»	(11457) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut fratres hospitalis Ierosolymitani a praestatione decimarum, tam de possessionibus habitis ante concilium generale, quam de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis, quae propriis manibus aut sumptibus excolunt, necnon de hortis, virgultis *etc.* omnino immunes servent. xv kal. Oct. a° 2°. ‖ d'Escluseaulx Privil. de l'ordre de s. Jean-de-Jérusalem 89.
» 24	»	(11458) (Vitali) archiepiscopo Pisano mandat, ut ecclesiam s. Trinitatis fratribus Minoribus apud Pisas restituat. viii kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 350. n° 68. — »Licet olim nostris.«
» 27	»	(11459) Monasterium monialium s. Virginis gloriosae ac s. Stephani de Millesimo Albensis dioc. Cisterc. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. v kal. Oct. indict. III. incarn. dom. a° 1245 (!). pont. a° 2°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. II. 427. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 28	»	(11460) Monasterii s. Dei genitricis ac s. Margaretae Torcellan. dioc. Cisterc. ord. patrocinium suscipit, eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. iv kal. Oct. indict. II (!). incarn. dom. a° 1244. pont. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 358. — »Religiosam vitam eligentibus.«
Oct. 4	»	(11461) Fratribus ordinis Minorum presbyteris in terras Sarracenorum, paganorum aliorumque infidelium proficiscentibus indulget, ut ibi eis liceat christianis ibidem morantibus, confessione peccatorum audita, poenitentiam iniungere ac ipsis excommunicatis absolutionis beneficium exhibere. iv non. Oct. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 111. — »Animarum salutem desiderio.«
» 4	»	(11462) Repetit n° 10513 d. d. 1238. Ianr. 30: »iv non. Oct. a° 2°« — »Pro zelo christianae.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 351. n° 69.
» 4	»	(11463) Repetit n° 9130 d. d. 1233. Mart. 24: »iv non. Oct. a° 2°« — »Animarum saluti desiderio.« ‖ Sbaralea l. c. n° 70
» 5	(»Ianua) Varaginum Stellam.«	movit dominus papa die Mercurii 5. Octobris et ivit hospitari, et dein fecit se portari in quodam lecto usque ‖ Bartholomaei scribae Annal. ap. Pertz M. G. H., scr. XVIII. 215. — »Ut resumpsit aliquantulas vires convalescentiae nimis brevis, et de Ianua egrediens ... ipse decumbens in lectulo apud *castrum Stellae* pervenit. .... Et cum in dicto castro Stellae gravissima esset aegritudine praegravatus, ... ibidem diebus pluribus moram traxit.« ‖ Nicol. de Curbio Vita I-i § 15 ap. Baluze Miscell. VII. 366 (ed. Mansi I. 197). — »Dominus papa, qui se (Ianuae) instaurarat quasi hyematurus, tam de nocte iter conficiens quam de die, festinanter ac subito non sine multiplici periculo aestate iam se contulit declinante Lugdunum.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 650.
» 19	ap. castrum Stellae	(11464) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... aliisque ecclesiarum praelatis interdicit, ne, cum fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. fuerit a praedecessoribus suis indultum et a se ipso postmodum confirmatum, ut semel in anno recipiantur in ecclesiis ad eleemosynas colligendas, quidam vero praelatorum dictorum avaritia succensi confratrias suas illorum confratriis eodem die in ipsorum adventu praeponant, unde hi parum aut modicum colligant, hoc in posterum fiat. xiv kal. Nov. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 306. n° 319; Strehlke Tab. 361. n° 482; *cf.* Celse Appar. 68. n° 6. — »Cum dilectis filiis.«
» 24 » 28 O.29-N.1 Nov. 2	»E castro Stellae apud Cararium usque Cortomiliam ap. S. Stephanum	ix kal. Novb. egrediens devertit. .... Unde post tres dies v kal. eiusdem super mulum in quadam cabia lignea propter debilitatem ipsius nimiam fuit vectus; et infra quatuor dierum spatium aliquantulas vires resumens decima die est portatus.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita I-i IV § 15 ap. Baluze Misc. VII. 366 (ed. Mansi I. 197).

1244.

Nov. 5 ap. S. Stephanum — (11465) Abbati et conventui Virziliacensibus significat, se cupientem, ut monasterium eorum, ubi corpus b. Mariae Magdalenae conservetur, congruis debeat honoribus frequentari, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad idem in solemnitate ipsius s. dominae ac octo diebus sequentibus causa devotionis accesserint, indulgentiam 40 dierum concedere. Non. Nov. a° 2°. ‖ Innoc. III Epist. lib. 2. n° 303 ed. Baluze I. 540. — »Licet is de.«

» 6 — »VIII id. Novembris

ad civitatem Astensem, — quae tunc temporis erat imperatori subiecta, constans et intrepidus venit, cui cives portas civitatis impudentissime concluserunt. Ipse vero pontifex, tanquam humilitatis .. virtute praepollens, in quadam

abbatia ss. Apostolorum — extra civitatem una cum suis humiliter se recepit. [(Innocentius summus pontifex »pergens Lugdunum venit Ast (Astam *Ugh.*) a° 1244, et hospitatus fuit in monasterio Apostolorum ad expensas dicti monasterii.« ‖ Guil. Ventura Memor. de gest. civ. Astens. ap. Muratori Scr. rer. Ital. XI. 172; *in* Mon. hist. patr. III. 721; ap. Ughelli Ital. sacra IV. 378.)] .... Inde vero recedens

» 12 apud Segusiam — pervenit pridie idus Novembris, ubi sex cardinales ... dicto summo pontifici occurrerunt. Et sic una cum ipsis et aliis qui secum per mare venerunt,

Alpes — cum labore gravi et afflictione non modica transiere, ... cum iam tempus post festum Omnium Sanctorum (Nov. 1) advenisset hyemale.« ‖ Nicolaus de Curbio Vit. I-i IV § 15 ap. Baluze Miscell. VII. 367 (ed. Mansi I. 198); ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 592 d.

» 18 ap. Burgum S. Michaelis in valle Maurianensi — (11466) Praeposito ecclesiae Bugellensis Vercellens. dioc. mandat, ut electum Taurinensem episcopum tunc abbatem S. Ianuarii eiusdem dioc. in corporalem palatii episcopalis ac episcopatus Taurinensis et rerum ipsius possessionem inducat et defendat. XIV kal. Dec. a° 2°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1365. — »Cum ecclesia Taurinense.«

» 24 ap. Burgum Camberi in vallibus Maurianis — (11467) Wenceslao regi Bohemiae indulget, ut nullus sedis apostolicae delegatus vel delegati subdelegatus ipsius in eius personam excommunicationis aut in terras interdicti sententias promulgare possit. VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 524. n° 1102; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 912, *cf.* VI. I. 243. — »Sincera devotio et.«

»Advenientes proinde

ad monasterium Altaecumbae — Cisterc. ordinis

(» 25-27) per fluvium Rhodani — trium dierum spatio non sine magno discrimine remigarunt.« ‖ Nicolaus de Curbio l. c. § 15. — »Papa

per montem Cenisium — venit

» 29 Lugdunum — in vigilia Andreae.« ‖ Annal. S. Pantaleonis ap. Boehmer Fontes IV. 481. — *Aut teste* Nicolao de Curbio l. c. § 15. p. 368 (ed. Mansi 198) »secunda die Decembris in festo s. Bibianae virginis Christo duce

Dec. 2 Lugdunum — pervenit.« — »Circa festum s. Andreae venit pp. Innocentius IV per multas tribulationes apud *civitatem Leonas* auxilio Baldewyni de Sauveye, qui fuit electus in archiepiscopum illius civitatis.« ‖ Annal. de Dunstaplia *in* Annal. monast. III. 166.

» 8 Lugduni — * (11468) Mandement du pape Innocent IV aux doyen et écolâtre de St.-Paulin à Trèves de faire cesser les vexations que le duc de Limbourg et quelques autres laïques des diocèses de Liége et de Cologne exercent contre l'abbaye de Stavelot. VI id. Dec. a° 2°. ‖ Gachard Arch. de Stavelot *in* Mém. acad. Belg. (1848.) n° 35; Public. de la soc. des mon. histor. de Luxembourg XIV. (1858.) 110. n° 280.

» 8 » — (11469) Watslao filio (Wenceslai) regis Boemiae indulget, ut cum (Gertrude) nepte (Friderici) ducis Austriae matrimonium contrahere possit, quarto consanguinitatis gradu non obstante. VI id. Dec. a° 2°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 43; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 524. n° 1103; *cf.* Palacky Reise 29. n° 163; Meiller Reg. der Babenberger 180. n° 142. — »Cum summus pontifex.«

» 9 » — (11470) Cum marchione Misnensi dispensat, ut cum filia (Wenceslai) regis Boemiae ipsum ex utroque latere quarta consanguinitatis linea contingente matrimonium inire possit. V id. Dec. a° 2°. ‖ *Fragm.* ap. Erben l. c. n° 1104; *cf.* Palacky l. c. n° 164; Beyer Alt-Zelle 545. n° 101.

» 9 » — (11471) Clero civitatis et diocesis Recanatensis notum facit, se magistrum Petrum Georgii basilicae Principis apostolorum canonicum ecclesiae Recanatensi praefecisse in episcopum *etc.* V id. Sept., *male, correxi in*) Dec. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1219. — »Debitum officii nostri.«

* *In eundem modum* Populo et clero quondam civitatis et diocesis Auximanae.

» 9 » — (11472) Episcopo Senogaliensi mandat, ut A(lberto) electo episcopo Fanensi munus consecrationis impendat. V id. Dec. a° 2°. ‖ Ughelli l. c. 665; Amiani Mem. ist. di Fano II. somm. 49. — »Ex parte dilecti.«

» 13 » — (11473) Archiepiscopo Dublinensi indulget, ut cum duobus clericis suae provinciae possit dispensare, ut praeter beneficia quae obtinent adhuc unicum beneficium seu perso-

1244.

natum recipere possint. Id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 43. n° 110. — »Devotioni tue quam.«

Dec. 13 Lugduni — (11474) Eidem mandat, ut cum decem ex sacerdotibus et aliis in minoribus ordinibus constitutis super defectu natalium dispenset. Id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner l. c. in n° 110. — »Ex parte tua.«

» 13 » — (11475) Eidem indulget, ut extra Yberniam super rebus infra ipsam contentis per litteras apostolicas conveniri minime possit. Id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner l. c. in n° 110. — »Devotionis tue precibus.«

» 16 » — (11476) S. praeposito ecclesiae s. Nicolai Albensis Wesprimiens. dioc. indulget, ut praeter praeposituram recipere possit aliud beneficium curam habens animarum annexam. XVII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 191. n° 354; *deficiente initio* ap. Fejér Cod. dipl. IV. I. 356. — »Etsi propter ambitiones.«

» 16 » — (11477) Andreae archidiacono Syrmiensi Bachiens. dioc. indulget, ut praeter ipsum archidiaconatum recipere possit aliud beneficium curam habens animarum annexam et retinere. XVII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner l. c. I. 191. n° 355; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 161. — »Etsi propter ambitionem.«

» 18 » — (11478) (Belam) regem Ungariae rogat et monet, ut monasterium s. Martini de Pannonia ord. s. Ben. commendatum habeat et compensationem congruam pro promissis iuxta promissionem proavi sui eidem liberaliter exhibeat. XV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 158. — »Significantibus dilectis filiis.«

» 18 » — (11479) Abbati Clarifontis Praemonstrat. ord. Laudunens. dioc. mandat, citent peremptorie Margaritam matrem Iohannis de Avesnis et Balduini fratris eius, cum status eorum super natalibus diffametur, ut per se vel per procuratores cum omnibus munimentis et rationibus suis compareant coram sede apostolica, si quid eis super hoc rationabiliter competat ostensuri. »Alioquin ex tunc in eodem negotio prout de iure fuerit procedemus.« XV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Innoc. III Ep. lib. 14 ed. Baluze II. 595; Opp. ed. Migne III. 536. — »Constitutus in praesentia.«

» 20 » — (11480) (Belam) regem Ungariae rogat et hortatur, ut villas Billam, Gunyu et Vdorch, quas cl. m. A(ndreas) pater eius in dedicatione ecclesiae monasterii s. Martini de Pannonia illius conventui contulit, ipse autem cum decimis ad idem coenobium pertinentibus abstulit, memorato conventui restituat. XIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 159. — »Dilecti filii ...«

» 20 » — (11481) (Stephano) Strigoniensi et (Benedicto) Colocensi archiepiscopis de superiore ad (Belam) regem Ungariae epistola significat eisque mandat, ut illum ad id moneant et inducant. XIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Mon. Hung. hist. l. c. 160. — »Dilecti filii ...«

» 20 » — (11482) (Stephano) archiepiscopo Strigoniensi, (Adamo) episcopo Nitriensi et abbati de Pelis ord. Cisterc. mandat, ut in causa inter monasterium de Pannonia ord. s. Ben. et episcopum capitulumque Vesprimienses super ecclesia s. Salvatoris de Tordh diutius agitata, processu priorum iudicum legitimo servato, procedant. XIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 162. — »Ex parte dilectorum.«

» 21 » — (11483) Archidiacono Budrugiensi Colocens. dioc. indulget, ut, cum archidiaconatus sui redditus propter Tartarorum saevitiem sint valde diminuti, recipere possit unicum aliud beneficium, etiamsi curam habeat animarum annexam. XII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 191. n° 356; Mon. Hung. hist. l. c. 163. — »Probitatis tue merita.«

» 21 » — (11484) Iohanni diacono rectori ecclesiae de Slapanice Olomucens. dioc. litteras dispensationis super defectu natalium, quas ei b. m. R(obertus) Olomucensis episcopus dederat, ille autem amiserat, auctoritate apostolica confirmat. XII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 44. n° 58; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 525. n° 1105; *cf.* Palacky Reise 29. n° 165. — »Constitutus in presentia.«

» 21 » — (11485) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino, qui in fratres hospitalis Ierosolimitani in Boemia pro eo, quod ipsi quintam partem suorum proventuum non solvebant, excommunicationis sententiam post appellationem ab eis ad sedem apostolicam interpositam promulgaverat, mandat ut sententiam relaxet. XII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Boczek l. c. 45. n° 59; Erben l. c. n° 1106. — »Sua nobis dilecti.«

» 21 » — (11486) Archiepiscopum et clerum Iadrenses monet et rogat, ut fratribus ordinis Praedicatorum de aliquo loco, in quo morari commode valeant et Domino famulari, in civitate de Iadria libenter provideant. XII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 76. — »Credentes firmiter et.«

» 23 » — (11487) (Stephano) archiepiscopo Strigoniensi, (Adamo) episcopo Nitriensi et abbati de Pelis ord. Cisterc. mandat, ut inter abbatem conventumque monasterii s. Martini de Pannonia et Demetrium Iaurinensis diocesis super quadam insula quae Abda vulgariter nuncupatur litigantes, cum destinati iudices fuerint a Tartaris interfecti, iuxta priorum

1244.

continentiam litterarum iudicium faciant. x kal. Ianr. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 164. — »Ex parte dilectorum.«

Dec. 24 Lugduni (11488) (Conrado) episcopo Misnensi mandat, ut, si postulationem Willelmi Caminensis ecclesiae canonici invenerit concorditer per praepositum et capitulum Caminenses celebratam, eidem munus consecrationis impendat. ix kal. Ianr. a° 2°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 117. n° 128. — »Dilectus filius C.«

» 25 » »Festo nativitatis Domini celebrato,

» 27 dum in festo beati Iohannis evangelistae missam mane in Lugdunensi ecclesia celebraret ac praedicaret populo verbum Dei, ibi publice nuntiavit concilium generale in festo b. Iohannis baptistae (*i. e.* 24. Iun.) venturo proximo celebrandum.« ‖ Nicolaus de Curbio l. c. § 18 ap. Baluze Misc. VII. 371 (ed. Mansi I. 198). — »Aput Lugdunum statuit concilium ad proxime futurum festum s. Iohannis de Iunio.« Forma citationis directa »Ecclesiarum praelatis et principibus universis pro concilio celebrando« continet inter cetera: »Hinc est quod nos ut ipsa ecclesia per fidele salubre consilium et auxilium fructuosum statim debiti possit habere decorem, ac deplorando Terre sancte discrimini et afflicto Romano imperio propere valeat subveniri, ac inveniri remedium contra Tartaros et alios fidei contemptores ac persecutores populi christiani, nec non pro negotio quod inter ecclesiam et principem (*i. e.* Fridericum imp.) vertitur, reges terrae et praelatos ecclesiarum et alios mundi principes duximus advocandos.« Rogat igitur et hortatur N. N., ut »ad presentiam nostram omni prorsus occasione postposita usque ad festum proximum s. Iohannis baptistae personaliter« venire procuret. *Sine nota chronol.* ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 488. — »Dei virtus et.«

» 30 » (11489) Ducem Austriae rogat, ut abbati et conventui monasterii s. Martini de Pannonia de praedonibus, qui eorum nuncios quos ad sedem apostolicam destinabant, in istius terra quadam pecuniae summa et rebus aliis spoliaverunt, exhiberi faciat iustitiae complementum. iii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 165. — »Dilecti filii abbas.«

» 31 » (11490) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Catarinae ord. s. Dam. indulget, ut per litteras apostolicas conveniri ab aliquo nequeant. ii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 436. n° 18; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 351. n° 71. — »Religionis vestrae favor.«

» — — (11491) Principes ecclesiasticos rogat et hortatur, proponant per civitates et dioceses suas Christi fidelibus verbum crucis ipsosque inducant, ut ad succurrendum Terrae sanctae contra Charesminorum gentem perfidam, quae civitatem sanctam Ierusalem dirae obsidionis angustia (m. Aug. 1244) occupavit, assumpto crucis signaculo celeriter se accingant. *Sine signo chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 159. — »Terra sancta Christi.« *Cf.* n° 11516.

1245.

Ianr. 2 Lugduni (11492) Archiepiscopo Strigoniensi, episcopo Nitriensi et abbati de Pelis ord. Cisterc. Vesprimiens. dioc. mandat, ut controversiam inter abbatem conventumque S. Martini de Pannonia ord. s. Ben. et magistrum Nicolaum de Nadosth et quosdam alios Vesprimiensis et Cunadiensis diocesum super villa quae vulgariter nuncupatur Nelka diutius agitatam disceptent. iv non. Ianr. a° 2°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 169. — »Ex parte dilectorum.«

» 3 » (11493) (Giloni) archiepiscopo Senonensi *etc.* significat, »quod nos ut ipsa ecclesia per fidelium salubre consilium et auxilium fructuosum status debiti possit habere decorem, et deplorando Terrae sanctae discrimini et afflicto Romaniae imperio propere valeat subveniri ac inveniri remedium contra Tartaros et alios contemptores fidei ac persecutores populi christiani, necnon pro negotio quod inter ecclesiam et (Fridericum) principem vertitur, reges terrae, praelatos ecclesiarum ac alios mundi principes duximus advocandos.« Rogat eum et hortatur, ut usque ad proximum festum s. Iohannis baptistae personaliter ad ipsius praesentiam apud Lugdunum veniat, »sciturus, quod nos dictum principem in praedicatione nostra citavimus.« iii non. Ianr. a° 2°. ‖ Labbe Concil. XI. i. 636; Mansi Conc. XXIII. 608; Hardouin Conc. VII. 375; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 247; *absque nota chronol. in* Chronic. Placent. ed. Huillard-Br. 194; *non integra* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 162; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 1. — »Dei virtus et.«

* *In eundem modum* Capitulo Senonensi.
» » » (Ludovico) regi Franciae.

» 3 » (11494) Repetit n° 11037 d. d. 1241. Iun. 19: »iii non. Ianr. a° 2°« — »Gloriantibus vobis in.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 352. n° 72.

» 3 » * (11495) Ministris provincialibus concedit, ut ipsi suscipere queant candidatos ad religionem s. Francisci adspirantes. iii non. Ianr. a° 2°. ‖ Lang Regesta II. 356.

1245.

Ianr. 5 Lugduni (11496) Ecclesiam s. Catharinae de Angulo Dei ord. canonic. s. Aug. Leodiens. dioc. protegendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Non. Ianr. indict. II. incarn. dom. a° 1244. pont. a° 2°. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 171; Bertholet Hist. de Luxembourg V. pr. 27. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 9 » (11497) Abbatibus et prioribus exemptis per Angliam constitutis scribit eodem modo, quo in n° 11493, eosque hortatur, ut termino praefato personaliter veniant. v id. (Iun., *sed legas*) Ianr. a° 2°. ‖ Annal. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 296, *in* Annal. monast. I. 263. — »Dei virtus et.« *Cf.* 1245. Ianr. 30. n° 11521.

» 9 » * (11498) Capitulo Salzeburgensi scribit in eundem modum eisque mandat, ut usque ad venturum 24. diem Iunii providos et fideles nuncios mittant. v id. Ianr. a° 2°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 293. n° 576. — »Dei virtus et.«

(» 9) (») * (11499) »Dominus Ffulco archiepiscopus (Gneznensis) cum suffraganeis suis per dominum papam Innocentium IV ad concilium sunt evocati pontificatus . . . a° 2°«. ‖ Anonymi archidiac. Gnezn. Chron. ap. Sommersberg Scr. rer. Siles. II. 93; *cf.* Korn Regest. episc. Vratislav. 35, *ad* a. 1244.

» 9 » * (11500) Innocent prie Thibaut comte de Champagne d'envoyer des ambassadeurs au concile qui va traiter de l'état de la Terre-sainte et de l'empire Latin de Constantinople, du danger dont les Tartares menacent la chrétienté, et des contestations qui existent entre l'église et l'empereur (Frédéric II). ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 403. n° 2688.

» 10 » (11501) Abbati et conventui monasterii s. Remigii Remensis indulget, quod in causam trahi per litteras apostolicas nequeant. »Ludunensi« iv id. Ianr. a° 2°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 660. — »Cum sicut nobis.«

» 10 » (11502) Enachdunensi et Cluanfertensi episcopis mandat, cogant archiepiscopum Cassellensem, ut a molestatione Laoniensis episcopi, quem respersum labe symoniaca reputet, desistat. iv id. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 43. n° 111. — »Venerabili fratre nostro.«

» 13 » (11503) Conventui monasterii Iotrensis ord. s. Ben. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Meldens. dioc. mandat, ut Avellinae electae abbatissae obedientiam exhibeant. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 401. — »Cum olim monasterio.«

» 13 » (11504) (Benedicto) episcopo Massiliensi mandat, ut abbatissae et monialibus S. Pontii Cisterc. ord. suae dioc. licentiam tribuat in ecclesia et hospitali s. Michaelis in burgo Massiliae construendi prioratum. Id. Ianr. a° 2°. ‖ (Belzunce) Antiq. de l'égl. de Marseille II. 170. not. — »Ex parte dilectarum.«

» 16 » (11505) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. significat, se sustinendum duxisse, quod Gerardus de Malberch quondam eorum magister, qui sine gravi scandalo non potuisset in ordine remanere, ad Templarios ipsorum habitum recepturus transiret. xvii kal. Febr. a° 2°. ‖ De Wal Recherches II. 365; Hennes UB. des deutschen Ordens I. 119. n° 114; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 248; Strehlke Tab. 361. n° 483. — »Innocentia vestre pie.«

» 16 » (11506) Praeceptoribus et fratribus universis eiusdem hospitalis significat, se innocentiam magistri et fratrum de partibus transmarinis audivisse et priori magistro concessisse, ut ad Templarios transiret. xvii kal. Febr. a° 2°. ‖ De Wal l. c. 366; Hennes l. c. 120. n° 115; Strehlke l. c. 362. n° 484. — »Audita innocentia dilectorum.«

» 16 » (11507) Archiepiscopis, episcopis, aliis ecclesiarum praelatis et universis Christi fidelibus scribit, se Gerhardo de Malberch concessisse, ut ad Templarios transiret, magistrum autem et fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum propter impugnationem sollicitam hostium crucifixi gratia et honore dignos esse. xvii kal. Febr. a° 2°. ‖ De Wal l. c. 367; Hennes l. c. 120. n° 116; Strehlke l. c. 362. n° 485. — »Audita innocentia dilectorum.«

» 16 » (11508) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut si post resignationem Gerardus quondam magister aliqua debita contraxerit, nulli de ipsis teneantur respondere. xvii kal. Febr. a° 2°. ‖ De Wal l. c. 367; Hennes l. c. 121. n° 117; Strehlke l. c. 362. n° 486. — »Exposuistis humiliter coram.«

» 16 » (11509) Christiano episcopo Prusciae mandat, ut infra duos menses post susceptionem praesentium sibi unam eligat de Prusciae diocesibus, »in qua tu sicut episcopus amministres et tibi tamquam diocesano ac loci ordinario intendatur.« xvii kal. Febr. a° 2°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 58. n° 62. — »Iniunxisse tibi meminimus.«

» 17 » (11510) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosolimitani scribit inter alia: »Licet nos pro pace et quiete vestri ordinis, quae per fratrem Gerardum de Malberch quondam magistrum vestrum, si remansisset in illo, graviter poterat perturbari, duxerimus sustinendum quod transiret ad Templarios ipsorum habitum recepturus, tamen . . . districtius inhibemus«, ne ullus fratrum hospitalis ad Templarios ipsos de cetero

1245.

transire praesumat, nec aliquis etiam ex eisdem cum fratre transeat memorato. XVI kal. Febr. a° 2°. ‖ Baczko Gerhard von Malbergh 23; De Wal Recherches II. 368; Hennes l. c. I. 121. n° 119; Strehlke Tab. 363. n° 488. — »In venerandis domibus.«

Ianr. 17 Lugduni (11511) Repetit Honorii III n° 6489 de 1221. Ianr. 16: »XVI kal. Febr. a° 2°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke l. c. 363. n° 487.

» 18 » (11512) Repetit Honorii III n° 6489 de 1221. Ianr. 16: »XV kal. Febr. a° 2°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke l. c. 364. n° 489.

» 18 » (11513) Abbate et conventu monasterii s. Remigii Remensis petentibus inhibet, ne per iudices ecclesiasticos ordinarios, qui appellationes licet frivolas laicorum mansionariorum dicti coenobii indifferenter in ipsius praeiudicium admittunt et fovent, in praefatos et abbatem et conventum sententiae ferantur. XV kal. Febr. a° 2°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 660. — »Cum sicut nobis.«

» 21 » (11514) Universis Christi fidelibus, qui fratribus Praedicatoribus existentibus in Parma ad aedificandum de novo monasterium manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum promittit. XII kal. Febr. a° 2°. ‖ Affò Stor. di Parma III. 380. n° 76. — »Quoniam ut ait.«

» 23 » (11515) Conzeranensi episcopo mandat, ne permittat, ut fratres ordinis Praedicatorum, quibus catholicae fidei negotium in Provincia sit commissum, super his ab aliquibus molestentur. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Percin Mon. convent. Tolosani 209; Ripolli Bullar. Praed. I. 145. n° 76. — »Ad augmentum catholicę.«

» 23 » (11516) (Henricum) regem Anglorum rogat et hortatur, ut in succursum Terrae sanctae contra gentis Choresminorum perfidiam ferventer exurgens sic ei festinanter subveniat, ut de pollutis infidelium manibus eripi possit et cultui totaliter restitui christiano. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Rymer Foedera I. I. 149. — »Terra sancta Christi.« *Cf.* n° 11491.

» 23 » • (11517) Innocent prévient Thibaut comte de Champagne que la nation perfide de Choresmins s'est emparée de Jérusalem et a, dit-on, violé le Saint-Sépulcre; il invite Th. à aller au secours de la Terre sainte. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 403. n° 2689.

» 23 » • (11518) Virziliacensi conventui a Leone, Gregorio *etc.* Romanis pontificibus praerogativas concessas confirmat. X kal. Febr. indict. II. incarn. dom. a° 1244. pont. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 77.

» 26 » (11519) (Fulconi) archiepiscopo Gneznensi mandat, ut P. custodi in episcopum Plocensem electo, non obstantibus quibusdam defectibus, munus consecrationis impendat. VII kal. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 39. n° 79. — »Dilectorum filiorum A.«

» 29 » (11520) Archiepiscopo Auxitano et fratri Petro Garnerio ord. Praed. Burdigalensi mandat, ut monasterium s. Crucis Burdigalense ord. s. Ben. corrigant et reforment tam in capite quam in membris. IV kal. Febr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 145. n° 77. — »Cum sicut ex.«

» 30 » (11521) Abbates et priores per Angliam constitutos, ut »deplorando Terrae sanctae discrimini et afflicto Romano (*leg.* Romaniae) imperio valeat subvenire ac invenire remedium contra Tartaros et alios contemptores fidei«, ad concilium celebrandum pro proximo festo s. Iohannis bapt. convocat. III kal. Febr. a° 2°. ‖ Cherubini Bullar. I. 106; Matth. Paris Histor. maior 656 (*al. ed.* 443); Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 107. n° 100; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 510. — »Dei virtus et.« *Cf.* 1245. Ianr. 9. n° 11497.

» 30 » (11522) Abbatibus ordinis Praemonstr. indulget, ut canonici Praemonstratenses ad titulum ecclesiae, ad quam mittuntur, ab episcopis ordinari possint. III kal. Febr. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 662. — »Iustis petentium desideriis.«

» 31 » (11523) (Rainaldo) episcopo Ostiensi mandat, ut, cum »nos concilium duxerimus advocandum, proximo festo b. Iohannis baptistae super hoc termino assignato«, se ad iter adeundi apostolicum conspectum praeparet et in termino perveniat memorato. II kal. Febr. a° 2°. ‖ Mansi Conc. XXIII. 609; Labbe Conc. XI. I. 637. — »Pro magnis et.«

• *In eundem modum* S(tephano) tit. S. Mariae trans Tyberim presb. cardinali,
» » » R(aynerio) » » » in Cosmedin diac.
» » » R(iccardo) » » Angeli diac. cardinali.

Febr. 1 » (11524) Swantopolcum ducem Pomeraniae vehementer obiurgat, quod Christi fideles et fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum constitutos in terra Culmensi et Prusciae partibus diris affligit molestiis. Obsecrat eum per Christi crucem et sanguinem, ut rediens ad matris ecclesiae gremium praedictis fratribus et eisdem fidelibus se reddat affabilem et benivolum praestet favorem. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1245 § 85. 86; Turgenevii Russ. monim. II. 346; Hasselbach Cod. dipl. Pomeran. I. 723; Theiner Mon. Polon. I. 39. n° 80. — »Potentie tue robur.«

1245.

Febr. 1 Lugduni (11525) (Fulconi) archiepiscopo Gneznensi et suffraganeis eius de superiore ad Swantopulcum epistola significat eisque mandat, moneant eum eiusque complices infra quindecim dies post susceptionem praesentium, ut a tanta penitus temeritate desistant; alioquin ex tunc in eos excommunicationis sententiam proferant. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 88 *omisso initio*; Luc. David Preuss. Chronik III. 9 :Hasselbach l. c. 724; Turgenevius l. c. 347; Theiner l. c. 41. n° 83; *cf.* Korn Regest. episc. Vratislav. 36. — »Pruscie negotium non.«

» 1 » (11526) Duces Poloniae rogat et hortatur, ut fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. et fidelibus in terra Culmensi et Prusciae partibus constitutis se reddant verbo benivolos ac opere gratiosos et eisdem opportunum subsidium impendant. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Lucas l. c. 53; Hasselbach l. c. 725. — »Multam a longis.«

» 1 » (11527) Iohanne Cerviensi episcopo postulante Cerviensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut quascumque possessiones et quaecumque bona eadem ecclesia iuste possidet aut in futurum poterit adipisci, firma dicto episcopo eiusque successoribus et illibata permaneant, concedendo specialiter ecclesiae praedictae ea, quae propriis inferius exprimit vocabulis, locum videlicet qui vulgo vocatur Padule, tenimentum quod fuit plebis S. Thomae cum portu et aliis pertinentiis *etc. etc.* Kal. Febr. indict. II. incarn. dom. a° 1244. pont. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 472; (Zedler) Universal-Lexicon LI. 505; Ant. Vesi Storia di Romagna III. (Bologna 1848.) 14. — »In apostolicae sedis.«

» 1 » (11528) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum Angliae mandat, dispenset cum fratre Roberto de Fornualis sui ordinis infirmitate gravato, ut ad ordinem s. Augustini transire possit. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 145. n° 78. — »Ex parte fratris.«

» 1 » (11529) Henrico de ordine Praedicatorum capellano (Willelmi) episcopi Sabinensis apostolicae sedis legati committit, ut illis de terra Culmensi et Pruscia, qui ad eius praedicationem accesserint, ac etiam qui pro faciendis aedificiis ac fossatis et aliis munitionibus defensioni fidelium dictarum partium opportunis laborem subierint in personis propriis vel expensis, indulgentiam 20 dierum elargiatur, eique alias quasdam facultates concedit. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. 146. n° 79; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 11. n° 8; Theiner Mon. Polon. I. 40. n° 81; *cf.* Bunge Livl. UB. VI. 10. n° 201 c. — »Digne volentes ut.«

» 1 » (11530) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum ac universis fidelibus christiani exercitus in terra Culmensi et Prusciae partibus constitutis mandat, ut perfidos christianos, Letoinos et Prutenos Dei causam persequentes brachio potenti deprimant. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Ch. Th. L. Lucas De bellis Suantopolci (Regiom. 1823. 8°) 52; Hasselbach Cod. dipl. Pomeran. I. 726; Theiner l. c. n° 82. — »Turbat cor nostrum.«

» 1 » (11531) Eisdem commendat fratrem Henricum de ordine Praed. quem vice (Willelmi) episcopi Sabinensis apostolicae sedis legati, cuius »presentia sedi apostolice hoc potissimum tempore sit nimium opportuna« et qui propter hoc nequeat personaliter adire Prusciam, illuc destinat. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Woelky Cod. dipl. Warm. I. 12. n° 9. — »Frequenti apud nos.«

» 3 » • (11532) Waldewo clerico rectori ecclesiae de Dunbar nato comitis Patricii S. Andreae diocesis concedit, ut praeter dictam ecclesiam aliquod beneficium ecclesiasticum vacaturum acceptare possit. III non. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 64 in n° 170.

» 5 » (11533) Repetit n° 10501 d. d. 1238. Ianr. 16: »Non. Febr. a° 2°« — »Cum secundum consilium.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 352. n° 73.

» 5 » (11534) (Willelmo) Sabinensi quondam episcopo Mutinensi apostolicae sedis legato concedit facultatem, ut in Curonia seu Curlandia infra Prusciae terminos fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum ac episcopo vel episcopis, qui pro tempore fuerint in eadem, provideat. Non. Febr. a° 2°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 52; Bunge Livl. UB. I. 236. n° 180; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1245 § 89; ap. Tromby Storia V. app. 175. n° 45. — »Negotium fidei pro.«

» 6 » (11535) Fratri Henrico de ordine Praed. capellano (Willelmi) episcopi Sabinensis apostolicae sedis legati mandat, moneat Christianum episcopum Prussiae, ut infra duos menses unam quam velit eligat de Prussiae diocesibus; alioquin ex tunc administrationem et curam in singulis Prussiae diocesibus eidem interdicat. VIII id. Febr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 146. n° 80, *non integra.* — »Iniunxisse meminimus venerabili.«

» 6 » (11536) Universis clericis per Lugdunensem provinciam constitutis ad preces (Alixiae de Vergiaco) ducissae Burgundiae indulget, ut quicunque eorum in scholis fratrum Praedicatorum Divionensis et Lingonensis diocesium studio institerint theologiae, beneficiorum suorum proventus integre percipiant. VIII id. Febr. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. 147. n° 81. — »Dilecte in Christo.«

		1245.
Febr. 6	Lugduni	(11537) G(regorio) de Montelongo (subdito, *sed legas*) subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato Thomam comitem de Sabaudia commendat. VIII id. Febr. a° 2°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1372. — »Illum ad dilectum.«
» 7	»	(11538) Potestatem et populum Mediolanenses rogat, ut ab omni offensione ac molestia Thomae comitis de Sabaudia, terrae ac hominum eiusdem desistant eique opportuni favoris et auxilii dexteram porrigant. VII id. Febr. a° 2°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1373. — »Illum ad dilectum.«
» 7	»	(11539) Priori et capitulo ecclesiae Ottoniensis ord. s. Ben. indulget, »ut si episcopum vestrum ad eam impotentiam attigeret devenire, quod exequi nequeat officium pastorale, absque assensu vestro coadiutor non valeat deputari.« VII id. Febr. a° 2°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 148. — »Devotionis vestre precibus.«
» 8	»	(11540) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum Bergomensibus ecclesiam s. Stephani, quam eis episcopus Bergomensis concessit, postquam eam ab animarum cura reddidit absolutam et ipsius parochiam ecclesiae s. Iacobi perpetuo deputavit, hanc concessionem confirmat. VI id. Febr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 19. n° 354. — »Iustis petentium desideriis.«
» 9	»	(11541) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Hierosol. duas partes totius Curoniae seu Curlandiae infra Prusciae terminos constitutae, quas eis (Willelmus) episcopus Sabinensis apostolicae sedis legatus cum omni iure ac proventu earum concessit, auctoritate apostolica confirmat, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum inserens praesentibus. V id. Febr. a° 2°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 53; Bunge Livl. UB. I. 239. n° 182; *cf.* Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 129. n° 60. — »Iustis petentium desideriis.«
» 9	»	(11542) Abbati et conventui monasterii Vindocinensis Carnotens. dioc. concedit, ne eis propter hoc quod eorum monachos ab ecclesia s. Priscae de Urbe eo, quod Romani aeris intemperiem non poterant sustinere, Honorius pp. III ad dictum monasterium ad tempus duxerit remittendos, possit in posterum aliquod praeiudicium generari. V id. Febr. a° 2°. ‖ Gallia christ. VIII. instr. 431. — »Solet annuere sedes.«
» 10	»	• (11543) Bertoldo patriarchae Aquileiensi praeposituram tunc vacantem ecclesiae Civitatensis ad preces decani et capituli eiusdem tuendam et gubernandam committit. ‖ Bianchi Docum. 51. n° 145.
» 13	»	(11544) Abbati monasterii s. Mariae de Kenles Midens. dioc., priori Millefontis Cisterc. ord. et archidiacono Armachano mandat, ut de iniquis B. qui pro Ardachadensi se gerat episcopo, gestis inquirant et referant. Id. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 43. n° 112. — »Ex parte dilectorum.«
» 13	»	(11545) Magistris et universitati scholarium Parisiensibus compositionem inter eos ex parte una et b. mem. episcopum, cancellarium et capitulum Parisienses ex altera super danda licentia ab eodem cancellario magistris volentibus incipere in singulis facultatibus et faciendis constitutionibus, de ordinandis lectionibus et disputationibus ac puniendis rebellibus per subtractionem societatis et taxandis hospitiis ac quibusdam aliis articulis amicabiliter factam confirmat. Id. Febr. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 193. — »Ea quae iudicio.«
» 13	»	(11546) Priorissae et conventui sororum monasterii Sanctae Crucis Ratisponensis ord. s. Aug. ius patronatus in ecclesia de Schwarzhoven (Schivarcezhoven *Rip.*), quod eis Heinricus comes de Ortenberch donavit, confirmat. Id. Febr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 19. n° 355; Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 403. n° 416. — »Iustis petentium desideriis.«
» 13	»	(11547) Praeposito ecclesiae de Veczolano Vercellens. dioc. mandat, curet ut archidiaconus praepositus et capitulum Taurinenses electo episcopo Taurinensi tunc abbati S. Ianuarii Vercell. dioc. obedientiam et reverentiam exhibeant, castrum Ripolarum [Castello di Rivoli] cum omnibus iuribus et pertinentiis restituant et ut habitatores ipsius fidelitatem praestent. Id. Febr. a° 2°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1373. — »Cum archidiaconus prepositus.«
» 13	(»)	• (11548) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut fratres monasterii Cluniacensis ad capitula alterius ordinis accedere compelli nequeant. »Laterani« id. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. Cluniac. 126.
» 14	»	(11549) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi fratres ordinis Minorum suae civitatis et diocesis commendat. XVI kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 352. n° 74. — »Cum illorum qui.«
» 17	»	(11550) Episcopo Venetensi scribit de causa inter episcopum Corisopitensem et abbatem conventumque monasterii S. Crucis de Kemperleto Corisop. dioc. vertente super iurisdictione episcopali in dicto monasterio et prioratibus de insula de Guedel ac aliis locis ad monasterium pertinentibus, eique mandat, ut litigantes peremptorie citet, ut infra duos menses a tempore citationis apostolico se conspectui repraesentent. XIII kal. Mart. a° 2°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 216. n° 11. — »Sua nobis venerabilis.«

		1245.
Febr. 17	Lugduni	(11551) Abbati et conventui monasterii Fiscannensis ord. s. Ben. indulget, ut pileis utantur, proviso ut in elevatione eucharistiae et lectione evangelica ac aliis in divinis officiis debita reverentia observetur. XIII kal. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1024. — »Iustis petentium desideriis.«
» 17	»	(11552) Monasterium s. Kanuti Otthoniense ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, confirmat. XIII kal. Mart. indict. II. incarn. dom. a° 1244. pont. a° 2°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 148; *cf.* Hamsfortii Chronol. secunda ap. Langebek Scr. rer. Dan. I. 288. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 20	»	(11553) Magistro Sixto clerico Strigoniens. dioc., quocum b. mem. (Stephanus) episcopus Praenestinus super defectu natalium ita dispensandum duxerat, ut in susceptis ministrare ordinibus ac ad sacros promoveri *etc.* possit, hoc confirmat. X kal. Mart. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 192. n° 357; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 170. — »Cum bone memorie.«
» 20	»	(11554) Abbati Praemonstratensi et universis abbatibus, praepositis et fratribus ordinis Praemonstratensis significat, se inhibere ne quis ab eis decimas de novalibus a tempore concilii generalis excultis exigere vel extorquere praesumat. X kal. Mart. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 662; *cf.* Grünhagen Regest. I. 244. n° 634. — »Paci et tranquillitati.«
» 20	»	(11555) (Uffonem) archiepiscopum Lundensem et suffraganeos eius monet et obsecrat, inducant populos sibi subiectos, ut contra paganos et barbaros, qui conversos in Estoniae partibus ad fidem christianam multipliciter molestent, viriliter se accingant. Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui contra illos ad partes istas accesserint ibidem saltem per annum in huiusmodi servitio moraturi, illam indulgentiam elargitur, quae transeuntibus in Terrae sanctae subsidium est concessa. X kal. Mart. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 306. n° 320; Bunge Livl. UB. I. 239. n° 183; *fragm.* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1245 § 103; *cf.* Porthan Bullar. access. 35. n° 1. — »Insurgentibus contra fidem.«
» 20	»	• (11556) Innocent invite Thibaut comte de Champagne à payer à l'abbaye de la Piété-de-Dieu de l'Espau une somme d'argent que ledit Th. doit à cette abbaye, en exécution du testament de Bérengère reine d'Angleterre, et à laisser à cette abbaye certains biens dans le Perche, légués à cette abbaye par la même Bérengère. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 403. n° 2690.
» 21	»	(11557) (Iarlerio) archiepiscopo Upsalensi et priori provinciali ordinis fratr. Praed. mandat, ut cessionem Thomae episcopi Fillandiae in vicem sui recipiant. IX kal. Mart. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 307. n° 321; *cf.* Porthan l. c. n° 2. — »Thomas episcopus Fillandie.« *Cf.* n° 11582.
» 22	»	(11558) Theodoro plebano de Malembach [Mühlenbach, Szász-Sebes?] indulget, ut praeter sua beneficia per Tartarorum rabiem in Ungaria destructa aliud, etiamsi curam animarum habeat, recipere ac retinere possit. VIII kal. Mart. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 192. n° 358; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 171. — »Cum beneficia que.«
» 22	»	(11559) (Avellinae) abbatissae et conventui monasterii Iotrensis ord. s. Ben. Meldens. dioc. indulget, et nullus delegatus vel subdelegatus executor *etc.* auctoritate apostolica in eas vel monasterium excommunicationis *etc.* sententiam promulgare valeat. VIII kal. Mart. a° 2°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 402. — »Apostolicae sedis benignitas.« • *In eundem modum* Decano Peronensi.
» 24	»	• (11560) (Uffonem) archiepiscopum Lundensem, Rasbaldensem [Roscildensem?] et (Ebbonem) Arusiensem episcopos monet, ut, cum (Ericus) rex Daciae contra paganos et barbaros expeditionem moliatur, ipsum non permittant interim ab aliquibus indebite molestari. VI kal. Mart. a° 2°. ‖ Porthan Bullar. access. 36. n° 3.
» 26	»	(11561) (Avellinae) abbatissae et conventui monasterii Iotrensis ord. s. Ben. Meldens. dioc. indulget, ut ad provisionem vel receptionem alicuius auctoritate sedis apostolicae vel legatorum eius compelli minime valeant. IV kal. Mart. a° 2°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 402. — »Paci et tranquillitati.«
» 26	»	(11562) Decano ecclesiae Peronensis Noviomens. dioc. de superiore epistola significat eumque constituit conservatorem dictae indulgentiae. IV kal. Mart. a° 2°. ‖ Baluze l. c. 402. — »Paci et tranquillitati.«
» 26	»	(11563) (Avellinae) abbatissae et conventui monasterii Iotrensis concedit facultatem utendi de cetero privilegiis et indulgentiis, quibus tum propter simplicitatem tum etiam propter negligentiam longissimi temporis spatio non sunt usae. IV kal. Mart. a° 2°. ‖ Baluze l. c. 402. — »Iustis petentium desideriis.«
» 26	»	(11564) Decano Peronensis ecclesiae Noviomens. dioc. mandat, compellat moniales monasterii Iotrensis et clericos iurisdictioni abbatissae subiectos, ut abbatissae praefatae obedientiam debitam impendant eiusque mandata devote suscipiant. IV kal. Mart. a° 2°. ‖ Baluze l. c. 402. — »Sua nobis dilecta.«

1245.

Febr. 27 | Lugduni | (11565) (Belae) regi Hungariae indulget, ut nullus in eius, vel uxoris ac filiorum et filiarum personas vel in eius terram excommunicationis vel interdicti sententiam possit promulgare absque mandato sedis apostolicae speciali. III kal. Mart. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. I. 359; Theiner Mon. Hungar. I. 192. n° 359. — »Apostolicae sedis benignitas.«

" 27 | " | (11566) Eidem concedit, ut capellano suo vel alii religiosae personae possit sua confiteri peccata et ab eo poenitentiam recipere, cui dispensando cum ipso rege super indictis abstinentiis vel ieiuniis, vel absolvendi ipsum a sententia canonis, si quam hactenus incurrerit, libera sit facultas. III kal. Mart. a° 2°. ‖ Fejér l. c. 360; Theiner l. c. 192. n° 360. — »Devotionis tuae precibus.«

* *In eundem modum* Reginae Hungariae.

" 28 | " | (11567) (Benedicto) archiepiscopo Colocensi conqueritur, quod canonici Vesprimiensis ecclesiae assensu (Belae) regis Hungariae minime requisito, qui requiri de iure debebat, magistrum Zelandium ipsorum canonicum in Vesprimiensem episcopum elegerint et (Stephanus) archiepiscopus Strigoniensis loci metropolitanus post appellationem ad sedem apostolicam legitime interpositam hanc electionem confirmaverit. Mandat ei, ut inquisita super praemissis veritate curiae Romanae quae invenerit rescribat ad exinde disponendum. II kal. Mart. a° 2°. ‖ Péterfius Concil. Hung. I. 81; Kollar Hist. iur. patron. 157; Schmitth Episc. Agriens. I. 162; Fejér l. c. 364; Theiner l. c. 193. n° 361. — »Ex parte carissimi.«

Mart. 2 | " | (11568) Repetit n° 11340 de 1244. Apr. 20: »VI non. Mart. a° 2°« — »Cum dilecti filii.« ‖ De Geer Archieven I. 64. n° 63.

" 3 | " | (11569) Pragensi et Lutomiricensi praepositis et archidiacono Pragensi mandat, ut beneficia canonicis Olomucensibus, qui sedem apostolicam ad prosequendum electionis W(ilelmi) negotium accesserant, temere ablata ipsis restitui faciant. V non. Mart. a° 2°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 48. n° 63; Erben Reg. Bohem. I. 526. n° 1109; *cf.* Palacky Reise 29. n° 166. — »Exhibita nobis dilectorum.«

" 4 | " | (11570) (Iohanni) decano, Bartholomaeo archidiacono et Iohanni canonico procuratoribus ecclesiae Olomucensibus apud sedem apostolicam constitutis concedit facultatem pro expensis faciendis ad promovendum praedictae electionis negotium mutuum super bonis ecclesiae eiusdem usque ad summam 460 marcarum sterlingorum contrahendi. IV non. Mart. a° 2°. ‖ Boczek l. c. 48. n° 64; Erben l. c. 527. n° 1110; *cf.* Palacky l. c. n° 167. — »Ex parte vestra.«

" 5 | " | (11571) Regi et populo Tartarorum religionis christianae principia perscribit eisque mittit fratrem Laurentium de Portugalliae et socios eius, latores praesentium, ordinis fratrum Minorum, »ut Dei filium Iesum Christum salutaribus eorum eruditionibus agnoscentes suum gloriosum nomen christianae fidei observatione colatis.« III non. Mart. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 16; Wadding Ann. Minor. III. 116; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 354. n° 76; Fejér Cod. dipl. IV. I. 360; Theiner Mon. Hungar. I. 195. n° 363. — »Dei patris immensa.«

" 5 | " | (11572) Eosdem rogat et monet, ut ab impugnationibus christianorum eorumque persecutionibus penitus desistant. III non. Mart. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 18; Wadding l. c. 118; Sbaralea l. c. 353. n° 75; Fejér l. c. 363; Theiner l. c. 196. n° 364. — »Cum non solum.«

" 5 | " | (11573) (Gualtero) cancellario Parisiensi mandat, ut religiosi ad taxationem suarum domorum cogantur, et de modo taxationis praecepta dat. III non. Mart. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 195. — »Sua nobis dilecti.«

" 6 | " | (11574) Universis magistris et scholaribus Parisiensibus mandat, ne quis retineat hospitium vel scholas alterius absque eius consensu, neque scholas aut hospitia prohibitionis cuiuslibet lege interdicta. II non. Mart. a° 2°. ‖ Bulaeus l. c. III. 196. — »Universitati vestrae auctoritate.«

" 6 | " | (11575) (Gualtero) cancellario Parisiensi scribit de eodem argumento. II non. Mart. a° 2°. ‖ Bulaeus l. c. III. 196. — »Quia non omnes.«

" 6 | " | (11576) Ecclesiam in loco qui Collis Paradisi dicitur, in b. confessoris Francisci honore constructam, in qua reconditus est pretiosus thesaurus sanctum videlicet corpus ipsius, ad exemplar Gregorii IX pp. sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut ecclesia ipsa nulli nisi Romano pontifici sit subiecta et ordinis fratrum Minorum, cuius institutor et pater extitit confessor praedictus, caput habeatur et mater, ac in ea per fratres eiusdem ordinis perpetuo serviatur, *etc.* II non. Mart. indict. II. incarn. dom. a° 1245(!). pont. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 355. n° 77. — »Is qui ecclesiam.«

Iun. 28	Lugduni	(Concilii sessio prima). »In vigilia Petri apostoli concilio convocato in maiori ecclesia dominus papa missa celebrata locum eminentiorem ascendit: imperator vero Constantinopolitanus sedit ad dexteram. .... Tunc dominus papa incepit »»*Veni creator spiritus.*«« ... Quibus peractis incepit praedicare de autoritate prophetiae: »»*Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo*«« *etc.* (Psalm. 93, 19), incipiens, quod multiplex erat dolor suus, quia quinque dolores circumdederant eum. Primus erat de difformitate praelatorum et subditorum; secundus erat de insolentia Saracenorum; tertius de schismate Graecorum; quartus de saevitia Tartarorum; quintus de persecutione Friderici imperatoris. .... Et postquam de afflictione plurima dixit, fecit legi quoddam privilegium aurea bulla munitum ab eodem imperatore, cum esset rex, Honorio praedecessori suo concessum. .... Et sic illius diei sessio fuit terminata.« ‖ Brevis notitia primi concil. Lugdun. ap. Labbe Concil. XI. I. 637; ap. Mansi Concil. XXIII. 610; *in* Ann. Caesenat. ap. Muratori Scr. rer. Ital. XIV. 1098. — »Feria quarta sequente (*i. e.* Iun. 28) intravit dominus papa ecclesiam s. Iohannis indutus pontificalibus cum omnibus aliis supradictis .... Et facta invocatione spiritus sancti, cum litania sequente et aliis rite peractis praedicavit dominus papa, praeponens et singultibus interpositis proponens hoc thema: »*O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus*« (Threni 1, 12). Et satis eleganter sermonem continuans comparavit quinque dolores suos maximos quinque vulneribus et plagis crucifixi. .... In fine autem praedicationis suae proposuit enormitates imperatoris Frederici, scilicet haeresin, sacrilegium et inter alia mala, quod civitatem quandam in christianitate construxerat novam fortem et magnam, quam Sarracenis populaverat ...« ‖ Matth. Paris Hist. maior 664 (ap. Mansi Conc. XXIII. 635). – »Mense Iulio, prima die mensis, in octava s. Iohannis bapt. celebratum est concilium aput Lugdunum Gallie, quod est super Rodanum, in ecclesia s. Iohannis in pede montis.« ‖ Emonis Chron. ed. Feith (1866.) 186.

1245.

Iun. 28	Lugduni	(11703) Abbatissam, conventum et monasterium monialium inclusarum S. Mariae de Campo Martio Veronae ord. s. Dam. generali ordinis et provinciali fratrum Minorum Veronensibus committit *etc.* IV kal. Iul. a° 3°. ‖ Biancolini Chiese di Verona VIII. 8. — »Cum sicut ex.«
» 28	»	* (11704) Rectori et sororibus hospitalis leprosorum in Novo foro [Neumarkt] confirmat donationes, quas eis duces Silesiae concesserant. IV kal. Iul. a° 3°. ‖ Grünhagen Regest. I. 245. n° 636.
Iul. 3	»	(11705) Archiepiscopo Tuamensi significat, se cassavisse electionem praepositi de Roscaman in episcopum Elfinensem, postulationem Iohannis archidiaconi rite reprobasse ac sibi provisionem Elfinensis ecclesiae reservasse. Mandat ei, ut eundem archidiaconum, quia dono scientiae, vitae mundicia *etc.* commendetur, non obstante defectu natalium, in episcopum praeficiat ecclesiae memoratae. V non. Iul. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 44. n° 114. — »Cum ecclesia Elfinensi.«
» 4	»	(11706) Priorissam, conventum et monasterium s. Catharinae Argentinense magistro et priori Teutoniae ordinis Praedicatorum committit, statuens ut sub magisterio et doctrina illorum de cetero maneant. IV non. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 150. n° 89. — »Apostolicę sedis benignitas.«
» 4	»	(11707) Magistro et priori provinciali Teutoniae ord. Praed. de superiore epistola significat eisque mandat, ut istius monasterii curam gerant. IV non. Iul. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. n° 90. — »Apostolicę sedis benignitas.«
		* *In eundem modum* Priorissam et conventum *et pro* Priorissa et conventu monasterii s. Elisabeth Argentinensis.
		» » » Priorissam et conventum *et pro* Priorissa et conventu monasterii s. Matthaei Argentinensis.
		» » » Priorissam et conventum *et pro* Priorissa et conventu monasterii s. Iohannis Argentinensis.
		» » » Priorissam et conventum *et pro* Priorissa et conventu monasterii s. Marci Argentinensis. ‖ Ripoll l. c. 151. n° 91–94.
» 4	»	(11708) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus *etc.* praecipit, ut illos qui possessiones, res vel domos monasterii Lucidae Vallis [Lichtenthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. invaserint aut ea iniuste detinuerint, quae eius conventui ex testamento decedentium relinquuntur *etc.*, excommunicationis sententia percellant. IV non. Iul. a° 3°. ‖ Mone Zeitschr. VI. 444. — »Non absque dolore.«
» 5	»	»Secunda sessio (concilii) fuit ad octo dies postea, et quoad sessionem et officia idem factum fuit quod in prima. Quibus peractis surrexit (Petrus) episcopus Calmensis (*leg.* Calenensis = Calenum, Carinola apud Capuam; Ann. Caesen. *male leg.* Catanensis) Cisterc. ord. de Apulia .... Tunc surrexit praedictus iudex Thadaeus et multa gravia proposuit contra dictum episcopum Calmensem, quod non zelo iustitiae, sed ex malevolentia ex eo, quod ipsum et suos pro manifestis excessibus punierat, talia contra imperatorem proponere curavit, et sic in praedicta sessione nihil aliud factum fuit. Verumtamen dictus iudex Thadaeus supplicabat instanter, ut prorogaretur tertia sessio pro eo, quod imperatorem expectabat .... Et quia dictus papa haec quamplurimum affectabat, ut posset inter eos pacis foedera reformare, usque ad diem Lunae post octavam sessionis secundae, quae fuerat in die Mercurii, ... prorogavit tertiam sessionem.« ‖ Brevis notitia primi concil. Lugdun. ap. Labbe Conc. XI. I. 639; ap. Mansi Concil. XXIII. 611; *in* Ann. Caesenat. ap. Muratori Scr. rer. Ital. XXIV. 1099. — »Sequenti vero die (*i. e.* Iun. 29) ad instantiam procuratorum regum Francorum et Anglorum ... concessae sunt ipsi Thadaeo induciae fere duarum hebdomadarum, non sine multo gravamine Lugduni exspectantium.« ‖ Matth. Paris l. c. (ap. Mansi l. c. 636).
» 5	»	(11709) Abbati et priori in Saalveld Mogunt. dioc. causam inter abbatem conventumque monasterii s. Dionysii in Banze ex parte una et Ottonem ducem Meraniae aliosque ex altera super decimis, nemoribus *etc.* vertentem committit decidendam. III non. Iul. a° 3°. ‖ (Placid. Sprenger) Dipl. Gesch. der Bened.-Abtey Banz in Franken (Nürnberg 1803. 8°) 387. n° 57, *perperam ad* a. 1246; *cf.* Lang Regesta II. 361. — »Dilecti filii abbas.«
» 5	»	(11710) Abbatissae et conventui monasterii b. Mariae de Honore Cisterc. ord. Tornac. dioc. indulget, ut a personis liberis in earum coenobio professionem facientibus bona mobilia et immobilia percipere ac retinere valeant. III non. Iul. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 51. n° 55. — »Devotionis vestre precibus.«
» 9	»	(11711) Monasterium de Sco Cisterc. ord. Upsalens. dioc. protegendum suscipit eiusque possessiones, redditus ac bona confirmat. IX (III id. *Celse*) Iul. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 304. n° 315; *cf.* Celse Appar. 68. n° 5. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 10	»	(11712) Abbatissae ac conventui monasterii de Honore b. Mariae Cisterc. ord. Tornacens. dioc. indulget, ut Maria nata comitissae Flandriae, quae in illarum coenobio habitum

1245.

religionis assumpsit, in abbatissam alterius monasterii assumi nequeat invita. VI id. Iul. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 52. n° 56. — »Ad consolationem nostram.«

Iul. 11 | Lugduni | (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum monet: »V id. Iul. a° 3°. ‖ Höfler Kais. Friedrich II. Anh. 374. n° 31, *vid.* 1246. Iun. 27.

» 13 | » | (11713) Dumblanensi et Brechinensi episcopis et abbati de Lundors S. Andreae dioc. significat, se capitulo ecclesiae Glasguensis indulsisse, ut ad recipiendum aliquem in canonicum vel provisionem alicuius in pensionibus aut beneficiis *etc.* compelli nequeant absque speciali mandato sedis apostolicae. Mandat eis, ne permittant ut illi super hiis indebite molestentur. III id. Iul. a° 3°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 152. n° 188. — »Paci et tranquillitati.«

» 13 | » | (11714) Litteras A(ndreae) regis Hungariae ad H(onorium) pp. de sua profectione ad Terram sanctam; litteras eiusdem regis ad Gregorium pp. de accusatione iniuriae acceptae ab archiepiscopo Strigoniensi; litteras eiusdem regis de vocatione filii sui ad novum regnum, et de petitione I. Strigoniensis archiep. et unctione ipsius filii transcribi et transsumptas multorum archiepiscoporum *etc.* sigillis muniri facit. III id. Iul. a° 3°. ‖ Aug. Theiner Die zwei allgem. Concilien von Lyon 1245 u. von Konstanz 1414 (Freiburg i. Br. 1862. 8°) 61; Theiner Mon. Hungar. I. 190. n° 353. — »Ne occasione casuum.«

» 13 | » | (11715) Universis Christifidelibus notum facit, se privilegia et litteras, quae ab imperatoribus Romanorum Ottone I a° 962 et Henrico I sedi apostolicae super dominio temporali eiusdem sint concessa, transcribi et transcripta huiusmodi praelatorum (quorum nomina n° 11722 leguntur) sigillorum munimine roborari fecisse et sacro concilio approbante decernere, »ut illa eadem fides transcriptis adhibeatur de cetero memoratis, quae ipsis autenticis adhibetur, et ipsa transcripta ex nunc autentica censeantur.« (*Tenor privilegiorum bullae insertus est*). III id. Iul. a° 3°. ‖ Borgia Istoria del dominio tempor. Append. 37. — »Ne occasione casuum.«

» 13 | (») | * (11716) Bulla, qua referuntur Friderici II litterae 1234. Sept. ind. 8. Montefiascone; 1233. Aug. 14. ind. 6. in Castello s. Iohannis; Dec. 9. ind. 8. Foggiae; Dec. 7. indict. 11. Cremonae et 1233. 4 id. Apr. Ratisbonae, in quibus de iuribus Romanae ecclesiae agitur, in concilio Lugdunensi multis sigillis confirmata. ‖ Pertz Archiv VII. 30 ex Tabulario Vaticano.

» 13 | (») | * (11717) Bulla, qua referuntur Friderici II litterae de iuribus ecclesiae Hagenowe 1220. 4 id. Febr. ind. 8; Strasburg 1216. Kal. Iul. ind. 4. (Mon. Germ. hist. IV. 228); Trani Mart. 3. ind. 9 (Honorio pp.); Wormat. 2 non. Oct. (Innocentio III); Policarni 1233. Mart. ind. 6 (Böhmer Reg. n° 3406) — confirmata a plurimis archiepiscopis et episcopis. ‖ Pertz l. c.

» 13 | (») | * (11718) Bulla continens Friderici II litteras id. Febr. a. 1220. Hagenowe. ind. 8 et alias Argentorati 1216. Kal. Iul., quibus declarat se post coronationem suam in imperatorem Rom. regnum Siciliae filio suo Heinrico resignaturum; Ludovici comitis palatini Rheni et ducis Bavariae, Wormatiae 2 non. Oct. ind. 2; Friderici II mense Mart. ind. 6. anno 13. imp. 8. Ierus. 35. Siciliae, quibus Conrado filio suo urbem Gaietae et omnes vasallos suos qui ecclesiae contra se astiterant confert. ‖ Pertz l. c.

» 13 | (») | * (11719) Bulla continens Friderici II litteras de regno Siciliae et aliis terris: 1221. Dec. ind. 9, 1211. Febr. Messanae, 1220. 8 kal. Oct. ind. 9 (*cf.* Mon. Germ. hist. IV. 639). ‖ Pertz l. c. 31.

» 13 | (») | * (11720) Bulla continens Iohannis regis Angliae, Petri regis Aragoniae litteras etc., — et Philippi regis Romanorum promissionem, se ecclesiae Romanae ab antecessoribus suis ablata restituturum. ‖ Pertz l. c.

» 13 | » | * (11721) Litteras regum Boemiae (Otakari d. d. 1199, Otakari d. d. 1217 cca m. Sept., Otakari s. d. [1220], Wenceslai d. d. 1237) transcribi transsumptumque multorum archiepiscoporum, episcoporum atque abbatum sigillis muniri facit. III id. Iul. a° 3°. ‖ Palacky Reise 29. n° 170; Erben Reg. Bohem. I. 529. n° 1120.

» 13 | » | * (11722) Iubet privilegia Romanae ecclesiae ab imperatoribus et multis regibus diversis temporibus concessa in unum colligi et transcribi. »Nos autem Nicolaus patriarcha Constantinopolitanus, Albertus patriarcha Antiochenus, Bertholdus patriarcha Aquilegensis, Philippus Bituricensis, Bonifacius Cantuariensis, Albertus Armacanus, Ioellus Remensis, Americus Lugdunensis, Gerardus Burdegalensis, Gilo Senonensis, Oddo Rothomagensis, Gaufridus Turonensis, Guillelmus Bisuntinensis, Iohannes Arelatensis, Iohannes Compostellanus, Petrus Terraconensis, Iohannes Bracarensis, Leo Mediolanensis, Vitalis Pisanus, Marinus Barensis et Ispanus Auxitanus archiepiscopi, necnon Robertus Leodiensis, Nicolaus Pragensis, Iohannes Pictavensis, Robertus Belvacensis, Henricus Carnotensis, Hugo Lingonensis, Guercius Lucanensis, Albertus Mutinensis, Arias Ulixbonensis, Petrus Barchinonensis, Walterius Wigburgensis (Wigorniensis *Thein.*), Rober-

1245.

tus Lincolniensis, David S. Andreae et Ulricus Tiriestinus episcopi, Guillelmus etiam Cluniacensis, Bonifacius Cisterciensis, et Stephanus Claravallensis abbates, frater Iohannes insuper magister ordinis fratrum Praedicatorum et frater Bonaventura vicarius ministri generalis ordinis fratrum Minorum privilegia et litteras praelibata eorumque sigilla cum caracteribus suis inspeximus diligenter, factaque coram nobis collatione de ipsis ad transcripta superius annotata singuli (singulis *Th.*) sigilla nostra eisdem fecimus transcriptis apponi.« III id. Iul. a° 3°. (*Aderant duo et quatuor viginti tum diplomata tum epistolae seu mandata et in 17 rotulis pergameneis continebantur.* *Cf.* Les rouleaux de Cluny *in* Analect. iuris pontificii. Sér. XI. 1872. [Rome & Paris. fol.] 525—539; 653—691.) ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 316; Theiner Mon. Hungar. I. 190 in n° 353. *Cf.* Bongars Gesta Dei per Francos 1195; Brevis notitia primi conc. Lugdun. ap. Labbe Conc. XI. I. 639; ap. Mansi Conc. XXIII. 612.

Iul. 13 | Lugduni | Monasterium de Sco Cisterc. ord. Upsal. dioc.: III id. Iul. a° 3°. ‖ Celse Appar. 68. n° 5, *vid.* 1245. Iul. 9. n° 11711.

» 14 | » | (11723) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi mandat, compellat per excommunicationis et interdicti sententias barones et alios nobiles terrae suae, qui occasione advocatiae, quam in quibusdam ecclesiis Coloniensis civitatis et diocesis habent, de decimis novalium earundem ecclesiarum pro suae voluntatis arbitrio disponentes easdem ecclesias exactionibus indebitis aggravant, ut ab huiusmodi molestationibus penitus desistant. II id. Iul. a° 3°. ‖ Lacomblet UB. II. 153. n° 293. — »Ex parte tua.«

» 14 | » | (11724) Potestati, consiliariis et communi Ianuensibus concedit, ut per litteras apostolicas extra districtum civitatis Ianuensis trahi ad iudicium nequeant, nisi de huiusmodi indulgentia fecerint mentionem. II id. Iul. a° 3°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. mon.) I. 1016. n° 772. — »Sincere dilectionis affectus.«

» 14 | » | (11725) Monasterium in Büren Cisterc. ord. Paderburnens. dioc., abbatissa et conventu postulantibus, cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem terras, possessiones *etc.* ei confirmat. II id. Iul. a° 3°. ‖ Schaten Ann. Paderborn. II. 49. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 14 | » | (11726) Prioris provincialis Teutoniae ordinis Praedicatorum curae priorissam et sorores monasterii s. Mariae in Syrmiowe ord. s. Aug. Constantiens. dioc. committit. II id. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 151. n° 95. — »Apostolicę sedis benignitas.«

» 15 | » | (11727) (Iacobo) regi Aragonum, cum ferventi cupiat animo in civitate Valentia studium ordinari, indulget »ut magistri regnorum suorum, qui in praedicta civitate rexerint, suorum ecclesiasticorum beneficiorum proventus, dum huiusmodi regimini duxerint insistendum, integre percipere valeant ac si personaliter in ecclesiis, in quibus praefata beneficia obtinent, residerent, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis.« Id. Iul. a° 3°. ‖ Franc. Orti Memorias hist. de la fundacion ... de la insigna universidad de Valencia (Madrid 1730. 4°) 428; *cf.* Villanueva Viage litterar. II. 96. — »Grandi gaudio exultavit.«

» 15 | » | (11728) Priori et conventui S. Andreae in Scotia ord. s. Aug. ius patronatus ecclesiae de Dul, quod Malcolmus comes de Athodel eis donaverat, auctoritate apostolica confirmat. Id. Iul. a° 3°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 95. — »Cum a nobis.«

» 15 | » | (11729) Monasterium monialium Cisterciensium de Honore b. Mariae Tornacens. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Id. Iul. indict. III. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 53. n° 57. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 15 | » | (11730) Nicolao quondam Vigintimiliensi episcopo, cuius personam ad famam et ad omnes legitimos actus restituit de gratia speciali, indulget ut sacerdotali officio uti ac beneficia ecclesiastica seu dignitates alias obtinere possit. Id. Iul. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 305. — »Qui delinquentes filios.«

» 15 | » | (11731) Priori et conventui de Spalding ord. s. Ben. Lincoln. dioc. compositionem et pacis reformationem, quae inter eos et abbatem conventumque S. Nicholai Andegaviae super electione prioris, visitatione, professione noviciorum *etc.* facta est, confirmat. Id. Iul. a° 3°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. III. 221. n° 18. — »Ea quae iudicio.«

» 16 | » | Fridericum imperatorem excommunicat: »XVII kal. Aug. a° 3°« — »Ad apostolicae dignitatis.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 668, *etc.*, *vid.* 1245. Iul. 17. n° 11733.

» 17 | | »Et quia pro certo domino papae constitit, quod ipse (*i. e.* Fridericus imp.) non veniebat, nec cum mandato solenniter facto aliquos principes destinabat, dicta die Lunae constituit Tertiam sessionem (concilii) et, peractis officiis ut in prima, post multa dicta .... antequam ad festum accederetur nativitatis b. Mariae V. gloriosae, ordinavit octavam sacro concilio approbante. — [»In eodem concilio statuit, octavam nativitatis b. virg. Mariae ab omnibus clericis et religiosis annuatim solenniter celebrari.« ‖ Chron. S. Petri ap. Mencken Scr. rer. Germ. III. 260. — »In eodem concilio Lugdunensi octavam nativi-

1245.

tatis b. Virginis instituit per universam ecclesiam celebrandam et decreto firmavit.« ‖ Annal. Albiani ap. Langebek Scr. rer. Dan. I. 209.] — Deinde dominus papa quasdam constitutiones, quae pro recuperatione Terrae sanctae, ac alias quae pro subsidio Romani imperii, et etiam alias quae contra Tartaros factae fuerant, fecit legi« .... »Incepit omnia promere ore tenus et ferre sententiam contra eum (*i. e.* imperatorem) privans ipsum omni honore et imperio et aliis regnis suis: et postmodum sententia in scriptis in ipsa synodo lecta fuit. Qua lecta dominus papa surrexit et incepit *Te Deum laudamus*: quo hymno decantato per omnes fuit concilium dissolutum.« ‖ Brevis notit. primi conc. Lugdun. ap. Labbe Conc. XI. I. 639; ap. Mansi Concil. XXIII. 612.

XVII **Constitutiones** huius **concilii** leguntur sic inscripti: 1° *De rescriptis*: »Cum in multis« ap. Mansi Conc. XXIII. 619; *int.* Decr. I-i IV ap. Boehmer Corp. II. app. 351. c. 1; ap. Mansi l. c. 651. c. 1; *in* VI. Decr. lib. 1. tit. 3. c. 2 ap. Boehmer l. c. II. 886; ap. Richter Corp. II. 902; germanice ap. Hefele Conciliengesch. V. 990. — 2° *De eodem*: »Praesenti decreto duximus« ap. M 619; ap. B app. 351. c. 2; ap. M 651; germ. ap. H 990. — 3° *De electione et el. potest.*: »In electionibus« ap. M 620; ap. B app. 352. c. 5; ap. M 652; ap. R 909. c. 2; germ. ap. H 990. — 4° *De officio et potest. iud. deleg.*: »Statuimus ut conservatores« ap. M 620; ap. B app. 353. c. 9; ap. M 653; ap. B II. 921. c. 1; ap. R 935; germ. ap. H 990. — 5° *De iudiciis*: »Iuris esse ambiguum« ap. M 620; ap. B app. 354. c. 12; ap. M 654; *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 1. c. 1 ap. B 935; ap. R 949; germ. ap. H 990. — 6° *De litis contestatione*: »Exceptionis peremptoriae« ap. M 620; ap. B app. 354. c. 14; ap. M 655; *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 3. c. 1 ap. B 938; ap. R 951; germ. ap. H 990. — 7° *De dolo et contumacia*: »Actor qui venire« ap. M 620; ap. B app. 355. c. 16; ap. M 656; *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 6. c. 1 ap. B 940; ap. R 953; germ. ap. H 991. — 8° *De rescriptis*: »Dispendia litium« ap. M 620; ap. B app. 351. c. 3; ap. M 651; *in* VI. Decr. lib. 1. tit. 3. c. 3 ap. B 886; ap. R 902; germ. ap. H 991. — 9° *De eo qui mittitur in possess. causa rei serv.*: »Eum qui super« ap. M 621; ap. B app. 355. c. 17; ap. M 656; *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 7. c. 1 ap. B 940; ap. R 953; germ. ap. H 991. — 10° *De confessis*: »Statuimus ut positiones« ap. M 621; ap. B app. 355. c. 18; ap. M 656; *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 9. c. 1 ap. B 941; ap. R 954; germ. ap. H 991. — 11° *De appellationibus et recusat.*: »Legitima suspicionis« ap. M 621; ap. B app. 360. c. 26; ap. M 663; *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 15. c. 2 ap. B 950; ap. R 963; germ. ap. H 991. — 12° *De sent. excommunicationis*: »Statuimus ut nullus« ap. M 622; ap. B app. 366. c. 38; ap. M 672; *in* VI. Decr. lib. 5. tit. 11. c. 3 ap. B 1018; ap. R 1027; germ. ap. H 991. — 13° *De usuris*: »Cura nos pastoralis« ap. M 622; germ. ap. H 992. — 14° *De subsidio imperii Constantinop.*: »Arduis mens nostra« ap. M 624; germ. ap. H 993. — 15° *Admonitio praelatorum ad populum sibi commissum*: »Perennis obtentu« ap. M 626; germ. ap. H 993. — 16° *De Tartaris*: »Christianae religionis cultum« ap. M 627; germ. ap. H 994. — 17° *Super cruciata* »Afflicti corde« ap. M 628; *in* Ann. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 299; germ. ap. H 994.

X aliae Constitutiones in eodem concilio promulgatae inveniuntur: 1° *in* VI. Decr. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 1 »Statuimus ut« ap. Boehmer Corp. II. 893; ap. Richter Corp. II. 908; *int.* Decr. I-i IV ap. Boehmer l. c. app. 351. c. 4; ap. Mansi Conc. XXIII. 651; *cf.* Hefele Conciliengesch. V. 997. 1. — 2° *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 5 *de restit. spoliat.* c. 1 »Frequens« ap. B 939; ap. R 952; *int.* Decr. I-i ap. B app. 355. c. 15; ap. M 655; Matthaeus Paris Hist. mai. ad a. 1245 (ap. Mansi l. c. 643); *cf.* H 998. 3. — 3° *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 12 *de except.* c. 1 »Pia consideratione« ap. B 943; ap. R 957, *int.* Decr. I-i ap. B 356. c. 21; ap. M 658; Matth. Paris l. c. (ap. M 644); *cf.* H 998. 5. — 4° *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 14 *de sent. et re iud.* c. 1 »Cum aeterni« ap. B 945; ap. R 958; *int.* Decr. I-i ap. B 357. c. 22; ap. M 658; Matth. Paris l. c. (ap. M 645); *cf.* H 998. 6. — 5° *in* VI. Decr. lib. 2. tit. 15 *de appellat.* c. 1 »Cordi nobis« ap. B 949; ap. R 962; *int.* Decr. I-i ap. B 359. c. 25; ap. M 663; Matth. Paris l. c. (ap. M 645); *cf.* H 998. 8. — 6° *in* VI. Decr. lib. 5. tit. 4 *de homicid.* c. 1 »Pro humani« ap. B 1006; ap. R 1015; *int.* Decr. I-i ap. B 363. c. 31; ap. M 670; *cf.* H 998. 9. — 7° *in* VI. Decr. lib. 5. tit. 7 *de privil.* c. 1 »Volentes« ap. B 1009; ap. R 1018; *int.* Decr. I-i ap. B 365. c. 33; ap. M 669; *cf.* H 998. 10. — 8° *in* VI. Decr. lib. 5. tit. 11 *de sent. excomm.* c. 1 »Cum medicinalis« ap. B 1017; ap. R 1026; *int.* Decr. I-i ap. B 366. c. 36; ap. M 671; Matth. Paris l. c. (ap. M 646); *cf.* H 999. 12. — 9° *in* VI. Decr. l. c. c. 2 »Solet a nonnullis« ap. B 1018; ap. R 1027; *int.* Decr. I-i ap. B 366. c. 37; ap. M 671; Matth. Paris l. c. (ap. M 647). — 10° *in* VI. Decr. l. c. c. 4 »Quia periculosum« ap. B 1018; ap. R 1028; *int.* Decr. I-i ap. B 367. c. 39; ap. M 672.

(Iul.5.17) Lugduni (11732) Decretum *de electione pontificum.* »Cum actus legitimi dies et conditiones abhorreant sanctione legali, et inter legitimos actus electio pontificum celeberrimus habeatur; cum per eam inter eligentes et electum spiritualis quaedam matrimonii foedera copulentur atque concilientur, in electionibus seu postulationibus vel scrutiniis, ex quibus ius oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa et incerta reprobamus et inhibemus. Statuentes ut huiusmodi votis pro non adiectis habitis ex puris consensibus surgat electio.« ‖ Matth. Paris l. c. 676; Collect. reg. concil. XXVIII. 464; Labbe Conc. XI. 666 Dumont Corps univ. dipl. I. 188. n° 364; Mansi Conc. XXIII. 642.

* Constitutio »*Cum inter venerabiles*«, quae nonnisi *int.* Decr. I-i IV c. 6 *de suppl. neglig. praelat.* ap. Boehmer Corp. II. app. 352 deprehenditur, sine dubio prologus est illius

1245.

constitutionis super forma et modo visitandi, quam iste papa in lite inter archiepiscopum Rhemensem eiusque suffraganeos, sed non in concilio Lugdunensi publicavit. Eandem sub rubricam »*Romana ecclesia*« redactam reperies infra 1246. Apr. 21. n° 12062.

Iul. 17 Lugduni (11733) »Sacro praesente concilio« Fredericum principem, »qui se imperio et regnis omnique (denique *add. Paris*) honore ac dignitate reddit (reddidit *Cherub., Paris etc.*) tam indignum, quique (quippe *Cherub.*) propter suas iniquitates a Deo ne regnet vel imperet (est *add. Cherub., Paris*) abiectus, suis ligatum peccatis et abiectum omnique honore ac dignitate privatum a Domino ostendimus, denunciamus ac nichilominus sententiando privamus, omnes qui ei iuramento fidelitatis tenentur astricti a iuramento huiusmodi perpetuo absolventes, auctoritate apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cetero sibi tamquam imperatori ... ac regi conscilium vel auxilium prestiterit seu favorem, ipso facto vinculo excommunicationis subiacere. Illi autem (ad quos *inserit Cherub.*) in eodem imperio quibus (*deest ap. Cherub.*) imperatoris spectat electio, eligant libere successorem.« xvi (vi *Bzov.*) kal. Aug. pont. a° 3° ab incarn. dom. 1245. indict. III. ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 490; Cherubini Bullar. I. 94; Concil. coll. reg. XXVIII. 424; Labbe Conc. XI. 640; Hardouin Conc. VII. 381; Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 33—45; Dumont Corps univ. dipl. I. 192; Chronicon Placent. ed. Huillard-Bréholles 197; Huillard-Bréh. Hist. dipl. VI. I. 319; Mansi Conc. XXIII. 613; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1245 § 3. XIII. 504; Lünig. Cod. Ital. dipl. II. 901. n° 27; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 510. n° 6; *fragm. mai. in* Sexti Decret. lib. 2. tit. 14 *de sentent. et re iud.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 945; ap. Richter Corp. II. 959; *int.* Decret. I-i ap. Boehmer l. c. app. 357. c. 23; ap. Mansi l. c. 659. — »Ad apostolicam (apostolicae *recte Cherub. et alii*) dignitatis.«

* Eiusdem excommunicationis aliud exemplum. dat. xvii kal. Aug. a° 3° (*i. e.* 16. Iul. 1245). Matth. Paris Hist. maior 668; Dumont l. c. 190. n° 369. — »Ad apostolicae dignitatis.«

»Rexit concilium die Lune 17. mensis Iulii in ecclesia Lugdunensi, et ibidem presentibus cardinalibus, clero, prelatis et baronibus atque principibus ecclesiae multis pronuntiavit domnum Fredericum quondam imperatorem indignum imperio et regno et abiectum a Deo a potestate imperandi et regnandi. .... Quibus peractis presentialiter in eodem concilio candelis accensis dictum domnum Fredericum excommunicavit.« ‖ Bartholomaei scribae Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 217. — »Fredericum tunc temporis Romanum imperatorem die Lunae ante festum b. Mariae Magdalenae (*i. e.* 17. Iul.) omni dignitate indignum pronuntiavit et sententiando privavit omnesque, qui eidem iuramento fidelitatis aut confoederationis erant astricti, a iuramento huiusmodi absolvit. ... Sed et illis, ad quos in eodem imperio imperatoris spectabat electio, eligendi liberam annuit potestatem.« ‖ Guilelm. de Nangiaco Gesta s. Ludov. IX ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 342. — »Ab imperio deposuit Fredericum per diffinitivam sententiam xvi kal. Aug.« ‖ Vita Innocentii IV ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 590. — »1245 die 17. mensis Iulii celebratum est concilium Lugdunense, in quo dominus Innocentius pp. IV deposuit Fridericum imp. II.« ‖ Episc. Constantiens. catalog. ap. Pertz l. c. scr. II. 39; Notae histor. Sangall. ap. Pertz l. c. scr. I. 71. — »Fredericum imp. terribili anathemate condemnavit et exigentibus culpis suis ab imperii dignitate deposuit. Facta sunt haec in octavis s. Iohannis baptistae« (*i. e.* 1. Iul.) ‖ Walteri de Heminburgh Chron. I. 296. — »In maiori ecclesia Lugdunensi sententiam depositionis Frederici protulit summus pontifex in pleno concilio a° D[i] 1244 (*legas* 1245) xv kal. Aug. (*i. e.* d. 18. Iul.) pontificatus sui a° 3°«. ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 19 ap. Baluze Misc. VII. 374 (ed. Mansi I. 199). — »... Dominus papa .... in imperatorem Fridericum sine aliqua palpatione vel dissimulatione vel dilationis indulto talem sententiam excommunicationis (*vid. supra* »Ad apostolicae dignitatis«) in pleno concilio non sine omnium audientium et circumstantium stupore et horrore terribiliter fulguravit.« ‖ Matth. Paris Hist. Angl. ad a. 1245; Mansi Conc. XXIII. 641. — »Die s. Kenelmi (*i. e.* Iul. 17) degradavit imperatorem praesentibus episcopis.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 436. — »Papa in iam dicto concilio, scilicet in die Iacobi (*i. e.* Iul. 25), contra imperatorem excommunicationis sententiam renovavit et eum ab imperiali culmine deposuit.« ‖ Annal. Stadens. (Albertus Stadens.) ap. Pertz l. c. scr. XVI. 369.

" 17 " (11734) Generali ministro et fratribus ordinis Minorum indulget, ut in monasteriis monialium inclusarum ordinis s. Damiani, in quibus tempore Gregorii pp. IX fratres ordinis dicti deputati non fuerint, morari minime teneantur nec ad id per litteras apostolicas arctari possint. xvi kal. Aug. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 439. n° 20; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 367. n° 84. — »Paci et tranquillitati.«

" 18 " (11735) (Sigfrido) Maguntino et (Conrado) Coloniensi archiepiscopis *etc.* mandat atque praecipit, ut laicos qui possessiones aut domus abbatis et conventus monasterii in Campo s. Mariae [Marienfeld] Cisterc. ord. Monaster. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicationis sententia percellant, si vero fuerint clerici, eos ab officio et beneficio suspendant. xv kal. Aug. a° 3°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 234. n° 435. — »Non absque dolore.«

1245.

Iul. 19 Lugduni (11736) Virginibus continentibus castitatem Deo voventibus per Theutoniam constitutis pudicitiam commendat. XIV kal. Aug. a° 3°. ‖ Ennen Quellen II. 243. n° 242. — »Gloriam virginalem.«

» 21 » (11737) (Henrico) regi Anglorum significat, se cassationem electionis R. Passalewe clerici ad Cicestrensem ecclesiam minus iuste factam per Cantuariensem archiepiscopum confirmasse et provisionem eiusdem de alio pastore ratam habuisse. Declarat »quod provisionem non ratificavimus ipsam tanquam per eundem archiepiscopum rite factam, sed de plenitudine apostolicae potestatis.« XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. I. 153. — »Ad nos olim.«

» 21 » (11738) Eodem supplicante inhibet, ne ullus ordinarius aut etiam delegatus vel subdelegatus in capellas regias et oratoria earundem aut canonicos vel servitores ipsorum excommunicationis vel interdicti sententiam audeat promulgare absque mandato sedis apostolicae speciali. XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 153; Ann. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 304, *in* Annal. monast. I. 275. — »Tanto libentius celsitudinis.«

» 21 » (11739) Eodem supplicante omnia privilegia, indulgentias et immunitates ei et eius regno super ecclesiis Angliae et Hiberniae ab apostolica sede concessa confirmat. XII kal. Aug. a° 3° (*om. Fell*). ‖ Wilkins Concil. I. 686; Fell l. c. 304; Rymer l. c. 153. — »Tanto libentius celsitudinis.«

» 21 » (11740) (Rutgero) episcopo et capitulo Brandenburgensibus concedit, ut ad recipiendum aliquem in canonicum vel provisionem alicuius in pensionibus vel praebendis vel dignitatibus aut aliis ecclesiasticis beneficiis compelli minime possint. XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Gercken Stifts-Historie 462. n° 51; Buchholtz Gesch. d. Churmarck Brandenb. IV. Anh. 43, *ubi male* Innocentio III *adscripta*; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VIII. 157. n° 72; *cf.* Küster Biblioth. histor. Brandenb. (Vratisl. 1743. 8°). 113. — »Paci et tranquillitati.«

» 21 » (11741) Eidem episcopo concedit, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor aut etiam conservator auctoritate sedis apostolicae vel legatorum ipsius in eundem vel ecclesiam eius excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias absque speciali mandato papali promulgare possit. XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Gercken l. c. 463. n° 52; Riedel l. c. 157. n° 73; Buchholtz l. c. IV. Anh. 42, *ubi male* Innocentio III *et sic* a° 1200 *tribuitur; cf.* Küster l. c. 113. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 21 » (11742) Episcopo et capitulo Glasguensibus indulget, ut ad recipiendum aliquem in canonicum vel provisionem alicuius in pensionibus aut praebendis *etc.* compelli auctoritate sedis apostolicae minime valeant. XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 153. n° 189. — »Paci et tranquillitati.«

» 21 » (11743) Capitulo S. Andreae regni Scotiae idem indulget. XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 89. — »Paci et tranquillitati.«

» 21 » (11744) Eisdem indulget, quod continetur in n° 11741. XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Liber cartar. 90. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 21 » (11745) Episcopo et capitulo S. Andreae regni Scociae *scribit in eundem modum.* XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Liber cartar. 111. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 21 » (11746) Archiepiscopos, episcopos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos per Italiam constitutos monet, ut a gravaminibus fratrum Minorum penitus desistant subditos suos ab eis arctius compescendo. XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 439. n° 21; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 368. n° 85. — »Nimis iniqua vicissitudine.«

» 21 » (11747) (Theodorico) episcopo et praeposito Nuemburgensibus mandat, ne permittant, ut episcopus Brandenburgensis vel Brandenburgensis ecclesia contra apostolicae concessionis tenorem (*vid.* n° 11741) ab aliquibus indebite molestentur. XII kal. Aug. a° 3°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VIII. 158. n° 74. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 21 » * (11748) Cum praepositus et capitulum ecclesiae s. Odorici eo quod ecclesia sua esse videbatur in loco non tuto supplicassent, ut ad locum magis securum eiusdem diocesis, *i. e.* in castrum Utini transferretur, Bertoldo patriarchae Aquileiensi concedit facultatem annectendi plebem illius castri dictae praeposituræ. ‖ Bianchi Docum. 52. n° 148.

» 23 » (11749) Monasterium monialium s. Antonii Barchinonensis ord. s. Dam. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia, praeterea omnes libertates et immunitates, quas P(etrus) episcopus Barchinonensis eidem indulsit, auctoritate apostolica confirmat. X kal. Aug. indict. III. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 441. n° 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 369. n° 86. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 24 » (11750) Monasterium sororum s. Mariae de Lucida Valle Cisterc. ord. Spirens. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, specialiter grangiam Widen, grangiam in Eberstein, duas grangias in Ose, decimas in Selse *etc.*, iura atque privilegia

1245.

confirmat. IX kal. Aug. indict. III. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Mone Zeitschr. VI. 445. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Iul. 24 resp. 25 Lugduni (11751) Barones, communitates, consilia tam civitatum quam castrorum et aliorum locorum ac universos milites et populos per regnum Portugalliae constitutos monet et hortatur cupiens praefatum regnum propter (Sanctii) regis desidiam suique cordis imbecillitatem tot tribulationum adversitate depressum alicuius prudentis diligentia et industria relevari, ut (Alphonsum) comitem Boloniensem dicti regis fratrem cum omnibus suis recipiant eiusque dispositioni in omnibus intendant *etc.* »Per hoc autem non intendimus memorato regi vel ipsius legitimo filio, si quem habuerit, praedictum regnum adimere, sed potius sibi et eidem regno destructioni exposito ... consulere.« IX (VIII *B. Rom.*) kal. Aug. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 68—71; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 516. n° 7; *non integra in* Sexti Decret. lib. 1. tit. 8 *de suppl. neglig.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 917; ap. Richter Corp. II. 930; *int.* Decr. I-i ap. Boehmer l. c. app. 352. c. 7; ap. Mansi Conc. XXIII. 652. — »Grandi non immerito.«

» 25 » (11752) (Rutgero) episcopo et capitulo Brandenburgensibus omnes libertates et immunitates a praedecessoribus suis concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum ab imperatoribus *etc.* eis indultas confirmat. VIII kal. Aug. a° 3°. ‖ Gercken Stifts-Historie 464. n° 53; *deficiente initio* ap. Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VIII. 158. n° 75. — »Iustis petentium desideriis.«

» 27 » Fridericum principem excommunicat: »VI kal. Aug. a° 3°« — »Ad apostolicae dignitatis.« ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1245 § 3. XIII. 504, *vid.* n° 11733.

» 27 » (11753) S. Andreae, Dunkeldensi et Dunblanensi episcopis mandat, ut de vita, meritis ac miraculis cl. m. Margaritae reginae Scociae diligenter inquirant et quae invenerint sedi apostolicae per fidelem nuncium intiment. VI kal. Aug. a° 3°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 181 n° 281. — »Ex parte karissimi.«

» 27 » (11754) Universis Christi fidelibus, qui monasterium s. Salvatoris Venetiarum in festivitate eiusdem sancti cum devotione accesserint, indulgentiam 40 dierum concedit. VI kal. Aug. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIV. 134. — »Ad veneranda sanctorum.«

» 28 » (11755) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Mariae de Campo Martio Veronensis ord. s. Dam. concedit, quod vino et pulmentis, non obstante mandato abstinentiae, omni tempore utantur excepta sexta feria; concedit eis etiam omnibus, quod sacconum et capitalium cum palea semper usum liberum habeant *etc.* V kal. Aug. a° 3°. ‖ Biancolini Chiese di Verona IV. 692. — »Divinae afluentiam pietatis.«

» 28 » (11756) Decano Lemovicensi et priori S. Radegundis Pictaviensis notum facit, se statuisse, ut de bonis Lugdunensis archiepiscopatus et praecipue de pedagiis Saonaria et Granetaria 500 librae Turonensis monetae per manus ipsius qui bona ipsa tenuerit Aymerico quondam Lugdunensi archiepiscopo annuatim persolvantur in festo s. Michaelis. Mandat eis, ne permittant, ut praefatus archiepiscopus super hac provisione ab aliquo molestetur. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Gallia christ. IV. instr. 30. — »Vera humilitas ....«

» 28 » (11757) Potestati, consilio et populo Anconitanis concedit, ut mercatores civitatis Anconitanae libere possint emere ac vendere per civitatem Acconensem et regnum Ierosolimitanum ac inde merces extrahere sine cuiuslibet solutione doanae. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 119. n° 210. — »Fidei vestre constantia.«

» 28 » (11758) Patriarchae Ierosolimitano apostolicae sedis legato mandat, videat ne quis in provincia sua mercatores civitatis Anconitanae, quibus plenam libertatem emendi ac vendendi per civitatem Acconensem et regnum Ierosolimitanum concesserit, indebite molestet. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 19. n° 210. — »Cum dilectis filiis.«

» 28 » (11758 a) Episcopo Acconensi idem mandat. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c.

» 28 » (11759) Potestati, consilio et populo Anconitanis concedit, ut libere emant ac vendant per totam Apuliam et regnum Siciliae necnon per omnes terras et aquas ecclesiae Romanae, ac inde merces extrahant sine cuiuslibet solutione doanae. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. n° 210. — »Fidei vestre constantia.«

» 29 » (11760) Potestatem et commune Tarvisinos ab omnibus concessionibus seu contractibus cum Frederico quondam imperatore aut eius nuntiis initis auctoritate apostolica decernit absolutos. IV kal. Aug. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 65. — »Sicut revera vestra.«

» 30 » (11761) (Eustorgio) archiepiscopo Nicosiensi indulget, ut nullus delegatus sedis apostolicae vel subdelegatus ab eo possit in istius personam interdicti, suspensionis vel excommunicationis sententiam promulgare absque speciali eiusdem sedis mandato faciente de hac indulgentia mentionem. III kal. Aug. a° 3°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 645. — »Apostolicae sedis ampla.«

» 30 » (11762) Universos Christi fideles monet et exhortatur, ut ad Coloniensem ecclesiam, in qua »maximae sanctorum reliquiae sub veneranda custodia requiescunt,« in puritate

1245.

animi accedant, atque omnibus ipsam in die consecrationis poenitenter visitantibus annuatim indulgentiam 40 dierum concedit. III kal. Aug. a° 3°. ‖ Kleinsorgen Kirchengesch. v. Westfalen (Münster 1779 ff. 8°) II. 153; Ennen Quellen II. 244. n° 243. — »Si populus Israeliticus.«

Iul. 30 Lugduni • (11763) Laudat et confirmat propositum capituli Civitatis Austriae, qui statuerant, ut de quinquagenario praebendarum numero per sedem apostolicam confirmato proventus unius praebendae pauperibus erogentur et proventus alterius in libros et paramenta eiusdem ecclesiae convertantur. ‖ Bianchi Docum. 52. n° 149.

» 31 » (11764) Abbatissam et conventum monasterii s. Mariae V. extra muros Northusenses Cisterc. ord. Maguntin. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit. II kal. Aug. a° 3°. ‖ Hist. Nachrichten von der ... freyen Stadt Nordhausen (Franckf. & Leipz. 1740. 4°) 132. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 31 » (11765) (Rainaldo) Ostiensi episcopo mandat, ut scelera Alatrinorum in Ferentinates commissa puniat, et castra et terras ab Alatrinis erepta eisdem restituat. II kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 119. n° 211. — »Si rector et populus.«

» 31 » (11766) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Wissehradensem in solemnitatibus principis Apostolorum, in cuius honore fundata est, et in die consecrationis ipsius venerabiliter visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargitur. II kal. Aug. a° 3°. ‖ Hammerschmidt Gloria Wissehrad. 398. — »Licet is de.«

Aug. 1 » (11767) (Iuello) archiepiscopo Remensi concedit, ut cives Remenses, in quos H(enricus) eius praedecessor pro manifestis offensis et irrogatis ecclesiae Remensi iniuriis excommunicationis sententiam promulgarat, in hanc sententiam reducere possit. Kal. Aug. a° 3°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 669. — »Cum sicut in.«

» 2 » (11768) Decano Moguntinensi capellano suo eiusque successoribus indulget, ut in ecclesia Moguntina in praecipuis solennitatibus in celebratione divinorum uti perpetuo mitra possint, qua praepositus et cantor eiusdem ecclesiae uti dicuntur. IV non. Aug. a° 3°. ‖ Lünig Spicil. eccles. I. (Reichs-Arch. XVI). Cont. I. 35. n° 31; Ioannis Scr. hist. Mogunt. I. 600. — »Nostram et apostolicae.«

» 2 » (11769) (Conrado) episcopo Frisingensi absolvendi incendiarios, sacrilegos et raptores suae civitatis et diocesis ac dispensandi cum illis, qui exinde irregularitatem aliquam incurrerint, plenam concedit auctoritatem. IV non. Aug. a° 3°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 26. — »Devocionis tuae precibus.«

» 3 » (11770) Eundem qui laqueum excommunicationis incurrerat pro commissis incendiis et rapinis eo tempore, quo guerram habebat pro defensione ecclesiae Frisingensis, ab hac sententia absolvit. III non. Aug. a° 3°. ‖ Meichelbeck l. c. 26; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 337. — »Cum sicut in.«

» 3 » (11771) Cadurcensi, Rutenensi, Albiensi et Mimatensi episcopis indulget, ut, cum a non longis sit temporibus introductum, ut rurales ecclesiae et aliae parochiales diocesum suarum, quae nimis pauperes sint, in procurationibus contribuant sedis apostolicae legatorum — praedictae ecclesiae plus quam aliae consimiles ecclesiae ipsius provinciae gravari a quoquam super hoc minime possint. III non. Aug. a° 3°. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 101. — »Cum sicut venerabilis.«

» 3 » (11772) Hospitale s. Mariae in Alpibus [Spital am Pyhrn] Pataviens. dioc. tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. III non. Aug. a° 3°. ‖ UB. ob der Enns III. 125. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 3 » (11773) Universis ecclesiarum patronis per regnum Angliae constitutis indulget, ut ad ecclesiastica beneficia, cum ea vacare contigerit, praesentare illis, ad quos eorundem beneficiorum spectet collatio, personas idoneas libere possint. III non. Aug. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. I. 38, *ubi* Innocentio III *perperam donat; ibid.* I. I. 154; *sine signo chronol.* Matth. Paris Hist. maior 696. — »Fervens Anglorum meretur.«

» 3 » (11774) Archiepiscopis et episcopis per regnum Angliae constitutis indulget, ut beneficia ecclesiastica ad ipsorum collationem spectantia, cum ea vacare contigerit, conferre personis idoneis quae velint et possint in eis utiliter deservire, absque cuiuslibet contradictionis obstaculo libere valeant. III non. Aug. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 38, *ubi* eidem Innocentio III *tribuitur*; I-i Opp. ed. Migne IV. 64. n° 37, *qui* »Lugduni« *libere mutavit in* »Laterani«; *absque nota chron.* M. Paris l. c. 696. — »Vestra meretur devotio.«

» 3 » (11775) Eosdem rogat et monet, inducant suarum civitatum et diocesum clericos et eos qui adscribi desiderent militiae clericali, ut honestati morum, scientiae litterarum et virtutum cultui ferventer intendant. III non. Aug. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 154; *sine nota chron.* Matth. Paris l. c. 696. — »Cum sedes apostolica.«

» 3 » (11776) (Henrico) regi Angliae significat, crucesignatos in subsidium Terrae sanctae teneri ad consuetudines solitas regni observandas. III non. Aug. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 154; *sine signo chron.* Matth. Paris l. c. 696. — »Excellentiae tuae (praesentium *add. Par.*) tenore.«

1245.

(Aug. 3) (Lugduni) (11777) Universis tam cathedralium quam aliarum praelatis necnon patronis ecclesiarum clericis et laicis per regnum Angliae constitutis notum facit, se, si magister Martinus camerae apostolicae clericus de mandato papali aliquos ipsorum a collatione beneficiorum aut praesentatione suspenderit, hanc suspensionem relaxare. *Sine nota chron.* Matth. Paris l. c. 696. — »Cum noluerimus per.«

(») (») (11778) (Henrico) regi Angliae significat, eius nuncios, cum nuper approbante concilio vicesimam omnium ecclesiasticorum proventuum in subsidium Terrae sanctae ac medietatem huiusmodi proventuum quarundam ecclesiarum, personarum quarundam vero tertiam et aliquarum vicesimam in succursum imperii Romaniae statuerit deputandas, constitutionibus super hoc editis in eodem concilio contradixisse. *Sine signo chron.* ‖ Matth. Paris l. c. 697, *non integra.* — »Excellentiae tuae praesentium.«

(») (») • (11779) Eidem notum facit »quod etsi hactenus forte aliquibus ecclesiarum praelatis, ut beneficia ecclesiastica, quae in regno tuo ante suam promotionem habuerant, possent usque ad certum tempus libere retinere, fuerit ab apostolica sede concessum, de cetero tamen non intendimus aliquibus similia indulgere.« *Sine nota chron.* ‖ Matth. Paris l. c. 697.

» 4 » (11780) (Ulrico) electo Seccoviensi, de Frisiaco et de S. Virgilio ecclesiarum praepositis Salzburgens. dioc. scribit, se monuisse comitem de Tyrol et Ottonem de Welfsperch fratres Curiens. et Brixin. diocc., ut (Conrado) episcopo Frisingensi spoliatos per septennium redditus restituerent *etc.* Mandat eis, ut, si dicti nobiles mandatum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id per censuram ecclesiasticam cogant. II non. Aug. a° 3°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 26. — »Querelam venerabilis fratris.«

» 4 » (11781) Abbati monasterii s. Dionysii in Francia indulget, ut religiosos qui e vita claustrali excesserint, ubicumque eos invenerit, capere et reducere possit, advocato etiam ad hoc si necesse fuerit brachio saeculari. II non. Aug. a° 3°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de Saint-Denys 574. — »Cum nonnulli claustralem.«

» 4 » (11782) Magistro Hugoni canonico Dunkeldensi clerico episcopi Glasguensis regni Scotiae, qui doctus in artibus studuerat tum regendo, tum audiendo per 18 annos et amplius in iure canonico et civili ac profecerat laudabiliter in utroque, indulget ut praeter obtenta beneficia adhuc unicum recipere ac retinere possit. II non. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 44. n° 115. — »Hii potissimum sunt.«

» 4 » (11783) Praeposito ecclesiae Niumburgensis Pataviens. dioc. mandat, ut ecclesiam Sancti Loci [Heiligenstadt] Ulrico Sekawiensi clerico liberaliter conferat. II non. Aug. a° 3°. ‖ Fischer Klosterneuburg II. 202. — »Amplectenda est liberalitas.«

» 4 » (11784) Paumburgensi et S. Zenonis in Halle Salzburgensis dioc. ecclesiarum praepositis mandat, ut, cum in ecclesia Salzeburgensi ordo canonicus secundum b. Augustini regulam fuerit institutus, ex quadam tamen consuetudine vel potius corruptela in aliquibus, maxime in habitu canonici differant ab eodem, ordinent super hoc, quod illorum saluti viderint expedire. II non. Aug. a° 3°. ‖ Meiller Reg. der Salzb. Erzbisch. 563. n° 210. — »Sua nobis ....«

» 4 » • (11785) (Conrado) episcopo Frisingensi scribit, capitulum ecclesiae Salzseburgensis conquestum esse, »quod, cum G(regorius IX) pp. praedecessor noster (Eberhardo) archiepiscopo Salzseburgensi concedendi tres infulas pontificales tribus praelatis civitatis et diocesis Salzseburgensis concesserit facultatem, idem archiepiscopus temere abuti praesumens praemissa sibi super hoc a sede apostolica potestate, quatuor praelatos de facto, cum de iure non posset, mitrare praesumpsit.« Mandat ei, ut rem inquirat et, quod canonicum fuerit, statuat. II non. Aug. a° 3°. ‖ Meiller l. c. 297. n° 595.

» 5 » (11786) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi concedit, ut decem clerici suae diocesis, cum beneficia eius modici sint valoris, duo alia beneficia recipere possint. Non. Aug. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 309. n° 324; *cf.* Porthan Bullar. access. 37. n° 4. — »Cum sicut ex.«

» 5 » (11787) Eidem concedit, ut, cum nonnulli clerici suae civitatis et diocesis defectum in natalibus patiantur, et tantum 40 non sint geniti de adulterio, illos ad maiores ordines promovere eisque ecclesiasticum beneficium tribuere possit. Non. Aug. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. 309. n° 325; *cf.* Porthan l. c. n° 5. — »Sincere devotionis affectus.«

» 8 » (11788) Universis Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad monasterium s. Salvatoris de Venetiis in festivitate eiusdem (*i. e.* 8. Aug.) accesserint, indulgentiam 40 dierum concedit. VI id. Aug. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. II. 281. — »Ad veneranda sanctorum.«

» 8 » (11789) Universis Christi fidelibus monasterium s. Margaritae Torcellanensis in festivitate eiusdem sanctae visitantibus indulgentiam 40 dierum concedit. VI id. Aug. a° 3°. ‖ Cornelius l. c. X. I. 359. — »Ad veneranda sanctorum.«

» 8 » (11790) Abbati monasterii de Dunfermelyn ord. s. Ben. S. Andreae dioc. concedit facultatem dispensandi cum uno ex monachis monasterii sui defectum natalium patiente. VI id. Aug. a° 3°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 182. n° 282. — »Deuocionis tue precibus.«

1245.

Aug. 8 Lugduni (11791) Abbati et capitulo generali Praemonstratensis ordinis scribit, se statuere ut litterae contra ordinem vel monasteria eorum absque ipsorum assensu impetratae sint inanes et nullius roboris. vi id. Aug. a° 3°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 670. — »Cum ad sancti.«

» 9 » (11792) Thoma episcopo Wratislaviensi postulante ecclesiam s. Iohannis baptistae Wratislaviensem cum omnibus bonis et pertinentiis, quorum plurima nominatim recenset, sub b. Petri et sua protectione suscipit, eiusque iura ac privilegia confirmat. v id. Aug. indict. III. incarn. domin. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Stenzel Urk. zur Gesch. d. Bisth. Breslau 7. n° 5; *lacunosa mendisque maculata* ap. Sommersberg Script. rer. Siles. I. 779; ap. Lünig Cod. dipl. Germ. II. (Reichs-Arch. XXVI.) 323; *cf.* Grünhagen Regesten I. 246. n° 637; Korn Regest. episc. Vratislav. 36. — »In eminenti apostolice.«

» 9 » (11793) Potestati et consilio Ferrariensibus censum triginta marcarum argenti, quem pro Massa Fiscalia annuatim debitum non solverant, remittit. v id. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 120. n° 212. — »Cum cessaveritis hactenus.«

» 9 » (11794) Universis Christi fidelibus per Upsalensem provinciam constitutis eleemosynas reaedificationi ecclesiae Upsalensis igne devastatae conferentibus 40 dierum indulgentias concedit. v (*om. Celse*) id. Aug. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 310. n° 326; *cf.* Celse Appar. 68. n° 7. — »Quoniam ut ait.«

» 9 » (11795) Abbates, priores, archidiaconos, praepositos, decanos et alios ecclesiarum praelatos, clericos ac laicos civitatis et diocesis Lincopensis hortatur, ut de decimis ecclesiarum suarum subveniant fabricae cathedralis ecclesiae Lincopensis. v id. Aug. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. 310. n° 327; *cf.* Celse l. c. n° 8. — »Cum sicut venerabili.«

» 9 » (11796) Archipresbytero de Vallibus Cadurcens. dioc. significat, se (Geraldo) episcopo Cadurcensi indulsisse, ut nullus delegatus vel subdelegatus, exequutor aut etiam conservator in eum vel ecclesiam eius excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam valeat promulgare. Mandat ei, ne permittat ut dictus episcopus contra huius concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestetur. v id. Aug. a° 3°. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 101. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 10 » (11797) Coventriae et Lich(feldiae?) episcopo concedit, ut circa rectores et canonicos s. Mariae de Stafford, b. Mariae de Salopia, s. Mariae Magdalenae de Bruges, de Tetenthal et quarundam aliarum ecclesiarum parochialium seu capellarum, eas capellas esse regias et exemptas asserentes officii sui debitum exequatur, si illi de celebrandis synodis in eis ac alia iura episcopalia et archidiaconalia exercendo ibidem *etc.* ipsi non respondeant. iv id. Aug. (a° 3°). ‖ Annal. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 304, *in* Annal. monast. I. 275. — »Mente solliciti semper.«

» 11 » (11798) Monasterium s. Mariae de Glastonia ord. s. Ben. Bathoniens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius bona, iura ac privilegia confirmat. iii id. Aug. indict. III. incarn. dom. a° 1244(!). pont. a° 3°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 38. n° 48. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 11 » • (11799) Alisae Uglettae et aliis consororibus, quibus Umbertus episcopus Astensis concessit, ut in ecclesia s. Serafiae possint observare regulam, quam tenent sorores et dominae S. Serafiae Terdonenses, hanc concessionem confirmat. iii id. Aug. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 377.

» 11 (») • (11800) Innocenzo IV conferma a Lionardo abate del monastero di Rosazzo ossia a quell' abbazia, il possesso di quanto aveva allora in dominio, cioè pievi, decime, chiese *ecc.* ‖ Manzano Annali del Friuli II. 351.

» 12 » (11801) Repetit Gregorii IX n° 8837 d. d. 1231. Dec. 16: »ii id. Aug. a° 3°« — »Ea quae divinitus.« ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 433.

» 13 » (11802) (Guilelmo) Bruniacensi et Naulensi electo et capitulo Naulensi significat, se monasterium s. Eugenii situm in insula iuxta civitatem Naulensem sedi apostolicae censuale mensae episcopali Naulensi propter eius redditus tenues annectere. Id. Aug. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 986; Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 519. n° 8. — »Cum olim te.«

» 13 » (11803) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut illis, qui de Theutonia ad exhortationem fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani sine praedicatione publica ire velint in subsidium fidelium contra saevitiam Prutenorum, crucis propter hoc assumpto signaculo, illam indulgentiam concedat idemque privilegium, quae Ierosolimam euntibus conceduntur. Id. Aug. a° 3°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 59. n° 64. — »De negotio Pruscie.«

» 14 » (11804) Praeposito et canonicis ecclesiae Lincopensis munera praepositi et canonicorum huius ecclesiae, quae (Benedictus) episcopus Lincopensis ex concessione Gregorii pp. IX (*vid.* n° 9031) instituerat, cum antea nulla fuerint, confirmat. xix kal. Sept. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 311. n° 328; *cf.* Celse Appar. 68. n° 9. — »Hiis qui pro.«

1245.

Aug. 16 Lugduni (11805) (Rutgero) episcopo Brandeburgensi concedit, ut clericos suae civitatis et diocesis plura beneficia retinentes curis animarum annexa coerceat, ut in quolibet beneficiorum ipsorum pro rata temporis residentiam faciant personalem et in aliis temporibus per idoneos faciant vicarios deserviri. xvii kal. Sept. a° 3°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VIII. 159. n° 76. — »Tua nobis fraternitas.«

» 16 » (11806) Archiepiscopo Pisano mandat, ut, si cives Pisani de stando et parendo praecise et absolute super captione et spoliatione praelatorum et aliorum qui olim ad apostolicae sedis concilium veniebant, praescriptis ecclesiae mandatis sufficientem ei praestiterint »nostro nomine« cautionem *etc.*, istis super excommunicatione beneficium absolutionis impendat. xvii kal. Sept. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 66. — »Quoniam maius est.«

» 16 » (11807) Generali et provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum concedit facultatem, ut eiectis de suo ordine vel egressis licentiam dare possint transeundi ad alios ordines approbatos, praeterquam ad b. Augustini, Templariorum, Hospitalariorum et aliorum religiosorum arma portantium. xvii kal. Sept. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 443. n° 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 371. n° 87. — »Paci et tranquillitati.«

» 17 » • (11808) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi mandat, ut cessionem (Gunneri) episcopi Wiburgensis senio et corporis debilitate gravati recipiat eique pro sustentatione sua provisionem honestam assignet. xvi kal. Sept. a° 3°. ‖ Porthan Bullar. access. 37. n° 6.

» 18 » (11809) Archiepiscopo Viennensi mandat, concedat ut Aymo dominus Fulcigniati in fundo proprio castri sui de Monteux Gebennens. dioc. capellam exstruat et capellanum proprium in eadem habeat, sine ipsius episcopi et iuris praeiudicio alieni. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1377. — »Supplicavit nobis dilectus.«

» 18 » (11810) Abbatem et conventum monasterii s. Petri in Alta [Oberaltaich] ord. s. Ben. Ratispon. dioc. cum omnibus bonis in tutelam suscipit, specialiter autem domos, redditus et alia bona eis confirmat. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Mon. Boic. XII. 124 (*falso ad* a. 1246 *relata*). — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 » (11811) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ..... et aliis ecclesiarum praelatis per Romanum imperium, Italiam, Siciliae ac Hungariae regna (per regna Bohemiae, Svetiae et Norvegiae et per Poloniae, Livoniae, Slaviae, Russiae et Prussiae provincias *Bull. Fr., Erben*) *etc. etc.* constitutis praecipit, ut a fratrum Minorum gravaminibus penitus desistant. xv (xiii *Fej.*) kal. Sept. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 443. n° 24; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 372. n° 88; Fejér Cod. dipl. IV. i. 369; Theiner Mon. Hungar. I. 198. n° 367; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 530. n° 1122; *cf.* Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 512; Klempin Pommersches UB. I. 347. n° 443. — »Nimis iniqua vicissitudine.«

» 18 » (11812) (Stephano) Strigoniensi et (Benedicto) Colocensi archiepiscopis et (Stephano) Zagabriensi episcopo mandat, ut archiepiscopos et episcopos *etc.* per regnum Ungariae constitutos ad praedictas litteras observandas compellant. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 199. n° 368. — »Nimis iniqua vicissitudine.«

» 18 » (11813) Henrico praeposito ecclesiae Misnensis fratri marchionis Misnensis concedit eius nobilitatem morum et generis, honestatem vitae et conversationem laudabilem attendens, ut praeter beneficia ecclesiastica, quae obtineat, alia duo beneficia recipere possit. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 119. n° 131. — »Etsi propter ambitiones.«

» 18 » (11814) Iohanni canonico Misnensi concedit petente lantgravio Turingiae, ut plura ecclesiastica beneficia curam animarum habentia recipere et retinere valeat. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Gersdorf l. c. n° 132. — »Cum igitur de.«

» 18 » • (11815) Monasterio Cellensi Cisterc. ord. Misnens. dioc. confirmat libertates et immunitates ei ab Henrico quondam Romanorum rege (Norimbergae 1224. Iul. 23) concessas. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Beyer Alt-Zelle 545. n° 103.

» 18 » • (11816) Neapolitano, Salernitano et Barensi archiepiscopis mandat, ut inducant archiepiscopos, episcopos *etc.* regni Siciliae ad desistendum a gravandis fratribus Praedicatorum. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 513.

» 19 » (11817) Abbati et conventui S. Martini Laudunensis Praemonstr. ord. significat, se omnibus Christifidelibus ecclesiam b. Martini, in qua reconditum erat sinistrum s. Laurentii brachium, visitaturis indulgentiam 20 dierum elargiri. xiv kal. Sept. a° 3°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 49; Le Paige Bibl. Praem. 579. — »Licet is de.«

» 19 » (11818) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis in regno Hungariae constitutis notum facit, se excommunicare et anathematizare haeresiarcham quem Bohemi papam vocent, cum discipulis falsitatis ac utriusque sexus haereticos in Bohemia, fautores et defensores eorum. Districte eis praecipit, ut illos excommunicatos in terris suis et diocesibus publice denuncient, *etc.* xiv kal. Sept. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Annal. Bur-

1245.

ton. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 296, *in* Annal. monast. I. 264. — »Excaecata praesumtio haereticae.«

Aug. 19 Lugduni • (11819) Capitulo Ratisponensi mandat, ut monasterii de Windenberg bona illicite alienata ad ius et proprietatem eiusdem revocet. xiv kal. Sept. a° 3°. ‖ Lang Regesta II. 360.

» 19 » (11820) Monasterium de Windeberg Praemonstr. ord. Ratisbon. dioc. tuendum suscipit eiusque bona confirmat. xiv kal. Sept. a° 3°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 725; *cf.* Lang l. c. 360. — »Iustis petentium desideriis.«

» 20 » (11821) Abbati de Scepus ord. Cisterc., priori fratrum Praedicatorum de Potoch et praeposito ecclesiae s. Martini de Scepus Strigoniens. et Agriens. diocc. mandat, ut litem inter rectores ac perpetuos vicarios ecclesiarum Agriens. dioc. ex parte una et (Cletum) episcopum, praepositum, archidiaconos et canonicos Agriensis ecclesiae ex altera, qui omnes redditus et proventus ecclesiarum illorum suis usibus indebite applicantes dictis rectoribus et vicariis nonnisi exilem partem oblationum et obventionum conferebant illosque diversis aliis gravaminibus afficiebant, amicabiliter componant. xiii kal. Sept. a° 3°. ‖ Wagner Annal. Scepus. I. 406; Pray Hierarch. I. 198; Katona Hist. crit. VI. 61; Fejér Cod. dipl. IV. i. 372. — »Conquerentibus olim dilectis.«

» 20 » (11822) Archiepiscopo Tarraconensi nunciat, se statutum (Iacobi) regis Aragonum, quo permittit, ut in omni terra suae dominio iurisdictionis subiecta Saracenus quilibet et Iudaeus ad viam veritatis quae Christus est se convertens omnia sua bona, quae ante conversionem habebat, integre ac libere retinere possit, confirmare, tenore litterarum regiarum inserto. xiii kal. Sept. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 151. n° 96; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 376. n° 90. — »Ea que ad.«

» 21 » (11823) Abbati Ebersbahcensi Magunt. dioc. et scolastico Maguntino committit cognoscendam et terminandam causam vertentem inter abbatem conventumque monasterii Fuldensis ord. s. Ben. et langravium Turingiae, cui illi concesserant, ut omnia *feuda* extunc ipsi monasterio vacantia et sibi feudali competentia iure conferret; langravius autem hac concessione non contentus *ad ecclesias* eiusdem monasterii personas locorum episcopis et archidiaconis repraesentabat et in eis quosdam de facto instituerat. xii kal. Sept. a° 3°. ‖ J. Fr. Schannat Fuldischer Lehn-Hof (Francof. ad M. 1726. fol.) 203. n° 23. — »Sua nobis abbas.«

» 21 » (11824) Archiepiscopo Remensi eiusque episcopis suffraganeis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Remensem provinciam constitutis mandat, ut abbatissam et conventum monasterii de Honore b. Mariae Cisterc. ord. Tornacens. dioc. adversus malefactores tueantur. xii kal. Sept. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 54. n° 58. — »Non absque dolore.«

» 21 » (11825) Praepositum et capitulum ecclesiae Pratensis tuendos suscipit, specialiter autem ecclesias s. Mariae in Castello, s. Trinitatis, s. Donati, s. Iacobi *etc. etc.* eis confirmat. xii kal. Sept. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 336. — »Iustis omnino desideriis.«

» 21 » (11826) Abbati et conventui monasterii Andreovensis Cisterc. ord. Cracoviens. dioc. privilegia a Boleslao duce Cracoviae et Sandomiriae concessa, insertis eiusdem ducis litteris, confirmat. xii kal. Sept. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 41. n° 84. — »Quanto studiosius divine.«

» 21 » (11827) Belam regem Ungariae, qui, regno Hungariae depopulato a barbaris nationibus et Tartarorum tyrannide devastato, Friderico quondam imperatori sub ea conditione praestiterat homagii iuramentum, ut idem ad eius regnum defendendum a Tartaris infra certum terminum potenter accederet vel illuc filium suum destinaret, declarat hoc iuramento ex homagio non teneri, cum idem Fridericus diu expectatus post terminum nec venerit nec illuc filium suum miserit. xii kal. Sept. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 81; Katona Hist. crit. VI. 71; Fejér Cod. dipl. IV. i. 374; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 345; Theiner Mon. Hungar. I. 199. n° 369; *cf.* Palacky Reise 29. n° 171. — »Ex parte tua.«

» 22 » (11828) Capitulo Spirensi statutum, »ut fructus praebendarum, quas in ecclesia eius vacare contigerit, ad fabricam sarta tecta ipsius ecclesiae per triennium deputentur«, ad exemplar b. m. Honorii III pp. confirmat. xi kal. Sept. a° 3°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 232. n° 244. — »Iustis petencium desideriis.«

» 23 » (11829) Decano et capitulo Ratisponensibus indulget, ut in posterum ad provisionem vel receptionem alicuius compelli auctoritate sedis apostolicae aut legatorum ipsius minime valeant absque speciali mandato sedis eiusdem faciente plenam de hac indulgentia mentionem. x kal. Sept. a° 3°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 406. n° 419. — »Paci et tranquillitati.«

» 23 » • (11830) Monasterium s. Stephani Divionensis Lingonens. dioc. abbate et fratribus postulantibus sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. x kal. Sept. indict. III. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Fyot Hist. de l'égl. de St. Étienne de Dijon, pr. 130.

1245.

Aug. 23 Lugduni • (11831) Beatrici comitissae Provinciae mittit litteras consolatorias de obitu coniugis Raymundi Berengarii comitis Provinciae et Forcalquerii. x kal. Sept. a° 3°. ‖ Docum. Sig. mon. etc. di Savoja II. 148; Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 103. n° 185.

» 25 » (11832) Philippo subdiacono et capellano suo praeposito ecclesiae Wissehradensis (Ottocari) regis Bohemiae nepoti concedit, ut duas primas praebendas, quas in dicta ecclesia vacare contigerit, idoneis possit personis conferre. viii kal. Sept. a° 3°. ‖ Hammerschmidt Glor. Wissehrad. 397. — »Promovente tam tuae.«

» 25 » (11833) (Roberto) episcopo Lincolniensi notum facit, se pronunciavisse, eum ad visitationem tam decani et capituli quam canonicorum, clericorum chori ac ministrorum, etiam capellanorum ecclesiarum et parochianorum ad omnes ecclesias praebendales et ceteras pertinentium, et ad correctionem excessuum ac morum reformationem libere admittendum esse *etc.* viii kal. Sept. a° 3°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 689. — »Inter cetera quae.«

» 25 » • (11834) Abbati Cluniacensi indulget, ut priores et conventus ecclesiarum immediate Cluniacensi monasterio subiectarum ad solutionem aut pensionem praebendarum ab eis sine patris abbatis vel patris prioris consilio concessarum de cetero compelli nequeant. viii kal. Sept. a° 3°. ‖ Bullar. Cluniac. 115.

» 26 » (11835) Decano et capitulo Ratisponensibus permittit, ut propter absentiam canonicorum in ecclesia sua cathedrali duo vicarii perpetui constitui possint. vii kal. Sept. a° 3°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 406. n° 420. — »Hiis que provide.«

» 26 » (11836) (Sifrido) Ratisponensi episcopo mandat, ut eos absolvat, in quos per magistrum Albertum archidiaconum Pataviensem excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiae post appellationem ad sedem apostolicam interpositam promulgatae sint. vii kal. Sept. a° 3°. ‖ Ried l. c. 407. n° 421. — »Cum sicut ex.«

» 26 » (11837) Eidem, qui statuerat ut Ratisponensis ecclesiae advocatia nulli de cetero conferatur, sed in usus episcopalis mensae cedant eius redditus et proventus, hoc statutum confirmat. vii kal. Sept. a° 3°. ‖ Ried l. c. 408. n° 422. — »Iustis petentium desideriis.«

» 26 » • (11838) Papst Innocenz IV befiehlt dem Erzbischof (Gerhard) von Bremen, den Beschwerden des Domcapitels über die Ungleichheit der 12 Obedienzen abzuhelfen. ‖ v. Hodenberg Stader Copiar 108 *teste* Ehmck Bremisches UB. I. 685. n° 434.

» 27 » (11839) Cancellario Oxoniensi Lincolniens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter (Henricum) Angliae regem et archidiaconum Staffordiae, qui a capella de Bruges, quae ipsius regis specialis existat, procurationem extorquere nitatur, fine canonico decidat. vi kal. Sept. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. i. 153. — »Carissimus in Christo.«

» 27 » (11840) Episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, ... et aliis ecclesiarum praelatis et clericis per Cantuariensem civitatem, diocesim et provinciam constitutis scribit, se Herefordensi episcopo mandasse, ut per septennium et non ultra omnium beneficiorum ecclesiasticorum, quae deinceps in civitate, diocesi et provincia Cantuariensi vacatura sint, proventus usque ad 10,000 marcarum summam colligat et convertat in solutione debitorum ecclesiae Cantuariensis. Rogat eos et hortatur, ut eidem episcopo ad exhibendos huiusmodi redditus se promptos et sollicitos reddant. vi kal. Sept. a° 3°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 692; *fragm.* ap. Barth. Cotton Hist. Anglic. 125. — »Ad hoc coelestis.«

» 28 » (11841) Abbatissam et sorores monasterii s. Mariae de Boneffia Cisterc. ord. Leodiens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque earum possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. v kal. Sept. indict. III (!). incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Miraei Opp. dipl. II. 1226. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 28 » (11842) (Iuhello) Remensi, (Aegidio) Senonensi et (Petro) Xantonensi (?) archiepiscopis et (Guillelmo) Parisiensi episcopo mandat, ut, nisi ecclesiarum praelati a gravaminibus fratrum Minorum desistant, eos monitione praemissa compescant. v kal. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 377. n° 91. — »Nimis iniqua vicissitudine.«

» 28 » • (11843) In singulis provinciis singulos constituit praelatos, qui iura ordinis fratrum Minorum contra iniurias aliorum praelatorum et ceterorum defendant. Una harum epistolarum missa est ad praelatos per regnum Daciae, per Cassubiam et Pomeraniam, ubi Bremensis archiepiscopus et episcopi Hildesemensis et Zuerinensis conservatores constituuntur. v kal. Sept. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 443; *cf.* Regest. histor. Danicae I. 112; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 737. n° 352; Meklenb. UB. I. 550. n° 573; Klempin Pommersches UB. I. 348. n° 444.

» 28 » • (11844) Monasterium Montis s. Mariae in Zalland tuendum suscipit eiusque possessiones ac iura confirmat. v kal. Sept. (a° 3°). ‖ Tijdrekenk. Register of hed oud provinc. Archief van Overijssel I. (Zwolle 1857.) 12.

» 31 » (11845) Ekmundensis atque Rinisburgensis monasteriorum patrocinium suscipit bonaque ac iura confirmat, imposito monachis quattuor solidorum Frisingensis monetae censu

1245.

annuo. ii kal. Sept. indict. II(!). incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 219. n° 411. — »Clare memorie Theodericus.«

Aug. 31 — Lugduni — (11846) (Bertoldo) episcopo Argentinensi indulget, ut nullus in Lutembacensi ecclesia Basileens. dioc. in praepositum vel decanum, vel ad personatum aliquem aut in canonicum admittatur per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius generaliter impetratas, in quibus ipse episcopus executor non fuerit deputatus et nisi tenor praesentis indulgentiae in huiusmodi litteris obtinendis totaliter inseratur. ii kal. Sept. a° (1°, *sed legendum videtur*) 3°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 385. n° 502. — »Ne Lutembacensem ecclesiam.«

» 31 — (») — * (11847) Abbati S. Emerammi Ratisbonensis ord. s. Ben. quoad vixerit usum mitrae et annuli concedit. ii kal. Sept. a° 3°. ‖ Deutinger Beyträge 159. n° 73.

Aug. Sept. — (») — (11848) Se defendit multis verbis contra criminationes, quas Fridericus imperator duas in litteras (»libellos infamatorios«) sparserat. Dicit inter alia: »Relinquitur Romanum pontificem posse casualiter exercere pontificale iudicium in quemlibet christianum.... Minus igitur acute perspiciunt nescientes rerum investigare primordia, qui apostolicam sedem autumant a Constantino primitus habuisse saecularis imperii principatum, qui prius erat naturaliter et potentialiter apud eam. Iehsus Christus in apostolica sede non solum pontificalem, sed et regalem constituit monarchatum, b. Petro eiusque successoribus terreni simul ac celestis imperii commissis habenis. In gremio fidelis ecclesiae ambo gladii habentur administrationis utriusque reconditi, unde quisquis ibidem non fuerit, neutrum habet..... Aliud est de Romanorum principe, qui Romano pontifici, a quo imperii honorem et diadema consequitur, fidelitatis et subiectionis vinculo se astringit, sicut antiquitas tradidit et modernitas approbavit. Itemque aliud est de reliquis regibus, quibus per haereditariam successionem suorum proveniunt iura regnorum, aliud de imperatore Romano, qui per liberam Germaniae principum electionem assumitur, in quos ius et potestas eligendi regem, in imperatorem a nobis postmodum promovendum, sicut ipsi non abnuunt sed fatentur, ab apostolica sede pervenit, quae olim imperium a Graecis transtulit in Germanos« *etc. Sine loco, anno et die.* ‖ Höfler Albert von Beham 86—92; Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 435. — »Aeger cui lenia.«

Sept. 1 — » — (11849) (Vrracae) abbatissae et conventui monasterii b. Mariae Salamantini ord. s. Dam., quas M. episcopus et capitulum Salamantini ab omni episcopali iurisdictione exemerant, hanc exemptionem confirmat. Kal. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 378. n° 92. — »Cum a nobis.«

» 3 — » — (11850) Universis Theutonicis per Estoniam et Livoniam constitutis mandat, ut observent episcoporum statuta suorum, generales expeditiones facientes neophytos defensando, »pro quibus ut ipsos a paganorum insultibus protegatis, censum accipietis et feuda vobis concessa per (Henricum) Osiliensem episcopum retinetis.« »Alioquin nos eidem episcopo damus in mandatis, ut ad exequenda huiusmodi per censuram ecclesiasticam vos compellat.« iii non. Sept. a° 3°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 55; Bunge Livl. UB. I. 244. n° 186. — »Ut pacem faciatis.«

» 4 — » — (11851) Iohannem de Trotta, Mainardinum de Mainardis ac alios cives Ferrarienses ab obligationibus erga Fridericum quondam imperatorem factis absolvit. ii non. Sept. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 121. n° 213. — »Cum sicut ex parte.«

» 4 — » — (11852) Decano et capitulo Parisiensibus indulget, ut, cum nonnulli suorum hominum se subtrahentes dominio debita eis servitia contra iustitiam denegent exhibere, testibus, instrumentis et aliis legitimis probationibus contra eos utantur. ii non. Sept. a° 3°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 393. — »Ex parte vestra.«

» 4 — » — (11853) Ecclesiam Osiliensem cum omnibus bonis protegendam suscipit. ii non. Sept. a° 3°. ‖ Schirren 25 Urkunden 9. — »Solet annuere sedes.«

» 5 — » — (11854) (Nicolao) Rigensi et (Hermanno) Tarbatensi episcopis significat, se Henricum episcopum Osiliensem eiusque ecclesiam protegendos suscepisse eisque mandat, ne episcopum et ecclesiam ab aliquibus indebite molestari permittant. Non. Sept. a° 3°. ‖ Schirren l. c. 10. — »Venerabilis fratris nostri.«

» 5 — » — (11855) Repetit n° 11364 de 1244. Mai. 3: »Non. Sept. a° 3°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke Tab. 364. n° 493; de Geer Archieven I. 65. n° 64.

» 5 — » — (11856) Repetit Honorii III n° 6497 de 1221. Ianr. 16: »Non. Sept. a° 3°« — »Non absque dolore.« ‖ Strehlke l. c. 364. n° 494.

» 5 — » — (11857) Traguriensi episcopo et priori fratrum Praedicatorum de Spalato mandat, ut, si electionem archiepiscopi Spalatensis invenerint de persona idonea canonice celebratam, illam confirment et faciant eidem electo ab eius suffraganeis munus consecrationis impendi. Non. Sept. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 152. n° 97. — »Ex parte capituli.«

» 6 — » — (11858) Episcopo Glasguensi concedit, ut ad nullius unquam iudicium vel examen extra regnum Scotiae quarumlibet litterarum obtentu, nisi ad sedem apostolicam pro his dumtaxat negotiis, quae in regno commode terminari non possint, trahatur in causam. viii id. Sept. a° 3°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 153. n° 190. — »Cum ecclesia tua.«

1245.

Sept. 6 — Lugduni — (11859) Episcopo S. Andreae mandat, ut abbatem et conventum de Dunfermelyn ord. s. Ben. eorumque monasterium in suis libertatibus et immunitatibus protegat et iura eorum integre conservet. viii id. Sept. a° 3°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 182. n° 283. — »Cum dilectum filium.«

» 6 — » — (11860) Episcopo Dunkeldensi, cum in Dunkeldensi diocesi nonnulla bona monasterii praedicti consistant, eadem dat mandata. viii id. Sept. a° 3°. ‖ Registr. de Dunferm. 182. n° 284. — »Cum dilectum filium.«

» 7 — » — (11861) Eidem indulget, ut per litteras ad iudices positos extra regnum Scotiae a sede apostolica impetratas aliquatenus conveniri nequeat. vii id. Sept. a° 3°. ‖ Registr. ep. Glasg. I. 154. n° 191. — »Sicut ex parte.«

» 9 — » — (11862) Priori provinciali Teutoniae ordinis Praedicatorum mandat, ut monasterium monialium s. Mariae de Wilario ord. s. Aug. Constantiens. dioc. ordini suo incorporatum habeat. v id. Sept. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 153. n° 98, *sed abbreviata.* — »Apostolicę sedis benignitas.«

» 11 — » — (11863) Universis episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis per regnum Scotiae constitutis indulget, ut controversiae occasione electionum celebratarum in ecclesiis regni eiusdem ac examinationes earundem extra idem regnum auctoritate apostolicae sedis ipsis committi nullatenus valeant. iii id. Sept. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. i. 154; Registrum episc. Glasguens. I. 155. n° 192. — »Cum carissimum in.«

» 11 — » — (11864) Episcopo Londoniensi scribit, se Philippo Basset baroni Angliae indulsisse, ut liceat ei et uxori eius ac familiae utriusque in ecclesiis vel capellis ad quos eum venire contigerit, audire divina, non obstante, si eaedem ecclesiae vel capellae suppositae fuerint interdicto *etc.* Mandat ei, ne permittat ut praedicti contra huius concessionis tenorem ab aliquibus molestentur. iii id. Sept. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 154. — »Cum dilecto filio.«

» 11 — » — * (11865) Monasterio s. Mariae Wratislaviensis omnes possessiones ac bona confirmat. iii id. Sept. a° 3°. ‖ Grünhagen Regest. I. 246. n° 638b.

» 12 — » — (11866) Repetit Honorii III n° 6794 de 1222. Febr. 20: »ii id. Sept. a° 3°« — »Querelam gravem recepimus.« ‖ Ed. Duellius Hist. ord. Theuton. II. 8. n° 10; Strehlke Tab. 365. n° 495; de Geer Archieven I. 65. n° 65.

» 13 — » — (11867) Monasterium s. Mariae de Florentia ord. s. Ben. a conferendis propriis ecclesiis et beneficiis eximit, etiam per litteras sedis apostolicae vel eius legatorum, nisi praesenti indulto expresse derogaverint. Id. Sept. a° 3°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 37. — »Cum monasterium vestrum.«

» 13 — » — (11868) Archiepiscopis et episcopis, archipresbyteris, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis praesentes litteras inspecturis mandat, ut, cum necessarium sit, tam pro subsidio Terrae sanctae quam pro Livoniae ac Prusciae negotio crux praedicetur. Id. Sept. a° 3°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 60. n° 65; Bunge Livl. UB. I. 245. n° 187. — »Licet pro subsidio.«

» 13 — » — * (11869) Abbatem conventumque monasterii Cellensis Cisterc. ord. Misnens. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem villam de Veteri Ranstede, decimas vinearum in Camburc, Genzc, Giribherc, Isenberg et molendinorum prope Grimme eis confirmat. Id. Sept. a° 3°. ‖ Beyer Alt-Zelle 545. n° 104.

» 13 — » — * (11870) Compositionem inter eosdem ex parte una et Henricum, Ulricum, Ottonem et Petrum de Nozcin milites ex altera super finibus quarundam possessionum *etc.* mediantibus Brunone ac capitulo Misnensibus initam confirmat. Id. Sept. a° 3°. ‖ Beyer l. c. n° 105.

» 13 — » — * (11871) Monasterium Priviningense in protectionem suam suscipit. Id. Sept. a° 3°. ‖ Lang Regesta II. 362.

» 15 — » — (11872) Conventui monasterii Morbacensis Basileens. dioc. concedit, ne ipsi vel ipsorum abbas ad provisionem cuiusquam de beneficiis, quae de ipsorum debent conferri consensu, compelli aliquatenus possint. xvii kal. Oct. (a° 3°). ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 387. n° 506; Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 975. n° 44. — »Vestre devotionis obsequia.«

(» 1-15) — (») — (11873) Abbatibus Cisterciensibus in capitulo generali constitutis scribit inter alia de excommunicatione Friderici aliquando Romanorum imperatoris: »Non putetis quod absque deliberato fratrum nostrorum et multorum peritorum moroso consilio contra ipsum Fredericum fuerit sententiatum. Non enim meminimus unquam causam cum tanta deliberatione et diligenti examinatione fuisse excussam ...., nec aliquam viam invenimus sine Dei iniuria ... aliter procedendi quam ut processimus.... Parati igitur sumus in hac causa et pro illa usque ad mortem stare et pro ea et in ea tam omnes fratres

1245.

		nostri quam nos mori.« *Absque nota chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior Angl. ad a. 1245. p. 460; Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 64; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 346. — »Noverit universitas vestra.«
Sept. 16	Lugduni	(11874) Rectori et fratribus hospitalis s. Mariae ad s. Gallum Florentini ord. s. Aug., quorum domum hospitalem cum eius ecclesia episcopus et capitulum Florentini ab omni episcopali iurisdictione, reservato sibi suisque successoribus unius librae cerae censu annuo, exemerant, hanc exemptionem confirmat. xvi kal. Oct. a° 3°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1292. — »Cum a nobis.«
» 16	»	(11875) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad monasterium s. Gratiae Pampilonense ord. s. Dam. causa devotionis accesserint et monialibus inclusis eiusdem manum porrexerint charitatis, indulgentiam 40 dierum concedit. xvi kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 379. n° 93. — »Quoniam ut ait.«
» 17	»	(11876) Magistro et prioribus ordinis fratrum Praedicatorum concedit facultatem, ut eiectis de suo ordine vel egressis transeundi ad alios ordines approbatos, praeter quam ad b. Augustini, Templariorum, Hospitaliorum et aliorum religiosorum arma portantium cum testimonialibus litteris licentiam dare possint. xv kal. Oct. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 153. n° 99; Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 75. — »Paci et tranquillitati.«
» 17	»	(11877) Bononiensi et Mutinensi episcopis mandat, cogant archiepiscopos et episcopos ac praelatos, qui praeceptum apostolicum, ut a gravaminibus fratrum ordinis Praedicatorum omnino desistant, neglexerint adimplere, ad hoc servandum *etc.* xv kal. Oct. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 155. n° 114. — »Nimis iniqua vicissitudine.«
» 17	»	(11878) Archiepiscopos et episcopos, abbates, priores, decanos, archidiaconos, archipresbyteros, praepositos et alios ecclesiarum praelatos per Lombardiam, Romandiolam et Trivisinam ac Anconitanam marchias constitutos monet, ut ab omnibus fratrum Praedicatorum gravaminibus penitus desistant, subditos suos ab his arctius compescendo. xv kal. Oct. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 153. n° 100. — »Nimis iniqua vicissitudine.«
		• *In eundem modum* Archiepiscopos et episcopos *etc.* per regnum Siciliae constitutos. ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 510; *cf.* Ripoll. l. c. 154. n° 101.
		» » » » » » » per Tusciam, ducatum Spoletanum et patrimonium b. Petri constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 102.
		» » » » » » » per regnum Bohemiae, Poloniam, Russiam, Prussiam, Caffribriam (?) et Pomeraniam constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 104.
		» » » » » » » per Alemanniam constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 103.
		» » » » » » » per Daciae, Sueciae et Norwegiae regna constitutos. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 23. n° 29; *cf.* Ripoll l. c. n° 105.
		» » » » » » » per regnum Angliae constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 106.
		» » » » » » » per Hiberniam constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 107.
		» » » » » » » per regnum Franciae, Lugdunensem et Bisuntinam provincias, Metensem, Verdunensem et Leodiensem dioceses constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 108.
		» » » » » » » per Hispanias constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 109.
		» » » » » » » per Viennensem, Ebredunensem, Arelatensem, Aquensem, Auxitanam, Burdegalensem, Bituricensem et Narbonensem provincias et dioceses constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 110.
		» » » » » » » per Antiochenum et Ierosolymitanum patriarchatus ac insulam Cypri constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 111.
		» » » » » » » per imperium Constantinopolitanum constitutos. ‖ Ripoll l. c. n° 112.
		» » » » » » » per regnum Hungariae, Serviae, Galitiae, Slavoniae, Croatiae et Dalmatiae constitutos. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 200. n° 370 et 201 n° 371; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 179 et 180; *cf.* Ripoll l. c. n° 113.

1245.

Sept. 18	Lugduni	(11879) Monasterium monialium s. Mariae Salamantinum ord. s. Dam. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia, praeterea omnes libertates et immunitates, quas eidem M. episcopus et capitulum Salamantini indulserunt, confirmat. xiv kal. Oct. indict. III. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 446. n° 25; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 380. n° 95. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 18	»	(11880) Abbatissam et conventum monialium inclusarum monasterii quondam s. Mariae, nunc s. Gratiae Pampilonensis ord. s. Dam. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut ipsae et monasterium nulli debeant nisi sedi apostolicae subesse. xiv kal. Oct. a° 3°. ‖ Wadding l. c. 448. n° 26; Sbaralea l. c. n° 94. — »Cum mortuae mundo.«
» 19	»	(11881) Archiepiscopis, episcopis ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut fratres Minorum ad praedicandum benigne admittant. xiii kal. Oct. a° 3°. ‖ Wadding l. c. 449. n° 27; Sbaralea l. c. 381. n° 95. — »Quoniam abundavit iniquitas.«
» 19	»	(11882) Priorissam ac sorores ecclesiae s. Leonardi in Hüsern ord. s. Aug. Basiliens dioc. protegendas suscipit omnesque earum possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xiii kal. Oct. ind. III. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 391. n° 513, *non integra.* — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 19	»	(11883) Comitem, consules et universum populum Tolosanos monet et hortatur, ut se magistris et scholaribus in civitate Tolosana studentibus benignos exhibeant et inchoata continuare cura vigili studeant, ut scholastici studii disciplina apud ipsos vigeat populis innumeris profutura. xiii kal. Oct. a° 3°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 454. — »Omne datum optimum.«
» 19	»	(11884) Episcopum Tolosanum monet et hortatur, ut scholares pauperes, qui desiderio disciplinae et a propriis domibus longius recedentes et vigiliis et laboribus macerantur, in hospitalibus de Tolosa extra viam publicam positis, egenorum necessitatibus deputatis, recipi faciat. xiii kal. Oct. a° 3°. ‖ Vaissète l. c. 455. — »Fidelium pietas quae.«
» 19	»	(11885) Comitem, consules et universum populum Tolosanos rogat et monet, ut, observantes ea quae magistris et scholaribus in Tolosana civitate studentibus a sede apostolica sint indulta, suae virtutis potentia ipsos studeant defensare. xiii kal. Oct. a° 3°. ‖ Vaissète l. c. 455. — »Cum illi qui.«
» 19	»	(11886) Magistro et prioribus ordinis Praedicatorum petentibus inhibet, ne illi, quos ab ordine pro suis culpis expelli contigerit vel egressi fuerint proprio motu, praedicare, confessiones audire aut docere praesumant. xiii kal. Oct. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 156. n° 115. — »Iustis petentium desideriis.«
» 19	»	(11887) (Wenceslaum) regem Boemiae monet et hortatur, ut B(runonem) electum Olomucensis ecclesiae ac eius procuratores et nuntios necnon et canonicos qui pro ecclesiae iam dictae provisione ad sedem apostolicam accesserint, benigne recipiat eosque et iam dictam ecclesiam favore regio prosequatur. xiii kal. Oct. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 57. n° 73; Erben Reg. Bohem. I. 531. n° 1125; *cf.* Palacky Reise 30. n° 173. — »Cum id quod.«
» 19	»	(11888) Universis Christifidelibus, qui fratribus Minoribus Reatinis ad consummationem ecclesiae, domorum et aedificiorum suorum manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum promittit. xiii kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 381. n° 97. — »Quoniam ut ait.«
» 20	»	(11889) Universis Christifidelibus, qui fratribus Minoribus de Gallarate Mediolan. dioc. ad consummationem ecclesiae, domorum et aedificiorum suorum subsidia erogarint, indulgentiam 40 dierum elargitur. xii kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 382. n° 98. — »Quoniam ut ait.«
» 20	»	(11890) Decano et capitulo Bremensibus statutum (Gerhardi) archiepiscopi Bremensis (d. d. 1245. Febr. 28), quo ordinavit, ne de cetero duo fratres in eadem ecclesia in canonicos recipiantur, confirmat. xii kal. Oct. a° 3°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 953. n° 66; *cf.* Hannov. Copiar fol. 100. n° 167 *teste* Ehmck Bremisches UB. I. 685. n° 436. — »Cum a nobis.«
» 20	»	(11891) Capitulo Olomucensi mandat, ut, cum Olomucensi ecclesiae providerit de Brunone quondam praeposito Lubicensi capellano suo, ipsi electo tamquam patri et pastori animarum suarum debitam obedientiam et reverentiam exhibeant. xii kal. Oct. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 56. n° 72; Erben Reg. Bohem. I. 531. n° 1124; *cf.* Palacky Reise 30. n° 172. — »Cum id quod.«
		• *In eundem modum* Clero civitatis et diocesis Olomucensis;
		» » » Abbatibus, praepositis ... et aliis ecclesiarum praelatis ecclesiae Olomucensi subiectis.

1245.

Sept. 20 Lugduni (11892) Agneti sorori (Wenceslai) regis Boemiae ord. s. Franc. Pragensis Brunonem ecclesiae Olomucensis electum commendat *etc.* xii kal. Oct. aº 3º. ‖ Boczek l. c. 57. nº 74; *fragm.* ap. Erben l. c. nº 1126; *cf.* Palacky l. c. nº 174. — »Cum id quod.«

» 20 » (11893) Baronibus, militibus et populo civitatis et diocesis Olomucensis scribit de eodem argumento. xii kal. Oct. aº 3º. ‖ Boczek l. c. 58. nº 75; *fragm.* ap. Erben l. c. nº 1127; *cf.* Palacky l. c. nº 175. — »Cum id quod.«

» 20 » (11894) Wladizlao et Premizl filiis regis Boemiae scribit de eodem argumento. xii kal. Oct. aº 3º. ‖ Boczek l. c. 59. nº 77; *cf.* Palacky l. c. nº 177; Erben l. c. nº 1129.

» 20 » (11895) Philippo capellano suo ducis Carinthiae nepoti de eodem. xii kal. Oct. aº 3º. ‖ Boczek l. c. 59 in nº 77; *cf.* Palacky l. c. nº 178; Erben l. c. in nº 1129.

» 20 » (11896) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut Brunonem praedictum sibi commendatum habeat eique efficaciter assistat. xii kal. Oct. aº 3º. ‖ Boczek l. c. 59. nº 78; Erben l. c. 533. nº 1130; *cf.* Palacky l. c. nº 179. — »Cum id quod.«

» 20 » (11897) (Philippo) electo Ferrariensi sedis apost. legato provisionem ecclesiae Olomucensis de Brunone quondam praeposito Lubicensi capellano suo factam notam facit eumque monet, ut (Wenceslaum) regem Boemiae tam per se quam per lantegravium Thuringiae, ducem Bavariae, Misnensem et Brandenburgensem marchiones ac alios praenominati regis amicos ad suscipiendum Brunonem inducere studeat. xii (xiii *Bocz.*) kal. Oct. aº 3º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 58. nº 76; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 26. nº 38; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 532. nº 1128; *cf.* Palacky Reise 30. nº 176; Deutinger Beyträge II. 153. nº 13. — »Cum id quod.«

» 20 » • Abbatem et conventum in Langheim: »xii kal. Oct. aº 3º«. ‖ Schweitzer Copialbuch der Cisterc.-Abtei Langheim 46, *vid.* 1245. Sept. 26. nº 11909.

» 21 » (11898) Magistro et prioribus ordinis fratrum Praedicatorum petentibus districtius inhibet, ne illi quos ab ordine pro suis culpis expelli contigerit vel egressi fuerint proprio suo motu, praedicare, confessiones audire vel docere praesumant, nisi de apostolica vel eorum licentia speciali ad alium transierint ordinem. xi kal. Oct. aº 3º. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 76. — »Iustis petentium desideriis.«

» 21 » • (11899) Abbati et universis fratribus Cluniacensis ordinis indulget, ne de cetero praelati ecclesiarum in eos vel eorum bona excommunicationis vel interdicti sententias promulgent. xi kal. Oct. aº 3º. ‖ Bullar. Cluniac. 115.

» 21 » • (11900) Eisdem indulget, ut ad provisionem vel receptionem alicuius in pensionibus et aliis beneficiis ecclesiasticis de cetero per litteras apostolicas cogi nequeant. xi kal. Oct. aº 3º. ‖ Bullar. Cluniac. 116.

» 22 » • (11901) Eisdem notum facit, se inhibere abbati monasterii Moysiacensis Cluniac. ord. Caturcens. dioc., licet ei usus pontificalium in perpetuum sit concessus, eisdem uti, donec abbati Cluniacensi obedientiam fecerit. x kal. Oct. aº 3º. ‖ Bullar. Cluniac. 116.

» 22 » (11902) Magistris et scholaribus Tolosanis statuta ac simul diversa privilegia concedit. x kal. Oct. aº 3º. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 451. — »In civitate Tolosana.«

» 22 » (11903) Eisdem iuxta Gregorii IX pp. magistris et scholaribus Parisiensibus statuta concessa statuta concedit. x kal. Oct. aº 3º. ‖ Vaissète l. c. 452. — »In civitate Tolosana.«

» 24 » (11904) Magistro et fratribus militiae s. Iacobi indulget, ut regnum Zeid Aazon regis Zale, desiderantis renasci unda baptismatis, recipere ac acquirere necnon alia circumposita Sarracenorum loca, quae iuris alicuius christiani principis non existunt, acquisita retinere in perpetuum possint *etc.* viii kal. Oct. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1245 § 75. — »Cum sicut intimantibus.«

» 24 » (11905) Universis Christifidelibus, qui fratribus Minoribus Recanatensibus ad aedificationem ecclesiae et conventus manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum concedit. viii kal. Oct. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 382. nº 99. — »Quoniam ut ait.«

» 24 » (11906) Ministro generali et universis ministris provincialibus ordinis fratrum Minorum petentibus inhibet, ne quis legatorum sedis apostolicae ad secum manendum vel pro suis negotiis promovendis aliquem ex fratribus illorum sine sui magistri licentia possit assumere absque speciali mandato sedis apostolicae. viii kal. Oct. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 383. nº 100; *cf.* Wadding Ann. Minor. III. 140 § 37. — »Vobis per apostolicae.«

» 25 » (11907) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Teutonicorum in Marpurch Moguntin. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Francisci in Marpurch, in qua corpus b. Elisabeth multis refulgeat miraculis, singulis annis in die translationis eiusdem beatae venerabiliter visitarint, indulgentiam unius anni concedere. vii kal. Oct. aº 3º. ‖ Retter Hessische Nachrichten II. 55. — »Licet is de.«

» 25 » (11908) (Raimundo) comiti Tholosano sententiam de matrimonio inter ipsum et (Margaretam) filiam comitis Marchiae Pictavens. dioc. ab O(ctaviano) S. Mariae in via lata dia-

1245.

cono cardinale pronuntiatam confirmat. vii kal. Oct. aº 3º. ‖ Teulet Layettes II. 585. nº 3382. — »Cum sicut nobis.«

Sept. 26 Lugduni (11909) Abbatem et conventum in Lancheim Cisterc. ord. Babenbergens. dioc. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras, decimas, nemora *etc.*, sicut ea omnia iuste possident, eis confirmat. vi (xii *Schw.*) kal. Oct. aº 3º. ‖ v. Schultes Histor. Schriften I. 79. nº 9 (*male ad* a. 1246 Sept. 20); *cf.* Schweitzer Copialbuch der Cisterc.-Abtei Langheim 46. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 26 » (11910) Abbati et priori de Boconio Wesprim. dioc. et praeposito Iaurinensi mandat, ut causam inter (Zlandum) Weszprimiensem episcopum et (Salomonem) abbatem S. Martini de Pannonia, qui illo irrequisito capellam in villa Higmogos lege illi diocesana subiecta de novo construxit, vertentem fine debito terminent. vi kal. Oct. aº 3º. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. i. 368. — »Venerabilis frater noster.«

» 26 » • (11911) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut ultra duas dietas a monasterio suo vel domibus immediate ad idem spectantibus in iudicium per commissiones apostolicas trahi nequeant. vi kal. Oct. aº 3º. ‖ Bullar. Cluniac. 116.

» 26 » • (11912) Archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus monasteria, prioratus et possessiones monasterio Cluniacensi subiecta consistunt, mandat ne excommunicationis sententias in illos qui molunt in molendinis et coquunt in furnis fratrum Cluniacensium de cetero ferre praesumant. vi kal. Oct. aº 3º. ‖ Bullar. Cluniac. 118.

» 26 (») • (11913) Abbati et conventui monasterii s. Bavonis Gandensis concedit, ut decimas redimant de manibus laicorum in illis parochiis episcopatus Tornacensis, in quibus hic ius patronatus non habet. ‖ v. Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 29.

» 27 » (11914) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. concedit, ut domum ad hospitalitatem servandam a Siberto laico Nussiensi et Gisla uxore eius, Coloniens. dioc., in fundo proprio constructam et dotatam praesidio suo in perpetuum foveant. v kal. Oct. aº 3º. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 68. — »Cum a nobis:«

» 30 » (11915) Abbatissam et sorores monasterii de Curia b. Mariae [Cour-Notre-Dame] sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque dicti coenobii possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. ii kal. Oct. indict. III (!). incarn. dom. aº 1245. pont. aº 3º. ‖ Quantin Recueil 233. nº 503. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 30 » (11916) (Fulconi) archiepiscopo Gneznensi et suffraganeis eius, et abbatibus, prioribus ... per Gneznensem provinciam constitutis praecipit, ut illos qui possessiones vel res monasterii de Oliwa Cisterc. ord. Wladislaviens. dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicationis aut interdicti sententiis percellant *etc.* ii kal. Oct. aº 3º. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 737. nº 353; *cf.* v. Ledebur Neues Archiv II. 205. — »Non absque dolore.«

Oct. 2 » (11917) Decano et capitulo Babenbergensibus significat, se electionem Henrici praepositi Aquensis in episcopum Babenbergensem confirmasse eique consecrationis munus suis manibus imposuisse. Mandat eis, ut eidem exhibeant obedientiam et reverentiam debitam et devotam. vi non. Oct. aº 3º. ‖ Ussermann Episc. Bamberg. Cod. prob. 155. — »Ad custodiam paradisi.«

» 2 » (11918) Umberto abbati S. Fidis de Conchis ord. s. Ben. Ruthenens. dioc. usum mitrae et annuli concedit. vi non. Oct. aº 3º. ‖ Gallia christ. I. instr. 55. — »Ante tribunal omnipotentis.«

» 3 » (11919) (Brunoni) electo Olomucensi, licet nondum sit consecratus, usum mitrae ac annuli de gratia speciali concedit. v non. Oct. aº 3º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 60. nº 79; Erben Reg. Bohem. I. 533. nº 1131. — »Ob tue probitatis.«

» 3 » (11920) Abbati de Hersfelde ord. s. Ben. Magunt. dioc. concedit, ut illos sui monasterii monachos et conversos, qui pro violenta iniectione manuum in se ipsos, pro detentione proprii alieni, etiam pro negata obedientia in excommunicationis laqueum inciderint *etc.* absolvat. v non. Oct. aº 3º. ‖ Wenck Hessische Landesgesch. III. UB. 119. nº 128. — »Exhibita nobis tua.«

» 3 » (11921) (Henrico) episcopo Oziliensi concedit, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor in eius personam interdicti, suspensionis aut excommunicationis sententiam absque apostolicae sedis mandato promulgare possit. v non. Oct. aº 3º. ‖ Schirren 25 Urkunden 10. — »Et si libenter.«

» 4 » • (11922) Innocent charge (Gui) évêque de Cambrai, de faire exécuter une sentence par défaut que décide que Thibaut comte de Champagne est obligé de protéger le monastère, les maisons et les granges de l'abbaye de Montier-en-Argonne. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 408. nº 2714.

» 6 » (11923) (Wilbrando) archiepiscopo Magdeburgensi et eius suffraganeis et abbatibus, prioribus aliisque ecclesiarum praelatis per Magdeburgensem provinciam constitutis contra

1245.

invasores bonorum monasterii sororum de Siversdorff Cisterc. ord. Pragens. dioc. mandata dat. II non. Oct. a° 3°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. I. 58; Erben Reg. Bohem. I. 533. n° 1132 et 541. n° 1154 *non integra; uterque perperam ad* a. 1246. — »Non absque dolore.«

Oct. 6 Lugduni (11924) Monasterium monialium s. Mariae Magdalenae Alexandrinum ord. s. Dam. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia, praeterea omnes libertates et immunitates, quas eidem b. mem. Willielmus Mediolanensis archiepiscopus indulsit, confirmat. II non. Oct. indict. IV. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 450. n° 28; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 384. n° 101. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 7 » (11925) Fratri Henrico de ordine Praedicatorum mandat, ut in negotio crucis et aliis contra Prussiae neophytos vel alios christianos illarum partium usque ad adventum (Opizonis) abbatis monasterii de Mezano commissis a sede apostolica supersedeat. Non. Oct. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 156. n° 116; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 12. n° 10; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1245 § 91. — »Presentium tibi auctoritate.«

» 10 » (11926) Priori ordinis Praedicatorum in Valentinianis dat in mandatis, ut praelatos, capitula, conventus et quascunque personas Cameracensis civitatis et diocesis, in quos fuerint ab archiepiscopo Remensi occasione visitationis sententiae suspensionis et excommunicationis promulgatae, »postquam ordinationi tuae per eorum patentes litteras se duxerint supponendos«, ad cautelam absolvat. VI id. Oct. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 156. n° 117. — »Venerabilibus fratribus nostris.« *Cf.* n° 11964.

• *Eodem modo et eadem die* Priori ordinis fratrum Praedic. Atrebatensi *pro* Atrebatensi et diocesi et civitate.

» » » » » » » » » Ambianensi *pro* Ambianensi et diocesi et civitate.

» 10 » (11927) Priori et conventui fratrum Praedicatorum de Vriburch Constantiens. dioc., quibus comes de Vriburch locum, in quo nunc habitant, donavit, censum quoque ratione terrae eiusdem loci necnon aliarum terrarum sibi debitum duxit remittendum, hanc donationem ac remissionem confirmat. VI id. Oct. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 157. n° 120. — »Iustis petentium desideriis.«

» 11 » (11928) (Opizoni) abbati monasterii de Mezano nuncio apostolico in Pruscia mandat, ut universis eiusdem terrae paganis, qui ad fidem Christi sponte converti voluerint, omnes libertates, quas fel. mem. Innocentius, Honorius et Gregorius papae neophytis praedictae terrae concesserunt, denuo promittat. V id. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 42. n° 85. — »Cum te in.«

» 11 » (11929) Eidem mandat, ut (Michaeli) Cuiaviensi episcopo, fratribus domus s. Mariae Theuton. in Pruscia, Poloniae et Cuiaviensi (Caminensi *Rayn., Thein.*) ducibus ex parte una et S(wantepulco) duci Pomeraniae ac Prusciae neophytis ex altera graviter discordantibus treugas indicat tamdiu observandas ab ipsis, donec mandatum apostolicum in hac parte receperint. V id. Oct. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1245 § 90; David Preuss. Chronik III. 11; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 735. n° 350; Theiner l. c. n° 86; *cf.* Voigt Gesch. Preussens III. 537. n° 31. — »Cum inter venerabilem.«

» 12 » (11930) Archiepiscopis et episcopis per regnum Angliae constitutis indulget, »ut, cum in partibus vestris super provisione scripserimus alicuius, hii quibus huiusmodi litterae diriguntur, earum auctoritate, nisi unum praelatum de ipsis partibus suspendere a beneficiorum collatione non valeant.« IV id. Oct. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. I. 155. — »Paci et tranquillitati.«

» 12 » (11931) Monasterium monialium s. Mariae de Valle [Marienthal] in Siffridisdorff Pragens. dioc. Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. IV id. Oct. indict. IV. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. I. 51. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 » (11932) Universis Christifidelibus, qui fabricam ecclesiae et conventus fratrum Minorum Urbevetanorum elemosynis promoverint, indulgentiam 40 dierum donat. III id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 385. n° 102. — »Quoniam ut ait.«

» 13 » (11933) Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci de Offida ord. s. Dam. Firman. dioc. immunitatem et libertatem, quas prior et conventus monasterii s. Mariae Castri Offidae eis sub annuo censu duarum tantum librarum cerae concesserunt, de suae plenitudine potestatis supplendo defectum instrumenti confirmat. III id. Oct. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 457. n° 32 *et* 141 § 39; Sbaralea l. c. 394. n° 112; *cf.* 797. — »Ii a sede.«

» 14 » (11934) (Opizonem) abbatem monasterii de Mezano monet, ut tractet inter (Michaelem) episcopum Cuiaviensem, fratres domus s. Mariae Theutonicorum in Prussia et Poloniae et Cuiaviensem (Caminensem *Rayn.*) duces ex parte una et (Svantopulcum) ducem Pomeraniae ac Prussiae neophytos ex altera de facienda concordia eamque studeat reformare; et si forte illos pacificare nequiverit, inquisita super omnibus discordiae articulis veritate, quaecunque invenerit sedi apostolicae fideliter referat. II id. Oct. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1245 § 90; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 736. n° 351; *cf.* Voigt Gesch. Preussens II. 542. Anm. 2. — »Cum inter venerabilem.«

1245.

Oct. 14 Lugduni (11935) Monasterium de Bono Portu Cisterc. ord. Ebroicensis dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, confirmat. II id. Oct. indict. IV. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Bonnin Cartul. de Louviers. Docum. I. 207. n° 173. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 15 » (11936) Monasterium monialium s. Spiritus Civitatens. dioc. ord. s. Dam. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia, praeterea omnes libertates et immunitates, quas M(ichael) episcopus Civitatensis eidem indulsit, confirmat. Id. Oct. indict. IV. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 451. n° 29; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 386. n° 103. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 16 » (11937) Generali et universis provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum mandat ut monialibus inclusis ord. s. Dam. per fratres providos visitationis, correctionis et reformationis officium impendant, easdem informent disciplinis regularibus *etc.* XVII kal. Nov. a° 3°. ‖ Wadding l. c. 140; Sbaralea l. c. 387. n° 104. — »Paci et saluti.«

» 17 (») • (11938) Bulle du pape Innocent IV, portant défense à son légat de frapper d'excommunication ou d'interdit l'abbaye de Quincy sans son ordre expres. ‖ Quantin Recueil 240.

» 18 » (11939) Decano et capitulo Spirensibus concedit, ut duas praebendas suae ecclesiae dividant ipsasque quatuor personis idoneis conferant. XV kal. Nov. a° 3°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 232. n° 245. — »Hiis que pro.«

» 20 » (11940) Compositionem inter abbatem conventumque monasterii Uterinae Vallis [Eusserthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. et quondam G. abbatem conventumque Hornbacenses ord. s. Ben. Metens. dioc. super quibusdam mansis, pascuis *etc.* mediante b. m. Udalrico Spirensi episcopo factam confirmat. XIII kal. Nov. a° 3°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. III. 24, *perperam ad* a. 1246. — »Ea que iudicio.«

» 21 » (11941) Abbatissis et monialibus inclusis monasteriorum ord. s. Dam. supplicantibus concedit ministris et fratribus ordinis Minorum facultatem ingrediendi illarum claustra pro rationabilibus et honestis causis. XII kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 388. n° 105; *cf.* Wadding Ann. Minor. III. 141 § 39. — »Vestris piis supplicationibus.«

» 21 » (11942) (Conrado) Coloniensi et (Alberto) Magdeburgensi archiepiscopis et (Hermanno) Herbipolensi episcopo repetit n° 11842 d. d. 1245. Aug. 28: »XII kal. Nov. a° 3°« — »Nimis iniqua vicissitudine.« ‖ Sbaralea l. c. n° 106.

» 23 » (11943) Monasterium monialium s. Francisci Offidanum Firman. dioc. ord. s. Dam. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia, praeterea omnes libertates et immunitates quas prior et conventus monasterii s. Mariae Castri Offidae eidem sub annuo censu duarum tantum librarum cerae concesserunt, confirmat. X kal. Nov. indict. IV. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Wadding l. c. 453. n° 30; Sbaralea l. c. 389. n° 107. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 25 » (11944) Rectori et fratribus hospitalis s. Mariae ad s. Gallum Florentini ord. s. Aug. concedit facultatem deferendi pro signo in vestibus suis duplicem crucem rubeam cum lilio in parte superiore. VIII kal. Nov. a° 3°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1293. — »Etsi quorumlibet precibus.«

» 25 » (11945) Universis Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad monasterium Trenorchiense Cabilon. dioc., cuius ecclesia in honore gloriosae Mariae V. est constructa atque in qua ss. Valeriani et Philiberti corpora requiescunt, in die assumptionis praedictae Virginis et festivitatibus eorundem sanctorum causa devotionis accesserint, indulgentiam 40 dierum concedit. VIII kal. Nov. a° 3°. ‖ (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de s. Filibert, preuv. 201. — »Quoniam ut ait.«

» 26 » (11946) Magistro Bertoldo rectori ecclesiae de Acher Argentinens. dioc. indulget, ut praeter beneficia ecclesiastica, quae curam animarum habentia nunc obtinet, liceat ei unicum beneficium vel personatum, etiamsi similem curam habeat, si ei canonice offeratur, recipiat. VII kal. Nov. a° 3°. ‖ Schoepflin Hist. Zar.-Badens. V. 210. — »Licet propter ambitiones.«

» 26 » (11947) Decano et capitulo Spirensibus significat, se cunctis Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Spirensem »quae ipsius Virginis est vocabulo insignita,« in eius festivitatibus, in nativitate Domini *etc.* venerabiliter visitarint, 40 dies iniunctae poenitentiae remittere. VII kal. Nov. a° 3°. ‖ Remling UB. z. Gesch. der Bischöfe v. Speyer I. 233. n° 246. — »Etsi loca sanctorum.«

1245.

Oct. 27 Lugduni (11948) Abbati de Altaripa et praeposito Interlacensis ecclesiae Cisterc. et s. Aug. ordinum Lausanens. dioc. causam inter praepositum capitulumque ecclesiae Beronensis et Constantiensem episcopum super procurationibus vertentem decernendam committit. vi kal. Nov. aº 3º. ‖ Neugart Cod. dipl. Alemann. II. 184. nº 936. — »Dilecti filii praepositus.«

" 30 " (11949) Abbati et conventui monasterii s. Mariae de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. concedit, ut bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus percipere et retinere possint. iii kal. Nov. aº 3º. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 47. nº 43. — »Devotionis vestre precibus.«

" 30 " (11950) Repetit nº 8195 d. d. 1228. Mai. 26: »iii kal. Nov. aº 3º« — »Nos attendentes vestrarum.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 392. nº 108.

Nov. 2 " (11951) Abbatissis earumque conventibus universis Cisterciensis ordinis per comitatus Flandriae et Haynoniae constitutis concedit, ut eisdem privilegiis et indulgentiis, quibus ordo earum per apostolicam sedem munitus dinoscitur, uti libere valeant. iv non. Nov. aº 3º. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 58. nº 62. — »Solet annuere sedes.«

" 3 " (11952) Priori Cartusiae eiusque fratribus. Confirmat terminos domus Cartusiae eamque cum omnibus bonis suscipit sub protectione sedis apostolicae imponendo poenam delinquentibus infra terminos *etc.* iii non. Nov. indict. III(!). incarn. dom. aº 1245. pont. aº 3º. ‖ Tromby Storia V. app. 179. nº 49. — »Religiosam eligentibus vitam.«

" 3 " (11953) Archiepiscopis, episcopis aliisque ecclesiarum praelatis restituit ius plenum et integrum faciendi collationem canoniarum, praebendarum, beneficiorum *etc.* in ecclesiis et conventibus suis. iii non. Nov. aº 3º. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 263. — »Postquam regimini generali.«

" 7 " (11954) Magistro et fratribus ordinis fratrum Minorum Pampilonensibus concedit facultatem, ut in horto haeredum quondam Stephani et Navarri de Sparza fratrum ac in horto Doati sitis extra portam s. Laurentii Pampilonensem domos ac ecclesiam construere possint. vii id. Nov. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 456. nº 31; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 392. nº 109. — »Patriae coelestis allecti.«

" 7 " (11955) Archiepiscopo Terraconensi et episcopo Caesaraugustano de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant, ut illi contra concessionis apostolicae tenorem ab aliquibus indebite molestentur. vii id. Nov. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 393. nº 110. — »Sub experientia paupertatis.«

" 8 " (11956) Generali et marchiae Anconitanae provinciali ordinis fratrum Minorum mandat, ut curam et regimen monialium ordinis s. Damiani in dicta marchia arripiant. vi id. Nov. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 111. — »Paci et saluti.«

" 8 " (11957) (Alberto) archiepiscopo Prussiae, Livoniae et Estoniae mandat, ut fratrem Guarnerum ord. fratr. Praedic. familiarem (Henrici) lantgravii Turingiae terrae Curoniensi seu Pomesaniae in episcopum praeficiat eique munus consecrationis impendat. vi id. Nov. aº 3º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 157. nº 121. — »Decet per apostolice.« *Cf.* 1246. Oct. 6.

" 10 (") (11958) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut abbatem et conventum de Neu(botle) Cisterc. ord. (S. Andreae dioc.) contra malefactores defendant. »Laterani« x die(?) Nov. aº 3º. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 191. nº 225. — »Non absque dolore.«

" 10 " (11959) Praeposito et capitulo ecclesiae s. Thomae Argentinensis indulget, ut minime teneantur alicui per litteras apostolicas providere, nisi de hac indulgentia expressam fecerint mentionem. iv id. Nov. aº 3º. ‖ Schmidt Chapitre de Saint-Thomas 313. nº 35. — »Vestris precibus inclinati.«

" 13 " (11960) Universis abbatissis et monialibus inclusis ordinis s. Damiani regulam et formam vivendi a Gregorio (IX) pp. tunc Ostiensi episcopo eis traditam, annotatam praesentibus, confirmat, tenore illius inserto. Id. Nov. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. I. 313; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 394. nº 113; Manrique Ann. Cisterc. IV. 156; Fejér Cod. dipl. VI. ii. 364. — »Solet annuere sedes.«

" 13 " (11961) Abbatissae et conventui monasterii de Honore b. Mariae Cysterc. ord. Tornacens. dioc. indulget, ut nullam in sororem invitae per litteras apostolicas teneantur recipere. Id. Nov. aº 3º. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 58. nº 63. — »Divini optentu nominis.«

" 14 " (11962) Generali et provincialibus ac custodibus ceterisque fratribus ordinis fratrum Minorum quaedam dubia et obscura, quae in eorum regula continentur, declarat ad obscuritatem ab illis omnino amovendum. xviii kal. Dec. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 129; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 400. nº 114; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 519. nº 9; *cf.* Tabulae codd. mss. in bibl. Vindobon. II. 283. nº 3417. 9. — »Ordinem vestrum illo.«

1245.

(Nov. 14-25) Cluniacum »Pontifex post concilium anno secundo ivit cum rege Franciae et ipsius fratribus locuturus; ubi domini cardinales primo capellos rubeos receperunt, sicut in ipso concilio fuerat ordinatum.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita I-i IV § 21 ap. Baluze Misc. VII. 376 (ed. Mansi I. 200).

" 25 ap. Cluniacum (11964) Guardiano domus fratrum Minorum Cathalaunensis mandat, ut absolvat ad cautelam praelatos, capitula, conventus et quascunque personas Cathalaunensis civitatis et diocesis, in quos Rhemensis archiepiscopus, cum ipsum ad visitationem denegarent admittere, excommunicationis sententias promulgaverat. vii kal. Dec. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 131; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 402. nº 115. — »Venerabilibus fratribus nostris.« *Cf.* nº 11926.

* *In eundem modum* Guardiano ord. Minor. Suession. pro praelatis *etc.* Suession. civ. et dioc.
" " " " " " Tornac. " " " Tornac. " " "

" 25 " (11965) Eidem guardiano mandat, ut episcopum Cathalaunensem in controversia cum suo metropolitano auctoritate apostolica absolutum a censuris ecclesiasticis publice nunciet et faciat etiam per loca, in quibus expedire viderit, nunciari. vii kal. Dec. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 404. nº 116. — »Cum super quaestionibus.«

" 30 " *Legimus ap.* P(rosp.) Lorain Essai histor. sur l'abbaye de Cluny (Dijon 1839. 8º) 187 *et repet. ap.* Karajan Zur Gesch. des Concils von Lyon *in* Denkschr. der Wiener Akad. d. Wissensch. 1851. II. 79: »Je traduis littéralement, à mon tour, la Chronique du monastère de Cluny. »»L'an du Seigneur 1245, à la fête du bienheureux André, Apôtre, le seigneur pape Innocent IV a célébré la messe à Cluny, dans la grande église, au grand autel; et furent avec lui douze cardinaux, à savoir: le seigneur Égidius d'Espagne, le seigneur Jean de Tolède, le sgr. Otton, le sgr. évêque de Sabine, le sgr. évêque de Tusculum, le sgr. Octavien, maître Hugues de la Sainte-Tête, le sgr. Jean Gaëtan, maître Pierre de Barro, le sgr. Guillaume neveu du sgr. pape, le sgr. abbé de Saint-Faconde, le sgr. Pierre Capioche. Tous ceux-la étaient cardinaux. Avec eux se trouvèrent dans la même église de Cluny le patriarche d'Antioche, le patriarche de Constantinople, l'archevêque de Reims, l'archevêque élu de Lyon, l'archevêque de Besançon, l'évêque élu de Châlons-sur-Saône, l'évêque de Paris, l'évêque de Langres, l'évêque de Clermont, l'évêque de Châlons-sur-Marne, l'évêque de Senlis, l'évêque d'Evreux, l'évêque de Prusse, l'évêque des Cinq-Églises, l'évêque de Bethléem, l'évêque d'Agen qui fut ensuite consacré par le sgr. évêque de Tusculum legat du siége apostolique.«« (*Hoc loco* Lorain *addit notam*: »La chronique nomme encore trois autres évêques »»episcopus Furiensis, episcopus Luginensis et episcopus Camelinensis««, *dont je ne* puis traduire avec certitude les titres episcopaux.«) »»Furent présents en même temps l'abbé de Cluny et une foule d'abbés noirs, l'abbé de Cîteaux et un grand nombre d'abbés blancs...... Et il faut savoir que dans l'interieur du monastère reçurent l'hospitalité le seigneur pape avec ses chapelains et toute sa cour, l'évêque de Senlis avec sa maison.... Et cependant malgré ces innombrables hôtes jamais les moines ne se dérangèrent de leur dortoir, de leur réfectoire, de leur chapître, de leur infirmerie, de leur cuisine, de leur cellier.....«« — *Fragm. latin. eiusdem* Cluniacensis Chronici ms. ex Bibl. Vallicell. Romae ap. Raynald. Ann. ad a. 1245 § 79. — *Cf.* Analecta iuris pontific. Sér. XI. 1872. (Rome & Paris. fol.) 530.

Dec. 3 " (11966) (Conradum) episcopum Frisingensem et (Ulricum) electum Secowiensem obiurgat, quod Albertum decanum tunc archidiaconum Pataviensem in beneficia sua, quibus per (Eberhardum) archiepiscopum Salzeburgensem et (Rudigerum) episcopum Pataviensem fuerat contra iustitiam privatus, nondum restituerint, licet promiserint se libenti animo id facturos. Praecipit eis, ut praecedentem negligentiam per diligentiam subsequentem redimant. iii non. Dec. aº 3º. ‖ Höfler Albert v. Beham 92. — »Illam ad nos.«

" 11 ? * (11967) Bulle d'Innocent IV, contenant que l'abbaye de Quincy ne pourra être contrainte à vendre ses biens dans le présent ni dans l'avenir. ‖ Quantin Recueil 240.

" 18 Lugduni (11968) Repetit nº 11866 de 1245. Sept. 12: »xv kal. Ianr. aº 3º« — »Querelam gravem recepimus.« ‖ Strehlke Tab. 365. nº 496.

" 20 " (11969) Rectori et fratribus hospitalis s. Mariae ad s. Gallum Florentini ord. s. Aug. concedit, ut, cum civitatem Florentinam ecclesiastico interdicto subiacere contigerit, liceat eis in ecclesia sui hospitalis *etc.* divina officia celebrare. xiii kal. Ianr. aº 3º. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1293. — »His quae a.«

" 20 " (11970) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Suessionensis ord. s. Ben. indulget, ut de cetero ad receptionem aut provisionem aliquarum personarum per litteras sedis apostolicae vel legatorum ipsius, quae de hac indulgentia expressam non fecerint mentionem, minime teneantur. xiii kal. Ianr. aº 3º. ‖ (Germain) Hist. de l'abb. de Notre-Dame de Soissons 452. — »Ne onerosa vel.«

" 21 " (11971) Archiepiscopis, abbatibus, prioribus *etc.* et aliis ecclesiarum praelatis significat, se fratribus de ordine Praedicatorum sub certa forma commisisse, ut processum contra

1245.

Fridericum quondam imperatorem per se in concilio nuper celebrato Lugduni sententialiter habitum in locis publicent opportunis. Mandat eis, ut nullus fratres ipsos ad publicandum aliter processum eundem, quam sit in praefata forma expositum, invitos compellat. xii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 158. n° 122. — »Humiles habitu et.«

Dec. 21 Lugduni (11972) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Wissehradensis Pragens. dioc. ius patronatus in capella s. Clementis de monte Wissehradensi, quod eis Ottokarus rex Bohemorum concessit, confirmat. xii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Hammerschmidt Glor. Wissehrad. 394; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 538. n° 1141. — »Cum a nobis.«

» 21 » (11973) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Wissehradensis Pragens. dioc. villam Zahradkam (Zadgradicam *Erb.*), quam eis idem rex pro quodam ornatu aureo et argenteo eiusdem ecclesiae decorato gemmis et lapidibus, quem eidem abstulerat, per compensationem dedit perpetuo possidendam, auctoritate apostolica confirmat. xii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Hammerschmidt l. c. 395; *fragm.* ap. Erben l. c. 537. n° 1140. — »Cum a nobis.«

» 21 » (11974) Eisdem villam Hodkowicze, quam ipsis idem rex concessit, confirmat. xii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Hammerschmidt l. c. 395; *cf.* Erben l. c. 538. n° 1142. — »Cum a nobis.«

» 23 » (11975) Magistrum et universos provinciales priores ordinis fratrum Praedicatorum hortatur, ut processum contra Fredericum quondam Romanorum imperatorem in concilio nuper Lugduni celebrato habitum in locis opportunis publicent. x kal. Ianr. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 311. n° 329. — »Dei filii qui.«

» 23 » (11976) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis concedit, ut idem a nullo alio visitari possit aut corrigi ordine nisi ab eiusdem abbatibus ac monachis idoneis, et, si quid contra statutum huiusmodi a quoquam extiterit praesumptum, sit irritum et inane. x kal. Ianr. a° 3°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 46. n° 41. — »Thesauro virtutum sic.«

» 23 » (11977) Eisdem petentibus statuit, ut monachi eiusdem ordinis a praelatis ecclesiarum sine aliqua examinatione ad ordines promoveantur. x kal. Ianr. a° 3°. ‖ Monum. l. c. 47. n° 42. — »Meritis vestre sacre.«

» 28 » Suffraganeis archiepiscopi Prusciae: »v kal. Ianr. a° 3°«. ‖ David Preuss. Chronik III. 29; Acta Boruss. II. 624, *vid.* 1246. Ianr. 10. n° 11989.

1244. 1245.

— — Armachano archiepiscopo, episcopo Silvanectensi et decano Parisiensi de vita b. Edmundi Cantuar. archiepiscopi. *Sine nota chron.* — »Gaudet pia mater.« ‖ Martene Thes. anecd. III. 1841, *vid.* n° 11234, *ubi haec addas.*

1246.

Ianr. 2 Lugduni (11978) Praeposito et capitulo Vigintimiliensibus, qui statuerant ut archidiaconalis dignitas in sua ecclesia ulterius non existat, sed septenario canonicorum numero, computato praeposito, sit contenta, *etc.*, hoc statutum confirmat. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 306; *omisso initio* Misc. di storia Ital. V. 109. — »Cunctis petentium.«

» 2 » (11979) Abbatissae et conventui monasterii de Pratis ord. s. Victoris Tornacens. dioc., quarum coenobium Tornacensis episcopus de novo construxerat eique annuum redditum 60 librarum Flandrensium concesserat, hanc concessionem confirmat. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Miraei Opp. dipl. II. 1227. — »Prudenter attendens venerabilis.«

» 2 » (11980) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonic. Ierosol. concedit, ut, cum fratres eiusdem ordinis se invicem percusserint, eisdem per priorem suum absolutionis beneficium impendatur. ii non. Ianr. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 365. n° 497. — »Canonica constitutione cavetur.«

» 3 » (11981) Novariensi, de Dolzano et de Insula Novariens. dioc. ecclesiarum praepositis mandat, ut controversiam vertentem inter homines burgi et castellantiae de Varisio Mediolan. dioc. et archiepiscopum Mediolanensem, qui in illos post appellationem ad sedem apostolicam legitime interpositam excommunicationis et in terram ipsorum interdicti sententias promulgavit, cognoscant et fine debito terminent. iii non. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 404. n° 117. — »Dilectis filiis syndico.«

» 3 » (11982) Priorissam et conventum monasterii de Cella castitatis in Brunna ord. s. Aug. Olomucens. dioc. protegendas suscipit, specialiter autem domos, vineas, curtes, molendinum in Telnich et alia bona oppido Brunnensi adiacentia, quae Ulricus dictus Niger laicus eis concessit, auctoritate apostolica confirmat. iii non. Ianr. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 61. n° 82; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 538. n° 1143. — »Cum a nobis.«

» 5 (») (11983) Monasterium s. Michaelis de Tornodoro [Saint-Michel de Tonnerre] ord. s. Ben. Lingonens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim re-

1246.

censita, iura ac privilegia confirmat. »in« (! *forsan legendum* iii) non. Ianr. indict. IV. incarn. dom. a° 1246(!). pont. a° 3°. ‖ Quantin Recueil 238. n° 508. — »Religiosam vitam eligentibus.« *Cf.* n° 4259.

Ianr. 7 Lugduni (11984) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad monasterium monialium s. Agnetis Bononiense petituri misericordiae divinae suffragium accesserint, indulgentiam 40 dierum promittit. vii id. Ianr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 20. n° 356. — »Quoniam ut ait.«

» 7 » (11985) Idem pro monasterio s. Mariae de Virginibus monialium inclusarum Firmano ord. s. Ben. vii id. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 405. n° 118. — »Quoniam ut ait.«

» 7 » (11986) Idem pro monasterio s. Mariae Magdalenae de Nursia ord. s. Dam. Spoletan. dioc. vii id. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 406. n° 119. — »Quoniam ut ait.«

» 7 » (11987) Idem pro monasterio s. Francisci Burdegalensi ord. s. Dam. vii id. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 120. — »Quoniam ut ait.«

» 7 » (11988) Idem pro monasterio s. Francisci de Offida ord. s. Dam. Firman. dioc. vii id. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 407. n° 121. — »Quoniam ut ait.«

» 9 resp. 10 » (11989) Suffraganeis archiepiscopi Prusciae ac ecclesiarum praelatis et clericis universis per Prusciam, Livoniam, Estoniam, Semigalliam (*om. Turgenev.*) et Curoniam constitutis significat, se (Albertum) quondam Armachanum archiepiscopum ecclesiae Prusciae non modico tempore pastore vacanti in archiepiscopum praefecisse ac eidem omnes Prusciae, Livoniae et Estoniae episcopos proprios archiepiscopos non habentes subiecisse. iv (v *Goetze*) id. (v kal. *Act. B.*; *David*) Ianr. a° 3°. ‖ Acta Boruss. II. 624; David Preuss. Chronik III. 29; J. C. H. Dreyer Specim. iuris publ. Lubecens. (1762. 4°) CLIV; Cod. dipl. Lubec. I. 209. n° 228; Bunge Livl. UB. I. 246. n° 188; Turgenevii Russ. monim. I. 54; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 13. n° 11; v. Goetze Albert Suerbeer 189 *in* n° 12; *cf.* Porthan Bullar. access. 37. n° 7; Napiersky Index I. 19. n° 74. — »Illius patrifamilias provocati.«

» 10 » (11990) Rectori et fratribus hospitalis s. Mariae ad s. Gallum Florentini ord. s. Aug. indulget, ut nullam de cetero teneantur per litteras apostolicas in sororem recipere, nisi expressam fecerint de hac indulgentia mentionem. iv id. Ianr. a° 3°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1293. — »Cum hospitale vestrum.«

» 11 » (11991) Praepositum ecclesiae Niumburgensis Pataviens. dioc. sicut iterum sic attentius monet et rogat, ut ecclesiam de Sancto Loco [Heiligenstadt] Ulrico notario (Ulrici) Sekawiensis electi conferat. iii id. Ianr. a° 3°. ‖ Fischer Klosterneuburg II. 203. — »Eam deberes ad.«

» 13 » (11992) Universos Christi fideles hortatur, ut fratres hospitalis s. Eulaliae Barchinonens. dioc. ord. s. Aug., in quo pro redimendis captivis de manibus paganorum divino vacant obsequio, benigne recipiant. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Linàs Bullar. 5. — »Si iuxta sapientis.«

» 13 » (11993) Generali ministro ordinis fratrum Minorum eiusque successoribus indulget, ut fratres ad praedicandum crucem vel inquirendum contra pravitatem haereticam vel ad alia huiusmodi negotia a sede apostolica deputatos removere, revocare, penitus transferre aliosque substituere possint. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 144; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 408. n° 123. — »Odore suavi ordinis.«

» 13 » (11994) Generali et provincialibus ministris ac ceteris fratribus ordinis Minorum concedit, ut, cum ad loca interdicto supposita veniant, possint in eis divina officia celebrare. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding l. c. 458. n° 33; Sbaralea l. c. n° 124. — »Eis qui sanandis.«

» 19 » (11995) Abbati et conventui monasterii Trenorchiensis ord. s. Ben. Cabilonens. dioc. indulget, ut nulli de cetero teneantur per litteras apostolicas providere, nisi expressam fecerint de hac indulgentia mentionem. xiv kal. Febr. a° 3°. ‖ (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de s. Filibert, preuv. 202. — »Devotionis vestrae merita.«

» 23 » * (11996) Breunovensem et Cladrubensem s. Ben., Pomucensem et Placensem Cisterc. ordinum abbates exhortatur ad capitula annis singulis celebranda in diocesibus Pragensi et Olomucensi ad tractandum de reformatione ordinis et observantia regulari iuxta constitutiones sacri concilii *etc.* x kal. Febr. a° 3°. ‖ Palacky Reise 30. n° 180; Erben Reg. Bohem. I. 538. n° 1144; Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 730. n° 83.

» 25 » (11997) Electo Cloherensi Gudoni et Theodorico canonico Armachano notum facit, se (Alberto) quondam Armachano archiepiscopo, nunc Prusciae indulsisse, ut quinque idoneis clericis in ecclesiastico beneficio provideret in provincia Armachana et cum quibusdam aliis super pluribus beneficiis, quae obtineant, dispensaret; mandat eis, curent ut praedictis praescriptae gratiae dona impendantur iuxta apostolicarum litterarum ad praenominatum archiepiscopum continentiam. viii kal. Febr. a° 3°. ‖ v. Goetze Albert Suerbeer 169. n° 1. — »Cum venerabili fratri.«

» 25 » (11998) Generali et provincialibus ministris ac custodibus ordinis Minorum concedit, ut venientes ad ordinem eique aggregari volentes a censuris ecclesiasticis absolvere pos-

1246.

sint. viii kal. Febr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 409. n° 125. — »Coelestis amor patriae.«

Ianr. 26 Lugduni (11999) Archiepiscopo Narbonensi et suffraganeis eius significat, se concessisse episcopo Magalonensi, ut in malefactores, invasores, raptores *etc.* comitatus Melgorii et Montisferrandi, quem ab ecclesia Romana teneat in feudum, censuram ecclesiasticam exerceat. Mandat eis, ut excommunicationis vel interdicti sententias, quas in eorum parochianos ipsum episcopum contigerit rationabiliter promulgare, in suis diocesibus publice denunciari faciant. vii kal. Febr. a° 3°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 559. n° 34. — »Cum sicut venerabilis.«

» 27 » (12000) Abbati et priori S. Petri in Aldenburc Merseburg. dioc. mandat, statuant, quamobrem (Wilbrandus) archiepiscopus Magdeburgensis civitatem et diocesim Misnensem supposuerit ecclesiastico interdicto. vi kal. Febr. a° 3°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 122. n° 137. — »Sua nobis venerabilis.«

» 28 » (12001) Universis Christifidelibus per Bremenses, Hildesemenses et Mindenses civitates et dioceses constitutis, qui ad consummationem ecclesiae conventus monialium in Wluinghusen [Wülfinghausen] ord. s. Aug. Hildesemens. dioc. subsidia erogaverint, indulgentiam 20 dierum concedit. v kal. Febr. a° 3°. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. VIII. 20. — »Quoniam ut ait.«

» 29 » (12002) Abbati et conventui monasterii Trenorchiensis ord. s. Ben. Cabilonens. dioc. transcribi facit privilegium »iam nimia vetustate consumptum, cum fuerit non in pergameno, sed in papyro conscriptum«, quod Iohannes pp. VIII eis a° 877. Iun. mense (*vid.* Jaffé Reg. n° 2335) dedit et quo cellam quae vocatur Godith in pago Vallavensi in loco qui dicitur Vallis angusta, eisdem concessit. iv kal. Febr. a° 3°. ‖ (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de s. Filibert, pr. 203. — »Privilegium bonae memoriae.«

» 30 » (12003) Universis Christi fidelibus per Lugdunensem civitatem et diocesim constitutis vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam praefati monasterii in die dedicationis eiusdem cum debita devotione accesserint, indulgentiam 40 dierum elargitur. iii kal. Febr. a° 3°. ‖ Juenin l. c. pr. 202. — »Quoniam ut ait.«

» 31 » (12004) Abbate et conventu monasterii Dolensis petentibus inhibet, ne quis archiepiscopus vel episcopus homines praefati monasterii conditionis servilis in clericos contra voluntatem dictorum abbatis et conventus promovere deinceps praesumat. ii kal. Febr. a° 3°. ‖ Ph. de Beaumanoir Coutumes de Beauvoisis *in* J. d'Ibelin Assisses de Jerusalem (Paris 1690. fol.) 425. — »Cum a nobis.«

Febr. 5 » (12005) Episcopo Curoniensi concedit, ut suos canonicos visitet, quotiens vel quando ei videbitur expedire, et corrigat excessus eorum. Non. Febr. a° 3°. ‖ Schirren 25 Urkunden 11. — »Sicut primitiva hominis.«

» 5 » (12006) Ministro provinciali fratrum Minorum in Portugallia concedit facultatem absolvendi collectores pontificios ab excommunicatione, si quam incurrerint in colligendis eis quae imperio Constantinopolitano a sede apostolica sunt concessa. Non. Febr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 409. n° 126. — »Cum ea quae.«

» 7 » (12007) Generali et provincialibus ministris ac custodibus ceterisque fratribus ordinis Minorum concedit facultatem, ut apostatas vel insolentes sui ordinis, nisi salutaribus monitis acquiescant, excommunicare, ligare, capere *etc.* possint. vii id. Febr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 142; Sbaralea l. c. 410. n° 127. — »Provisionis nostrae cupimus.«

» 8 » (12008) (Guillelmo) archiepiscopo Narbonensi concedit facultatem, ut ante se per suam provinciam crucem faciat deportari quoad vixerit. vi id. Febr. a° 3°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 64; Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 93. — »Ut frequenti resumat.«

» 8 » * (12009) Monasterium sororum et ecclesiam s. Mariae de Medingen eiusque possessiones in Dale, Dilingen, Dorfasch, Witresilingen et Kabrai confirmat. vi id. Febr. a° 3°. ‖ Lang Regesta II. 376.

» 9 » (12010) Magistro et fratribus et sororibus hospitalis infirmorum Ambianensis civitatis statuta, sicut pie ac provide facta sunt (mense Iunio 1233 a Gaufrido Ambianensi episcopo), confirmat. v id. Febr. a° 3°. ‖ Achery Spicil. I. 715. — »Iis quae pro.«

» 10 » * (12011) Abbati et conventui Altimontis [Hautmont] inhibet, ne fratres supra monasterii facultates recipiant. iv id. Febr. a° 3°. ‖ Devillers Descript. III. 122. n° 15, *male attributa* Innocentio III.

» 19 » * (12012) Compositionem inter capitulum S. Waldetrudis oppidi Montensis Camerac. dioc. et fratrem Adamum provisorem hospitalis Ierosolimitani in diocesi Cameracensi constituti factam super quibusdam terris confirmat. xi kal. Mart. a° 3°. ‖ Devillers l. c. IV. 34. n° 3.

1246.

Febr. 20 Lugduni * (12013) Monasterium in Stainz ord. s. Aug. clericorum regularium proponente Leutoldo de Wildonia milite comministeriali ducatus Styriae patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. x kal. Mart. (a° 3°). ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. (1850.) 194.

» 23 » * (12014) Compositionem inter ecclesiam s. Waldetrudis et Harduinum maiorem oppidi Montensis a. 1164 factam confirmat. vii kal. Mart. a° 3°. ‖ Devillers Descript. IV. 34. n° 4.

» 24 » * (12015) Abbati et conventui Altimontis [Hautmont] concedit, ut infra parochias suas pro ea portione, pro qua decimas ibi habent, de novalibus redactis noviter ad culturam decimas percipere possint. vi kal. Mart. a° 3°. ‖ Devillers l. c. III. 123. n° 17, *perperam* Innocentio III *donata*.

» 25 (») * (12016) Monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. protectionem suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 29.

» 25 » * (12017) Inhibet, ne quis ab abbatia Altimontensi insolitas exigat procurationes. v kal. Mart. a° 3°. ‖ Devillers l. c. n° 18.

» 25 » * (12018) Compositionem inter capitulum S. Waldetrudis et capitulum S. Germani Montensium super quibusdam domibus et rebus aliis factam confirmat. v kal. Mart. a° 3°. ‖ Devillers l. c. IV. 35. n° 5.

» 26 » (12019) Monasterii s. Michaelis de Cluza protectionem suscipit eiusque libertates, bona ac possessiones nominatim expressas confirmat. iv kal. Mart. ind. III (!). pont. a° 3°. ‖ Avogadro di Valdengo Abbazia di S. Michele della Chiusa 25. — »Nos animo decet.«

» 27 (») * (12020) Bulle du pape Innocent IV portant défense aux habitants des villes du Mans, de Séez et d'Angers, qui tiennent de l'église de Saint-Pierre-la-Cour du Mans féodalement et moyennant rente annuelle des terres, prés *etc.*, de vendre ou donner ces biens sans le consentement des doyen et chapitre de ladite église. iii kal. Mart. a° 3°. ‖ Bilard Docum. historiq. 11. n° 58.

Mart. 1 » (12021) (Thomae) comiti Sabaudiae indulget, ne mille libras a Patracensi archiepiscopo in monasterio Altaecumbae olim depositas, ei autem ab Altaecumbae abbate mutuatas solvere teneatur. Kal. Mart. a° 3°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1375. — »Illo sinceritatis affectu.«

» 9 » (12022) Abbati et conventui Fontis Danielis Cisterc. ord. Cenomanens. dioc. omne ius, quod Drogo Lochanim et Meduans dominus ac Isabella uxor eius, patroni praefati monasterii, in hominibus, possessionibus, molendinis et ceteris bonis iam dicto monasterio concesserant, necnon libertates et immunitates confirmat. vii id. Mart. a° 3°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. III. 441, *lacunosa*. — »Cum a nobis.«

» 13 » (12023) Monasterium s. Mariae in Wlighuson [Wülfinghausen] ord. s. Aug. Hildesemens. dioc. priorissa eiusque sororibus petentibus sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. iii id. Mart. indict. IV. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. VIII. 21. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 » (12024) Priorissam et conventum monasterii s. Marci Argentinensis ord. Praed., I(ohanne) comite Montisfortis supplicante, magistro et priori provinciali Teutoniae committit, statuens ut sub magisterio et doctrina illorum de cetero maneant. iii id. Mart. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 158. n° 123. — »Apostolice sedis benignitas.«

* *In eundem modum eodemque die* Priorissam et conventum monasterii de Medingen Augustens. dioc.

» » » » » Priorissam et conventum monasterii de Cella Dei extra muros Camundiae Augustens. dioc.

» » » » » Priorissam et conventum monasterii de Arena extra muros Augustenses. ‖ Ripoll l. c. n° 124—126.

» 15 » (12025) Priorissam et sorores ecclesiae de Ehenhem ord. s. Aug. Argentin. dioc. protegendas suscipit omnesque earum possessiones ac bona, quorum plura recenset, iura ac privilegia confirmat. Id. Mart. indict. IV. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 389. n° 510. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 15 (») * (12026) Fratribus de Poenitentia pro tempore interdicti providet. Id. Mart. (a° 3°). ‖ Wadding Ann. Minor. III. 142. — »Intentos cultui.«

» 17 » (12027) Abbati et conventui Praemonstratensi et universis abbatibus ordinis Praemonstratensis compositionem Odonis Tusculani episcopi legati apostolicae sedis Praemonstrati d. 26. Ianr. a° 1246 peractam super quadam controversia ratione et occasione quorundam statutorum et privilegiorum apostolicorum in dicto ordine exorta confirmat. xvi kal. Apr. a° 3°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 668. — »Rei quam rectitudinis.«

» 17 » (12028) Clero et populo Lugdunensibus concedit, ut quamdiu parati fuerint coram ordinario suo exhibere conquerentibus de ipsis iustitiae complementum, extra civitatem

1246.

suam per litteras apostolicas ad iudicium trahi nullatenus possint, nisi de hac indulgentia expressam fecerint mentionem. xvi kal. Apr. a° 3°. ‖ Ménestrier Hist. de Lyon, preuv. XL; Monfalcon Lugdun. monum. 411. — »Cum his qui.«

Mart. 17 Lugduni — De causa (Iuelli) Remensis archiepiscopi eiusque suffraganeorem: »xvi kal. Apr. a° 3°« — »Statuimus ut quilibet.« ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 538, *vid.* 1246. Apr. 21. n° 12062.

» 19 » — (12029) Magistro et priori Teutoniae ordinis fratrum Praedicatorum mandat, ut curam monasterii monialium de Ebenehim Argentin. dioc. gerant. xiv kal. Apr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 159. n° 127. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 19 » — (12030) (Alberto) archiepiscopo Prussiae, Livoniae et Estoniae indulget, ut ipse et successores coram se per totam provinciam ipsi metropolitico iure subiectam faciat crucis signaculum anteferri. xiv kal. Apr. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. n° 128; Raynaldi Ann. ad a. 1246 § 31. — »Aeterni regis victoriosum.«

» 21 » — (12031) Abbati et conventui monasterii de Driburgh Praemonstr. ord. S. Andreae dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut aliis ecclesiasticis beneficiis compelli auctoritate sedis apostolicae vel legatorum ipsius minime valeant. xii kal. Apr. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 208. n° 260. — »Paci et tranquillitati.«

» 23 » — (12032) Abbatissae et conventui monialium monasterii de Consolatione b. Mariae Cisterc. ord. Eduens. dioc., quibus comitissa Nivernensis redditus et alia bona donaverat, hanc donationem confirmat. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Gallia christ. IV. instr. 105. — »Cum a nobis.«

» 23 » — (12033) (Iohanni) de S. Andrea et (Iohanni) de May prioribus et (Adamo) archidiacono S. Andreae causam vertentem inter abbatem conventumque de Driburgh Praemonstr. ord. et Emericum S. Andreae dioc. super ecclesia de Laweder committit cognoscendam et terminandam. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 226 in n° 280. — »Ex parte dilectorum.«

» 23 » — (12034) Episcopo Dunkeldensi, abbati de Dunfermling S. Andreae dioc. et priori S. Andreae mandat, ne permittant ut abbas et conventus monasterii de Driburgh Praemonstr. ord. super receptione alicuius in pensionibus ecclesiasticis ab aliquibus indebite molestentur. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 220. n° 276. — »Paci et tranquillitati.«

» 23 » — (12035) Universis archiepiscopis mandat, ut, cum abbates Praemonstratensis ordinis canonicos eiusdem commorantes in parochialibus ecclesiis ad claustrum propter scandalum et ecclesiarum dispendium evitandum duxerint revocandos, minime obsistant. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 209. n° 261. — »Dilecti filii abbas.«

» 23 » — (12036) Abbati et conventui monasterii de Driburgh Praemonstr. ord. S. Andreae dioc. intimat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui coenobii ecclesiam in die consecrationis venerabiliter visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum largiri. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Liber S. Mariae de Dryburgh 205. n° 256. — »Licet hiis de.«

» 23 » — (12037) Trenorchiense monasterium ord. s. Ben., quod specialiter b. Petri iuris existit, Cabilonens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. x kal. Apr. indict. IV. incarn. dom. a° 1245. pont. a° 3°. ‖ (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de s. Filibert, pr. 203. — »Cum universis sanctae.«

» 26 » — (12038) (Praesules et proceres Angliae), quorum quidam, licet (Henricus) rex Anglorum in coronatione sua ipsius regni iura, honorem coronae, immunitates et libertates servare iuraverit illibata, sibi, ecclesiis aut haeredibus suis villas castra maneria libertates et alia iura ad regnum iam dictum ab antiquis pertinentia ab eodem rege conferri procuravere, rogat et hortatur, ut quidquid singuli de praemissis taliter obtinent, ipsi regi libere ac sine difficultate reddant. vii kal. Apr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1246 § 39. — »Ad audientiam nostram.«

» 28 » — (12039) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum concedit facultatem capiendi, ligandi, incarcerandi et alias subdendi disciplinae rigori apostatas sui ordinis. v kal. Apr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 159. n° 129. — »Devotionis vestre precibus.«

» 29 » — (12040) Monasterium monialium de Hye ord. s. Aug. Coloniens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, specialiter autem curtim de Kele et curtim de Monte s. Walburgis, iura et privilegia confirmat. iv kal. Apr. indict. IV. incarn. dom. a° 1246(!). pont. a° 3°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 224. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 30 » — (12041) Salzeburgensi et Pechtersgardmensi Salzeburg. dioc. ord. s. Aug. praepositis significat, se (Alberto) archiepiscopo Prusciae, Livoniae et Estoniae, ingredienti terram novo praedicationis vomere noviter excolendam archiepiscopalis dignitatis prima sede concessa »quam ... primo ibidem statuimus collocandam, ne clarae auctoritatis amplitudo sibi credita necessitatis angustiam patiatur«, Chimensem episcopatum »qui nunc vacat« in Salzeburgensi provincia constitutum tam in spiritualibus quam temporalibus commisisse gubernandum. Mandat eis, ut eidem archiepiscopo vel eius nuntio administrationem episcopatus eiusdem iuxta tenorem commissionis apostolicae assignent. iii kal. Apr. a° 3°. ‖ v. Goetze Albert Suerbeer 170. n° 2. — »Cum operosi sollicitudo.«

1246.

Mart. 30 Lugduni — (12042) (Alberto) archiepiscopo Prussiae, Livoniae et Estoniae Chiemensem episcopatum vacantem et in Salzeburgensi provincia constitutum tam in spiritualibus quam temporalibus committit gubernandum. iii kal. Apr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 159. n° 130; *cf.* Voigt Gesch. Preussens III. 598. n° 31. Anm. 3; Jacobsen Die Metropolitan-Verbindung Riga's mit d. Bisthümern Preussens *in* Illgen Zeitschr. f. histor. Theologie VI. 134. Anm. 2. — »Cum operosi solicitudo.«

» 30 » — (12043) Universis Christifidelibus subvenientibus fabricae et indigentiis fratrum ordinis Minorum Velletrensium indulgentiam 40 dierum impertitur. iii kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 410. n° 128. — »Quoniam ut ait.«

(Mart. exeunte) (») — (12044) Encyclicae Friderici imperatoris respondet argumenta eiusdem refellens de ministris ecclesiae ad statum ecclesiae primitivae reducendis, omnesque hortatur et deprecatur, ut contra praedictum Dei et hominum inimicum mentes manusque tollant nec non in eum ad defensionem ecclesiae unanimiter arma sumentes fidem suam operibus iustitiae roborent. *Absque nota chronol.* ‖ Höfler Kais. Friedr. II. Anh. 413. n° 54; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 396; Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 156. — »Agni sponsa nobilis.«

Apr. 2 » — (12045) Universis in provincia Prusciae, Lyvoniae, Estoniae, Gotlandiae, Holtsaciae et Rvyae fidelibus constitutis notum facit, se in dictis terris (Alberto) archiepiscopo Prusciae, Lyvoniae et Estoniae plenae legationis officium commisisse, eosque hortatur, ut isti debiti honoris servitia et promptae obedientiae ministerium impendant. iv non. Apr. a° 3°. ‖ J. C. H. Dreyer Specim. iuris publ. Lubecens. p. clv; Cod. dipl. Lubec. I. 210 in n° 228; Bunge Livl. UB. I. 247. n° 189; v. Goetze Albert Suerbeer 190; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 506. n° 314; Klempin Pommersches UB. I. 456. n° 582. — »Tamquam vagientes pulli (pupilli« *Dr.*)

» 2 » — (12046) (Ottonem) ducem Bawariae, recolens fidei constantiam parentum eius, qui Romanae ecclesiae matri suae promptiori obsequio impendere studuerunt, hortatur ut in opportuni temporis articulo se contra furentes insultus in matris ecclesiae pietatem viriliter accingat, ceteros sermonibus consilii confirmet et debilia genua corroboret virtute potenti. iv non. Apr. a° 3°. ‖ Höfler Kais. Friedr. II. Anh. 395. n° 43; *eiusd.* Albert v. Beham 92; Quellen u. Erläuterungen V. 92. n° 37; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1246 § 3. — »Cum in te.«

» 2 » — (12047) Eidem significat, se ad instar Gregorii pp. praedecessoris districtius inhibere (*cf.* 1239. Febr. 9), ut eo in devotione sedis apostolicae permanente nullus sine speciali mandato papae in eum ac eius terram excommunicationis et interdicti sententias promulgare praesumat. iv non. Apr. a° 3°. ‖ Quellen u. Erörterungen V. 93. n° 38. — »Ex parte tua.«

» 2 » — (12048) Compositionem inter priorem conventumque fratrum Praedicatorum Lugdunenses ex parte una et camerarium ac capitulum ecclesiae s. Pauli Lugdunensis ex altera super iure sepeliendi mediante P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono card. amicabiliter factam confirmat. iv non. Apr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 160. n° 131. — »Ea que iudicio.«

» 2 » — (12049) Praeposito et capitulo Gebennensibus concedit, ut decimas redimant de manibus laicorum et rectorum ecclesiarum. iv non. April. a° 3°. ‖ Mém. et documents de Genève IV. docum. 63. n° 54. — »Vestris inclinati precibus.«

» 2 » — (12050) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii ord. s. Ben. Parisiens. dioc. concedit, ut ex eo quod privilegiis hactenus ipsis concessis uti neglexerint, nil eis praeiudicii oriatur. iv non. Apr. a° 3°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de Saint-Denys 572. — »Solet annuere sedes.«

» 2 » — • (12051) Abbatis Cluniacensis precibus inclinatus venditiones et alienationes necnon concessiones prioratuum, grangiarum et praebendarum monachalium per abbates et priores ecclesiarum monasterio Cluniacensi immediate subiectarum factas absque patris abbatis vel prioris sui consensu irritas et inanes declarat. iv non. Apr. a° 3°. ‖ Bullar. Cluniacens. 117.

» 2 » — • (12052) Repetit n° 11640 d. d. 1245. Apr. 28: »iv non. Apr. a° 3°« — »Cum a nobis.« ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 226. n° 1071.

» 3 » — (12053) Abbati et conventui monasterii de Driburgh Praemonstr. ord. S. Andreae dioc. omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus concessas *etc.* confirmat. iii non. Apr. a° 3°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 207. n° 258. — »Solet annuere sedes.«

» 3 » — (12054) Archiepiscopo Narbonensi mandat, ut redditus et proventus Magalonensis ecclesiae ad capitulum eiusdem pertinentes tamdiu colligi faciat ac illos in solutionem converti debitorum dictae ecclesiae, donec eiusdem capituli creditoribus sit plenarie satis-

1246.

factum. III non. Apr. a° 3°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 560. n° 35. — »Ex parte dilectorum.«

Apr. 4 Lugduni (12055) Statuit, ut monialium monasteria, quae magistro et prioribus ordinis fratrum Praedicatorum committuntur, illis gaudeant privilegiis, quae Praedicatorum ordini concessa sunt, et ut illis monialium coenobiis, quoties expedierit, visitationis officium impendant corrigendo et reformando tam in capite quam in membris, quae correctionis vel reformationis officio noverint indigere. II non. Apr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 160. n° 132 et II. 26 *in* n° 15; Boczek Cod. dipl. Morav. V. 290 in n° 92; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 539. n° 1145. — »Licet olim quibusdam.«

» 26 » (12184) Universos Christi fideles monet et hortatur, ut, cum fratres ordinis Praedicatorum in Frankenvorth Magunt. dioc. ibidem ecclesiam et alia aedificia construere coeperint et ad ipsorum consummationem fidelium indigeant iuvari subsidiis, de bonis suis grata eis caritatis subsidia erogent, atque eisdem qui pro dicti consummatione operis manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum elargitur. vi kal. Iul. a° 3°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 77. — »Quoniam ut ait.«

» 26 » (12185) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. indulget, ut de blado, vino, lana, lignis *etc.* quae vendere aut emere eos contigerit, nulli pedagia, wionagia, roagia et alias consuetudines solvere teneantur. vi kal. Iul. a° 3°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 48. n° 44. — »Solet annuere sedes.«

» 26 » • (12186) (Guillelmo) episcopo Parisiensi et magistris Giloni de Caduno Remensi canonico et Iohanni Haudrici canonico ecclesiae de Campellis Parisius commorantibus mandat, ut super petitione hominum de Pruvino in G(ilonem) Senonensem archiepiscopum, inquisitione facta et auditis partibus, ius dicant et causam terminent. vi kal. Iul. a° 3°. ‖ Teulet Layettes II. 623. n° 3525. — »Sua nobis homines.«

» 27 » (12187) (Sigfridum) archiepiscopum Moguntinum *etc.* monet, ut ad tuendas fidem catholicam et libertatem ecclesiasticam contra tyranni Friderici quondam Romanorum imperatoris perfidiam ferventibus animis exsurgentes, praesertim cum iam alius sit in Romanorum regem assumptus, adversus eundem Fridericum et omnes fautores ipsius crucis signaculum assumant. v kal. (id. *Höfl.*) Iul. a° 3°. ‖ Höfler Kais. Friedr. II. Anh. 374. n° 28; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 433. — »Etsi ad defensionem.«

» 27 » (12188) Petro et Guillelmo fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticorum in diocesi Narbonnensi mandat, dispensent cum Guillelmo Petri rectore ecclesiae de Callavo, qui pro negotio fidei fideliter laboraverit, ut alia beneficia, personatus vel dignitates, dummodo ipsorum proventus una cum beneficiis, quae obtineat, 30 marcarum argenti valentiam annuatim non excedant, licite recipere possit. v kal. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 165. n° 152. — »Cum sicut dilecto.«

» 27 » (12189) Magistro et prioribus ordinis fratrum Praedicatorum concedit, ut volentibus eorum aggregari collegio, qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationum sententiis sint ligati, absolutionis beneficium impertiri possint. v kal. Iul. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 308. n° 322. — »Celestis amor patrie.«

» 27 » (12190) Eisdem facultatem concedit, ut in excommunicatorum terris libere commorari et ab eis necessaria vitae deposcere ac recipere possint. v kal. Iul. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. 308. n° 323. — »Uobis extremam patientibus.«

1245. — Iun. 28 — 1246.

— » (12191) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui fratribus Minoribus ecclesiae Traiectensis domos aliquas aliaque aedificia pro necessitatibus suis construere intendentibus pro consummatione dicti operis manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum concedit. *Sine die et mense.* A° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 407. n° 122. — »Quoniam ut ait.«

— (») (12192) Episcopo Naulensi postulante ecclesiam s. Paragorii Naulensem, quam Praenestinus episcopus tunc apostolicae sedis legatus de speciali mandato G(regorii) pp. praedecessoris in ecclesiam cathedralem erexerat, sub b. Petri et sua protectione suscipit eamque eximit perpetuo ab omni iurisdictione et subiectione Soanensis ecclesiae *etc.* *Sine loco, mense et die.* A° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 1004. — »In sacra Petri.«

— (Lugduni) (12193) Repetit Honorii III n° 6931 de 1223. Ianr. 16: »A° 3°« — »Paci et quieti.« ‖ Strehlke Tab. 366. n° 503.

1246.

Iun. 30 » (12194) Priori et conventui S. Andreae in Scotia ord. s. Aug., in quorum ecclesiis sitis in S. Andreae, Dunkeldensi et Aberdensi diocesibus episcopi harum diocesium certas taxaverant vicarias, ordinatis perpetuis vicariis in eisdem, hoc factum confirmat. ii kal. Iul. a° 4°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 91. — »Iustis petentium desideriis.«

Iul. 1 » (12195) Fratri Blanco de ordine Minorum nuncio suo mandat, ut, cum possibilitates episcopi et cleri tam civitatis quam diocesis Avenionensis ad illud onus, quod eis pro subsidio apostolicae sedis imposuerit in pecunia persolvenda, nullatenus se extendant, illam collectam in quantitate pecuniae moderetur. Kal. Iul. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 183. § 20; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 419. n° 140. — »Cum sicut ex.«

» 1 » (12196) Universis Christifidelibus fabricam et fratres ordinis Minorum S. Mariae in Georgio Firmam. dioc. commendat, quibus subsidia et elemosynas subministrantibus indulgentiam 40 dierum praebet. Kal. Iul. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 418. n° 139. — »Quoniam ut ait.«

» 2 » (12197) Montanario canonico Aesino, Manenti Baligano et Guidoni fratribus, filiis quondam Uguicionis, Symoneto, Bartholomaeo, Captio Cavalco, Fantibono Gifredi, Bonifatio Transmundi .... et Philippo de Longano de Recanato, cum pro fide ac libertate Romanae ecclesiae tam a nuntiis Frederici quondam imperatoris, quam a concivibus et aliis ecclesiae inimicis, videlicet Montefeltrano de Bissazone, Palmerio Palmerii, Acurribona Gisserii .... et Philippo domino Aiganae de Plano Senogalliensis dioc. damna gravia sustinuerint et iacturas, bona pro integra recompensatione praedictorum damnorum obligat. vi non. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 121. n° 215. — »Cum matris ecclesie.«

» 2 » • (12198) Monasterii de Ahusen bona adepta vel adipiscenda confirmat. vi non. Iul. a° 4°. ‖ Lang Regesta II. 375.

» 2 resp. 3 » (12199) Abbatem conventumque monasterii s. Petri de Wilzeburc ord. s. Ben. Eystetens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras et alia bona eis confirmat. vi non. Iul. a° 4°. ‖ Jung Antiq. monast. in Wilzburg 9; Falckenstein Urkunden 53. n° 38; *cf.* 36. Jahresbericht von Mittelfranken (Ansbach 1868) 15, *ad* Iul. 3. — Sacrosancta Romanorum ecclesia.«

» 4 » (12199a) (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato mandat, compellat universos tam praelatos ecclesiarum quam principes et alios clericos et laicos per Theutoniam constitutos, ut Henrico regi Romanorum efficaciter intendant fidelitatis iuramenta praestare. iv non. Iul. a° 4°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 187. n° 119, *lacunose.* — »Presentium tibi auctoritate.«

» 4 » (12200) Generali et provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum tradit modum gubernandi monasteria ordinis s. Damiani. iv non. Iul. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 461. n° 38. — »Licet olim quibusdam.«

» 5 » • (12201) (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato mandat, moneat et inducat (Wenceslaum) regem Boemorum, ut H(enrico) regi Romanorum potenter et patenter assistat. iii non. Iul. a° 4°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 540. n° 1151; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1246 § 8; Palacky Reise 30. n° 185; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 62. n° 86.

» 5 » (12202) Eidem plenae legationis officium in Theutoniae partibus committit. iii non. Iul. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1246 § 6, *nonnisi fragm.*

» 5 (») • (12203) (Sigfrido) archiepiscopo Moguntino praecipit, ut supersedeat in causa electionis Ratisponensis episcopi, quia dux Bavariae erat propter commissionem dictae causae praefato archiepiscopo iniunctam non modicum conturbatus et valde utilis esse poterat ecclesiae et imperio. iii non. Iul. a° 4°. ‖ Deutinger Beyträge II. 154. n° 14.

» 7 » (12204) (Iohanni) episcopo quondam Bosniensi magistro et fratribus ordinis Praedicatorum repetit n° 12148. Non. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 77. n° 95. — »Odore suavi ordinis.«

» 7 » (12204a) (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato mandat, ut cessionem (Conradi) Ildesemensis episcopi recipiat et capitulo Ildesemensis ecclesiae praecipiat, ut sibi infra certum terminum de pastore idoneo cum eius consilio provideant. Non. Iul. a° 4°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 188. n° 120. — »Cum sicut accepimus.«

» 9 » (12205) Abbati et conventui de Bello Portu Praemonstr. ord. Briocensis dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, a personis fratrum

1246.

		ad monasterium mundi relicta vanitate volantium recipiant ac retineant. vii id. Iul. a° 4°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 122. — »Devotionis vestre precibus.«
Iul. 10	Lugduni	(12206) Iudices, scabinos et populum Lubecenses monet et rogat, ut, cum (Henricus) landgravius Thuringiae in Romanorum regem sit assumptus, eidem prompte et fideliter intendant et assistant. »Alioquin (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato litteris nostris iniungimus, ut vos ad id spirituali seu temporali districtione ... compellat.« vi id. Iul. a° 4°. ‖ J. C. H. Dreyers Zur Erläut. der teutschen Rechte ... angewandte Nebenstunden (Bützow & W. 1768. 4°) 322; Cod. dipl. Lubec. I. 111. n° 113. — »Quia honorem et.« *Cf.* n° 12268a.
„ 10	„	(12206a) (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato concedit facultatem dispensandi cum 20 clericis Theutoniae, quod quilibet eorum duo beneficia ecclesiastica vel duos personatus licite recipere possit. vi id. Iul. a° 4°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 195. n° 128, *perperam ad* a. 1247. — »Discretioni tuae.«
„ 10	„	(12207) Compositionem inter (Philippum) episcopum capitulumque Briocenses ex parte una et abbatem conventumque monasterii Belli Portus Praemonstr. ord. ex altera super quibusdam ecclesiis, decimis et rebus aliis mediantibus archidiacono Pentheuriae, cantore et officiali Briocensibus factam confirmat. vi id. Iul. a° 4°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 121. — »Ea que iudicio.«
„ 10	„	(12208) Priorissam et conventum monasterii s. Marci Herbipolensis ord. Praed. curae magistri et prioris provincialis Teutoniae committit; praeterea eis concedit, ut redditus et possessiones recipiant, quorum administrationi praefati magister et prior praeficiant viros idoneos. vi id. Iul. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 166. n° 153. — »Apostolice sedis benignitas.« *Cf.* n° 12220.
„ 10	„	(12209) Magistro et priori provinciali Teutoniae ord. fr. Praed. mandat, ut curam monialium praefatarum suscipiant. vi id. Iul. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. n° 154. — »Apostolice sedis benignitas.«
„ 10	„	(12210) (Roberto) episcopo Leodiensi concedit facultatem contrahendi mutuum usque ad summam, quam expedire viderit. vi id. Iul. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 419. n° 141. — »Cum sicut te.«
„ 10	„	(12211) Universis Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui fratribus ord. Praed. Glasguensibus pro consummatione ecclesiae aliorumque suorum aedificiorum vel pro ipsorum necessitatibus relevandis manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 100 dierum concedit. vi id. Iul. a° 4°. ‖ Liber collegii N. Dom. 148. — »Quoniam ut ait.«
„ 10	(„)	* (12212) Monasterio de Wilzeburc (ord. s. Ben.) contra omnes creditores suos beneficium exceptionis probandae versionis in rem indulget. ‖ 36. Jahresber. des hist. Vereins von Mittelfranken (Ansbach 1868) 15. *Cf.* n° 12235.
„ 10	„	(12213) Universis Christifidelibus, qui ad aedes coenobii fratrum ordinis Praedicatorum Venetiani perficiendas manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 100 dierum concedit. vi id. Iul. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 166. n° 155. — »Quoniam ut ait.«
„ 11	„	(12214) Priorissam et conventum monasterii s. Mariae in Offemberch Argentin. dioc. provinciae Teutoniae ordinis fratrum Praedicatorum unit. v id. Iul. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. n° 156. — »Apostolice sedis benignitas.«
„ 11	„	(12215) Magistro et priori provinciali Teutoniae ord. fratr. Praedicatorum mandat, ut curam praefati monasterii gerant. v id. Iul. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 167. n° 157. — »Apostolice sedis benignitas.«
„ 11	„	(12216) Priorissam, conventum et monasterium s. Leonardi in Huusenten Basileens. dioc., supplicante Galcheto de Iovignaco, curae magistri et prioris provincialis Teutoniae ord. Praed. committit. v id. Iul. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. n° 158. — »Apostolice sedis benignitas.«
„ 11	„	(12217) Magistro et priori provinciali Teutoniae ord. fratr. Praed. mandat, ut curam dicti monasterii suscipiant. v id. Iul. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. n° 159. — »Apostolice sedis benignitas.«
„ 11	„	(12218) Archiepiscopos et episcopos, abbates .... et alios ecclesiarum praelatos per Sclavoniam, Dalmatiam et Histriam constitutos rogat et hortatur, ut Aretino episcopo pro ecclesiae Romanae negotiis in Anconitana marchia commoranti iuxta mandatum praedecessoris (Gregorii IX) subventionem congruam in procurationibus impendant. v id. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 77. n° 96. — »Sicut placuit pie.«
„ 11	„	(12219) Decano et capitulo Gustrowensibus Caminens. dioc., qui statuerant, ut canonicis nolentibus residere in ipsorum ecclesia fiat suarum proventuum subtractio praebendarum, hoc statutum confirmat. v id. Iul. a° 4°. ‖ Meklenb. UB. I. 556. n° 584. — »Hiis que pro.«
„ 11	„	* (12220) Ordini fratrum Praedicatorum incorporat conventum monasterii s. Marci Herbipoli. v id. Iul. a° 4°. ‖ Lang Regesta II. 375. *Cf.* n° 12208.

1246.

Iul. 12	Lugduni	(12221) Abbatissam et sorores monasterii s. Mariae V. in Niendorp Cisterc. ord. Alberstadens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque earum possessiones et bona, quorum maximam partem nominatim recenset, libertates et immunitates, iura ac privilegia confirmat. iv id. Iul. indict. IV (*pro hac voce legit Riedel:* in die Leonis IV). incarn. dom. a° 1246. pont. a° 4°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXII. 366. n° 6. — »Religiosam vitam eligentibus.«
„ 12	„	(12221a) Generali et provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum committit regimen et curam monasteriorum monialium ordinis s. Damiani in spiritualibus et temporalibus. iv id. Iul. a° 4°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 195. n° 129. — »Licet olim quibusdam.«
„ 12	„	(12222) Priori et fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut de causis ab apostolica sede committendis cognoscere inviti minime teneantur. iv id. Iul. a° 4°. ‖ Bullarium Carmel. I. 7. n° 4. — »Devotionis vestrae precibus.«
„ 12	„	(12223) Generali et provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum tradit modum gubernandi sanctimoniales ord. s. Damiani, ne orationis studium impediatur. iv id. Iul. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 461. n° 38; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 420. n° 142. — »Licet olim quibusdam.«
„ 13	„	(12224) Episcopo Caprulano mandat, ut bona monasterii s. Georgii maioris Venetiarum illicite distracta ad ius et proprietatem eiusdem reducat. iii id. Iul. a° 4°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 247. — »Dilectorum filiorum abbas.«
„ 14	„	(12225) Praeposito et capitulo Rigensis ecclesiae Praemonstrat. ord. significat, se limitationem episcopatus Rigensis a (Wilhelmo) episcopo Sabinensi tunc in partibus illis apostolicae sedis legato factam confirmare. ii id. Iul. a° 4°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 16; Bunge Livl. UB. I. 251. n° 193. — »Iustis petentium desideriis.«
„ 14	„	* (12226) (Thomae) episcopo Wratislaviensi mandat, ut, cum moniales de Trebnitz Cisterc. ord. minantem Tartarorum adventum timeant, eis monasteria sui ordinis alia assignet, in quibus se necessitatis tempore possint receptare. ii id. Iul. a° 4°. ‖ Grünhagen Regest. I. 248. n° 643; Korn Regest. episc. Vratislav. 36; *cf.* 1241. (Iun.) n° 11042. *Num idem?*
„ 15	„	(12227) (Treguano) episcopo Traguriensi mandat, ut sententiam excommunicationis, quam (Ugolinus) Spalatensis electus ante confirmationem obtentam temeritate propria in clerum et populum Sibenicenses promulgaverat, denunciet esse nullam. Id. Iul. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 270. — »Dilectorum filiorum cleri.«
„ 15	„	(12228) Universis Christifidelibus, qui ad aedes sacras et alias coenobii s. Dominici ord. Praed. Neapolitani perficiendas subsidio veniant, indulgentiam 100 dierum elargitur. Id. Iul. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 167. n° 160. — »Quoniam ut ait.«
„ 17	„	(12229) Abbate et conventu monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. petentibus inhibet, ne ad vendendum vel alienandum possessiones monasterii sui per aliquem cogantur. xvi kal. Aug. a° 4°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 48. n° 45. — »Provisionis nostre provenire.«
„ 18	„	(12230) Archipresbytero et capitulo ecclesiae Paduanae mandat, ut Marsilium scolarem natum quondam Iacobi de Carraria, qui eiectus extra larem proprium adscribi desideret militiae clericali, in fratrem et canonicum admittant. xv kal. Aug. a° 4°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 108. n° 101. — »Pium ac equitati.«
„ 18	„	(12231) (Rainaldo) episcopo Ostiensi mandat, ut consulibus et communi Ferentinatum pignora 300 librarum denariorum Senatus, accepta pro eo quod murum castri Teclem diruerint, restituat. xv kal. Aug. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 122. n° 216. — »Cum sicut dilecti.«
„ 19	„	(12232) S. Andreae, Glasguensi et Dunkeldensi episcopis mandat, ut, si postulationem magistri Albini praecentoris (preceptor *Reg.*) ecclesiae Brechinensis in episcopum Brechinensem canonice esse factam ipsis constiterit, cum illo super defectu natalium dispensent, postulationem illius admittant ac eidem postulato munus consecrationis impendant. xiv kal. Aug. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 45. n° 116; *cf. argum. in* Registrum episc. Brechinensis II. 308. n° 412, *male ad* a. 1247. — »Ex parte dilectorum.«
„ 19 resp. 20	„	(12233) (Salomoni) abbati S. Martini de sacro Monte Pannoniae et decano (diacono *Thein.*) et thesaurario ecclesiae Weszprimiensis de subtrahendo episcopatu Bosnensi Ragusiensi et subiiciendo eundem Colocensi ecclesiae mandata dat. xiv (xiii *Thein.*) kal. Aug. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 98; Fejér Cod. dipl. VII. v. 268; Theiner Mon. Hungar. I. 201. n° 372. — »Ex parte venerabilis.«
„ 20	„	(12234) Abbatem et conventum monasterii Lisbernensis [Liesborn] ord. s. Ben. Monaster. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem terras, decimas *etc.* eis confirmat. xiii kal. Aug. a° 4°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 245. n° 455. — »Cum a nobis.«

1246.

Iul. 20 Lugduni (12235) Abbati et conventui monasterii s. Petri in Wilceburg ord. s. Ben. Eystetens. dioc. indulget, ut minime teneantur ad solutionem debitorum, nisi probari possit ea conversa esse in utilitatem monasterii memorati. xiii kal. Aug. a° 4°. ‖ Jung Antiq. monast. in Wilzburg 8. — »Monasterio vestro quod.« *Cf.* n° 12212.

» 20 » • (12236) Monasterio de Ahusen contra omnes creditores suos beneficium exceptionis probandae versionis in rem indulget. xiii kal. Aug. a° 4°. ‖ Lang Regesta II. 375.

» 21 » (12237) Symoni de Alvernia ordinis fratrum Minorum mandat, ut crimina (Nicolao Stigothi) episcopo Roskildensi ab (Erico) rege Daciae obiecta diligenter examinet et sedi apostolicae acta rei gestae sigillo suo munita mittat. xii kal. Aug. a° 4°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 154; Wadding Ann. Min. III. 147; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 420. n° 143. — »Quanto fratres et.«

» 21 » • (12238) (Theobaldum) regem Navarrae Campaniae comitem rogat, ut praeposituram de Chableiis, quam tenet Simbaldus capellanus suus, praedicti loci in ecclesia s. Martini Turonensis praepositus, necnon praefati Simbaldi procuratorem sub sua regia protectione suscipiat. xii kal. Aug. a° 4°. ‖ Teulet Layettes II. 629. n° 3532; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 415. n° 2754. — »Illam gerimus de.«

» 24 » (12239) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino, cui mandaverat ut abbatissae et conventui monasterii in Diffendal Cisterc. ord. Magunt. dioc. abbatem aliquem visitatorem de Cisterciensium et confessorem de Praedicatorum vel Minorum ordinibus concederet quos illae duxerint postulandos, concedit facultatem compellendi eos ad praemissa per censuram ecclesiasticam, ne forte ipsi circa visitationem in eodem monasterio faciendam et confessiones audiendas ipsarum difficultatis obstaculum interponant. ix kal. Aug. a° 4°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. i. 1, *perperam ad* a. 1247. — »Cum olim ad.«

» 26 » (12240) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae vel legatorum eius compelli de cetero nullatenus possint. vii kal. Aug. a° 4°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 49. n° 46. — »Devotionis vestre precibus.«

» 26 » (12241) Symoni de Ferentino quandam terram, quam ei consules et consilium Ferentinates in suo territorio Silvae mollae in fundo vulgariter Bannolum nuncupato donaverant, confirmat. vii kal. Aug. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 122. n° 217. — »Cum a nobis.«

» 27 » (12242) Repetit n° 11319 d. d. 1244. Apr. 6: »vi kal. Aug. a° 4°« — »Licet ad hoc.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 168. n° 161.

» 30 » (12243) Ecclesiae Spirensis protectionem suscipit eiusque bona confirmat. iii kal. Aug. a° 4°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 235. n° 249. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 30 » (12244) S. Germani, s. Guidonis et s. Trinitatis Spirensium ecclesiarum decanis de superiore epistola significat eisque mandat, curent ne illi contra protectionis tenorem ab aliquibus indebite molestentur. iii kal. Aug. a° 4°. ‖ Remling l. c. I. 235. n° 250. — »Cum dilectos filios.«

» 30 » (12245) Praeposito et capitulo Massiliensibus sententiam confirmat, quam b. m. Massiliensis episcopus pro eis tulerat in causa versante inter eos ex parte una et conventum monialium S. Salvatoris Massiliensis ex altera »super eo quod eaedem se debere dicebant habere fontes in sua ecclesia de Acuis baptismales, necnon decimis, redditibus et rebus aliis.« iii kal. Aug. a° 4°. ‖ André Hist. de St. Sauveur 216. — »Exhibita nobis ex.«

Aug. 3 » (12246) (Benedicto) archiepiscopo Colocensi apostolicae sedis legato, qui contra haereticos terrae Bosnensis signum crucis assumere cupiebat, hoc signum »de archivo nostro receptum« per eius nuntios transmittit, eumque monet ut votum suum viriliter exequatur. iii non. (*al.* id.) Aug. a° 4°. ‖ Pray Hierarch. II. 61; Katona Hist. crit. VI. 80; Fejér Cod. dipl. IV. i. 400; Theiner Mon. Hungar. I. 202. n° 273; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1246 § 37. — »Amor coelestis patriae.«

» 3 » (12247) Eidem ad melius exequendum negotium fidei contra haereticos concedit, ut possessiones illorum, quas a fidelibus occupari contigerit, eisdem fidelibus eorumque heredibus concedere possit. iii non. Aug. a° 4°. ‖ Theiner l. c. I. 202. n° 274; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 190. — »Ut negotium fidei.«

» 9 » (12248) Patriarchae Graeco Antiocheno et suffraganeis eius significat, se ad eorum partes fratrem Laurentium de ordine Minorum poenitentiarium suum commisso ei plenae legationis officio transmittere, eisque mandat, ut illum benigne recipientes eidem tamquam apostolicae sedis legato devote intendant. v id. Aug. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 421. n° 144. — »De supremis coelorum.«

• *In eundem modum* Catholicon Armeniae et eius suffraganeis.
» » » Patriarchae Maronitarum et eius suffraganeis.

1246.

Aug. 11 Lugduni (12249) Landoni de Montelongo militi Ferentinati castrum Castellucii circa fines regni Siciliae et Campaniae constitutum in feudum concedit. iii id. Aug. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 122. n° 218. — »Apostolice sedis providentia.«

» 11 » (Benedicto) archiepiscopo Colocensi: »iii id. Aug. a° 4°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1246 § 37; Fejér Cod. dipl. IV. i. 400, *vid.* 1246. Aug. 3. n° 12246.

» 12 » (12250) Priori S. Victoris Gebennensis mandat, ut ea quae de bonis ad sacristiam ecclesiae Gebennensis spectantibus alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. ii id. Aug. a° 4°. ‖ Mém. et documents de Genève IV. Docum. 67. n° 60. — »Sacriste ecclesie Gebenn.«

» 13 » (12251) Priori et fratribus eremitis Vallis Omnium Sanctorum ord. s. Ben. Tullens. dioc., quibus episcopus Tullensis de mandato speciali sedis apostolicae rigorem ordinis sui in quibusdam temperaverat, hoc confirmat. Id. Aug. a° 4°. ‖ Calmet Hist. de Lorraine II. preuv. 461. — »Iustis petentium desideriis.«

» 13 » (12252) S. Andreae et Glasguensi episcopis significat, se S. Andreae, Dunkeldensi et Dunblanensi episcopis dedisse in mandatis (*vid.* n° 11753), ut de vita meritis et miraculis s. Margaretae reginae Scociae diligentius inquirerent, illos autem nec dicta neque nomina testium receptorum sibi transmisisse. Mandat eis, ut iuxta priorum litterarum tenorem super praemissis quanto plenius poterint veritatem inquirant *etc.* Id. Aug. a° 4°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 183. n° 285. — »Cum ad instanciam.«

» 16 » (12253) Ministro generali ordinis Minorum concedit, ut universos fratres, qui morantur in obsequiis aliorum, exceptis dumtaxat illis qui sunt vel fuerunt ad legatorum apostolicae sedis servitia deputati, libere valeat visitare, corrigere, amovere *etc.* xvii kal. Sept. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 144 *et* 462. n° 39; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 422. n° 145. — »Cum sicut te.«

» 18 » (12254) Abbate Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis petentibus statuit, ut monachi eiusdem sine aliqua examinatione ad ordines promoveri possint, eis dumtaxat exceptis, in quibus fuerit notorium crimen vel enorme corporis vitium. xv kal. Sept. a° 4°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 19b; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 562. — »Meritis vestrae religionis.«

» 18 » • (12255) Aymoni domino Fulciniaci privilegium concedit, eum non interdici posse nec terras eius per censuras ecclesiasticas. xv kal. Sept. a° 4°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 107. n° 196.

» 19 » (12256) Abbati et conventui monasterii Morbacensis ord. s. Ben. Basiliens. dioc. indulget, ut unam ecclesiarum suarum, in quibus ius patronatus habent, et cuius ecclesiae redditus 40 marcharum valentiam non excedant, vel duas ex eisdem ecclesiis, cum eam vel eas vacare contigerit, in usus proprios convertere possint. xiv kal. Sept. a° 4°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 398. n° 529. — »Ad faciendam vobis.«

» 20 » Lubicensi et Zuerinensi episcopis: »xiii Saturni (seu kal.) Septb. a° 4°«. ‖ Schröder Papist. Meklenburg I. 622, *vid.* 1246. Dec. 11.

» 23 » (12257) Ministris et custodibus fratrum Minorum per imperium, Italiam et regnum Siciliae constitutis facultatem concedit absolvendi ab excommunicatione ac dispensandi super irregularitate eos, qui in dictis regnis officia divina celebrarunt post excommunicationis sententiam latam in Fridericum imperatorem per Gregorium IX pp. ac per se postmodum innovatam. x kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 423. n° 146. — »Ex parte dilectorum.«

» 26 » (12258) Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut aliis ecclesiasticis beneficiis compelli auctoritate sedis apostolicae minime valeant. vii kal. Sept. a° 4°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 277. n° 583. — »Paci et tranquillitati.«

» 27 » (12258a) (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato mandat, ut in collectione certae partis proventuum ecclesiasticorum subsidiis Terrae sanctae et imperii Romaniae deputatorum ad praesens per Theutoniam supersederi faciat, si ecclesiae ac imperii Romani negotio viderit expedire. vi kal. Sept. a° 4°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 189. n° 122. — »Cum certam partem.«

» 28 » (12259) Abbati et conventui S. Nichasii Remensis indulget, ut de blado, avena, vino, lana, quae pro ipsorum utilitatibus aliquotiens emere eos contigerit, nulla pedagia, winagia, foragia, roagia solvere teneantur. v kal. Sept. a° 4°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 688. — »Vestris iustis postulationibus.«

» 28 » (12260) Archiepiscopis et episcopis, archidiaconis *etc.* mandat, ne in fratres hospitalis Ierosolimitani excommunicationis vel interdicti sententias promulgent. v kal. Sept. a° 4°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VI. 15. n° 11 *omisso initio*; Strehlke Tab. 366. n° 504. — »Cum dilecti filii.«

1246.

Aug. 28 Lugduni — * (12261) Repetit nº 12131 de 1246. Mai. 31: »v kal. Sept. aº 4º« — »Meritis vestre sacre.« ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 226. nº 1072.

» 30 » — (12262) Abbati et conventui monasterii (s. Thomae) de Paraclito ord. s. Aug. Roskildens. dioc. villam de Lyngby Maglae et villam de Lyngby Lillae cum oppido adiacente vocabulo Ubelop ab Ottone duce de Brunswigh iusto emptionis titulo acquisitas confirmat. III kal. Sept. aº 4º. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 156. — »Cum a nobis.«

» — (») — * (12263) Universos fideles monet, ut elemosinis promoveant structuram ecclesiae et monasterii fratrum ord. Praedic. Olomucii et promittit indulgentiam 40 dierum. Mense Aug. aº 4º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 234, VII. 731. nº 84; Erben Reg. Bohem. I. 541. nº 1152.

Sept. 3 » — (12264) (Conrado) archiepiscopo, capitulo ac universo clero civitatis et diocesis Coloniensis indulget, quod non teneantur ad solutionem aliquorum debitorum ecclesiae Coloniensis, nisi legitime probatum fuerit, quod debita ipsa fuerint in utilitatem eiusdem, capituli vel cleri conversa. III non. Sept. aº 4º. ‖ Lacomblet UB. II. 158. nº 304. — »Prouisionis nostre prouenire.«

» 3 » — (12265) Priori S. Mariae de Manuesca Sisterciens. dioc. litem inter abbatissam monasterii s. Salvatoris Massiliensis et Durandum pro praeceptore hospitalis s. Spiritus Massiliensis ad idem monasterium pertinentis, qui claves de manu abbatissae praedictae recipere teneatur, committit dirimendam. III non. Sept. aº 4º. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 183. not. — »Dilecta in Christo.«

» 6 » — (12266) Wernero ordinis fratrum Praedicatorum indulget ut, non obstante natalium defectu, ad dignitatem episcopalem licite eligi eamque recipere libere valeat. VIII id. Sept. aº 4º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 20. nº 357. — »Quamquam illegitime genitos.«

» 6 » — (12267) Abbatissae et monialibus inclusis monasterii s. Angeli Esculan. ord. s. Dam. indulget, ut a quoquam conveniri per litteras apostolicas nequeant. VIII id. Sept. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 463, nº 41; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 423. nº 147. — »Personis quae mundo.«

» 8 » — (12268) (Ericum) regem Daciae monet et rogat, ut nullo modo impediat quin cives Lubecenses, si voluerint, Henrico regi Romanorum serviant et assistant, praesertim cum dicantur ad imperium pertinere. VI id. Sept. aº 4º. ‖ J. C. H. Dreyers Zur Erläuter. der teutschen Rechte ... angewandte Nebenstunden (Bützow & Wismar 1768. 4º) 323; Cod. dipl. Lubec. I. 115. nº 116. — »Quanto pleniorem gerimus.«

» 8 » — (12268a) (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato mandat, ut contra regem Datiae, si forte impediverit, ne cives Lubicenses H(enrico) regi Romanorum serviant et assistant, procedat sicut viderit expedire. VI id. Sept. aº 4º. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 190. nº 123. — »Volumus et presentium.«

» 9 » — (12269) Generali et universis provincialibus ministris ac custodibus ordinis fratrum Minorum notum facit, se prohibere, ne expulsi vel egressi ab ordine exerceant officia praedicandi vel sacramenta ministrent. V id. Sept. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 462. nº 40; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 423. nº 148. — »Iustis petentium desideriis.«

» 11 » — * (12270) Abbati de Walkinred et praeposito ecclesiae de Ilfelt ad preces abbatissae et conventus monasterii s. Mariae Novi Operis extra muros Northusen mandat, ut ea, quae de bonis dicti monasterii illicite distracta invenerint, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. III id. Sept. aº 4º. ‖ Förstemann Gesch. von Nordhausen (1840. 4º) Abth. II. 46; UB. für Niedersachsen II. 181. nº 254.

» 12 » — (12271) Priori et fratribus hospitalis s. Iohannis Andegavensis ord. s. Aug. concedit facultatem retinendi possessiones et bona illorum, qui seculares fugientes tumultus (vitam monasticam) sunt professi. II id. Sept. aº 4º. ‖ Port Inventaire 138. — »Solet annuere sedes.«

» 13 » — (12272) Abbati et conventui monasterii Rodensis ord. s. Aug. Leodiens. dioc., qui moniales de Rode et de Skarnen monasteriorum ad ipsorum coenobium pleno iure spectantium ad locum Sinike vulgariter nuncupatum transtulerant eisque pro sustentatione certam portionem de bonis sui monasterii assignaverant, hanc translationem confirmat. Id. Sept. aº 4º. ‖ Miraei Opp. dipl. III. 715. — »Cum a nobis.«

» 13 » — (12273) Priori et conventui fratrum Praedicatorum Mediolanensibus concedit, ut haereticos conversos et etiam convertendos, qui eorum religionis habitum assumpserunt vel quos in posterum continget assumere, ad professionem sui ordinis possint recipere infra annum. Id. Sept. aº 4º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 168. nº 162. — »Ut pressi quondam.«

» 17 » — (12274) Abbati et conventui monasterii de Britolio Belvac. dioc. licentiam concedit, cum festum b. Constantiani confessoris, cuius corpus in eorum monasterio requiescit, nonnunquam in adventu Domini celebrari contingat, cantandi *Gloria in excelsis Deo* et *Ite missa est* in celebratione missae dicti festi. XV kal. Oct. aº 4º. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1027. — »Quoties a nobis.«

1246.

Sept. 17 Lugduni — (12275) Generali ordinis et provinciali fratrum Minorum marchiae Anconitanae ministris mandat, ut regimen et curam monialium inclusarum monasterii s. Angeli Esculan. ord. s. Dam. suscipiant. XV kal. Oct. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 424. nº 150. — »Paci et saluti.«

» 18 » — (12276) Abbatissae et monialibus inclusis monasterii s. Francisci de Offida Firman. dioc. ord. s. Dam. indulget, ut a quoquam conveniri per litteras apostolicas nequeant. XIV kal. Oct. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 463 in nº 41; Sbaralea l. c. nº 149. — »Personis quae mundo.«

» 22 » — (12277) (Iacobo) regi Aragonum pro suis gravibus in episcopum Gerundensem patratis excessibus excommunicato, qui corde contrito et humiliato spiritu absolutionis beneficium petiverat, transmittit episcopum Camerinensem et fratrem Desiderium de ord. Minorum poenitentiarium suum, ut ei absolutionem impendant. X kal. Oct. aº 4º. ‖ Villanueva Viage literar. IV. 328. nº 20; España sagr. XLIV. 282. — »Dum secreta cordis.«

» 23 » — (12278) Ministris et fratribus ordinis Minorum per Alemanniam constitutis mandat, ut nullus eorum de negotiis ecclesiae procurandis se aliquatenus intromittat, nisi illi, quos ministri vel vicarii ad requisitionem (Philippi) Ferrariensis electi apostolicae sedis legati vel idem legatus dictis negotiis duxerint deputandos. IX kal. Oct. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 424. nº 151. — »Sub religionis habitu.«

» 24 (») — * (12279) Magistro militiae s. Iacobi pro Terra sancta epistolas dat. VIII kal. Oct. (aº 3º). ‖ Wadding Ann. Minor. III. 142. — »Cum sicut intimantibus.«

» 25 » — (12279a) Praeposito et capitulo Eistadensibus mandat, ut infra quindecim dies post receptionem praesentium de consilio (Philippi) electi Ferrariensis apostolicae sedis legati et (Sigfridi) archiepiscopi Maguntini ecclesiae suae de pastore idoneo provideant. VII kal. Oct. aº 4º. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 190. nº 124. — »Ad audientiam nostram.«

» 25 » — (12280) Monasterium s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. VII kal. Oct. indict. V. incarn. dom. aº 1246. pont. aº 4º. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 277. nº 584. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 25 » — (12281) Maiori ministro et fratribus ordinis s. Trinitatis Captivorum (in Hondiscota) concedit, ut in contribuendo super decima et vicesima, quae pro subsidio Terrae (sanctae) ac imperii Romani colliguntur, de mandato sedis apostolicae minime graventur. VII kal. Oct. aº 4º. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 39. — »Vobis ad hoc.«

» 29 » — * Ministro fratrum Minorum Navarrae mandat, ut Grimaldo de la Mota *etc.* III kal. Oct. (aº 4º). ‖ Wadding Ann. Minor. III. 164, *vid.* nº 12334.

Oct. 1 » — (12282) Decano et capitulo ecclesiae Bardevicensis Verdens. dioc., in quorum ecclesia Iordanus canonicus praeter consuetum praebendarum numerum duas praebendas de bonis propriis ordinaverat, hanc ordinationem confirmat. Kal. Oct. aº 4º. ‖ Chr. Schlöpke Chron. od. Beschr. der Stadt u. des Stiffts Bardewick (Lubeck 1704. 4º) 224, *ubi* Innocentio III *perperam tribuitur.* — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 1 » — * (12283) Patriarchae Hierosolymitano apostolicae sedis legato et universis archiepiscopis per regnum Hierosolymitanum constitutis: — »Nonnulli mercatores Ianuenses, Pisani et Veneti de partibus Constantinopolitanis navigantes in regnum Hierosolymitanum quamplures Graecos, Bulgaros, Ruthenos et Blacos christianos tam mares quam feminas secum in navibus detulerunt eosque venales quibuslibet etiam Sarracenis exponunt, ita quod multi de talibus detinentur a suis emptoribus tamquam servi, et — confugientes frequenter ad ecclesias et praelatos ipsarum, se liberos asseverant et contra iustitiam in servitutem redactos, petuntque instanter pristinae libertati restitui.« Kal. Oct. aº 4º. ‖ Palacky Reise 30. nº 186; Erben Reg. Bohem. I. 541. nº 1153.

» 3 » — (12284) Monasterium s. Salvatoris Bredense ord. s. Ben. Gerundens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. V non. Oct. indict. V. incarn. dom. a. 1246. pont. aº 4º. ‖ España sagr. XLV. 333. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 4 » — * (12285) Innocent recommande à Thibaut comte de Champagne l'abbaye de la Grâce de Pampelune, ordre de Saint-Damien. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 416. nº 2761.

» 4 » — (12286) Abbatissam et sorores monasterii s. Catharinae Caesaraugustani ord. s. Dam. protegendas suscipit omnesque earum possessiones ac bona, iura ac privilegia, praeterea omnes libertates et immunitates, quas earum monasterio b. mem. B(ernardus) episcopus Caesaraugustanus 1237. Ianr. 15 indulsit, confirmat. IV non. Oct. indict. V. incarn. dom. aº 1246. pont. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 464. nº 42; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 425. nº 152. — »Religiosam vitam eligentibus.«

1246.

Oct. 5 Lugduni (12287) Abbatissae et conventui monialium S. Gratiae Pampilonen. ord. s. Dam. indulget, ut conversas, quae hactenus sine licentia abbatissae discesserunt vel discedent imposterum, possint ad monasterium per visitatorem suum revocare. III non. Oct. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 466. n° 43; Sbaralea l. c. 427. n° 153. — »Ex parte vestra.«

» 6 » (12288) (Henricum) regem Anglorum rogat, ut 1000 marcas sterlingorum, quas pro anno praesenti ecclesiae Romanae nomine census debeat, thesaurario domus militiae Templi Londoniensis faciat assignari. II non. Oct. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. I. 156. — »Excellentiam tuam affectione.«

» 6 » (12289) (Alberto) archiepiscopo Prusciae, Livoniae et Estoniae apostolicae sedis legato mandat, ut fratrem Warnerum ordinis Praedicatorum terrae Pomeraniae (Pomezaniae?), »nisi forte tu ibi sedem velis habere propriam«, vel terrae Warmiae, »in qua civitas Elbingum nomine fundata de novo dicitur contineri«, infra sex menses post susceptionem praesentium praeficiat in episcopum eique munus consecrationis impendat. II non. Oct. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 168. n° 163; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 66. n° 70; Hasselbach Cod. dipl. Pomeran. I. 753; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 23. n° 15; Theiner Mon. Polon. I. 43. n° 87. — »Decet per apostolice.« *Cf.* 1245. Nov. 8. n° 11957.

» 6 » (12290) Priori Cartusiae eiusque fratribus ea, quae generale capitulum ordinis de instituendis et destituendis prioribus ac de illis qui ordini sunt rebelles *etc.* statuerunt hactenus, confirmat. II non. Oct. a° 4°. ‖ Tromby Storia V. app. 181. n° 50. — »Cum satis religioni.«

» 7 » * (12291) Innocent, sur la demande des juifs de Navarre, les recommande à Thibaut comte de Champagne, l'invite notamment à défendre qu'on ne baptise leurs enfants par force. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 416. n° 2762.

» 8 » (12292) Priori et fratribus eremitis Vallis Omnium Sanctorum ord. s. Ben. Tullens. dioc. indulget, ut per litteras apostolicas ultra duas dietas extra suam diocesim a quoquam trahi ad causam nullatenus possint. VIII id. Oct. a° 4°. ‖ Calmet Hist. de Lorraine II. pr. 461. — »Cum sicut ex.«

» 8 » (12293) Priori fratrum Praedicatorum de Ponte et guardiano fratrum Minorum de Dondalo Armach. dioc. mandat, citent tam Germanum episcopum Rathuilensem (Rathiul. *Rip.*) ad Armachanam ecclesiam postulatum, quam postulantes peremptorie, ut usque ad dominicam proximam, qua cantatur *Laetare Ierusalem,* ad prosequendam hanc postulationem apostolico se conspectui repraesentent. VIII id. Oct. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 168. n° 164; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 427. n° 154; Wadding Ann. Minor. ad a. 1282 § 23; Theiner Mon. Hibern. 45. n° 117. — »Ad audientiam nostram.«

(» 8) (») * (12294) Le pape arrête que l'abbaye de St. Pierre à Gand peut prélever les dîmes des novales dans la même proportion que des anciennes terres. *Sans date.* ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 279. n° 585.

» 10 » (12295) Abbate Praemonstratensi eiusque coabbatibus et conventibus universis Praemonstratensis ordinis supplicantibus declarat »quod electus in abbatem post praestitam sibi ... a fratribus obedienciam diocesano per abbates vestri ordinis praesentetur ab ipso (sine) examinatione monasterii curam et benedictionis gratiam libere percepturus.« VI id. Oct. a° 4°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 671. n° 75; Liber S. Marie de Dryburgh 221 in n° 277; *cf.* Indice de los docum. I. I. 88, *perperam ad* a. 1247. — »Virtute perspicuos sacri.«

» 10 » (12296) Iohanni Anglico scribit, se Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis et suffraganeis eorum necnon abbatibus exemptis et quibusdam aliis clericis in Cantuariae et Eboraci provinciis constitutis dedisse in mandatis, ut his quae ille super subventione apostolicae sedis propositurus sit, adhibeant plenam fidem ac ea libenter adimpleant. Praeconcedit ei potestatem dandi archiepiscopis *etc.* memoratis facultatem, ut subditos suos compellant ad contribuendum. VI id. Oct. a° 4°. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 159. — »Ecclesiae necessitatibus circumscripti.«

» 11 » (12297) Eidem significat, se eisdem dedisse in mandatis, ut his quae ille super subventione apostolicae sedis istis propositurus sit, liberaliter adimpleant. Mandat ei, ut, si qui forte hoc mandatum non adimpleverint per effectum, illos per censuras ecclesiasticas ad id compellat. V id. Oct. a° 4°. ‖ Matth. Paris l. c. 159; *sine nota chronol.* Chron. monast. s. Albani I. 386. — »Cum venerabilibus fratribus.«

» 11 » (12298) Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. indulget, ut de blado vino lana pannis lignis lapidibus et aliis quae aliquotiens pro utilitatibus suis emere eos contigerit, nulli pedagia winagia rogia et thelonea solvere teneantur. V id. Oct. a° 4°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 279. n° 586. — »Solet annuere sedes.«

» 11 » (12299) Abbati S. Eusebii Aptens. dioc., archidiacono et sacristae Aptensibus mandat, ut in causa quae, licet sententia diffinitiva iam a iudicibus promulgata sit, adhuc inter

1246.

abbatissam et conventum monasterii s. Salvatoris Massiliensis ord. s. Ben. ex parte una et b. mem. episcopum, praepositum et capitulum Massilienses ex altera super iure baptizandi in ecclesia s. Mariae de Accuis (Aquois *And.*) vertatur, statuant vocatis evocandis quod canonicum fuerit. V id. Oct. a° 4°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 181. not., *omisso initio*; André Hist. de St. Sauveur de Marseille 215. — »Sua nobis dilecte.«

Oct. 12 Lugduni (12300) I(ohannem) abbatem S. Albani Lincolniensis dioc. rogat et hortatur, ut his quae frater Iohannes Anglicus minister provincialis fratrum Minorum Provinciae nuncius apostolicus super subsidio apostolicae sedis ei propositurus sit, adhibeat plenam fidem et libenter ea studeat adimplere. IV id. Oct. a° 4°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 728; Wadding Ann. Minor. III. 186 § 26; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 428. n° 155. — »Quotidiana persecutionis instantia.«

» 13 » (12301) Praepositis, praelatis, ministris et universis fratribus et sororibus ordinis Humiliatorum, qui fratrem Bertraminum tunc praepositum S. Lucae Brixiensis concorditer elegerant in praepositum vel magistrum »impositionem nominis nostro arbitrio relinquentes,« hanc electionem de dicto praeposito celebratam in magistrum generalem confirmat concedens »quod idem et successores ipsius Magistri totius ordinis Humiliatorum vocentur ab omnibus.« III id. Oct. a° 4°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 199; *cf.* Sala Documenti 61. n° 6. — »Acceptae Deo et.«

» 14 » (12302) Abbati Tautrensi et Tautrensi Cisterc. et Holmensi s. Ben. ord. prioribus Nydrosiens. dioc. mandat, ut de vita rec. mem. Augustini Nydrosiensis archiepiscopi et miraculis eius diligenter inquirentes, quae invenerint sedi apostolicae per litteras intiment. II id. Oct. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 22. — »Ut corda fidelium.«

» 15 » (12303) Episcopo Caesaraugustano scribit de priore et archidiacono mensae et quibusdam aliis canonicis Pampilonensibus, qui, quod fratres Minores de loco s. Petri de Ripis ad locum extra portam s. Laurentii a Doato *etc.* eis concessum auctoritate apostolica curaverint se transferre, quia sine ipsorum licentia hoc egerunt, post appellationem ad sedem apostolicam interpositam eos affecerant iniuriis et per civitatem et diocesim ipsos auctoritate Pampilonensis episcopi excommunicatos publice denunciaverant *etc.* Mandat ei, ut praedictas sententias denunciet penitus nullas esse. Id. Oct. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 162; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 429. n° 156. — »Lecta coram nobis.«

» 15 » (12304) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino de immanissimis et horrendis monachorum in monasterio Pusavigensi (?) ord. s. Ben. Nuemburgens. dioc. perpetratis in se ipsos et etiam in alios flagitiis, quae »metam omnis humanitatis excedunt,« mandata dat. Id. Oct. a° 4°. ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 522. — »Claustralium horrenda crudelitas.«

» 15 » * (12305) Innocent recommande à Thibaut comte de Champagne les frères Mineurs de Navarre, notamment ceux de Pampelune. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 416. n° 2763.

» 16 » (12306) Universis Christifidelibus per Cameracensem, Traiectensem et Leodiensem civitates et dioceses constitutis, qui ad consummationem aedificiorum hospitalis s. Iohannis in Bruxella manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 20 dierum concedit. XVII kal. Nov. incarn. dom. a° 1246. pont. a° 4°. ‖ Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique IV. 39. — »Quoniam ut ait.«

» 18 » (12307) Universis Christifidelibus per maritimam Hispaniae constitutis mandat, ut (Lupo) Marrochitano episcopo ad cultum divini nominis ampliandum diligenter assistant. XV kal. Nov. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 153; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 431. n° 157. — »Fideles proprio signo.«

* *In eundem modum* Archiepiscopo et consilio Terraconensibus — Archiepiscopo et consilio Maioricarum — Archiepiscopo et consilio Valentinis — Archiepiscopo et consilio Narbonensibus — Episcopo Buionensi et populo sibi commisso — Episcopo et consilio Barchinonensibus — Archiepiscopo Ianuensi et populo sibi commisso — Episcopo Massiliensi et pop. sibi comm. — Episcopo et consilio Portugalen. — Episcopo S. Emeterii Burgens. dioc. — Consilio S. Sebastiani Pampilonens. dioc. — Consilio de Laredo Burgens. dioc. — Consilio Castri de Odiales Burgens. dioc. — Episcopo Ulyssipponensi et populo sibi commisso.

» 19 » (12308) Monasterium s. Salvatoris Massiliensis protegendum suscipit, eius possessiones ac bona confirmat eique abbatissae electionem concedit. XIV kal. Nov. ind. V. incarn. dom. a° 1246. pont. a° 4°. ‖ André Hist. de St.-Sauveur de Marseille 217. — »Prudentibus virginibus que.«

» 19 » (12309) Iuratos et communitatem Pampilonenses hortatur, ut fratres Minores, qui se de loco s. Petri de Ripis ad locum extra portam s. Laurentii transtulerunt, benigne respiciant eosque beneficiis foveant. XIV kal. Nov. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 466. n° 44; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 431. n° 158. — »Vestra semper ad.«

1246.

Oct. 20 Lugduni (12310) Episcopo Caesaraugustano de superiore epistola significat eique mandat, ut illos fratres a molestatoribus defendat. xiii kal. Nov. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 467. nº 45; Sbaralea l. c. 432. nº 160. — »Quia iam non.«

» 20 » (12311) Ministro et fratribus ordinis Minorum Pampilonensibus locum, quem eis extra portam s. Laurentii heredes quondam Stephani et Navarri de Aperta fratrum et Doatus cives Pampilonenses concesserunt, confirmat. xiii kal. Nov. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 468. nº 46; Sbaralea l. c. 432. nº 159. — »Solet annuere sedes.«

» 20 » (12312) Capitulo ecclesiae s. Victoris Moguntini concedit, ut ad praeposituram ecclesiae suae, cum eam vacare contigerit, liceat eis aliquam idoneam personam eligere, quae tanto congruat oneri et honori. xiii kal. Nov. aº 4º. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 103. nº 107, *male ad* a. 1247. Nov. 19, *omisso initio.*

» 20 » (12313) Abbatibus et conventibus Praemonstratensis ordinis supplicantibus inhibet, ne comites, principes aliique nobiles regni Franciae sua parlamenta seu colloquia in ecclesiis, curtibus vel domibus Praemonstratensibus celebrent. xiii kal. Nov. aº 4º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 672. nº 76. — »Petitio vestra nobis.«

» 21 » (12314) (Rudigero) episcopo Pataviensi, abbati S. Mariae Scotorum in Vienna et praeposito S. Mariae in Niumburg Patav. dioc. mandat, ut litem inter abbatem conventumque de Welegrade et abbatissam sororesque de Thusnowicze et fratres domus militiae Templi de Cheyekouich Olomucens. dioc. exortam super decimis, censu et aliis rebus in Cheyce debito fine terminent. xii kal. Nov. aº 4º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 63. nº 87; Erben Reg. Bohem. I. 541. nº 1155. — »Transmissa nobis dilecti.«

» 22 » (12315) Christianis significat, se vestigiis fel. mem. Calixti, Eugenii *etc.* praedecessorum inhaerentem Iudaeis protectionis suae clypeum indulgere. Statuit, ut nullus christianus invitos vel nolentes eos ad baptismum per violentiam venire compellat, nullus eorum personas sine iudicio potestatis terrae vulnerare aut occidere vel illis pecunias suas auferre praesumat *etc.* xi kal. Nov. indict. V. incarn. dom. aº 1246. pont. aº 4º. ‖ Lacomblet UB. II. 159. nº 305; Ennen Quellen II. 254. nº 252; E. Weyden Gesch. d. Juden in Köln (1867. gr. 8º) 352. nº 5; *sine nota chronol.* Jireček Cod. iur. Bohem. I. 131. — »Sicut Iudeis non.«

» 22 » (12316) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia exceptis feudalibus a personis liberis in eorum monasteriis professionem facientibus petere ac retinere possint. xi kal. Nov. aº 4º. ‖ Bullar. Roman. ed. Taur. III. 522. nº 10. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 23 » (12317) Archiepiscopis et episcopis mandat, ne in suis civitatibus et diocesibus permittant, ut illorum bona et possessiones, qui Marrochitanas ad partes fidei christianae incremento se conferunt, ab aliquibus indebite molestentur, donec de eorum reditu vel obitu certissime cognoscatur. x kal. Nov. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 434. nº 162. — »Etsi Dominus eos.«

» 23 » (12318) Regem Aragoniae rogat et monet, ut (Lupum) Marrochitanum episcopum et fratres Minores et alios qui eum pro Marrochitanae ecclesiae negotiis comitantur, commendatos habeat. x kal. Nov. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 154; Sbaralea l. c. nº 164. — »Attendentes quod ex.«

» 23 » (12319) Ministros, custodes et guardianos ordinis fratrum Minorum monet et hortatur, ut dicto episcopo, eius sociis *etc.* in omnibus commode impendant consilium et favorem. x kal. Nov. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 154; Sbaralea l. c. 433. nº 161. — »(Si *add. Sbar.*) Secundum Apostolum quique.«

» 23 » (12320) Magistro, fratribus ac sororibus primi ordinis Humiliatorum indulget, ut a festo s. crucis usque ad septuagesimam eis liceat uti condimento sagiminis. x kal. Nov. aº 4º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 200; *cf.* Sala Documenti 61. nº 7. — »Cum in vestris.«

» 23 » (12321) Magistris et scholaribus Parisiensibus indulget, ut nullus in universitatem magistrorum et scholarium aut procuratorem eorum vel rectorem cuiuscumque facultatis pro facto et occasione ipsius universitatis excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias audeat promulgare absque sedis apostolicae licentia speciali. x kal. Nov. aº 4º. ‖ Jourdain Ind. chronol. 11. nº 76. — »Non decet nos.«

» 23 » • (12322) A l'archevêque de Reims et au doyen de Senlis, pour maintenir les maîtres et écoliers de l'Université en la possession et jouissance de leurs droits et immunités. (x kal. Nov. aº 4º.) ‖ Jourdain l. c. 11. nº 77.

» 23 » • (12323) Le pape approuve la decision du chapitre général de l'ordre de Citeaux, qu'il n'y eût pas au Paraclet plus de 60 religieuses, à raison de l'importance de ses revenus. x kal. Nov. aº 4º. ‖ Darsy Bénéfices I. 121. not. 3.

» 25 » (12324) Iohanni de Avesnis primogenito comitissae Flandriae et nobili mulieri Aelii (Aelidi *Mart.*) sorori comitis de Orlandia, uxori eiusdem Iohannis concedit, ut »cum in quarto consanguinitatis gradu sibi invicem accidentes matrimonium inter se duxerint contrahendum, huiusmodi matrimonio possint uti licenter et in eo libere remanere.« viii kal. Nov. aº 4º. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1027; Mieris Charterboek I. 239; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 237. nº 433; *cf.* Kluit Hist. crit. Holland. II. i. 515. nº 140. — »Romanae sedis antistes.«

1246.

Oct. 25 Lugduni (12325) Communitati Moguntinae »ex devotione quam ad nos et Romanam ecclesiam habere noscimini, maxime in negotio imminenti (?), in quo ei adversus Fridericum quondam Romanorum imperatorem et alios . . . astitistis« indulget, ut auctoritate litterarum sedis apostolicae trahi extra civitatem Maguntinensem ad iudicium nequeant inviti. viii kal. Nov. aº 4º. ‖ H. Chr. Senckenberg Meditationes ius publicum . . . concernentes (Gissae 1739. 8º) 491. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 25 » (12326) (Lupo) episcopo Marrochitano concedit facultatem absolvendi in certis casibus et dispensandi super irregularitate contracta ex celebratione missae *etc.* viii kal. Nov. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 434. nº 163; *cf.* Wadding Ann. Minor. III. 155. — »Ut in adventu.«

» 25 » (12327) Regem Tuneti rogat et monet, ut (Lupum) Marrochitanum episcopum et fratres Minores quos secum habeat, clementi pietate recipiat ipsosque ibidem permittat libere conversari. viii kal. Nov. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 152; Sbaralea l. c. 435. nº 165. — »Pater spirituum Dominus.«

» 26 » (12328) Priori et fratribus eremitis Vallis Omnium Sanctorum ord. s. Ben. Tullens. dioc., qui tertium decimum monachorum numerum computato priore in monasterio suo statuerunt, hoc statutum confirmat. vii kal. Nov. aº 4º. ‖ Calmet Hist. de Lorraine II. pr. 461. — »Ecclesiarum utilitati et.«

» 26 » (12329) Limiricensi et Laoniensi episcopis mandat, ut, si postulationem Clonensis episcopi in Lismorensem episcopum concorditer et canonice celebratam invenerint, eam, si utilitas Lismorensis ecclesiae hoc exegerit, admittant. vii kal. Nov. aº 4º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 45. nº 118. — »Ex parte dilectorum.«

» 30 » (12330) (Haquino) regi Norwegiae nuntiat, se (Wilhelmum) Sabinensem episcopum in Norweyam et Swetiam concesso ei plenae legationis officio destinare. Rogat, ut ipsum, si pervenerit, devote recipiat. iii kal. Nov. aº 4º. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 25. nº 30; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1246 § 32. — »Pro puritate devotionis.«

» 30 » (12331) Magistrum, fratres, sorores, ecclesias atque domos primi et secundi ordinis Humiliatorum sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iii kal. Nov. indict. V. incarn. dom. aº 1246. pont. aº 4º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 201; Biancolini Chiese di Verona VI. 214; *cf.* Sala Documenti 61. nº 8. — »Ex ore Domini.«

» 30 » (12332) Fratribus et sororibus secundi ordinis Humiliatorum concedit, ut quolibet anno in singulis ordinis domibus unus electus a capitulo tres de fratribus illius conventus eligat, qui eligendi unum de fratribus in praelatum habeant potestatem *etc.* iii kal. Nov. aº 4º. ‖ Tiraboschius l. c. 207. — »Unigenitus Dei filius.«

» 30 » (12333) Magistrum et fratres militiae s. Iacobi rogat et hortatur, ut (Lupo) Marrochitano episcopo, cum ab eodem fuerint requisiti, auxilium et favorem impendant. iii kal. Nov. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 154; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 436. nº 166. — »Circa opera pietatis.«

» 30 » (12334) Ministro fratrum Minorum in Navarra mandat, ut denuntiet, Grimaldum de la Mota civem Pampilonensem — qui existens olim in partibus Lombardiae cum quibusdam existimatis haereticis interdum manducaverat et biberat, licet sibi de ipsorum errore nequaquam constaret — ob hoc alicuius infamiae macula non teneri. iii kal. Nov. (Oct. *Wadd.*) aº 4º. ‖ Sbaralea l. c. 436. nº 167; *cf.* Wadding l. c. III. 164. — »Ex confessione Grimaldi.«

» 31 » (12335) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia exceptis feudalibus, quae personas fratrum professionem facientium in saeculo ratione successionis vel alio iusto titulo contigissent, petere ac retinere possint. ii kal. Nov. aº 4º. ‖ Cherubini Bullar. I. 95; *cf.* UB. für Niedersachsen II. 181. nº 255. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 31 » (12336) Universos Christifideles per Marrochitanam diocesim constitutos certiores reddit, se Lupum de ordine fratrum Minorum Marrochitanae ecclesiae praefecisse in episcopum, eosque monet ut illum habeant commendatum. ii kal. Nov. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 150; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 439. nº 170. — »In eminenti specula.«

» 31 » (12337) Regi Marrochitarum eundem episcopum, dicti ordinis fratres ac christianos sui regni commendat. ii kal. Nov. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 151; Sbaralea l. c. 437. nº 169. — »Gaudemus in Domino.«

1246.

Oct. 31	Lugduni	(12338) Grimaldum de la Mota et Oropesam uxorem eius cives Pampilonenses confirmat in voto, quo ecclesiam fratribus Minoribus in s. Francisci honorem erigere student, eosque sub sedis apostolicae protectione suscipit. II kal. Nov. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 437. n° 168; *cf.* Wadding l. c. 164. — »Statum instabilem humanae.«
Nov. 3	»	(12339) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis . . . et universis clero et comitibus, baronibus et principibus per Norvegiam et Svetiam constitutis significat, se (Guilelmum) episcopum Sabinensem apostolicae sedis legatum in Norwegiam et Svetiam, concesso ei plenae legationis officio, destinare illosque hortatur, ut illum tanquam salutis angelum recipiant. III non. Nov. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 316. n° 337; Lange Dipl. Norveg. I. I. 25. n° 31; *cf.* Porthan Bullar. access. 38. n° 8. — »Arduis et magnis.«
» 3	»	(12340) (Guilelmo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato dat potestatem, ut, ascitis praelatis provinciarum Norweiae et Suetiae ac convocatis earum nobilibus, (Haquino) regi Norwegiae sua vice coronae regiae largiatur honorem. III non. Nov. a° 4°. ‖ Liljegren l. c. 317. n° 338; Lange Dipl. Norveg. I. I. 26. n° 32; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1246 § 33; *cf.* Porthan l. c. n° 9. — »Arduis et magnis.«
» 5	»	(12341) (Ludovico) regi Franciae, qui nuper episcopum Silvanectensem et G. custodem Baiocensem nuntios ad sedem apostolicam pro pace inter ecclesiam et Fridericum quondam imperatorem reformanda miserat, scribit, se praefati Friderici salutem appetere ipsumque desiderare recipere, si redire velit ad ecclesiasticam unitatem. Non. Nov. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1246 § 25; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 440. n° 171; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 464. — »Illius devotionis ardore.«
» 6	»	(12342) Archiepiscopis, episcopis et decanis, archidiaconis, officialibus et universis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis mandat, ut crucesignatos, qui propter libertatem eis indultam furta, homicidia, raptus mulierum et alia perpetrant detestanda, in huiusmodi criminibus minime defendant. VIII id. Nov. a° 4°. ‖ Mansi Conc. XXIII. 600; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 862. n° 22; Teulet Layettes II. 641. n° 3560. — »Ex parte carissimi.«
» 6	»	(12343) Haquinum regem Norwegiae, qui signo crucis assumpto proposuerat in Terrae sanctae subsidium proficisci, cum uxore filiis familia et omnibus suis bonis protegendum suscipit. VIII id. Nov. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 27. n° 33. — »Pro fidei meritis.«
» 6	»	(12344) (Magistro) Beroni canonico Nidrosiensi concedit, ut praeter beneficia sine animarum cura unicum aliud beneficium habens etiam curam animarum, si canonice offeratur ipsi, licite recipere possit. VIII id. Nov. a° 4°. ‖ Lange l. c. 27. n° 34. — »Tue laudabilis conversationis.«
» 6	»	(12345) Margaretam reginam Norwegiae cum omnibus bonis, quae (Haquinus) vir eius dotalicii nomine liberaliter ipsi concessit, tuendam suscipit. VIII id. Nov. a° 4°. ‖ Lange l. c. 28. n° 35. — »Tibi sincere devotionis.«
» 6	»	(12346) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi et (Askello) Stavangrensi et (Arnoni) Bergensi episcopis mandat, ne permittant ut (Margareta) regina Norwegiae super hiis contra protectionis et constitutionis sedis apostolicae tenorem ab aliquibus indebite molestetur. VIII id. Nov. a° 4°. ‖ Lange l. c. 28. n° 36. — »Cum carissimam in.«
» 6	»	• (12347) (Ludovico) rege Franciae petente impertitur, cupiens ut eius capella Parisiensis, in qua corona Domini et de ligno s. crucis ac aliae maximae reliquiae conservantur, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui capellam ipsam in die dedicationis et postmodum in eius anniversario visitaverint annuatim, indulgentiam unius anni *etc.* VIII id. Nov. a° 4°. ‖ Teulet Layettes II. 640. n° 3559. — »Licet is de.«
» 7	»	(12348) (Guilelmo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato concedit, ut cum clericis infra legationis suae terminos constitutis defectum natalium patientibus dispenset, quod ministrare possint in susceptis ordinibus et ascendere ad maiores. VII id. Nov. a° 4°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VII. I. 15. — »Tuam nobis dilectam.«
» 7	»	(12349) Haquino regi Norwegiae concedit, ut ipse et haeredes eiusdem in terris paganorum, quae in regni confinio fuerint subiugatae christiano dominio, ius patronatus habeant ecclesiarum, quae ibidem ab ipsis constructae fuerint et dotatae. VII id. Nov. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 29. n° 37; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1246 § 35. — »Per indultam tibi.«
» 8	»	(12350) Cum Haquino (Yachino *Thork., Rayn.*) regi Norwegiae dispensat, ut, etsi Haquinus pater eius solutus susceperit ipsum de soluta, huiusmodi non obstante defectu ad regalis solii dignitatem et omnes actus legitimos admittatur, nec non ut haeredes legitimi ei in dominio et honore succedant. VI id. Nov. a° 4°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. II. 27; Raynald. l. c. § 34; Lange l. c. n° 38. — »Mira regis eterni.«

1246.

Nov. 8	Lugduni	(12351) Magistro et praepositis ordinis fratrum Humiliatorum indulget, ut, si contigerit aliquos ordinis dicti religionem intrare volentes in canonem latae sententiae incidisse, eis absolutionis beneficium impendant. VI id. Nov. a° 4°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 210. — »Auctoritate vobis praesentium.«
» 9	»	(12352) Fratri Simoni de Alvernia ord. fratr. Minorum mandat, ut in vitam et facinora episcopi Othoniensis, qui electionem et consecrationem suam manu violenta extorsisse dicatur, inquirat. V id. Nov. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 148; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 440. n° 172. — »Ad audientiam nostram.«
» 9	»	(12353) Priorissam et conventum monasterii s. Mariae de Croswis ord. fratr. Praed. Hamburg. dioc. curae magistri et prioris provincialis Teutoniae ord. Praed. committit. V id. Nov. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 169. n° 165. — »Apostolice sedis benignitas.«
» 9	»	(12354) Magistro et priori provinciali Teutoniae ord. Praed. curam dicti monasterii committit. V id. Nov. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 169. n° 166. — »Apostolice sedis benignitas.«
» 9	»	• (12355) Abbati et conventui monasterii de Arnsburg significat, se omnibus eorum ecclesiam in die dedicationis eiusdem visitantibus indulgentiam 40 dierum elargiri. V id. Nov. a° 4°. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 33. n° 48.
» 11	»	(12356) (Lupo) episcopo Marrochitano indulget, ut ad visitandum sedem apostolicam usque ad decennium minime teneatur, cum in medio nationis perversae Sarracenorum positus sit. III id. Nov. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 468. n° 47; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 441. n° 173. — »Fidei tuae puritas.«
» 13	»	(12357) Fratri Stephano ordinis Praedic. capellano et poenitentiario suo monasteria exempta ordinum s. Benedicti et s. Marci necnon canonicos regulares cuiuscunque ordinis, Humiliatos quoque et hospitalia *etc.* in provincia Lombardiae, Romaniolae, marchiae Tarvisinae et Anconitanae, civitatum quoque et diocesum Venetiarum et Ianuensis, monasteriis Cisterciensis ordinis et monialium pauperum inclusarum duntaxat exceptis, committit visitanda. Id. Nov. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 169. n° 167. — »Etsi ex iniuncto.«
» 13	»	(12358) Magistro ordinis Humiliatorum mandat, ut in locis fratrum secundi ordinis, in quibus nondum sint constructae ecclesiae, domorum facultate ac personarum qualitate pensata, ecclesias aedificari faciat, *etc.* Id. Nov. a° 4°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 211. — »Multorum relatione fideli.«
» 19	»	(12359) (Iohanni) Lubicensi et (Theodorico) Zuerinensi episcopis mandat, ut causam capituli Hamburgensis contra (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem audiant et eam sufficienter instructam ad examen apostolicum remittant. XIII kal. Dec. a° 4°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 451. n° 534; *cum falso signo chronol.* ap. Staphorst Kirchengesch. I. II. 293; Schröder Papist. Meklenburg I. 622; *cf.* Meklenb. UB. I. 559. n° 587. — »Exhibita nobis prepositi.«
» 20	»	(12360) Abbati et conventui monasterii s. Nicholai ord. s. Aug. iuxta Tornacum indulget, ut a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, petere ac recipere possint. XII kal. Dec. a° 4°. ‖ Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique VII. 485. n° 7. — »Devotionis vestre precibus.«
» 20	»	(12361) Eisdem supplicantibus decernit, prohibitionem apostolicam, ne in eorum universitatem vel collegium excommunicationis sententia proferatur, observandam esse. XII kal. Dec. a° 4°. ‖ Analectes l. c. 486. n° 8. — »Cum nuper prohibuerimus.«
» 21	»	(12362) (Simoni) episcopo Assisinati mandat, ut Paulo scholari nato Monalvini civis Camerinensis in aliqua ecclesiarum Camerinensis civitatis vel diocesis provideat in ecclesiastico beneficio. XI kal. Dec. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 442. n° 174. — »Iustitiae ac pietatis.«
» 24	»	(12363) W(ladislao) filio (Wenceslai) regis Boemiae scribit, se destinare ad eius partes Godefridum ord. fratr. Praedic. capellanum et poenitentiarium suum pro quibusdam ecclesiae Romanae et Terrae sanctae negotiis. Rogat eum, ut illum hilariter recipiat et super eisdem negotiis illi tribuat auxilium et favorem. VIII kal. Dec. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 63. n° 88; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 542. n° 1156. — »Cum dilectum filium.«
» 24	»	(12364) Episcopo Maioricarum mandat, ut Ianuensibus, qui in terra quam Aragonum rex in insula Maioricarum eis donaverit, ecclesiam in honore b. Laurencii construere cupiant, primarium concedat lapidem. VIII kal. Dec. a° 4°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. mon.) I. 1017. n° 774. — »Ex parte comunis.«
Dec. 4	»	(12365) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut illos, qui a magistro ordinis Humiliatorum pro eo quod post factam professionem de ordine exiverint excommunicati sunt, excommunicatos publice nuntient. II non. Dec. a° 4°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 213. — »Cum sicut dilecti.«

1246.

Dec. 5	Lugduni	(12366) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino tribuit potestatem concedendi abbati monasterii de Hildesleue [Hillersleben, ord. s. Ben.] Halberstad. dioc. (mitrae), annuli, cyrothecarum, sandaliorum, dalmaticae ac tunicae usum, nec non facultatem benedicendi pallas altarium *etc.* Non. Dec. a° 4°. ‖ Riedel Beiträge I. 38. n° 21; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXII. 431. n° 26; *cf.* Beckmann Hist. des Fürstenth. Anhalt I. 450. — »Dignum te inter.«
" 5	"	(12367) Civibus Ianuensibus in transmarinis partibus constitutis plenam concedit facultatem libere testandi ac disponendi de rebus propriis. Non. Dec. a° 4°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. mon.) I. 1020. n° 776. — »Licet secundum sanctiones.«
" 8	"	* (12368) Praemonstratensi abbati indulget, ut discretum quemlibet presbyterum sui ordinis in confessarium suum eligat. vi id. Dec. a° 4°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 672.
" 11	"	(12369) Abbatem et conventum S. Iohannis in Vineis Suessionensis [des Vignes de Soissons] ord. s. Augustini ne quis ad vendendum vel alienandum possessiones monasterii cogat stricte inhibet. iii id. Dec. a° 4°. ‖ Beauvillé Docum. inéd. conc. la Picardie I. 24. n° 19. — »Provisionis nostre provenire.«
" 11	"	(12370) (Lupo) episcopo Marrochitano indulget, ut dispensare possit super matrimonio in quarto gradu consanguinitatis per Africam contracto. iii id. Dec. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 442. n° 175. — »Ad hoc Deus.«
" 13	"	(12371) (Iacobo) episcopo Bononiensi mandat, ut Thederico archiepiscopo Ravennati, cuius sit suffraganeus, exhibeat fidelitatis iuramentum. Id. Dec. a° 4°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 211 Rubeus Histor. Ravenn. 420. — »Uenerabilis fratris nostri.«
" 13	"	(12372) Abbatissae et conventui monialium inclusarum S. Francisci de Offida ord. s. Dam. Firman. dioc., quibus propter guerrarum discrimina R(aynerius) S. Mariae in Cosmidin diac. card. vices papales per patrimonium ecclesiae in Tuscia, ducatum Spoletanum et marchiam Anconitanam gerens concesserat liberam facultatem transeundi de monasterio suo cum immunitatibus *etc.* ad locum alium magis tutum, hanc concessionem confirmat. Id. Dec. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 468. n° 48; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 443. n° 176. — »Iustis petentium desideriis.«
" 16	"	(12373) (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato ob devotionem in necessitate probatam (Sigfridi) archiepiscopi Moguntini mandat, ut Henrico eius nepoti de ordine fratrum Minorum aliquem episcopatum infra legationis suae fines conferat. xvii kal. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 444. n° 177. — »Ita claret et.«
" 16	(")	»In dominica de adventu qua cantatur *Gaudete in Domino semper* s. record. Edmundum archiepiscopum Cantuariensem sanctorum catalogo« adscribit. ‖ Innocentii Ep. ad Univ. Christifid. d. d. 1247. Ianr. 11 *et* 13 (*vid.* n° 12392. 12396) ap. Tromby Storia V. app. 187. n° 58.— »v id. Dec. (*i. e.* Dec. 9) canonizatus fuit b. Edmundus Cantuariae archiepiscopus a domino papa Innocentio IV.« ‖ Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 338.
" 18	"	* (12374) Capitulo Parisiensi mittit ordinationem qua cavet, ne ullus canonicus domum conducens vel emens in claustro b. Mariae a pensione conductionis vel pretio emptionis solvendis, ne per litteras apostolicas quidem, eximi possit. xv kal. Ianr. a° 4°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 388.
" 19	"	(12375) Abbati et conventui monasterii de Claustro (in Hemmenrode) Cisterc. ord. Trevirens. dioc. indulget, ut de blado, lana, lignis *etc.* nulli pedagia, vinoagia, roagia solvere teneantur. xiv kal. Ianr. a° 4°. ‖ (Nicol. Hees) Manipulus Hemmenrodensis *post* Jongelini Notit. abbatiar. ord. Cisterc. libr. 10mum 47. — »Solet annuere sedes.«
" 19	"	(12376) Universis christianis in Africanis partibus constitutis mandat, ut (Lupo) Marrochitano episcopo tamquam patri et pastori suo plene et humiliter intendant. xiv kal. Ianr. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 155; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 444. n° 178. — »Cum sicut intelleximus.«
" 23	"	(12377) (Philippo) archiepiscopo Bituricensi significat, se decano Bituricensi administrationem Mimatensis ecclesiae commisisse, ne propter vacationem diutinam detrimentum incurrat. »Verum nolumus, ut per hoc tibi et eidem Bituricensi ecclesiae super praemissis in posterum praeiudicium generetur.« x kal. Ianr. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1029. — »Cum olim ecclesia.«
" 23	"	(12378) (Guilelmi) episcopi Camminensis consecrationem per (Albertum) Prusciae Livoniae et Estoniae archiepiscopum apostolicae sedis legatum, cum per Camminensem episcopatum transiret, ad preces tam cleri eiusdem quam populi factam confirmat; Misnensis episcopus, cui mandatum erat ut munus consecrationis illi vice apostolica impenderet (*cf.* 1244. Dec. 24. n° 11488), id non curaverat certis causis impeditus. x kal. Ianr. a° 4°. ‖ v. Goetze Albert Suerbeer 172. n° 4. — »Porrecta nobis ex.«
" 23	"	(12379) Consules et populum Fanenses sub apostolicae sedis protectione suscipit confirmans eis consulatum cum iurisdictione. x kal. Ianr. a° 4°. ‖ Amiani Mem. ist. di Fano II. somm. 50. — »Omnipotenti Deo gratias.«

1246.

Dec. 23	Lugduni	* (12380) El papa concedió 40 dias de indulgencia á favor de los que visitaren la catedral de Barcelona en las fiestas de s. Eulalia y de su traslacion. ‖ Villanueva Viage liter. XVII. 216.
" 26	"	* (12381) Bulle d'Innocent IV permettant au convent d'Echternach de célébrer le service divin malgré l'interdit. vii kal. Ianr. a° 4°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 54. n° 12, *perperam ad* a. 1247.
—	(")	(12382) Monasterium de Bello Portu protegendum suscipit eiusque bona ac possessiones confirmat. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 122. — »Cum a nobis.«
—	(")	Abbatissae et conventui monasterii de Quitelingaburg ord. s. Aug. Halberstad. dioc. A° 4°. *Sine die et mense* — »Licet is de.« ‖ Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 50. n° 48, *vid.* 1250. Dec. 1.

1247.

Ianr. 2	"	* (12383) Scabinis Yprensibus significat, se iam inhibuisse, quominus excommunicatio contra universitatem promulgetur, ne innocens eodem tempore cum culpabili puniatur, et praecepisse, ut singuli malefactores excommunicationis vinculo innodentur. Eisdem petentibus ordinationem hanc renovat, praesertim cum illa Yprense commune attingat. iv non. Ianr. a° 4°. ‖ Diegerick Invent. 61. n° 69.
" 2	"	* (12384) Indulgences accordées par bref du pape Innocent IV à l'abbaye d'Echternach pour la fête de Pentecôte. iv non. Ianr. a° 4°. ‖ Public. de la soc. de mon. hist. de Luxembourg XV. 53. n° 5; Bertholet Hist. Luxemb. II. 177. pièc. just. 34; Hontheim Hist. Trevir. I. 732.
" 4	"	(12385) (Ottoni) episcopo Tusculanensi apostolicae sedis legato mandat, ut omnes barones Franciae, qui communi coniuratione ac conspiratione contra libertatem ecclesiasticam plura gravamina et enormia statuerunt quae ius et consuetudinem praedictae libertatis absorbent, ecclesiae honorem elidunt et pericula generant animarum, et omnes illos qui servari fecerint statuta praedicta et constitutiones vel potius abusiones, denuntiet et denuntiari faciat excommunicatos, item excommunicatos denuntiet statutarios et scriptores statutorum ipsorum, necnon et illos qui secundum ea praesumpserint iudicare *etc.* ii non. Ianr. a° 4°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 714; Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 691; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 483; *sine initio, fine et signo chronol. in* Raynaldi Ann. ad a. 1247. 53. 54; *sine initio et non integra* ap. Guérard Cartul. de l'égl. de Notre-Dame de Paris II. 389. — »Angustie nobis sunt.«
(" 4)	(")	(12386) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis ac universis qui Parisiis vel alibi pro honore Dei et ecclesiae fuerint congregati *scribit in eundem modum. Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 49—52. — Angustiae nobis sunt.«
" 5	"	(12387) (Henrico) episcopo Argentinensi concedit facultatem permittendi ut Radulfus de Usemberc cum Helia filia quondam Henrici de Litemberc quarto consanguinitatis gradu matrimonium ineat. Non. Ianr. a° 4°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 395. n° 522. — »Romani pontificis providentia.«
" 5	"	(12388) Abbatissae et conventui monialium inclusarum s. Francisci de Offida ord. s. Dam. Firman. dioc. ecclesiam s. Martini de Offida, quam eis (Philippus) episcopus loci diocesanus sub annuo censu 12 Vulteranorum tantum concessit, auctoritate apostolica confirmat. Non. Ianr. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 469. n° 49; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 445. n° 179. — »Solet annuere sedes.«
" 7	"	(12389) Abbatis et conventus Chrensemonasterii ord. s. Ben. Pataviens. dioc. protectionem suscipit, specialiter autem eius possessiones, terras et alia bona confirmat. vii id. Ianr. a° 4°. ‖ UB. von Kremsmünster 90. n° 73; UB. ob der Enns III. 133. — »Iustis petentium desideriis.«
" 8	"	(12390) Priori monasterii s. Iohannis Gebennensis ord. s. Ben. mandat, moneat (Aimonem) episcopum Gebennensem, ut personas idoneas ab A(ymone) domino Faucigniaci ad ecclesias in suis castris Armentia et Mentous Gebenn. dioc., iure patronatus sibi et haeredibus reservato, praesentatas sine qualibet difficultate admittat. vi id. Ianr. a° 4°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1389. — »Significante nobili viro.«
" 9	"	(12391) Decano et capitulo Parisiensibus indulget, ut liceat eis in suis et alienis parochiis decimas redimere de manibus laicorum, dummodo ad id rectorum ecclesiarum, ad quas ipsae decimae spectant, et diocesanorum locorum accedat assensus. v id. Ianr. a° 4°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 392. — »Devocionis vestre precibus.«
" 11	"	(12392) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus .... et aliis ecclesiarum praelatis significat, se b. Edmundum archiepiscopum Cantuariensem in dominica de adventu, qua cantatur *Gaudete in Domino semper* (*i. e.* 16. Dec.) sanctorum catalogo adscripsisse, eosque monet et exhortatur, ut xvi kal. Dec. (*i. e.* 16. Nov.) festum eiusdem devote ac

1247.

solenniter celebrent. III id. Ianr. a° 4° (III kal. Mart. a° 5° *Mart.*). ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 156; Bullar. Rom. (ed. 1673) I. 130; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 204; Cherubini Bullar. I. 107; Martene Thes. anecd. III. 1854; Wilkins Concil. I. 694; Tromby Storia V. app. 185. n° 57; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 522. n° 11; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1246 § 49. — »Novum matris (martyris *Bul., M. Par.*) ecclesiae.«

Ianr. 11 Lugduni (12393) Chaberto de Barbaran Elnensis dioc., cui haeretica pravitate diffamato episcopus Elnensis et frater Raymundus de Pennaforti poenitentiarius apostolicus absolutionis beneficium impenderant, hanc absolutionem confirmat. III id. Ianr. a° 4°. ‖ Quetif et Echard Script. Praed. I. 110; Ripolli Bullar. Praed. I. 170. n° 168. — »Exhibita nobis tua.«

„ 11 „ (12394) (Philippo) electo Ferrariensi apostolicae sedis legato committit, ut iudicibus scabinis et universitati Lubicensibus in devotione sedis apostolicae persistentibus »quod extra civitatem Lubicensem per delegatos a nobis vel subdelegatos ipsorum ad iudicium de cetero trahi non possint, dummodo coram episcopo Lubicensi eorum ordinario parati sint de se conquerentibus iustitiam exhibere«, concedat. III id. Ianr. a° 4°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 118. n° 121. — »Ex parte dilectorum.«

(1246. Dec. 21- 1247. Ianr. 12) „ * (12395) Chonradum de Cavalcabobus et Amatum de Amatis, cum intellexerit ipsos simul cum familiis de Guazzonibus, de Summis, de Comitibus, de Oldovinis, de Casanova *etc.* zelo fidei et devotionis accensos statuisse sese pio affectu sanctae matri ecclesiae unire derelicta tyrannide Friderici alias imperatoris, volensque proinde praedictos eorundemque asseclas speciali favore prosequi, sub apostolicae sedis protectione cum omnibus eorum bonis suscipit. XII Ianuarii a° 4°. ‖ Sanclementius Series episc. Cremonens. 265.

„ 13 „ (12396) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad Pontiniacense monasterium, ubi corpus s. Edmundi archiepiscopi Cantuariensis requiescit, usque ad annum a dominica de adventu, ubi cantatur *Gaudete in Domino semper* (*i. e.* dominica 3ª adventus) et ille sanctorum catalogo adscriptus est, computandum accesserint, indulgentiam centum dierum elargitur. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1918; Tromby Storia V. app. 187. n° 58. — »Cum in dominica.«

„ 13 „ (12397) Fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut, si in personas vel terras, in quibus resident, excommunicationis vel interdicti sententiam contigerit promulgari, pueri ipsorum servitiis deputati huiusmodi sententiis obnoxii nullatenus habeantur. Id. Ianr. a° 4° ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 170. n° 169. — »Ut in vestris.«

„ 18 „ (12398) Praeceptori et fratribus militiae domus Templi in Alemannia decimas, terras, redditus, possessiones et alia bona, quae in de Quarsan, de Chins, de Banen, de Lezenitze, de Henrikestorpe, de Tempelberghe, de Marquardestorpe, de Nyentemple, de Colaz villis et terris habent, confirmat. XV kal. Febr. a° 4°. ‖ Wohlbrück Gesch. von Lebus I. 115; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 762; Riedel Cod. dipl. Brandenburg. 1. Hauptth. XIX. 4. *Cf.* v. Ledebur Arch. f. d. Gesch. des preuss. Staates XVI. 293 et 296; v. Raumer Neumark, Einleit. 16; Berghaus Landbuch d. Mark Brandenburg III. 173 et 339; Klempin Pommersches UB. I. 355. n° 455. — »Cum a nobis.«

„ 18 „ (12399) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam monasterii s. Martini de Pannonia Iauriens. dioc. in die dedicationis eiusdem et festivitatibus b. Martini venerabiliter visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargitur. XV kal. Febr. a° 4°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 196. — »Loca sanctorum omnium.«

„ 21 „ (12400) (Belam) regem Ungariae rogat et monet, ut abbatem conventumque monasterii s. Martini de Pannonia propensius habens commendatos minime permittat, eos ab aliquibus indebite molestari. XII kal. Febr. a° 4°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 197. — »Gratum Deo exhibitum.«

„ 21 „ (12401) Monasterium Chremsemonasterii ord. s. Ben. Pataviens. dioc. tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. XII kal. Febr. indict. V. incarn. dom. a° 1246. pont. a° 4°. ‖ UB. von Kremsmünster 91. n° 74; UB. ob der Enns III. 134. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 22 „ (12402) (Odonem) archiepiscopum Rothomagensem et eius suffraganeos rogat et hortatur, ut per suas civitates et dioceses universis personis Friderici quondam Romanorum imperatoris nequitiam et iniustitiam manifestam diligenter exponant eosque inducant, ut assistant ecclesiae, quam dictus Fridericus malleo persecutionis affligat, et nullum eidem Friderico verbo vel opere favorem impendant publicum vel occultum. XI kal. Febr. a° 4°. ‖ Matthaeus Summa 6. n° 5. — »Etsi omnes quos.« *Cf.* n° 12412.

„ 28 „ (12403) (Henrico) episcopo Argentinensi concedit facultatem absolvendi cives Argentinenses a periurii reatu. V kal. Febr. a° 4°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 395. n° 523. — »Cum sicut te.«

„ 28 „ (12404) Eidem episcopo et civibus Argentinensibus scribit: »Scire vos pro certo volumus et tenere, quod si contingat inter ecclesiam et Fridericum quondam imperatorem pacem aliquo tempore reformari, quod nunquam erit eo remanente imperatore vel rege, vos

1247.

ecclesia in pace ponet eadem.« V kal. Febr. a° 4°. ‖ Wencker Apparat. archiv. 163. n° 4; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 489. — »Ut in negotio.«

Ianr. 29 Lugduni (12405) (Henricum) regem Romanorum rogat et hortatur, ut, cum (Fridericus quondam imperator) ecclesiae persecutor ad occupandum ducatum Austriae aspiret et (Bela) rex Hungariae eundem, salvo in omnibus iure et honore regis Willelmi, imperii et regis Boemiae ad manus suas recipere ac tenere velit, eidem regi ad hoc consilium et auxilium praestet. IV kal. Febr. a° 4°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. I. 459, *cf.* VII. V. 272; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 66; Theiner Mon. Hungar. I. 202. n° 375; Mone Anzeiger. 1838. p. 348 ex cod. ms. Vatic. n° 7183, *ubi male* Gregorio IX *inscribitur*; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 543. n° 1160; *cf.* Palacky Reise 31. n° 187. — »Cum ad occupandum.«

„ 30 „ (12406) (Mariae) reginae Ungariae scribit, se exultantem per Iacobum ministrum provincialem et Romanum ordinis fratrum Minorum Ungariae accepisse, »quod pro tuis insistis viribus et laboras, ut ad sinum matris ecclesiae redeat Vatacius et gens eius.« Rogat eam, ut aliquot nuncios ad eundem destinet, quorum diligentia et studio praedictus ad unitatem ecclesiae revertatur. III kal. Febr. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 174; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 446. n° 180; Fejér l. c. IV. I. 459; Theiner l. c. 203. n° 377; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 27. — »Quod dominum Iesum.«

„ 30 „ (12407) (Belae) regis Hungariae zelum confutandi Bosnenses haereses laudat eique promittit, se super facto terrae Bosnensis nihil penitus esse statuturum, nisi de eius consilio et assensu. III kal. Febr. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 174; Katona Hist. crit. VI. 89; Fejér l. c. 461; Theiner l. c. 202. n° 376. — »Debent terrae principes.«

„ 30 „ (12408) Eundem hortatur, ut ad resistendum Tartaris viriliter se accingat et, quam primum de ipsorum adventu in Hungaria intellexerit certa nova, haec curiae Romanae intimet, »sciturus quod in continenti omnes cruce signatos in succursum Terrae sanctae ac imperii Romaniae in tuum cum festinatione succursum accedere faciemus.« III kal. Febr. a° 4°. ‖ Fejér l. c. 461; Theiner l. c. 203. n° 379. — »Cum propositi nostri.«

„ 30 „ (12409) Eidem significat, se paratum esse in omnibus, »quantum cum Deo poterimus,« eius satisfacere voluntati; hortatur eum, ut in devotione ecclesiae permaneat. III kal. Febr. a° 4°. ‖ Fejér l. c. 458; Theiner l. c. I. 203. n° 378; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 198. — »Celsitudinis tuae litteras.«

„ 31 „ (12410) Cives Argentinenses rogat et monet, ut in apostolicae sedis devotione persistant. II kal. Febr. a° 4°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 396. n° 524. — »Pro sincere dilectionis.«

„ 31 „ * (12411) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui monasterium Cladrubense in die dedicationis eiusdem venerabiliter visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargitur. II kal. Febr. a° 4°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 543. n° 1161.

„ 31 „ (12412) (Odonem) archiepiscopum Rothomagensem et eius suffraganeos monet, rogat et hortatur, iniungant firmiter per suas dioceses universis personis ecclesiasticis tam religiosis quam saecularibus ipsorum iurisdictioni subiectis, ut, quotiescumque ad clerum vel populum verbum Dei duxerint proponendum, claram iustitiam ecclesiae ac inaestimabilem tyranni Friderici quondam Romanorum imperatoris nequitiam et iniustitiam manifestam eis diligenter exponant. II kal. Febr. a° 4°. ‖ Massonus De episcopis Urbis fol. 249 (*ubi male* Innocentio V *tribuitur*). — »Etsi omnes quos.« *Cf.* n° 12402.

„ 31 „ * (12413) Decano Wratislaviensi mandat, ut limites Cracoviensis et Strigoniensis (?) dioecesum circumscribat. II kal. Febr. a° 4°. ‖ Grünhagen Regest. I. 252. n° 651 a.

Febr. 4 „ (12414) (Stephano) Strigoniensi et (Benedicto) Colocensi archiepiscopis mandat, ut, cum iuxta (Belae) regis Hungariae litteras adventus Tartarorum ibidem timeatur, de suffraganeorum suorum consilio ad voluntatem dicti regis loca quaerant idonea, in quibus ipsi, suffraganei et populi possint se necessitatis tempore receptare. II non. Febr. a° 4°. ‖ Schmitth Episc. Agriens. I. 164; Katona Hist. crit. VI. 92; Fejér Cod. dipl. IV. I. 462; Theiner Mon. Hungar. I. 204. n° 380. — »Cum sicut ex.«

„ 5 „ (12415) Priori et capitulo ecclesiae s. Marci de Mantua ord. s. Aug. indulget, ut de cetero ad alicuius receptionem vel provisionem per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius minime teneantur. Non. Febr. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 642. n° 21. — »Ne onerosa vel.«

„ 5 „ (12416) Abbati de Garda Dei Cisterc. ord. Cadurcens. dioc. mandat, citet (Geraldum) episcopum Cadurcensem, inter quem et consules Cadurcensis civitatis super temporali iurisdictione dictae urbis causae appellationum vertantur, ut infra unum mensem post citationem compareat coram sede apostolica. Non. Febr. a° 4°. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 101. — »Cum causas appellationum.«

„ 7 „ (12417) Episcopo Cracoviensi mandat, ut universos fideles in Cracoviae et Sandomeriae partibus ad adiuvandum ducem partium earundem in expugnandis fidei hostibus adhortetur. VII id. Febr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 43. n° 88. — »Catholice fidei cultum.«

1247.

Febr. 8	Lugduni	(12418) Fratri Alberto de Vicedominis de Placentia ord. Praed. mandat, ut, cum capitulum Coronensis ecclesiae thesaurarium Constantinopolitanum minus canonice in suum episcopum elegerit, de modo electionis eligentium et electi meritis inquirat. vi id. Febr. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 171. n° 170. — »Ad nostram noveris.«
» 15	»	(12419) Ministris et custodibus fratrum Minorum per Alemanniam constitutis concedit potestatem absolvendi excommunicatos, qui Friderico quondam Romanorum imperatori vel eius fautoribus adhaeserunt, si certas conditiones praestiterint. xv kal. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 447. n° 181. — »Cum nonnulli de.«
» 18	»	• (12420) Clementi canonico ecclesiae s. Petri Duacensis mandat, ut controversiam inter scabinos communeque Yprenses et decanum aliosque clericos super exactione pecuniarum indebita vertentem disceptet. xii kal. Mart. a° 4°. ‖ Diegerick Invent. 61. n° 70.
» 19	»	(12421) (Henrico) episcopo Argentinensi concedit, ut in personas omnium illorum, quorum consilio et auxilio fuit, ne castrum de Keisersperc caperet impeditus, nisi moniti castrum praefatum ei restituerint, excommunicationis et in terras eorum interdicti sententias promulgare possit. xi kal. Mart. a° 4°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 396. n° 525. — »Cum sicut accepimus.«
» 20	»	• (12422) Praepositum et capitulum Seccowenses cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias de Kobenz et de s. Maria eis confirmat. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark. V. (1850.) 207.
» 25	»	(12423) Commune Ferrariense ab omni obligatione et specialiter ab expensis ad defendendam civitatem suam, quas Frederico quondam imperatori reficere tenebantur, absolvit. v kal. Mart. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 122. n° 219. — »Exigentibus vestre devotionis.«
» 25	»	(12424) Communi Ferrariensi, qui castrum Argentae Ravenn. dioc., ne ad manus Frederici quondam imperatoris et eius fautorum perveniret, ceperant, indulget, ne de damnis in captione ipsius castri hominibus eius ac Ravennati ecclesiae irrogatis unquam molestari possint. v kal. Mart. a° 4°. ‖ Theiner l. c. I. 123. n° 220. — »Exigentibus vestre devotionis.«
» 25	»	• (12425) Episcopo Morinensi mandat, ut, cum officialis, decanus et alii clerici Yprenses, conquerentibus scabinis, a civibus adulterii reis, licet non sint convicti aut condemnati, certam pecuniae quantitatem exigant et extorqueant, dictos clericos ad officium revocet et censuris ecclesiasticis compescat. v kal. Mart. a° 4°. ‖ Diegerick Invent. 63. n° 73; *cf.* Lambin Tydrekenkundige Lyst. Nalez. 3.
» 26	»	(12426) Episcopo Lodovensi et magistro Raimundo de Cancios ord. fratr. Praed. et Guillielmo de Briva (Bruna *al.*) ord. fratr. Minor. mandat, ut inquirant, num in quondam Raimundo comite Tolosano ante diem mortis signa poenitentiae apparuerint, cum Albiensis episcopus et abbas Grandis Sylvae Cisterc. ord. iuxta mandatum Gregorii pp. praedecessoris super poenitentiae signis inquirere non curaverint. iv (*om. Wadd., Rip., Sb.*) kal. Mart. a° 4°. ‖ Catel Hist. des comtes de Tolose 368; Ripolli Bullar. Praed. I. 171. n° 171; Wadding Ann. Minor. III. 471. n° 50; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 448. n° 183. — »Sua nobis dilectus.«
» 28	»	(12427) (Lupo) episcopo Marrochitano defectum natalium patienti indulget, ut in susceptis ordinibus ministrare et episcopalem dignitatem retinere possit. ii kal. Mart. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 448. n° 182. — »Quamquam contra natos.«
Mart. 1	»	Episcopo Lodovensi, fratribus Raymundo ord. Praed. et Willelmo de Bruna ord. Minorum: »Kal. Mart. a° 4°« — »Sua nobis dilectus«, *vid.* n° 12426.
» 2	»	(12428) Doctoribus et universitati scholarium Parisiensium mandat, curent ut statuta quae confecerunt viri selecti ab ipsa universitate, inviolabiliter observentur. vi non. Mart. a° 4°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 212 et 52, *ubi autem* Innocentio III *perperam tribuit*; *cf.* Jourdain Ind. chronol. 11. n° 78. — »Quotiens pro communi.«
» 2	»	(12429) Abbatibus ordinis s. Benedicti Pragensis et Olomucensis diocesum mandat, ut iuxta tenorem mandati apostolici annis singulis capitulum sui ordinis celebrent. vi non. Mart. a° 4°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 544. n° 1164; *cf.* Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 731. n° 85. — »Cum felicis recordationis.«
» 4	»	(12430) Abbati Cisterciensi eiusque coabbatibus et eorum conventibus Cisterc. ord. indulget, ut ratione delicti monachi Cistercienses conveniri coram locorum ordinariis nequeant. iv non. Mart. a° 4°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. V. 228. n° 1. — »Cum nuper duxerimus.«
» 4	»	(12431) Abbatibus et eorum conventibus Cisterc. ord. per Eboracensem provinciam constitutis petentibus inhibet, ne quis praelatorum in fraudem privilegiorum apostolicae sedis in eos excommunicationis vel interdicti sententias promulgare de cetero praesumat. iv non. Mart. a° 4°. ‖ Dugdale l. c. 229. n° 2. — »Cum a nobis.«

1247.

Mart. 5	Lugduni	(12432) Priori fratrum Praedicatorum Aretino mandat, ut abbati et conventui monasterii s. Florae Aretin. concedat facultatem vendendi de possessionibus suis minus utilibus, dummodo pretium, quod pro eis receptum fuerit, per eius manus in solutione debitorum monasterii convertatur. iii non. Mart. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 172. n° 172. — »Dilecti filii abbas.«
» 5	»	(12433) Henricum regem Cipri a iuramento quolibet, quo Friderico quondam imperatori tenebatur, specialiter absolvit eumque cum regno Cipri sub sedis apostolicae protectione suscipit, »cui tantum decernimus auctoritate praesentium de cetero te subesse, praesertim cum regni ratione praedicti praedecessores tui, ut asseris, nulli saeculari subfuerant potestati.« iii non. Mart. a° 4°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 63; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 506. — »Ad gremium matris.«
» 5	»	• (12434) Henricum episcopum Sedunensem exhortatur, ut adiuvet ex posse suo Hartmannum Kyburgi comitem, adhaerentem Willelmo Romanorum regi, contra Conradum filium Friderici »qui fuit Romanorum imperator et qui est hostis ecclesiae.« iii non. Mart. a° 4° (!). ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 108. n° 201, *vid.* 1248. Mart. 5. n° 12856.
» 6	»	(12435) Abbati Vallis Magnae Cisterc. ord. Agathens. dioc. mandat, ut priorissam et conventum monasterii s. Mariae de Bono loco Magalon. dioc. regularibus Cisterciensis ordinis disciplinis instruat et ibidem, cum expedierit, officium visitationis impendat. ii non. Mart. a° 4°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 370. — »Cum dilectae in.«
» 7	»	(12436) Universos archiepiscopos et episcopos rogat et hortatur, ut sororibus poenitentibus ordinis b. Mariae Magdalenae construendi claustra in suis diocesibus facultatem concedant. Non. Mart. a° 4°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 578. — »Etsi ex iniuncto.«
» 9	»	(12437) (Lupo) episcopo Marrochitano, qui, cum frater Bernardus presbyter de ordine Minorum ei auctoritate apostolica in socium deputatus defectum pateretur natalium, supplicavit, ut ille hoc defectu non obstante ad episcopalem dignitatem in partibus Africanis dumtaxat promoveri possit, mandat, ut circa ipsum statuat quae eius saluti viderit expedire. vii id. Mart. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 471. n° 51; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 449. n° 184. — »Ex parte tua.«
» 10	»	• (12438) Sororibus poenitentibus s. Mariae Magdalenae ius colligendi elemosynas confirmat *etc.* vi id. Mart. a° 4°. ‖ Grünhagen Regest. I. 252. n° 651b.
» 11	»	• (12439) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis prohibet, ne apud fratres hospitalis s. Mariae Teutonicorum invitos divertantur. v id. Mart. a° 4°. ‖ Napiersky Index I. 21. n° 78.
» 11	»	(12440) Repetit n° 11364 de 1244. Mai. 3: »v id. Mart. a° 4°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke Tab. 365. n° 498, *male ad* a. 1246; de Geer Archieven I. 67. n° 67.
» 11	»	(12441) Repetit n° 11365 de 1244. Mai. 3: »v id. Mart. a° 4°« — »Evangelicae doctrinae que.« ‖ Strehlke l. c. 366. n° 505.
» 11	»	(12442) Repetit Honorii III n° 6931 de 1223. Ianr. 16: »v id. Mart. a° 4°« — »Paci et quieti.« ‖ Strehlke l. c. 367. n° 506.
» 12	»	(12443) Archiepiscopis, episcopis .... et aliis ecclesiarum praelatis inhibet, ne, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. nullum habeant episcopum vel praelatum praeter Romanum pontificem et speciali praerogativa libertatis gaudeant, absque mandato apostolico excommunicationis vel interdicti sententiam contra eos aut eorum ecclesias promulgent. iv id. Mart. a° 4°. ‖ Duellius Hist. equit. Theuton. II. 9; Strehlke l. c. 367. n° 507; *non integra* ap. Baczko Gesch. Preussens I. 400. — »Cum dilecti filii.«
» 12	»	• (12444) Le pape adresse à la veuve de Henri (Raspe) roi des Romains des compliments de condoléance sur la mort de son époux, qu'il intitule le défenseur de l'Église et le tuteur du peuple chrétien. iv id. Mart. a° 4°. ‖ Saint Genois Inventaire 23. n° 65.
» 13	»	(12445) Repetit n° 12100 de 1246. Mai. 4: »iii id. Mart. a° 4°« — »Si discrimina que.« ‖ Strehlke Tab. 367. n° 508.
» 14	»	(12446) Repetit n° 11856 de 1245. Sept. 5: »ii id. Mart. a° 4°« — »Non absque dolore.« ‖ Strehlke l. c. n° 509.
» 14	»	(12447) Pandulfo de Phasanello capt. Aquens. dioc. eiusque successoribus propter fidelitatem erga Romanam ecclesiam castrum Gifonis Salernitanae dioc. cum dominio, iuribus *etc.*, praesertim cum regnum Siciliae rege nunc careat et Oddo de Laviano renuntiaverit ob hoc omni iure quod in castro eodem habebat, in feudum concedit. ii id. Mart. a° 4°. ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 514; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 508. — »Apostolicae sedis providentia.«
» 14	»	• (12448) Gilberto Germanis Pandulfo alia castra concedit. ii id. Mart. a° 4°. ‖ Cherrier l. c. 514.

1247.

Mart. 14 Lugduni * (12449) Guillelmo dicto Francisco civitatem Sarnen. in feudum concedit. ii id. Mart. a° 4°. ‖ Cherrier l. c. 515.

" 14 " * (12450) Riccardo dicto Francisco castrum de Petras formentis concedit. ii id. Mart. a° 4°. ‖ Cherrier l. c. 515.

" 14 " * (12451) Oddoni de Laviano civitatem Consa. concedit. ii id. Mart. a° 4°. ‖ Cherrier l. c. 515.

" 14 resp. 15 " (12452) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus *etc.* tam exemptis quam non exemptis per Poloniam et Pomeraniam constitutis significat, P(etrum) S. Georgii ad velum aureum diaconum cardinalem, commisso ei plenae legationis officio, ad partes ipsorum destinari, eisque mandat atque praecipit, ut illum benigne recipiant. ii (*om. Rayn.*) id. Mart. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 43. n° 89; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 2. — »Quia corporali presentia.«

* *In eundem modum* Archiepiscopis et episcopis, abbatibus . . . per regnum Daciae constitutis;
" " " Episcopo Cameracensi (Caminensi?) et abbatibus . . . per Cameracensem (Caminensem?) civitatem et diocesim constitutis;
" " " Universis comitibus, baronibus et nobilibus per Poloniam constitutis;
" " " " " " aliisque " " Pomeraniam " .

" 15 " (12453) (Philippo) archiepiscopo Bituricensi scribit, (Vivianum) notarium suum a capitulo Ruthenensi in episcopum Ruthenensem esse electum, se eius electionem confirmasse eique munus consecrationis suis manibus impendisse. Monet eum, ut praefatum episcopum ad Ruthenensem ecclesiam procedentem benigne recipiat. Id. Mart. a° 4°. ‖ Gallia christ. I. 211; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 449. n° 185. — »Cum ex iniuncto.«

" 15 " * (12454) Innocent recommande à Thibaut comte de Champagne de faire recevoir honorablement et protéger contre toute insulte P(ierre) cardinal diacre du titre de Saint-Georges in Velabro. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 419. n° 2779.

" 16 " (12455) Abbati et conventui monasterii s. Georgii maioris de Venetiis ord. s. Ben. indulget, ut permutationem nonnullarum sui coenobii possessionum de consilio prioris fratrum Praedicatorum et guardiani fratrum Minorum de Venetiis facere valeant. xvii kal. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 450. n° 186. — »Cum ex parte.«

" 18 " (12456) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, moneat et inducat universos ecclesiarum praelatos Alemanniae, Datiae ac Poloniae, ut adversus F(ridericum) quondam Romanorum imperatorem verbum crucis praedicent. xv kal. Apr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 44. n° 90. — »Etsi ad defensionem.«

" 18 " (12457) Regem Aragoniae rogat et monet, ut Segobricensem ecclesiam a longis temporibus per inimicos fidei multis tribulationibus flagellatam suae confoveat protectionis auxiliis. xv (id., *equidem correxerim in*) kal. Apr. a° 4°. ‖ Villagrasa Antiq. de Segorbe 71. — »Celsitudinem tuam pietati.«

" 20 " (12458) Magistro et universis prioribus provincialibus fratrum ordinis Praedicatorum mandat, ut processum contra Federicum quondam Romanorum imperatorem in concilio nuper Lugduni celebrato habitum in locis opportunis publicent. xiii kal. Apr. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 172. n° 173. — »Sane cum ordinem.«

" 20 " (12459) Rectori ecclesiae s. Colmaneli in Kentyir Lismorens. dioc. terram quae Denariata vulgariter dicitur eidem ecclesiae a Dufgallo laico patrono donatam confirmat. xiii kal. Apr. a° 4°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 123. — »Cum a nobis.«

" 21 " (12460) Magistrae ac sororibus domus leprosorum de Banc [Terbanck] ord. s. Aug. Leodiens. dioc. indulget, ut a personis liberis in eadem domo professionem facientibus bona mobilia et immobilia petere ac recipere possint. xii kal. Apr. a° 4°. ‖ Analectes p. s. à l'hist. eccl. de la Belgique VII. 324. n° 11. — »Devotionis vestrae precibus.«

" 23 " (12461) (Willelmo) episcopo Glasguensi indulget, ut praebendas et dignitates in ecclesia sua vacantes personis idoneis libere conferre possit. x kal. Apr. a° 4°. ‖ Registrum episcop. Glasguens. I. 155. n° 193. — »Cum sicut te.«

" 23 " * (12462) Episcopo Morinensi significat, se, cum scabini Yprenses conquesti sint, quod episcopus, si quis civium suorum excommunicatus sit, sacramenta neque eius uxori neque familiae administrare sinat, Gerardum de Maregio destinare, ut hanc causam inquirat et quod canonicum fuerit statuat. x kal. Apr. a° 4°. ‖ Diegerick Invent. 62. n° 71.

" 23 " * (12463) Gerardo de Maregio canonico Tornacensi de causa in superiore epistola prolata mandata dat. x kal. Apr. a° 4°. ‖ Diegerick l. c. 63. n° 72.

" 26 " (12464) Magistro et prioribus ordinis Praedicatoribus scribit, se velle, ut illi fratres, quibus a sede apostolica concessum sit ut confessiones generaliter audiant, aliquam super fratres eorum gubernationi creditos ex hac concessione habeant potestatem. vii kal. Apr. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 173. n° 174. — »Cum supernę lucis.«

1247.

Mart. 27 Lugduni (12465) (Conrado) archiepiscopo et capitulo Coloniensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Coloniensem, »in qua trium sanctorum magorum (maiorum *Lün.*) corpora . . . . conservantur,« in festivitate ipsorum sanctorum venerabiliter annuatim visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargiri. vi kal. (om. *Gel., Ennen*) Apr. a° 4°. ‖ Mansi Conc. XXIII. 568; Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI.) Fortsetz. 343. n° 33; Gelenius Farrago II. fol. 195; Kleinsorgen Kirchengesch. von Westfalen (Münster 1779 sq. 8°) II. 154; Ennen Quellen II. 258. n° 256. — »Licet is de.«

(" —) (") (12466) Potestati, consilio et populo Mediolanensibus nunciat mortem Henrici (lantgravii Thuringiae) regis Romanorum: »obiit quidem mundo, sed ut speramus firmiter vivit Deo.« Addit, se Petrum S. Georgii ad velum aureum diaconum cardinalem, commisso ei plenae legationis officio, destinasse ad Alemanniae principes, qui regi eidem adhaeserunt dum viveret, ut in ecclesiae devotione perseverent. Hortatur Mediolanenses, ut nulla ex praedicti regis morte depressione remissi contra Fredericum quondam Romanorum imperatorem eiusque fautores exsurgant continuo fortiores. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 172; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 510. — »Super petram fidei.«

Apr. 1 " (12467) Praemonstratensi et aliis abbatibus, prioribus eorumque conventibus Praemonstr. ordinis concedit, ne quis legatus vel nuncius apostolicae sedis *etc.* per litteras apostolicas ad contribuendum aliquid occasione cuiuscumque subsidii ecclesiae Romanae *etc.* eos compellere possit invitos. Kal. Apr. a° 4°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 670. n° 73. — »Cum pro toto.«

" 2 " (12468) Universos Christifideles rogat et hortatur, ut fratribus ord. Minor. de Monte Sancto Firman. dioc ad consummationem ecclesiae pias elemosynas erogent *etc.* iv non. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 451. n° 187. — »Quoniam ut ait.«

" 2 " * (12469) Priori et conventui fratrum Praedicatorum Lugdunensibus confirmat concordiam initam inter ipsos et ecclesiam s. Pauli Lugdunensis super iure sepulturae. iv non. Apr. a° 4°. ‖ Bzovius Annal. ord. Praed. I. 440; Ripolli Bullar. Praed. VII. 20 in n° 357.

" 3 " (12470) (Lupo) episcopo Marrochitano concedit facultatem, ut laicis qui cum ipso ad partes Africanas accesserint, illam suorum peccaminum veniam elargiatur, quae proficiscentibus in Terrae sanctae subsidium in generali concilio est concessa. iii non. Apr. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 188; Sbaralea l. c. n° 188. — »Cum laicorum obsequiis.«

" 6 " (Conrado) archiepiscopo et capitulo Coloniensibus: »vi Apr. a° 4°« — »Licet is de.« ‖ Ennen Quellen II. 258. n° 256, *vid.* 1247. Mart. 27. n° 12465.

" 8 " * (12471) Praepositum et conventum de Tulba Herbipolens. dioc. in causa abbatissae de Coeliporta Cisterc. ord. contra Heroldum de Cellingen decimas concernente iudices delegat. vi id. Apr. a° 4°. ‖ Lang Regesta II. 385.

" 9 " (12472) Universis Christifidelibus, qui subsidia contribuerint fabricae ecclesiae et conventus Auximani fratrum ordinis Minorum, indulgentiam 40 dierum promittit. v id. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 452. n° 189. — »Quoniam ut ait.«

" 13 " (12473) Aquilegensi et Gradensi patriarchis, Mediolanensi, Ravennatensi et Ianuensi archiepiscopis et eorum suffraganeis ac abbatibus, prioribus . . . et aliis tam exemptis quam non exemptis ecclesiarum praelatis per regiones illas constitutis O(ctavianum) S. Mariae in via lata diac. cardinalem apostolicae sedis legatum commendat eisque praecipit, ut eidem humiliter et devote intendant. Id. Apr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 190. — »Salubrem et prosperum.«

" 13 " (12474) Praeposito et capitulo Chasmensis ecclesiae terras, possessiones, redditus et alia bona, quae (Stephanus) Zagrabiensis episcopus eidem a se propriis sumptibus fundatae ecclesiae pro dote contulit, confirmat. Id. Apr. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 365; Katona Hist. crit. VI. 107; Fejér Cod. dipl. IV. i. 463; Theiner Mon. Hungar. I. 204. n° 381. — »Solet annuere sedes.«

" 13 " (12475) Margaritae filiae cl. mem. ducis Austriae, viduae Henrici filii Friderici quondam imperatoris Romanorum, suadet ut cum Hermanno comite de Hennenberc Herbipolens. dioc. nepote incl. record. Henrici regis Romanorum, germano marchionis Misnensis matrimonium inire nullatenus postponat. Id. Apr. a° 4°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 545. n° 1167; *cf.* Palacky Reise 31. n° 188. — »Cum sicut nuper.«

" 15 " (12476) (Martello) archiepiscopo Turonensi et eius suffraganeis significat, se in festo resurrectionis dominicae b. Guillelmum Briocensem episcopum sanctorum catalogo adscripsisse, eisque mandat, ut festum ipsius iv kal. Aug. celebrare curent et faciant per suas dioceses et civitates solemniter celebrari. xvii kal. Mai. a° 4°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 263; *omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 22. — »Cum venisset patriarcha.«

" 15 " * (12477) Thesaurario et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis concedit, ut decimas de manibus laicorum in parochiis suis aut alienis redimere possint. xvii kal. Mai. a° 4°. ‖ Défense des privil. de l'égl. de St. Martin de Tours, pr. 32.

1247.

Apr. 17 Lugduni (12478) Regem Cypri et dominum regni Hierosolymitani requirit et rogat, ut Terram sanctam, quae peccatis exigentibus persecutionum concutitur incommodis diversarum, ad statum reducat meliorem. xv kal. Mai. aº (8º, *sed legas*) 4º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 55. — »Debent qui potestate.«

„ 17 „ (12479) Spalatensi, Iadrensi et Ragusino archiepiscopis ac eorum suffraganeis O(ctavianum) S. Mariae in via lata diaconum cardinalem mittit legatum eisque praecipit, ut ipsius monita et praecepta adimpleant. xv kal. Mai. aº 4º. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 101; Fejér Cod. dipl. VII. v. 270. — »Quia corporali praesentia.«

„ 17 „ (12480) Dinbgaldum dominum de terra Macherummel in Kintyre Lismorens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit. xv kal. Mai. aº 4º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 46. nº 119. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

„ 17 „ (12481) Episcopo, decano et archidiacono Darensibus mandat, ut Limiricensem episcopum ad cedendam ecclesiam compellant. xv kal. Mai. aº 4º. ‖ Theiner l. c. 46. nº 120. — »Ex parte venerabilis.«

„ 17 „ (12482) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus et conventibus universis Praemonstr. ordinis indulget, ut Praemonstratenses ecclesiae nonnisi per personas eiusdem ordinis visitari possint. xv kal. Mai. aº 4º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 670. nº 74. — »Pro divini honore.«

„ 17 „ (12483) Abbatissam et conventum monasterii de Libro s. Mariae [Marienbuch] in Reigerinc Cisterc. ord. Monaster. dioc. protegendas suscipit cum omnibus bonis earumque terras, possessiones *etc.* confirmat. xv kal. Mai. aº 4º. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 253. nº 468. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

„ 21 „ * (12484) Scabinos Yprenses certiores facit, se eis indulgere, ut nullus sedis apostolicae legatus in eos vel universitatem Yprensem interdicti, suspensionis vel excommunicationis sententiam sine speciali ipsius sedis mandato promulgare audeat. xi kal. Mai. aº 4º. ‖ Diegerick Invent. 64. nº 74; *cf.* Lambin Tydrekenkundige Lyst. Nalez. 4.

„ 22 „ (12485) (Iohanni) archiepiscopo Viennensi mandat, concedat magistro et fratribus domus pauperum s. Antonii Viennens. dioc., ut ibidem conventum ordinent, in quo secundum b. Augustini regulam vivere possint. x kal. Mai. aº 4º. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 50. — »Ex parte dilectorum.«

„ 22 „ (12486) Abbati monasterii s. Columbae ord. s. Ben. Sodreyensis dioc. usum annuli et mitrae concedit et ut in monasteriis eiusdem ordinis, archiepiscopo vel episcopo aliquo non praesente, benedictionem sollempnem clero et populo det. x kal. Mai. aº 4º. ‖ Chronica reg. Manniae et Insul. ed. P. A. Munch 157; Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. i. 16. — »A longinqua nobis.«

„ 24 „ (12487) Fratri Laurentio poenitentiario suo apostolicae sedis legato mandat, ne, cum (Robertus) patriarcha Ierosolymitanus de defunctorum legatis habuerit pecuniae quantitatem ac partem ipsius pauperibus et infirmis Babiloniae erogarit ac reliquam partem servet in usus similes convertendam, ipsum super restitutione pecuniae praedictae nullatenus molestet. viii kal. Mai. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 452. nº 191. — »Inter alia pietatis.«

„ 24 „ (12488) Archiepiscopos, episcopos, abbates … et alios ecclesiarum praelatos exhortatur, ut discedentes fratres Minorum post professionem factam ab eis secundum eiusdem ordinis instituta, praesertim excommunicatione notatos, omnino evitent. viii kal. Mai. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 168; Sbaralea l. c. 453. nº 192. — »Fratrum Minorum continent.«

„ 24 „ (12489) Praeposito et capitulo S. Antonini Placentinis concedit, ut praebendam, dummodo sacerdotalis non sit, tribus mansionariis in ecclesia ipsa in sacris ordinibus continue residentibus deputare libere valeant. viii kal. Mai. aº 4º. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 398. nº 90. — »Exigentibus vestre devotionis.«

„ 25 „ (12490) Praeceptorem et fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem libertates et immunitates necnon terras, possessiones, vineas *etc.* eis confirmat. vii kal. Mai. aº 4º. ‖ Strehlke Tab. 368. nº 511. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

„ 26 „ (12491) Abbati et conventui monasterii Morbacensis (Murbac. *Lün.*) ord. s. Ben. Basiliens. dioc. indulget, ut ad solutionem debitorum sui monasterii non teneantur nec compelli possint, nisi ea constiterit in utilitatem eiusdem fuisse conversa. vi kal. Mai. aº 4º. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 392. nº 515; Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 973. nº 36. — »Cupientes indempnitati monasterii.«

26 „ (12492) Eisdem supplicantibus decernit, prohibitionem apostolicam — qua vetat ne in universitatem vel collegium excommunicationis sententia proferatur — circa collegium Murbacense observandam esse. vi kal. Mai. aº 4º. ‖ Lünig l. c. 973. nº 37. — »Cum nuper prohibuerimus.«

1247.

Apr. 26 Lugduni (12493) Monasterium s. Martini Murensis ord. s. Ben. Constantiens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. vi kal. Mai. indict. V. aº dom. incarn. 1247. pont. aº 4º. ‖ Murus et antemurale. Oder Muri u. seine Vormaur das ist Beschreib. des Fürstl. Bened.-Stiffts Mury. Mury 1720. 4º; Gallia christ. V. instr. 521. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 26 „ (12494) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus generali capitulo praesidentibus mandat, ut Cisterciensi ordini incorporent abbatissam et conventum monasterii Vallis Rosarum Wormat. dioc. et instruant regularibus disciplinis. vi kal. Mai. aº 4º. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 340. — »Cum dilecte in.«

(„ 26) („) (12495) Monasterium s. Mariae de Valle Rosarum Wormat. dioc. protegendum suscipit statuens, ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam et institutionem Cisterciensis formae a sede apostolica post concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus ibidem inviolabiliter observetur, eiusque possessiones ac bona confirmat. *Sine signo chronol.* ‖ Remling l. c. I. 340. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 27 „ (12496) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui manum porrexerint adiutricem fabricae Lugdunensis ecclesiae, cuius »sacrosanctum altare propriis manibus duximus consecrandum«, ad ampliandam indulgentiam 40 dierum dudum concessam elargitur indulgentiam unius anni. v kal. Mai. aº 4º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 85. — »Licet benefacientibus fabricae.«

„ 30 „ (12497) (Petro) episcopo, decano et capitulo Meldensibus confirmat statuta, quae dictus episcopus mense Martio 1245 ediderat, tenore eorum inserto. ii kal. Mai. aº 4º. ‖ Theodori Poenitent. II. 443; Du Plessis Hist. de Meaux II. 148. nº 346. — »His quae ab.«

„ 30 „ * (12498) Consulibus et universitati Montispessulani concedit, ut extra districtum regis Aragonum per litteras apostolicas ad iudicium trahi nequeant, nisi praefatae litterae de hac indulgentia specialem fecerint mentionem. ii kal. Mai. aº 4º. ‖ Teulet Layettes II. 612. nº 3510 *male ad* a. 1246. — »Cum hii qui.«

Mai. 1 „ (12499) Magistro Silvestro S. Iohannis de Duce et Iohanni S. Andreae canonicis Anagninis in Anglia commorantibus mandat, ne permittant ut abbas et conventus monasterii s. Mariae de Gloria Anagniae Florensis ordinis quaedam beneficia in Anglia habentes de subsidio imperio Romaniae concesso aliquatenus molestentur. Kal. Mai. aº 4º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 46. nº 121. — »Cum dilectus filius.«

„ 3 „ (12500) Praefecto Urbis praecipit, ut a Tuscanensibus, Vetrallensibus et dominis Tulfae veteris satisfactionem pro damnis sibi illatis et inferendis exigat. v non. Mai. aº 4º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 123. nº 221. — »Quia cuique pro.«

„ 4 „ (12501) (Aymonem) dominum de Fulciniaco attollit laudis praeconio singularis, quod ecclesiae contra Fridericum quondam Romanorum imperatorem viriliter assistat, et ob hoc eum atque terram eius sub protectione sedis apostolicae recipit. iv non. Mai. aº 4º. ‖ Histor. patr. monum., Chart. I. 1388; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. i. 531. — »Quamplures nobiles et.«

„ 4 „ (12502) (Conrado) Constantiensi episcopo mandat, ut, cum Conradus filius quondam Friderici imperatoris advocatiam monasterii Renaugiensis [Rheinau prope Schaffhausen], quam idem Fridericus a Diethalmo de Chreinchighen [Kränkingen prope Waldshut] et natis eius emerat, eisdem nobilibus post latam in ipsum Fridericum depositionis sententiam titulo pignoris obligaverit, et abbas ipsius monasterii pontem supra Rhenum et turrim ab alio latere existentem, per quae ipsius monasterii claudebatur insula, praedictis nobilibus praesumpserit tradere, eisque scienter communicet excommunicationis vinculo innodatis, eundem abbatem pro tam enormi excessu a regimine abbatiae amoveat. iv non. Mai. aº 4º. ‖ Mone Anzeiger 1838. p. 347 ex cod. ms. Vatic. nº 7183, *ubi* Gregorio IX *vitiose tribuitur.* — »Tua nobis fraternitas.«

„ 4 „ (12503) Bituricensi, Remensi, Turonensi, Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis et eorum suffraganeis et abbatibus, decanis, archidiaconis, capitulis et aliis ecclesiarum praelatis et clericis per Bituricensem … et Rothomagensem provincias constitutis, qui supplicaverant, ut constitutionem in Lugdunensi concilio pro subventione imperii Constantinopolitani editam in parte moderari et in parte interpretari curaret, significat, se moderationem et interpretationem membrorum praefatae constitutionis (Petro) Albanensi episcopo commisisse eisque transmittit tenorem harum moderationis et interpretationis hîc insertarum, quem confirmat et communit. iv non. Mai. aº 4º. ‖ Guérard Cartul. de St. Père de Chartres II. 698. — »Ex parte vestra.«

„ 4 „ (12504) Monasterii s. Antonii Torcellanensis dioc. ord. s. Ben. tutelam suscipit illudque multis adauget privilegiis. iv non. Mai. indict. V. incarn. dom. aº 1247. pont. aº 4º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 157. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 6 „ (12505) O(ctaviano) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut s. Marci Tyrensis et s. Marci Acconensis ecclesias ad ecclesiam s. Marci de Ve-

1247.

netiis pertinentes in ius et proprietatem b. Petri recipiens firmiter inhibeat, ne quis in illas iurisdictionem aliquam audeat exercere. ɪɪ non. Mai. a° 4°. ‖ Cornelius l. c. X. ɪɪ. 225; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 445. — »Illum erga Romanam.«

Mai. 6 Lugduni (12506) Monasterii s. Dei genitricis et virginis Mariae de Coelestibus Castellan. dioc. patrocinium suscipit illudque multis ornat privilegiis. ɪɪ non. Mai. ind. V. incarn. dom. a° 1247. pont. a° 4°. ‖ Cornelius l. c. XI. 242. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 7 » (12507) Petro S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali mandat, ut possit relaxare sententias a (Philippo) electo Ferrariensi tunc apostolicae sedis legato promulgatas de non contrahendo matrimonio inter Margaretam filiam Friderici quondam imperatoris et Albertum marchionis Misnensis filium pro eo, quod puellam eandem Hermannus quondam natus s. Elisabeth eidem Alberto in tertio gradu attinens primitus desponsarat, cum marchio Misnensis ad apostolicam sedem appellaverit duorum copulandorum imbecillam aetatem exponendo. Non. Mai. a° 4°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ɪ. 532. — »Exhibita nobis nobilis.«

» 7 » (12508) Marchioni Misnensi consulit, ut, licet litteras suas P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali sedis apostolicae legato dirigat de sententiis propter matrimonium inter Margaretam imperatoris Friderici filiam et Albertum filium marchionis contrahendum relaxandis, puellam ad patrem remittat, cum matrimonium huiusmodi tolerare non possit. Porro eum ab omni promissione et obligatione pecuniaria praefato Friderico facta occasione sponsalium absolvit. Non. Mai. a° 4°. ‖ Huillard-Bréholles l. c. 534; Erben Reg. Bohem. I. 547. n° 1173; *cf.* Palacky Reise 31. n° 189. — »Miramur plurimum et.«

» 7 » (12509) Potestati et communi Vercellensibus indulget, ut nullus delegatus possit per litteras a sede apostolica impetratas, etiamsi per ipsas iam incoeptum negotium fuerit, in eos excommunicationis et in eorum civitatem interdicti sententias promulgare. Non. Mai. a° 4°. ‖ Mandelli Comune di Vercelli I. 145. — »Sincerae devotionis affectus.«

» 10 » (12510) Ministro generali ordinis fratrum Minorum mandat, ut »cum credamus universitati ordinis multipliciter expedire, ut generale capitulum his diebus in nostra praesentia celebretur,« ad papae praesentiam festinus accedat »cum nostrae benedictionis plenitudine dictum capitulum prosecuturus ex more, quod ɪɪɪ id. Iul. proxime venturi ... providimus celebrandum.« ᴠɪ id. Mai. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 170; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 453. n° 193. — »Illius dilectionis affectus.«

» 10 » (12511) Universis ministris provincialibus, custodibus et fratribus ordinis fratrum Minorum in generali capitulo congregandis *in eundem modum.* ᴠɪ id. Mai. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 171; Sbaralea l. c. 454. n° 194. — »Illius dilectionis affectus.«

» 11 » (12512) Alphonso regis Castellae primogenito gravissime conquerenti, quod per comitem Boloniae quam plura regi Portugalliae eiusque regno et sibi gravamina inferuntur, significat, se destinare Desiderium poenitentiarium suum in dictum regnum, ut ipse de eiusdem statu diligenter inquirens sedem apostolicam plene de statu ipso certificet. Rogat eum et hortatur, ut eidem fratri adhibeat in huiusmodi negotio firmam fidem. ᴠ id. Mai. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 454. n° 195; *omisso initio in* Ripolli Bullar. Praed. I. 173. n° 175; *in* Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 18. — »Illum erga multos.«

» 11 » (12513) Regi Portugalliae — cui cuiusque regno per comitem Boloniae quamplura gravamina inferebantur, super quibus opportunum per apostolicam providentiam adhiberi remedium petivit — mittit fratrem Desiderium poenitentiarium suum »ut ipse ... de praefati tui regni statu diligenter inquirens nos plene de statu ipso certificare procuret.« ᴠ id. Mai. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 403. — »Illum erga multos.«

» 11 » (12514) P(etro) S. Gregorii ad velum aureum diacono card. apostolicae sedis legato mandat, ut ad petitionem (Wenceslai) regis Boemiae Conrado iam dudum ab ecclesia Olomucensi amoto villam Cholso et de Opavia et de Gelz possessiones usque ad valentiam 300 marcarum argenti annis singulis conferat. ᴠ id. Mai. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 73. n° 99; Erben Reg. Bohem. I. 548. n° 1174; *cf.* Palacky Reise 31. n° 190; Grünhagen Regest. I. 253. n° 657. — »Ex parte carissimi.«

» 11 (») (12515) (Iohanni) episcopo Anconitano concedit, ut, quamdiu duraverit guerra, ad visitationem sedis apostolicae minime teneatur. ᴠ id. Mai. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 335. — »Impedit malitia temporis.«

» 11 » (12516) Eidem concedit, ut terras, possessiones et alia, quae Aesini, Senogalienses et Auximani F(riderico) quondam imperatori adhaerentes in feudum vel (*om. Ugh.*) sub annuo censu ab Anconitana ecclesia tenent, ad manus suas revocet. ᴠ id. (Non: id. *Sar.*) Mai. a° 4°. ‖ Saracini Notit. d'Ancona 194; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 123. n° 222; *sine loco* Ughelli l. c. 335. — »Ne glorientur reprobi.«

» 11 » (12517) Eidem mandat, ut Auximanos, qui F(riderico) quondam imperatori dampnabiliter adhaerentes ecclesiae suae iniurias diras et iacturas enormes intulerint, ad eas resarciendas compellat. ᴠ id. (Non: id. *Sar.*) Mai. a° 4°. ‖ Saracini l. c. 194; Theiner l. c. 124. n° 223; *sine loco* Ughelli l. c. 335. — »Indevoti Deo et.«

1247.

Mai. 12 Lugduni (12518) A. marchionem Estensem rogat, ne falsis et inexcogitatis Fr(iderici) quondam imperatoris rumoribus per orbem insonantibus credat. ɪᴠ id. Mai. a° 4°. ‖ Theiner l. c. 124. n° 224. — »Nec novum est.«

» 13 » (12519) S. Andreae, Dumblanensi et Brechinensi episcopis mandat, ut de postulatione magistri Petri de Rameseya diaconi in episcopum Aberdonensis ecclesiae diligenter inquirant et, si eandem canonice ipsis constiterit esse factam, postulato munus consecrationis impendant. ɪɪɪ id. Mai. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 46. n° 122. — »Ex parte dilectorum.«

» 15 » (12520) Episcopo Aretino marchiae Anconitanae rectori praescribit, ut proditionis incentores Montefeltranum, Gotteboldum, Guilelmum et Thomascium eius filios .... Gerardellum de Senegalia, quod prodiderint Romanam ecclesiam, refraenet eorumque temeritatem castiget. Id. Mai. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. l. 124. n° 225. — »Perditionis filii et.«

» 15 » (12521) Archiepiscopum, archipresbyterum et capitulum Pisanos rogat et hortatur, ut Albertum plebanum de Campilio, natum Uguccionis loci eiusdem ac nepotem Guilelmi comitum in canonicum admittant. Id. Mai. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 433. — »Benignitatem apostolicae sedis.«

» 15 » (12522) Universis Christifidelibus, qui elemosynas et charitatis subsidia praestiterint fabricae ecclesiae et conventus fratrum Minorum Saonensium, indulgentias impertitur. Id. Mai. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 456. n° 196. — »Quoniam ut ait.«

» 15 » * (12523) Monasterium s. Mariae in Lippia [Lippstadt] ord. s. Aug. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. Id. Mai. a° 4°. ‖ Preuss Lippische Regesten l. 171. n° 231, *perperam ad* a. 1244

» 18 » (12524) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ne super his quae spectant ad forum ecclesiae, teneantur coram saeculari iudice respondere, districtius inhibens, ut nullus super hoc eos de cetero turbare audeat. xᴠ kal. Iun. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 367. n° 510, *perperam ad* d. 17. Apr. — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 » (12525) Monasterii s. Mariae iuxta canalem prope Giratam Castellan. dioc. tutelam suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat. xᴠ kal. Iun. indict. V. incarn. dom. a° 1247. pont. a° 4°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 162; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 456. n° 197. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 22 » (12526) Petro S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut in partibus Theutoniae in publicis stationibus et aliis locis, in quibus solet multitudo populi convenire, per aliquos religiosos excommunicationi subdantur omnes illi, qui, postquam ecclesiae adhaeserunt et super hoc praestiterunt iuramentum, redire ad obsequia Frederici et Conradi nati eius ausu nefario praesumpserunt *etc.* xɪ (non., *legerim*) kal. Iun. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 3. — »Multum expediret ecclesiae.«

» 22 » (12527) Episcopo Morinensi mandat, ut, cum in villa Yprensi, »in qua fere 200,000 hominum commorantur,« quatuor parochiales ecclesiae tantummodo sint statutae et scabini ac universitas eiusdem villae propter suum non modicum in spiritualibus detrimentum petiverint ut in ea tam ecclesiarum quam canonicorum regularium numerus augmentetur, super his veritatem inquirat et sedi apostolicae quod invenerit fideliter rescribat. xɪ kal. Iun. a° 4°. ‖ Warnkönig Flandr. Staatsgesch. II. ɪ. 168; Annal. de la soc. d'émul. de la Flandre occid. Sér. 2. VII. 217; Diegerick Analect. 49; *eiusd.* Invent. 64. n° 75; *cf.* Lambin Tydrekenkundige Lyst 7, *perperam ad* a. 1246. — »Ex parte dilectorum.«

» 24 » (12528) Universis abbatibus et conventibus ordinis Cisterciensis mandat, ut omnes quos de ordine fratrum Praedicatorum contra mandatum apostolicum receperint, ad priores ipsorum remittant et a receptione talium propter quietem ordinis utriusque de cetero abstineant. ɪx kal. Iun. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 173. n° 176. — »Cum olim felicis.«

» 24 » (12529) Archiepiscopis et episcopis de superiore epistola significat eisque mandat, ut eos qui mandato apostolico noluerint obedire, ad id per censuram ecclesiasticam compellant. ɪx kal. Iun. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 174. n° 177. — »Cum olim felicis.«

» 25 » (12530) Decano et capitulo ecclesiae s. Mauritii Maguntinae, quibus A(rnoldus) camerarius Maguntinus et H(ermannus) frater eius (dicti de Turri) ius patronatus in ecclesia de Mumenheim [Mommernheim] Magunt. dioc. concesserant, hanc concessionem confirmat. ᴠɪɪɪ kal. Iun. a° 4°. ‖ C. A. Schaab Gesch. d. Erfindung der Buchdruckerkunst II. (Mainz 1830. 8°) 368. n° 214, *ubi* Innocentio V. 1257. Iun. 8 *perperam tribuitur.* — »Hijs que pie.«

» 25 » (12531) (Brunoni) electo Olomucensi mandat, ut collationem ecclesiarum s. Petri in Ghelz, s. Mariae in Moheltz, s. Pantaleonis in Pustemir, s. Petri in Iectare et s. Martini in Zenzans a Conrado episcopo amoto personis idoneis factam propter (Wenceslai) regis

1247.

Boemiae favorem ratam habeat. VIII kal. Iun. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 74. n° 100; Erben Reg. Bohem. I. 548. n° 1175; *cf.* Palacky Reise 31. n° 191. — »Cum sicut ex.«

Mai. 25 Lugduni (12532) Universis abbatibus et conventibus ordinis Cisterciensis mandat, ut nullum fratrum Praedicatorum recipiant et receptos ad priores ipsorum remittant. VIII kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1026. — »Cum olim felicis.«

» 26 » (12533) Universis Christifidelibus elemosynas facientibus pro fabrica ecclesiae fratrum Minorum de Monte Granario Firman. dioc. eorumque sustentatione indulgentias concedit. VII kal. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 458. n° 198. — »Quoniam ut ait.«

» 28 » (12534) Archiepiscopo Tuamensi mandat, ut causam Thomae quondam abbatis de Cella parva Praemonstr. ord., qui de episcopo et moniali genitus se in pastorem Enechdunensis ecclesiae, interveniente symoniae vitio, procuraverat intrudi, examinet et decernat. V kal. Iun. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 47. n° 123. — »Insinuarunt nobis dilecti.«

» 28 » Archiepiscopo Narbonensi: »V kal. Iun. a° 4°«, *vid.* n° 12538.

» 29 » (12535) Abbati de Buzaio Cisterc. ord. Nannet. dioc. significat, se Iohannem comitem Britanniae ab excommunicationis sententiis per episcopum Portuensem absolvisse, eique mandat, ut de damnis occasione occupationis regalium per dictum comitem episcopo et ecclesiae Nannetensibus illatis plenam illis faciat satisfactionem impendi. IV kal. Iun. a° 4°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 932. — »Dilectus filius nobilis.«

» 30 » (12536) (Ludovico) regi Franciae conqueritur, quod Amalricus vicecomes Narbonensis, homagii vinculo quo teneatur (Guilelmo) archiepiscopo Narbonensi et eius ecclesiae vilipenso, ipsum maioribus iusticiis terrae suae spolians homines eius capere et incarcerare *etc.* non vereatur. Hortatur eum, ne permittat ut dictus archiepiscopus et eius ecclesia a praedicto A(malrico) aut quolibet alio indebite molestetur. III kal. Iun. a° 4°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 99. — »Sua nobis venerabilis.«

» 30 » (12537) Aretino marchiae Anconitanae (rectori) et Firmano episcopis mandat, ut electionem Armanni in ecclesiae Aesinae episcopum per canonicos eiusdem ecclesiae factam penitus cassent et canonicum Montanarium eidem praeficiant in pastorem. III kal. Iun. a° 4°. ‖ Baldassini Città di Jesi. Append. 18; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 459. n° 201. — »Ad nostram noveritis.«

» 30 » (12538) Abbatem Windocinensem Senonens. dioc. rogat et hortatur, ut, cum Fredericus quondam imperator fautores suos infra quindecim dies post octavas pentecostes apud Camberiacum convocaverit cum ipsis inde Lugdunum profecturus ad purgandum se a sua infamia, cito ecclesiae subveniat, »cum super hoc nuntium nostrum et scripta receperis.« III kal. Iun. a° 4°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 536. — »Turbator seculi et.«

* *In eundem fere modum* Narbonensi archiepiscopo, V kal. Iun. a° 4°.

» 30 » (12539) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi in causa, quae vertitur inter Philippum Botatium et Iohannem Bellum dictum Zendatarium et Iacobum Caponum clericos Mediolanenses super praebenda in ecclesia s. Stephani Mediolan., mandat ut praefatam praebendam ei assignet, qui maioribus iuvetur meritis et eidem ecclesiae magis utilis esse possit. III kal. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 458. n° 200. — »In causa quae.«

» 30 » (12540) Archiepiscopos et episcopos per Yberniam constitutos hortatur, ut singuli de Italicorum clericorum redditibus et pensionibus ecclesiasticis, quae iidem habent in Ybernia, usque ad 100 marcas et infra quartam partem, de illis vero quae ultra 100 marcas sterlingorum obtinent, medietatem pro uno anno ad manus apostolicas nomine subsidii ecclesiae Romanae (ab imperatore Friderico II vexatae) accipi faciant. III kal. Iun. a° 4°. Theiner Mon. Hibern. 47. n° 124. — »Diversis angustiis et.«

* *In eundem modum* Episcopos per regnum Scotiae constitutos.

» » » Archiepiscopos et episcopos per regna Angliae, Ispaniae, Franciae et Alamaniae necnon per Provinciam, Wasconiam et Burgundiam constitutos.«

» 31 » (12541) Episcopo Tirburnensi, abbati Apostolorum Petri et Pauli Armachan. et priori Lwguede Armachanae dioc. mandat, ut sedem episcopalem ecclesiae Rathlurensis, cum villa Rathlurensis pene sit inaccessibilis propter montana nemora et paludes, ad locum pristinum Darensem villam reducant. II kal. Iun. a° (3°, *sed legas*) 4°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 125. — »Venerabili fratre nostro.«

» 31 » (12542) Abbati et conventui monasterii Altaeripae [Hauterive] Cisterc. ord. Lausann. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, a personis liberis in eodem monasterio professionem facientibus petere, recipere ac retinere libere valeant. II kal. Iun. a° 4°. ‖ Mémorial de Fribourg IV. (1857.) 212. — »Deuotionis uestre precibus.«

» 31 » (12543) Abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis mandat, ut omnes, quos de ordine Minorum contra mandatum Gregorii IX pp. receperunt, ad ministros ipsorum remittant.

1247.

et de cetero a receptione talium propter quietem ordinis utriusque abstineant. II kal. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 167. — »Cum olim fere.«

Iun. 1 Lugduni (12544) Abbati Placensi ord. Cisterc. Pragens. dioc. mandat, ut sententiam suspensionis a (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi in (Nicolaum) episcopum Pragensem absque mandato sedis apostolicae speciali latam pro eo, quod totum regnum Boemiae ecclesiastico supponere interdicto noluit, auctoritate apostolica relaxet. Kal. Iun. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 75. n° 101; Erben Reg. Bohem. I. 548. n° 1176; *cf.* Palacky Reise 31. n° 192. — »Ex parte carissimi.«

» 2 (») (12545) Magdeburgensi episcopo (*sic! num legendum* Numburgensi episcopo?) et praeposito Seburgensi mandat, cogant per censuram ecclesiasticam burggravium de Donya, ut Misnensibus ablata restituat. »Laterani« IV non. Iun. a° 4°. ‖ Chrn. Bartsch Historie der alten Burg Dohna (Dressd. u. Leipz. 1735. 8°) 164. N. — »Dilecti filii Misnenses.«

» 4 » (12546) Fratri Laurentio de ordine Minorum poenitentiario suo apostolicae sedis legato mandat, ut se iurisdictioni patriarchae Hierosolymitani deinceps nullatenus opponat. II non. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 176; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 460. n° 202. — »Satis existeret inhonestum.«

» 4 » Petro S. Georgii ad velum aureum diacono card. apostolicae sedis legato: »XI non. (*aut* II non. *aut* XI kal. *legendum videtur*) Iun. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 3, *vid.* 1247. Mai. 22. n° 12526.

» 4 » (12547) Decano, capitulo ac universis clericis Herbipolensibus indulget, ut durante instantis persecutionis procella non possint trahi extra civitatem Herbipolensem in causam per litteras apostolicas non facientes de hac indulgentia mentionem. II non. Iun. a° 4°. ‖ Mon. Boica XXXVII. 328. — »Obtentu venerabilis fratris.«

» 5 » (12548) (Henrico) episcopo Argentinensi committit, ut cum Bertoldo canonico Argentinensi filio Conradi de Horburg dispenset, quod praeter beneficia quae obtineat curam animarum habentia, alia quoque vel personatus licite recipere possit. Non. Iun. a° 4°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 397. n° 527. — »Cum sicut ex.«

» 5 » (12549) Fratrem Laurentium de ordine Minorum poenitentiarium suum dirigit ad partes transmarinas tamquam pacis angelum, commisso ei in Armenia, Iconio, Turchia, Graecia et regno Babyloniae, ac super omnes Graecos tam in Antiocheno et Hierosolymitano patriarchatibus, quam regno Cypri morantes, necnon super Iacobitas, Marronitas et Nestorianos plenae legationis officio. Non. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 175; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 460. n° 203; Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 30, *omisso initio.* — »Quia corporali praesentia.«

» 5 (») * (12550) Duci Moraviae (*leg.* Meraniae) comiti palatino Burgundiae indulget, ut nemo in eum, familiam et terras eius sententiam excommunicationis ferre valeat absque mandato apostolico. Non. Iun. (a° 4°). ‖ Palacky Reise 31. n° 193.

» 6 » (12551) Universis Christifidelibus porrigentibus manus adiutrices pro constructione ecclesiae et conventus fratrum Minorum de Valle felici Coloniens. dioc. indulgentias promittit. VIII id. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 461. n° 204. — »Quoniam ut ait.«

» 7 » (12552) Magistro et praepositis ordinis Humiliatorum petentibus inhibet, ne aliqua saecularis persona de cetero ad exercenda saecularia officia fratres primi, secundi et tertii ordinis compellat invitos. VII id. Iun. a° 4°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 216. — »Devota humilitas a.«

» 7 » (12553) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut dicti fratres Humiliatorum ab aliquibus indebite molestentur. VII id. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 461. n° 205. — »Devota humilitas dilectorum.«

» 7 » (12554) Guardiano et fratribus Minoribus de Wiriburch Constantiens. dioc., quibus plebanus de Wirimburch capellam s. Martini loci eiusdem ac loci ipsius universitas contulerant, hanc collationem confirmat. VII id. Iun. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 462. n° 206. — »Iustis petentium desideriis.«

» 8 » (12555) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Magdalenae de Alexandria concedit facultatem, ut, cum universitas Alexandriae ecclesiae Romanae annuatim solvere teneatur quandam pecuniae quantitatem ipsamque non solverit pluribus annis iam elapsis temporis malitia prohibente, petant ac integre recipiant pro quinque annis proxime praeteritis memoratam pecuniam. VI id. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 472. n° 52; Sbaralea l. c. n° 207. — »Vestrae devotionis precamina.«

1246. Iul. 12 — **1247.** Iun. 10.

» (12556) Abbati et conventui S. Iudoci in Nemore Praemonstr. ord. Ambianens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis per litteras apostolicas compelli nullatenus possint. IV id. .... a° 4°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 516. — »Ecclesiae vestrae gravaminibus.«

1247.

Iun. 11 Lugduni (12557) Universis Christifidelibus, qui manus porrexerint adiutrices pro consummatione ecclesiae *etc.* fratrum Minorum de Ripatransonis Firman. dioc., indulgentias elargitur. III id. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 463. n° 208. — »Quoniam ut ait.«

» 11 » * (12558) Fratribus Praedicatoribus concedit, ut excommunicatis in emptione et venditione ceterisque vitae sustinendae necessitatibus communicent, dummodo ne se in crimine illis per participationem commisceant. III id. Iun. a° 4°. ‖ Bzovius Annal. ord. Praed. I. 438; Ripolli Bullar. Praed. VII. 20. n° 357.

» 12 » (12559) (Henricum) regem Anglorum rogat et hortatur, quod moleste non ferat exactionem vicesimae de redditibus ecclesiasticis in Anglia in subsidium Terrae sanctae, et significat ei, quod super provisionibus in Anglia faciendis moderate se habebit. II id. Iun. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. I. 155. — »Personam tuam ea.«

» 12 » (12560) Archiepiscopo Narbonensi eiusque suffraganeis volens ut in Francia sit uniformitas in procurationibus sedis apostolicae legatorum mandat, ut huiusmodi procurationes in provincia sua reducant ad legitimum modum, qui in aliis Franciae provinciis observetur. II id. Iun. a° 4°. ‖ P. de Marca De concordia sac. et imp. 728. — »Volentes ut in.«

» 12 » (12561) Roberto canonico Regino Bononiae commoranti mandat, ut in controversia vertente inter abbatem conventumque monasterii de Nonantula ord. s. Ben. et Hugolinum et Comitem (?) milites ac quosdam alios Bononienses cives super iure praesentandi in ecclesia s. Georgii de Poziali Bononiensi decernat quod canonicum fuerit. II id. Iun. a° 4°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 375. n° 455. — »Sua nobis dilecti.«

» 12 » (12562) Abbates et conventus ordinis Cisterciensis redarguit propter transgressionem constitutionis Gregorii IX pp. de non admittendo fratres ordinis Minorum in suum consortium (d. d. 1235. Mai. 19, *vid.* n° 9915); praecipit ut receptos remittant ad suos et de cetero a talium receptione abstineant. II id. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 463. n° 209. — »Cum olim felicis.«

» 12 » * (12563) Innocent, sur la plainte des juifs de Champagne, invite Thibaut comte de Champagne à faire payer par ses sujets chrétiens les sommes que ces chrétiens doivent auxdits juifs, et à les empêcher de maltraiter les mêmes juifs. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 422. n° 2799.

» 13 » (12564) Potestati, consilio et communi Camerini in recompensationem damnorum quae pro fidelitate et devotione ecclesiae Romanae passi sunt, castra villas terras et alia bona quae a 30 annis possident, sicut ea omnia iuste possidebant tempore motae discordiae inter ecclesiam et Federicum quondam imperatorem, confirmat. Id. Iun. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 556; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 543. — »Efficax vestre devotionis.«

» 13 » (12565) Episcopo Cerviensi Bononiae commoranti et magistro Bernardo canonico Bononiensi capellano suo mandat, ut, cum (Cirsaccus) abbas monasterii de Nonantula ord. s. Ben. confectus senio regimini abbatiae cedere velit, eius cessionem recipiant, eidem congruam provisionem de bonis monasterii assignent et conventui praecipiant, ut de abbate novo sibi provideant. Id. Iun. a° 4°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 125. — »Cum sicut ex.«

» 13 » (12566) Fratrem Iohannem Vicentinum ord. Praed. rogat et hortatur, ut ad expurgandos haereticos et haereticam pravitatem in partibus Lombardiae omnis attentionis studium impendat. Id. Iun. a° 4. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 174. n° 178. — »Inter alia quę.«

» 13 » (12567) Monasterio s. Iusti de Secusia decimas de Burgone, Frayseneriis ac Chanusco villis concedit. Id. Iun. a° 4°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1389. — »Dilectus filius abbas.«

» 13 » (12568) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, quod, si contra privilegia eis a sede apostolica concessa apostolicas litteras impetrari contigerit, quae de ordine non faciant specialem mentionem, respondere ad eas non teneantur. Id. Iun. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 368. n° 512. — »Cum dilecti filii.«

» 13 » (12569) Repetit Gregorii IX n° 8011 de 1227. Aug. 18: »Id. Iun. a° 4°« — »Quieti vestre providere.« ‖ Strehlke l. c. 369. n° 513; de Geer Archieven I. 67. n° 68.

» 13 » (12570) Ministris provincialibus ordinis fratrum Minorum per Italiam et Siciliam constitutis mandat, ut ministris et fratribus ordinis de Poenitentia in Italia et regno Siciliae constitutis opportunis temporibus visitationis officium impendant eosque regularibus disciplinis instruant. Id. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 461. n° 37; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 464. n° 210. — »Vota devotorum ecclesiae.«

» 15 » (12571) Monasterii s. Mariae de Altaripa [Hauterive] Cisterc. ord. Lausann. dioc. protectionem suscipit eiusque bona ac possessiones confirmat. XVII kal. Iul. indict. V. incarn. dom. a° 1247. pont. a° 4°. ‖ Mémorial de Fribourg IV. (1857.) 213. — »Religiosam vitam eligentibus.«

1247.

Iun. 17 Lugduni (12572) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae in Porceto [Burtscheid] Cisterc. ord. Coloniens. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia exceptis feodalibus a personis liberis in ipsarum coenobio professionem facientibus petere ac recipere possint. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII von Aebtiss. 308. n° 13; Quix Burtscheid 239. — »Deuotionis uestre precibus.«

» 17 » (12573) (Ludovico) regi Francorum gratias agit, quod »solus in medio regum terrae praefulgidus elegit ad succursum matris ecclesiae non solum exponere substantiam, sed deputare personam.« »Volumus tamen, ut te non accingas ad iter nec aliquem mittas exercitum, quousque super hoc per nostrum nuncium vel speciales litteras votum apostolicae sedis agnoscas.« XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 13; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 465. n° 211; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. I. 544. — »Letentur celi et.«

» 17 » (12574) (Blanchae) reginae Franciae gratulatur, quod se ipsam velit cum exercitu ad iter accingere, ut possit ecclesiae magnifice subvenire. Rogat eam, ut infusum sibi et suis filiis a Deo propositum deducens iugiter in augmentum, ad hoc pro divini honore nominis firma et stabilis habeatur et sic proveniat status gratiae salutaris, verecundo manente persecutore ipsius ecclesiae dum mente confusus adverterit, quod aula regni Franciae ad hoc robur converterit suae potentiae, ut per eam fides quam ille suffocare nitatur, in statu decoris et gloriae conservetur *etc.* XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 14; Huillard-Bréholles l. c. 546. — »Vocibus gementis ecclesiae.«

» 17 » (12575) O(ctaviano) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato scribit, priorem ecclesiae s. Mariae Magdalenae in Valle de Petra Bononiens. dioc. in manibus prioris Eremitarum de Brictinis ord. s. Aug. pro se ac suo conventu fecisse obedientiam manualem, b. Augustini regulam et constitutiones se perpetuo observaturum. Addit, se Bononiensi episcopo preces direxissse, ut hoc confirmet. Mandat ei, exhortetur eundem episcopum, ut mandatum apostolicum compleat. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Empoli Bullar. 170. — »Insinuarunt nobis dilecti.«

» 17 » (12576) Universis Christifidelibus indulgentias elargitur, qui pro aedificio ecclesiae et conventus fratrum Minorum de Monte Florum Firman. dioc. elemosynas erogaverint. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 466. n° 212. — »Quoniam ut ait.«

» 17 » (12577) Eisdem, qui pro fabrica ecclesiae et conventus fratrum Minorum de Macerata Firman. dioc. charitatis subsidia contribuerint, idem promittit. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 213. — »Quoniam ut ait.«

» 19 (») * (12578) Pabst Innocentius IV confirmiret die Kirche zu Wörlitz. »Ap. Lateranum XIII kal. Iul. a° 4°. ‖ Gründl. Fürstell- u. Erweisung des Hauses Anhalt wegen des Herzogthums Sachsen-Lauenburg (Zerbst 1671. fol.) Beyl. A. *teste* Chrn. Schöttgen Inventar. dipl. historiae Saxoniae super. (Halle 1747. fol.) 88.

» 20 » (12579) Christoforo notario marchionis Misnensis concedit, ut, si praebendam in Misnensi ecclesia fuerit assecutus, illam cum ea Numburgensis ecclesiae libere valeat retinere. XII kal. Iul. a° 4°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 125. n° 141. — »Cum sicut te.«

» 20 » (12580) Episcopo Feretrano indulget, ut bona Tadei filii quondam Montisfeltrani, Besazoni de Planano, Guittoni de Cerreto et Tiberti filii dicti G. Friderico quondam Romanorum imperatori adhaerentium ecclesiae suae perpetuo applicare possit. XII kal. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 124. n° 226. — »Cum iustum bellum.«

» 22 » (12581) Universis Christifidelibus dantibus elemosynas pro perficienda fabrica et sublevanda indigentia fratrum Minorum de Monte Rubeano Firman. dioc. indulgentias concedit. X kal. Iul. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 466. n° 214. — »Quoniam ut ait.«

» 24 » (12582) Capitulo Darensi indulget, ut, cum sedes quae nunc dicatur Ruthlurensis, ad villam Darensem reducta fuerit, possint uti privilegiis, indulgentiis et concessionibus aliis olim eccleciae Ruthlurensi ab apostolica sede concessis, acsi eorum ecclesiae fuissent indulta. VIII kal. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 48. n° 126. — »Cum nos ad.«

» 25 » (12583) Episcopo Aretino marchiae Anconitanae rectori committit, ut Anconitanis civibus Duratium navigandi emendorum victualium causa licentiam concedat. VII kal. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 124. n° 227. — »Cum Anconitani cives.«

1246. Iul. 26 — 1247. Iun. 25.

— » (12584) Priori et fratribus eremitarum Vallis Omnium Sanctorum ord. s. Ben. Tullensis dioc. tertium decimum monachorum numerum, computato priore, ab ipsis statutum confirmat. VII kal. .... a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1028. — »Ecclesiarum utilitati ac.«

1247.

Iun. 26 Lugduni (12585) (Fulconem) archiepiscopum Gneznensem monet, ut ab illis clericis Cracoviensibus, qui, cum Cracoviensis civitas et diocesis frequentibus hostium insultibus molestentur, in suis ecclesiis residere non possint, dummodo iidem clerici alibi de sui episcopi et capitulorum suorum beneplacito infra eandem diocesim commorentur, nihil omnino proventuum exigat. vi kal. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 45. n° 91. — »Ex parte dilectorum.«

» 26 » (12586) Matheo dicto de Episcopo de Monte Ulmi et eius uxori P. bona aliquot rebellium ecclesiae pro satisfactione damnorum ab eis illatorum obligat. vi kal. Iul. a° 4°. Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 125. n° 228. — »Exigentibus vestre devotionis.«

» 26 » (12587) Cesenatensi et Foropopuliensi episcopis mandat, ut Taddaeum filium quondam Montisfeltrani et alios, qui tenentes a Feretranensi et aliis ecclesiis feuda adhaerendo Friderico quondam imperatori Romanorum excommunicato ipsis feudis reddiderunt se indignos, eisdem privent. vi kal. Iul. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 403. — »Cum nobilis vir.«

» 26 » (12588) Eisdem mandat, ut eundem Taddaeum, qui »episcopum et ecclesiam Feretranenses graviter persequi non desistit«, eis quae in Urbinatensi et Feretranensi civitatibus habet, privent. vi kal. Iul. a° 4°. ‖ Baluze l. c. 403. — »Ut Taddaeus filius.«

1246. Iun. 28 — 1247. Iun. 27.

— » (12589) Episcopo Magalonensi mandat, ut circa canonicos Magalonensis ecclesiae ord. s. Aug., qui sacros recipere ordines indebite aspernantur, libere officii sui debitum exequatur. *Sine die et mense,* a° 4°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 558 in n° 33. — »Lecta coram nobis.«

— (») * (12590) Universis Christifidelibus porrigentibus manus adiutrices pro constructione conventus fratrum Minorum Aquisgranensis indulgentias promittit. A° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1319 § 15.

1247.

Iul. 1 » (12591) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut nullus legatus, nisi de latere papae missus, auctoritate litterarum sedis apostolicae, aut praelatus aliquis de fratribus dicti ordinis ad sua vel ecclesiae negotia procuranda vel secum manendum aliquos assumere possit, nisi quos prior provincialis ipsorum ei duxerit assignandos. Kal. Iul. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 175. n° 179. — »Petitionibus vestris tam.«

(» 2) (») * (12592) Episcopo Ostiensi et tribus cardinalibus de prospero successu suo contra Fridericum quondam Romanorum imperatorem scribit et addit, (Ludovicum) regem Franciae magnum exercitum convocare regis in Germania novi eligendi causa. (vi non. Iul.) a° 5°. ‖ Pertz Archiv VII. 31, *ubi errore typogr. ad* a. 1249; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 551.

» 3 » (12593) Archiepiscopo Ravennati castrum a Friderico quondam imperatore in eius civitate constructum, quod sine multo scandalo ac dispendio a saeculari persona possideri non possit, concedit. v non. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 125. n° 229. — »Ex parte tua.«

» 3 » (12594) Abbatissae et conventui monasterii de Porceto Cisterc. ord. Coloniens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis compelli per litteras sedis apostolicae non possint absque speciali mandato sedis eiusdem faciente de hac indulgentia mentionem. v non. Iul. a° 5°. ‖ Quix Burtscheid 239. — »Deuotionis uestre precibus.«

» 5 » (12595) Guardiano et fratribus Minoribus villae Burgensis Tornacens. dioc., quibus scabini et universitas eiusdem villae pro translatione monasterii locum in prato qui dicitur Bramberg donaverunt, hanc donationem confirmat, tenore litterarum inserto. iii non. Iul. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 472. n° 53; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 467. n° 216. — »Religionis vestrae meretur.«

» 5 » (12596) Archiepiscopis et episcopis per Alemaniam constitutis significat, se recepisse Iudaeorum Alemaniae questionem, »quod nonnulli tam ecclesiastici quam saeculares principes ac alii potentes vestrarum civitatum et diocesum, ut eorum bona iniuste diripiant et usurpent, adversus eos impia consilia cogitant«, et »falso eis imponunt, quod in solempnitate paschali se corde pueri communicant interfecti, credendo id ipsam legem praecipere, cum sit legi contrarium manifeste.« Mandat eis, ut illis se exhibentes favorabiles atque benignos curent, ne Iudaei de cetero super his vel similibus ab aliquibus indebite praegraventur vel molestentur. iii non. Iul. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 84; Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 232; E. Weyden Gesch. der Juden in Köln (1867. 8°) 358; Ennen Quellen III. 62 *in* n° 88. — »Lacrimabilem Iudeorum Alemannie.«

* *In eundem modum* Archiepiscopis et episcopis per Galliam constitutis.

1247.

Iul. 5 Lugduni (12597) Generali et provincialibus fratrum Minorum in regno Franciae ministris committit curam monialium inclusarum monasteriorum ord. s. Dam. in eodem regno existentium. iii non. Iul. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 467. n° 215. — »Paci et saluti.«

» 6 » (12598) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut magistrum Bartholomaeum clericum Mediolanensem in aliqua ecclesia civitatis vel diocesis Cumanae recipi faciat in canonicum. ii non. Iul. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 469. n° 217. — »Apostolicae sedis ampla.«

» 6 » (12599) (Brunoni) electo Olomucensi mandat, ut dispenset cum clericis terrae (Wenceslai) regis Boemiae in Budsin [Budišjn], qui metu eiusdem regis durante interdicto ecclesiastico divina officia celebraverant. ii non. Iul. a° 5°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 76. n° 103; Erben Reg. Bohem. I. 549. n° 1178; *cf.* Palacky Reise 31. n° 194. — »Ex parte carissimi.«

» 6 » * (12600) Repetit n° 12130 d. d. 1246. Mai. 31: »Solet annuere sedes.« ii non. Iul. a° 5°. ‖ Meyer von Knonau Regesten von Cappel 4. n° 39.

» 6 » * (12601) Repetit n° 12131 d. d. 1246. Mai. 31: »Meritis vestre sacre.« ii non. Iul. a° 5°. ‖ Meyer v. K. l. c. n° 40.

» 6 » * (12602) Repetit n° 12133 d. d. 1246. Mai. 31: »Thesauro virtutum sic.« ii non. Iul. a° 5°. ‖ Meyer v. K. l. c. n° 41.

» 6 » * (12603) Repetit n° 12132 d. d. 1246. Mai. 31: »Iustis petentium desideriis.« ii non. Iul. a° 5°. ‖ Meyer v. K. l. c. n° 42.

» 6 » * (12604) Repetit n° 12134 d. d. 1246. Mai. 31: »Cum a nobis.« ii non. Iul. a° 5°. ‖ Meyer v. K. l. c. n° 43.

» 6 » * (12605) Repetit n° 11641 d. d. 1245. Apr. 28: »Cum a nobis.« ii non. Iul. a° 5°. ‖ Meyer v. K. l. c. n° 44.

» 6 » * (12606) Repetit n° 12126 d. d. 1246. Mai. 28: »Dilecti filii abbas.« ii non. Iul. a° 5°. ‖ Meyer v. K. l. c. n° 45.

» 10 » * (12607) (Wernero) abbati et conventui de Capella Cisterc. ord. Constantiens. dioc. indulget, ut, cum propter sequaces Friderici quondam imperatoris divina officia in monasterio suo secure celebrare non valeant, in ecclesia s. Stephani Turici eadem celebrent. vi id. Iul. a° 5°. ‖ Meyer v. K. l. c. 4. n° 46.

» 11 » (12608) Priorissae et conventui monasterii s. Leonhardi in Hüseren Basiliens. dioc. significat, se, Galtherio de Iovigniaco pro eis supplicante, ipsas et monasterium magistro et priori ord. fratrum Praedicatorum Theutoniae committere et statuere, ut sub magisterio et doctrina magistri et prioris provincialis Theutoniae de cetero maneant illis gaudentes privilegiis, quae ordini praedicto ab apostolica sede concessa sint. v id. Iul. a° 5°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 399. n° 532. — »Cum igitur sicut.«

» 11 » (12609) Priori et canonicis Pampilonensibus mandat, ut illorum corpora, quae occasione contentionis inter eos et fratres Minores vertentis insepulta permanent, tradant incontinenti ecclesiasticae sepulturae et, donec imminens compositio fiat, a mutua infestatione desistant. v id. Iul. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 469. n° 218. — »Cum dilectus filius.«

» 12 » (12610) Abbati et conventui monasterii Murbacensis ord. s. Ben. Basiliens. dioc. indulget, ut ad receptionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis compelli de cetero nequeant per litteras apostolicas, quae de hac indulgentia expressam non fecerint mentionem. iv id. Iul. a° 5°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 974. n° 39. — »Devotionis vestrae precibus.«

(» 13) » (12611) Eisdem indulget, ut nullus delegatus a sede apostolica vel subdelegatus ab eo possit in ipsos excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare. iii (id.) Iul. a° 5°. ‖ Lünig l. c. n° 40. — »Tranquillitati vestrae paterna.«

» 14 » (12612) Permutationem et compositionem factas inter ministrum provincialem fratresque Minores Villae s. Iohannis Angeliacensis Xantonens. dioc. et abbatem conventumque eiusdem loci de loco quodam sito intra villam eandem confirmat. ii id. Iul. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 474. n° 54; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 470. n° 219. — »Cum a nobis.«

» 14 » (12613) Universis Christifidelibus manus adiutrices porrigentibus pro consummatione ecclesiae et conventus fratrum ordinis Minorum Tuscanen. indulgentias largitur. ii id. Iul. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 473. n° 220. — »Quoniam ut ait.«

» 15 » (12614) Ordinationem per loci diocesanum et alios quorum intererat factam, qua in monasterio s. Iohannis de Lubeke pro ordine monachorum nigrorum de mandato Gregorii IX pp. ad locum Cicimer [Cismar] dictum ex certa causa translato conventus monialium Cisterciensis ordinis positus erat, confirmat. Id. Iul. a° 5°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 123. n° 125. — »Solet annuere sedes.«

1247.

Iul. 17 Lugduni (12615) Iohanni Anglico ministro provinciali fratrum Minorum Provinciae mandat, ut, si maior pars praelatorum ecclesiasticorum regni Angliae ei super exhibendo ecclesiae Romanae subsidio respondeat, se esse exemptos et alienos, illos compescat per censuram ecclesiasticam appellatione remota ut maiorem etiam quam petierit ab eisdem, assignent quibus voluerit pro subsidio memorato infra terminum competentem pecuniae quantitatem. xvi kal. Aug. a° 5°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 728. — »Intellectis his quae.«

„ 20 „ (12616) Repetit n° 11339 de 1244. Apr. 20: »xiii kal. Aug. a° 5°« — »Cum de viris.« ‖ Strehlke Tab. 369. n° 514; de Geer Archieven I. 68. n° 69; *cf.* Napierski Index 21. n° 79.

„ 22 „ (12617) Consulibus et universitati Argentinensibus libertates et immunitates ab imperatoribus et regibus Romanorum eis indultas, »sicut in transcripto privilegio (de a. 1236) Friderici (II) quondam Romanorum imperatoris sigillis ven. fr. n. episcopi et capituli Argentinensis ac universitatis vestrae munito perspeximus contineri,« auctoritate apostolica confirmat. xi kal. Aug. a° 5°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 400; Lünig Reichs-Arch. (XV.) Pars spec. Cont. IV. Thl. II. 726. n° 4; *cf.* Zeitsch. f. d. Gesch. des Oberrheins XXIV. (Karlsruhe 1872) 163. — »Cum hii qui.«

„ 23 „ (12618) Repetit Gregorii IX n° 8011 de 1227. Aug. 18: »x kal. Aug. a° 5°« — »Quieti vestre providere.« ‖ Strehlke Tab. 369. n° 515.

„ 24 „ (12619) Decano Ratisponensi concedit facultatem absolvendi capitulum et clerum civitatis et diocesis Salzeburgensis ab obedientia, laicos vero a fidelitate et iuramento, si quod Philippo Wisegradensi praeposito tamquam archiepiscopo suo praestiterint. ix kal. Aug. a° 5°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 550. n° 1179 *fragm.*; *cf.* Palacky Reise 31. n° 195.

„ 24 „ (12620) Generali ordinis et provinciali fratrum Minorum Alamaniae ministris abbatissam et conventum monialium inclusarum S. Elizabeth Ulmensis ord. s. Dam. Constantiens. dioc. earumque monasterium committit statuens, ut ipsae sub magisterio et doctrina ministrorum generalis ordinis et provincialis Alamaniae de cetero debeant permanere. ix kal. Aug. a° 5°. ‖ Pressel Ulmisches UB. I. 78. n° 63. — »Cum sicut ex.«

„ 25 „ (12621) Repetit n° 11392 de 1244. Mai. 17: »viii kal. Aug. a° 5°« — »Dilecti filii . . . . «. ‖ Strehlke Tab. 369. n° 516.

„ 26 „ (12622) (Henrico) episcopo Argentinensi significat, cives Basilienses in favorem F(riderici) quondam imperatoris »cui pro posse assistunt« palatium (Lutoldi) episcopi Basiliensis quod in civitate habuerit funditus destruxisse eamque ob rem in eos excommunicationis et interdicti sententias esse promulgatas. Mandat ei, ut easdem sententias faciat inviolabiliter observari et inhibeat fratribus Praedicatoribus et Minoribus, Hospitalariis et aliis religiosis ordinibus, ne civibus ipsis praesentibus in suis ecclesiis divina officia celebrent. vii kal. Aug. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 474. n° 221. — »Gravem venerabilis fratris.«

„ 27 „ (12623) Archiepiscopis et episcopis mandat, ut heremitas S. Mariae de Monte Carmeli qui se in Europam contulerunt, benigne excipiant eisque divina celebrare ac sepulturam habere concedant. vi kal. Aug. a° 5°. ‖ Bullarium Carmel. I. 7. n° 5; Fejér Cod. dipl. VI. ii. 378. — »Paganorum incursus dilectis.«

„ 27 „ Monasterium in Valle Rosarum Cist. ord.: »vi kal. (?) Aug. a° 5°«. ‖ Möser Osnabr. Gesch. III. 374. n° 228, *vid.* 1247. Aug. 8. n° 12642.

„ 27 „ (12624) Universis Christifidelibus piis subsidiis succurrentibus fratribus ordinis Minorum de S. Geminiano Vulterran. dioc. in constructione ecclesiae et conventus indulgentias concedit. vi kal. Aug. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 475. n° 222. — »Quoniam ut ait.«

„ 27 „ (12625) Monasterium s. Bartholomaei de Azano Astens. dioc. ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominibus propriis exhibet, iura ac privilegia confirmat. vi kal. Aug. indict. V. incarn. dom. a° 1247. pont. a° 5°. ‖ Muratori Antiq. Ital. V. 569. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 28 „ (12626) Fratri Bonaefidei ord. Minorum committit, ut clero et populo Beneventanis excommunicatis pro eo, quod Friderico quondam imperatori, officialibus ac nunciis eius licet inviti communicabant, absolutionis beneficium largiatur. v kal. Aug. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 183; Sbaralea l. c. n° 223. — »Nostrae mentis oculis.«

„ 29 „ * (12627) Mandement du pape Innocent IV à tous les fidèles des diocèses de Liége, de Cologne et de Trèves d'aider la maison des lépreux à Stavelot. iv kal. Aug. a° 5°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 56. n° 20, *perperam ad* a. 1248.

„ 30 „ (12628) Praeposito et capitulo Strigoniensibus indulget, ut, cum generale terrae interdictum fuerit, liceat eis ianuis clausis submissa voce non pulsatis campanis *etc.* divina officia celebrare. iii kal. Aug. a° 5°. ‖ N. Knauz Magyar Sion II. 529; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 232. — »Solet annuere sedes.«

1247.

Iul. 30 Lugduni * (12629) Abbati et conventui monasterii Cladrubensis indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in ecclesiasticis beneficiis vel pensionibus compelli per litteras apostolicas minime possint, nisi ipsae litterae fecerint de hac indulgentia mentionem. iii kal. Aug. a° 5°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 550. n° 1180.

Aug. 3 „ (12630) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis tam Latinis quam Graecis in partibus Orientis mandat, ut, si frater Laurentius de ordine Minorum poenitentiarius suus apostolicae sedis legatus auctoritate legationis suae aliquas contra Latinos pro evidentibus iniuriis, quas indigne Graecis inferunt, *etc.* aut in Graecos suspensionis *etc.* sententias duxerit promulgandas, ad requisitionem ipsius faciant easdem observari. iii non. Aug. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 175; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 475. n° 224. — »Censuram ecclesiasticam debitum.«

„ 4 „ (12631) Compositionem inter archiepiscopum Narbonensem et monachos monasterii Electi post expulsos canonicos ab ecclesia Electi mediante abbate Anianensi factam confirmat et episcopo Carcassonensi mandat, ne permittat, ut praefatus archiepiscopus contra hanc confirmationem ab aliquo molestetur. ii non. Aug. a° 5°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 117. — »Ex parte venerabilis.«

„ 5 „ (12632) Repetit n° 11155 d. d. 1243. Oct. 7: »Non. Aug. a° 5°« — »Nos attendentes vestrarum.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 476. n° 225.

„ 5 „ (12633) Ministris provincialibus ordinis fratrum Minorum in Lombardia constitutis mandat, ut fratres de Poenitentia ibidem constitutos correctioni et visitationi subiiciant. Non. Aug. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 226. — »Vota devotorum ecclesiae.«

„ 5 „ * (12634) Innocent accorde aux religieuses du monastère de St.-Marie à Differdange de jouir et de posséder les biens dont elles eussent pu jouir étant dans le monde, sauf les fiefs. Non. Aug. a° 5°. ‖ Publicat. de la soc. des monum. historiq. de Luxembourg XV. 56. n° 21, *male ad* a. 1248, *et* XVII. xxvii.

„ 6 „ (12635) Universis abbatissis et monialibus ordinis s. Damiani tradit regulam seu formam vivendi eas omnes earumque monasteria regimini ministrorum ordinis fratrum Minorum subiiciens. viii id. Aug. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 482. n° 63; Sbaralea l. c. n° 227; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 527. n° 13. — »Cum omnis vera.«

„ 7 „ (12636) Fratri Laurentio de ordine Minorum apostolicae sedis legato poenitentiario suo mandat, ut de praelatis Graecis ad devotionem et reverentiam Romanae ecclesiae redire volentibus sic provideat et disponat, ut illi ex eis, qui Antiocheno seu patriarchae Hierosolymitano aut aliis praelatis Latinis olim subiecti fuisse noscuntur, ipsis astricti ad debitam obedientiam et reverentiam teneantur; illos autem, quos eisdem patriarchis aut praelatis noverit non fuisse subiectos, ad obedientiam ecclesiae Romanae recipiat, aliorum per omnia iure salvo. vii id. Aug. a° 5°. ‖ Wadding l. c. III. 177; Sbaralea l. c. 483. n° 228; Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 31, *omisso initio.* — »Iuxta desiderium nostrum.«

„ 7 „ (12637) Eidem Laurentio mandat, ut de levibus et manifestis iniuriis Graecis per Latinos illatis satisfactionem exhiberi faciat seque de aliis nullatenus intromittat »illas nobis viva voce . . . . relaturus.« vii id. Aug. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 484. n° 229. — »De protegendis per.«

„ 7 „ (12638) Capitulo ecclesiae s. Iuniani Lemovicens. dioc. concedit, ne, cum ecclesia eorum sit super plurium provisione gravata, per litteras generaliter apostolicas impetratas aliquem teneantur recipere in canonicum. vii id. Aug. a° 5°. ‖ Maleu Chroniq. 73. — »Cum ecclesia vestra.«

„ 7 „ (12639) Universis fidelibus per Campaniam et Maritimam constitutis mandat, cogant Setinos armis, ut nobili viro G. de Trebis castrum per eos ereptum restituant. vii id. Aug. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 125. n° 230. — »Nimis amare nimiumque.«

„ 7 „ (12640) (Salomoni) abbati et conventui S. Martini de Pannonia Iaurinens. dioc. mandat, ut, cum (Stephanus) archiepiscopus Strigoniensis ad eorum monasterium accesserit, eundem processionaliter admittentes celebrare ipsum ibidem cum pallio libere permittant neque ei super hoc iniuriosi et molesti sint. vii id. Aug. a° 5°. ‖ Pray Hierarch. I. 8; Katona Hist. crit. VI. 109; Fejér Cod. dipl. IV. i. 463. — »Ex parte venerabilis.«

„ 7 „ (12641) Abbati et priori de Pelys Cisterc. ord. Wesprimiens. dioc. de superiore ad monasterium s. Martini epistola significat eisque mandat, ut, si dicti abbas et conventus mandatum apostolicum super hoc neglexerint adimplere, causam fine canonico terminent et faciant quod decreverint per censuram ecclesiasticam observari. vii id. Aug. a° 5°. ‖ Fejér l. c. 464. — »Ex parte venerabilis.«

„ 8 „ (12642) Monasterium in Valle Rosarum Cisterc. ord. Osnaburg. dioc. tuendum suscipit, specialiter autem terras, possessiones et alia bona abbati et conventui eiusdem confirmat. vi (kal.? id.?) Aug. a° 5°. ‖ Möser Osnabr. Gesch. III. 374. n° 228. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

1247.

Aug. 9 Lugduni (12643) (Vitali) archiepiscopo Pisano mandat, ut ecclesiam ss. Trinitatis fratribus Minoribus restituat et Edmundo presbytero, cui eandem dicat contulisse, provideat in sua diocesi de beneficio ecclesiastico competenti. v id. Aug. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 484. n° 230. — »Quia personas religiosas.«

» 9 » (12644) Monasterium s. Stephani de Manso Azilis ord. s. Ben. Tolosan. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura atque privilegia recenset. v id. Aug. indict. V. incarn. dom. a° 1247. pont. a° 5°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 166. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 12 » (12645) Decano Ratisponensi mandat, ut ad exequendum procedat mandata apostolica pro (Bernhardo) archiepiscopo Salzeburgensi contra Philippum Wisegradensis ecclesiae praepositum occasione electionis de eo in archiepiscopum factae edita. II id. Aug. a° 5°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 550. n° 1181; *cf.* Palacky Reise 31. n° 196. — »Ex parte venerabilis.«

» 13 » (12646) Generali et provincialibus ministris ac fratribus ordinis Minorum indulget, ut nullus praelatus aliquem fratrem sibi assumere possit in socium sine generalis vel provincialis ministri licentia. Id. Aug. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 489. n° 64; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 485. n° 231. — »Petitionibus vestris tam.«

» 13 » (12647) (Remigio) episcopo Pampilonensi mandat, praecipiat canonicis et clericis suae diocesis, ut, donec compositionis ineundae receperint litteras, a vitatione ac inquietatione fratrum Minorum omnino desistant. Id. Aug. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 486. n° 232. — »Negotium quod inter.«

» 13 » (12648) Abbates, priores, clerum ac populum civitatis et diocesis Pampilonensis rogat et hortatur, ut fratres ordinis Minorum nullatenus evitent, sed eos potius prosequantur favore. Id. Aug. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 233. — »Negotium quod inter.«

» 16 » (12649) Abbatissae et conventui de Bersenbrugge Cisterc. ord. Osnabrugens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius de cetero per litteras apostolicas, quae de hac indulgentia plenam non fecerint mentionem, compelli nullatenus possint. XVII kal. Sept. a° 5°. ‖ Sandhoff Antist. Osnabr. II. CIX; Möser Osnabr. Gesch. III. 366. n° 220. — »Paci et tranquillitati.«

» 16 » (12650) Decanum et capitulum Alberstatenses rogat et monet, ut Albertum praepositum Stendaliensis ecclesiae, Oddonis marchionis Brandeburgensis capellanum recipiant in canonicum eique praebendam conferant. XVII kal. Sept. a° 5°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 27. n° 40. — »Ad faciendum dilecto.«

» 17 » (12651) Monasterii monialium in Herwerdeshuthe (Harwershude *St.*) ord. Cisterc. Bremens. dioc. protectionem suscipit possessionesque eiusdem et alia bona confirmat. XVI kal. Sept. a° 5°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 456. n° 540; *nonnisi germanice* Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. II. 25. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 19 » (12652) (Rutgero) episcopo Brandeburgensi mandat, ut circa correctionem laicorum suae diocesis, qui propter publicos et notorios excessus suos ad eludendum episcopalem correctionem et ad habendum liberum peccandi arbitrium appellationis obstaculum interponant, officii sui debitum exequatur. XIV kal. Sept. a° 5°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Haupth. VIII. 160. n° 78. — »Quia nobis fraternitas.«

» 19 » (12653) Generali et provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum concedit, ut singulis ipsorum liceat in provinciis commissis constituere viros idoneos, qui pro locorum indigentia res ordini concessas vel conferendas petere, vendere, commutare *etc.* valeant. XIV kal. Sept. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 489. n° 65; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 487. n° 235. — »Quanto studiosius divinae.«

» 19 » (12654) Abbati S. Zenonis, S. Sixti et S. Pauli de Horto prioribus significat, se mandasse (Vitali) archiepiscopo Pisano, ut ecclesiam ss. Trinitatis fratribus Minoribus restituat (*vid.* n° 11418 *et* 12643). Mandat eis, ut, si ille neglexerit mandatum apostolicum adimplere, ipsi executioni incumbant. XIV kal. Sept. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 486. n° 234. — »Meminimus olim venerabili.«

» 20 » (12655) Henrico abbati Frinispergensi ord. Cisterc. Constantiens. dioc. mandat, ut, cum praepositus et capitulum Solodorenses Lausann. dioc. super quibusdam possessionibus, redditibus, hominibus et aliis bonis ad suam ecclesiam spectantibus diplomata perdiderint et timeant, ne ipsis in posterum ex hoc lites exoriantur, testes a praeposito et capitulo productos audiat eorumque depositiones in publica instrumenta recipiat. XIII kal. Sept. a° 5°. ‖ Solothurn. Wochenbl. f. 1812. p. 132; Urkundio. Beitr. z. vaterl. Geschichtsforsch. I. (1857) 253. — »Ex parte dilectorum.«

» 21 » (12656) Abbatissae et conventui monasterii de Insulis Cisterc. ord. Autissiodor. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia exceptis feudalibus a personis liberis in earum coenobio professionem facientibus petere, recipere ac retinere

1247.

possint. XII kal. Sept. a° 5°. ‖ Gallia christ. XII. instr. 162. — »Devotionis vestrae precibus.«

Aug. 21 Lugduni (12657) Abbati et conventui Liskensis ecclesiae Praemonstr. ord. Morinens. dioc. idem indulget. XII kal. Sept. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 31, *ubi Innocentio III perperam tribuitur.* — »Devotionis vestrae precibus.«

» 23 » (12658) Episcopo Magalonensi mandat, ut sacristiae ac aliarum administrationum necnon ecclesiarum omnium ad collationem praepositi et capituli Magalonensis de iure spectantium redditus colligi faciat et universos ipsos in solutionem debitorum, quibus dictum capitulum prematur, convertat. X kal. Sept. a° 5°. ‖ Mém. de la soc. d'archéol. de Montpellier V. 561. — »Nuper nostris extitit.«

» 23 » (12659) Universis abbatissis et monialibus inclusis ordinis s. Damiani certam regulam ac vivendi formam de novo correctam largitur. X kal. Sept. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 187; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 488. n° 236. — »Quoties a nobis.«

» 23 » (12660) Universis Christifidelibus, qui fratribus et pauperibus domus leprosorum Coloniensis manum caritatis porrexerint adiutricem, unum annum et 40 dies de iniunctis poenitentiis relaxat. X kal. Sept. a° 5°. ‖ Ennen Quellen II. 260. n° 259. — »Quoniam ut ait.«

» 24 » (12661) Repetit n° 12373 d. d. 1246. Dec. 16: »IX kal. Sept. a° 5°« — »Ita claret et.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 488. n° 237.

» 26 » (12662) Ludolfo dicto Grin, Lamberto dicto de Danubio et Hermanno dicto de Dignant magistris et provisoribus domus leprosorum (Coloniensis) ceterisque fratribus tam censualibus quam aliis ad eandem domum spectantibus concedit, ut quamdiu parati fuerint conquerentibus coram subdecano maioris ecclesiae Coloniensis exhibere iustitiae complementum, nullatenus teneantur extra civitatem nec intra coram aliis iudicibus respondere. VII kal. Sept. a° 5°. ‖ Ennen Quellen II. 261. n° 260. — »Debitum officii nostri.«

» 26 » (12663) Abbatissae et conventui pauperum monialium inclusarum monasterii s. Mariae de Virginibus ord. s. Dam. Faventin. dioc., quas b. mem. Albertus Faventinus episcopus cum personis et possessionibus suis ab omni episcopali iure exemerat, hanc exemptionem confirmat. VII kal. Sept. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 490. n° 66; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 489. n° 238. — »Solet annuere sedes.«

» 26 » (12664) (Arnolpho, *al.* Adolpho) episcopo Iauriensi (Ianuensi *Rip.*), abbati de Egres Cisterc. ord. et priori Praedicatorum Albensi Chanadiens. (Genadiensis *Rip.*) et Wesprimiens. diocc. mandat, ut, si invenerint, tam ecclesiam quam diocesim Bosnenses totaliter lapsas esse in perfidiam haereticam, eandem cum omnibus suis iuribus subiiciant ecclesiae Colocensi. VII kal. Sept. a° 5°. ‖ Pray Hierarch. II. 424; Ripolli Bullar. Praed. I. 175. n° 180; Katona Hist. crit. VI. 89; Fejér Cod. dipl. IV. I. 467; Theiner Mon. Hungar. I. 204. n° 382. — »Ex parte venerabilium.«

» 27 » (12665) Universis Christi fidelibus, qui eremitis de Britinis Arimin. ord. s. Aug. ad aedificationem ecclesiae, domus et officinarum suarum caritatis subsidia erogarint, indulgentiam 40 dierum concedit. VI kal. Sept. a° 5°. ‖ Tonini Rimini 526. — »Quoniam ut ait.«

» 27 » (12666) Capitulo ecclesiae Lubicensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in die dedicationis eiusdem ecclesiae visitaverint eam annuatim, indulgentiam unius anni concedere. VI kal. Sept. a° 5°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 91. n° 98. — »Licet is de.«

» 27 » (12667) (Henricum) regem Anglorum rogat et hortatur, ut 1000 marcas sterlingorum, in quibus ecclesiae Romanae nomine census pro instanti anno teneatur, thesaurario domus militiae Templi Londoniensis faciat assignari. VI kal. Sept. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. I. 156. — »Celsitudinem tuam affectione.«

» 27 » (12668) Danieli Russiae et W. Laudemeriae fratri eius regibus et nato eiusdem Danielis concedit facultatem recuperandi possessiones, terras et alia bona ad eos hereditario vel alio iure spectantia, quae alii reges qui in ecclesiae devotione non permanent, contra iustitiam detinent, et propulsandi iniurias seculari potentia. VI kal. Sept. a° 5°. ‖ Marini Diplom. pontific. 60. B; Turgenevii Russ. monim. I. 61; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 233. — »Cum a nobis.«

» 27 » (12669) Daniele rege Russiae supplicante episcopis et presbyteris Russiae indulget, ut mores suos (more suo *Rayn.*) ex fermentato conficere et alios ritus, qui fidei catholicae non obviant, observare possint. VI kal. Sept. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 29; Turgenevius l. c. I. 61; Mon. Hungar. l. c. 232. — »Cum te de.«

» 27 » (12670) Danieli Russiae et W. Laudemeriae fratri eius regibus et nato eiusdem Danielis indulget, ut nullus cruciferorum vel aliorum religiosorum in eorum terris acquisitis et acquirendis de aliquo se intromittere vel possessionem aliquam acquirere absque eorum beneplacito possit. VI kal. Sept. a° 5°. ‖ Turgenevius l. c. 62; Marini Dipl. pontif. 60. C; Mon. Hungar. l. c. 234. — »Exigentibus vestre devotionis.«

1247.

Aug. 28 Lugduni (12671) (Alberto) archiepiscopo Prussiae, Livoniae et Estoniae apostolicae sedis legato concedit facultatem dispensandi in Russiae partibus cum patientibus genituræ defectum, et etiam cum illis qui irregularitatem aliquam incurrerunt ex tali casu, in quo consuevit apostolica sedes dispensare. v kal. Sept. aº 5º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 176. nº 181; Turgenevius l. c. 63; Mon. Hungar. l. c. 235. nº 161. — »Devotionis tue precibus.«

» 28 » (12672) Eidem facultatem concedit, ut cum uno, quem ad pontificatus dignitatem dignum invenerit, super defectu natalium, dummodo de adulterio vel incestuoso coitu natus non sit, dispensans possit libere eum in episcopum ordinare. v kal. Sept. aº 5º. ‖ Ripoll l. c. nº 182; Turgenevius l. c. 63; Mon. Hungar. l. c. 235. nº 162. — »Cum tibi tam.«

» 28 » (12673) Praeposito ecclesiae in Delinsberg ([Dellsperg] Olimberc *Sch., Mone*) ord. s. Aug. Basiliens. dioc. mandat, ut homines de Sarnen (Sarmon *Sch., M.,* Sarnon *Bus.*) et de Subritz [Schwyz] Constantiens. dioc. (et homines villae Lucernensis *om. Bus.*), qui a fidelitate et dominio Rodolfi sen. comitis de Habspurc recedentes Friderico quondam imperatori post latam in eum excommunicationis sententiam nequiter adhaeserunt, excommunicet et villam Lucernensem supponat interdicto, nisi ab eodem Friderico infra competentem terminum ad unitatem ecclesiae revertantur ipsique comiti studeant obsequi. v kal. Sept. aº 5º. ‖ Schoepflin Alsat. diplom. I. 484; Jos. Businger Die Geschichten des Volkes von Unterwalden-Luzern I. (1827. 8º) 437, *perperam ad* a. 1248; Mone Anzeiger 1838. p.353; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 567. — »Dilecto filio nobili.«

» 29 » (12674) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi mandat, faciat ut Iacobus Lundensis ecclesiae praepositus fructus beneficiorum et aliorum bonorum patrimonialium suorum, quae in regno Daciae obtineat, libere percipere possit. iv kal. Sept. aº 5º. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 320. nº 342; *cf.* Porthan Bullar. access. 38. — »Suorum debet extra.«

» 29 » (12675) Domum leprosorum Coloniensem tuendam suscipit eiusque bona possessionesque confirmat. iv kal. Sept. aº 5º. ‖ Ennen Quellen II. 262. nº 261. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 30 » (12676) Ludolfo dicto Grin, Lamberto dicto de Danubio et Hermanno dicto de Dinant magistris provisoribusque domus leprosorum Coloniensis concedit, ut, cum generale interdictum terrae fuerit, eis liceat clausis ianuis submissa voce divina officia celebrare *etc.* iii kal. Sept. aº 5º. ‖ Ennen l. c. 263. nº 262. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 31 » (12677) Archiepiscopos, episcopos, decanos, archidiaconos ... et alios ecclesiarum praelatos rogat et monet, ut privilegia, indulgentias et libertates fratribus Cisterciensibus a sede apostolica concessas ac eorum consuetudines rationabiles et antiquas de cetero observantes ab eorum coactione et molestia penitus quiescant. ii kal. Sept. aº 5º. ‖ Dreger Cod. Pomer. I. 258. nº 172; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 765. nº 373. — »Dilecti filii abbas.«

Sept. 1 » (12678) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus universis Cisterciensis ordinis notum facit, se statuere, ut, cum propter sanctae operationis effectum nunquam eorum ordo officio alienae visitationis vel correctionis indiguerit, idem ordo a nullo alio visitari possit aut corrigi. Kal. Sept. aº 5º. ‖ Dreger l. c. nº 170; Hasselbach l. c. 767. nº 374. — »Thesauro virtutum sic.«

» 1 » (12679) Priori et fratribus eremitis ordinis b. Mariae de Monte Carmelo declarationem, correctionem ac mitigationem regulae suae per Hugonem tit. S. Sabinae presbyterum card. et Guillelmum Anteradensem episcopum factam confirmat. Kal. Sept. aº 5º. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 535. nº 14. — »Quae honorem conditoris.« *Cf.* nº 12701.

» 2 » (12680) (Wilhelmo?) (S)verinensis et (Ludolfo) Raceburgensis ecclesiarum episcopis mandat, ut, cum ipse (Alberto) archiepiscopo Livoniae, Estoniae et Prusciae Lubecensem ecclesiam commiserit, inquirant an expediat eandem vel Caminensem ecclesiam in metropoliticam erigere. iv non. Sept. aº 5º. ‖ Hartzheim Conc. German. III. 578. — »Cum venerabili fratri.«

» 2 » (12681) Subdecano maioris ecclesiae Coloniensis mandat, ut provisores et magistros domus leprosorum Coloniensis indebite molestari minime permittat. iv non. Sept. aº 5º. ‖ Ennen Quellen II. 264. nº 263. — »Debitum officii nostri.«

» 2 » (12682) Ludolfo dicto Grin, Lamberto dicto de Danubio et Hermanno dicto de Dignant magistris et provisoribus domus leprosorum Coloniensis concedit, ut eis liceat petitores et praedicatores mittere ad quaerendas elemosinas et, ubicumque venerint et loca interdicta fuerint, semel in anno in eorum iocundo adventu ecclesiarum ianuae aperiantur eisdem et ibidem eis liceat divina officia celebrare. iv non. Sept. aº 5º. ‖ Ennen l. c. 264. nº 264. — »Solet annuere sedes.«

» 2 » (12683) Compositionem inter ministrum et fratres ordinis Minorum Pampilonenses ex parte una et episcopum ac capitulum Pampilonenses ex altera super quibusdam articulis factam mediante H(ugone) tit. S. Sabinae presbytero card. confirmat. iv non. Sept. aº 5º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 490. nº 67; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 489. nº 239. — »Plantatus olim in.«

1247.

Sept. 3 Lugduni (12684) (Rudigero) episcopo Pataviensi mandat, ut compellat fratres hospitalis s. Mariae Teutonicorum in Starkemberch Patav. dioc. ad restituenda privilegia M(argarethae) relictae quondam H(enrici) filii F(riderici) dudum imperatoris et G(ertrudi) relictae quondam W(ladislai) filii regis Boemiae, per quae ipsae in ducatu Austriae haereditario iure succedere debent. iii non. Sept. aº 5º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 77. nº 104; Erben Reg. Bohem. I. 550. nº 1182; *cf.* Palacky Reise 31. nº 197. — »Ex parte nobilis.«

» 4 » (12685) Ecclesiam s. Crucis de Edinburch S. Andreae dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam ibidem perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. ii non. Sept. indict. V. aº incarn. dom. 1247. pont. aº 5º. ‖ Liber cart. S. Crucis 179. nº 8. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 7 » (12686) (Alberto) archiepiscopo Prussiae (Russiae *Turg.*) Livoniae et Eustoniae apostolicae sedis legato mandat, ut, si Daniel rex Russiae, archiepiscopi, episcopi et alii magnates regni praefati, schismate quolibet penitus abiurato, promiserint et iuraverint, se de cetero in unitate fidei quam ecclesia Romana praedicet et observet, eiusdemque Romanae ecclesiae devotione perpetuo permansuros, eos reconciliet et incorporet praedictae Romanae ecclesiae. vii id. Sept. aº 5º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 176. nº 183; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1247 § 28; Gruber Orig. Livon. 277; Scr. rer. Livon. I. 406. nº 58; Bunge Livl. UB. I. 254. nº 195; Turgenevii Russ. monim. I. 64; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 236. — »Sicut omnes quos.«

» 7 » (12687) Eidem concedit facultatem utendi pallio in partibus (Russiae, *sic, sed legas*) Prusciae et ecclesiae Lubicensis. vii id. Sept. aº 5º. ‖ Ripoll l. c. 177. nº 184; Turgenevius l. c. 65; Mon. Hungar. l. c. 237; *cf.* Voigt Gesch. Preussens III. 599. — »Exigentibus tue devotionis.«

» 12 » (12688) Danielem Russiae et W. Laudemeriae fratrem eius reges et natum eiusdem Danielis, quos Iesus Christus per suam misericordiam ad unitatem ecclesiasticam revocavit, eorum regna, familias, possessiones et alia omnia bona in tutelam b. Petri suscipit. ii id. Sept. aº 5º. ‖ Turgenevius l. c. 65; Mon. Hungar. l. c. 238. — »Etsi proponamus illustrium.«

» 13 » (12689) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandata dat, petentibus Gregorio abbate de Monte s. Danielis et fratribus H. et A. de ordine fratrum Praedicatorum, de providendo Hezelone de Vilstorf clerico, qui cum Danielis regis Russiae nuntiis pro sedis apostolicae negotiis fideliter laboravit. Id. Sept. aº 5º. ‖ Turgenevius l. c. 66; Mon. Hungar. l. c. 239. — »Dilectus filius Hezelo.«

» 13 » (12690) Repetit Honorii III nº 6516 de 1221. Ianr. 19: »Id. Sept. aº 5º« — »Querelam dilectorum filiorum.« ‖ Strehlke Tab. 369. nº 517. 518; *cf.* Napierski Index 22. nº 81.

» 18 » (12691) (Benedicto) archiepiscopo Colocensi, (Gallo) Ultrasylvano et (Blasio) Cenadiensi episcopis mandat, inquirant num episcopatus de Keu, cum praepositus et capitulum eiusdem ecclesiae destructis penitus partibus illis per Tartaros non habeant locum ubi necessitatis tempore possint se tueri, archiepiscopus autem in eorum diocesi s. Gregorii et s. Demetrii monasteria ord. s. Ben. ad castra in eis construenda idonea habeat, ad alterum dictorum monasteriorum transferri possit. xiv kal. Oct. aº 5º. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. i. 475; Theiner Mon. Hungar. I. 205. nº 283; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 199; *cf.* Pray Hierarch. II. 133. — »Ex parte venerabilis.«

» 19 » (12692) Praeposito ecclesiae s. Arbogasti extra muros et de s. Thoma et de s. Petro ecclesiarum decanis Argentinensibus mandat, ne permittant ut consules et universitas Argentinenses contra confirmationem libertatum et immunitatum a sede apostolica eis factam ab aliquibus indebite molestentur. xiii kal. Oct. aº 5º. ‖ Lünig Reichs-Arch. (XV.) Pars spec. Cont. IV. Theil II. 728. nº 5. — »Cum hii qui.«

» 20 » (12693) Monasterium s. Stephani de Ripa Silis ord. s. Ben. Aur. dioc. tuendum suscipit. xii kal. Oct. indict. II(!). incarn. dom. aº 1247. pont. aº 5º. ‖ Yepes Coronica IV. app. 450. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 20 » (12694) (Palmerio) episcopo Calvensi mandat, ut inquirat super molestiis fratribus ordinis Minorum de S. Germano ab abbate et conventu monasterii Cassinensis illatis et, si iniuste, moneat Cassinenses, ut desistant. xii kal. Oct. aº 5º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 492. nº 240. — »Sua nobis dilecti.«

» 24 » (12695) Generali et provincialibus ministris de ordine fratrum Minorum in Italia ac regno Siciliae constitutis concedit facultatem absolvendi eos, qui fratrum Poenitentium ordinem ibidem intraverunt, ab excommunicationis sententia. viii kal. Oct. aº 5º. ‖ Sbaralea l. c. 492. nº 241. — »Cupientes animarum periculis.«

» 27 » (12696) De Pelis Cisterc., S. Martini et S. Georgii de Domo s. Ben. ord. abbatibus Vespriniens., Iaurinens. et Colocens. dioec. mandat, ut, si Colocensem et Quinqueecclesiensem dioceses invenerint aliquando limitatas, (Benedictum) archiepiscopum Colocensem et

1247.

(Bartholomaeum) episcopum Quinqueecclesiensem antiquis terminis faciant manere contentos; alioquin easdem dioceses, prout utriusque partis ius exegerit, limitent. v kal. Oct. a° 5°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 133; Fejér Cod. dipl. IV. i. 476; Theiner Mon. Hungar. I. 205. n° 284; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 200. — »Cum sicut ex.«

Sept. 27 Lugduni (12697) Universos Christifideles hortatur, ut fratribus Eremitis de Brictinis Pensauriensis ord. s. Aug., qui ibidem ecclesiam, domos et officinas de novo aedificare coeperint, pias elemosynas et grata charitatis subsidia erogent. v kal. Oct. a° 5°. ‖ Empoli Bullar. 171. — »Quoniam ut ait.«

» 28 » (12698) Abbati et conventui de Domo Petri [Petershausen] ord. s. Ben. Constantiens. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. iv kal. Oct. a° 5°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 406. — »Solet annuere sedes.«

» 29 » (12699) Eosdem cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras possessiones *etc.* eis confirmat. iii kal. Oct. a° 5°. ‖ Lünig l. c. 406. — »Iustis petentium desideriis.«

» 30 » (12700) Abbati et conventui S. Augustini Morinens. dioc. Praemonstr. ord. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus petere recipere ac retinere possint. ii kal. Oct. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 142. — »Devotionis vestrae precibus.«

Oct. 1 » (12701) Regulam fratrum eremitarum ordinis b. Mariae de Monte Carmeli ab Honorio III pp. aliisque eatenus approbatam declarat ac mitigat. Kal. Oct. a° 5°. ‖ Bullarium Carmel. I. 8. n° 6; Ripolli Bullar. Praed. I. 177. n° 185. — »Quae honorem conditoris.« — »A° Di 1247 in kal. Oct. Innocentius pp. . . . confirmavit regulam fratrum ordinis de Carmelo modificatam ex commissione eiusdem per dominum Hugonem presb. card. S. Sabinae . . . . ex prima altera regula ipsorum.« ‖ Vita I-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. i. 590. *Cf.* n° 12679.

» 1 » (12702) Repetit n° 12130 d. d. 1246. Mai. 31: »Kal. Oct. a° 5°« — »Solet annuere sedes.« ‖ v. Hodenberg Lüneburger UB. Abth. VII. 49. n° 59.

» 1 » (12703) Repetit n° 12132 d. d. 1246. Mai. 31: »Kal. Oct. a° 5°« — »Iustis petentium desideriis.« ‖ v. Hodenberg l. c. 60.

» 1 » (12704) Repetit n° 12133 d. d. 1246. Mai. 31: »Kal. Oct. a° 5°« — »Thesauro virtutum sic.« ‖ v. Hodenberg l. c. 50. n° 61.

» 1 » (12705) Repetit n° 12131 d. d. 1246. Mai. 31: »Kal. Oct. a° 5° — »Meritis vestre sacre.« ‖ v. Hodenberg l. c. n° 62.

» 1 » (12706) Repetit n° 12134 d. d. 1246. Mai. 31: »Kal. Oct. a° 5°« — »Cum a nobis.« ‖ v. Hodenberg l. c. 51. n° 63.

» 1 » (12707) Repetit n° 12126 d. d. 1246. Mai. 28: »Kal. Oct. a° 5°« — »Dilecti filii abbas. ‖ v. Hodenberg 1 c. 52. n° 64.

» 1 » (12708) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterc. ord. supplicantibus inhibet, ne quis ecclesiarum praelatus in fraudem privilegiorum sedis apostolicae in eos excommunicationis vel interdicti sententias promulgare de cetero praesumat. Kal. Oct. a° 5°. ‖ v. Hodenberg l. c. 53. n° 65. — »Cum a nobis.«

» 2 » (12709) Abbati et conventui S. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. indulget, ut a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus possessiones et alia bona, exceptis feodalibus, recipere ac retinere possint. vi non. Oct. a° 5°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 284. n° 595. — »Devotionis vestre precibus.«

» 4 » (12710) Monasterium monialium de Fonte s. Mariae in Differtingein [Differdange] Cisterc. ord. Treverens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones nominatim recensitas, iura ac privilegia confirmat. iv non. Oct. incarn. dom. a° 1247. pont. a° 5°. ‖ Bertholet Hist. de Luxembourg V. preuv. 31; *cf.* Publicat. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 54. n° 9. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 4 » (12711) Universis Christifidelibus mandat, ut fratres ordinis eremitarum de Monte Carmeli, qui propter frequentes paganorum incursus in mansionibus transmarinis commorari nequeant, benigne recipiant eisque de opportunis locis provideant. iv non. Oct. a° 5°. ‖ Bullarium Carmel. I. 522. — »Cum dilecti filii.«

» 5 » (12712) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et eius suffraganeis ac abbatibus, prioribus . . . et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis mandat, ut abbatem et fratres monasterii de Domo s. Mariae ord. Cisterc. Verdens. dioc. a malefactoribus et invasoribus defendant. iii non. Oct. a° 5°. ‖ v. Hodenberg Lüneburger UB. Abth. VII. 53. n° 66. — »Non absque dolore.«

» 5 » (12713) Abbati et conventui monasterii de Oliva Cisterc. ord. Wladislaviens. dioc. possessiones in Oxiva et quorundam aliorum locorum et alia bona, sicut ea omnia iuste

1247.

possident, confirmat. iii non. Oct. a° 5°. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 768. n° 375; *cf.* v. Ledebur Neues Archiv II. 205. — »Quum a nobis.«

Oct. 7 Lugduni (12714) Archiepiscopo Remensi et eius suffraganeis, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis per Remensem provinciam constitutis mandat, ut abbatem et fratres S. Iudoci in Nemore ord. Praem. dioc. Ambianens. a malefactoribus defendant. Non. Oct. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 516. — »Non absque dolore.«

» 7 » (12715) Priori ordinis Praedicatorum et guardiano ordinis Minorum Constantiensibus et praeposito ecclesiae s. Galli Constant. dioc. cognoscendam tradit causam magistri Walterii de Rutelingin scholastici ecclesiae Curiensis, quem Curiensis episcopus scholastria sua necnon et ecclesia de Rantviller spoliaverat, quod in ordine fratrum Minorum causa probationis aliquamdiu moram traxerat. Non. Oct. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 493. n° 242. — »Sua nobis dilectus.«

» 7 » • (12716) Girardo de Urbe rectori ecclesiae s. Andreae Glasguensis dioc. indulget, ut ultra ecclesiam s. Andreae de Birkandres etiam ecclesiam de Ranfri ad ecclesiam Glasguensem spectantem retinere possit. Non. Oct. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 64 in n° 170.

» 10 (») (12717) Ecclesiam monialium s. Elisabeth de Genlis Noviomens. dioc. ord. s. Aug. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. »Romae« vi id. Oct. indict. VI. incarn. dom. a° 1247. pont. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 583. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 11 » (12718) Fratribus domus Teutonicorum de Starkemberch et de Gotensten castra tenentibus mandat, ut illa curent cum omni diligentia custodire, »ita ut ad manus F(riderici) quondam imperatoris vel fautorum ipsius pervenire non valeant.« v id. Oct. a° 5°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 78. n° 105; Erben Reg. Bohem. I. 551. n° 1185; *cf.* Palacky Reise 31. n° 198. — »Presentium vobis auctoritate.«

» 11 » (12719) Generali et universis ministris ordinis fratrum Minorum petentibus revocat concessionem datam quibusdam fratribus ad nationes exteras ab apostolica sede transmissis recipiendi quempiam ad ordinem. v id. Oct. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 493. n° 68; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 493. n° 243. — »Quibusdam ex fratribus.«

» 12 » (12720) Episcopo Lincolniensi mandat, ne, cum clerici familiares (Henrici) regis Angliae in suis residere non teneantur ecclesiis, contra eos in aliquo procedat, sed eos potius permittat commodum de gratia apostolica consequi. iv id. Oct. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. i. 156. — »Indultum a nobis.«

» 12 » (12721) Priorissam et sorores monasterii s. Agnetis Argentinae dioc. ad petitionem Amiciae de Iovignaco et Galcheri nati eius ordini fratrum Praedicatorum incorporat. iv id. Oct. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 178. n° 186. — »Sua nobis nobilis.« *Cf.* n° 12737.

» 12 » (12722) Magistro et priori provinciali Franciae ord. Praedic. monasterium s. Dominici iuxta Montem Argi Senonens. dioc. dicto ordini et provinciae Franciae incorporatum declarat. iv id. Oct. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. 179. n° 187. — »Sua nobis nobilis.«

» 12 » (12723) Archiepiscopo Cassellensi et Laoniensi ac Lismorensi episcopis mandat, ut, si postulationem de fratre Daniele ord. fratr. Minorum in episcopum Clonensem (Clonerensem *Wadd.*) rite factam invenerint, eandem admittant et iniungant dicto fratri, ut ad praefatam ecclesiam accedat acturus curam eius fideliter et prudenter. iv id. Oct. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 184; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 495. n° 245; Theiner Mon. Hibern. 48. n° 127. — »Dilecti filii procuratores.«

» 12 » (12724) Iacobo de Sala canonico Vercellensi mandat, ut inhibeat expresse Templariis fratribus Praedicatoribus *etc.*, ne in Villa de Monte Vico interdicto supposita celebrent officia divina. iv id. Oct. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 494. n° 244. — »Dilectus filius B.«

» 12 » (12725) Abbati monasterii de Micheluelt ord. s. Ben. Babenbergens. dioc. indulget, ut in missarum sollempniis mitra uti possit. iv id. Oct. a° 5°. ‖ Mon. Boica XXV. 112. — »Ad faciendam tibi.«

» 13 » (12726) Episcopo Humanatensi in recompensationem castri Recanatensis spiritualia et temporalia iura, quae in villa Auximana et circa eam quondam episcopus eiusdem habebat, in perpetuum concedit eandem villam ipsi diocesana lege spiritualiter submittendo. iii id. Oct. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 745; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 536. n° 15. — »Cum olim apostolicae.«

» 18 » • (12727) Episcopo Anagnino mandat, ut inhibeat districtius quibusdam praelatis Campaniae, Maritimae et Romanae Urbis, ne fratres Minorum iniuriis afficiant aut a praedicando *etc.* impediant. xv kal. Nov. (a° 5°). ‖ Wadding Ann. Minor. III. 189. — »Non debent ecclesiarum.«

» 21 » (12728) (Petro) archiepiscopo et camerario Terraconensibus mandat, ut corpora mortuorum, quae occasione discordiae olim habitae inter fratres de ordine Minorum Pampilonenses ex una parte ac episcopum et capitulum Pampilonenses ex altera usque nunc

1247.

insepulta manserint, cito ecclesiasticae sepulturae tradant, et compositionem inter ipsos per H(ugonem) tit. S. Sabinae presb. cardinalem factam et a sede apostolica confirmatam a partibus inviolabiliter observari faciant. xii kal. Nov. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 495. n° 246. — »Humiles et pacificos.«

Oct. 23 Lugduni (12729) Episcopo Dumblanensi mandat, ut vicesimam ecclesiasticorum proventuum, redemptionem votorum *etc.* pro subsidio Terrae sanctae in regno Scotiae colligat et fideliter conservet. x kal. Nov. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 48. n° 128. — »Gerentes de tua.«

» 23 » (12730) Monasterium s. Virginis Mariae de Paradiso Cisterc. ord. Posnaniens. dioc. tuendum suscipit, eius possessiones ac bona confirmat et monachis ibidem degentibus officia praescribit. x kal. Nov. indict. VI. a° domin. incarn. 1247. pont. a° 5°. ‖ Raczyński Cod. diplom. 33 — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 26 » (12731) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali legato apostolicae sedis in partibus Alemanniae mandat, ut (Wilbrandum) Magdeburgensem archiepiscopum, (Rudigerum) Pataviensem et (Conradum) Frisingensem episcopos, qui »Friderico quondam imperatori excommunicato et Dei et ecclesiae inimico praestant manifeste auxilium, consilium et favorem, per quod dictam ecclesiam ut hostes publici persequuntur, eodem Magdeburgensi matrimonium inter ipsum Fridericum et filiam ducis Saxoniae procurante,« citet atque eis praefigat terminum, quo personaliter ad sedem apostolicam accedant; marchionem vero Misnensem, Bavariae ac Saxoniae duces et filiam ipsius Saxoniae, necnon nobiles de Austria et Styria et H. de Overstein (Euurstem *Deut.* — *vel potius* Ottonem de Eberstein), »qui pro ipsorum nobilium capitaneo nomine dicti Friderici se gerit,« per censuram ecclesiasticam compellat, ut ab eodem Friderico penitus recedant. vii kal. Nov. a° 5°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 78; *non integra et mendis maculata* ap. Raynald. Ann. ad a. 1247 § 8; ap. Gruber Orig. Livon. 255; Scr. rer. Livon. I. 383. n° 25; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 22; Deutinger Beyträge II. 14, *cf.* 154. n° 15; Erben Reg. Bohem. I. 552. n° 1186; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. n. 574; *fragm.* ap. Hansiz Germ. sacra I. 383; *cf.* Palacky Reise 32. n° 199. — »Dolet et dolere.«

» 29 » (12732) (Conrado) episcopo Misnensi mandat, ut apostolica auctoritate confirmet institutionem praepositi et 12 canonicorum a (Wenceslao) rege Boemiae in ecclesia oppidi sui Budesiinensis [Bautzen] factam. iv kal. Nov. a° 5°. ‖ Erben l. c. n° 1187; *cf.* Palacky l. c. n° 200. — »Cum sicut ex.«

» 31 » * (12733) Abbatissae et conventui S. Georgii mandat, ut latorem praesentium Diemut de Argentorato recipiant in sororem et conversam. ii kal. Nov. a° 5°. ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 232. n° 1093.

(Oct. fin.) (») (12734) Rectori S. Mariae in Cosmidin Urbis significat, »quod v non. (kal. *Baerw.*) Octob. (*i. e.* 3. Oct.) in curia iuxta Coloniam solemniter congregata ...... W(illelmus) comes Hollandiae communi voto principum, qui in electione caesaris (?) ius habere noscuntur, in Romanorum regem, applaudentibus ceteris principibus, est electus, sicut per litteras regis eiusdem et Petri S. Georgii ad velum aureum (Chunradi S. Georii *Baerw.*) cardinalis constare lucide nobis coepit.« De persona electi addit: »Idem rex, sicut praedicto cardinale referente cognovimus et fama publica protestatur, est fide catholicus, animo prudens, militia strennuus, propriis potens viribus, multorum principum affinitate connexus, iuventute fervidus, experientia moderatus, gratus moribus et specie corporis in oculis omnium gratiosus.« ..... »Haec igitur dic .... fidelibus, quos enim nosti de his rumoribus gavisuros, quatenus ipsos habeas gaudii tui socios.« *Sine nota chronol.* ‖ Beka ed. Buchel 78 (ap. Böhmer Font. II. 435); Mieris Charterboek I. 245; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 242. n° 444; *non integra* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 430. — »Confitere (Confortare *Baerw.*) nobiscum in.«

Nov. 2 » (12735) (Uffoni) archiepiscopo Lundensi mandat, ut decimarum tertiam fabricis ecclesiarum Lundensis provinciae deputatam colligi faciat, et subducta exinde portione pro dictis fabricis et luminaribus, at etiam pro solvendis debitis earundem ecclesiarum, residuam praedictae tertiae (Erico) regi Daciae assignet. iv non. Nov. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 321. n° 343; *cf.* Porthan Bullar. access. 39. n° 11. — »Benivolentie specialis affectum.«

» 2 » (12736) Abbati et conventui monasterii (s. Cornelii) Indensis ord. s. Ben. Coloniens. dioc. omnes libertates et exemptiones saecularium exactionum a regibus, principibus *etc.* eis indultas, necnon antiquas consuetudines hactenus observatas in eorum monasterio confirmat. iv non. Nov. a° 5°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 730. n° 111; Quix Cod. dipl. Aquens. I. i. 80. n° 111. — »Annuere consuevit sedes.«

» 5 » (12737) Magistro et priori provinciali Franciae ord. Praedic. interpretatur litteras, quas nuper eis pro monasterio monialium s. Dominici prope Montem Argi Senonensis dioc. ad instanciam Amiciae de Courteniaco et Galteri nati eius ipsius monasterii fundatorum dederat. Non. Nov. a° 5°. ‖ Gallia christ. XII. instr. 73. — »Licet in litteris.« *Cf.* n° 12721.

» 7 » (12738) Abbati et conventui monasterii de Middelburg Praemonstr. ord. Traiect. dioc. concedit, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis cogi de cetero per apostolicas litteras nequeant, nisi plenam de indulgentia huiusmodi fecerint mentionem. vii id. Nov. a° 5°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 259. n° 477, *perperam ad* a. 1248. — »Vestre meritis devotionis.«

1247.

Nov. 8 Lugduni (12739) Willelmum regem Romanorum rogat et hortatur, det operam efficacem, ut (Henricus) episcopus Bambergensis, qui ad instantiam cl. mem. Henrici (Raspe) regis Romanorum duci Moraviae et quibusdam aliis nobilibus de partibus illis se fideiussorie obligarit, a fideiussione huiusmodi liberetur. vi id. Nov. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 15. — »Cum sicut venerabilis.«

» 8 » (12740) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali apostolicae sedis legato de superiore ad Willelmum regem epistola significat eique mandat, ut eundem regem ad id moneat et inducat. vi id. Nov. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 14. — »Cum sicut venerabilis.«

» 8 » (12741) Praeposito et conventui monasterii de Lo ord. s. Aug. Morinens. dioc. indulget, ut de blado, vino, lana, lapidibus et lignis, quae pro suis necessitatibus aliquotiens emere eos contigerit, nulli pedagia, vinoagia aut roagia solvere teneantur. vi id. Nov. a° 5°. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. de St. Pierre de Loo 59. n° 55. — »Solet annuere sedes.«

» 12 » (12742) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus super haeretica pravitate in Burdegalensi, Toletana, Caturcensi, Narbonensi, Aniciensi, Mimatensi, Albiensi, Ruthenensi civitatibus et diocesibus et Arelatensi provincia auctoritate sedis apostolicae deputatis concedit facultatem eximendi clericos cum ipsis in inquisitionis contra haereticos et fidei negotio laborantes a praestatione subsidii imperii Romani. ii id. Nov. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 179. n° 188. — »Quia dignum est.«

» 12 » (12743) Burdegalensi, Narbonensi et Arelatensi archiepiscopis et Tholosano, Caturcensi, Aniciensi, Mimatensi, Albiensi et Ruthenensi episcopis mandat, ut dotes catholicarum mulierum propter haeresim virorum suorum confiscatas restituant et confiscari de cetero minime patiantur. ii id. Nov. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 496. n° 247. — »Cum sicut nostris.«

» 12 » (12744) Eisdem mandat, ut haereticos ante sententiam condemnationis ferendam per inquisitores moneant, ut se convertant ad propriam salutem et fautores suos et credentes eorum indicent. ii id. Nov. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 248. — »Illius vices licet.«

» 15 » (12745) Ministrum fratrum Minorum de Burgundia rogat et monet, ut Raynaldo domino Bagiaci crucesignato fratrem Willelmum dictum de Roi concedat in socium ad transfretandum. xvii kal. Dec. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 185; Sbaralea l. c. n° 250. — »Cum dilectus filius.«

» 15 » (12746) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, compellat canonicos et alios clericos suae diocesis, qui pro eo quod »subdiaconi nostri« sunt, non curant ad sacros ordines promoveri, ut ordines superiores recipiant. xvii kal. Dec. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 497. n° 249. — »Tua nobis fraternitas.«

» 16 » (12747) Decano et capitulo ecclesiae ss. apostolorum Symonis et Iudae in Goslaria Hildesem. dioc. indulget, ut per litteras apostolicas ad receptionem vel provisionem alicuius cogi de cetero minime possint. xvi kal. Dec. a° 5°. ‖ Heineccius Scr. rer. German. (Antiq. Goslar.) 267. — »Vestrae meritis devotionis.«

» 16 » (12748) Priori et conventui fratrum ordinis Praedicatorum Bisuntinis mandat, ut ad partes Burgundiae et Lotharingiae contra haereticos transmittant fratres idoneos. xvi kal. Dec. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 179. n° 189. — »Ille humani generis.«

» 17 » (12749) (Alberto) archiepiscopo Prusciae apostolicae sedis legato mandat, ut, cum de comitatu Hollandiae ad Wilhelmum regem Romanorum iure haereditario pertinente multi Frisones receperint ad Terrae sanctae subsidium signum crucis, eis ad supplicationem eiusdem regis in ipsius auxilium crucem huiusmodi commutet ac illam eis peccatorum suorum veniam ac si transfretassent personaliter, elargiatur. xv kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 15. — »Ex parte carissimi.«

» 17 » (12750) (Wilhelmo) rege Romanorum petente eius capellanis, notariis et clericis concedit, ut, quamdiu in eius servitio permanserint, beneficiorum suorum proventus integre quotidianis exceptis distributionibus percipere possint, ac si personaliter in ecclesiis, in quibus eadem beneficia obtinent, residerent. xv kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 16. — »Celsitudinis tue votis.«

» 17 » (12751) Praedicatoribus in Frixia constitutis scribit de eodem argumento ac (Alberto) archiepiscopo Prusciae (*vid.* n° 12749) eisque mandat, ut super hoc et aliis ad crucis negotium pertinentibus de consilio P(etri) S. Georgii ad velum aureum diac. card. legati apostolicae sedis procedant. xv kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 17. — »Ex parte carissimi.«

» 19 » (12752) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut contra F(ridericum) quondam imperatorem membrum diaboli, sathanae mi-

nistrum et infelicem praenuncium antichristi crucem praedicet et faciat per Theutoniam praedicari. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 18. — »Nemo sane mentis.«

Nov. 19 Lugduni (12753) Eidem mandat, ut ad reformationem pacis inter (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum et ducem Brabantiae interponat de consilio (Wilhelmi) regis Romanorum, cum nunc multum expediat, ut inter fideles imperii pax et concordia reformetur. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 19. — »Cum instanti negotio.«

» 19 » (12754) Eidem mandatum dat de reformatione pacis inter (Conradum) archiepiscopum Coloniensem et Galaranum fratrem comitis Iuliacensis. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 20. — »Cum instanti negotio.«

» 19 » (12755) Eidem plenam concedit facultatem commutandi crucesignatorum vota in (Wilhelmi) regis auxilium contra Fredericiam perfidiam, illis dumtaxat exceptis qui pro Terrae sanctae subsidio crucem receperunt. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 20. — »Cum in imperio.«

» 19 » (12756) (Sigfridum) archiepiscopum Maguntinum rogat et hortatur, ut super materia dissentionis inter eum et ducem Brabantiae exorta occasione cuiusdam terrae faciat, quod P(etrus) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legatus ordinandum duxerit. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 22. — »Cum inter te.«

» 19 » (12757) Civibus Coloniensibus gratiarum actiones refert, quod (Willelmum) regem Romanorum receperunt et honoraverunt, eosque monet, ut in ipsius regis devotione, firmitate inconcussa et solita persistant. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 6; Pertz Mon. Germ. hist., leg. II. 364; Ennen Quellen II. 268. — »Sicut a Domino.«

» 19 » (12758) Cives Maguntinos, quorum devotionem in negotio ecclesiae laudat, monet et hortatur, ut continuantes in persona (Willelmi) regis Romanorum constantiam apostolicae sedis consuetam eidem regi viriliter assistant. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 21; Pertz l. c. II. 364; *cf.* Raynald. l. c. — »A nostra et.«

» 19 » (12759) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et eius suffraganeis gratias agit pro studio et sollicitudine, quam in creatione (Willelmi) regis Romanorum habuerunt, eosque hortatur, ut eidem regi viriliter et potenter assistant. xiii (iii *Rayn.*) kal. Dec. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 5; Meerman l. c. 23; Pertz l. c. II. 364; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 575. — »Studium et sollicitudinem.«

• *In eundem modum eodemque die* (Conrado) archiepiscopo Coloniensi et eius suffraganeis,
» » » » » (Arnoldo) » Treverensi » » » ,
» » » » » (Gerhardo) » Bremensi, » » » ,
» » » » » (Hermanno) episcopo Herbipolensi,
» » » » » (Henrico) » Argentinensi,
» » » » » (Ottoni) » Monasteriensi,
» » » » » (Henrico) electo Spirensi,
» » » » » (Henrico) duci Brabantiae,
» » » » » (Ottoni) comiti Guelrensi,
» » » » » (Arnoldo) comiti de Los.

» 19 » (12760) (Haquino) regi Norwagiae crucesignato vicesimam omnium ecclesiasticorum proventuum regni sui, episcopatu Hamarensi dumtaxat excepto, ad succursum Terrae sanctae concedit. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 31. n° 40. — »Cum te habeamus.«

» 19 » (12761) (Paulo) episcopo Amarensi in Terrae sanctae subsidium profecturo concedit, ut vicesimam ecclesiarum suae civitatis et diocesis per quinquennium percipere et ad id contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam compellere possit. viii (*legas* xiii) kal. Dec. a° 5°. ‖ Lange l. c. I. i. 31. n° 41. — »Mereris ob tue.«

» 19 » (12762) Archiepiscopo Auxitanensi et Aniciensi ac Lodovensi episcopis scribit denuo de inquirendis poenitentiae signis quondam Raimundi comitis Tolosani ante diem mortis eisque mandat, ut, si viderint, nihil rationabile impedire, quominus memorati comitis corpus in ecclesiae cimiterio tumuletur, idem tradi faciant absolutione excommunicationis praemissa ecclesiasticae sepulturae. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Catel Hist. des comtes de Tolose 371. — »Licet bonis contemptibilis.«

» 19 » • (12763) Iacobo archidiacono Leodiensi apostolicae sedis legato in Polonia, Pruscia et Pomerania mandat, ut contra illos qui plures dignitates vel personatus aut parochiales ecclesias cum alio beneficio curam animarum habente sine dispensatione canonica detineant, procedat. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Montbach Statuta synod. dioc. Wratislav. (1855.) 318 *teste* Grünhagen Regest. I. 256. n° 666.

» 19 » (12764) I(acobo) archidiacono Leodiensi capellano suo, quem in Poloniam, Prusciam et Pomeraniam pro bono illarum partium statu destinat, concedit potestatem exercendi libere censuram ecclesiasticam in omnes tam cathedralium quam aliarum ecclesiarum praelatos, in universa capitula et conventus, comites et barones et quascumque per-

sonas ecclesiasticas vel saeculares earundem partium. xiii (x *Rayn.*) kal. Dec. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 45. n° 93; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 25; Voigt Gesch. Preussens III. 600. Anm. 1; Korn Regest. episc. Vratislav. 37. — »Cum te in.«

Nov. 19 Lugduni (12765) (Fulconi) Gneznensi (Enennen. *legit Voigt*) et (Alberto) Prussiae archiepiscopis ac eorum suffraganeis notum facit, se ad eorum partes I(acobum) archidiaconum Leod. capellanum suum destinare, ut evellat et dissipet, aedificet et plantet sicut viderit expedire. Praecipit eis, ut eundem benigne recipiant ipsiusque monita efficaciter adimpleant. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Theiner l. c. n° 94; Montbach Statuta synod. dioec. eccles. Wratislav. 308; Helcel Starodawne prawa Polskiego pomniki I. (w Warszawie 1856. 4°) 347; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 68. n° 72; Hube Antiquiss. constitutiones synod. prov. Gneznens. 16; *cf.* Raynald. l. c. § 25; Voigt Gesch. Pr. III. 600. Anm. 2; Korn l. c. 37. — »Qui (quia *Helc.*) corporali presencia.«

» 19 » (12766) Inquisitoribus super haeretica pravitate in Burdegalensi, Tolosana, Caturcensi, Narbonensi, Aniciensi, Mimatensi, Albiensi, Ruthenensi civitatibus et diocesibus et Arelatensi provincia auctoritate sedis apostolicae deputatis concedit facultatem citandi haereticos vel suspectos de haeresi pro audiendis eorum confessionibus ad loca ipsis tuta. xiii kal. Dec. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 179. n° 190; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 498. n° 251. — »Quia sicut intimantibus.«

» 20 » (12767) P(etro) S. Georgii ad velum aureum card. diac. apostolicae sedis legato mandat, ut, cum (Henrico) duci Brabantiae ac Lotharingiae promiserit »facere promittere omnes praelatos Alamanniae per patentes litteras eorundem, quod assistant ei tamquam socii sociis et amici amicis viriliter et patenter in negotio ecclesiae contra F(ridericum) quondam Romanorum imperatorem,« dictos praelatos ad id moneat efficaciter et inducat. xii kal. Dec. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1247 § 7; Meerman Geschied. V. 25. — »Cum sicut accepimus.«

» 20 » (12768) Eidem (*Böhmer Reg. 1246—1313. p. 316. n° 43 scribit:* Archiepiscopo Maguntino) mandat, compellat districtione qua conveniat universos et singulos imperii, ut (Wilhelmi) regis Romanorum mandatis salubribus firmiter obediant et intendant. xii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 26. — »Volentes carissimo in.«

» 20 » (12769) Principes, duces, marchiones et aliorum principum nobilium nuncios apud Aquisgranum in proxima curia congregandos rogat et hortatur, ut praedicto regi potenter et viriliter assistentes exhibeant eidem contra F(ridericum) quondam imperatorem Dei et ecclesiae ac imperii manifestum adversarium consilium et auxilium, praesertim cum praefati regis »persona dignissima ad tantam dignitatem non ministerio hominis, sed potius divino ministerio quasi ex insperato ad imperii fastigium« sit assumptus. xii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 26. — »Scire vos credimus.«

» 20 » (12770) Cives Aquenses monet et hortatur, ut, »considerato prudenter, quod (Wilhelmus) rex Romanorum per se ac suos, quibus circumdati estis, vos et terram vestram favorabiliter tenebit in libertate, gratia et honore, ab obsequio et dampnata devotione Fr(iderici) ab regali et imperiali dignitate depositi et anathematis mucrone ligati protinus ac penitus recedentes eidem regi« assistant viriliter ac potenter. xii kal. Dec. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 28. — »Scire vos credimus.«

» 22 » (12771) Universis crucesignatis contra Prusciae aliarumque circumiacentium partium paganos mandat, ut iuxta beneplacitum et mandatum I(acobi) archidiaconi Leodiensis capellani sui, quem ad Prusciae *etc.* partes dirigat, provideant. x kal. Dec. a° 5°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 68. n° 73; *cf. eiusd.* Gesch. Preussens III. 600. Anm. 3. — »Volumus et presentium.«

» 22 » (12772) I(acobo) archidiacono Leodiensi capellano suo mandat, ut magistro et fratribus domus Theotonicorum in Pruscia, Poloniae et Caminensi ducibus ex parte una et duci Pomeraniae ac Prusciae neophytis ex altera graviter discordantibus treugas indicat, tamdium observandas ab ipsis, donec mandatum apostolicum receperint in hac parte. x kal. Dec. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 45. n° 92. — »Cum inter dilectos.«

» 22 » Eidem: »x kal. Dec. a° 5°.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 25, *vid.* n° 12764.

» 26 » (12773) (Erico) regi Daciae significat, se (Uffoni) archiepiscopo Lundensi mandasse, ut decimarum tertiam fabricis ecclesiarum Lundensis provinciae deputatam colligi faciat, et subducta exinde portione pro dictis fabricis et luminaribus residuam praedictae tertiae ipsi regi assignet, dummodo contra paganos, qui neophytos in partibus Estoniae constitutos molestent, potenti brachio fidei negotium prosequatur. vi kal. Dec. a° 5°. ‖ Bunge Livl. UB. III. 36. n° 195a; *cf. ibid.* Regest. 15. n° 218a; Liljegren Svenskt dipl. I. 322. n° 345; *cf.* Porthan Bullar. access. 39. n° 12. — »Benivolentie specialis affectum.« *Cf.* n° 12735.

» 29 » (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et eius suffraganeis: »iii kal. Dec. a° 5°« — »Studium et solicitudinem.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 5 (ed. Mansi), *vid.* 1247. Nov. 19. n° 12759.

Dec. 2 » (12774) (Durando) Albiensi episcopo concedit, ut illos suae civitatis et diocesis, qui propter haeresim meruerint carceri mancipari, si voluerint bonam satisdationem praestare quod

		1247.
		iniunctas sibi pro posse faciant poenitentias, valeat liberare. ɪv non. Dec. a° 5°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 467; *cf.* Auriac Histoire d'Alby 105. — »Ut catholicae fidei.«
Dec. 5	Lugduni	(12775) Walificoni Lodomeriae regi concedit, ut cum Dubrauca regina uxore sua, cui in tertio consanguinitatis gradu attinet, in matrimonio libere remanere possit. Non. Dec. a° 5°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 67; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 240. — »Etsi coniunctio copule.«
		* *In eundem modum* Dubraucae reginae eiusdem Walificonis uxori.
» 5	»	(12776) (Alberto) archiepiscopo Livoniae et Prusciae mandat, ut libera episcopi Semigalliensis propter nimiam sui corporis debilitatem resignatione recepta fratrem Henricum de Luziburgo de ord. Minorum Semigalliensi ecclesiae praeficiat in episcopum et pastorem. Non. Dec. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 498. n° 252. — »Ex parte venerabilis.«
» 6	»	(12777) Archiepiscopo et capitulo Ianuensibus significat, se duxisse statuendum, quod cives Ianuenses propriam in Castro Monaci valeant aedificare capellam, et priori ac superiori fratrum Praedicatorum Ianuensium mandasse, ut primarium ponant lapidem in eadem. ᴠɪɪɪ id. Dec. a° 5°. ‖ Liber iurium reip. Genuensis (Hist. patr. monum.) I. 1024. n° 778. — »Pro puritate devotionis.«
» 7	»	(12778) Potestati, consilio et populo Ianuensibus indulget, ne quis patriarcha, archiepiscopus aut ordinarius alius in regno tam Ierosolimitano quam Cypri et ubilibet ultra mare propter aliqua testamenta vel cuiuslibet ultimae voluntatis praetextum *etc.* in aliquem de eorum terra in praedictis partibus commorantem absque mandato sedis apostolicae speciali excommunicationis vel interdicti sententiam aut aliam censuram ecclesiasticam valeat exercere. ᴠɪɪ id. Dec. a° 5°. ‖ Liber iur. l. c. 1025. n° 779. — »Solet annuere sedes.«
» 7	»	(12779) Priori S. Crucis Acconensis executionem indulti in epistola superiore (n° 12778) Ianuensibus concessi committit. ᴠɪɪ id. Dec. a° 5°. ‖ Liber iur. l. c. 1027. n° 782. — »Cum pro puritate.«
» 7	»	(12780) Potestati, consilio et populo Ianuensibus concedit facultatem, ut effectu libertatum, privilegiorum, immunitatum et beneficiorum omnium, quibus tam in Ierosolimitano regno quam Cypri et ubilibet ultra mare ex indulto sedis apostolicae Venetiarum vel quaelibet alia universitas utatur cismarina, libere gaudere ac plenarie uti possint. ᴠɪɪ id. Dec. a° 5°. ‖ Liber iur. 1027. n° 781. — »Revolutis in mente.«
» 7	»	(12781) Priori S. Crucis Acconensis executionem concessionis in epistola anteriore expressae committit. ᴠɪɪ id. Dec. a° 5°. ‖ Liber iur. 1026. n° 780. — »Revolutis in mente.«
» 8	»	(12782) (Paulo) episcopo Amarensi mandat, ut (Haquino) regi Norwagiae crucesignato vicesimam proventuum exhiberi faciat, ut potentius exequi valeat votum crucis. ᴠɪ id. Dec. a° 5°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VII. ɪ. 18. — »Cum carissimo in.«
» 9	»	(12783) Henrico canonico Orcadensi ab Orcadensi capitulo concorditer in episcopum postulato concedit, ut, non obstante defectu natalium, episcopatum ipsum recipere possit. ᴠ id. Dec. a° 5°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. ɪ. 32. n° 42. — »Ad hoc Deus.«
» 9	»	(12784) Abbati et conventui monasterii Quinciaci [Quincy] Cisterc. ord. Lingonens. dioc. indulget, ut de blado, vino, lana, sale, corio *etc.* nulli pedagia, winoagia et roagia solvere teneantur. ᴠ id. Dec. a° 5°. ‖ Quantin Recueil 239. n° 510. — »Solet annuere sedes.«
» 10	»	(12785) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut Raymundo clerico filio quondam nobilis viri Pagani de Turri Mediolanensis de dignitate vel personatu in civitate vel diocesi sua, aetate non obstante, provideat. ɪᴠ id. Dec. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 499. n° 253. — »Sua nobis dilectus.«
» 11	»	(12786) Abbati et conventui Praemonstratensi concedit facultatem recipiendi in domo sua de Bonolio usque ad viginti sorores. ɪɪɪ id. Dec. a° 5°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 673; Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 320. — »Licet sicut vestra.«
» 12	»	(12787) Universis Christifidelibus ad monasterium monialium inclusarum s. Martini de Colle Paradisi Camerinense ord. s. Dam. propter petendum misericordiae divinae suffragium accedentibus indulgentias impertitur. ɪɪ id. Dec. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 254. — »Quoniam ut ait.«
» 14	»	(12788) (Guilelmo) episcopo Zverinensi et abbati Ullensen(ensi) Verdens. dioc. mandat, ut in causa conventus monasterii s. Iohannis Lubecensis contra (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem metropolitanum et (Albertum) episcopum Lubicensem diocesanum, qui occasione cuiusdam visitationis praefatis monachis ex arrupto praeceperant sub debito praestiti iuramenti, »quod infra tres dies a praedicto discederent monasterio ac etiam civitatem Lubicensem exirent,« et per visitatores suos moniales Cisterciensis ordinis in dicto monasterio de facto induxerant, statuant quod canonicum fuerit. xɪx kal. Ianr. a° 5°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 125. n° 128; Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 54. n° 47; *cf.* Meklenb. UB. I. 565. n° 597. — »Sua nobis conventus.«

		1247.
Dec. 16	Lugduni	* (12789) Abbati et conventui Eremitanis concedit, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. xᴠɪɪ kal. Ianr. a° 5°. ‖ Morel Regest. von Einsiedeln 9. n° 63.
» 18	»	(12790) Praeposito et capitulo ecclesiae de Lo ord. s. Aug. Morinens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis cogi de cetero per apostolicas litteras non possint, nisi de hac indulgentia plenam fecerint mentionem. xᴠ kal. Ianr. a° 5°. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. St. Pierre de Loo 59. n° 56; *cf.* Annal. de la soc. d'émulat. de la Flandre occid. Sér. 2. I. 336. n° 53, *ad* a. 1248. — »Vestre meritis devotionis.«
» 19	»	(12791) (Sigurdo) archiepiscopo Nidrosiensi et eius suffraganeis per regnum Norwegiae constitutis mandat, ut, cum (Haquinus) rex Norwegiae praeter tres in curiis suis existentes ecclesias proponat alias construere in eisdem, recipiant libere ad easdem ecclesias illos, quos ad eas duxerit praesentandos, si paratus sit instituendis in eis de bonis propriis sufficientes redditus assignare. xɪᴠ kal. Ianr. a° 5°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. ɪ. 33. n° 43. — »Cum sicut ex.«
» 19	»	(12792) Fratri Rudolpho Anglico de ordine fratrum Minorum mandat, ut cum magistro Henrico de Batonia rectore ecclesiae de Timbres bareswe Bathoniens. dioc., quod praeter duo beneficia curam habentia animarum unum aliud beneficium recipere possit, dispenset. xɪᴠ kal. Ianr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 493. n° 69, *cf.* 189; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 500. n° 255. — »Apostolicae sedis benignitas.«
» 20	»	(12793) (Eskillo) episcopo Slesvicensi, priori provinciali Praedicatorum et ministro Minorum fratrum de Dacia mandat, ut per (Ericum) regem Daciae restitui faciant (Nicolao) episcopo Roskildensi castrum de Kopmannhafn et alias res episcopales, quibus non sine ipsius regis conniventia spoliatus sit, veniamque parent in diocesi Roskildensi libere commorandi. xɪɪɪ kal. Ianr. a° 5°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 158; Nielsen Kjöbenhavns diplom. I. 6, *ubi male* Innocentio III *adscripta.* — »Quanto carissimus in.«
» 20	»	(12794) (Arnoldo) abbati et conventui monasterii s. Blasii in Nigra Silva ord. s. Ben. Constantiens. dioc. concedit, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. xɪɪɪ kal. Ianr. a° 5°. ‖ Gerbert Nigra Silva III. 150. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 21	»	(12795) Abbatissae et conventui monialium inclusarum s. Francisci de Offida ord. s. Dam. Firman. dioc., quibus (Philippus) Firmanus episcopus, quod in ecclesia b. Martini prope castrum Offidae propter guerrarum incursus non poterant commode Domino famulari, transferendi eandem ecclesiam ad locum magis tutum intra dictum castrum a. 1241 Oct. 8 concesserat facultatem, hanc concessionem confirmat. xɪɪ kal. Ianr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 493. n° 70; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 500. n° 256. — »Iustis petentium desideriis.«
» 24	»	(12796) Archiepiscopo Tarraconensi et Raymundo de Pennaforti et Michaeli doctori theologiae fratribus ord. Praed. committit, ut, cum plenius considerare possint in hac parte circumstantias universas, de persona idonea Ilerdensi ecclesiae provideant. ɪx kal. Ianr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 180. n° 191; *cf.* Villanueva Viage liter. XVI. 142. — »Ilerdensis ecclesia pastoris.«
» 30	»	(12797) (Leone) archiepiscopo Mediolanensi supplicante confirmat statutum b. m. Henrici archiepiscopi et synodi congregatae de clericis in ecclesiis capitulisque non recipiendis, antequam praebendae vacaverint. ɪɪɪ kal. Ianr. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 502. n° 207. — »Iis quae ab.«
» 31	»	Praeposito ecclesiae de Swabeheim: »ɪɪ kal. Dec. a° 5°«. ‖ Würdtwein Monast. Palat. VI. 105, *vid.* 1248. Ianr. 12. n° 12807.
—	(»)	(12798) Wilhelmum Romanorum regem rogat et monet, ut G(uidonem) comitem Flandriae et I(ohannem) dominum de Dampert fratrem eius, qui arma in regis assumpserant nocumentum, a vinculo captivitatis absolvat et pristinae libertati restituat. *Sine signo chronol.* ‖ Würdtwein Nova subsid. I. 60. — »Non operum, non.«
	(»)	(12799) Fratri Crescentio episcopo mandat, ut, cum fratrem N(icolaum de Curbio) tunc capellanum suum in episcopum Assisinatensi ecclesiae praefecerit et ad eam propriis manibus consecrarit, relinquens eandem ecclesiam viro suo praefatum episcopum super ea nequaquam impediat. *Sine nota chronol.* ‖ Wadding Ann. Minor. III. 476. n° 55; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 504. n° 260. — »Antequam Assisinatensem ecclesiam.«
—	(»)	(12800) P. (*leg.* Guilelmo) S. Eustachii diacono cardinali, qui memoratum fratrem Crescentium auctoritate usus propria de facto praefecerat pontificem ecclesiae Assisinatensi viduatae, de superiore epistola significat eique mandat, ut persuadeat eidem fratri, quatenus cedat episcopatui Assisinati. *Sine signo chronol.* ‖ Wadding l. c. 477. n° 56; Sbaralea l. c. n° 259. — »Devoluto dudum per.«
—	(»)	(12801) Potestati et populo Assisinatensibus mandat, ut obediant fratri N(icolao) de (Curbio) ord. Minor., tunc capellano papali, electo a pontifice, relicto Crescentio per P. (*leg.* Guilelmum) S. Eustachii diac. card. apostolicae sedis legatum concesso. *Sine nota chronol.* ‖ Wadding l. c. 478. n° 57; Sbaralea l. c. 502. n° 258. — »In ordinatione Assisinatensis.«

1248.

Ianr. 1 Lugduni (12802) Universis Christifidelibus ecclesiam s. Eustorgii Mediolanensis, ubi corpora b. Eustorgii et Magni requiescunt, quae prior et fratres Praedicatores proponunt elevari facere de loco in quo nunc sunt, in die elevationis corporum ipsorum visitantibus indulgentiam unius anni *etc.* concedit. Kal. Ianr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 180. n° 192. — »Loca sanctorum omnium.«

» 6 » (12803) Homines Castri de Cassia Spoletan. dioc. a praestatione fodri usque ad sex annos eximit. VIII id. Ianr. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 126. n° 231. — »Efficax vestre devotionis.«

» 9 » (12804) Monasterio de Rinsburch ord. s. Ben. Traiect. dioc. quasdam decimas in Wallacria eidem ab (Ottone) Traiectensi episcopo pleno iure concessas auctoritate apostolica confirmat. V id. Ianr. a° 5°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 242. n° 445. — »Cum a nobis.«

» 9 » (12805) Magistrum et fratres hospitalis de Santingheveld iuxta Vizantram Morinens. dioc. tuendos suscipit. »Ad indicium autem, quod idem hospitale ad ius et proprietatem b. Petri nullo mediante pertineat, signum clavis eidem b. Petro a domino Salvatore nostro collatae de concessione apostolica deferetis.« V id. Ianr. a° 5°. ‖ (Garampi) Antico sigillo della Garfagnana 108. not. 3. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 12 » (12806) Hugolino Raynerii et Hugolino Bonicomitis civibus Camerinensibus Montana Nursiae, Cassii, Cerreti et alia castra Spoletanae diocesis et terram Arnulphorum in feudum concedit. II id. Ianr. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 126. n° 232. — »Apostolice sedis providentia.«

» 12 » (12807) (Conrado) praeposito ecclesiae de Swabeheim ord. s. Aug. Magunt. dioc. mandat, ut, si nobiles viri Wolframmus et Embrico de Lewestein ius patronatus, quod habent in ecclesia de Spizisheim pro suarum animarum salute monasterio monialium in Syon Magunt. dioc. contulerint, eandem ecclesiam monialibus ipsis auctoritate apostolica confirmet. II id. Ianr. (II kal. Dec. *Würdtw.*) a° 5°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. VI. 105; Acta acad. Theod.-Palat. VII. (1794.) 271; *cf.* J. G. Widder Versuch einer . . . Beschreib. der Kurfürstl. Pfalz a. Rhein III. (Frankf. & L. 1787. 8°) 48. — »Dilectus filius nobilis.«

» 12 » (12808) Eidem mandat, ut, si comitissa de Spanheim ius patronatus, quod habet in ecclesia de Gillinheim [Göllheim], et diocesanus loci ecclesiam praedictam monasterio monialium in Rosendal Cisterc. ord. Mogunt. dioc. concesserint, eandem ecclesiam monialibus ipsis auctoritate papae confirmet. II id. Ianr. a° 5°. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 342. — »Dilectus filius nobilis.«

» 15 » (12809) Priori fratrum Praedicatorum Wormaciensium mandat, ut monasterium monialium s. Spiritus de Alzeta ord. s. Aug. ordini Praedicatorum incorporet, diocesani episcopi in omnibus iure salvo. XVIII kal. Febr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 181. n° 193. — »Quia personas religiosas.«

» 19 » (12810) Repetit n° 11339 de 1244. Apr. 20: »XIV kal. Febr. a° 5°« — »Cum de viris.« ‖ Strehlke Tab. 370. n° 519.

» 21 » (12811) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut, cum (Gertrudis) ducissa Austriae super contrahendo matrimonio papale requisierit beneplacitum voluntatis, ad contrahendum inter ipsam et (Wilhelmum) regem Romanorum vel alium aptum matrimonium det opem et operam. XII kal. Febr. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 28; Erben Reg. Bohem. I. 554. n° 1193; *cf.* Palacky Reise 32. n° 201; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 83. n° 112. — »Cum dilecta in.«

» 22 » (12813) Magistro et fratribus de domo Theutonicorum in Prusciae partibus constitutis mandat, ut, cum eis innotuerit Tartarorum exercitus contra christianitatem dirigere gressus suos, id sedi apostolicae quam citius intimare studeant. XI kal. Febr. a° 5°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 69. n° 74; Hennes UB. des deutschen Ordens I. 128; Erben l. c. n° 1194. — »Cum Danieli regi.« *Cf.* n° 12819.

» 22 » (12814) Danielem regem Russiae rogat et monet, ut, quam cito ei constiterit Tartarorum exercitus versus christianitatem dirigere gressus suos, id fratribus de domo Theotonica in Russiae partibus commorantibus intimet. XI kal. Febr. a° 5°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 68; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 267. — »Quia pericula possunt.«

» 23 » (12815) Alexandrum ducem Susdaliensem hortatur, ut Romanam ecclesiam matrem recognoscere et ipsius pontifici obedire ac ad apostolicae sedis obedientiam subditos suos efficaciter studeat invitare. Tum pro speciali munere ab eo petit, ut, si ei constiterit Tartaros exercitus suos contra christianos dirigere, id quamtocius fratribus de domo Theotonica in Livonia commorantibus intimet. X kal. Febr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 41; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 506. n° 263; Turgenevius l. c. 68; *fragm.* ap. Erben l. c. n° 1195; *cf.* Palacky Reise 32. n° 206, *ad* Ianr. 28. — »Pater futuri seculi.«

» 23 » (12816) (Philippum) procuratorem ecclesiae Salzeburgensis rogat et hortatur, ut, cum (Gertrudis) ducissa Austriae zelo fidei et devotionis accensa et femineae cogitationi

1248.

masculinum animum inserens inimicis ecclesiae opponere se intendat, in hoc ei ac in iure suo exhibeat se favorabilem. Mandat ei, ut castra et loca suae provinciae ac diocesis, quorum habitatores se Fr(iderico) quondam imperatori contra ecclesiam iuramenti vinculo astrinxerunt, supponat ecclesiastico interdicto. X kal. Febr. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 29. — »Cum sicut accepimus.«

* *In eundem modum* (Brunonem) episcopum Olomucensem [*sed pro* suae provinciae *legitur* ducatus Austriae].
* » » » (Ulricum) episcopum (Selxowen., *sed legendum puto*) Seccowensem. ‖ Meerman l. c. 30; *cf.* Palacky Reise 32. n° 202; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 83. n° 113; Erben l. c. n° 1196.

Ianr. 23 Lugduni (12817) Fratri Franco de ordine Minorum ad preces (Gertrudis) ducissae Austriae concedit, ut eius et familiae confessiones audiat et eis pro commissis iniungat poenitentiam salutarem. X kal. Febr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 193; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 505. n° 261. — »Devotis dilectae in.«

» 23 » (12818) Fratri Francisco eiusdem ordinis concedit, ut confessiones Conradi comitis de Handek, eius uxoris ac familiae excipere possit. X kal. Febr. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 262. — »Devotionis dilectorum in.« *Cf.* n° 12825.

» 23 * Praepositum et capitulum Neweburgenses: »X kal. Febr. a° 5°«. ‖ Palacky Reise 32. n° 203; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 83. n° 114, *vid.* 1248. Ianr. 28. n° 12827.

» 24 » (12819) Magistro et fratribus de domo Theotonicorum in Prusciae partibus constitutis de certiorando summo pontifice de incursionibus Tartororum in ditiones christianas mandata dat. IX kal. Febr. a° 5°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 70. — »Cum Danieli regi.« *Cf.* n° 12813.

» 25 » (12820) Fratri Desiderio de ordine Minorum poenitentiario suo mandat, ut corpora illorum, qui cum Alphonso (Ferdinandi) regis Castellae primogenito regnum Portugalliae intraverunt et excommunicati viam universae carnis sunt ingressi, si signa poenitentiae apparuerint in eis, tradi faciat ecclesiasticae sepulturae. VIII kal. Febr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 193; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 507. n° 264. — »Cum sicut intelleximus.«

» 25 » * (12821) Archipresbytero de Curtenova Reginens. dioc. et Roberto de Corrigia canonico Reginensi mandat, ut excommunicatos denuntient singulis diebus dominicis et festivis R. quondam priorem Columbari et huius prioratus monachos necnon G. filium Bonacursi de Palude ab eis in abbatem Marolae electum, qui auctoritate Henrici filii Friderici quondam imperatoris se in possessionem huius monasterii intruserit. VIII kal. Febr. a° 5°. ‖ Tiraboschi Mem. stor. Moden. V. cod. dipl. 28; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 584.

» 28 » (12822) Fratri Desiderio de ordine Minorum poenitentiario suo mandat, ut excommunicationis sententiam in capitulum, abbates, priores et clerum Braccarensis civitatis et diocesis promulgatam pro eo, quod partem proventuum pro imperii Romani subsidio non solverant, relaxet, cum illi pro rerum inopia et gravi statu regni Portugalliae facultatem solutionis non habeant. V kal. Febr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 191; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 508. n° 265. — »Licet a nobis.«

* *In eundem modum pro* Capitulo, abbatibus . . . Conimbricensibus.

» 28 » (12823) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato mandat, compellat per censuram ecclesiasticam magistrum et fratres ac fratrem Rasconem hospitalis domus s. Mariae Theutonicorum in Austria, ut castra in Starthenbeh (Starkemberch?) et in Cententrin ac quaedam alia, thesaurum et alia bona mobilia et immobilia, quae ad (Gertrudem) ducissam Austriae ex concessione facta ei a quondam duce Austriae patruo eius spectent, isti autem detineant, integre restituant; cum illi haec restituere negaverint, moneat si expedire viderit (Otakarum) regem Bohemiae, ut super his de redditibus, quos iidem fratres obtineant in eius regno, nobili memoratae satisfieri faciat. V kal. Febr. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 32; Erben Reg. Bohem. I. 556. n° 1198; *cf.* Palacky Reise 32. n° 204; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 84. n° 115. — »Cum sicut ex.«

» 28 » (12824) (Belam) regem Hungariae monet et hortatur, ut (Gertrudi) ducissae Austriae (Wladislai ducis Moraviae viduae) necessitatis tempore, cum ab ea requisitus fuerit, tam in iure suo quam contra eius inimicos assistat. V kal. Febr. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 34; Dobner Monum. II. 366; Fejér Cod. dipl. IV. II. 27; Theiner Mon. Hungar. I. 205. n° 385. — »Cum sicut accepimus.«

» 28 » (12825) Corrado comiti de Handelr (?) gratias agit pro eo, quod ducissae Austriae in prosecutione suorum iurium et praecipue contra inimicos ecclesiae astitit et assistit; monet eum, ut eidem ducissae porro et praesertim contra fautores F(riderici) quondam imperatoris auxilietur. V kal. Febr. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 34. — »Gratum gerimus et.« *Cf.* n° 12818.

1248.

Ianr. 28	Lugduni	(12826) (Gertrudi) ducissae Austriae omnia, quae dux Austriae patruus eius ei tam in honoribus et iuribus, quam aliis bonis mobilibus et immobilibus ad eum spectantibus, prout ex imperiali ei concessione licebat, in sua dispositione duxit relinquenda, confirmat. v kal. Febr. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 31. — »Quia personam tuam.«
» 28	»	(12827) Praepositum et capitulum Neweburgenses rogat et hortatur, ut, cum (Gertrudis) ducissa Austriae in castro de Obalenberch, quod ad eorum ecclesiam spectet, propter ipsius munitionem se receperit, maneat in eodem et parata sit pro illo eis aequivalens assignare concambium, nullam permutationem de ipso castro cum alio praeterquam cum ipsa facere praesumant. v (x *Pal., Bocz.*) kal. Febr. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 33; Erben l. c. n° 1197; *cf.* Palacky l. c. n° 203; Boczek l. c. 83. n° 114. — »Cum sicut accepimus.«
» 28	»	(12828) (Wenceslao) regi Boemiae (Gertrudem) ducissam Austriae commendat, ut eidem tam in iure suo quam contra inimicos assistat. v kal. Febr. a° 5°. ‖ Boczek l. c. 84. n° 116; Erben l. c. n° 1199; *cf.* Palacky l. c. n° 205. — »Cum sicut accepimus.«
» 28	»	* Alexandrum ducem Susdaliensem ad Romanae ecclesiae obsequium incitat. ‖ Palacky l. c. n° 206, *vid.* n° 12815.
» 30	»	(12829) Fratri Desiderio de ordine Minorum poenitentiario suo mandat, ut Alphonsum (Ferdinandi) regis Castellae primogenitum et illos qui cum eo vel eius obtentu regnum Portugalliae intraverant, denunciet excommunicationis sententia, si qua per Braccarensem archiepiscopum et b. mem. Conimbricensem episcopum lata existat, non teneri. III kal. Febr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 192; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 508. n° 266. — »Intelleximus nuper quod.«
Febr. 3	»	(12830) Fratres inquisitores haereticae pravitatis in provincia Narbonensi rogat et hortatur, ut in negotio fidei et orthodoxae religionis cum omni diligentia procedant, quo magis haereticorum rabies in eisdem partibus invalescat. (XI *sed legas*) III non. Febr. a° 5°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 467. — »Sperabamus hactenus imo.«
» 4	»	(12831) Conrado dicto Iudeman de Turego milite crucesignato Constant. dioc. petente, quem Conradus filius Fr(iderici) quondam imperatoris proscripserat, decretum G(uillelmi) regis Romanorum, quo iste hanc proscriptionem tamquam a non suo iudice factam statuerat nullam esse, confirmat. II non. Febr. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 35. — »Ex parte tua.«
» 4	»	(12832) Praeposito ecclesiae de Riva Praemonstr. ord. Constant. dioc. mandat, moneat Egelolfum de Asele militem patrem Itae uxoris Conradi dicti Iudeman praefati, ut eidem praedictam uxorem, domos, vineas *etc.* ad dotem istius spectantes, quas post memorati Conradi proscriptionem ad manus suas receperat, restituat. II non. Febr. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 36. — »Dilectus filius Conradus.«
» 5	»	(12833) Abbati et conventui monasterii Pontiniacensis Cisterc. ord., in quorum ecclesia corpus s. Edmundi archiepiscopi Cantuariensis requiescit, significat, se omnibus tam viris quam mulieribus vere poenitentibus et confessis, qui ad eandem ecclesiam in die translationis ipsius sancti, in quo mulieres libere ipsam intrare concedat, pura intentione accesserint annuatim, 40 dierum indulgentiam largiri. Non. Febr. a° 5°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1920; Quantin Recueil 240. n° 512, *perperam ad* a. 1247. — »In sanctorum festivitatibus.«
» 6	»	(12834) (Alberto) episcopo, clero et populo Placentinis notum facit, se cupientem ob ipsius civitatis augmentum ibi fieri generale studium omnibus doctoribus et scholaribus in quacunque facultate ibi studentibus indulgere, ut eisdem privilegiis, indulgentiis et libertatibus gaudeant, quibus Parisius aut Bononiae studentes laetantur. VIII id. Febr. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 225; Umb. Locatus De orig. Placentiae *in* Graevii Thesaur. antiq. Ital. III. II. (Lugd. Bat. 1704. fol.) 101; Campi Hist. di Piacenza II. 399. n° 91; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1411. n° 3; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 536. n° 16. — »Quia profectum terrae.«
» 7	»	(12835) Episcopum et capitulum Famagustanos monet, ut Nicolaum natum Iacobi de Aldo in canonicum et fratrem recipiant eique praebendam liberaliter conferant. VII id. Febr. a° 5°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 77. n° 97. — »Dilecti filii B.«
» 8	»	(12836) Magistro ordinis Humiliatorum indulget, faciat ut, cum in eodem ordine sit statutum, ut clerici eiusdem laicos in ecclesia, capitulo, refectorio et ubique praecedant, etiam in domo s. Michaelis de Alexandria, in qua super hoc inter clericos et laicos quaestio orta erat, praefatum statutum ac in aliis domibus eiusdem ordinis inviolabiliter observetur. VI id. Febr. a° 5°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 219. — »A primordio surgentis.«
» 10	»	(12837) Praeposito ecclesiae Novicastri Lausann. dioc. causam inter Corradum advocatum de Friburch et dominum de Valbeesten et quosdam alios laicos Basiliens. et Constantiens. diocc. super terris, debitis et rebus aliis vertentem terminandam committit. IV id. Febr. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 38. — »Dilectus filius nobilis.«

1248.

Febr. 10	Lugduni	(12838) Abbati et conventui monasterii de Alcrest Cisterc. ord. Lausann. dioc. parochialem ecclesiam de Villa nova, quae etiam ecclesia de Compengye vulgariter dicebatur eisque ab episcopo Lausannensi in proprios usus concessa erat, auctoritate apostolica confirmat. IV id. Febr. a° 5°. ‖ Zapf Mon. anecd. I. 128; Cartul. de Hautcrêt *in* Mém. et docum. de la Suisse romande XII. 79. n° 50. — »Iustis petentium desideriis.«
» 11	»	(12839) (Henrico) episcopo Constantiensi, petentibus C. comite de Toggenburc et H. domino de Wartinberc, mandat ut monasterio Turicensi ord. s. Ben. ecclesiam de Haltdorf, quam episcopus ipse abbatissae et conventui dicti coenobii in usus proprios contulerat, auctoritate apostolicae sedis confirmet. III id. Febr. a° 5°. ‖ Der Geschichtsfreund VIII. 11. — »In presentia nostra.«
» 11	»	(12840) Decano et capitulo ecclesiae Thenensis Leodiens. dioc. concedit, ut in Annuntiationis et Purificationis B. M. V. ac s. Nicholai festivitatibus *Gloria in excelsis Deo, Ite missa est, Te Deum laudamus* in divinis officiis solemniter cantent. III id. Febr. a° 5°. ‖ Bets Hist. de Tirlemont II. 222, *perperam ad* a. 1249. — »Quotiens a nobis.«
» 13	»	(12841) Archiepiscopo Armachano mandat, ut magistro Tedisio de Lavania clerico scriptori suo in aliqua ecclesiarum suae provinciae provideat. Id. Febr. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 49. n° 129. — »Etsi sedes apostolica.«
» 15	»	* (12842) (Petrum) tit. S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legatum obiurgat de eo, quod ab (Henrico) episcopo Constantiensi, abbatibus de Capella et de Wettingen aliisque ordinis Cisterciensis quandam pecuniae summam sub interminatione excommunicationis et poena depositionis exegerit. Monet eum, ut suo deputato contentus sit, cum dictus ordo ad huiusmodi exactiones non teneatur. XV kal. Mart. a° 5°. ‖ Meyer von Knonau Regest. von Cappel 5. n° 50.
» 16	»	(12843) Gaufrido de Bero quondam fratri ordinis Minorum concedit, ut ad religionem fratrum militiae Templi Hierosolymit. transire possit. (XVII *male Wadd.*) XIV kal. Mart. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 495. n° 71; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 509. n° 267. — »Tui qualitate status.«
» 20	»	(12844) Episcopo Curoniae mandat, ut, cum (Wilhelmus) rex Romanorum causam generalis ecclesiae assumpserit, ista autem non sit propria, sed communis et ad omnes pertineat christianos, per totum imperium secundum quod P(etrus) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legatus ei duxerit iniungendum, in succursum eiusdem regis praedicet et praedicari faciat verbum crucis. X kal. Mart. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 39. — »Licet Terrae sanctae.«
» 21	»	* (12845) Iohannem Toletanae ecclesiae praeficit in archiepiscopum. IX kal. Mart. (a° 5°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 45.
» 22	»	(12846) Archiepiscopo et priori S. Trinitatis et archidiacono Dublinensibus mandat, ut de transferenda sede Lechelinensis ecclesiae ad locum communem tutum et idoneum in ipsa diocesi inquirant et referant. VIII kal. Mart. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 49. n° 130. — »Ex parte venerabilis.«
» 23	»	(12847) Universis nobilibus et populis significat, Ludovicum regem Franciae a Deo videri esse praeelectum ad liberationem Terrae sanctae. Ille sic »se munivit, quod per ipsum, ut speratur, imponi poterit negotio ipsi finis.« Subdit, se Tusculanum episcopum suis manibus cruce insignitum legatum creasse, ut illud munus in christiano exercitu atque oris transmarinis obeat. VII kal. Mart. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 28, *fragm.*
» 25	»	(12848) Praepositum, capitulum et ecclesiam Seccowenses ord. s. Aug. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. VI kal. Mart. a° 5°. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 212, *non integra.*
» 25	»	* (12849) Abbati Admontensi mandat, curet ne praepositus et capitulum Seccowenses ab aliquo super his privilegiis molestentur. VI kal. Mart. a° 5°. ‖ Pusch l. c. in n° 62; *cf.* Muchar Gesch. v. Steiermark V. 207 et 210.
» 26	»	(12850) Abbati et conventui de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. indulget, ut nequeant per litteras apostolicas conveniri, quae de Cisterciensi ordine non fecerint mentionem. V kal. Mart. a° 5°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 50. n° 47. — »Cum Cisterciensis ordinis.«
» 28	»	Archiepiscopis et episcopis *etc.* de canonisatione b. Edmundi archiep. Cant.: »III kal. Mart. a° 5°«. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1854, *vid.* 1247. Ianr. 11. n° 12392.
(Febr. exeunt.)	(»)	(12851) Civitatibus Ytaliae significat victoriam Parmensium d. d. 18. Febr. 1248 contra Fridericum imperatorem reportatam, hortando et consolando eos, ut praedictae civitati Parmensi, de qua pendeat potissime relevacio totius Ytaliae, assistant consiliis et omni auxilio quo possint contra dictum Fridericum, ne ulterius resurgat, pollicendo quod omni auxilio sedes apostolica eis adhaerebit. *Sine nota chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 427. — »Admirande celestis virtutis.«

		1248.
(Mart. ineunt.)	(Lugduni)	(12852) Civibus Parmensibus gratulatur de victorioso triumpho, quo nuper (*i. e.* d. 18. Febr. 1248) adversus F(ridericum) quondam imperatorem eiusque sequaces mirabiliter claruerunt. Hortatur eos, ut in cautela civium et custodia civitatis sic vigilent, ne per ipsorum incuriam locus nocendi fraudibus pateat inimici. *Absque nota chronol.* ‖ Baerwald l. c. 169. — »Plaudat in iubilo.«
Mart. 1	(•)	(12853) N. N. rogat, ut sacrum baptisma in Iesu nomine recipiant et consiliis salubribusque exhortationibus episcopi N.. quem ad ipsos destinet, acquiescant. A° D^i^ 1248. kal. Mart. pont. a° 5°. ‖ Baerwald l. c. 118. — »Creator tocius creature.«
„ 2	(•)	* (12854) Innocence IV permit à l'évêque d'Alby de lever la pénitence des hommes condamnés à être emmurés (muro clausi) pour crime d'hérésie. ‖ Auriac Histoire d'Alby 105.
„ 3	„	(12855) Abbate et conventu monasterii s. Nichasii Remensis supplicantibus inhibet, ne quis laicus vel clericus, qui vineas, prata et possessiones, quae a dicto coenobio in feudum vel sub annuo censu tenent, vendere, donare aut alias alienare praesumat. v non. Mart. a° 5°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 700. — »Nobis vestra devotio.«
„ 5	„	(12856) (Henricum) episcopum Sedunensem rogat et hortatur, ut ad requisitionem (Hartmanni) comitis de Kiburch, qui cum Willelmo rege Romanorum contra Corradum filium Frederici quondam imperatoris eiusque sequaces hostiliter processurus sit, hos Dei et ecclesiae inimicos patenter et potenter expugnet. iii non. Mart. a° 5° (4° *male* W.). ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1390, *perperam ad* a. 1247; *cf.* Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 108. n° 201, *supra* n° 12434. — »Cum causa quam.«
„ 9	„	(12857) (Bartholomaeo) episcopo Scardonensi pallium mittit eique mandat, ut illud U(golino) electo Spalatensi assignet. vii id. Mart. a° 5°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 272; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 268. — »Cum pallium insigne.«
„ 11	„	(12858) (Henrico) episcopo Argentinensi concedit, ut abbati et conventui monasterii s. Georgii in Nigra Silva, qui per fautores F(riderici) quondam Romanorum imperatoris affecti multis iniuriis et depressi sint gravibus nocumentis, tribuat facultatem retinendi proventus decem ecclesiarum ex illis, in quibus ius obtineant patronatus, ad manus suas per unum annum dumtaxat, illosque integre in solutionem debitorum suorum convertendi. v id. Mart. a° 5°. ‖ Mone Zeitschr. IX. 236, *omisso initio.*
„ 12	„	(12859) (Bonifacio) archiepiscopo Cantuariensi committit, ut abbati et conventui monasterii Glastoniae ord. s. Ben. Bathoniens. dioc. concedat, quod pilleos deferre valeant, cum claustrum sit in frigido loco constructum. iv id. Mart. a° 5°. ‖ Dugdale Monast. Angl. I. 41. n° 48. — »Ex parte dilectorum.«
„ 13	„	(12860) (Ottoni) electo Monasteriensi mandat, ut, si viderit expedire, decano et capitulo Monasteriensis ecclesiae concedat facultatem ordinandi quatuor vicarios in eadem, quorum sint duo presbyteri, unus diaconus et alter subdiaconus, de duabus praebendis ibidem proximo vacaturis. iii id. Mart. a° 5°. ‖ Niesert Münstersche US. VII. 264. n° 42; *cf.* Wilmans Westfäl. UB. III. 261. n° 486. — »Attendentes dilecti filii.«
„ 14	„	(12861) (Alexandro) regi Scotiae denuo indulget, ut nullus in eius regno possit legationis officium exercere, nisi de latere Romani pontificis illuc specialiter et per speciales litteras destinetur. ii id. Mart. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 193; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 509. n° 268; Theiner Mon. Hibern. 49. n° 131; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 50. — »Fidei puritas, devotionis.«
„ 14	„	(12862) Eidem indulget, ut ovis, butiro, caseo ac carnibus de confessoris sui et medicorum consilio quadragesimali tempore uti possit. ii id. Mart. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 51; Theiner l. c. in n° 131. — »Cum sicut ex.«
„ 14	„	(12863) S. Andreae et Glaswensi episcopis mandat, ut redemptionem votorum crucesignatorum in subsidium Terrae sanctae, qui propter paupertatem *etc.* exequi votum crucis nequeunt, *etc.* in regno Scotiae colligant. ii id. Mart. a° 5°. ‖ Theiner l. c. n° 132. — »De fraternitate vestra.«
„ 14	„	(12864) Abbati de Dunfermelino S. Andreae dioc. mandat, ut benedictionem more pontificum, praesente aliquo episcopo, in missae canone iuxta regni Scotiae consuetudinem et alias super populum minime largiatur. ii id. Mart. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 50. n° 133. — »Cum sicut intelleximus.«
„ 15	„	(12865) Abbati et conventui monasterii s. Georgii maioris de Venetiis ord. s. Ben. concedit, ut de cetero minime teneantur, alicui de pensionibus et ecclesiasticis beneficiis providere. Id. Mart. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 248. — »Paci et tranquillitati.«
„ 16	„	(12866) Universis Christifidelibus ad perficiendum sacras et alias aedes monasterii ord. Praed. Barchinonensis suppetias ferentibus indulgentiam 100 dierum elargitur. xvii kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 181. n° 194. — »Quoniam ut ait.«

		1248.
Mart. 18	Lugduni	(12867) Eisdem qui ecclesiam s. Catharinae Barchinonensis ord. fratrum Praedic. in festo eiusdem sanctae *etc.* accesserint annuatim, indulgentiam 40 dierum concedit. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. n° 195. — »Vite perennis gloria.«
„ 18	„	* (12868) (Hermannum) episcopum Herbipolensem necnon (Ottonem) ducem Meraniae et Novi Monasterii cantorem Herbipoli parthenonis Kitzingensis auxiliatores constituit. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ Lang Regesta II. 393.
„ 18	„	(12869) Priori fratrum Praedicatorum Nicosiensi mandat, ne permittat, ut Bonus Vassallus cancellarius regni Cypri ab aliquibus in persona vel rebus suis indebite molestetur. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. n° 196. — »Sic fervet quorundam.«
„ 18	„	(12870) Eidem mandat, ut quicquid invenerit, postquam praefatus Bonus Vassallus iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi, in eius praeiudicium temere attentatum, in statum debitum legitime revocet. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. 182. n° 197. — »Dilecti filii Boni.«
„ 19	„	(12871) Fratri Gotofrido de ordine Praedicatorum mandat, ut (Fulconi) archiepiscopo Gnesnensi, cum non sufficiat ad solvendum quintam reddituum eius pro duobus annis, quam pro subsidio ecclesiae Romanae colligi iusserit, quintam unius anni remittat. xiv kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. 182. n° 198. — »Cum venerabilis frater.«
„ 20	„	(12872) Magistro Abel clerico (Alexandri) regis Scotiae canonico Glasguensi indulget, ut ecclesiam de Smalhan et praeter eam adhuc unicum aliud beneficium recipere possit. xiii kal. Apr. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 50. n° 134. — »Apostolice sedis benignitas.«
„ 23	„	(12873) Abbati Praemonstratensi ac aliis abbatibus et conventibus ordinis Praemonstratensis indulget, ut illi aut eorum membra per generales litteras a quocumque archiepiscopo, episcopo *etc.* ad contributionem cuiuscumque subsidii Romanae ecclesiae compelli minime valeant. x kal. Apr. a° 5°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 672. n° 77. — »Vestra meretur devotio.«
„ 24	„	(12874) (Henrico) episcopo Argentinensi scribit, nunquam suae intentionis extitisse, quod praepositum Grandivallensem, quamdiu (Lütoldus) Basiliensis episcopus esset impotens aut remissus, civibus Basiliensibus ad mandatum ecclesiae et (Willelmi) regis Romanorum redeuntibus concederet in defensorem aut capitaneum. Mandat ei, ut, si dictus episcopus ad executionem huiusmodi sufficiens habeatur, ipsum de iminentibus sibi negotiis pro sua disponere voluntate permittat ac assistat eidem. ix kal. Apr. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 40. — »Intellecto pridem quod.«
„ 26	„	(12875) (Lütoldo) episcopo Basiliensi de superiore ad episcopum Argentinensem epistola significat. vii kal. Apr. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 42. — »Cordi semper habuimus.«
„ 27	„	(12876) (Benedicto) archiepiscopo Colocensi mandat, ut contra Ninoslaum banum Bossenae eiusque terram, cum super eo, quod necessitatis tempore ab haereticis contra inimicos interdum iuvamen habuerit, satisfacere sit paratus et de vitae fama et conversatione ipsius inquiratur, nullatenus procedat. vi kal. Apr. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 511. n° 270; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 28; Theiner Mon. Hungar. I. 206. n° 387. — »Cum sicut intelleximus.«
„ 27	„	(12877) Episcopo Segniensi (Signensi *Thein.*) et ministro fratrum Minorum Spalatensium mandat, ut de vita, fama et conversatione Ninoslai bani de Bossene sollicite inquirant. vi kal. Apr. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 271; Fejér l. c. 29; Theiner l. c. 205. n° 386. — »Praesentium vobis auctoritate.«
„ 27	„	(12878) (Remigio) episcopo Pampilonensi mandat, permittat ut fratres ordinis Minorum verbum Dei proponant ac fidelium confessiones in ipsius civitate ac diocesi libere audiant. vi kal. Apr. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 510. n° 269. — »Plantatus olim in.«
„ 28	„	(12879) (Raynaldo) episcopo Ostiensi mandat, ut, cum abbatissa et moniales monasterii de Monticellis Florent. dioc. sub s. Damiani regula cupiant perpetuo devotum Domino impendere famulatum et minister ordinis Minorum provincialis illarum partium obedientiam de novo exigat ab eisdem, circa easdem provideat in hac parte, sicut viderit expedire. v kal. Apr. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 511. n° 272. — »Dilectae in Christo.«
„ 29 resp. 30	„	(12880) Episcopo Sceniensi (Scemensi *Rayn., Erb.*) concedit licentiam celebrandi divina officia secundum litteram specialem, quam Sclavoniae clerici se habere a b. Ieronimo asserentes in divinis officiis celebrandis observant. iv (iii *Mon. Hung.*) kal. Apr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 52; Erben Reg. Bohem. I. 558. n° 1204; Theiner Vet. mon. Slavor. mer. I. 78. n° 98; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 267. n° 186. — »Porrecta nobis tua.«
„ 30	„	(12881) (Ferdinandum) regem Castellae et Legionis et Alphonsum primogenitum eius rogat et monet, ut sedes episcopales terrarum illarum, quas virtus Altissimi per eorum victoriosa subsidia de manibus paganorum eripuit et ad lucem religionis christianae deduxit, magnifice dotent. iii kal. Apr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 47. — »Virtutu Dominus discretionis.«

1248.

(Mart.) (Lugduni) (12882) Potestatem, consilium et populum Bononienses rogat monet et hortatur, ut ad subventionem et conservationem civitatis Parmensis attente vigilent et sedulis studiis intendere procurent; et, cum plurimi ex Parmensibus civibus capti ab hostibus detineantur, tot de hostibus quos captivos teneant Parmensibus ipsis liberaliter concedant, »quod praefati Parmenses captivi possint per eorum concambium liberari.« *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 165. — »De civium iactura.«

(») (») (12883) Potestatem, consilium et commune Brixienses rogat monet et hortatur, ut in defensione civitatis Parmensis contra Fridericum quondam imperatorem nullo velint tempore deficere vel remitti, cum de ea pendeat potissimum relevatio status Italiae. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 160; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 600. — »Admirandum divine virtutis.« *Cf.* nº 12851.

(») (») (12884) (Mantuanis?) mandat, ut, cum Fridericus quondam Romanorum imperator collecto super Padum navigio fluviali aditus conetur obstruere, per quos in victualibus et aliis commerciis advehendis civitas Parmensis respiret, eidem civitati ac fidelibus pro ipsa certantibus potenter et celeriter succurrant. »Laterani aº 5º«. ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 433; *fragm.* ap. Huillard-Bréholles l. c. 602. — »Nisi contra publicum.«

Apr. 1 » (12885) (Conrado) Frisingensi, (Rudigero) Pataviensi, (Alberto) Ratisponensi ac (Hartmanno) electo Augustensi et procuratori ecclesiae Salzburgensis mandat, moneant (Ottonem) ducem Bavariae et A. uxorem eius et filios eius, Rapotonem palatinum, Bertholdum marchionem de Hohemburc, Gebehardum de Hirschperg *etc.* fautores Friderici quondam imperatoris, ut Conrado comiti de Wazeburc crucesignato castra, villas et possessiones quae occuparint et detineant occupata, restituant et, si noluerint, per excommunicationis et interdicti sententias eos cogant. Kal. Apr. (III non. Mai. *Sbar., Deut.*) aº 5º. ‖ Mone Anzeiger 1838. p. 348 ex cod. ms. Vatic. nº 7183 (*non* 7188, *ut* p. 347 *dicitur*), *ubi male* Gregorio IX *tributa est*; Huillard-Bréholles l. c. 610; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 515. nº 277; Deutinger Beyträge II. 16, *cf.* 154. nº 16. — »Cum sicut dilectus.«

» 1 » (12886) Praemonstratensi et aliis abbatibus et prioribus eorumque conventibus Praemonstr. ord. concedit, ne quis legatus aut nuntius apostolicae sedis aut ordinarius *etc.* per litteras apostolicas, quae de hac indulgentia vel ordine specialem non fecerint mentionem, ad contribuendum aliquid occasione ecclesiae seu ecclesiasticae personae compellere eos possint invitos. Kal. Apr. aº 5º. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 142. — »Cum pro toto.«

» 1 » (12887) Compromissum inter (Iuellum) archiepiscopum Remensem ex una parte et Suessionensem, Ambianensem, Laudunensem, Tornacensem, Noviomensem, Atrebatensem episcopos ex altera per P(etrum) Albanensem episcopum ab illis pro iudice susceptum super articulis in quibus erat archiepiscopo Remensi consuetudo per sententiam apostolicam reservata factum confirmat. Kal. Apr. aº 5º. ‖ Varin Arch. adm. de Reims I. II. 701. — »Etsi iusta sententia.«

» 2 » (12888) (Eskillo) episcopo Slesvicensi mandat, ut fructus et redditus ecclesiae Roskildensis (Nicolao) eiusdem episcopo exulanti reservari faciat et contradictores rebellesque per excommunicationis in personas et terras eorum interdicti sententias compescat. IV non. Apr. aº 5º. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 159; Nielsen Kjöbenhavns dipl. I. 7, *ubi* Innocentio III *perperam tribuitur*; *cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 108. — »Sua nobis venerabilis.«

» 2 » * (12889) Ecclesiam (s. Mariae) Portuensem (apud Ravennam) nullo medio ad ecclesiam Romanam pertinere affirmat; dat facultatem revocandi profugos ad claustra. IV non. Apr. aº 5º. ‖ Pennottus Cleric. canon. hist. 619. — »Petitionibus.«

» 3 » (12890) Scolastico Monasteriensi significat, se decano et capitulo ecclesiae Osnaburgensis supplicantibus concessisse, ne clericos qui vacaturas praebendas exspectant, admittere teneantur ad communes capituli tractatus, donec fructus praebendarum assecuti et choro secundum consuetudinem astricti fuerint. III non. Apr. aº 5º. ‖ Möser Osnabr. Gesch. III. 371. nº 224. — »Exigentibus dilectorum filiorum.«

» 3 » * (12891) Abbati montis s. Michaelis Bambergae indulget, ut suspensionis vel interdicti sententiae contra eum absque speciali sedis apostolicae mandato promulgari nequeant. III non. Apr. aº 5º. ‖ Lang Regesta II. 395.

» 7 » (12892) (Willelmo) episcopo Glasguensi indulget, ne per litteras apostolicas providere alicui in ecclesia Glasguensi teneatur, nisi eaedem litterae plenam et expressam de ipsa ecclesia et indulgentia huiusmodi fecerint mentionem. VII id. Apr. aº 5º. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 156. nº 194. — »Cum sicut asseris.«

» 8 » (12893) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato causam matrimonialem inter Nicolaum de Stribese laicum vasallum (Willelmi) regis Romanorum et Wrowelinam mulierem vertentem committit decernendam. VI id. Apr. aº 5º. ‖ Meerman Geschied. V. 44. — »Ex litteris carissimi.«

1248.

Apr. 8 Lugduni (12894) Eidem committit ad petitionem W(illelmi) regis Romanorum, ut, cum sit necessarium in Theotoniae partibus ecclesiae negotium magnifice promoveri, vota Frisonum crucesignatorum pro Terrae sanctae subsidio in subventionem praedicti negotii commutet. VI id. Apr. aº 5º. ‖ Meerman l. c. 45; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 13. — »Carissimus in Christo.«

» 9 » (12895) (Engelberto) episcopo Osnaburgensi mandat, ut Fromoldo canonico ecclesiae s. Iohannis Osnaburgensis in Osnaburgensi civitate vel diocesi de beneficio ecclesiastico competenti parochiali provideat. V id. Apr. aº 5º. ‖ Meerman l. c. 46. — »Sincere devotionis affectus.«

» 9 » * (12896) Praepositis Rottenbuchensi (Raitenbuch *Lang*) et Pollingano mandat, ut bona quae monasterio de Wessinsbrunne ord. s. Ben. Augustens. dioc. per infestos homines abrepta sint, eidem denuo vendicant. V id. Apr. aº 5º. ‖ Leutner Histor. Wessofont. I. 266; Lang Regesta II. 394.

» 11 » (12897) (Eskillo) episcopo Slesvicensi mandat, ut praesumpta in praeiudicium iurisdictionis (Nicolai) episcopi Roskildensis ipso exulante in ipsius civitate et diocesi in debitum statum revocet. III id. Apr. aº 5º. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 161; Nielsen Kjöbenhavns diplom. I. 9, *male relata ad* Innocentium III. — »Sua nobis venerabilis.«

» 14 » (12898) Ecclesiam Maioricarum ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentem sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita confirmat. XVIII kal. Mai. aº 5º. ‖ Villanueva Viage liter. XXI. 288. — »Cum a nobis.«

(» 16) (») (12899) Ecellinum de Romano »sicut manifestum haereticum sententialiter iudicamus, ipsum excommunicatum et anathematizatum cum damnatis haereticis deputando adscripta illis damnationis stipendia recepturum; quem si forsitan usque ad festum ascensionis dominicae proximo venturum ad praesentiam nostram personaliter venerit, audiemus quod de abundantissima praedictae sedis clementia duximus adiungendum.« *Sine signo chronol.* ‖ Muratori Antiq. Ital. IV. 517; Verci Stor. degli Ecel. III. 309. — »Truculentam unius inhumani.«

» 16 » * (12900) Cum magistro Abel capellano suo canonico Glasguensi super defectu natalium dispensat. XVI kal. Mai. aº 5º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 64 in nº 170.

» 18 » (12901) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ..... et aliis ecclesiarum praelatis per Alemanniam constitutis nunciat, se Fridericum quondam Romanorum imperatorem sicut hactenus, sic in die Iovis sancto proximo praeterito (*i. e.* d. 16. Apr.), quinimmo districtius pro eo quod suspectus vehementer de haeresi et anathematizatus ad sinum ecclesiae Romanae redire ac ea facere, quae a sic suspecto et excommunicato fieri debeant, omnino contempserit, excommunicasse et anathematis vinculo duxisse innodandum. »Pronuntiavimus praeterea, quod quicumque sibi post duos proximo futuros menses ab eodem die Iovis computandos consilium aut auxilium praestiterit .... eidem poenae subiaceat.« Mandat eis, ut praedicta publicent et publicari faciant. XIV kal. Mai. aº 5º. ‖ Raynaldi Annal. ad a. 1248 § 3; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 614. — »Cum nos olim.«

(» 18) (») (12902) Archiepiscopis, episcopis *etc.* per Teutoniam constitutis mandat, ut vivificae crucis vexillum contra hostium libertatis catholicae impetus explicandum erigant, et quilibet eorum, clero et populo civitatis suae saltem bis in mense ad locum idoneum convocatis, contra Fridericum quondam imperatorem et Cuonradum filium eius persecutores ecclesiae ac omnes adhaerentes eisdem proponant verbum crucis et proponi frequentius faciant. *Sine signo chronol.* ‖ Mone Anzeiger 1838. p. 352 ex cod. ms. Vatic. nº 7183 (*vid.* p. 354), *ubi* Gregorio IX *erronee adscribitur. Finis deest; non integra* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelbuch (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 177, *qui etiam* Greg. IX *tribuit.* — »Qui praesidetis in.«

» 18 » (12903) Episcopis Insubriae, marchiae Tarvisinae et Romaniolae mandat, ut, cum Ecellinum de Romano anathematis laqueo in die sancto Iovis proximo praeterito duxerit innodandum et ei mandaverit »quod nisi usque ad festum b. Iohannis proximo venturum comparuerit coram nobis super praemissis ecclesiae mandatis et beneplacitis pariturus, extunc contra eum gravius procedemus iuxta canonicas et legitimas sanctiones«, praedicta omnia publicent. XIV kal. Mai. aº 5º. ‖ *Non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1248 § 26; ap. Verci Stor. degli Ecel. III. 312. *Initium deest.*

» 21 » (12904) Abbatissae et conventui monasterii monialium inclusarum s. Proculi Aesini ord. s. Damiani indulget, ut possessiones et bona alia mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, a liberis personis in ipsarum coenobio professionem facientibus petere, recipere ac retinere possint. XI kal. Mai. aº 5º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 512. nº 273; Baldassini Città di Jesi. Append. 21. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 22 » (12905) Potestati, consilio et communi Bononiensibus mandat, statuant et iurent deinceps ab ipsis irrefragibiliter observari, ut illorum omnium qui inventi fuerint aliquid tractare

1248.

vel etiam tractavisse in favorem Friderici quondam imperatoris et detrimentum civitatis Bononiensis vel societatis dispendium Lombardiae a tempore, quo ad devolutionem ecclesiae redierint, bona quaelibet publicentur ipsorum communibus usibus applicanda, illis tam de Bononiensi quam de omnibus aliis civitatibus praedictae societatis perpetuo forbannitis, *etc.* x kal. Mai. a° 5°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ɪɪ. 225. — »Cum diligenter adtendimus.«

Apr. 22 Lugduni (12906) Abbati monasterii de Petra Cisterc. ord. Turiazonens. dioc. et Turiazonensi ac de Guadalaxara archidiaconis Toletan. dioc. mandat, faciant ut intra 3 menses episcopus et archidiaconus Valentini, qui Segobricensem episcopum de sua ecclesia turpiter eiecerant *etc.*, eidem debitam satisfactionem impendant. x kal. Mai. a° 5°. ‖ Villagrasa Antiq. de Segorbe 80. — »Querelam venerabilis fratris.«

» 26 » (12907) Abbati et conventui S. Augustini Morinensis Praemonstr. ord. indulget, ut de blado, vino, lana *etc.* nulli pedagia, telonia, vinagia, foragia solvere teneantur. vi kal. Mai. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 140. — »Solet annuere sedes.«

» 26 » (12908) Potestati, consilio et communi Ianuae mandat, ut submoto cuiuslibet dilationis dispendio illos omnes, qui inventi fuerint aliquid tractare vel etiam tractavisse in favorem Frederici quondam imperatoris et detrimentum civitatis Ianuae vel societatis dispendium Lombardiae, a tempore quo ipse depositionis tulerit sententiam in eundem, tam de sua quam de omnibus aliis civitatibus societatis praedictae perpetuo in forbannum mittant. vi kal. Mai. a° 5°. ‖ Bartholomaei scribae Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 225; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ɪɪ. 617. — »Cum diligenter attendimus.«

» 26 » * (12909) Ecclesiam (de) Cruzelin(gen Constantiens. dioc.) in tutelam recipit, specialiter possessiones eius in Crucelino, Rancwile, Wurmelingen, Onewanch, Hirslate, Rickinbach *etc.* confirmat; concedit de novalibus nullas dare decimas, recipere clericos et laicos liberos et absolutos e saeculo fugientes ad conversionem; *etc.*, prohibet ne quis intra fines parochiae sine consensu episcopi ordinarii et conventus capellam seu oratorium de novo construat; liberam admittit sepulturam *etc.* vi kal. Mai. ind. VI. ‖ Pupikofer Regest. von Kreuzlingen 11. n° 53, *ubi perperam ad* 1247. Apr. 20.

» 27 » (12910) O(ctaviano) S. Mariae in via lata diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Frederici quondam imperatoris filios et nepotes nominibus eorum expressis necnon marchiones, comites et barones, praelatos etiam et clericos et alios omnes, qui eidem Frederico quovis modo favere praesumant aut ad curiam eius vel nepotum vel filiorum eiusdem vocati vel non vocati vadant vel mittant, excommunicationis mucrone percellat *etc.* v kal. Mai. a° 5°. ‖ Höfler Kais. Friedrich II. Anh. 376. n° 33; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ɪɪ. 618; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 13. — »Instantem persecutionem ecclesiae.«

» 27 (») (12911) Priori et capitulo cathedralis ecclesiae s. Andreae in Scocia ord. s. Aug. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia exceptis feudalibus a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus petere recipere ac retinere possint. »Lundoñ.« v kal. Mai. a° 5°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 110. — »Deuotionis uestre precibus.«

» 27 » (12912) Universis archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ne magistrum Raynerium physicum pro eo quod ordinem fratrum Minorum ingressus esset et postea in haeresim lapsus, capiant aut molestent sine speciali sedis apostolicae mandato. v kal. Mai. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 512. n° 274. — »Nonnunquam accidit quod.«

» 29 » (12913) Episcopo Agennensi mandat, ut omni mora ac dilatione postpositis contra quoscumque haereticos et in perfidiam relapsos tam vivos quam mortuos infra fines terrae comitis Tolosani compertos consilio episcopi diocesis et inquisitorum loci super hoc habito sententialiter procedat. iii kal. Mai. a° 5°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. preuv. 469; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 27. — »Dilectus filius nobilis.«

» 30 » (12914) Eidem significat, se Auxitanensi archiepiscopo commisisse, ut, cum agentes in terra comitis Tolosani iniunctam poenitentiam pro haeresi muro clausi existant et alii crucem in signum poenitentiae ferre ad tempus similiter teneantur, si tales vellent signum crucis assumere ac in Terrae sanctae subsidium personaliter proficisci, posset huiusmodi poenitentias in dictum subsidium commutare. Mandat ei, ut, cum idem archiepiscopus huius executioni mandati non valeat commode interesse, super dictis poenitentiis ad tempus iniunctis secundum continentiam litterarum ad istum archiepiscopum directarum procedere non obmittat. ii kal. Mai. a° 5°. ‖ Vaissète l. c. 468. — »Dilecti filii nobilis.« *Cf.* n° 12854.

» 30 » (12915) Fratri Hugoni de Turenna ordinis Minorum mandat, ut (Raymundo) comiti Tolosano in Terrae sanctae subsidium ire disponenti quasdam votorum redemptiones et legata eidem negotio deputata assignet. ii kal. Mai. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 513. n° 275; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 27. — »Cum dilectus filius.«

1248.

Apr. 30 Lugduni (12916) Praefecto Urbis, Petro Bonifatii, Amatori quondam Gabrielis de Praefectis, dominis de Vico et aliis Praefectanis praecipit, ut homines castrorum de Vico et de Bleda, vassallos suos, sed ecclesiae rebelles, ad restituenda castra et alia bona erepta compellant. ii kal. Mai. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 126. n° 233. — »Quia cuique pro.«

Mai. 1 » (12917) (Alberto) Ratisponensi et (Conrado) Misnensi episcopis mandat, moneant barones et nobiles regni Boemiae, qui contra Fridericum quondam imperatorem aliosque inimicos ecclesiae receperant signum crucis, sed in reprobum sensum dati, sicut canes ad vomitum redeuntes, eidem Friderico praestare praesumant auxilium et consilium, ut eiusdem Friderici relicta perfidia ad gremium matris ecclesiae revertantur ac (Wenceslao) regi Boemiae potenter et patenter assistant; alioquin eos excommunicatos publice nuncient. Kal. (iii non. *Bocz., Gersd., Pal.*) Mai. a° 5°. ‖ Mone Anzeiger 1838. p. 349 ex cod. ms. Vaticano n° 7183, *ubi* Gregorio IX *haec epistola perperam tribuitur*; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 87; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. ɪ. 126. n° 144; Erben Reg. Bohem. I. 558. n° 1206; *cf. argum.* ap. Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ɪɪ. 935, *ubi falso*: ex cod. n° 7188; Palacky Reise 32. n° 207; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 8. — »Significante carissimo in.«

» 4 » (12918) (Philippo) procuratori ecclesiae Salzeburgensis mandat, ut Engelberto decano ecclesiae Wissegradensis et procuratori (Wenceslai) regis Boemiae de aliquo beneficio in provincia Salzeburgensi provideat. iv non. Mai. a° 5°. ‖ Erben l. c. n° 1205; *cf.* Palacky l. c. n° 208. — »Attendentes devotionis constantiam.«

» 4 resp. 5 » (12919) Henrico de Arbresperge (Arbrusbergo *Wadd.* — Ankersperge?) et Hermanno de Botenbrunnen (Rotenbrunen *W.*) ord. fratrum Minorum et vicedomino Ratisbonensi scribit, cives de Hochnowe necnon et Conradum militem de Sebrub (Sebrubee *W.*) Frisingens. dioc., licet ab excommunicationis sententia, quam adhaerentes F(riderico) quondam imperatori incurrissent, olim fuerint absoluti, inimicis ecclesiae animosius solito assistere. Mandat eis, ut, nisi praedicti ad mandatum ecclesiae infra festum assumptionis B. Mariae V. proximo venturum redire curaverint, extunc eosdem denuo excommunicationis sententiae subiciant. iii (iv *Wadd.*) non. Mai. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Min. III. 194; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 514. n° 276; Deutinger Beyträge II. 20. — »Dilectus filius nobilis.« *Cf.* n° 12925.

» 5 » (12920) (Conrado) Frisingensi, (Rudigero) Pataviensi, (Alberto) Radisponensi episcopis ac (Hartmanno) electo Augustensi et procuratori ecclesiae Salzburgensis nunciat, se Fridericum olim imperatorem omni dignitate et honore, »quibus se indignum reddiderat, sententiando privavisse ac omnes, qui ei tenebantur iuramento astricti, a iuramento huiusmodi perpetuo absolvisse.« Mandat eis, ut in suis civitatibus et diocesibus contra dictum Fridericum ac (Conradum) filium eius ac fautores ipsorum proponant subiectis sibi populis verbum crucis, concessuri eis, qui huiusmodi opus in propriis personis ac rebus assumpserint, illas suorum peccatorum veniam et indulgentiam, quae proficiscentibus in Terrae sanctae succursum in generali concilio sint concessae. iii non. Mai. a° 5°. ‖ Mone Anzeiger 1838. p. 350 ex cod. ms. Vatic. n° 7183, *ubi* Gregorio IX *erronee tribuitur*; Deutinger l. c. 19. n° 812; *pars posterior in* Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 7. — »Illius vices licet.«

» 5 » Eisdem mandat, moneant et inducant (Ottonem) ducem Bavariae et A. uxorem et filios eius *etc.*: »iii non. Mai. a° 5°« — »Cum sicut dilectus.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 515. n° 277; Deutinger l. c. 16; *cf.* 154. n° 16, *vid.* 1248. Apr. 1. n° 12885.

» 5 » (12921) Eosdem rogat et hortatur, ut eidem comiti Conrado contra persecutores praefatos viriliter assistant. iii non. Mai. a° 5°. ‖ Deutinger l. c. 18. — »Cum sicut dilectus.«

» 5 » (12922) Eosdem rogat et hortatur, ut eidem comiti Conrado in suis necessitatibus subvenire velint hilariter et libenter. iii non. Mai. a° 5°. ‖ Deutinger l. c. 19. — »Cum sicut dilectus.«

» 5 » (Alberto) Ratisponensi et (Conrado) Misnensi episcopis: »iii non. Mai. a° 5°«. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 87; Gersdorf Cod. dipl. Sax. reg. II. ɪ. 126; Palacky Reise 32. n° 207, *vid.* 1248. Mai. 1. n° 12917.

» 7 » (12923) Priore et conventu cathedralis ecclesiae s. Andreae in Scotia supplicantibus inhibet, ut clerici vel laici, qui terras possessiones *etc.* in feudum vel sub annuo censu tenent ab eis, nulli easdem vendere donare aut alias alienare praesumant. Non. Mai. a° 5°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 97. — »Uestre meritis deuotionis.«

» 10 (») * (12924) Innocenzo IV concede al Vescovo di Verona facoltà di lasciar seguir permuta fra i Monaci di S. Fermo e i Fratri Minori conventuali allora abitanti a S. Francisco dal Corso. ‖ Biancolini Chiese di Verona I. 333.

» 11 » (12925) Henrico de Ankersperge et Hermanno de Bottembrunnen ord. fratr. Minorum et vicedomino Ratisponensi mandat, inhibeant (Rudigero) Pataviensi episcopo, ne castra villas oppida terras et alia bona Pataviensis ecclesiae aliquatenus vendere, distrahere aut alienare praesumat. v id. Mai. a° 5°. ‖ Mon. Boica XXIX. ɪɪ. 366, *male ad* a. 1249. — »Cum ecclesiarum omnium.«

1248.

Mai. 11 — Lugduni — (12926) Priori et conventui cathedralis ecclesiae s. Andreae in Scotia ord. s. Aug. indulget, ut de animalibus blado sale et aliis quae aliquociens pro suis usibus emere eos contigerit, nulli pedagia transversa seu leydas quae pro his a saecularibus exiguntur, solvere teneantur. v id. Mai. a° 5°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 97. — »Solet annuere sedes.«

» 13 — » — (12927) (Alberto) episcopo Ratisbonensi, qui tam ipse quam (Philippus) electus Ferrariensis tunc in partibus illis apostolicae sedis legatus excommunicaverant et interdicto supposuerant Ratisponenses eorumque civitatem pro eo quod Sifridum episcopum suum expulerant ob promulgatam in Fridericum imp. sententiam pontificiam *etc.*, mandat, ut, nisi praenominati cives, quorum alia recenset immania scelera, infra festum assumptionis b. Virginis proximo futurum ad ecclesiae mandatum redierint et immobiles perstiterint in fide ac devotione ipsius ac competenter satisfecerint de praemissis, ex tunc eos excommunicatos et civitatem ipsam interdicto suppositam publice nunciet, ita quod in ea nullus religiosus vel alius clericus celebret divinum officium aut exhibeat ecclesiasticum sacramentum. »Ad haec, ut vindicta tantorum scelerum in poenam parentum ad eorum posteros extendatur, volumus et mandamus, ut heredes clericos civium eorundem usque ad quartam generationem beneficiis prives ecclesiasticis« *etc.* iii id. Mai. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1248 § 10 *omisso initio incip.*: — »Tam tu quam.«

» 15 — » — (12928) Abbati Augiensis monasterii ord. s. Ben. Constanciens. dioc. regratiatur, quod, cum hactenus circa negotium ecclesiae visus sit negligens et remissus, nunc H(artmanno) de Kyburch (Beyburc *Mone*), L(udovico) de Fonbuit (Froburc *M.*), G(ottefrido) de Signering [Sigmaringen] et H(artmanno) de Cruenvigen (Herverungen *M.*) [Grüningen] comitibus viriliter contra Conradum natum Friderici quondam imperatoris adstiterit, eumque rursus in ecclesiae gratiam admittit. Id. Mai. a° 5°. ‖ Raynaldi Annal. ad a. 1248 § 16; Mone Anzeiger 1838. p. 351 ex cod. ms. Vatic. n° 7183, *ubi* Gregorio IX *male inscribitur*; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 622; *cf.* Stälin Wirttemberg. Gesch. II. 201. — »Venerabilis fratris nostri.«

» 15 — » — (12929) Episcopo Cenomanensi mandat, ut electionem abbatis Glannofoliensis confirmet eique munus benedictionis impendat, cum pro more ad monasterium Cassinense propter viarum discrimina accedere nequeat. Id. Mai. a° 5°. ‖ Gattula Histor. monast. Cassinens. I. 302. — »Lectam coram nobis.«

» 15 — » — * (12930) Capitulo canonicorum Ratisponensi Albertum de Vischa rectorem ecclesiae Aufchirchen praesentat. Id. Mai. a° 5°. ‖ Lang Regesta II. 394.

» 18 — » — (12931) (Henrico) episcopo Argentinensi concedit facultatem dispensandi cum Conrado comite de Friburch, qui ad sedandas graves discordias et graves inimicitias sopiendas inter progenitores suos et Fridericum comitem de Zolre non sine multa strage hominum agitatas Sophiam filiam ipsius Friderici quarta eum consanguinitatis linea contingentem duxerat in uxorem, ut in huiusmodi matrimonio sic contracto remanere possit. xv kal. Iun. a° 5°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 398. n° 530; Mon. Zollerana. Hrsggb. von R. v. Stillfried I. (Berlin 1852. 4°) 64. n° 174. — »Etsi coniunctio copulae.«

» 19 — » — (12932) (Henrico) episcopo Constantiensi committit, ut ecclesiam de Prigantia prope monasterium de Prigantia ord. s. Ben. sitam ad opus infirmariae ipsius monasterii deputet, ita ut cedente vel decedente rectore ecclesiae abbas et conventus eandem possint ad usus dictae infirmariae libere retinere. xiv kal. Iun. a° 5°. ‖ Mone Zeitschr. X. 411. — »Ex parte dilectorum.«

» 20 — » — (12933) Sorori regis Scotiae confert facultatem intrandi bis vel ter in anno causa devotionis cum sex matronis monasterium de Doberan Cisterc. ord. Zverinens. dioc., cuius B. de Rozstoc eius maritus existat fundator. xiii kal. Iun. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 50. n° 135. — »Pium arbitramur et.«

» 20 — » — (12934) Universis Christifidelibus, qui ad aedes sacras fratrum Minorum de Reate et fratrum indigentias sublevandas opem contulerint, indulgentiam 40 dierum elargitur. xiii kal. Iun. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 516. n° 278. — »Quoniam ut ait.«

» 21 — » — (12935) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato mandat, concedat ut Thomas de Bellomanso capellanus suus praepositus Remensis per triennium existens in obsequiis (Willelmi) regis Romanorum contra F(ridericum) quondam imperatorem proventus praebendarum *etc.* suarum integre, sicut crucesignati proficiscentes in subsidium Terrae sanctae, percipiat. xii kal. Iun. a° 5°. ‖ Meerman Geschied. V. 50. — »Cum dilectus filius.«

» 21 — » — (12936) Eidem mandat, ut Thomam de Bellomanso et alios, qui cum eo in subsidium ecclesiae et praefati regis accesserint, hoc propositum per triennium adimplentes eisdem indulgentiis, privilegiis *etc.* faciat gaudere, quibus gaudent euntes in subsidium Terrae sanctae. xii kal. Iun. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 51. — »Cum dilectus filius.«

1248.

Mai. 21 — Lugduni — (12937) Eidem mandat, ut eadem privilegia *etc.* magistro Gilberto de Auchuel Atrebatensi canonico, clerico Th(omae) de Bellomanso praedicti una cum eodem eunti concedat. xii kal. Iun. a° 5°. ‖ Meerman l. c. 52. — »Cum dilectus filius.«

» 21 — » — (12938) Universos Christi fideles hortatur, ut, cum sane famosa Coloniensis ecclesia, in qua trium b. magorum corpora requiescant, de novo per incendium sit consumta, et capitulum Coloniense eam reparare cupiat opere sumptuoso, de bonis suis piae liberalitatis auxilium ad hoc impendant, ac elargitur omnibus qui ad hoc manum porrexerint adiutricem, indulgentiam unius anni et 40 dierum. xii kal. Iun. a° 5°. ‖ Crombach Hist. trium regum 697; Lacomblet UB. II. 173. n° 332; Ennen Quellen II. 277. — »Quoniam ut ait.«

» 23 — » — * (12939) Abbati et conventui monasterii Fabariensis indulget, ut tempore generalis interdicti ianuis clausis *etc.* divina officia celebrare possint. x kal. Iun. a° 5°. ‖ Wegelin Regest. von Pfävers 14. n° 77.

» 23 — (») — * (12940) Abbati S. Emerammi Ratisbonensis ord. s. Ben. committit, ut dispenset et absolvat vicedominum Ratisbonensem ab irregularitate *etc.*, si quam ipse incurrerit prosequendo ecclesiae Romanae negotia contra persecutores ipsius fautores Friderici imperatoris. x kal. Iun. a° 5°. ‖ Deutinger Beyträge II. 159. n° 74.

» 25 — » — (12941) Patriarchae Hierosolymitano apostolicae sedis legato, archiepiscopis et episcopis ac praelatis, templariis et hospitalariis et fratribus domus Theutonicorum necnon baronibus universis devotis ecclesiae in transmarinis partibus constitutis mandat, laborent sollicite, ut Thomasius comes Acerrarum, qui pro Friderico quondam imperatore in comitatu Tripolitano commoretur et devotis ecclesiae noceat per modos et fraudes a domino suo solitos, de partibus illis omnino recedat. viii kal. Iun. a° 5°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 623. — »Cum sicut accepimus.«

» 25 — » — (12942) Eidem legato mandat, ut, cum Pisani et plures alii in suis navibus, si ad Acconensem applicant civitatem, vexilla Friderici quondam imperatoris extensa portare ipsaque in ecclesiis in solemnitatibus ponere praesumant, ab huiusmodi praesumptione desistere per censuras ecclesiasticas compescat. viii kal. Iun. a° 5°. ‖ Huillard-Bréholles l. c. 623. — »Cum sicut accepimus.«

» 25 — » — (12943) Magistrum et conventum militiae Templi Ierosolymitani rogat et hortatur, ut, cum quidam ipsorum seditiose procurent, qualiter regnum Ierosolymitanum possit ad manus Friderici quondam imperatoris et Conradi filii eius pervenire, in devotione ecclesiae Romanae persistentes nec immutent nec permittant ab aliquo ipsius regni dominium aliquatenus immutari. viii kal. Iun. a° 5°. ‖ Huillard-Bréholles l. c. 624. — »Cum sicut accepimus.«

* *In eundem modum* Vicemagistrum et conventum domus hospitalis Ierosolymitani;
» » » Magistrum et conventum hospitalis s. Mariae Theutonicorum;
» » » Archiepiscopos, episcopos, abbates *etc.* per regnum Ierosolymitanum constitutos;
» » » Universos barones et milites regni Ierosolymitani;
» » » Consules et communitatem Ianuensium in regno commorantes;
» » » » » commune Venetorum » » » ;
» » » » » » Pisanorum » » » ;
» » » Populum civitatis Acconensis.

» 27 — » — (12944) (Odonem) archiepiscopum Rothomagensem rogat et hortatur, ut Bonifacio paupero scholari, nepoti Robae de Porcello familiaris sui civis Parmensis, in quinque libris Parisiensis monetae annuatim provideat. vi kal. Iun. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 517. n° 280. — »Credentes te promptum.«

» 27 — » — (12945) Ministro provinciali ordinis fratrum Minorum marchiae Anconitanae mandat, ut, cum monasterium monialium s. Proculi Aesinensis de consilio fratrum Minorum constructum sit, ipsae habitum ordinis s. Damiani assumpserint et fuerint hactenus per fratres ordinis Minorum visitatae, curam dictarum monialium gerat easque visitet. vi kal. Iun. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 195; Sbaralea l. c. n° 279; Baldassini Città di Jesi. Append. 22. — »Cum sicut ex.«

» 29 — » — (12946) Magistro Abel capellano suo canonico Glasguensi mandat, ut de ecclesiis, quas nonnulli religiosi diocesis S. Andreae de facto suis usibus detineant applicatas, statuat, prout ipsi videbitur expedire. iv kal. Iun. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 50. n° 136. — »Cum sicut ex.«

» 29 — » — (12947) Abbati et conventui S. Iudoci in Nemore Praemonstr. ord. Ambianens. dioc. indulget, ut de blado, vino, lana *etc.* nulli pedagia, vinagia, furasia *etc.* solvere teneantur. iv kal. Iun. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 516. — »Solet annuere sedes.«

» 30 — » — (12948) (Willelmo) Caminensi, (Nankero) Lubucensi et (Heidenrico) Colmensi episcopis mandat, ut inter S(wantopulcum) ducem Pomeraniae et magistrum fratresque domus

1248.

Theotonicorum in Pruscia super quibusdam terris, possessionibus et rebus aliis litigantes coram Portuensi episcopo, »quem procuratoribus partium in nostra praesentia constitutis dedimus auditorem«, iudicium faciant. III kal. Iun. a° 5°. ‖ David Preuss. Chronik III. Anh. p. 14. n° 7; Hasselbach Cod. dipl. Pomeran. I. 786. n° 386; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 363. n° 468. — »Cum in causa.«

Mai. 30 Lugduni (12949) (Wilhelmo) electo Zuerinensi fratrem Eylardum ord. Minorum in confessorem concedit. III kal. Iun. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 518. n° 281. — »Prudenter attendens et.«

» 30 » (12950) Ministro et custodi ordinis fratrum Minorum mandat, ut, cum ipse (Wilhelmo) Zuerinensi electo fratrem (Silardum, *leg.*) Eilardum in Rozche [Rostock] Zuerinens. dioc. in proprium concesserit confessorem, eundem nullatenus amoveant a domo praedicta, quamdiu ad hoc electo necessarius fuerit memorato. III kal. Iun. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 495. n° 72; Sbaralea l. c. n° 281. — »Cum nos dilecto.«

1247-1248. Mai. exe. (») (12951) Clericos adhaerentes Fr(iderico) quondam imperatori, »qui nomen Christi quantum in eo est in christianis occidit et cum sponso sponsam molitur extinguere, satagens cultum divinum penitus extirpare, ut ipse solus in orbe terrarum tanquam ydolum desolationis abhominabilis adoretur,« et vocationi sedis apostolicae contumaciter obdurantes auditum, ne pie porrecta manu apostolicae disciplinae reducantur ad salutem, deponit et privat omni ecclesiastico sive temporali beneficio, decernens ut usque ad quartam generationem nullus de ipsorum progenie assumatur in clericum nec in domibus regularibus alicuius praelationis assequatur honorem, nisi cum eo fuerit dispensatum. *Sine nota chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 198. — »Recte discrecionis examen.« *Cf.* 1248. Mai. 13. n° 12927.

Iun. 1 » (12952) Priori et conventui cathedralis ecclesiae s. Andreae in Scotia indulget, ut recipere possint in canonicos volentes una cum eis sub regulari habitu Domino famulari etiam excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis subiacentes. Kal. Iun. a° 5°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 96. — »Tanto libentius peticionibus.«

» 1 » (12953) Eisdem indulget, ut ad nullius receptionem vel provisionem in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis compelli possint per litteras sedis apostolicae. Kal. Iun. a° 5°. ‖ Liber cartar. 98. — »Paci et tranquillitati.«

» 2 » (12954) (Fulconem) archiepiscopum Gneznensem monet, inducat principes Poloniae, ut a molestandis episcopo ac clero Plocensibus omnino desistant. IV non. Iun. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 46. n° 95. — »Venerabilis frater noster.«

» 3 » (12955) (Henrico) Argentinensi episcopo, qui oppidum de Gengenbach et castra de Malberch et de Steinberc, quae Fridericus quondam Romanorum imperator ab ecclesia Bambergensi tenebat in feudum, non sine magnis expensarum oneribus ceperat, concedit, ut ad eorum restitutionem minime teneatur neque praedicta oppidum et castra per (Henricum) Bambergensem episcopum vel successorem ipsius aliquo modo alienari possit, nisi de damnis et expensis fuerit plenarie satisfactum. III non. Iun. a° 5°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 366. n° 462 ex cod. ms. Vatic. n° 7183, *ubi erronee* Gregorio IX *attribuitur*; *rectius ibid.* 399. n° 531 e registr. epist. Innoc. a° 5° ep. 868; *ex eod. cod.* n° 7183 *ac eidem* Greg. IX *adscripta* ap. Mone Anzeiger 1838. p. 352; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 627. — »Ne inde possis.«

» 3 » (12956) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis eius mandat, moneant in solemnibus populorum suorum conventibus publice Terdonenses, ut a F(riderico) quondam imperatore Dei et ecclesiae inimico penitus recedant et mandatis apostolicis devote parendo unitati ecclesiae reconciliari procurent. III non. Iun. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 518. n° 283. — »Quos ad maternum.«

» 13 » (12957) Ecclesiam s. Mariae Vetiolanensem Vercellen. dioc. ord. s. Aug. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Id. Iun. indict. VI. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 5°. ‖ Misc. di storia Ital. I. 309. — »Quotiens a nobis.«

» 13 » (12958) Vivariensi et Diensi episcopis mandat, ne conventum monasterii s. Saturnini de Portu Cluniac. ord. Uticens. dioc. super solutione subsidii Romanae ecclesiae, semel ac fuerit solutum, molestent, sed denuo receptum restituant. Id. Iun. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 519. n° 284. — »Ex parte prioris.«

» 14 » (12959) Universis Christifidelibus manum adiutricem porrigentibus pro consummatione novae ecclesiae et conventus fratrum Minorum de Perusio indulgentiam 40 dierum concedit. XVIII kal. Iul. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 520. n° 285. — »Quoniam ut ait.«

» 19 » (12960) (Ottoni) duci de Brunswich indulget, ut tempore generalis interdicti liceat ei et eius familiae in capella sua audire divina, dummodo clausis ianuis *etc.* celebrentur. XIII kal. Iul. a° 5°. ‖ Sudendorf UB. I. 23. n° 33. — »Devocionis tue precibus.«

1248.

Iun. 19 Lugduni (12961) Abbati S. Vincentii Bisuntino mandata dat de eis, qui per fraudem litteras apostolicas super provisione in ecclesiis ad monasterium Murbacense ord. s. Ben. Basiliens. dioc. spectantibus impetrarint. XIII kal. Iul. a° 5°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 973. n° 38. — »Cum sicut ex.«

» 19 » (12962) Cathedralem ecclesiam s. Andreae in Scotia tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. XIII kal. Iul. indict. VI. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 5°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 103. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 19 » (12963) Priorem et fratres ecclesiae s. Andreae apostoli (ord. s. Aug.) una cum istius possessionibus ac bonis, quorum plurima nominatim exhibet, sub b. Petri et sua protectione suscipit ac omnia eorum iura ac privilegia confirmat. XIII kal. Iul. indict. VI. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 5°. ‖ Liber cartar. prioratus S. Andreae 98; Theiner Mon. Hibern. 50. n° 137. — »Religiosis desideriis dignum.«

» 20 » (12964) Ecclesiam s. Augustini de Roggenburg Augustens. dioc. protegendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona in Roggenburg, Innesteten, Breitental, Schiezw *etc.* confirmat. XII kal. Iul. indict. VI. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 5°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 436; Kuen Collect. script. VI. 37; Lünig Spicil. eccles. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 435. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 22 » (12965) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Alemannia mandat, compellat omnes crucesignatos de Phrisia, Olandia et Zelandia, ut ita se praeparent, ut in mense Martii proximo futuro iter arripiant in Terrae sanctae subsidium profecturi. X kal. Iul. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 182. n° 199. — »Ut voventes iuxta.«

» 22 » • (12966) Abbatem et monachos S. Petri Carnotensis eximit a provisione facienda quibusdam orientalibus pueris Parisiis studentibus, dummodo per tres annos pensionem decem librarum Parisiensium dictis pueris solverint. X kal. Iul. a° 5°. ‖ Guérard Cartul. de St. Père de Chartres II. 700.

» 22 » • (12967) Monachis eisdem indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis nequeant per litteras apostolicas compelli. X kal. Iul. a° 5°. ‖ Guérard l. c. 700.

» 23 » (12968) Praeposito, priori et thesaurario de Lipzcha [Leipzig] Mersburgens. dioc. mandat, ut iudicium faciant inter abbatissam conventumque monasterii s. Crucis ord. s. Ben. et abbatem monasterii Cellensis [Altzelle] Cisterc. ord. Misnens. dioc., qui, falso asserens quod eaedem abbatissa et conventus tenerentur statuta Cisterciensis ordinis observare, quamquam cum eis in nullo concordent vestimentorum colore dumtaxat excepto, nec praedicto Cisterciensi ordini incorporatae fuerint nec professionem fecerint in eodem, in ipsas statuta praemissa suscipere denegantes excommunicationis sententiam promulgaverat. IX kal. Iul. a° 5°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. IV. 305. n° 403; *cf.* Beyer Alt-Zelle 547. n° 112. — »Sua nobis dilectae.«

» 24 » (12969) Praeceptorem et fratres hospitalis Ierosolymitani in Ungaria rogat et hortatur, ut ad gentem Tartarorum saevissimam conterendum vel de contritorum confinio profligandum aliorum inflamment affectum. Ut ad id excitet, familiae eorum ac omnibus aliis, qui signo crucis assumpto in Ungariam contra Tartarorum processerint feritatem, illam indulgentiam elargitur, quae transeuntibus in Terrae sanctae subsidium in generali concilio concessa est. VIII kal. Iul. a° 5°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 93; Fejér Cod. dipl. IV. I. 465; Pauli Cod. dipl. I. 324. n° 44; Theiner Mon. Hungar. I. 206. n° 388; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 205. — »Reliquie fidelium in.«

» 25 » (12970) Abbatissae et conventui monasterii de Constantiaco Cisterc. ord. Torcellan. dioc. concedit, ut ad provisionem cuiuscumque in beneficiis ecclesiasticis per litteras apostolicas compelli nequeant. VII kal. Iul. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. I. 320. — »Paci et tranquillitati.«

» 27 » (12971) Eremum s. Benedicti de Monte Fano Camerin. dioc. protegendam suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum regulam s. Benedicti perpetuis ibidem temporibus observetur, ei possessiones ac bona confirmat atque plura privilegia elargitur. V kal. Iul. indict. VI. incarn. dom. a° 1247(!). pont. a° 5°. ‖ Cherubini Bullar. I. 95; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 525. n° 12, *perperam ad* a. 1247. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 27 » (12972) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Petri de Mileto Reatin. dioc. nunciat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui earum ecclesiam bb. Petri et Pauli, ss. Philippi et Iacobi et s. Philippae festivitatibus annis singulis venerabiliter visitaverint, indulgentiam 40 dierum concedere. V kal. Iul. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 419; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 520. n° 286. — »Licet is de.«

1247. Iun. 28 — 1248. Iun. 27.

— (») (12973) Repetit Honorii III n° 6518 de 1221. Ianr. 20: »A° 5°« — »Dilecti filii fratres.« ‖ Strehlke Tab. 370. n° 520.

1248.

Iun. 30 (Lugduni) * Decano ecclesiae Aquensis: »II kal. Iul. a° 6°«. ‖ Höfler Albert v. Beham 171. n° 278, *vid.* 1248. Dec. 31. n° 13139.

Iul. 3 " (12974) Abbati Potzaviensi eiusque fratribus significat, se prohibere novas et indebitas exactiones eis ab archiepiscopis, episcopis omnibusque aliis ecclesiasticis saecularibusve personis omnino fieri; se prohibere ut infra clausuras locorum aut grangiarum monasterii nullus rapinam aut furtum faciat *etc.* Praeterea eis omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus concessas et indultas confirmat. V non. Iul. indict. VI. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ P. Langii Chron. Citizense ed. Pistorius Scr. rer. Germ. I. (1583.) 803; Thuringia sacra 645; J. G. Leuckfeld Chronologia abbatum Bosaugiensium ed. J. M. Schamelius (Naumburg 1731. 4°) 22; Schoettgen et Kreysig Dipl. et scr. hist. Germ. II. 441. n° 33. *Initium desideratur.*

" 4 " (12975) Archiepiscopos et episcopos ... et alios ecclesiarum praelatos hortatur, ut fratres Eremitarum de Brictinis ord. s. Aug., qui non habeant unde possint sustentari, commendatos habentes eis super colligendis elemosynis nec gravamen nec iniuriam inferant. IV non. Iul. a° 6°. ‖ Empoli Bullar. 171. — »Circa opera pietatis.«

" 7 " (12976) (Rainerio) episcopo Magalonensi mandat, compellat Iudaeos suae diocesis, ut, capis rotundis et largis omnino dimissis, habitum ipsis congruentem deferant, quo non solum a clericis, verum etiam a laicis distinguantur. Non. Iul. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 407 (ed. Mansi I. 207); *cf.* Höfler Albert v. Beham 161. n° 38. — »Tua nobis fraternitas.«

" 12 " (12977) Decano ecclesiae ss. apostolorum Coloniensis significat, se declarationem inter praepositum ex una et decanum et capitulum ecclesiae s. Gereonis ex altera super administratione et ordinatione praebendarum factam confirmare. IV id. Iul. a° 6°. ‖ Ennen Quellen II. 287. n° 284. — »His que pro ecclesie.«

" 13 " (12978) Hugoni de S. Sathano (Sachano *H.*) militi et Elisabeth uxori eius Cabilonensis dioc. concedit, ut in matrimonio possint remanere, licet se invicem in quarta consanguinitatis linea contingant. III id. Iul. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 407 (ed. Mansi I. 206); *cf.* Höfler Albert v. Beham 161. n° 25. — »Etsi coniunctio copulae.«

" 13 resp. 15 " (12979) Priorissam et conventum monasterii de Cella s. Mariae in Brunna ord. s. Aug. Olomucens. dioc. magistro et priori fratrum ordinis Praedicatorum Boemiae committit. III (*om. Pal., Erb.*) id. Iul. a° 6°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 88. n° 122; *cf.* Palacky Reise 33. n° 209; Erben Reg. Bohem. I. 559. n° 1207; Höfler l. c. 161. n° 30. — »Apostolice sedis benignitas.«

" 15 " (12980) Magistro et priori provinciali Boemiae ord. fratr. Praedic. significat, se priorissam et conventum monasterii de Cella s. Mariae in Brunna ord. s. Aug. Olomucens. dioc. et idem monasterium eis committere. Id. Iul. a° 6°. ‖ Boczek l. c. 90. n° 123; *fragm.* ap. Erben l. c. n° 1208; *cf.* Palacky l. c. 33. n° 210; Höfler l. c. n° 31. — »Apostolice sedis benignitas.«

" 15 " * (12981) Duae litterae super oblatione regni Portugalis facta ecclesiae Romanae sub annuo censu. Id. Iul. a° (2°, *sed legas*) 6°. ‖ Höfler l. c. 215. n° 23 et 24.

" 20 " (12982) Willielmo de Valentia liberam concedit facultatem confitendi peccata sua alicui sacerdoti discreto et recipiendi ex eo poenitentiam. XIII kal. Aug. a° 6°. ‖ Rymer Foed. I. I. 157. — »Personam tuam sincera.«

" 20 " * (12983) Le pape écrit à R(obert) avoué d'Arras seigneur de Béthune et de Termonde, qu'ayant appris qu'il s'était croisé pour se rendre en Terre-Sainte, il s'empresse sur sa demande de le prendre sous sa protection sa femme et tout ce qui lui appartient. XIII kal. Aug. a° 6°. ‖ Saint Genois Inventaire 23. n° 67.

" 21 " (12984) (Iacobo) episcopo Tusculano apostolicae sedis legato tam super exercitum (Ludovici) regis Franciae et aliorum crucesignatorum ad liberationem Terrae sanctae transeuntium, quam super omnes ipsius terrae provincias et terras christianorum illuc (?) constitutas, ac insuper super quaelibet regna et partes transmarinas omnesque nationes et insulas ultra Siciliam existentes plenae legationis officium committit. XII kal. Aug. a° 6°. ‖ Höfler Albert von Beham 205. n° 1. — »Etsi ad liberationem.«

* *In eundem modum eodemque die, verbis convenienter mutatis, scribit de hac re:*
Universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac abbatibus *etc.* et clericis universis in transmarinis partibus constitutis;
Regibus illustribus et nobilibus viris universis comitibus, ducibus *etc.* et cunctis Christi fidelibus tam crucesignatis quam aliis in transmarinis partibus constitutis.

" 21 " * (12985) Eidem mandat, ut crucem praedicet, contradictores vel rebelles per censuras compescat. Largas ei indulgentias pro conversis concedit. XII kal. Aug. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 206. n° 2. — »Quia succursus est.«

1248.

Iul. 21 Lugduni * (12986) Eidem significat, se personas et bona crucesignatorum sub b. Petri protectione recipere, eique mandat, ut illos contra creditores tueatur et Iudaeos usurarios restringat. XII kal. Aug. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 206. n° 3.

(" 21) " * (12987) Eidem dat potestatem privandi privilegiis domos militiae Templi et s. Iohannis Hierosolymitani ac s. Mariae Teutonicorum aliosque religiosos. (XIX, *equidem legerim*) XII kal. Aug. a° 6°. ‖ Inventar. privileg. in arce Cracov. *in* Mitth. aus d. Gesch. Liv- Ehst- u. Kurlands III. 65. n° 24; *cf.* Höfler l. c. 206. n° 4—18.

" 28 " (12988) C(onrado) comiti de Friburg promissiones per H(enricum) Romanorum regem cl. mem. ei factas et specialiter super restitutione castrorum et oppidorum Nüwenburg, Offenburg et Ortenberg iure successionis haereditariae ad comitem pertinentium confirmat. V kal. Aug. a° 6°. ‖ Schoepflin Hist. Zar.-Bad. V. 214; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 640. — »Fidei tue sinceritas.«

" 29 " (12989) Abbati et conventui monasterii de Kamberg ord. s. Ben. Herbipol. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae aut legatorum eius compelli nullatenus possint inviti. IV kal. Aug. a° 6°. ‖ Diplom. Chomburgens. ap. Mencken Scr. rer. Germ. I. 396. n° 24. — »Decet et expedit.«

" 29 " (12990) Universis Christifidelibus notum facit, se Umberto domino Belliioci crucesignato ad subventionem executionis voti sui 3000 librarum Turonensium de his, quae subsidio Terrae sanctae deputata sint, concessisse eroganda. IV kal. Aug. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles Titres I. 61. n° 298. — »Noverit universitas vestra.«

" 30 " (12991) Priori generali et universis fratribus Eremitarum ord. s. Aug. in Tuscia indulget, ut observantia moderni divini officii, quod in eorum breviariis ex statuto regulae iuxta ecclesiae Romanae morem celebrare debent, contenti sint. III kal. Aug. a° 6°. ‖ Empoli Bullar. 172. — »Pio vestro collegio.«

(cca.Iul.) (") (12992) (Ludovico) regi Francorum significat, se tractatum pacis ex parte F(riderici) quondam imperatoris nullatenus admissurum esse, nisi cum pleno et evidentissimo honore ecclesiae ac illorum salute, qui ei adhaesisse in hac parte noscantur. »Ceterum pro constanti teneas quod, qualiscumque pacis tractatus emergat, dictus F(ridericus) aut aliquis de sua progenie nunquam de cetero ad imperii regimen assumetur.« *Sine nota chronol.* ‖ Ex cod. ms. Berolin. Ms. lat. Fol. n° 188. fol. 133v Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 641. — »Vigilat cor nostrum.«

Aug. 1 " (12993) Iohanni dicto Romano clerico scriptori poenitentiariae concedit, ut defectu natalium non obstante ad omnes ordines promoveri et omnes dignitates et beneficia ecclesiastica obtinere possit. Kal. Aug. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 425 (ed. Mansi I. 211); *cf.* Höfler Albert v. Beham 166. n° 201. — »Solet apostolicae sedis.«

" 4 " (12994) Abbati S. Martini Treverensis mandat, ut in electionem R(iccardi) in Wormatiensem episcopum, electione capituli in Conradum praepositum per P(etrum) S. Georgii ad velum aureum diaconum cardinalem rite cassata, inquirat. II non. Aug. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 437 (ed. Mansi I. 213); *cf.* Höfler l. c. 169. n° 249. — »Ex parte dilecti.«

" 5 " (12995) Praeposito, decano et capitulo Babenbergensibus indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in ecclesiasticis beneficiis *etc.* per litteras apostolicas vel legatorum apostolicae sedis compelli minime possint. Non. Aug. a° 6°. ‖ Chr. Probst Turnarius ecclesiarum German. (Bamb. & Wirceb. 1777) 379. — »Paci et tranquillitati.«

" 7 " (12996) Monasterium de Cella s. Mariae in Brunna ord. s. Aug. Olomucens. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. VII id. Aug. indict. VI. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 90. n° 124; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 560. n° 1209. — »Religiosam vitam eligentibus.«

" 17 " (12997) (Guilelmo) Czuerinensi et (Ludolfo) Raczeburgensi episcopis mandat, ut causam capituli Hamburgensis contra (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem audiant et infra sex menses post receptionem praesentium sufficienter instructam ad examen apostolicum remittant. XVI kal. Sept. a° 6°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 459. n° 546. — »Exhibita nobis prepositi.«

" 18 " (12998) Praeposito et capitulo Stendalensis ecclesiae Halberstad. dioc. indulget, ut de cetero ad receptionem vel provisionem in beneficiis ecclesiasticis vel pensionibus per litteras apostolicas nullatenus teneantur alicuius, nisi de hac indulgentia expressam faciant mentionem. XV kal. Sept. a° 6°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. V. 36. n° 32. — »Cum sicut asseritis.«

" 18 " (12999) Priorissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Mariae de Pruliano ord. s. Aug. Tolosanae dioc., quibus s. Dominicus institutor ordinis Praedicatorum et fundator dicti monasterii ordinaverat, ut ad maiorem quietem rectores habeant qui curam ipsarum gerant in spiritualibus et temporalibus, hoc statutum confirmat. XV kal. Sept. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 183. n° 200. — »Ex parte vestra.«

		1248.
Aug. 21	Lugduni	(13000) Priori fratrum Praedicatorum Bisuntino mandat, ut, cum Iohannes comes Burgundiae dominus Salinensis significaverit, quod haeretica pravitas quae Waldensis vocetur in Bisuntina diocesi et maxime in terra sua iam maximam partem populi suae malitiae veneno infecerit, ad extirpandam pravitatem eandem diligenter intendat. xII kal. Sept. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. n° 201. — »Zelo magno zelatus.«
» 23	»	(13001) Abbati et conventui monasterii Vallis Sarnaii concedit, ut de blado vino lana ligno lapidibus et aliis, quae aliquotiens pro utilitatibus suis emant, nulli pedagia winagia roagia minagia solvere teneantur. x kal. Sept. a° 6°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. 443, *perperam ad* a. 1249. — »Solet annuere sedes.«
» 23	»	(13002) Eisdem concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, a fratribus ad ipsorum monasterium relicta mundi vanitate volantibus recipere possint. x kal. Sept. a° 6°. ‖ Merlet l. c. I. 443. — »Devotionis vestre precibus.«
» 27	»	(13003) (Alberto) archiepiscopo Prusciae procuratori ecclesiae Lubicensis mandat, ut Cisterciensem ordinem in monasterium de Cicimer [Cismar] ord. s. Ben. Lubicens. dioc. in temporalibus collapsum et in spiritualibus deformatum inducat. vI kal. Sept. a° 6°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 131. n° 136. — »Monasterium de Cicimer.«
» 28	»	(13004) Comitem et alios nobiles et populum Aragusienses rogat et monet, ut a civium Antivarensium molestia et iniuria desistentes pacem cum eis et veram concordiam habeant. v kal. Sept. a° 6°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 101. — »Procurante paci contrario.«
» 28	»	* (13005) Conventuales de Schoenvelt sub ordinem Cisterciensium unit. v kal. Sept. a° 6°. ‖ Lang Regesta II. 398.
» 29	»	(13006) Pandolfo de Subura canonico Cathalaunensi concedit, ut praeter suam praebendam Cathalaunensem alia beneficia ecclesiastica, etiamsi curam animarum habeant, in civitate ac diocesi Cathalaunensi recipere possit. Iv kal. Sept. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 422 (ed. Mansi I. 210); *cf.* Höfler Albert v. Beham 165. n° 190. — »Futurorum de te.«
» 30	»	(13007) S(tephano) tit. S. Mariae trans Tiberim presbytero cardinali vicario suo in Urbe mandat, ut contra Fridericum quondam imperatorem in Urbe, Campania atque Maritima publice praedicet et frequenter ac praedicari faciat verbum crucis, denuntians solempniter eundem Fridericum ac omnes dantes ei consilium, auxilium vel favorem in personis vel rebus publicum vel occultum excommunicationis a sede apostolica vinculo innodatos, necnon et universum regnum Siciliae, quamdiu eidem adhaeserit, ecclesiastico suppositum interdicto *etc.* III kal. Sept. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 207. n° 20; Höfler Kais. Friedr. II. Anh. 377. n° 34; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 646. — »Ab exordio vocationis.«
(Aug.)	(»)	(13008) N. N. principem monet, ne falsis quae de pace inter sedem apostolicam et Fridericum quondam imperatorem reformanda referantur, fidem adhibeat, cum nuncii quos (Ludovicus) rex Francorum ex parte eiusdem Friderici audierit de proposito suo, frustati abierint, ipso rege iter peregrinationis suae persequente. *Absque signo chronol.* ‖ Huillard-Bréholles l. c. 644. — »Ne per Fredericum.«
Sept. 1	»	(13009) Priori et fratribus eremiticis ordinis b. Mariae de Monte Carmeli nunciat, se, cum per Hugonem tit. S. Sabinae presb. cardinalem et Guilelmum Anteradensem episcopum quaedam regulae eorum dubia declarata et correcta ac etiam quaedam ipsius gravia sint mitigata, hanc declarationem correctionem et mitigationem confirmare, tenorem regulae ipsius praesentibus litteris annotans. Kal. Sept. a° 1248. ‖ Cherubini Bullar. I. 96. — »Quae honorem conditoris.«
» 1	»	(13010) Archiepiscopo Barensi castrum Bitricti ad ius et proprietatem Barensis ecclesiae pertinens, quod Fridericus quondam Romanorum imperator G. Francico contulerat, plenarie, cum regnum Siciliae rege nunc careat, restituit et dicto Francico de novo concedit. Kal. Sept. a° 6°. ‖ Garruba Serie crit. de' past. Baresi 240; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 651. — »Etsi ecclesiarum omnium.«
» 3	»	(13011) (Thomae) episcopo et capitulo Wratislaviensibus litteras confirmat (Boleslai) ducis Slesiae ac Poloniae (d. d. 1248. Iul. 8), quibus ille villis et hominibus praedictae ecclesiae quasdam angarias et servitutes remittit, eisdem exemptiones saecularium exactionum nihilominus concedendo. III non. Sept. a° 6°. ‖ Stenzel Urk. zur Gesch. d. Bisth. Breslau 14. n° 6; *cf.* Grünhagen Regesten I. 262. n° 678; Korn Reg. episcop. Vratisl. 37. — »Iustis petentium desideriis.«
» 5	»	(13012) Archiepiscopis et episcopis et archidiaconis ad quos praesentes litterae pervenerint mandat, ut in fratres Ierosolimitani hospitalis, clericos aut ecclesias eorum excommunicationis vel interdicti sententiam nullatenus praesumant promulgare *etc.* Non. Sept. a° 6°. ‖ Registrum episc. Aberdon. II. 261. — »Cum dilecti filii.«
» 5	»	(13013) Abbati Cistercii, eius coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis omnes libertates et immunitates dicto ordini concessas necnon libertates et exemptiones

		1248.
		eis indultas confirmat. Non. Sept. a° 6°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Veaux de Cernay I. 445. n° 485, *perperam ad* a. 1249. — »Solet annuere sedes.«
Sept. 5	(Lugduni)	* (13014) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi commendat Alexandrum thesaurarium. Non. Sept. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 162. n° 145.
» 7	»	(13015) Abbatis S. Galli Constantiens. dioc. curae monasterium de Rinowe eiusd. dioc. committit. vII id. Sept. a° 6°. ‖ Zapf Mon. anecd. I. 479. — »Cum monasterium de.«
» 7	»	(13016) Conventui monasterii de Rinowe mandat, ut abbati S. Galli obediant. vII id. Sept. a° 6°. ‖ Zapf l. c. 480; *cf.* Morel Regest. von Einsiedeln 10. n° 66. — »Cum monasterium vestrum.«
» 7	»	(13017) (Anselmo) abbati Heremitarum Constantiens. dioc. significat, se monasterium de Rinowe, quod per abbatem S. Galli utiliter gubernari possit, eius curae commisisse; mandat, curet ut filii eiusdem monasterii praefato abbati obediant. vII id. Sept. a° 6°. ‖ Der Geschichtsfreund III. 228. — »Cum monasterium de.«
» 9	»	(13018) (Aymerico) electo Lemovicensi mandat, ut, cum abbas Solemniacensis ord. s. Ben. Lemovic. dioc. propter defectum scientiae cedere cupiat regimini abbatiae, liberam eiusdem cessionem auctoritate apostolica recipiat. v id. Sept. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 408 (ed. Mansi I. 207); *cf.* Höfler Albert v. Beham 162. n° 135. — »Dilectus filius abbas.«
» 9	»	* (13019) Abbati s. Petri monasterii de Ebiolis Salernitanae dioc. scribit pro Iohanne de Philecto milite de regno Siciliae eiecto. v id. Sept. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 202. n° 648.
» 11	»	* (13020) Le pape Innocent IV soumet le couvent de Mariendal au prieur de l'ordre Teutonique, et dit que les religieuses auront le droit de choisir la prieure. III id. Sept. a° 6°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 56. n° 23.
» 13	»	(13021) Abbati et conventui monasterii de Evesham ord. s. Ben. Vigorniens. dioc. concedit facultatem utendi pileis, cum coenobium sit in loco frigido situm. Id. Sept. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 421 (ed. Mansi I. 210); *cf.* Höfler Albert v. Beham 165. n° 183. — »Ex parte vestra.«
» 14	»	(13022) Hermanno marchioni Badensi ducatum sive principatum Austriae cum omni honore, districtu et iure ipsius donatum ei rite et liberaliter inter vivos a G(ertrude) ducissa Austriae uxore sua, ad quam idem ducatus per successionem haereditariam secundum antiquam et approbatam ipsius terrae consuetudinem legitime devolutus erat, confirmat. xvIII kal. Oct. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 410 (ed. Mansi I. 207); (Lambacher) Oesterr. Interregn., Anh. 23; Schoepflin Hist. Zar.-Badens. V. 215; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 653; Höfler l. c. 162. n° 141; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 94; *fragm. in* (Wiener) Jahrb. d. Literat. XXXIX. 1827. Anzeigebl. 25; ap. Erben Reg. Bohem. I. 560. n° 1210; *cf.* Palacky Reise 33. n° 211. — »Illa quam ad.«
» 15	»	(13023) Alexandrum regem Nougardiae [Nowgorod] laudat propter reditum ad ecclesiam Romanam eumque monet, ut (Albertum) archiepiscopum Prussiae apostolicae sedis legatum, qui eum cupiat personaliter visitare, honeste recipiat, eique concedit facultatem faciendi de consilio ipsius archiepiscopi construi in Pleskowe civitate sua Latinorum ecclesiam cathedralem. xvII kal. Oct. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 409 (ed. Mansi I. 207); Theiner Mon. Polon. I. 46. n° 96; v. Goetze Albert Suerbeer 174. n° 5 (*male ad* a. 1249); *cf.* Höfler l. c. 162. n° 137; Voigt Gesch. Preussens III. 599. Anm. 3. — »Aperuit Dominus oculos.«
» 17	»	(13024) (Nicolao) archiepiscopo Livoniae concedit, ut defectum in natalibus patientes, non tamen de incestu vel adulterio procreatos ad pontificalem dignitatem in provincia Livoniae vel Prusciae promovere possit. xv kal. Oct. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 426 (ed. Mansi I. 211); Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 71. n° 77; Bunge Livl. UB. I. 259. n° 200; *cf.* Höfler l. c. 166. n° 210. — »Pro devotionis tuae.«
» 17	»	(13025) (Alberto) archiepiscopo Prusciae committit, ut, cum tres suffraganeorum suorum propter novellae terrae plantationem et neophytorum duritiam de bonis suorum episcopatuum sustentari non possint, quilibet eorum unicum beneficium ecclesiasticum, etiamsi curam habeat animarum, propter necessariorum defectum recipere et cum episcopatu licite retinere possit. xv kal. Oct. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 427 (ed. Mansi I. 211); Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 70. n° 76; Höfler l. c. 166. n° 211; *cf.* Voigt Gesch. Preussens III. 600. n° 35. — »Ex parte tua.«
» 17	»	(13026) Monasterium monialium Romaricense Tullens. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. xv kal. Oct. indict. VI. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ Calmet Hist. de Lorraine II. preuv. 464. — »Licet ex iniuncto.«
» 19	»	(13027) Prioribus de Lovania et de An(t)vverpia ord. Praed. Cameracens. et Leodiens. diocc. mandat, ut redemptiones et obventiones ex quacunque causa provenientes votorum crucesignatorum tam contra F(ridericum) quondam imperatorem et C(onradum)

1248.

natum eius ac fautores eorum, quam in subsidium Terrae sanctae, necnon et legata deputata huiusmodi subsidiis in provincia Coloniensi et illis partibus Cameracensis et Tornacensis diocesum, quae de imperio esse noscuntur, ac vicesimam ecclesiasticorum proventuum totius Alamanniae colligant et ab aliis iam collecta assignari faciant sedi apostolicae. XIII kal. Oct. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 419 (ed. Mansi I. 209); *cf.* Höfler Alb. v. Beham 164. n° 173. — »De circumspectione vestra.«

Sept. 19 | Lugduni | (13028) Universos Christi fideles per Maguntinam, Wormaciensem et Spirensem civitates et dioceses constitutos rogat et hortatur, ut pro consummatione ecclesiae s. Mauritii Maguntini, quam nimia vetustate consumptam decanus et capitulum eius de novo aedificare incoeperunt, pias elemosinas conferant. XIII kal. Oct. a° 6°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 109. n° 112, *male ad* a. 1249, *initio omisso.*

» 22 | (») | * (13029) (Engelberto) episcopo Osnaburgensi. Fratri eius beneficia concedit. X kal. Oct. a° 6°. ‖ Höfler Albert von Beham 165. n° 196. — »Tuam volentes honorare.«

» 24 | » | (13030) Philippo procuratori ecclesiae Salisburgensis inhibet, ne, cum castra, vasalli, possessiones, redditus ac alia bona, quae (Fridericus) quondam dux Austriae Styriaeque *etc.* ab ecclesia Salisburgensi tenebat in feudum, ad ius ipsius ecclesiae redierint, nullo ex eo legitimo herede superstite, qui succedere in feudum debeat, remanente, ipse vel aliquis episcoporum qui pro tempore ecclesiae Salzeburgensi praefuerint, castra vel alia supradicta infeodare vel alias alienare irrequisito Romano pontifice de cetero praesumant. VIII kal. Oct. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 424 (ed. Mansi I. 210); (Lambacher) Oesterr. Interregn., Anh. 18; Wiener Jahrb. der Liter. CVIII. 157; Höfler l. c. 165. n° 199; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 238. n° 1110. — »Cum sicut petitio.«

» 24 | » | * (13031) Praeposito et capitulo Ratisponensibus interdicit, ne statuta faciant sine consensu episcopi. VIII kal. Oct. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 166. n° 205.

» 26 | » | (13032) Abbati monasterii de Evesham ord. s. Ben. Vigorniens. dioc. concedit usum mitrae, annuli, sandalium aliorumque insignium pontificalium. VI kal. Oct. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 421 (ed. Mansi I. 210); *cf.* Höfler l. c. 165. n° 182. — »Cum sicut porrecta.«

(Iun.-Sept.) | (») | (13033) (Blancham) reginam Franciae consolatur de profectione filiorum suorum (*i. e.* Ludovici regis, Roberti comitis Atrebatensis et Caroli comitis Andegaviae) in subsidium Terrae sanctae. *Sine nota chronol.* ‖ Mansi Conc. XXIII. 592; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 412. — »Sollicita valde, carissima.«

Oct. 1 | » | (13034) Cenadiensi (Chanadiensi *Farl.*) et Sirmiensi episcopis et abbati de Pel(is) Cisterc. ord. Vesprimiens. dioc. de electione Philippi cancellarii (Mariae) reginae Ungariae in episcopum Zagrabiensis ecclesiae per eiusdem capitulum facta mandata dat. Kal. Oct. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 417 (ed. Mansi I. 209); Farlati Illyr. sacr. V. 370 *et* VII. 549; Katona Hist. crit. VI. 116; Fejér Cod. dipl. IV. II. 29; Theiner Mon. Hungar. I. 206. n° 389; *cf.* Höfler Albert v. Beham 165. n° 178. — »Dilectus filius Albertus.«

» 1 | » | (13035) Praeposito Bartholomaeo, archidiacono et magistro Marcohardo canonico ecclesiae Olomucensis mandat, ut sententiam diffinitivam episcopi Olomucensis in lite monasterii de Porta Coeli Cisterc. ord. et fratrum domus s. Mariae Theutonicorum de Nowzeliz Olomuc. dioc. latam confirment aut infirment, sicut de iure fuerit faciendum. Kal. Oct. a° 6°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 95. n° 127; Erben Reg. Bohem. I. 561. n° 1212. — »Sua nobis abbatissa.«

» 1 | » | (13036) Ecclesiam s. Crucis de Claro Loco Leodiens. dioc. in suam recipit protectionem, eius possessiones confirmat eique plurima concedit privilegia. Kal. Oct. indict. VI(!). pont. a° 6° (7° *Russ.*). ‖ Russel Chron. cruciferorum 56; Hermans Annal. canon. reg. s. Aug. ord. S. Crucis II. 64. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 1 | » | (13037) Monasterium s. Crucis ord. s. Aug. Leodiens. dioc. tuendum suscipit et possessiones eius confirmat. Kal. Oct. a° 6°. ‖ Hermans l. c. II. 529. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 5 | » | (13038) Decano et capitulo Magdeburgensibus indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae vel legatorum ipsius compelli minime possint, nisi de hac indulgentia et receptorum de mandato apostolico in eadem ecclesia numero plenam et expressam faciant mentionem. III non. Oct. a° 6°. ‖ Boysen Histor. Magazin III. 10. — »Imminente nobis cura.«

» 5 resp. 6 | » | (13039) (Henrico) episcopo Osiliensi significat, se statuere, ut quicunque christianorum aliquos arma, ferrum, lignamina, equos et victualia deferentes paganis in Livoniae partibus invenerint, eis liceat illos capere ac bona illorum sine poena restitutionis in capientium usus cedant. III (II *Höfler*) non. Oct. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 504 (ed. Mansi I. 228); Mittheil. aus d. Geb. der Gesch. Liv- Ehst- u. Kurlands IV. 365; Bunge Livl. UB. I. 260. n° 201; *cf.* Höfler Alb. v. Beham 202. n° 629. — »Quia perversi difficile.«

» | » | (13040) (Guilelmo) archiepiscopo Narbonensi et aliis inquisitoribus haereticae pravitatis in provincia Narbonensi interdicit, ne contra haereticos vel de haeresi infamatos aut

1248.

fautores in districtu Aragonum regis procedant. II non. Oct. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 423 (ed. Mansi I. 210); *cf.* Höfler l. c. 165. n° 193. — »Sincerae devotionis affectus.«

Oct. 6 | Lugduni | (13041) Archiepiscopo Bisuntinensi concedit, ut Fredericum clericum natum Stephani fratris Iohannis comitis Burgundiae domini Salinensis, de dicto Stephano tunc soluto et moniali genitum, non obstante defectu natalium ad omnes ordines promoveat et usque ad beneficium ecclesiasticum cum cura assumat. II non. Oct. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 424 (ed. Mansi I. 210); *cf.* Höfler l. c. 166. n° 200. — »Ex parte Frederici.«

» 7 | » | (13042) Monasterium s. Mariae de Sora Roskildens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominibus propriis exprimit, iura ac privilegia confirmat. Non. Oct. indict. VI(!). incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 162; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 564. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 7 | » | (13043) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi mandat, ut cum ascitis aliquibus Praedicatorum et Minorum fratribus propositum a comite de Swilemberch et quibusdam aliis nobilibus et viris ecclesiasticis conceptum ad tutelam christianae pacis et fidei munimentum in regno Theutonico ipsamque vivendi normulam diligenter discutiat et, si viderit »quod ex institutione huiusmodi novae observantiae provenire possit magnum fidei augmentum,« eam corrigat, atque ipsius seriem sub suis sigillis ad sedem apostolicam transmittat. Non. Oct. a° 6°. ‖ Joannis Scr. hist. Mogunt. I. 603; Baluze l. c. VII. 411 (ed. Mansi I. 207); Höfler l. c. 163. n° 150. — »Etsi periculosa sint.«

» 8 | » | (13044) Decano et cancellario Parisiensibus mandat, ut (Odoni) archiepiscopo Rothomagensi, qui aliqua exigua et modici valoris de bonis ecclesiae suae, videlicet rectori ecclesiae de Locoveris unam mansuram terrae, leprosis de Alacrimonte unam plateam ad aedificandum in ea domum ad opus ipsorum erogare velit, si capituli sui consensus accesserit, licentiam postulatam tribuant. VIII id. Oct. a° 6°. ‖ Bonnin Cartul. de Louviers. Docum. I. 222. n° 183. — »Ex parte venerabilis.«

» 10 | » | (13045) Priorissa eiusque sororibus postulantibus ecclesiam s. Wilibaldi de Engeldal ord. s. Aug. Eistetens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. VI id. Oct. indict. VII. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ J. Chr. Martini Beschreib. des Frauenklosters Engelthal (Nürnberg 1798. 8°) 17. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 11 | » | (13046) Decano et capitulo Mindoniensibus nunciat, se electionem Iohannis capellani sui et decani ecclesiae Carnotensis in episcopum Mindoniensem confirmare. V id. Oct. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 412 (ed. Mansi I. 208); *cf.* Höfler Albert v. Beham 163. n° 156. — »Ecclesiarum curae omnium.«

* *De eodem argumento* Electo Mindoniensi. ‖ Höfler l. c. n° 157.

» 13 | » | (13047) Monasterium Malmesburiae ord. s. Ben. Sarisburiens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III id. Oct. indict. VII. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 260. n° 13; *cf.* Höfler l. c. 163. n° 159. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 | » | (13048) Fratri Henrico de ordine Praedicatorum poenitentiario suo concedit facultatem dispensandi cum abbate S. Galli, ut cum episcopatu Curiensi, quem .... episcopus cessit, possit abbatiam suam tenere usque ad beneplacitum voluntatis sedis apostolicae. III id. Oct. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 423 (ed. Mansi I. 210); *cf.* Höfler l. c. 165. n° 192. — »Cum per te.«

» 14 | » | (13049) Archiepiscopo Senonensi mandat, ut excommunicationis sententiam in omnes illos, qui proprios filios ex nefario commercio procreatos proiiciant vel exponi procurent apud monasterium sororum extra muros de Pruvino ord. s. Dam., generaliter proferat et per omnes ecclesias monasterio earundem vicinas tales excommunicatos faciat publice nuntiari. II id. Oct. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 413 (ed. Mansi I. 208); *cf.* Höfler l. c. 163. n° 158. — »Dilectae in Christo.«

» 15 | » | (13050) Magistro Iohanni (de Suivignana) canonico ecclesiae de Empoli Florent. dioc. mandat, ut Ildebrandino canonico Florentino clerico episcopi Albanensis de aliquo plebanatu, archipresbyteratu aut prioratu saeculari vel etiam parochiali ecclesia in Florentina vel Faesulana civitatibus aut diocesibus provideat. Id. Oct. a° 6°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1793. — »Dignum est bene.«

» 15 | » | (13051) Magistro Petro de Atino scriptori suo canonico Atinatensi rectori ecclesiae s. Marciani de Atino Soran. dioc., cui b. mem. L. episcopus Aquinas ecclesiam istam contulerat, hanc collationem confirmat. Id. Oct. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles Pierre de la Vigne 315. n° 15; *cf.* Höfler l. c. 186. n° 441. — »Cum sicut nobis.«

* *De eodem argumento* Abbati Casaemarii et priori S. Dominici Verulanae et Soran. diocc. super hoc conservatoribus.

1248.

Oct. 15	Lugduni	(13052) Universis Christifidelibus ad perficiendas aedes sacras ceterasque coenobii Remensis fratrum Praedic. adiutrices manus porrigentibus indulgentiam 100 dierum concedit. Id. Oct. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 183. n° 202. — »Quoniam ut ait.«
» 17	»	(13053) Episcopo Ambianensi mandat, ut, cum Iohannes de Riencort miles et Hugo filius eius parati sint contra Aquenses in subsidium universalis ecclesiae proficisci, eis concedat veniam peccatorum, quae dari euntibus in Terrae sanctae subsidium consuevit. xvi kal. Nov. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 422 (ed. Mansi I. 210); *cf.* Höfler Albert v. Beham 165. n° 189. — »Cum dilectus filius.«
» 17	»	• (13054) Capitulum Parisiense petit, ut, cum Octobonus nepos ipsius et capellanus atque canonicus Parisiensis acceperit a capitulo annua quadam pensione statuta praeposituras Roseti et Braiae, grangias nemorum *etc.* et, pensione non soluta, excommunicationem et periurium incurrerit ipso facto, praepositura Roseti et grangiis dictis ab omni pensionis solutione liberis, nepoti suo dumtaxat reservatis, reliquas possessiones retineant domumque de Simero Parisius iuxta claustrum sitam atque vineas Montis Martyrum in recompensationem pensionis abolitae recipiant. xvi kal. Nov. a° 6°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 393.
» 19	»	(13055) Abbati et priori de Wetingin (Wettingen *H.*) Cisterc. et praeposito ecclesiae de Vare s. Ben. ordinum Constantiens. dioc. mandat, cogant per censuram ecclesiasticam Iohannem de Ernon canonicum ecclesiae Turicensis, ut a molestatione abbatissae et conventus monasterii Turicensis ord. s. Ben. super ecclesia de Altorf eis indebite illata desistat. xiv kal. Nov. a° 6°. ‖ Der Geschichtsfreund VIII. 12, *perperam ad* a. 1249; *cf.* Höfler Albert v. Beham 167. n° 223. — »Paupertatem dilectarum in.«
» 20	»	(13056) (Guilelmo) archiepiscopo Narbonensi et fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in provincia Narbonensi mandat, ut formam, iuxta quam procedant contra haereticos, transcribi facientes priori provinciali in Hispania et fratri R(aimundo) de Pennaforti ord. Praed., cum super hoc ab eis fuerint requisiti, transmittant. xiii kal. Nov. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 416 (ed. Mansi I. 208); *cf.* Höfler l. c. 164. n° 165. — »Volumus et praesentium.«
» 20	»	(13057) Episcopum Lingonensem, priorem provincialem in Hispania et fratrem R(aimundum) de Pennaforti ord. Praed. hortatur, ut aliquos fratres ordinis Praedicatorum, »quia in inquisitione facienda contra haereticos eorundem solertiam novimus plurimum opportunam«, inquisitores haereticae pravitatis in provincia Narbonensi per districtum Aragonum regis deputare curent. xiii kal. Nov. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 184. n° 203; Mansi Conc. XXIII. 568; Aguirre Conc. Hisp. V. 195; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1248 § 3. XIII. 537; Baluze l. c. VII. 414 (ed. Mansi I. 208); Höfler l. c. 164. n° 164 (165a). — »Inter alia desiderabilia.«
» 21 resp. 22	»	(13058) Electo Castrensi mandat, faciat ut, cum episcopus Plovacensis [Ploaghe] ab officialibus et fautoribus Hentii nati F(riderici) quondam imperatoris a sede propria sit eiectus, archiepiscopi, episcopi, ecclesiae et monasteria Sardiniae ei proportionaliter subveniant. xi (xii *Höfl.*) kal. Nov. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 439 (ed. Mansi I. 214); Höfler l. c. 169. n° 253; Cod. dipl. Sardin. I. 360. n° 80. — »Etsi passim sit.«
(» 22)	(»)	• (13059) Episcopo et capitulo Plovacensibus (*de eodem argumento*). ‖ Höfler l. c. n° 254.
» 22	»	(13060) Consulibus et populo Terracinensibus, qui quaedam aedificia ab Henrico Fraiapane in ipsorum territorio de novo erecta totaliter demoliverant eamque ob rem ab eodem nobili coram (Rainaldo) Ostiensi episcopo, S(tephano) tit. S. Mariae trans Tiberim presbytero et R(iccardo) S. Angeli diacono cardinalibus Campaniae Maritimaeque rectore in iudicium evocati erant, indulget, ut super praemissis ultra castrum Nymphae Velletrens. dioc. trahi aliquatenus non possint. xi kal. Nov. a° 6°. ‖ Contator Hist. Terracin. 188. — »Pura fides et.«
» 22	»	(13061) Archiepiscopo Ebredunensi mandat, ut Bonifacium Dignensis ecclesiae archidiaconum Parisius theologiae studio insistentem, si requisitus nominationi de se a capitulo factae consenserit, Dignensi ecclesiae praeficiat in episcopum et pastorem. xi kal. Nov. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 416 (ed. Mansi I. 209); *cf.* Höfler Albert v. Beham 164. n° 168. — »Dignensi ecclesia pastoris.«
» 23	»	(13062) Episcopo Cathalaunensi mandat, ut priorissae et monialibus monasterii de Anderiis ord. s. Ben., quae praetextu visitandi grangias suas sine licentia abbatis monasterii Molismensis ord. s. Ben. Lingonens. dioc. extra suum evagari coenobium in scandalum plurimorum praesumunt, licentiam praedictas visitandi grangias, si eam forsan concesserit, de cetero nullatenus concedat, immo revocet. x kal. Nov. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 420 (ed. Mansi I. 209); *cf.* Höfler l. c. 165. n° 181. — »Insinuarunt nobis dilecti.«
» 23	»	(13063) (Henrico) electo Leodiensi mandat, ut priori et fratribus S. Crucis (extra muros oppidi Huyensis) Leodiens. dioc. secundum regulam s. Augustini et quasdam institu-

1248.

		tiones fratrum Praedicatorum Domino famulantibus licentiam concedat utendi divinis officiis et institutionibus eorundem. x kal. Nov. a° 6°. ‖ Russel Chron. cruciferorum 52; Ripolli Bullar. Praed. VII. 21. n° 359; Miraei Opp. dipl. IV. 38; Hermans Annal. canon. reg. s. Aug. II. 68. — »Cum dilecti filii.«
Oct. 25	Lugduni	• (13064) Episcopo (? Electo *legerim*) Taurinensi mandat, ut Mediolanenses, Ianuenses et Placentinos cogat ad mittendos Bonifacio marchioni Montisferrati milites et balistarios, quos iste nobilis requirit. viii kal. Nov. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 936; *cf.* Höfler Albert v. Beham 165. n° 198.
» 25	»	• (13065) Magistro Adinolfo de Arpino canonico ecclesiae castri Scipionis Soranens. dioc. ecclesiam ruralem, quam ei magister Bernardus Carazolus iuris civilis professor contulerat, confirmat. viii kal. Nov. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 186. n° 445.
» 29	»	(13066) Priori S. Petri Matisconensis (*inscriptio deest apud Juenin*) mandat, ut, cum burgenses Trenorchienses, licet temporalis iurisdictio villae s. Portiani Claromontens. dioc. totaliter pertineat ad prioratum ipsius villae Trenorchiensi monasterio immediate subiectum, a iurisdictione dicti prioratus se contra iustitiam subtrahere moliantur, eosdem compescat, ut abbati Trenorchiensi plene satisfaciant de damnis et iniuriis monasterio eius et dicto prioratui illatis. iv kal. Nov. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 426 (ed. Mansi I. 211); (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de s. Filibert, preuv. 207; *cf.* Höfler l. c. 166. n° 208. — »Ex parte dilecti.«
» 30	»	(13067) Karliolensi et Glasguensi episcopis, archidiaconis et officialibus eorum mandat, ut abbati et conventui de Holmcoltram Cisterc. ord. Karliol. dioc. nullam super lite contra suos iniuriatores et debitores prosequenda inferant de cetero molestiam vel gravamen. iii kal. Nov. a° 6°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. V. 602. n° 28. — »Gravem dilectorum filiorum.«
Nov. 5	»	(13068) Potestati, consilio et communi Ianuensibus indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor aut etiam conservator per apostolicas litteras in eos aut in eorum terram excommunicationis vel interdicti sententias valeat promulgare. Non. Nov. a° 6°. ‖ Liber iurium reip. Genuens. (Hist. patr. mon.) I. 1034. n° 786; *cf.* Höfler Albert v. Beham 167. n° 217. — »Ut ex speciali.«
» 5	»	(13069) Archiepiscopo Auxitanensi concedit, ut durante vicecomitis Lomaniae persecutione, qua quasi obsessus in civitate Auxitana videatur, ab ecclesiis diocesis suae debitas procurationes recipere possit, etiamsi visitationis officium nequiverit impendere in eisdem. Non. Nov. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 428 (ed. Mansi I. 211); *cf.* Höfler l. c. 167. n° 212. — »Fidei puritas et.«
» 5	»	(13070) Episcopis provinciae Auxitanensis de superiore ad archiepiscopum Auxitanum epistola significat. Non. Nov. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 429 (ed. Mansi I. 211); *cf.* Höfler l. c. n° 213. — »Venerabili fratre nostro.«
» 8	»	(13071) Abbati S. Iacobi, archidiacono Biterrensi et priori de Cassiano Biterrens. dioc. mandat, faciant ut excommunicationis sententia, quam (Guillelmus) Narbonensis archiepiscopus in Amalricum vicecomitem Narbonensem tulerit pro eo, quod portas palatii sui Narbonae fecerit ab armatis in archiepiscopi contemptum custodiri *etc.*, usque ad satisfactionem inviolabiliter observetur. vi id. Nov. a° 6°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 113. — »Venerabilis frater noster.«
» 10	»	(13073) Universitati fratrum de Poenitentia provinciae Lombardiae mandat, ut diocesanis suis iuxta constitutiones a sede apostolica approbatas absque difficultate in omnibus, praesertim quae ad correctionis ac reformationis officium pertinent, humiliter pateant. iv id. Nov. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 430 (ed. Mansi I. 212); *cf.* Höfler Albert v. Beham 167. n° 215. — »Licet vos fratribus.«
» 12	»	(13074) Archiepiscopo Tuamensi mandat, ut cessionem episcopi Achadensis deducti ad senium recipiat et iniungat capitulo Achadensi, ut sibi per electionem canonicam de idonea persona provideant. ii id. Nov. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 429 (ed. Mansi I. 211); Theiner Mon. Hibern. 51. n° 138; *cf.* Höfler l. c. n° 214. — »In venerabili fratre.«
» 14	»	(13075) Archiepiscopum et capitulum Arelatenses monet et hortatur, ne a fratribus Praedicatoribus in Arelate manentibus partem eorum, quae eis pro necessitatibus suis a decedentibus in eleemosynam relinquuntur, exigant. xviii kal. Dec. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 184. n° 204. — »Sua nobis dilecti.«
» 16	»	(13076) O(ctaviano) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut dispenset cum Ulrico filio ducis Karinthiae et Agnete relicta quondam ducis Austriae de contrahendo invicem matrimonio. xvi kal. Dec. a° 6°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 100. n° 132; Erben Reg. Bohem. I. 562. n° 1216; *cf.* Palacky Reise 33. n° 213; Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 239. n° 1114; Höfler l. c. 191. n° 504. — »Cum sicut carissimus.«
» 19	»	• (13077) Hugoni canonico ecclesiae Turicensis Constantiens. dioc. concedit petente Wilhelmo rege Romanorum, ut praeter illa quae iam obtineat aliud beneficium accipere possit. xiii kal. Dec. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 167. n° 219.

1248.

(Nov. 19) Lugduni. • (13078) Thesaurario ecclesiae s. Petri Argentinensis. De eodem Hugone. ‖ Höfler l. c. n° 220.

„ 20 „ (13079) Scolastico Mindensi mandat, curet ut (Lutberto) canonico Osnaburgensi, quem comes de Holdenburg per affectuosas litteras commendaverit, praebenda vacans quae ipsum de iure contingat, assignetur. XII kal. Dec. a° 6°. ‖ Möser Osnabr. Gesch. III. 379. n° 233. — »Proposuit coram nobis.«

„ 20 „ (13080) Decano et capitulo ecclesiae b. Martini Turonensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis concedit, ne coram archiepiscopo, archidiacono, archipresbytero Turonensibus illorumque officialibus vel subdelegatis ad iudicium trahi possint. XII kal. Dec. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 430 (ed. Mansi I. 212); *cf.* Höfler l. c. n° 224. — »Illum a sui.«

„ 20 „ (13081) Eisdem concedit, ne archiepiscopus, archidiaconi, archipresbyteri Turonenses vel eorum officiales vel subdelegati ab eis in ecclesiae b. Martini Turonensis capitulum interdicti, suspensionis aut excommunicationis sententiam valeant promulgare. XII kal. Dec. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 431 (ed. Mansi I. 212); *cf.* Höfler l. c. 225. — »Illum a sui.«

„ 20 „ (13082) Priorissam atque sorores ecclesiae s. Dominici Imolensis sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque earum possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. XII kal. Dec. indict. VII. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 22. n° 360. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 24 „ (13083) Episcopo Parisiensi concedit, ut pauperes scholares Parisienses dicti »Boni pueri« capellam in ipsorum domo habeant, ubi divina celebrentur officia. VIII kal. Dec. a° 6°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 217; Dubois Hist. eccles. Paris. III. 414. — »Ex parte dilecti.«

„ 24 „ (13084) Archiepiscopo Lavoniensi (*al.* Loindensi, Livoniensi?) concedit, ut per citationem archiepiscopi Prusciae metropolitico iuri ipsius, quod in Revaliensi et Wirensi ac quibusdam aliis episcopatibus Estoniae habeat, nullum generetur praeiudicium. VIII kal. Dec. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 433 (ed. Mansi I. 212); Woelky Cod. dipl. Warm. I. 26. n° 17; *cf.* Höfler Albert v. Beham 168. n° 236. — »In sede iustitiae.«

„ 27 „ (13085) Iohannem de Castellione comitem Blesensem dominum de Avesnis, Guidonem comitem S. Pauli, Gualcherum et Hugonem fratres cum omnibus bonis protegendos suscipit. V kal. Dec. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 444 (ed. Mansi I. 215); Turpin Comitum Tervanens. annales 133; *cf.* Höfler l. c. 171. n° 274. — »Sincera devotio quam.«

„ 27 „ (13086) Abbati et conventui de Driburgh Praemonstr. ord. indulget, ut, cum Praemonstratensem abbatem pro toto Praemonstratensi ordine aliquod subsidium praestare contigerit, dummodo contribuant cum eodem ordine, ad contribuendum compelli nequeant absque mandato sedis apostolicae speciali. V kal. Dec. a° 6°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 193. n° 248. — »Devocionis vestre precibus.«

„ 29 „ (13087) Episcopo Uticensi (Uceticensi *Ma.*) mandat, compellat per censuram ecclesiasticam abbates, priores et alios praelatos et clericos ecclesiarum episcopo Nemausensi subiectarum, ut huic, cum in procurationibus legatorum et nuntiorum sedis apostolicae non modicum aggravetur, iuxta facultates proprias proportionaliter contribuant. III kal. Dec. a° 6°. ‖ P. de Marca De concordia sac. et imp. 725; Baluze Miscell. VII. 432 (ed. Mansi I. 212); *cf.* Höfler Albert v. Beham 168. n° 234. — »Ex parte venerabilis.«

„ 30 „ (13088) Decano ecclesiae Aquensis Leodiens. dioc. significat, se civibus Aquensibus privilegia, iura et libertates a cl. mem. Carolo et aliis imperatoribus et regibus ab antiquo concessa confirmasse, eique mandat, ut praefatos cives non permittat contra confirmationis huius tenorem super his ab aliquibus indebite molestari. II kal. Dec. a° 6°. ‖ Noppius Aach. Chronick 236. — »Licet in reversione.« *Cf.* n° 13122.

Dec. 1 „ (13089) Abbati monasterii s. Iacobi Scotorum Ratisponensis ord. s. Ben. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis concedit, ut priorem, qui illius vice novitiis prioratuum Hibernensium, cum propter locorum distantiam et viarum discrimina Ratisponam adire nequeant, benedictionem monachicam conferat, praeficere possit. Kal. Dec. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 433 (ed. Mansi I. 212); *cf.* Höfler Albert v. Beham 168. n° 237. — »Cum sicut lecta.«

„ 1 „ (13090) (Alberto) episcopo Ratisponensi mandat petentibus abbate et conventu monasterii s. Iacobi Scotorum Ratispon., ut Beyliano (*al.* Kyliano) monacho Eberspergensi, electo monasterii s. Mariae Scotorum in Vienna benedictionis munus impendat, cum (Rudigerus) Pataviensis episcopus loci diocesanus vinculo sit excommunicationis astrictus. Kal. Dec. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 434 (ed. Mansi I. 212); Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 415. n° 432; Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 687. n° 3; *cf.* Hansiz Germ. sacra I. 384; Höfler l. c. n° 240. — »Sua nobis dilecti.«

„ 1 „ (13091) De Neverburg et de Ardecher ecclesiarum praepositis Pataviens. dioc. mandat, ut Beylianum (*al.* Kylianum) electum monasterii s. Mariae Scotorum in Wienna, ab

1248.

(Alberto) Ratisponensi episcopo secundum mandatum papale benedictum in eiusdem monasterii possessionem inducant et defendant. Kal. Dec. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 435 (ed. Mansi I. 213); *cf.* Höfler l. c. n° 241. — »Praesentium vobis auctoritate.«

Dec. 2 Lugduni. (13092) Patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato concedit, ut — cum toleraverit ut patriarcha Antiochenus apostolicae sedis legatus, quando fuit in Accon, portet legationis insignia, incedat cum rubeis et signet populum Acconensem, cum talia non competant nisi legato a latere destinato — per haec nullum ecclesiae Ierosolimitanae praeiudicium valeat generari. IV non. Dec. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 432 (ed. Mansi I. 212); P. de Marca De concordia sacerd. et imper. 741; *cf.* Höfler l. c. 168. n° 233. — »Cum sicut ex.«

„ 2 „ (13092a) Archiepiscopo Lundensi concedit facultatem dispensandi cum Nicolao presbytero capellano suo rectore ecclesiae de Thorlosa, quod adhuc unicum ecclesiasticum beneficium possit recipere. IV non. Dec. a° 6°. ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 93. n° 21; *cf.* Höfler l. c. 167. n° 230. — »Etsi sacris sit.«

„ 2 „ • (13093) R(aynerio) S. Mariae in Cosmidin diac. card. apostolicae sedis legato mandat, curet ut Hermanno notario de Castro Litaldi duo monasteria pro obsequio suo, quoad vixerit, vitae necessaria ministrent. (VI, *sed legas*) IV non. Dec. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 169. n° 261.

„ 4 „ (13094) Abbate et conventu monasterii Ursicampi Cisterc. ord. Noviomens. dioc. petentibus inhibet, ne quis dominorum vel baillivorum, in quorum districtu damna ab animalibus coenobii aliquibus sunt illata, post satisfactionem debitam a monasterio damna passis impensam super emendis eos molestare praesumat. II non. Dec. a° 6°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 305. n° 489, *ubi bulla* circa 1203 *edita dicitur.* — »Ex parte vestra.«

„ 4 „ (13095) Abbati de Corbeia Ambianens. dioc. de superiore epistola significat eique mandat ne permittat, illos contra huius inhibitionis tenorem ab aliquibus molestari. II non. Dec. a° 6°. ‖ Peigné-Delacourt l. c. 311. n° 490, *perperam ad* a. 1204. — »Ex parte dilectorum.«

„ 4 „ • (13096) Ofreducio et Andreae fratribus ac Hugolino consobrino eorum dominis de Alviano. Damna eis ab Henrico de Pareimano, F(riderico) quondam imperatori adhaerente, illata resarcit. II non. Dec. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 169. n° 255.

(„ 4) („) • (13097) Eisdem. ‖ Höfler l. c. n° 256.

(„) („) • (13098) Eisdem. Ut quae de bonis inimicorum habeant vel habere poterint, in eorum ius transeant. ‖ Höfler l. c. n° 257.

„ 5 „ (13099) Archiepiscopos, episcopos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos rogat et monet, ut a molestatione fratrum ordinis Cisterciensis penitus quiescant. Non. Dec. a° 6°. ‖ Registrum S. Mariae de Neubotle 194. n° 227. — »Dilecti filii abbas.«

„ 5 „ (13100) Abbate Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis petentibus inhibet, ne quis praelatus excommunicationis aut interdicti sententias in eos promulgare praesumat. Non. Dec. a° 6°. ‖ *Ibid.* 199. n° 233. — »Cum a nobis.«

„ 5 „ (13101) Eisdem postulantibus inhibet, ut nullus eos aut Cisterciensium monasteriorum personas ad synodos vel forenses conventus nisi pro fide dumtaxat absque speciali sedis apostolicae mandato evocare praesumat. Non. Dec. a° 6°. ‖ *Ibid.* 201. n° 235, *ubi* Innocentio III *perperam tribuitur.* — »Cum a nobis.«

„ 5 „ (13102) Eisdem petentibus statuit, ut monachi Cisterciensis ordinis sine aliqua examinatione ad ordines a praelatis ecclesiarum promoveantur. Non. Dec. a° 6°. ‖ *Ibid.* 205. n° 240. — »Meritis sacre vestre.«

„ 5 „ (13103) Eisdem significat, se statuere ut Cisterciensis ordo a nullo alio visitari possit aut corrigi. Non. Dec. a° 6°. ‖ *Ibid.* 206. n° 241. — »Thesauro virtutum sic.«

„ 5 „ (13104) Abbati Cistercii *etc.* omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus *etc.* concessas et indultas confirmat. Non. Dec. a° 6°. ‖ *Ibid.* 211. n° 250, *ubi* Innocentio II *perperam donatur.* — »Solet annuere sedes.«

„ 5 „ (13105) Eisdem concedit, ut in parochiis illis, in quibus veteres decimae eis sunt concessae, novalium quoque decimas percipere possint. Non. Dec. a° 6°. ‖ *Ibid.* 214. n° 255. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 6 „ (13106) Abbati monasterii s. Iacobi Scotorum (s. Emmerani *Lün.*) Ratisponensis ord. s. Ben. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis concedit facultatem visitandi, corrigendi ac reformandi tam in capite quam in membris in monasteriis et prioratibus ord. s. Ben. in Ibernia ipsi subiectis. VIII id. Dec. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 435 (ed. Mansi I. 213); Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 1130. n° 2; *cf.* Höfler Albert v. Beham 168. n° 243. — »Te accepimus referente.«

„ 7 „ Acerrime in Fridericum quondam imperatorem invehens ... decernit constitutiones ... irritas *etc.*: »VII id. Dec. a° C°«. ‖ Höfler l. c. 211; *eiusd.* Kaiser Friedr. II. Anh. 384, *vid.* 1248. Dec. 8. n° 13110.

1248.

Dec. 8 Lugduni (13107) S(tephano) tit. S. Mariae trans Tyberim presbytero cardinali vicario suo in Urbe mandat, ut statuta cleri Urbis contra propriam reformationem et exclusionem fratrum Minorum et Praedicatorum a cathedris supprimat. vi id. Dec. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 441 (ed. Mansi I. 214); *cf.* Höfler Alb. v. Beham 170. n° 265. — »Animarum salutem potissime.«

» 8 » (13108) Cives Aquenses, quod reversi sunt ad devotionem ecclesiae, inter devotos sedis apostolicae speciales recipit eosque hortatur, ut in ipsius sedis devotione persistant sic, »quod nos qui sententiam latam in Lugdunensi concilio contra Fr(idericum) quondam imperatorem et C(onradum) natum eius faciemus inviolabiliter observari, ad vestra et terrae vestrae commoda et honores fortius astringamur.« vi id. Dec. a° 6°. ‖ Quix Cod. dipl. Aquens. I. ii. 119. n° 171; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 681. — »Etsi pro eo.«

» 8 » • (13109) Electo Vercellensi praecipit, ut omnes vassalli ecclesiae Vercellensis feudis priventur, nisi decem diebus post generalem praedicationem ecclesiae assistant. vi id. Dec. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 172. n° 287.

» 8 » (13110) Acerrime in Fridericum »alumnum nequitiae quasi antichristi praenuntium« invehens miserabilem regni Siciliae statum fusius describit et reformationi ecclesiae, quam reformatio regni ipsius subsequetur, providet decernendo constitutiones omnes seu statuta, ordinationes, dispositiones, iussiones et universa talia in derogationem vel praeiudicium libertatis, immunitatis, auctoritatis et iurisdictionis ecclesiasticae a praedicto Friderico ante vel post depositionem ipsius in regno Siciliae edita, necnon et quaslibet consuetudines contra haec in eodem regno ab ipso vel suis praedecessoribus Siciliae regibus introductas irritas omnino et vacuas; singulis ipsius regni ecclesiis necnon et domibus religiosis civitates, castra, villas *etc.* ac cetera bona et iura quibus eas idem Fridericus destituit, plenarie restituit; porro sancit, ut in cathedralibus, conventualibus et collegiatis ecclesiis dicti regni, quando vacaverint, electiones libere et canonice celebrentur, nec eligendi licentia, si rex in eodem regno fuerit, ab ipso aliquatenus postuletur. Statuit insuper, ut regi vel aliis dominis saecularibus eiusdem regni ecclesiarum praelati, qui regalia non tenent ab illis, nullum deinceps fidelitatis exhibeant iuramentum. Antiqua quoque sanctorum patrum statuta sequens perpetuo firmat edicto, ut nullus clericus aut quaevis persona ecclesiastica regni praefati respondere in criminalibus vel civilibus quaestionibus, etiam si contra eam de laesae maiestatis agatur crimine, in saeculari iudicio teneatur *etc.* vi (vii *Höfl.*) id. Dec. a° 6°. ‖ Gattula Hist. monast. Cassin., Access. II. 717; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 537; Höfler Albert v. Beham 211. n° 22; *eiusd.* Kaiser Friedr. II. Anh. 384. n° 35; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 676; *cf.* Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 424. — »A diebus Friderici.«

» 9 » (13111) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et (Henrico) electo Spirensi mandat, ut vicesimam ecclesiasticorum proventuum Terrae sanctae subsidio deputatam colligi per regnum Alemanniae facientes ipsam in tuto loco deponere procurent, non assignaturi eam alicui sine licentia sedis apostolicae. v id. Dec. a° 6°. ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 521; Huillard-Bréholles l. c. 682; *cf.* Höfler Albert v. Beham 168. n° 246. — »Gerentes de vestrae.«

» 9 » (13112) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut omnes illos de partibus Alemanniae, qui a sede apostolica vel ab eiusdem legatis sunt aliquas gratias assecuti, ad serviendum (Guilelmo) regi Romanorum ecclesiae Romanae negotium prosequenti districtione qua conveniat compescant. v id. Dec. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 168. n° 247. — »Dignum est et.«

» 9 » (13113) (Petro) episcopo Cathalaunensi et abbati S. Sepulchri Cameracensis mandat, inquirant in causam natalium Iohannis de Avesnis et Balduini fratris eius, cum quidam eorum aemuli eis malitiose, ut processu temporis a bonis ad eos haereditario iure spectantibus excludi possint, notam illegitimitatis (illegitimationis *Mir.*) impingant, et statuant quod canonicum fuerit. v id. Dec. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 436 (ed. Mansi I. 213); Miraei Opp. dipl. I. 205; Lünig Cod. dipl. Germ. II. (Reichs-Arch. XXVI.) 1963. n° 53; Mon. p. s. à l'hist. des prov. de Namur I. 342; *gallice in* Annal. de la soc. d'émulat. de la Flandre occid. 1. sér. II. 317 *ad* Dec. 18; *cf.* Höfler l. c. 169. n° 248. — »Sua nobis (Quia nos *Mir., Lün.*) dilecti.«

» 9 » (13114) (Henrico) electo Leodiensi scribit, (Willelmum) regem Romanorum postulasse, ut, cum propter obsidionem Aquensem Leodiens. dioc. nonnullae ipsius loci ecclesiae funditus sint destructae, ei licentia transferendi eas ad alia loca vicina ne de cetero possit contingere simile concedatur, eique mandat, ut super hoc faciat quod viderit expedire. v id. Dec. a° 6°. ‖ Quix Cod. dipl. Aquens. I. ii. 118. n° 170. — »Ex parte carissimi.«

» 11 » (13115) Guillelmo regi Romanorum concedit, ut, cum nonnulli praelati et capitula Alamanniae exaudientes precum eius primitias — ut ab antiquo consuetum fuerit — promiserint se quibusdam clericis in beneficiis ecclesiasticis provisuros »singuli clerici, quibus per precum tuarum primitias providere promissum est aut etiam promittetur,

1248.

in assecutione provisionum omnibus aliis, pro quibus nos vel legati nostri scripsimus sive scribimus, praeferantur.« iii id. Dec. a° 6°. ‖ Sugenheim Staatsleben des Klerus im Mittelalter (Berlin 1839) I. 172. n° 88, *nonnisi fragm.* ex vetustiss. chartul. ducum Brabant. inscr.: Diversa privil. a. 1168—1324. *Dedit Paulus Hinschius.*

Dec. 11 Lugduni (13116) Thesaurario ecclesiae s. Petri Argentinensis mandat, ut, cum episcopus Argentinensis quosdam redditus praepositurae S. Thomae Argentin. redditibus abundantis accedente capituli consensu in augmentationem praebendarum et vicariarum eiusdem ecclesiae deputaverit, dictum capitulum S. Thomae non permittat super his ab aliquibus indebite molestari. iii id. Dec. a° 6°. ‖ Schmidt Chapitre de Saint-Thomas 314; *cf.* Höfler Albert v. Beham 175. n° 335. — »Exigentibus meritis devotionis.«

» 11 » (13117) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Adalberti Aquensis Leodiens. dioc. a die palmarum usque ad octavas paschae et in s. Adalberti et s. Margarethae festivitatibus usque ad earum octavas venerabiliter visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargitur. iii id. Dec. a° 6°. ‖ Quix Cod. dipl. Aquens. I. ii. 120. n° 174. — »Licet is de.«

» 11 » (13118) Episcopo Vironensi mandat, ut cum Marquardo de Thur(ri, Thurz *Bal.* = Hradek) et Ludemina (de Novadomo) Olomucensis diocesis in quarto affinitatis gradu se contingentibus dispenset, ut in matrimonio contracto possint remanere. iii id. Dec. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 437 (ed. Mansi I. 213); Erben Reg. Bohem. I. 563. n° 1217; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 101; *cf.* Palacky Reise 33. n° 212; Höfler Albert v. Beham 169. n° 250. — »Ex parte dilecti.«

» 11 » • (13119) Potestati et populo de Mevania Spoletan. dioc. concedit, ut qui civibus Fulginatensibus F(rederico) quondam imperatori adhaerentibus pecuniam debeant, ipsam solvere minime teneantur. iii id. Dec. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 169. n° 251.

» 11 » • (13120) Magistro civium, consulibus et universitati Argentinensibus. Eorum filios, nepotes *etc.* in providendis beneficiis se haud neglecturum. iii id. Dec. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 179. n° 358.

(» 11) » • (13121) S. Arbogasti et S. Trinitatis ecclesiarum praelatis et decano S. Thomae Argentinensis super eodem negotio. ‖ Höfler l. c. n° 359.

» 12 » (13122) Civibus Aquensibus Leodiens. dioc. privilegia, iura et libertates habitatoribus terrae ipsorum a cl. mem. Carolo et aliis imperatoribus et regibus ab antiquo concessa, quae W(illelmus) rex Romanorum confirmasse dicitur, eis persistentibus in devotione ac favore ecclesiae, confirmat. ii id. Dec. a° 6°. ‖ Noppius Aach. Chronick 237. n° 3; Quix Cod. dipl. Aquens. I. ii. 119. n° 172; *cf.* Höfler l. c. 168. n° 245. — »Licet in reversione (conversione« *Nopp.*). *Cf.* n° 13088.

» 13 » (13123) (Petro) episcopo Meldensi significat, se Iohannem de Castellione comitem Blesensem dominum de Avesnis, Guidonem comitem S. Pauli, Galcherum et Hugonem fratres cum omnibus bonis protegendos suscepisse, eique mandat, ut illos a molestatoribus defendat. Id. Dec. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 443 (ed. Mansi I. 215); Turpin Comitum Tervan. annales 133; *cf.* Höfler l. c. 171. n° 275. — »Cum dilectos filios.« *Cf.* n° 13085.

» 15 » (13124) Electi Colimbriensis electionem confirmat. xviii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 438 (ed. Mansi I. 213); *cf.* Höfler l. c. 169. n° 252. — »In eo potissime.«

» 16 » • (Conrado) archiepiscopo Coloniensi apostolicae sedis legato: xvii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 193. n° 523, *vid.* 1249. Mai. 16. n° 13366.

» 18 » • (13125) Hugolino Bonicomitis, Rainerio et Hugolino Hugolini viris nobilibus propter fidelitatem concedit, ne teneantur creditoribus suis usuras exsolvere. xv kal. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 170. n° 266.

(» 18) » • (13126) Eisdem. Ne a civitatibus compelli possint »ad dandas libertates hominibus vestris.« ‖ Höfler l. c. n° 267.

(») » • (13127) Archidiacono Tudertino. De eisdem. ‖ Höfler l. c. n° 268.

(») » • (13128) Episcopo et abbati S. Petri Perusinis. De eisdem. ‖ Höfler l. c. n° 269.

» 18 » • (13129) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut ecclesiae privilegia contra laicos ecclesiae debitores et potestatem Mediolanensem eis faventem tueatur. xv kal. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 173. n° 291.

» 21 » • (13130) G. de Monte Longo subdiacono et notario suo apostolicae sedis legato mandat, faciat ut Rufino de Balsamo et Bonfantino de Oviano propter merita ipsorum ab aliquibus monasteriis civitatis vel diocesis Mediolanensis in pecunia vel bonis aliis usque ad certum tempus annis singulis provideatur. xii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 173. n° 302.

» 22 » (13131) (Henrico) electo Leodiensi concedit, ut omnium ecclesiasticorum beneficiorum proventus, quae infra quinquennium in civitate et diocesi eius vacare contigerit, per bien-

1248.

nium pro suis necessitatibus retinere possit. xi kal. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 440 (ed. Mansi I. 214); Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 542. n° 5; *cf.* Höfler l. c. 169. n° 262. — »Promerente tuae devotionis.«

Dec. 23 | Lugduni | (13132) O(ctaviano) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato iterum mandat, ut dispensationem de tertio affinitatis gradu inter Ulricum natum ducis Carinthiae et Agnetem neptem (Bertoldi) patriarchae Aquilegensis tribuat, recepta prius ab utroque de assistendo Romanae ecclesiae contra F(ridericum) quondam imperatorem ac de perseverando immobiliter in ecclesiae devotione, idonea cautione. x kal. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 450 (ed. Mansi I. 216); Erben Reg. Bohem. I. 565. n° 1223; *cf.* Höfler l. c. 174. n° 310; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 683; Palacky Reise 33. n° 214. — »Cum sicut carissimus.« *Cf.* n° 13076.

» 23 | » | (13133) Glasguensi et Dumblanensi episcopis mandat, ut Ergadensi ecclesiae viduatae personam idoneam per electionem canonicam et concordem praeficiant in episcopum ac eidem munus consecrationis impendant. x kal. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 442 (ed. Mansi I. 214); Theiner Mon. Hibern. 52. n° 139; *cf.* Höfler l. c. 170. n° 271. — »Nimis diutinum sicut.«

» 23 | » | (13134) Praeposito et capitulo Ariminensibus, qui F(riderico) quondam imperatori favendo excommunicationis sententiam incurrerant, absolutionem eis a (Rainerio) S. Mariae in Cosmedin diacono cardinale datam confirmat. x kal. Ianr. a° 6°. ‖ Tonini Rimini 527. — »Quum sicut lecta.«

» 23 | » | (13135) Episcopo Fanensi concedit, ut electionem Bonifacii canonici Ariminensis, qui tempore excommunicationis a capitulo eiusdem ecclesiae in praepositum electus erat, confirmet et suppleat, si quis forte fuerit ob causam praedictam in ipsa defectus. x kal. Ianr. a° 6°. ‖ Tonini l. c. 527. — »Dilecto filio Bonifatio.«

» 23 | » | (13136) Archipresbytero de S. Paula Ariminens. dioc. mandat, ut Iohanni scolari de Arimino nuntio praepositi et capituli Ariminensis cupienti ascribi militiae clericali provideat vel provideri faciat in civitate vel diocesi Ariminensi de aliquo ecclesiastico beneficio etiam curam animarum habente. x kal. Ianr. a° 6°. ‖ Tonini l. c. 528. — »Volentes dilectum filium.«

» 24 | » | (13137) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, curet ne fratres ordinis Humiliatorum in Lombardia ab impositoribus collectarum ultra partem ipsos contingentem in exhibendis collectis contra iustitiam aggraventur. ix kal. Ianr. a° 6°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 221. — »Ex parte dilectorum.«

» 28 | » | (13138) G. de Monte Longo subdiacono et notario suo sedis apostolicae legato mandat, ut electo Vercellensi propter magna dispendia et damna decenti summa subveniat. v kal. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler Albert von Beham 172. n° 288.

» 31 | » | (13139) Decano ecclesiae Aquensis scribit, P(etrum) S. Georgii ad velum aureum diaconum cardinalem tunc in partibus Traiectensis diocesis apostolicae sedis legatum statuisse, »quod nulli clericorum Traiectensis civitatis et diocesis de cetero haberent publice concubinas, sed infra 20 dies a tempore quo foret huiusmodi constitutio promulgata, illas abicerent; alioquin se scirent excommunicationis incurrisse sententiam.« Cum autem insinuante Willelmo Romanorum rege nonnulli eorum incurrerint praedictam sententiam et divina celebrarint officia sic ligati, qui autem se postmodum laudabiliter correxerint, mandat eidem, ut istis, qui ad eum duxerint propter hoc recurrendum, beneficium absolutionis impendat, alios vero, contemptis clavibus, puniat disciplina canonica. ii kal. Ianr. (Iun. *Höfl.*) a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 444 (ed. Mansi I. 215); Höfler l. c. 171. n° 278. — »Innocentie vitium quod.«

» 31 | » | * (13140) Abbati Belelagiae Praemonstr. ord. Basiliens. dioc. mandat, ut praeposito Basiliensi, cuius nepotes contra Fredericum (quondam imperatorem) crucesignati dimicant, praepositurам ecclesiae s. Amarini conferat. ii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 181. n° 392.

— | » | (13141) Abbatem S. Albani in Anglia ord. s. Ben. rogat et hortatur, transmittat fratrem Mathaeum monachum ad monasterium de Holm ord. s. Ben. Nistorsiens. (Nidrosiens.?) dioc., ut abbatem et monachos eiusdem in regularibus disciplinis et statutis, quae ad eundem ordinem pertinent, informet et instruat. *Sine nota chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior 756. — »Cum sicut ex.«

— | » | * (13142) Collegium militum civitatis Rigensis in protectionem apostolicam suscipit. A° 6°. ‖ Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 129. n° 68.

— | » | * (13143) »Inn. IV bestetigt a° pont. sui (8°, *sed legas*) 6°, Christi 1248 alles was der legatus Mutinensis in lieflandt gemacht u. verordenet hat, insonderheit das die von Riga Ire gutter in Testamenten geben mugen den Kirchen u. andern geistlichen Personen.« ‖ Schiemann Regesten 2. n° 6.

1247. 1248.

— | Lugduni | (13144) Archiepiscopo Toletano et episcopo .... mandat, ut, cum Alphonsus primogenitus regis Castellae regnum Murciae suo dominio subiugaverit, in civitate Carthaginensi ecclesiam cathedralem erigant. *Sine nota chronol.* ‖ Wadding Ann. Minor. III. 479. n° 58 *ad* a. 1247; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 524. n° 293 *ad* a. 1248. — »Virtutis divinae subsidio.«

— | » | (13145) Regi Castellae et Legionis significat, se fratrem P(etrum) primogeniti regii confessorem Carthaginensi ecclesiae praeficere episcopum, eumque rogat, ut ecclesiam ipsam beneficiorum suorum largitate foecundet et personam dicti episcopi benignitatis affectu foveat. *Sine nota chronol.* ‖ Wadding l. c. 479. n° 59; Sbaralea l. c. 525. n° 294. — »Spiritu exultante percepimus.«

— | » | (13146) Alphonso primogenito regis Castellae scribit de eodem argumento eumque rogat, ut dictam ecclesiam de bonorum suorum affluentia dotibus amplis reddat insignem. *Sine nota chronol.* ‖ Wadding l. c. 480. n° 60; Sbaralea l. c. 526. n° 296. — »In plenam volentes.«

— | » | (13147) Reginae Castellae et Legionis de eodem argumento. *Sine nota chronol.* ‖ Wadding l. c. 481. n° 61; Sbaralea l. c. n° 295. — »Regis et reginae.«

— | » | (13148) Decano et capitulo Carthaginensibus intimat, se fratrem P(etrum) Carthaginensi ecclesiae providisse in pastorem eique munus consecrationis manibus propriis impendisse. Hortatur eos, ut istius mandatis efficaciter intendant. *Sine nota chronol.* ‖ Wadding l. c. 481. n° 62; Sbaralea l. c. 527. n° 297. — »Corde vigili meditantes.«

1249.

Ianr. 2 | Lugduni | (13149) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et (Henrico) electo Spirensi committit, ut redemptiones votorum crucesignatorum contra Fredericum quondam imperatorem ac fautores eius, et obventiones ex quacumque causa provenientes, necnon legata vel relicta ipsi vel per alios colligunt et colligi faciant, illa (Guilelmo) Romanorum regi quam citius integre assignantes. iv non. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 171. n° 277; *cf.* Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 521; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 682. — »Negotium Dei et.«

» 2 | » | (13150) Glasguensi et Dumblanensi episcopis mandat, ut de ecclesia episcopali Ergadensi transferenda ad locum alium magis commodum statuant, quod viderint expedire. iv non. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 442 (ed. Mansi I. 214); Theiner Mon. Hibern. 52. n° 140; *cf.* Höfler l. c. 171. n° 276. — »Nostris nuper est.«

» 2 | » | (13151) Ministro provinciali ordinis fratrum Minorum per Alamaniam constituto mandat, ut contra Fredericum quondam imperatorem et fautores eius de consilio Willelmi Romanorum regis per regnum Alamaniae crucem praedicet et per fratres sui ordinis idoneos praedicari faciat. Ut autem ad audiendam praedicationem ipsam populi facilius inducantur, ministro provinciali et fratribus idoneis concedit facultatem largiendi omnibus, qui ad praedicationem accesserint, 40 dierum indulgentiam. iv non. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 170. n° 272. — »Licet causa que.«

* *In eundem modum eodemque die:* Ministro priori provinciali ord. fratr. Praed. per Alamaniam,
Ministro provinciali ordinis fratr. Minorum Coloniensium,
Ministro provinciali per Saxoniam,
Priori fratrum Praed. et custodi fratrum Minorum Traiectensium,
Priori fratrum Praed. et custodi fratrum Minorum Leodiensium,
Priori fratrum Praed. et custodi fratrum Minorum Coloniensium,
Priori fratrum Praedicatorum in Antwerpia Camerac. dioc. et
Custodi fratrum Minorum in Brabantia,
Episcopo Curmaniensi (?),
Abbati Egmundensi Traiectens. dioc.

» 2 | » | (13152) Abbati Praemonstratensi et universis coabbatibus eius et ipsorum conventibus Praemonstr. ord. indulget, ut possessiones et alia bona a personis liberis in eorum monasteriis professionem facientibus petere ac recipere possint. iv non. Ianr. a° 6°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 673. n° 78. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 4 | » | (13153) Abbati et conventui monasterii de Egmunda ord. s. Ben. Traiect. dioc. concedit, »ut per literas apostolicae sedis seu legatorum ipsius ad provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis cogi non possint inviti.« ii non. Ianr. a° 6°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 262. n° 485. — »Devotionis vestre probata.«

1249.

Ianr. 5 Lugduni (13154) Archiepiscopis et episcopis universis ad quos litterae istae pervenerint mandat, faciant ne fratres Heremitarum ord. s. Guillelmi, vestiti laneis cucullis et curtis ad cavillam seu iuncturam pedis cum manicis bene latis et longis *etc.* propter habitum in partibus Alamaniae molestentur. Non. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 446 (ed. Mansi I. 215); *cf.* Höfler Albert v. Beham 172. n° 290. — »Religiosorum molestiis diligenter.«

» 5 » • (13155) Praeposito ecclesiae de Bugella Vercellens. dioc. mandat, ut Ubertus de Bulgaro civis Vercellensis, ecclesiae fidelis, ab omnibus debitis, fideiussionibus et obligationibus in devotionis praemium non teneatur. Non. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 172. n° 285.

» 5 » • (13156) Decano ecclesiae S. Georgii (? Gereonis) Coloniensis mandat, ut Giselberto praebendam acquirat. Non. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 172. n° 289.

» 7 » (13157) Abbati Caricampi Cisterc. ord. Ambianens. dioc. mandat petente G. de Castellia domino S. Aniani in Bituria, ut, si qui crucesignati terrarum, castellaniarum vel feudorum Iohannis primogeniti ac aliorum filiorum quondam Hugonis comitis S. Pauli, comitatu s. Pauli duntaxat excepto, et terrarum et feudorum ecclesiarum infra eadem consistentium voluerint redimere vota sua, eos ipse vel per alios a votis ipsis et pro eo, quod non transfretarint in praeterito passagio, ab excommunicatione absolvat *etc.* vii id. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 447 (ed. Mansi I. 215); *cf.* Höfler l. c. 173. n° 294. — »Ad impendendum dilecto.«

» 7 » • (13158) Electo Vercellensi mandat, ut ad exemplum statuendum abbates et alios Friderico quondam imperatori adhaerentes quolibet honore et dignitate privet. vii id. Ianr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 172. n° 284.

» 7 » • (13159) Le pape I. dispense le couvent de Mariendal du pain d'abbaye, à moins d'un mandat spécial du Siége apostolique. vii id. Ianr. a° 6°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 55. n° 16, *male ad* a. 1248.

» 8 (») • (13160) Abbati Portensi Cisterc. ord. mandat, ut inter conventum monasterii s. Georgii apud Hallis de Camera s. Mariae Cisterc. ord. Magdeburg. dioc. et Henricum de Amendorff aliosque iudicium faciat. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 803. n° 15.

» 9 » (13161) Thesaurario ecclesiae s. Hilarii Pictavensis mandat, ut redemptiones et obventiones in regno Franciae ad expeditiones crucesignatorum colligat usque ad festum resurrectionis dominicae proxime futurum et eas (Alphonso) comiti Pictavensi in eodem festo assignet. v id. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 449 (ed. Mansi I. 216); *cf.* Höfler Albert v. Beham 173. n° 303. — »Tuae circumspectioni dicimur.«

» 11 » (13162) Alfonso primogenito regis Castellae concedit, ut per confirmationum litteras super donationibus vel concessionibus a praefato rege factis vel faciendis quibuscunque personis ab apostolica sede concessis nullum iuri eiusdem praeiudicium in aliquo generetur. iii id. Ianr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 445 (ed. Mansi I. 215); *cf.* Höfler l. c. 173. n° 297. — »Voluntarium nobis est.«

» 12 » (13163) Capitulo Frisingensi indulget, ut, cum terra (Ottonis) ducis Bawariae pro eo quod adhaereat Fr(iderico) quondam imperatori sit supposita ecclesiastico interdicto, in monte ac civitate Frisingensi divina officia pulsatis campanis et alta voce celebrare possint, cum idem dux nullum ibidem domicilium habeat. ii id. Ianr. a° 6°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 31. — »Cum sicut ex.«

» 13 » • (13164) Innocent informe (Gui) abbé de Saint-Jacques de Provins, que le chantre de Chartres, chargé par le pape de faire exécuter un traité conclu entre les marchands Romains et les changeurs des foires de Champagne, a excommunié Thibaut comte de Champagne qui était caution de ce traité; Innocent a donné ordre au chantre susdit de dénoncer la nullité de cette excommunication. Si le chantre de Chartres n'exécute pas cet ordre, l'abbé de Saint-Jacques de Provins déclarera nulle l'excommunication dont il s'agit. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 432. n° 2850.

» 15 » • (13165) Alberto plebano de Campilio capellano suo concedit, ut duobus beneficiis tertium adiungere possit. xviii kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 176. n° 338.

» 15 » • (13166) (Bonifacio) archiepiscopo Cantuariensi scribit de provisione pro illo Alberto facienda. xviii kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 176. n° 339.

» 15 » • (13167) Abbati de Metten mandat, ut bona ecclesiae Altahensis, quae illicite alienata vel distracta invenerit, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. xviii kal. Febr. a° 6°. ‖ Lang Regesta II. 402.

» 18 » • (13168) R(aynerio) S. Mariae in Cosmidin diacono cardinali apostolicae sedis legato concedit facultatem universos et singulos de regno Siciliae ad ecclesiae gremium redire volentes absolvendi. xv kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler Albert von Beham 216. n° 25. — »Ut negotium.«

(» 18) » • (13169) Eidem idem de provincia Tusciae. ‖ Höfler l. c. n° 26.

1249.

Ianr. 19 Lugduni (13170) Ministro et fratribus domus de Braida Mediolanensis ord. Humiliatorum inhibet, ne quis professorum, instanti praesertim guerra durante, absque apostolica vel generalis magistri licentia se ad aliam religionem transferat. xiv kal. Febr. a° 6°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 222. — »Intimantibus vobis accepimus.«

» 19 » (13171) Lincopensem ecclesiam cum omnibus bonis protegendam suscipit. xiv kal. Febr. a° 6°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 339. n° 368; *cf.* Celse Appar. 73. n° 26. — »Digne mereris specialem.«

» 20 » (13172) (Laurentio) episcopo Lincopensi sententiam (Guilelmi) episcopi Sabinensis tunc sedis apostolicae legati in causa litis de terminis Lincopensis et Wexionensis diocesium, in specie de terris Niutungh et Finwidia (Finvedia *Celse*) cum finibus ac pertinentiis suis contra episcopum Wexionensem latam confirmat. xiii kal. Febr. a° 6°. ‖ Liljegren l. c. n° 369; *cf.* Celse l. c. n° 27. — »Dignum credimus et.«

» 21 » (13173) (Ulrico) episcopo Secowensi mandat, compellat ducem Carinthiae seniorem per excommunicationis in personam et in terram eius interdicti sententias, ut (Conrado) episcopo Frisingensi eiusque ecclesiae restituat villas, homines, possessiones, iura et res alias, quae omnia (Fridericus) quondam dux Austriae ab ecclesia Frisingensi tenebat in feudum, quae autem, ad istam ecclesiam dicto duce mortuo devoluta praefatus dux Carinthiae per violentiam occupavit. xii kal. Febr. a° 6°. ‖ (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 19; Meichelbeck Hist. Frising. II. ii. 12. n° 22; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 243. n° 1120. — »Cum sicut ex.«

» 21 » (13174) Provinciae Remensis suffraganeis ac officialibus eorundem mandat, praecipiant in synodis suis subditis et etiam publicent, ut mandata archiepiscopi et curiae Remensis procurent exequi. xii kal. Febr. a° 6°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 708. — »Praesentium vobis aucthoritate.«

» 23 » (13175) Archiepiscopos et episcopos et alios ecclesiarum praelatos ac nobiles viros comites, barones et milites in regno Angliae constitutos hortatur, ut villas castra maneria libertates et alia iura, quae sibi ab (Henrico) rege conferri fecerant, licet ipse in coronatione regni iura, honorem coronae, immunitates et libertates servare iurasset illibata, eidem regi reddant. x kal. Febr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 451 (ed. Mansi I. 216); *cf.* Höfler Albert v. Beham 174. n° 314. — »Etsi pro cunctorum.«

» 23 » (13176) (Henrico) regi Anglorum concedit, ut alienationes de eis, quae ad mensam regalem et dominium regium spectent, factas revocare possit. x kal. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 452 (ed. Mansi I. 217); Höfler l. c. n° 315. — »Tanto libentius regni.«

» 25 » (13177) Rege Aragonum petente concedit, ut Yola filia sua et Alfonsus regis Castellae primogenitus, in tertio et quarto gradu affines, inter se matrimonium licite contrahere possint. viii kal. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 453 (ed. Mansi I. 217); *cf.* Höfler l. c. n° 316. — »Attenta sedis apostolicae.«

» 25 » (13178) Archiepiscopo Tarraconensi, cum intimante Aragonum rege ipse eiusque suffraganei ceterique praelati et ecclesiasticae personae regnorum et terrarum dicti regis convenerint, ut vicesimam omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum unius anni dicto regi in subsidium contra Sarracenos praebeant, concedit potestatem compellendi omnes resilientes a tam laudabili proposito. viii kal. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 454 (ed. Mansi I. 217); *cf.* Höfler l. c. n° 317. — »Cum sicut ex.«

» 25 » (13179) Episcopo Carnotensi scribit de matrimonio inter Hilariam et Gualterium de Croceio contracto. viii kal. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 454 (ed. Mansi I. 217); *cf.* Höfler l. c. n° 318. — »Causam matrimonii quae.«

» 26 » • (13180) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino apostolicae sedis legato mandat, ut hominibus de Nuwemburch, de Fillingen, F(riderici) quondam imperatoris fautoribus, omne ministerium et solatium ecclesiae abstrahat et faciat »eos excommunicatos publice nuntiari.« vii kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 175. n° 324.

» 27 » • (13181) (Henrico) episcopo Argentinensi mandat, ut neptem comitum de Nueremberch (Wirtemberch?) et de Grueningin, qui propter fidem puram mereantur ab apostolica sede multipliciter honorari, iam monialem, in abbatissam promoveat. vi kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 174. n° 320.

» 28 » (13182) Praeposito, decano et capitulo Frisingensibus indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus et beneficiis ecclesiasticis in ecclesia sua compelli nullatenus possint. v kal. Febr. a° 6°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 32; *cf.* Lang Regesta II. 402. — »Paci et tranquillitati.«

» 28 » • (13183) Praeposito ecclesiae de Riui Praemonstrat. ord. Constantiens. dioc. mandat, ut abbatiam de Wettinghen contra vexationes dominorum de Siteretelning Lausanens. dioc. defendat. v kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 175. n° 323.

1249.

Ianr. 29 Lugduni * (13184) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine Deo servientibus concedit, ut de hiis quae eorum monasteriis (a fidelibus in vita sua) offeruntur, nullam cogantur cuiquam solvere portionem. IV kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 174. n° 322.

" 29 * (13185) Innocent accorde à Thibaut fils aîné et aux autres enfants de Thibaut comte de Champagne que, jusqu' au retour de leur père, aucun légat *etc.* ne puisse en vertu de l'autorité du siége apostolique ou de ses légats lancer une sentence d'interdit sur tout ou partie du comté de Champagne. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 432. n° 2851.

" 29 " * (13186) Le même nomme l'official de Troyes conservateur du privilége ci-dessus. ‖ Jubainville l. c. n° 2852.

" 30 " (13187) (Conrado) abbati et conventui de Wettinghen Cisterc. ord. Constantiens. dioc. confirmat litteras ipsis ab H(enrico) episcopo Constantiensi mortuo datas et hîc insertas, quibus concessit, ut ecclesiam de Richaim, in qua ius patronatus habent, libere possint, cum eam vacare contigerit, in usus proprios retinere. III kal. Febr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 462 (ed. Mansi I. 219). — »Licet ea quae.«

* Datus est eis super hoc conservator Praepositus Basiliensis.

" 30 " * (13188) (Henrico) episcopo Argentinensi scribit de promovendo Henrico de Vinstingen, consanguineo nobilis viri de Grunningen. III kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 180. n° 364.

" 30 " * (13189) Abbati Cisterciensi et ceteris abbatibus et monachis Cisterciensis ordinis concedit, ut sepulturae eorum non sint excommunicationi vel interdicto submissae, et ut usurarios quoque sepulturae tradere possint. III kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 174. n° 321.

" 31 " (13190) (Guillelmo) regi Romanorum scribit: »Cum, sicut ex parte (Hermanni) marchionis de Baden fuit propositum coram nobis, a Romanorum imperatoribus ducibus Austriae ex speciali privilegio sit permissum, ut, si iidem duces absque liberis masculis morerentur, feminae tam in ducatu quam feudis aliisque bonis omnibus possint iure succedere masculorum; idemque paratus sit contra F(ridericum) quondam imperatorem, C(onradum) natum ipsius eorumque fautores signum crucis assumere tibique fideliter adhaerere: te hortamur, ut ducatum, feuda et alia bona, quae Fridericus dux Austriae habuisse dinoscitur, (Gertrudi) uxori suae nepti eiusdem ducis, cui ea debet tam propinquitate sanguinis quam dicti privilegii ratione succedere, liberaliter conferre ac ipsam de praedictis investire procures.« II kal. Febr. (id. Febr. *Bal.*, *Pal.*) a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 455 (ed. Mansi I. 217); Höfler l. c. 175. n° 336; *idem*, Kais. Friedrich II. Anh. 390. n° 36; Schoepflin Hist. Zar.-Bad. V. 218. n° 125; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 24; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 690; *fragm.* ap. Hansiz Germ. sacra I. 384; ap. Erben Reg. Bohem. I. 570. n° 1228; *cf.* Palacky Reise 33. n° 215; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 105. n° 137. — »Etsi (Quod si *et* Ut si *Höfler*) cunctos ex.«

" 31 " (13191) Abbatissae et conventui monasterii s. Petri de Palliano Cisterc. ord. Penestrinens. dioc. concedit, ut, cum eorum coenobium longe ultra facultates personarum multitudine sit gravatum, ad receptionem alicuius minime teneantur. II kal. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 458 (ed. Mansi I. 218); *cf.* Höfler Albert v. Beham 178. n° 345. — »Debet divino cultui.«

Febr. 1 " (13192) Abbati et conventui monasterii de Mure ord. s. Ben. Constantiens. dioc. indulget, ut »non obstante quod terra R(udolphi) iunioris comitis de Havesburc, monasterii vestri advocati, pro eo quod imperatori adhaeret, supposita est ecclesiastico interdicto, et cum generale interdictum terrae fuerit«, possint divina officia celebrare clausis ianuis *etc.* Kal. Febr. a° 6°. ‖ Herrgott Geneal. dipl. II. 290. — »Ad faciendam vobis.«

" 1 " * (13193) Abbati de Pruuenines ord. s. Ben. Ratispon. dioc. Cum advocatus et defensor persecutores effecti sint, ablata monasterio restituantur. Kal. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 178. n° 346.

" 3 " (13194) Abbati et conventui monasterii s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. indulget, ut, cum generale terrae fuerit interdictum, liceat eis ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis exclusis, submissa voce divina officia celebrare. III non. Febr. a° 6°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 173. n° 76. — »Devotionis vestrae precibus.«

" 3 " (13195) Rectoribus et clericis ecclesiarum de Monteux et de Armencia [Monthou et Hermance] Gebennens. dioc. indulget petente (Aymone) domino Fulciniaci, ut episcopo vel archidiacono Gebennensi in aliquibus temporalibus rebus nisi tantum in procurationibus quae ratione visitationis debeantur eisdem, nullatenus teneantur respondere. III non. Febr. a° 6°. ‖ Historiae patr. monum., Chart. I. col. 1398, *perperam ad* a. 1248. — »Dilecti filii nobilis.«

1249.

Febr. 3 Lugduni * (13196) Abbati Cisterciensi et universis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine Deo servientibus concedit, ne de cetero ultra duas dietas a monasterio propriis super bonis trahi possint in causam. III non. Febr. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 175. n° 325. — »Nos qui veri.«

" 3 " * (13197) (Eberhardo) electo Constantiensi. Ut praeposituram conferre valeat. III non. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 181. n° 377.

" 4 " (13198) S. Emmerammi Ratisponensis et de Walerburch abbatibus et fratri Theodorico de ordine Praedicatorum in Vienna Ratispon. et Pataviens. diocc. scribit: Pataviensis ecclesia ... nunc per malitiam praelatorum eius et praesertim illius (*i. e.* Alberti) qui praeest eidem, in utrisque inreparabiliter est collapsa. Idem enim, qui in aetate senili sensu puer effectus praeter id quod famae suae prodigus bona ipsius ecclesiae dilapidavit enormiter et consumpsit, Dei et ecclesiae Romanae se publicum constituit inimicum, dum castra et munitiones Pataviensis ecclesiae (Ottoni) duci Bawariae tradere non formidans ei et fautoribus suis contra ecclesiam praebet consilium et favorem ac adeo existit tepidus, quod sub eius regimine dicta ecclesia, nisi ei celeri succurratur remedio, incurret irreparabile detrimentum. Ipse autem episcopus a P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali tunc in partibus illis apostolicae sedis legato excommunicationis vinculo innodatus in terris et castris ministerialium de Chunrin praesumpsit celebrare sic ligatus, imo prophanare divina officia et clericos ordinare. Mandat eis, ut apud castrum vel forum (Alberti) episcopi Ratisponensis convenientes, inquisita super hiis veritate, illum citent, ut infra terminum competentem peremptorium coram ipsis compareat pro meritis recepturus. II non. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 176. n° 340. — »Dolemus plurimum non.«

" 5 " (13199) (Alberto) episcopo Ratisponensi mandat, ut presbyteros et clericos civitatis et diocesis suae (Ottoni) duci Bavariae et Conrado nato Frederici quondam imperatoris ecclesiae persecutoribus adhaerentes, qui in ecclesiis per (Philippum) Ferrariensem electum tunc in partibus illis apostolicae sedis legatum occasione generalis discordiae suppositis ecclesiastico interdicto celebrare, verius prophanare divina praesumpserint, beneficiis ecclesiasticis privet et altaria ipsarum ecclesiarum in detestationem tanti sceleris nudari faciat. Non. Febr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 178. n° 342. — »Cum sicut te.«

5 " (13200) (Conrado) episcopo Frisingensi concedit facultatem dispensandi super defectu natalium cum quatuor clericis suae diocesis, qui non sint geniti de adulterio, regularibus vel incestu, ita ut eorum quilibet possit ad omnes ordines promoveri. Non. Febr. a° 6°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 32. — »Ut eo subditis.«

" 5 " (13201) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino mandat, ut Corradum praepositum ecclesiae s. Guidonis Spirensis alicui cathedrali ecclesiae de regno Alamanniae, quam primum ad hoc se facultas obtulerit, in episcopum praeficiat. Non. Febr. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 179. n° 352. — »Hi qui honestate.«

" 6 " (13202) (Alberto) episcopo Ratisbonensi praecipit, ut (Ottonem) ducem Bawariae, si verum sit, illum Friderici quondam imperatoris persecutoris ecclesiae in partibus Austriae gerere vicem et ipsi ecclesiae ac eam adiuvantibus plurimum adversari, privatum esse denuntians gratiis et indulgentiis ei a Gregorio papa praedecessore concessis in ipsum et in sua perversitate adhaerentes eidem excommunicationis et in terra eius interdicti sententias nullatenus differat promulgare. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 456 (ed. Mansi I. 217); Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 416. n° 433; Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Archiv XIX.) 686. n° 2; Höfler l. c. 177. n° 341; Quellen u. Erörterungen V. 101. n° 42; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 104; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 691, *integrius*. — »Cum tibi dicamur.«

" 6 " (13203) Eidem episcopo et thesaurario Ratisponensibus mandat, ut magistro et fratribus hospitalis s. Catherinae in ponte ord. s. Aug. Ratisponensis contra insolentiam et conatus malignantium, praedonum, raptorum et invasorum audaciam efficaciter assistant. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 417. n° 434. — »Quia nonnulli sic.«

" 6 " (13204) Decano et capitulo Toletanis G. episcopum quondam Cordubensem in suae ecclesiae archiepiscopum ab eis postulatum confirmat. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 459 (ed. Mansi I. 218); *cf.* Höfler Albert v. Beham 179. n° 349. — »Ecclesia vestra pastoris.«

* *In eundem modum eodemque die* Clero civitatis et diocesis Toletanae.
* " " " " " Populo Toletano.

" 6 " (13205) (Ferdinandum) regem Castellae monet, ut G. archiepiscopum Toletanum et commissam ei ecclesiam habeat commendatos. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 460.

* *In eundem modum eodemque die* A(lfonso) primogenito regis (Ferdinandi) Castellae.

" 6 " (13206) G. episcopum quondam Cordubensem in archiepiscopum Toletanum electum rogat, ut ad ecclesiam Toletanam accedat acturus curam eius fideliter et prudenter. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 461; *cf.* Höfler l. c. n° 350.

1249.

Febr. 6 Lugduni (13207) Eidem pallium mittit ipsi per episcopum Conchensem assignandum. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 461 (ed. Mansi I. 219). — »Cum palleum insigne.«

» 6 » (13208) Conchensi episcopo mandat, ut G. archiepiscopo Toletano pallium assignet. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 462 (ed. Mansi I. 219); *cf.* Höfler l. c. n° 351. — »Cum palleum insigne.«

» 6 » (13209) Praeposito et conventui ecclesiae de Raitenbuch ord. s. Aug. Frisingens. dioc. indulget, ut tempore generalis terrae interdicti divina officia celebrare possint. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 148; Mon. Boica VIII. 29. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 6 » (13210) Petro dicto Aby clerico Arusiensis diocesis indulget, ut praeter ecclesiastica beneficia quae obtinet possit adhuc unicum aliud ecclesiasticum beneficium, etiamsi curam animarum habeat et ei canonice conferatur, licite recipere ac retinere. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 94. n° 22; *cf.* Höfler Albert v. Beham 180. n° 366. — »Ad faciendam tibi.«

» 9 » • (13211) Innocent mande à l'abbé de Moiremont, que Thibaut comte de Champagne a autrefois accordé à certains hommes de sa terre des priviléges à charge de redevance annuelle, et d'autres services auxquels ils se sont obligés par serment. Quelques-uns de ces hommes, pour s'affranchir de ces charges, vont habiter hors de la terre de Th. Le pape invite l'abbé à entendre les parties et à faire exécuter le serment par censure ecclésiastique. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 433. n° 2854.

» 11 » (13212) Praeposito et sacristae Magalonensibus mandat, ut libros, ornamenta et bona alia, quae b. mem. Magalonensis episcopus ante promotionem suam noscitur habuisse, nunc autem in eorum manibus esse dicantur, cum ad ordinem fratrum Praedicatorum de iure pertineant, priori eiusdem ordinis de Montepessulano sine dilatione assignent. III id. Febr. a° 6°. ‖ Baluze Misc. VII. 466 (ed. Mansi I. 220); *cf.* Höfler Albert v. Beham 180. n° 373. — »In ultima volontate.«

» 11 » (13213) (Alberto) archiepiscopo Prusciae (Lyvoniae et Eustoniae *add. Thein., Voigt, H.*) apostolicae sedis legato mandat, ut Henricum de Stratheich (*rectius* Stritberch, *H.; cf. Monum. hist. Warmiens. III. (Braunsb. 1866) 2. Anm.*) sacerdotem ordinis hospitalis s. Mariae Theutonicorum diocesi Warmiae aut alicui alii praeficiat in pastorem. III id. Febr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 458 (ed. Mansi I. 218); Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 75. n° 79; Beckmann De primo episcopo Warmiae (Brunsbergae 1854) 9. not. 41; Theiner Mon. Polon. I. 47. n° 97; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 41. n° 20; *cf.* Höfler l. c. 179. n° 348. — »Dedisse tibi (te *Höfl.*) dicimur.«

» 12 » (13214) (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino scribit: »Volumus, quod universis cathedralium ecclesiarum tuae legationis capitulis districte .... inhibere procures, ne ipsis ecclesiis, cum eas vacare contigerit, de episcopis absque nostra speciali licentia providere praesumant.« II id. Febr. a° 6°. ‖ Höfler Kais. Friedr. II. Anh. 391. n° 37; *cf.* Hermann. Altah. ad a. 1227; Höfler Albert v. Beham 180. n° 367. — »Volumus quod (quatenus *Höfl. Beh.*) universis.«

» 13 » (Guillelmo) regi Romanorum: »Idib. Febr. a° 6°«. ‖ Baluze Miscell. VII. 455 (ed. Mansi I. 217); (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 24; Palacky Reise 33. n° 215; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 105. n° 137, *vid.* 1249. Ianr. 31. n° 13190.

» 15 » (13215) S. Emmeranni Ratisponensis [et de Watenbanch (Walenburch *Höfler*) Ratispon. dioc. *om. Lün.*] abbati[bus *om. Lün.*] mandat, ut (Rudigerum) episcopum Pataviensem, per cuius incuriam vel malitiam Pataviensis ecclesia graviter sit collapsa, ad resignationem episcopatus, pontificalibus ipsi duntaxat, si voluerit, reservatis, moneant. XV kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 465 (ed. Mansi I. 219); Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 1130; Hansiz Germ. sacra I. 384; *cf.* Höfler Albert von Beham 180. n° 370. — »Sicut non absque.«

» 15 » (13216) Eisdem mandat, ut, si cessione (Rudigeri) episcopi vacarit ecclesia Pataviensis, capitulo inhibeant, ne ad electionem vel postulationem vel nominationem cuiusquam procedant absque sedis apostolicae licentia speciali. XV kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 466 (ed. Mansi I. 219); *cf.* Höfler l. c. n° 371. — »Cum Pataviensem episcopum.«

» 15 » • (13217) Vicedomino Ratisponensi mandat, procuret ne quicquam de bonis Pataviensis ecclesiae alienare, infeudare, vendere *etc.* (Rudigerus) Pataviensis episcopus praesumat. XV kal. Mart. a° 6°. ‖ Höfler l. c. n° 369.

» 15 » (13218) De Ebersperg et de Wumperge abbatibus Frising. et Ratispon. diocc. mandat, ut monasterium s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. contra molestatores possessionum et bonorum eius defendant. XV kal. Mart. a° 6°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 174. n° 77. — »Quoniam adeo habundavit.«

» 16 » (13219) Episcopo Maurianensi supplicante remissionem ab (Amadeo) comite Sabaudiae pro se suisque heredibus factam consuetudinis, qua olim comites Sabaudiae bona ecclesiae

1249.

Maurianensis usurparunt Maurianensi sede vacante, confirmat. XIV kal. Mart. a° 6°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 310. — »Cum a nobis.«

Febr. 17 Lugduni (13220) Praeposito, canonicis et fratribus dominici Sepulchri de Miechovia et de Glogovia (Glogouica *Rz.* [*i. e.* Glogau in Silesia sup.] indulget, ut, licet subventionem, ad quam frater Goffredus poenitentiarius et capellanus apostolicus eos de proventibus suis ipsi faciendam ecclesiae, sedis apostolicae ac Terrae sanctae nomine requisivit, liberaliter duxerint impendendam, praetextu huius subventionis eis nullum generetur praeiudicium. XIII kal. Mart. a° 6°. ‖ Nakielski Miechovia 126, *ubi* a° 1203, *i. e.* Innocentio III *male adscribitur*; Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. III. 52. n° 26; *cf.* Grünhagen Regesten I. 268. n° 691; Höfler Albert v. Beham 181. n° 379. — »Licet pro devotione.«

» 17 » (13221) Archidiacono Cantuariensi capellano suo scribit ad petitionem Petri de Sabaudia ac hominum suorum, »quod nonnulli praelati, rectores, vicarii et capellani perpetui ecclesiarum archidiaconatus Richemondiae Eboracens. dioc., licet ab ipsorum hominum singulis unum de melioribus pecoribus quae habent iuxta consuetudinem regni Angliae percipiant cum decedunt, nihilominus ad eorum bona manus avidas extendentes aliud melius pecus necnon nonam partem omnium bonorum mobilium decedentis *etc.* contra iustitiam exigunt et extorquent.« Mandat ei, ut in hac causa iudicium faciat. XIII kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 473 (ed. Mansi I. 221). — »Sua nobis dilectus.«

» 17 » (13222) Allerino Vailliaco clerico confirmat, eum ex mandato Suessionensis episcopi, nulla in Suessionensi ecclesia praebenda vacante, ab eiusdem ecclesiae capitulo recipi in canonicum. XIII kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 468 (ed. Mansi I. 220); *cf.* Höfler Albert v. Beham 181. n° 388. — »Exhibita nobis ex.«

» 18 » (13223) Bernardo de Rupeforti canonico ecclesiae Brivatensis Claromont. dioc. mandat, ut Guidoni de Melhac rectori ecclesiarum s. Stephani et s. Hilarii de Lombertiaco Lemovic. dioc., clerico filii Bernardi de Ventodoro capellani sui de praebendali vel parochiali vel alio ecclesiastico beneficio competenti in Lemovicensi civitate vel diocesi provideat. XII kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 470 (ed. Mansi I. 220); *cf.* Höfler l. c. 182. n° 396. — »Post diversas litteras.«

» 20 » (13224) Episcopo Tornacensi mandat, compellat per censuram ecclesiasticam scabinos villae Gandensis iuxta canonicas sanctiones ad officium testium publicorum qui synodales vocantur deputatos, sed diffamatos, ut tam super fornicatione quam aliis criminibus veritatem referant. X kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 472 (ed. Mansi I. 221); Höfler l. c. 182. n° 408. — »Cum sicut tua.«

» 20 » (13225) Abbatissam et conventum monasterii s. Crucis de Valle s. Crucis ord. s. Ben. Misnens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit. X kal. Mart. a° 6°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. IV. 306. n° 405; *cf.* Beyer Alt-Zelle 548. not. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 20 » (13226) (Othone) episcopo Parentino postulante ecclesiam s. Mauri Parentinam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. X kal. Mart. indict. VI. incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 406. — »In eminenti apostolicae.«

» 20 » • (13227) (Sigfrido) archiepiscopo Moguntinensi interdicit, ne in Coloniensi provincia, »quam omnino a legatione tua exemimus«, exercere legati officium praesumat. X kal. Mart a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 184. n° 413.

» 22 » • (13228) Praelatis, capitulo et clericis universis in civitate Trevirensi constitutis concedit, »cum civitas Trevirensis sit circumdata undique tam suis quam ecclesiae inimicis«, ut inimicitiis huiusmodi durantibus extra praedictam civitatem vel districtum Trevirensis archiepiscopi in causam trahi per apostolicas vel legatorum apostolicae sedis litteras minime possint. VIII kal. Mart. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 181. n° 390.

» 24 » • (13229) (Sigfrido) archiepiscopo Moguntinensi mandat, ut omnes, quibus sedes apostolica speciales gratias concessit, quos autem indevotos et ingratos reppererit in hac parte, privare penitus his gratiis nullatenus postponas. VI kal. Mart. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 184. n° 412.

» 25 » (13230) Episcopo Cathalaunensi et abbati s. Sepulchri Cameracensis mandat, inquirant in causam natalium Iohannis de Avesnis et Balduini fratris eius, cum quidam eorum aemuli eis malitiose, ut processu temporis a bonis ad eos haereditario iure spectantibus excludi possint, notam illegitimitatis impingant, et statuant quod canonicum fuerit. V kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 469 (ed. Mansi I. 220); *cf.* Höfler l. c. n° 393. — »Sua nobis dilecti.«

» 25 » (13231) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis tam exemptis quam non exemptis, nec non capitulis et universo clero per regnum Alamanniae constitutis praecipit, ut, cum (Sigfrido) archiepiscopo Maguntinensi in dictis partibus plenae legationis officium commissum sit, eum benigne recipiant ipsius-

1249.

que monita et praecepta efficaciter adimpleant. v kal. Mart. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 183. n° 411. — »Cura nobis commissa.«

Febr. 25 (Lugduni) (13232) Universis Christifidelibus, qui monasterium s. Spiritus de Sulmona ord. s. Ben. Valvensis dioc. certis festivitatibus devote visitaverint, indulgentiam 40 dierum concedit. »Romae ap. S. Petrum v kal. Mart. a° 6°«. ‖ Beurrier Hist. des Celestins 88. — »Cum ita sit.« *Num bulla spuria?*

» 25 resp. Mart. 1 » (13233) Praeposito et capitulo Magalonensibus P. sacristam Magalonensem in episcopum electum confirmat eisque mandat, ut isti debitam obedientiam impendant. (v *add. H.*) kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 467 (ed. Mansi I. 220); *cf.* Höfler A. v. Beham 181. n° 394. — »Ecclesia Magalonensi destituta.«

» 1 » (13234) P. electo Magalonensi mandat, ut regimen ecclesiae, cuius plenam ipsi administrationem committit, suscipiens se reddat sine intermissione sollicitum. Kal. Mart. a° 6°. ‖ Baluze l. c. 467 (ed. Mansi I. 220). — »Ecclesia Magalonensi destituta.«

» 1 » • (13235) (Sigfrido) archiepiscopo Moguntinensi prohibet, ne capitulo vel conventui tam cathedralium ecclesiarum quam maiorum monasteriorum ipsis ecclesiis, cum eas vacare contigerit, absque sedis apostolicae speciali licentia providere praesumat. Kal. Mart. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 184. n° 414.

» 3 » (13236) Iohanni de Dist ord. fr. Minorum mandat, compellat per censuram ecclesiasticam principes, fideles et ministeriales imperii, qui nondum (Guilelmo) regi Romanorum homagium et fidelitatem praestiterint, ut hoc absque difficultate ac dilatione faciant. v non. Mart. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 182. n° 405. — »Ad promotionem negotii.«

» 3 » (13237) Capitulo Magalonensi confirmat liberam, si ecclesiam eorum vacare contigerit, eligendi potestatem et decernit, ne praeiudicium ipsis generet electio P. tunc sacristae in episcopum apud sedem apostolicam celebrata. v non. Mart. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 468 (ed. Mansi I. 220); *cf.* Höfler l. c. 181. n° 395. — »Zelus catholicae fidei.«

» 4 » (13238) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Misnensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam eorum in honore s. Iohannis evang. constructam in illius festo annuatim accesserint, 40 dies de iniuncta poenitentia relaxare. iv non. Mart. a° 6°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 127. n° 145. — »In sanctorum festivitatibus.«

» 5 » (13239) Episcopo Tornacensi concedit facultatem moderandi statuta quaedam, quae (Iacobus) Tusculanensis episcopus tunc in partibus Franciae apostolicae sedis legatus sub poena suspensionis observanda in ecclesia Tornacensi edidit. iii non. Mart. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 472 (ed. Mansi I. 221). — »Cum sicut ex.«

» 5 » (13240) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterc. ordinis indulget, ut in parochiis illis, in quibus eis veteres decimae sint concessae, novalium quoque percipere possint. iii non. Mart. a° 6°. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. III. 93; *cf.* Wilmans Westfäl. UB. III. 268. n° 500. — »Iustis petentium desideriis.«

» 7 » (13241) Abbati de Gronenhagin Cisterc. ord. Nuemburgens. dioc. significat, se capitulo Magdeburgensi indulsisse, ut ad receptionem eorum, quos sui vel suorum indevotio per propriae perversitatis opera manifesta ingratos et graves reddat Magdeburgensi ecclesiae vel Romanae, aut qui in eadem ecclesia nec velint nec valeant personaliter deservire, cogi non possint. Mandat eis, ne permittant, ut illi super his contra concessionis apostolicae tenorem ab aliquibus indebite molestentur. Non. Mart. a° 6°. ‖ Boysen Histor. Magazin III. 8. — »Devotionis dilectorum filiorum.«

» 7 » (13242) Abbati et conventui de Walkenride Cisterc. ord. Maguntin. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae compelli nequeant, quae de hac indulgentia plenam non fecerint mentionem. Non. Mart. a° 6°. ‖ UB. für Niedersachsen II. 189. n° 267. — »Paci et tranquillitati.«

» 7 » • (13243) Inhibet, ne quis occasione iuris patronatus, advocatiae aut custodiae bona ordinis Cisterciensium blado, vino vel aliis rebus pro aedificatione et munitione castrorum et villarum necnon pro tirociniis, torneamentis et aliis usibus gravet, aut in domibus dicti ordinis carnibus vescatur *etc.* Non. Mart. a° 6°. ‖ UB. f. Niedersachsen II. 190. n° 268.

» 7 » (13244) (Theobaldo) abbati Morbacensi ord. s. Ben. Basiliens. dioc. concedit, ut de Gebewilre et de Lucerna ecclesias ad ipsius collationem spectantes pro suis solvendis debitis possit ad manus suas, cum eas vacare contigerit, usque ad quinquennium retinere. Non. Mart. a° 6°. ‖ Der Geschichtsfreund I. 31 et XXIII. 1. — »Cum feruidus sincere.«

» 7 » (13245) Abbati S. Vincentii Bisuntini mandat, curet ne abbas Morbacensis ord. s. Ben. super his contra apostolicae sedis concessionis tenorem ab aliquibus molestetur. Non. Mart. a° 6°. ‖ Der Geschichtsfreund XXIII. 2; *cf. ibid.* I. 32. — »Cum feruidus sincere.«

1249.

Mart. 9 Lugduni (13246) Eidem mandat, ne permittat ut abbas Murbacensis ord. s. Ben. Basiliens. dioc. — cui indulserit, ut ad provisionem illorum, qui in suis litteris super hoc impetratis non faciunt mentionem de aliis gratiis sibi factis a sede apostolica et qui nolunt nec possunt in ipsis quas a dicto abbate petunt ecclesiis personaliter residere, cogi non possit — contra huius concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestetur. vii id. Mart. a° 6°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 974. n° 41. — »Cum fervidius sincere.«

» 12 » • (13247) Abbati monasterii Fabariensis concedit licentiam tempore interdicti generalis in capella sua de Quarto [Quarten] voce submissa celebrandi ac divina audiendi. iv id. Mart. a° 6°. ‖ Wegelin Regest. von Pfävers 14. n° 78.

» 13 » (13248) Monasterium monialium s. Crucis de Valle s. Crucis ord. s. Ben. Misnens. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones, iura ac privilegia confirmat. iii id. Mart. indict. VIII (!). incarn. dom. a° 1248. pont. a° 6°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. dipl. II. iv. 307. n° 406; *cf.* Beyer Alt-Zelle 548. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 14 » (13249) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi legationis officium in Alemanniae partibus committit, ut »ipsae partes eo magis in Dei et ecclesiae devotione proficiant, quo specialius per legati apostolicae sedis praesentiam senserint confoveri.« ii id. Mart. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 495 (ed. Mansi I. 226); Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 253. n° 4; Binterim Die jüngste öffentl. Vorlesung des Herrn J. W. J. Braun: Die Sage von den geborenen Kardinälen der kölnischen .... Kirche vor dem Forum der Wahrheit (Köln 1852. gr. 8°) 98; *cf.* Höfler Albert v. Beham 192. n° 517. — »Illius licet immeriti.«

» 15 » (13250) (Eberhardo) episcopo Constantiensi concedit facultatem percipiendi ac exigendi poenas, quae bannalia vulgariter nuncupantur et a rectoribus clericisque ecclesiarum parochianis propter delicta vel excessus imponuntur. Id. Mart. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 474 (ed. Mansi I. 221); Lünig l. c. 515. n° 1; *cf.* Höfler l. c. 185. n° 419. — »In episcopalibus iuribus.«

• *Datus est ei super hoc conservator* Abbas de Faucibus Augustens. dioc.

» 15 » • (13251) Repetit n° 12909 d. d. 1248. Apr. 26, sed addit iam praefatis ecclesiis illas in Husen, Wrineling, Kehlin, Horwucell. Id. Mart. indict. VII. ‖ Pupikofer Regest. von Kreuzlingen 11. n° 54, *male ad* a. 1248.

» 16 » (13252) (Eberhardo) episcopo Constantiensi significat, se monasteria aut praelatos Constantiensis diocesis a iurisdictione Constantiensis ecclesiae hactenus non exemisse. xvii kal. Apr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 474 (ed. Mansi I. 221); Lünig l. c. n° 2; *cf.* Höfler l. c. n° 420. — »Praesentata nobis tuae.«

» 16 » • (13253) Archiepiscopo et archidiacono Dublinensibus excommunicationis sententiam ab Akadensi et Aladensi episcopis de nuntio papae latam esse irritam pronuntiat. xvii kal. Apr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 185. n° 426.

» 18 » (13254) Praeposito ecclesiae s. Mariae Rotundae Metensis mandat, faciat ut, donec R(icardum) electum Warmaciensem corporalem possessionem Warmaciensis ecclesiae de iure vel gratia contigerit adipisci, eidem proventus beneficiorum integre interim ministrentur. xv kal. Apr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 475 (ed. Mansi I. 221); *cf.* Höfler l. c. n° 423. — »Nolentes ut dilectus.«

» 18 » (13255) Praeposito et capitulo ecclesiae Albensis Vesprimiens. dioc. indulget, ut in festivitatibus b. Mariae V., in cuius honorem eorum ecclesia est dedicata, nec non sanctorum regum, quorum inibi corpora requiescunt, festivitatibus possint omnibus vere poenitentibus et confessis ad ecclesiam ipsam accedentibus 40 dierum indulgentiam elargiri. xv kal. Apr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 207. n° 390; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 208; *cf.* Höfler l. c. n° 424. — »Ecclesiam vestram tanto.«

» 18 » • (13256) Magistro Philippo de Asisio subdiacono suo canonico Leodiensi collectori vicesimae per civitatem et diocesim Leodiensem mandat, ut conventui S. Laurentii Leodiensis vicesimam reddat. xv kal. Apr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 185. n° 422.

» 21 » (13257) Guillelmum, quem G(regorius) de Montelongo electus Tripolitanus apostolicae sedis legatus, postquam Iohannem abbatem propter indevotionem ac infidelitatem sententialiter a monasterio Leonensi ord. s. Ben. Brixiens. dioc. amovit, eidem monasterio canonice praefecit in abbatem, in hac dignitate confirmat. xii kal. Apr. a° 6°. ‖ (Luchi) Mon. monast. Leonens. 72; Zaccaria Badia di Leno 201. n° 38. — »Cum a nobis.«

» 21 » (13258) Monasterio de Fabaria, quod per fautores Friderici quondam imperatoris diminutum erat in temporalibus et clericorum provisionibus oneratum, indulget ut ad receptionem vel provisionem alicuius in provisionibus aut ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae ac legatorum ipsius compelli de cetero non possit. xii kal. Apr. a° 6°. ‖ Eichhorn Episc. Curiens., probat. 83. n° 73, *male ad* a. 1248; *cf.* Wegelin Regest. von Pfävers 14. n° 79. — »Monasterio vestro quod.«

» 23 » (13259) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Misnensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in honorem b. Donati conf. et episc.

1249.

dedicatam in eius festo et usque ad octavas eiusdem annis singulis visitarint, 40 dies indulgere. x kal. Apr. a° 6°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 128. n° 146. — »Licet is, de.«

Mart. 23 | Lugduni | (13260) Abbati S. Genovefae Parisiensis mandat, ut Martino nepoti H(ugonis) tit. S. Sabinae presbyteri cardinalis, disciplinis scholasticis insistenti proventus suos usque ad triennium cum ea integritate faciat ministrari, »cum qua illos perciperet, si in ecclesiis, in quibus eos obtinet, residentiam faceret personalem.« x kal. Apr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 504 (ed. Mansi I. 228); *cf.* Höfler Albert v. Beham 200. n° 600. — »Volentes dilectum filium.«

» 24 | » | (13261) (Iacobo) episcopo Tusculano apostolicae sedis legato scribit, Mellisent relictam B(oemundi) principis Antiocheni natam A(malrici) regis et Y(olandae) reginae Ierosolimitanorum pontifici Romano supplicasse, »ut, cum ipsa C(onrado) nato Frederici quondam imperatoris, regni Ierosolimitani heredi, inter ceteros eius consanguineos quos in partibus illis habeat, proximiori consanguinitatis linea sit coniuncta et tam de iure quam de antiqua consuetudine regni eiusdem is qui proximior sit heredi, eo absente dominium et baiulatum ipsius regni debeat obtinere,« eam per illum in possessionem dictorum dominii et baiulatus induci et in ea defendi faciat. Mandat ei, ut inquisita super hoc veritate id, sicut fuerit iustum, exequatur. ix kal. Apr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 476 (ed. Mansi I. 222); Höfler l. c. 185. n° 435; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 709. — »Ex parte dilectae.«

» 25 | » | (13262) Episcopo Cathalaunensi concedit, ut quotiescunque capitulum Cathalaunense sine rationabili causa cessaverit a divinis, ad resumenda organa possit eos per censuram ecclesiasticam coarctare. viii kal. Apr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 476 (ed. Mansi I. 222); *cf.* Höfler l. c. n° 432. — »Exigentibus tuae devotionis.«

» 25 | » | • (13263) Roberto dicto Tem rectori ecclesiae de Witengᵉgᵉ Coloniens. dioc. concedit, ut et aliud beneficium retinere ac accipere possit. viii kal. Apr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 186. n° 437.

» 27 | » | (13264) Abbatissae et conventui monasterii de Valle s. Crucis ord. s. Ben. Misnens. dioc. indulget, ut nullus delegatus sedis apostolicae vel delegati subdelegatus *etc.* in earum personas interdicti, suspensionis aut excommunicationis sententias valeat promulgare »praesentibus post triennium minime valituris.« vi kal. Apr. a° 6°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. iv. 308. n° 407. — »Dilecti filii magistri.«

» 27 | » | (13265) Abbati de Sirogolle Praemonstr. ord. Pragens. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut illae moniales super his ab aliquibus indebite molestentur. vi kal. Apr. a° 6°. ‖ Gersdorf l. c. 309. n° 408; *cf.* Beyer Alt-Zelle 548. not. — »Cum dilectis in.«

» 27 | » | (13266) Decano Eystettensi mandat, compellat per censuram ecclesiasticam Albertum et Conradum comites de Mosburg, ut praeposito et conventui ecclesiae de Ror ord. s. Aug. ablata restituant universa et de damnis satisfactionem plenam exhibeant. vi kal. Apr. a° 6°. ‖ Mon. Boica XVI. 127. — »Sua nobis dilecti.«

» 27 | » | (13267) Officiali Lemovicensi mandata dat de domus Grandimontensis et abbatis Ursicampi controversia. vi kal. Apr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 486 (ed. Mansi I. 224); *cf.* Höfler Albert v. Beham 187. n° 459. — »Sua nobis dilecti.«

» 27 | » | (13268) Praeposito et capitulo ecclesiae de Ror ord. s. Aug. Ratisponens. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. vi kal. Apr. a° 6°. ‖ Mon. Boica l. c. 128. — Solet annuere sedes.«

» 27 | » | • (13269) (Eginoni? Brunoni?) episcopo Brixiensi mandat, ut Gratiolum scholarem inter canonicos recipiat. vi kal. Apr. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 201. n° 618.

» 31 | » | (13270) Episcopo, decano et capitulo Burgensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui a festo natalis Domini usque ad octavas epiphaniae *etc.* ad ecclesiam Burgensem in honorem gloriosae Mariae V. dedicatam annuatim accesserint, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere. ii kal. Apr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 477 (ed. Mansi I. 222); *cf.* Höfler l. c. 186. n° 444. — »Vitae perennis gloria.«

Apr. 1 | » | (13271) Episcopo Terracinensi scribit, se abbati S. Constantii de Aquino eiusque collegae mandavisse, ut magistro Petro de Atino scriptori suo capellam s. Germani de Sora, amoto ab ipsa I. clerico nepote iudicis P(etri) de Vinea qui eam cum aliis ecclesiis et beneficiis detineret contra canonicas sanctiones, auctoritate apostolica conferrent. Sed ob pauperpatem dictae capellae ei mandat, ut eidem magistro Petro ecclesiam s. Petri ad cellas Teanens. dioc. *etc.* assignet. Kal. Apr. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles Pierre de la Vigne 316. n° 16; *cf.* Höfler l. c. 203. n° 654. — »Dilectus filius magister.«

» 3 | » | • (13272) Episcopo Elyensi mandat, ut inter Bigot comitem de Norfolk et eius uxorem iudicium faciat. iii non. Apr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 187. n° 452.

» 5 | » | • (13273) Guillelmo dicto Pietoso hostiario suo dominium ecclesiae Romanae in castro Simulianensi Sabinens. dioc. pro vita concedit. Non. Apr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 186. n° 439.

1249.

Apr. 7 | Lugduni | (13274) Episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum praelatis necnon ceteris personis ecclesiasticis per Anconitanam marchiam et ducatum Spoletanum constitutis significat, se ad restituendum prosperum regni Siciliae statum et liberandum idem regnum una cum suis habitatoribus imperii Friderici feritate depressis Petro S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali eiusdem marchiae et ducatus ipsius plenariam rectoriam ac insuper plenae in eisdem legationis officium commisisse; mandat eis, ut ipsum devote recipiant eique tamquam apostolico legato humiliter intendant. vii id. Apr. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 714; *cf.* Höfler l. c. 216. n° 27. — »Incumbente nobis multitudine.«

• *In eundem modum* Universis baronibus, nobilibus, potestatibus et civitatibus marchiae Anconitanae et ducatus Spoletani. ‖ Höfler l. c. in n° 27.

Simili modo Episcopis, abbatibus *etc.* per marchiam Anconitanam. ‖ Höfler l. c. n° 28.

» » P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apost. sedis legato. ‖ Höfler l. c. n° 29.

In eundem modum Universis baronibus et aliis nobilibus nec non potestatibus, rectoribus, consulibus, civitatibus *etc.* per Anconitanam marchiam constitutis. ‖ Höfler l. c. n° 30.

» » » Baronibus *etc.* et populis *etc.* et universis per Campaniam et Maritimam constitutis. ‖ Höfler l. c. n° 31.

» » » P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apost. sedis legato. ‖ Höfler l. c. n° 32.

» » » Universis fidelibus per patrimonium b. Petri in Tuscia constitutis. ‖ Höfler l. c. n° 33.

» » » » » Campaniae et Maritimae. ‖ Höfler l. c. n° 34.

» » » Abbati et conventui ac universis vasallis monasterii Farfensis — Monasterio s. Salvatoris de Reate — Monasterio Sublacensi. ‖ Höfler l. c. 217. n° 35.

» » » (Rainaldo) episcopo Ostiensi — (Stephano) S. Mariae trans Tiberim presbytero et (Ryccardo) S. Angeli diacono cardinalibus. ‖ Höfler l. c. n° 42.

» » » Senatori et populo Urbis. ‖ Höfler l. c. n° 43. — »Etsi de cunctis.«

» » » Archiepiscopo Pisano, universis episcopis *etc.* necnon ceteris personis ecclesiasticis *etc.* per Tusciam et patrimonium b. Petri constitutis. ‖ Höfler l. c. 218. n° 44.

» 7 | » | • (13275) Petro S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali mandat, ut pro expensis belli 10000 marcarum argenti super castra et terras urbis Romae, et 10000 uncias auri super castra patrimonii s. Petri mutuare possit. vii id. Apr. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles l. c. 716. nota; *cf.* Höfler l. c. 217. n° 41.

» 8 | (») | • (13276) Henricum de Cerasolo electum Tarentinum archiepiscopum confirmat. vi id. Apr. a° 6°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 137.

» 9 | » | (13277) Decano et capitulo Cameracensibus electum episcopum Nicolaum de Fontanis confirmat. v id. Apr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 480 (ed. Mansi I. 223); *cf.* Höfler l. c. n° 448. — »Vacante olim Cameracensi.«

» 9 | » | (13278) (Nicolao) episcopo Cameracensi mandat, ut controversiam inter canonicos crucesignatos et non crucesignatos Leodienses ex ministratione proventus praebendarum ipsius ecclesiae ortam disceptet. v id. Apr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 482 (ed. Mansi I. 223); *cf.* Höfler l. c. 187. n° 451. — »Inter canonicos crucesignatos.«

» 9 | » | (13279) Petro S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali concedit potestatem promittendi firmiter omnibus praelatis ecclesiarum et principibus saecularibus ceterisque suae legationis laicis, »quod nos et fratres nostri eos in instanti negotio nullatenus deseremus, nec cum F(riderico) quondam imperatore pacem aliquatenus confirmabimus, ita quod ipse vel aliquis filiorum eius rex aut imperator existat.« v id. Apr. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 716; *cf.* Höfler l. c. 217. n° 39. 40. — »Cum te pro.«

» 9 | » | • (13280) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali sedis apostolicae legato concedit facultatem congregandi exercitum de Anconitana marchia et ducatu Spoletano, de Tuscia et patrimonio b. Petri in illa, nec non de Sabina et de Campania et de Maritima, et ducendi secum illum et ingrediendi cum eo regnum (Siciliae). v id. Apr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 217. n° 37; *cf.* Huillard-Bréholles l. c. VI. ii. 716. nota. — »Cum te pro negotio.«

(» 9) | » | • (13281) Eidem. Facultates auget et concedit. ‖ Höfler l. c. n° 38.

» 10 | » | (13282) Universis Christi fidelibus significat, se, cum cl. m. Raymundus comes Provinciae rosam auream, quae annis singulis in dominica quadragesimae qua *Laetare Ierusalem* cantetur a Romano pontifice viventis Dei vicario deportetur dictoque comiti sedem apostolicam Lugduni visitanti pro meritis suis in signum benivolentiae specialis data sit,

1249.

		Aquensi ecclesiae obtulerit, omnibus vere poenitentibus et confessis indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere, qui ad eandem ecclesiam in dominica praedicta accesserint. IV id. Apr. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 484 (ed. Mansi I. 224); *cf.* Höfler l. c. n° 456. — »Flos pretiosior cunctis.«
Apr. 11	Lugduni	(13283) Archiepiscopos et episcopos ad quos litterae istae pervenerint hortatur, ut fratri Henrico (Heidenreich?) ordinis Praedicatorum terrae Intwefoniae (Iatwesoniae *H., Thein., i. e.* Culmensi) episcopo designato ab (Alberto) archiepiscopo Livoniae ac Prusciae, cum hic extra suam provinciam sit eiectus, munus consecrationis impendat, »quicunque vestrum super hoc ab eodem archiepiscopo fuerit requisitus.« III id. Apr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 478 (ed. Mansi I. 222); Theiner Mon. Polon. I. 47. n° 98; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 42. n° 21; *cf.* Höfler l. c. 187. n° 447. — »Cedit ad Dei.«
„ 13	„	(13284) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi mandat, ut Gebehardo capellano papali, fratri C. et H. comitum de Friburch ad recolendam memoriam C(inthii) Portuensis episcopi patrui eorundem aliquem episcopatum totius Alamanniae conferat. Id. Apr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 491 (ed. Mansi I. 225); Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 254. n° 6; *cf.* Höfler l. c. 187. n° 462. — »In tantum erga.«
„ 13	„	(13285) Eidem mandat, ut, si Gebehardus praefatus episcopatum, quem ei duxerit offerendum, noluerit acceptare, eidem alium conferat. Id. Apr. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 488 (ed. Mansi I. 224); Lünig l. c. 254. n° 5; *cf.* Höfler l. c. 189. n° 467. — »Pro dilecto filio.«
„ 13	„	• (13286) (Henrico) archiepiscopo Argentinensi. Dispensat de matrimonio. Id. Apr. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 187. n° 455.
„ 15	„	(13287) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali concedit, ut in Campania, Maritima, Sabinia et Romania, Portuensi, Velletrensi, Penestrina et Reatina civitatibus et diocesibus ac Sublacensi, Farfensi et s. Salvatoris de Reate abbatiis (abbatiabus *H.*) earumque terris legationis officium exerceat. XVII kal. Mai. (a° 6°). ‖ Petrini Mem. Prenestine 410. n° 18; *cf.* Höfler l. c. 217. n° 36. — »Ut ea quae.«
„ 17	„	(13288) Eidem concedit, ut cum quibuslibet religiosis vel saecularibus personis suae legationis, quae dato aliquo pro acquirendis vel recepto pro exhibendis locis in monasteriis commiserunt symoniacam pravitatem, possit dispensare. XV kal. Mai. a° 6° (9° *Cherr.*). ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 515; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 717. — »Cum te ad.«
„ 17	„	• (13289) Fratribus militiae templi hospitalis Ierosolimitani domus s. Mariae Theutonicorum per Tusciam, marchiam Anconitanam, ducatum Spoleti, patrimonium b. Petri, Campaniam, Maritimam, Romaniam et regnum Siciliae constitutis mandat, ut legato sedis apostolicae P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. ex bonis suis tale subsidium liberaliter exhibeant, »quod videamini tanquam devoti zelari honorem ecclesiae ac profectum.« XV kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 218. n° 45.
„ 19	„	• (13290) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali apostolicae sedis legato concedit, ut indevotos et ingratos gratiis concessis privare valeat. XIII kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 218. n° 48.
„ 19	„	• (13291) Eidem mandat, ut fratres ordinis Theutonicorum et alios religiosos ecclesiae rebelles bonis suis exspoliet. XIII kal. Mai. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 717. nota; *cf.* Höfler l. c. 218. n° 50.
„ 20	„	(13292) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi mandat, interdicat omnibus collegiis ecclesiarum Alamanniae, ne, cum ecclesias ipsas contigerit vacare pastoribus, ad electionem, postulationem vel nominationem, nisi prius a sede apostolica petita et obtenta licentia, procedant. XII kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 188. n° 466; *eiusd.* Kais. Friedr. II. Anh. 392. — »Dum adhuc elata.«
„ 20	„	(13293) Ecclesiae Naulensis, quam b. m. Penestrinensis episcopus tunc apostolicae sedis legatus de mandato Gregorii pp. IX in ecclesiam cathedralem erexit, patrocinium suscipit. XII kal. Mai. ind. VII. incarn. dom. a° 1249. pont. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 486 (ed. Mansi I. 224); *cf.* Höfler Albert v. Beham 187. n° 460. — »In sacra Petri.«
„ 20	„	• (13294) Episcopo et capitulo Glasguensibus praecipit, ut nonnisi quatuor Italicos ad praebendas recipere debeant. XII kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 201. n° 622.
„ 21	„	• (13295) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali sedis apostolicae legato mandat, faciat ut Cincius Cimminus Roccam Larianam sine mora resignet, vel ipse eum compellat. XI kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 219. n° 63.
„ 21	„	(13296) Universo clero civitatis et diocesis Penestrinae mandat, ut P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali apostolicae sedis legato, quem ad partes illas pro ecclesiae Romanae negotiis destinet, in spiritualibus devote intendant. XI kal. Mai. a° 6°. ‖ Petrini Mem. Prenestine 410. in n° 18; *cf.* Höfler l. c. 219. n° 64. — »Cum dilectum filium.«

1249.

Apr. 21	(Lugduni)	• (13297) Monasterium Montis s. Mariae in Valle Venusta ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit. XI kal. Mai. ‖ Eichhorn Episc. Curiens. 299.
„ 22	„	(13298) (Conrado) Misnensi episcopo mandat, moneat (Přemyslaum Otacarum marchionem) filium (Wenceslai) regis Boemiae et barones eiusdem regni, qui praedictum regem hostiliter persequantur et cum Corrado nato Fr(ederici) quondam imperatoris duce Bavariae ac aliis ecclesiae persecutoribus foedus amicitiae inierint, ut ab iniquitate huiusmodi desistentes ad devotionem praefati regis redeant et, si ipsius monitis acquiescere non curaverint, eos excommunicet; ut (Nicolaum) episcopum Pragensem, qui excommunicatus divina officia celebrare et contra ipsum regem conspirare praesumpserit, Romam mittat; ut praepositos, decanos et alios canonicos ecclesiarum regni, qui adhaerendo supradictis nato regis et baronibus persecutoribus ecclesiae, beneficiis ecclesiasticis reddiderint se indignos, personatibus et dignitatibus ac beneficiis, quae ab ecclesiis obtineant, perpetuo privet. X kal. Mai. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 489 (ed. Mansi I. 225); Lünig Spicil. eccles. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 836; *omisso initio* ap. Erben Reg. Bohem. 570. n° 1230; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 106; Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 128. n° 147; *abbreviata* ap. Höfler l. c. 188. n° 466(a); *cf.* Palacky Reise 33. n° 216. — »Paternae benedictionis auctoritas.«
„ 22	„	(13299) Episcopo Signino mandat, ut Petrum scholarem de Ferentino nepotem Raynaldi Berardi in aliqua ecclesiarum provinciae Beneventanae recipi faciat in canonicum. X kal. Mai. a° 6°. ‖ Baluze l. c. VII. 491 (ed. Mansi I. 225); *cf.* Höfler l. c. 189. n° 468. — »Indignum videtur et.«
„ 22	„	• (13300) R. de Galluccio fideli suo castrum Vairani in regno Siciliae restituit. X kal. Mai. a° 6°. ‖ Huillard-Breholles Hist. dipl. VI. II. 726. not.
„ 24	„	(13301) (Alberto) archiepiscopo Prusciae petente confirmat officium cantoriae, quod ille tam de suis bonis quam de quibusdam ecclesiasticis redditibus in Lubicensi ecclesia de novo instituit, et Gerhardum canonicum Lubicensem, quem ei canonice in cantorem praefecit. VIII kal. Mai. a° 6°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 98. n° 105. — »Tue devotionis apud.«
„ 24	„	(13302) Eidem apostolicae sedis legato indulget, ut, quotiescumque negotiis ei ab apostolica sede commissis expedire necessario ac utiliter viderit, licite eandem sedem adire possit, legatorum ipsius consuetudine contraria non obstante. VIII kal. Mai. a° 6°. ‖ J. C. H. Dreyer Specim. iuris publ. Lubecens. p. CLVI; Cod. dipl. Lubec. I. 211. in n° 228; Bunge Livl. UB. I. 262. n° 204; v. Goetze Albert Suerbeer 191; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 507. in n° 314. — »Tuis devotis precibus.«
„ 24	„	(13303) Praepositum et capitulum ecclesiae s. Georgii in Herzogenburc ord. s. Aug. Pataviens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem domos, possessiones *etc.* eis confirmat. VIII kal. Mai. a° 6°. ‖ Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen IX. 299. — »Cum a nobis.«
„ 24	„	(13304) (Conrado) Misnensi episcopo mandat, ut (Wenceslaum) regem Boemiae, qui »nato suo et nonnullis baronibus regni Boemiae iuramentum super cessione dicti regni coactus praestitisse dicatur,« ab hoc iuramento absolvat. VIII kal. Mai. a° 6°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 571; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 108; Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 129. n° 148; *cf.* Höfler Albert v. Beham 189. n° 469; Palacky Reise 33. n° 217. — »Cum carissimus in.«
„ 24	„	• (13305) Communi castri Mevaniae Spoletan. dioc. concedit, ut homines de terris Nepolionis Raynaldi cum eis cohabitare possint. VIII kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 194. n° 543.
„ 25	„	(13306) Abbati monasterii s. Petri de Villamagna Anagnin. dioc. mandat, ut Iacobo dicto Squarsapelle clerico ecclesiae s. Pancratii Anagniae in regno Siciliae de redditibus ecclesiasticis usque ad summam triginta unciarum auri provideat. VII kal. Mai. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 726. — »Volentes obtentu precum.«
„ 26	„	(13307) (Sigfrido iam mortuo) archiepiscopo Maguntino apostolicae sedis legato concedit, ut ecclesiastica beneficia conferat per totam terram suae legationis, »sicut ecclesiae Romanae cardinali liceret si legationis ibidem officio fungeretur.« VI kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 182. n° 399. — »Quum in regno.«
„ 27	„	(13308) Abbati Cistercii et coabbatibus eius Cisterciensis ordinis significat, se inhibere, ne, cum in generali capitulo Cistercii sit statutum, ut moniales incorporatae ipsi ordini nulli alii confiteantur nisi patri abbati solummodo vel cui dictus abbas in hoc commiserit vices suas, nonnulli autem religiosi et etiam saeculares praedictarum monialium confessiones audire ac ipsas de facto absolvere non vereantur, id de cetero fiat absque speciali mandato apostolicae sedis faciente plenam de statutis, confirmatione ac inhibitione huiusmodi mentionem. V kal. Mai. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 492 (ed. Mansi I. 225); Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 205. in n° 428; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561; Höfler l. c. 189. n° 470. — »Peticio vestra nobis.«

1249.

Apr. 27 Lugduni • (13309) Communi castri Mevaniae Spoletanae diocesis concedit facultatem eligendi potestatem ex Romanae ecclesiae fidelibus. v kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 194. n° 547.

" 27 " • (13310) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato concedit, ut in marchia Anconitana et ducatu Spoletano terras *etc.* ab apostolica sede concessas ad manus suas libere valeat revocare. v kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 218. n° 46.

" 27 " • (13311) Eidem inquisitionis officium in Cistercienses specialiter concedit. v kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 218. n° 47.

" 27 " • (13312) Episcopo Moraviensi scribit pro providendo Petro clerico filio Ingebaldi civis Romani. v kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 202. n° 636.

" 27 " • (13313) Abbati et priori de Cella Cisterc. ord. Misnens. dioc. pro magistro Gualterio canonico Misnensi. v kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 192. n° 516.

" 28 " (13314) (Thomae) abbati et conventui monasterii s. Trudonis ord. s. Ben. Leodiens. dioc. indulget, ut minime teneantur aliquibus creditoribus ultra veram sortem aliquid solvere. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Piot Cartul. de St. Trond I. 234. n° 196. — »Indempnitati monasterii vestri.«

" 28 " (13315) Scolastico (Decano *H.*) ecclesiae s. Servatii in Traiecto Leodiens. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat, ut illi super his ab aliquibus indebite molestentur. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Piot l. c. 234. n° 197; *cf.* Höfler l. c. 194. n° 556. — »Indempnitati monasterii sancti.« *Cf.* n° 13349.

" 28 " (13316) (Thomae) abbati et conventui S. Trudonis indulget, ut nullus auctoritate litterarum apostolicae sedis ad provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis eos de cetero compellere possit. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Miraeus Opp. dipl. IV. 36; Piot l. c. 235. n° 198. — »Devotionis vestre probata.«

" 28 " (13317) Scolastico ecclesiae Cameracensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Trudonis per concessiones abbatum vel alias alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius monasterii legitime revocet. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Piot l. c. 236. n° 199; *cf.* Höfler l. c. n° 553. — »Dilecti filii abbas.«

" 28 " (13318) (Thomae) abbati et conventui S. Trudonis indulget, ut ad solutionem aliquorum debitorum minime teneantur, nisi manifeste constiterit eadem debita in utilitatem ipsius monasterii redundasse. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Piot l. c. 237. n° 200. — »Ex parte vestra.«

" 28 " (13319) Scolastico ecclesiae s. Servatii in Traiecto de epistola superiore significat eique mandat, ne permittat, ut illi super his contra tenorem concessionis apostolicae ab aliquibus indebite molestentur. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Piot l. c. 238. n° 201. — »Ex parte dilectorum.«

" 28 " • (13320) (Thomae) abbati et conventui monasterii s. Trudonis ord. s. Ben. Leodiens. dioc. privilegium de non compellendo ad provisionem. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert von Beham 193. n° 531.

" 28 " • (13321) Monasterio in Schamhaupten tempore generalis interdicti terrae divinorum officiorum administrationem permittit. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Lang Regesta II. 406.

" 28 " • (13322) Comitissam Senensem [Sayn] Coloniensis dioces. hortatur, ut ab alienatione bonorum suorum i. e. hereditatis futurae comitis Theodorici Clevensis desistat. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 189. n° 481.

" 29 " (13323) (Ottoni) duci de Bruneswic indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus *etc.* sedis apostolicae possit in eius, uxoris et filiorum personas excommunicationis et in terram ipsius interdicti sententias promulgare absque eiusdem sedis speciali mandato. III kal. Mai. a° 6°. ‖ Scheid Origg. Guelf. IV. 211. n° 100. — »Tue devotionis obtentu.«

" 29 " (13324) Monachis S. Petri Carnotensis concedit facultatem disponendi de prioratibus Abbunvilla et de Puisaia eorumque possessionibus, prout utilitati sui monasterii expedire viderint, cum adeo tenues sint et exiles ac debitis onerati, »quod in eorum alterutro non possunt duo monachi commode sustentari.« III kal. Mai. a° 6°. ‖ Guérard Cartul. de St. Père de Chartres II. 701. *Initium desideratur.*

" 29 " (13325) Abbati et conventui monasterii Vallium Sarnay Cisterc. ord. Parisiens. dioc. concedit, ut, si contingat, eos super rebus ad forum ecclesiasticum pertinentibus coram seculari iudice conveniri, ipsis liceat per exceptionem fori huiusmodi iudicium declinare. III kal. Mai. a° 6°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. 431. n° 471. — »Vestra sinceritas promeretur.«

" 29 " • (13326) Innocent nomme l'abbé de Chezy et (Jean) abbé de Valsecret conservateurs des priviléges accordés à Thibaut comte de Champagne par le Saint-Siége. Leurs pouvoirs dureront trois ans. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 434. n° 2859.

" 29 " (13327) P. filio Pandulfi de Aquino indulget, ut ipse ipsiusque successores baroniam, castra ceteraque bona patris sui, qui Frederico quondam imperatori contra ecclesiam adhaerebat, tam in regno Siciliae quam extra illud libere et plenarie habeant. III kal. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 192. n° 514; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. II. 726. — »Cum nobilis vir.«

1249.

Apr. 30 Lugduni (13328) Petro S. Georgii ad velum aureum diac. cardinali apostolicae sedis legato ad preces Riccardi Francisci mandat, ut Philippo Scriniario civi Romano, qui de regno Siciliae traxit originem, in regno ipso de aliquo feudo militari provideat. II kal. Mai. a° 6°. ‖ Huillard-Bréholles l. c. 726; *cf.* Höfler l. c. 203. n° 649. — »Volentes obtentu dilecti.«

" 30 " (13328a) Abbate et conventu de Firmitate Cist. ord. Cabilon. dioc. supplicantibus decernit: »Quia de quibusdam apostolicis privilegiis vobis concessis fila serica inferius a bulla dependentia sunt amputata«, »eadem privilegia propter hoc, dummodo alias omnino suspicione careant, non debeant reputari suspecta«. II kal. Mai. a° 6°. ‖ Mabillon De re diplom. Suppl. (Paris. 1704. fol.) Append. 101, *non integra.*

" 30 " (13329) Archidiacono et capitulo Spalatensibus (Spoletano *Bal.*) significat, se non admittere Iohannem de ordine fratrum Praedicatorum Scardonensem electum in eorum archiepiscopum postulatum, sed praeficere ecclesiae Spalatensi magistrum Rogerium capellanum I(ohannis) tit. S. Laurentii in Lucina presbyteri cardinalis canonicum Zagabriensem in archiepiscopum et pastorem. »Cum autem apud ipsam sedem usque ad consecrationis tempus retineamus eundem«, eos monet et hortatur, ut eidem electo exhibeant obedientiam et reverentiam debitam, interim procuratoribus illius de redditibus, proventibus et iuribus episcopalibus plenarie respondentes. II kal. Mai. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 493 (ed. Mansi I. 226); Farlati Illyr. sacr. III. 273; Theiner Vet. mon. Slavor. mer. I. 78. n° 99; *cf.* Höfler l. c. 191. n° 492. — »Ecclesia vestra pastoris.«

• *In eundem modum* Clero et populo civitatis et diocesis Spalatensis.

" 30 " (13330) (Azoni) episcopo Brixiensi mandat, ut, postquam fratres ordinis Praedicatorum constituti in ecclesia ss. Faustini et Iovittae Brixiensi de ea se transtulerint ad aliam, eam et hortum quem habent fratribus ac sororibus ordinis secundi Humiliatorum Brixiensibus conferat et assignet. II kal. Mai. a° 6°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 223. — »De dilectis filiis.«

" 30 " (13331) Abbatissae et conventui monasterii s. Augustini in Quidelingeborch ord. s. Aug. Halberstad. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad earum ecclesiam in festo b. Coronae cum devotione accesserint, indulgentiam 40 dierum elargiri. II kal. Mai. a° 6°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 181; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 211. n° 52. — »Loca sanctorum omnium.«

Mai. 3 " (13332) Abbate Cistercii eiusque coabbatibus Cisterciensis ordinis supplicantibus inhibet, ne moniales incorporatae ipsi ordini alii confiteantur nisi patri abbati solummodo vel cui dictus abbas in hoc commiserit vices suas. v non. Mai. a° 6°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 18. — »Petitio vestra nobis.«

1248. (Iul. 3 *vel* Oct. 3) *vel* 1249. (Mart. 3 *vel* Mai. 3) " (13333) Abbatissae et conventui S. Stephani Argentinensis ord. s. Aug. concedit, ut per litteras papales vel legatorum apostolicae sedis, etiam si habeatur in ipsis, de pensionibus, beneficiis et specialiter de quatuor praebendis sacerdotalibus monasterii sui ad ipsarum collationem spectantibus nulli teneantur de cetero providere, nisi de hac indulgentia fecerint mentionem. v non. ... a° 6°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 400. n° 534. — »Vestre meritis religionis.«

Mai. 4 " (13334) (Henrico) episcopo Argentinensi mandat, ut »decano et capitulo Maguntinis de (Henrico) electo Spirensi, quod ipsum postulent, consilium« tribuat et consensum ipsumque, si forsan illum postulare omiserint, eidem ecclesiae in archiepiscopum, absolvendo eum a vinculo quo Spirensi teneatur ecclesiae, praeficiat. IV non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 190. n° 490. — »Quum dilectis filiis.«

" 4 (") (13335) Magistrum et fratres leprosorum S. Iuliani extra villam s. Albani Lincoln. dioc. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras, possessiones, prata *etc.*, sicut ea pacifice possident, eis confirmat. IV non. Mai. a° 6°. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 246. — »Cum a nobis.«

" 4 " (13336) Scolastico Cameracensi mandat, compellat rectores ecclesiarum, in quibus abbas et conventus monasterii s. Trudonis (ord. s. Ben.) Leodiens. dioc. ius obtinent patronatus, ut debitam in ipsis ecclesiis residentiam faciant. IV non. Mai. a° 6°. ‖ Piot Cartul. de St.-Trond I. 239. n° 202; *cf.* Höfler l. c. 194. n° 554. — »Dilecti filii abbas.«

" 4 " (13337) Decano et capitulo Maguntinis qui petiverant, ut Maguntinam ecclesiam pastore vacantem (Conrado) Coloniensi archiepiscopo propugnatori ecclesiae indefesso, ut illius curam gerat, commendet, respondet se eorum supplicationi non annuere, »quia est penitus insuetum ut duae archiepiscopales ecclesiae tam honorabiles tamque sublimes unius regimini committantur.« Mandat eis, ut ipsi ecclesiae de pastore idoneo cum consilio et assensu (Henrici) Argentinensis episcopi infra mensem, »postquam idem episcopus vos duxerit commonendos«, canonice provideant; »alioquin eidem episcopo iniungimus, ut ex tunc personam quae tanto oneri congruat, praefatae Maguntinae ecclesiae praeficiat in pastorem« IV non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 190. n° 491; *eiusd.* Kaiser Friedr. II. Anh. 392. n° 39. — »Litteris et nuntiis.«

1249.

Mai. 4	Lugduni	(13338) (Henrico) electo Leodiensi mandat, ut cum W(illelmo) abbate monasterii s. Trudonis ord. s. Ben., qui olim plebanus Aquensis et (Guillelmi) regis Romanorum capellanus existens inductus exhortationibus in dicto monasterio habitum monachalem assumpsit et infra octo dies, professione ibidem praehabita, a monachis eiusdem monasterii tunc abbatis regimine destituti in abbatem electus est, cui autem ex huiusmodi promotione in conscientia sua sit scrupulus dubitationis exortus, super hoc dispensative agat. IV non. Mai. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 494 (ed. Mansi I. 226); Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 543. n° 6; *cf.* Höfler l. c. 191. n° 507. — »Dilectus filius W.«
„ 4	„	* (13339) Abbati Middelburgensi Praemonstrat. ord. Traiect. dioc. mandat, ut Egidio de aliqua praelatura in Coloniensi provincia provideat. IV non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 202. n° 630.
„ 4	„	* (13340) Archiepiscopo Cantuariensi, de provisione clerici precibus comitis Burgundiae. IV non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 182. n° 397.
„ 4	„	* (13341) Decano Aurelianensi mandat, ut ordinationibus maioris partis capituli obsequium fiat. IV non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 196. n° 567.
„ 5	„	(13342) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ut in parochiis illis, in quibus eis veteres decimae sint concessae, novalium quoque de quibus aliquis non perceperit, proportione qua veteres eos contingant, percipere possint. III non. Mai. a° 6°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 18; Meschet Privil. 40; Fejér Cod. dipl. V. I. 308. — »Iustis petentium desideriis.«
„ 5	„	(13343) Archiepiscopo Burdegalensi mandat, ut cessionem B. abbatis monasterii Silvae maioris ord. s. Ben. Burdegal. dioc. debilitate ac infirmitate corporis gravati recipiat. III non. Mai. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. VII. 496 (ed. Mansi I. 226); *cf.* Höfler l. c. 193. n° 524. — »Ex parte dilecti.«
„ 5	„	* (13344) Monasterii in Walkenreden protectionem suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. III non. Mai. a° 6°. ‖ Leuckfeld Antiquitt. Walckenred. 347. nota n. — »Iusta petentibus.«
„ 5	„	* (13345) Electo Regino mandat, ut magistrum Benevenutum de Perusio, curiae apostolicae physicum, de praebenda provideat. III non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 200. n° 598.
„ 5	„	* (13346) Henrico dicto Octaviano de Brixia notario potestatis Bononiensis concedit, quamvis sententias sanguinum pronuntiaverit, facultatem transferendi se ad ordines Minorum vel Praedicatorum. III non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 191. n° 496.
„ 6	„	* (13347) Sophiae lantgraviae Thuringiae, neptis Henrici Romanorum regis et relictae ducis Brabantiae pro auxilio ecclesiae praestito protectionem suscipit. II non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 191. n° 501. — »Intenta ferventer.«
„ 6	„	* (13348) Guillelmum de Lutira clericum Warmaciensis diocesis supplicatione (Guillelmi) Romanorum regis in S. Germani Spirensis canonicum receptum confirmat. II non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 191. n° 502.
„ 6	„	* (13349) Scolastico ecclesiae s. Servatii in Traiecto Leodiens. dioc. mandat, ut monasterium s. Trudonis a molestiis aliquorum liberare studeat. II non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 194. n° 549. *Cf.* n° 13315.
„ 7	„	(13350) Ecclesiam dominici sepulcri Hierosolymitani ord. canon. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, specialiter domos de Wembertingen et de Bierbeek Leodiens. dioc., iura ac privilegia confirmat. Non. Mai. indict. III (!). incarn. dom. a° 1243 (!). pont. a° 6°. (*Signa chronol. sunt corrupta.*) ‖ Public. de la soc. hist. de Limbourg VI. (1869.) 369; *cf.* 292, *ubi perperam* ad a. 1243. *Non integra et omisso initio.*
„ 7	„	* (13351) Nobili viro Gentili de Rocca Accarini Spoletan. dioc. proventus fructuum castri Otriculi tribuit. Non. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 204. n° 663.
„ 7	„	* (13352) Confirme la charte du 15. juill. 1241, par laquelle le chapitre de Saint-Servais à Utrecht avait donné aux Antonins de Vienne en Dauphiné la chapelle de St. Antoine située in suburbio Traiectensi. ‖ Compte rendu de la comm. roy. d'hist. Série 3. Tom. IX. (1867.) 45. — Texte publ. par Willemsen *in* Publications de la soc. arch. dans le duché de Limbourg II. 171; un texte passablement fautif a été publié par Alex. Schaepkens *in* Messager des sciences hist. de Belgique 1850. 364.
„ 8	„	* (13353) Gerardo canonico Coloniensi, nato comitis Silvestri, aliquando ab episcopo deposito sed tunc restituto concedit petente (Guillelmo) Romanorum rege, ut ad praelaturas *etc.* obtinendas in posterum ei nihil obsit. VIII id. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 191. n° 505.
„ 10	„	(13354) Consulibus et populo Terracinensibus indulget, ut pro Campaniae et Maritimae rectoribus vel eorum successoribus absque sedis apostolicae speciali mandato nihil

1249.

		solvere teneantur. VI id. Mai. a° 6°. ‖ Contator Hist. Terracin. 189. — »Meretur devotionis vestrae.«
Mai. 10	Lugduni	(13355) Abbati Fossae Novae et archipresbytero Pipernensi Terracin. dioc. de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant, ut consules et populum Terracinenses contra concessionis apostolicae tenorem super his ab aliquibus indebite molestentur. VI id. Mai. a° 6°. ‖ Contator l. c. 190. — »Meretur sincera devotio.«
„ 10	„	(13356) Episcopo Veronensi mandat, ut, cum abbas et conventus S. Firmi Veronenses velint monasterium suum cum loco in quo fratres Minores Veronenses habitant commutare, loca ipsa inter eos commutet. VI id. Mai. a° 6°. ‖ Biancolini Chiese di Verona V. II. 5. — »Cum sicut ex.«
„ 10	„	(13357) Ecclesiam de Ror (Rov *Bull. R.*) ord. s. Aug. Ratispon. dioc. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. VI id. Mai. indict. VII. incarn. dom. a° 1249. pont. a° 6°. ‖ Mon. Boica XVI. 129; Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 256; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 540. — »Religiosam vitam eligentibus.«
„ 10	„	(13358) (Willelmo) abbati et conventui monasterii s. Trudonis ord. s. Ben. Leodiens. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in b. Virginis necnon et s. Trudonis festivitatibus *etc.* venerabiliter visitarint, indulgentiam 40 dierum concedere. VI id. Mai. a° 6°. ‖ Piot Cartul. de St.-Trond I. 240. n° 203. — »Licet is de.«
„ 11	„	* (13359) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi apostolicae sedis legato scribit de dispensatione consanguineae comitis de Hoya. V id. Mai. a° 6°. ‖ Höfler Albert v. Beham 192. n° 511.
„ 14	„	(13360) Fratribus Minoribus per regnum Alamanniae constitutis mandat, ut ferventer et assidue contra Fredericum quondam imperatorem eiusque fautores praedicent verbum crucis in subsidium ecclesiae ac Willelmi Romanorum regis per universa loca regni Alamanniae. II id. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 192. n° 519. — »Cupientes ut negotium.«
„ 14	„	(13361) Willelmo de Cybea ord. Praed. Leodiens. dioc. mandat, ut redemptiones votorum crucesignatorum in subsidium Terrae sanctae, cum eas collegerit, (Willelmo) regi Romanorum integre assignet. II id. Mai. a° 6°. ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 521; *cf.* Höfler l. c. 192. n° 520. — »Discretionem tuam praesentium.«
„ 15	„	* (13362) P(etrum) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legatum contra perceptores proventuum suorum in Sicilia protegit. Id. Mai. a° 6°. ‖ Höfler l. c. 200. n° 603.
» 25 » (13843) Abbati de Buch Cisterc. ord. Misnensis dioc. notum facit, se (Albertum) archiepiscopum Prusciae Livoniae et Estoniae apostolicae sedis legatum duxisse ammonendum, ut nihil omnino contra praeceptorem et fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum, qui pro causa Dei intrepidi in Prusciae partibus exponant personas suas et bona, attemptet, sed potius permittat, eosdem tam in peregrinorum habendo subsidium quam in percipiendo redemptiones votorum ac etiam in omnibus aliis praedictum negotium libere prosequi iuxta morem; et praeterea in ipsos vel eorum familiam aut peregrinos eosdem suspensionis excommunicationis aut interdicti sententiam de cetero non promulget. Mandat ei, ut sententias ipsas, postquam ei illas prolatas esse constiterit, denunciet penitus esse nullas. VIII kal. Nov. a° 7°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 77. n° 82; Bunge Livl. UB. I. 267. n° 209. — »Cordi nobis est.«

» 25 » (13844) Eidem significat, negotium fidei in Prusciae partibus graviter derogari, »quod (Albertus) archiepiscopus Prusciae Livoniae et Estoniae apostolicae sedis legatus ac Theodorus praeceptor et fratres hospitalis s. Mariae Theuton. partium earundem sint ad invicem in gravi et damnosa discordia constituti,« seque dicto archiepiscopo dedisse suis litteris in mandatis, ut usque ad festum paschae proxime venturum se personaliter apostolico conspectui repraesentet de his, pro quibus ipsa discordia orta sit, responsurum. Mandat ei, citet dictum archiepiscopum peremptorie, ut usque ad praefatum terminum sedem apostolicam personaliter adeat. VIII kal. Nov. a° 7°. ‖ Bunge l. c. I. 266. n° 208; *absque nota chronol.* David Preuss. Chronik III. 27; *mendis maculata in* Act. Boruss. II. 623; *non integra* ap. Baczko Gesch. Preussens I. 379. — »Negotio fidei quod.«

» 26 » (13845) Officiali Parisiensi mandat, curet ne clerici et laici monachos, conversos, animalia vel bona coenobii Vallium Sarnaii praetextu cuiusdam pravae consuetudinis propria temeritate vadiare, invadiare ac detinere praesumant. VII kal. Nov. a° 7°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. 466. n° 505, *perperam ad* a. 1250. — »Ex parte dilectorum.«

» 26 » (13846) Abbati et conventui monasterii Vallium Sarnaii significat, se inhibere, ne clerici et laici ipsos, conversos, animalia vel bona praefati coenobii vadiare, invadiare ac detinere praesumant. VII kal. Nov. a° 7°. ‖ Merlet l. c. 467. n° 506. — »Ex parte vestra.«

» 27 » (13847) Abbati et conventui monasterii Vallis Sarnay significat, se inhibere, ne quisquam praelatus hospitalitatem deinceps ab eis ex debito exigere vel extorquere praesumat. VI kal. Nov. a° 7°. ‖ Merlet l. c. 467. n° 507, *male ad* a. 1250. — »Intimantibus vobis accepimus.«

» 27 » (13848) Abbati S. Dionysii Parisiensis mandat, ne permittat, ut abbas et conventus monasterii Vallium Sarnay ab aliquibus propter hospitalitatem indebite aggraventur et molestentur; molestatores per censuram ecclesiasticam compescat. VI kal. Nov. a° 7°. ‖ Merlet l. c. 468. n° 508, *perperam ad* a. 1250. — »Intimantibus dilectis filiis.«

» 27 » (13849) (Waltero) archiepiscopo Eboracensi et (Petro) episcopo Herefordensi mandat, ut absolvant H(enricum) regem Angliae a iuramento matrimoniali, quod praestiterit olim Iohannae filiae comitis Pontivi, tunc reginae Castelliae existenti, et agnoscant legitimum

1249.

matrimonium eiusdem regis cum Alienora comitis quondam Provinciae filia. VI kal. Nov. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. I. 158. — »Ex parte carissimi.«

Oct. 28 Lugduni (13850) Decano et scolastico Novi Monasterii Herbipolensis ecclesiae causam inter magistrum fratresque hospitalis s. Aegidii Babenbergensis ex parte una et Conradum dictum Artz (Craz *Lang*), Hermannum et Eberhardum de Stolzenrod ex altera super decimis, silvis, redditibus *etc.* vertentem decidendam committit. V kal. Nov. a° 7°. ‖ Nic. Haas Gesch. der Pfarrei St. Martin zu Bamberg (1845. 8°) 640. n° 16; *cf.* Lang Regesta II. 417. — »Dilecti filii magister.«

„ 28 „ (13851) (Heidenrico) episcopo Culmensi mandat, ne permittat, ut fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Pruscia super possessionibus et aliis rebus contra indulta privilegia sedis apostolicae ab aliquo indebite molestentur, »praesentibus post quinquennium minime valituris.« V kal. Nov. a° 7°. ‖ Hasselbach Cod. dipl. Pomeran. I. 882. n° 428; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 79. n° 83. — »Pie vite studio.«

„ 30 „ (13852) Abbati S. Iacobi Biterrensis mandat, ut — cum Petro Duranti ord. Praed. eiusque collegis tunc inquisitoribus pravitatis haereticae in Narbonensi provincia a sede apostolica expresse iniunctum fuerit, ut tam in absolvendo quam condemnando reos procederent de archiepiscopi Narbonensis conniventia et assensu, illi autem Petrum de Cugunhano militem vitio praedicto respersum irrequisito archiepiscopo absolverint — praedictorum inquisitorum processum legitime revocet. III kal. Nov. a° 7°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 100. — »Sua nobis venerabilis.«

Nov. 3 „ (13853) Consilium et commune civitatis Lubecensis in devotione apostolicae sedis et Wilhelmi Romanorum regis fideliter persistentes cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. III non. Nov. a° 7°. ‖ J. C. H. Dreyers Zur Erläut. der teutschen Rechte . . . angewandte Nebenstunden (1768. 4°) 331; Cod. dipl. Lubec. I. 136. n° 144. — »Sincera devocio quam.«

„ 3 „ (13854) Magistro ordinis Humiliatorum mandat, faciat ut statutum apostolicae sedis, ut unus modus cantandi et legendi in divinis officiis in dicto ordine debeat observari, in omnibus eiusdem domibus observetur. III non. Nov. a° 7°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 228. — »Per sedem apostolicam.«

„ 4 „ (13855) (Supramontem de Lupis) potestatem Mediolanensem monet et rogat, ut a fratrum domus de Braida Mediolanensis ord. Humiliat., a quibus post factam ibidem professionem de bonis, quae dictae domui obtulerant, collectas exigebat et extorquebat, molestatione super hoc desistat. II non. Nov. a° 7°. ‖ Tiraboschius l. c. 229. — »In tuum honorem.«

„ 4 „ (13856) (Christiano) archiepiscopo Moguntinensi mandat, ut petentibus magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Teutonicorum Ierosolym. ad ecclesiam s. Francisci de Marpurch personaliter accedat et reliquias b. Elisabeth ibidem requiescentis, cum propter loci angustias et multitudinem nimiam confluentium ad ipsius sepulchrum absque periculo accessus haberi nequeat, ad locum opportunum et idoneum transferri faciat. II non. Nov. a° 7°. ‖ Kollar Analect. I. 893; Retter Hessische Nachrichten II. 56. n° 11; Hennes UB. des deutschen Ordens II. 83; Fr. Ayrmann Nachricht von der Ankunft u. Aufnahme des deutschen Ordens in Marburg N° XI; Lambecius Comment. de biblioth. caesar. Vindob. II. 883; Heusinger Gesch. des Hospitals S. Elisabeth in Marburg 69; Pray Vita s. Elis. 21; Katona Hist. crit. VI. 131; Fejér Cod. dipl. IV. II. 58; *germanice* ap. J. M. Koch Histor. Erzehlung von d. Bergschlosse . . . Wartburg (Leipzig 1710. 8°). 83 — »Dilectorum filiorum magistri.«

„ 4 „ (13857) Consilio et communi Lubicensibus indulget, ut, quamdiu parati fuerint conquerentibus de eis complementum exhibere iustitiae coram iudice competenti, extra Lubicensem diocesin conveniri per litteras apostolicas minime possint. II non. Nov. a° 7°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 137. n° 145. — »Circa vos nobis.«

„ 4 „ (13858) Abbati et priori monasterii in Reynevelde Cisterc. ord. Lubicens. dioc. mandat, ne, cum consilio et communi Lubicensibus propter eorum devotionem erga ecclesiam Romanam ad triennium indultum sit ut per litteras apostolicas, quamdiu parati fuerint conquerentibus de se complementum exhibere iustitiae, conveniri non possint, permittant ut illi contra concessionis papalis tenorem indebite molestentur. II non. Nov. a° 7°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 138. n° 146; Michelsen US. f. Schleswig-Holstein I. 49. n° 43; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 394. n° 502. — »Circa dilectos filios.«

„ 4 „ (13859) Potestatem et consilium Perusinos rogat et monet, ut Munaldum civem Perusinum, qui tumultuosis fluctibus saeculi derelictis vitam Fratrum Continentium ducere cupiat, super publicis functionibus atque muneribus subeundis de cetero nullatenus molestent. II non. Nov. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 532. n° 307. — »Cum sicut dilecto.«

„ 4 „ (13860) (Ludolfo) episcopo et (Wiggero) praeposito ecclesiae Raceburgensis mandat, cogant Vizslaum et Germarum natum eius dominos insulae Rugianorum per censuram ecclesiasticam, ut illos de civitate Lubicensi crucis caractere insignitos et ad fidelium

1249.

in Livoniae Prusciaeque partibus habitantium subsidium profectos, quos per violentiam cepissent detinerentque, liberos abire permittant et eis extortam pecuniam restituant. II non. Nov. a° 7°. ‖ Fabricius Urk. des Fürstenth. Rügen III. 1; Michelsen US. f. Schlesw.-Holst. I. 60. n° 55 (*male ad* a. 1250); Hasselbach Cod. Pomer. I. 885. n° 430; Cod. dipl. Lubec. I. 139. n° 148; Bunge Livl. UB. I. 268. n° 210. — »Fidei negotium quod.«

Nov. 4 Lugduni (13861) Eisdem mandat, compellant per censuram ecclesiasticam, qui bona naufragorum Lubecensium crudeliter occupare et suis nequiter applicare usibus non formidant, ut ab hac iniqua patriae consuetudine desistant. II non. Nov. a° 7°. ‖ J. C. H. Dreyer Specimen iuris publ. Lubecens. (1762. 4°) XXVIII, *male ad* a. 1250; Cod. dipl. Lubec. I. 138. n° 147. — »Accidere sepe percepimus.«

„ 5 „ (13862) Abbati de Iburch Osnaburg. dioc. significat, se statutum decani et capituli Osnaburgensis, quo ordinaverunt ut in ecclesiis parochialibus spectantibus ad praebendas ipsorum constitutis infra civitatem Osnaburgensem non per conductitios, sed per capellanos ecclesiae Osnaburgensis vel de gremio ipsius de cetero serviatur, confirmasse. Mandat ei, curet ne illi contra huius confirmationis tenorem indebite molestentur. Non. Nov. a° 7°. ‖ Möser Osnabr. Gesch. III. 383. n° 237. — »Cum sicut ex.«

„ 5 „ (13863) Praeposito, decano et capitulo Osnaburgensis ecclesiae statutum ab eis editum et in antecedenti epistola memoratum confirmat. Non. Nov. a° 7°. ‖ Möser l. c. III. 383 in n° 237. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 5 „ (13864) (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi et (Rudolfo) electo Zuerinensi mandat, commoveant (Ericum) regem Datiae, ut pacem cum Lubecensibus ineat. Non. Nov. a° 7°. ‖ Michelsen US. f. Schleswig-Holst. I. 61. n° 56, *perperam ad* a. 1250; Cod. dipl. Lubec. I. 140. n° 200; Bunge Livl. UB. I. 270. n° 212. — »Semper carissimi in.«

„ 5 „ (13865) (Ericum) regem Daciae rogat et monet, ut a consilii et communis Lubicensis molestatione omnimoda conquiescat, cum praetextu discordiae, quae inter ipsum et illos vertatur, libertas ecclesiastica laedatur ac fidei negotium in Livoniae ac Prusciae partibus multipliciter impediatur. Non. Nov. a° 7°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 140. n° 149; Bunge l. c. 269. n° 211. — »Tua semper debet.«

„ 22 „ (13866) Adolfo de Scowenburch ord. Minor. Bremens. dioc. mandat, ut illis Lubicensibus, qui contra edictum de non laedendis ecclesiis ab ipsis sub poena corporali factum quamplures villas et castra suorum hostium combusserant, congrua damnorum satisfactione praemissa, quae praefatis ecclesiis taliter irrogaverint, absolutionis beneficium largiatur. X kal. Dec. a° 7°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 141. n° 151. — »Insinuarunt nobis dilecti.«

„ 25 „ (13867) Abbatissae et conventui in Hohenburg ord. s. Aug. Argentin. dioc. ius patronatus ecclesiae de villa Ehenheim, quod eis Wilhelmus Romanorum rex contulit, et alia bona confirmat. VII kal. Dec. indict. VII (!). incarn. dom. a° 1249. pont. a° 7°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 258. — »Oblata nobis ex.«

„ 29 „ (13868) Universos fratres ordinis fratrum Praedicatorum in Alemannia constitutos, qui praelatorum aut principum obsequiis immorantur vel eisdem sunt modo aliquo deputati, rogat et obsecrat, ut ordinis sui magistro et priori provinciali ac eorum vicariis devote obediant. III kal. Dec. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 185. n° 206; Martene Thes. anecd. I. 1029. — »In conspectu Dei.«

„ — „ • (13869) Ottenburanos ab omni irregularitate absolvit. Mense Novb. ‖ Lang Regesta II. 418.

Dec. 4 „ (13870) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius, abbatibus, prioribus *etc.* per Coloniensem provinciam constitutis mandat, ut abbatem et fratres monasterii de Lucka [Loccum] Cisterc. ord. Mindens. dioc. contra malefactores defendant. II non. Dec. a° 7°. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. III. 93. — »Non absque dolore.«

„ 4 „ (13871) Abbati Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterciensis ordinis significat, se inhibere, ne quis iudex absque mandato sedis apostolicae aut legati ab latere eis iniungat, ut excommunicent aut excommunicatos denuncient proprios sui monasterii fundatores *etc.* II non. Dec. (a° 7°). ‖ v. Hodenberg l. c. 94. — »Quanto studiosius divine.«

„ 4 („) • (13872) Le pape confirme les lettres y insérées des comtes de Flandre, Thomas et Jeanne, du samedi après l'octave de la Pentecôte 1241, qui reconnaissent que le prévôt de Bruges, leur chancelier, doit avoir à raison de son office la garde de leurs sceaux, le pouvoir de sceller et les émoluments qui y sont attachés. II non. Dec. a° 7°. ‖ Delepierre Précis des documents I. XLIII.

„ 5 „ (13873) Abbati et conventui monasterii in Lucka [Loccum] Cisterc. ord. Mindens. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad eorum ecclesiam in honorem b. Mariae V. dedicatam in die dedicationis eiusdem accesserint, indulgentiam 40 dierum concedere. Non. Dec. a° 7°. ‖ v. Hodenberg l. c. 95. — »Si olim in.«

„ 6 „ (13874) Prioribus, subprioribus, ministris, custodibus et guardianis fratrum Praedicatorum et Minorum ordinum mandat, iniungant fratribus suis, ut saepe in anno in suis prae-

1249.

dicationibus populum publice inducant ad reddendas et solvendas ecclesiis decimas. VIII id. Dec. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 185. n° 207; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 533. n° 308. — »Summus orbis opifex.«

Dec. 7 Lugduni (13875) (Henrico) regi Anglorum notum facit, quingentas marchas sterlingorum de mille marchis, quas anno proximo praeterito ecclesiae Romanae pro censu solvere teneatur, camerae apostolicae esse persolutas. VII id. Dec. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. I. 158. — »Serenitati regiae praesentibus.«

„ 7 „ (13876) O(ctaviano) S. Mariae in via lata diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut super incorporatione sive unione domus s. Mariae Magdalenae de Valle Petrae ord. s. Ben. Bononiens. dioc. et fratrum Eremitarum de Brictinis ord. s. Aug. Fanens. dioc. procedat. VII id. Dec. a° 7°. ‖ Empoli Bullar. 172. — »Dilecti filii prior.«

„ 7 „ (13877) Archiepiscopis, episcopis et archidiaconis mandat, ut in fratres hospitalis Ierosolymit. eorumque ecclesias, cum nullum habeant episcopum praeter Romanum pontificem, excommunicationis, interdicti vel suspensionis sententias promulgare nullatenus praesumant. VII id. Dec. a° 7°. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1463. n° 10. — »Cum dilecti filii.«

„ 9 „ (13878) Episcopo Nannetensi significat, se I(ohanni) comiti Britanniae, qui olim ad regalia ecclesiae Nannetensis eadem ecclesia non vacante manum extendens illa diu detinuerit occupata, inhibuisse ne de cetero simile praesumeret attemptare, et nunc hanc inhibitionem ad ipsius successores comites extendisse. V id. Dec. a° 7°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 933. — »Quia olim nobilis.«

„ 10 „ (13879) (Frigerium) episcopum Perusinensem hortatur, ut monasterium s. Mariae de Monte Lucido Perusin. ord. s. Dam. ter vel quater in anno personaliter visitet *etc.* IV id. Dec. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 534. n° 309. — »Cum opus pietatis.«

„ 10 „ (13880) Universis Christifidelibus, qui subsidia caritatis monialibus S. Mariae de Monte Lucido contulerint, indulgentiam 40 dierum concedit. IV id. Dec. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. 534. n° 310. — »Quoniam ut ait.«

„ 10 „ (13881) (Frigerio) episcopo Perusino mandat, ut procuratorem monasterii s. Mariae de Monte Lucido in corporalem possessionem bonorum Maffei Aegidii Villani civis Perusini defuncti, quae ad eius filiam Isabellam monialem dicti coenobii hereditate pervenerunt, inducat. IV id. Dec. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. 535. n° 311. — »Ad audientiam nostram.«

„ 15 „ (13882) Thomasio de Folliano nepoti et marescalco suo, cui cuiusque heredibus Willelmus rex Romanorum omnes res mobiles et immobiles omniaque iura, iustitias, redditus et proventus in civitate ac diocesi Cerviensi et Bertenorensi earumque territoriis et districtibus in sale, aquis, piscationibus, pascuis *etc.* cum omnibus curiis, pertinentiis, iurisdictionibus *etc.* ad ipsum imperii ratione spectantia in feudum (d. d. apud Confluentiam a° 1249. VI non. Oct. indict. VII.) concessit, hanc concessionem confirmat. XVIII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 209. n° 139. — »Licet ea que.«

„ 17 „ (13883) Capitulo Ratisponensi indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus *etc.* in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgare aut interdicere eis ingressum ecclesiae possit, nisi litterae ipsae plenam de hac indulgentia fecerint mentionem, praesentibus post triennium minime valituris. XVI kal. Ianr. a° 7°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 421. n° 438. — »Apostolicae sedis benignitas.«

„ 17 „ * (13884) Ebersbergensi monasterio indulget, divina celebrare non obstante interdicto terrae ducis Bavariae imposito. XVI kal. Ianr. a° 7°. ‖ Lang Regesta II. 418.

„ 18 „ (13885) Abbati et conventui monasterii s. Crucis de Waltham ord. s. Aug. Londoniens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut beneficiis ecclesiasticis per litteras apostolicas compelli minime valeant, quae de hac indulgentia non fecerint mentionem. XV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. I. 158. — »Procedit ex devotionis.«

„ 18 „ (13886) Decano et capitulo Ratisponensibus confirmat statutum b. mem. Syfridi episcopi Ratisponensis, ut administratio communium proventuum, quam ipsius ecclesiae praepositus exercebat, uni ex eiusdem ecclesiae canonicis qui de receptis et expensis annuatim computet, committatur. XV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 423. n° 443. — »Exigentibus vestre devotionis.«

„ 18 „ (13887) (Conrado) episcopo et decano Frisingensibus mandat, permittant minime, ut ab aliquibus indebite molestentur decanus et capitulum Ratisponenses propter statutum suum, ut domus canonicorum personis inhonestis non locentur. XV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Ried l. c. 424. n° 444. — »Cum sicut ex.«

„ 18 „ (13888) (Alberto) episcopo Ratisbonensi mandat, ut omnes illos, qui de civitate Ratisponensi occasione generalis discordiae supposita ecclesiastico interdicto redire voluerint ad ecclesiasticam unitatem, absolvat. XV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Ried l. c. 421. n° 439. — »Cum civitas Ratisponensis.«

1249.

Dec. 18 Lugduni (13889) (Conrado) episcopo et decano Frisingensibus mandat, permittant minime, ut ab aliquibus molestetur capitulum Ratisponense propter consuetudinem, quod nullus canonicorum Ratisponensis ecclesiae proventus praebendae suae, quae in distributionibus quotidianis consistit, percipere possit, nisi residentiam fecerit. XV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Ried l. c. 422. n° 440. — »Cum sicut ex.«

„ 18 „ (13890) Praeposito, decano et capitulo Ratisponensibus statutum de non recipiendis canonicis suspectis vel laesae famae aut levis opinionis in ecclesia cathedrali Ratisponensi confirmat. XV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Ried l. c. 422. n° 441. — »Hiis que pro.«

„ 18 „ (13891) (Alberto) episcopo Ratisponensi mandat, concedat supplicantibus praeposito, decano et capitulo Ratisponensis ecclesiae, ut duo vicarii in maiori ecclesiae eiusdem altari missarum solempnia celebrare possint. XV kal. Ianr. a° 7°. Ried l. c. 423. n° 442. — »Ex parte dilectorum.«

„ 19 „ (13892) Universis Christifidelibus commendat fabricas ecclesiarum et conventuum fratrum ordinis Minorum Alemanniae et Saxoniae et promittit eorum indigentias sublevantibus indulgentias. XIV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 535. n° 312. — »Quoniam ut ait.«

„ 20 „ * (13893) Abbati de Capella mandat, ut priorissam et sorores monasterii Tennikon ordini Cisterciensi uniat atque earum visitationem suscipiat. XIII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Meyer von Knonau Regest. von Cappel 5. n° 54.

„ 21 „ (13894) Archidiacono Antiocheno committit, ut studeat, ne bona ecclesiarum s. Marci Tyrensis et s. Marci Acconensis ab aliquo molestentur. XII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. II. 223. — »Clara devotio qua.«

„ 21 „ (13895) Eidem committit, ut bona ecclesiae s. Marci Venetiarum in regno Hierosolymitano posita a molestatoribus tueatur. XII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Cornelius l. c. X. II. 224; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 447. — »Clara devotio qua.«

„ 21 „ (13896) Abbatissae et conventui monasterii s. Margaretae in Waltkilche ord. s. Ben. Constantiens. dioc. indulget, ut ad nullius provisionem de ecclesiis s. Petri, s. Martini et s. Walpurgis ad ipsarum monasterium pertinentibus deinceps compelli possint. XII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Zapf Mon. anecd. I. 129. — »Ut vestrae provideamus.«

„ 23 „ (13897) Praeposito, decano et capitulo Ratisponensibus confirmat ecclesiam in Lentichoven, quam eis (Albertus) episcopus Ratisponensis, ad cuius patronatum et collationem illa spectabat, concessit. X kal. Ianr. a° 7°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 425. n° 445. — »Iustis petentium desideriis.«

— „ (13898) (Wilbrando) archiepiscopo Magdeburgensi mandat, ut, cum fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Alamania a sede apostolica sit indultum ut redemptiones votorum crucesignatorum Alamaniae in subsidium Prusciae et Livoniae recipiant pro ipsarum defensione terrarum, illos clericos et laicos, qui magistro Theoderico et dictis fratribus redemptiones huiusmodi fraudulenter subtrahunt et in proprios usus convertere non verentur, ad satisfactionem per censuram ecclesiasticam compellant. *Absque signo chronol.* ‖ *Deficiente exitu* ap. Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 77. n° 81; Bunge Livl. UB. III. 39. n° 212a; *cf. ibid.* Regest. p. 16. n° 240a. — »Significarunt nobis dilecti.«

— „ * (13899) Antonium de Carmisio monasterii Desertinensis ord. s. Ben. administratorem constituit, »qua re Desertinam unguibus advocatorum erepturus illam lupi dentibus tradidit.« ‖ Eichhorn Episc. Curiens. 232; *cf.* Mohr Cod. dipl. I. 339. n° 223; Mohr Regest. von Disentis 10. n° 54.

1250.

Ianr. 3 „ (13900) Abbati S. Trudonis Leodiens. dioc. mandat, ut, cum W(illelmo) regi Romanorum nonnullas gratias super diversis articulis duxerit concedendas, eundem regem vel etiam alios, ad quos eaedem gratiae se extendunt, nullatenus permittat ab aliquibus super eisdem aliquatenus molestari. III non. Ianr. a° 7°. ‖ Quix Cod. dipl. Aquens. I. II. 119. n° 173. — »Cum carissimo in.«

„ 13 „ * (13901) Innocent IV confirme une sentence rendue par son délégué en faveur de l'abbaye de Quincy contre celle de Saint-Michel de Tonnerre au sujet des dîmes d'Epineuil. ‖ Quantin Recueil 240.

„ 23 „ (13902) (Philippo) thesaurario maioris ecclesiae Coloniensis significat, se sententiam a (Conrado) Coloniensi archiepiscopo (a° 1245) pro eodem contra Henricum de Bretbach militem in causa decimarum in controversiam vocatarum latam confirmare. X kal. Febr. a° 7°. ‖ Günther Cod. dipl. Rheno-Mosell. II. 238. — »Ea que iudicio.«

„ 25 „ (13903) Generali et provincialibus ministris et custodibus ordinis Minorum indulget ut volentibus eorum aggregari collegio, qui suspensionis aut interdicti . . . sententiis sint ligati, absolutionis beneficium . . . impertiri *etc.* possint. VIII kal. Febr. (a° 7°). ‖ Wad-

1250.

ding Ann. Minor. III. 224; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 536. nº 313. — »Coelestis amor patriae.«

Ianr. 28 | Lugduni | (13904) (Gerhardo) archiepiscopo Bremensi, suffraganeis eius et aliis ecclesiarum praelatis per provinciam Bremensem constitutis mandat, ut monasterium Novum Campum Cisterc. ord. Zuerinens. dioc. ab omni molestatione defendant. v kal. Febr. aº 7º. ‖ Dreger Cod. Pomer. I. 317. nº 207; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 887. nº 431; *cf.* Fabricius Urk. des Fürstenth. Rügen II. 15. Inh. d. Urk. nº 74; Klempin Pommersches UB. I. 396. nº 505. — »Non absque dolore.«

» 28 | » | (13905) Prohibet, ne quis in bona ac possessiones monasterii Yldensis manus iniiciat. v kal. Febr. aº 7º. ‖ Dreger l. c. 318. nº 209; Hasselbach l. c. 889. nº 433; *cf.* Klempin l. c. nº 507; Fabricius l. c. nº 75. — »Ex parte vestra.«

» 28 | » | (13906) Monasterium Ylda ab omni vectigali vino, lanae, lapidibus etc. imposito liberat, si has res in proprium usum convertat. v kal. Febr. aº 7º. ‖ Dreger l. c. 318. nº 208; Hasselbach l. c. 888. nº 432; *cf.* Fabricius l. c. nº 76; Klempin l. c. nº 506. — »Solet annuere sedes.«

» 28 | » | (13907) Prohibet, ne quis propter hospitalitatem a monasterio Ylda praelatis eorumque asseclis praebitam iure aliquid postulet. v kal. Febr. aº 7º. ‖ Dreger l. c. 319. nº 210; Hasselbach l. c. 890. nº 434; *cf.* Klempin l. c. nº 508. — »Insinuantibus vobis accepimus.«

» 28 | » | (13908) Abbati et conventui monasterii de Ylda Cisterc. ord. Camin. dioc. indulget, ut conveniri praetextu litterarum apostolicarum de cetero minime possint aut ad iudicium evocari ab ecclesiarum praelatis. (v kal. Febr.) aº 7º. ‖ Dreger l. c. 316. nº 206; Hasselbach l. c. 890. nº 435; *cf.* Klempin l. c. nº 509. — »Meritis sacre vestre.«

» 28 | » | (13909) Abbati Cystercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis scribit, se inhibere, ne episcopis vel ecclesiarum patronis liceat, personas ordinis dicti ad synodos vel conventus forenses evocare, nisi pro fide duntaxat. v kal. Febr. aº 7º. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 341. nº 373; *cf.* Celse Appar. 73. nº 29. — »Cum a nobis.«

» 28 | » | (13910) Eisdem scribit, se interdicere, ne ecclesiarum praelati sententiam excommunicationis vel interdicti promulgent in aliquos ex ordine Cisterciensi, vel qui eidem serviunt. v kal. Febr. aº 7º. ‖ Liljegren l. c. nº 372; *cf.* Celse l. c. nº 30. — »Cum a nobis.«

» 28 | » | (13911) Eisdem significat, se statuere, ut ordo eorum nonnisi ab abbatibus ac monachis idoneis quos abbates ad hoc providerint deputandos visitari possit aut corrigi. v kal. Febr. aº 7º. ‖ Liljegren l. c. 343. nº 375. — »Thesauro virtutum sic.«

» 28 | » | (13912) Archiepiscopos et episcopos, abbates et alios ecclesiarum praelatos hortatur, ut privilegia, indulgentias et libertates Cisterciensi ordini ab apostolica sede concessa et eius consuetudines observantes ab ipsius molestia penitus quiescant. v kal. Febr. aº 7º. ‖ Liljegren l. c. 342. nº 374. — »Dilecti filii abbas.«

» 30 | » | (13913) Universis Christifidelibus commendat abbatissam et conventum monialium inclusarum monasterii s. Apollinaris Mediolanensis ord. s. Dam. Erogantibus elemosynas eisdem indulgentiam 40 dierum concedit. III kal. Febr. aº 7º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 536. nº 314. — »Quoniam ut ait.«

» 31 | » | (13914) Universitati cleri civitatis et diocesis Ratisponensis indulget, ut durante generali interdicto divina officia celebrare possint, dummodo causam non dederint interdicto. II kal. Febr. aº 7º. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 425. nº 446. — »Solet annuere sedes.«

» 31 | » | (13915) (Conrado) episcopo et decano Frisingensibus mandat, ut praeposito, decano et capitulo Ratisponensibus ex parte sedis apostolicae inhibeant expresse, ne aliquos Romanae sedi vel ecclesiae Ratisponensi suspectos aut laesae famae vel levis opinionis in canonicos admittere praesumant. II kal. Febr. aº 7º. ‖ Ried l. c. 426. nº 447. — »Futuris volentes periculis.«

» 31 | » | (13916) Praeposito, decano et capitulo Ratisponensibus, quorum episcopus (Albertus) statuerat, ut a singulis ecclesiis Ratisponensis civitatis et diocesis ultra summam duorum solidorum usualis monetae nomine cathedratici de cetero nihil exigatur, hoc statutum confirmat. II kal. Febr. aº 7º. ‖ Ried l. c. 426. nº 448. — »Hiis que ab.«

» 31 | » | (13917) Abbati fratribusque monasterii Yldensis concedit, ut parochianis, qui a presbyteris haud facile visitari possint, sacramenta ecclesiastica tribuant. II kal. Febr. aº 7º. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 891. nº 436; *cf.* Fabricius Urk. II. 15. nº 78; Klempin Pomm. UB. I. 398. nº 510. — »Animarum salutem desiderio.«

Febr. 13 | — | • (13918) Archiepiscopo Mediolanensi committit sumendi informationes super differentiis inter commune Vercellense et Aycardum de Burolio canonicum Hyporegiae super possessione eiusdem castri: ex eo quod cum per litteras episcopi Vercellensis accepisset, habuisse Vercellenses dictum castrum ab eodem Aycardo sub pacto ipsum restituendi: quod non fecerant, ideoque per episcopum Papiensem delegatum excommunicatione in-

1250.

nodati forent: quae omnia si ei constabunt, et commune Vercellense causas dicere vellet, remittat ipsas curiae iuxta consuetudinem terrae. »Romae. Aº 7º 1239. Febr. 13.« ‖ Caccianottius Summar. 180.

Febr. 15 | Lugduni | • (13919) Decano et capitulo Parisiensibus epistolam mittit, qua, cum sede Parisiensi vacante quidam canonicorum magistrum Albertum sedis apostolicae notarium, quidam autem decanum Parisiensem elegissent, utramque electionem irritam esse decernit animadvertens electorum neutri maiorem suffragiorum partem obvenisse, capituloque iniungit, ut intra duos menses alium episcopum eligat. xv kal. Mart. aº 7º. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 391.

» 20 | » | (13920) (Gregorio) de Montelongo electo Tripolitano apostolicae sedis legato mandat, compellat potestatem officiales et commune Cumanos, qui tempore Friderici quondam imperatoris abbate et monachis S. Abundii expulsis monasterium eorum ornamentis ecclesiasticis, vasis, utensilibus *etc.* spoliaverant *etc.*, ut praenominatis abbati et conventui sic ablata restituant ac de illatis ipsis damnis satisfactionem impendant. x kal. Mart. aº 7º. ‖ Tatti Città di Como II. 946. — »Ex parte dilectorum.«

» 20 | » | (13921) Decano et capitulo Spirensibus nunciat, se omnibus poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in festo s. Stephani papae et mart. (2. Aug.) venerabiliter visitarint, indulgentiam 40 dierum elargiri. x kal. Mart. aº 7º. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 243. nº 259, *perperam ad* a. 1249. — »Etsi ex meritis.«

» 22 | » | (13922) Generali et provincialibus ministris ac aliis fratribus ordinis Minorum inhibet, ut de hortis et virgultis suis usibus deputatis nulli decimas solvant. VIII kal. Mart. aº 7º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 495. nº 73; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 536. nº 315. — »Qui Deum tota.«

» 25 | » | (13923) Eisdem postulantibus decernit, ut sepultura ecclesiarum ordinis dicti libera sit. v kal. Mart. aº 7º. ‖ Wadding l. c. 222; Sbaralea l. c. 537. nº 316; Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 176; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XV. 12. nº 13. — »Cum a nobis.«

» 25 | » | (13924) Capitulum ecclesiae maioris Ratisponensis eiusque bona ac parochias incorporatas sub b. Petri et sua protectione suscipit. v kal. Mart. indict. VIII. incarn. dom. aº 1249. pont. aº 7º. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 417. nº 435. — »Quotiens a nobis.«

Mart. 1 | » | (13925) Abbati S. Benedicti supra Padum ord. s. Ben. Mantuan. dioc. concedit facultatem, cum iam usus mitrae et baculi pastoralis abbati qui pro tempore in dicto monasterio fuerit, a sede apostolica sit concessus, utendi annulo, chyrothecis, tunica, dalmatica, sandaliis et caligis, et conferendi solemnem benedictionem, dummodo ibi praesens episcopus vel legatus praefatae sedis non existat. Kal. Mart. aº 7º. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 39. in nº 38. — »Ut pulchra et.«

» 5 | » | (13926) Generali et provincialibus ministris et aliis fratribus ordinis Minorum indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. III non. Mart. aº 7º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 537. nº 317. — »Precibus vestris benignum.«

» 6 | » | (13927) Eisdem concedit licentiam celebrandi, ubi conventus ordinis fuerit, super altare portatile. II non. Mart. aº 7º. ‖ Sbaralea l. c. nº 318. — »Postulastis a nobis.«

» 6 | » | (13928) Eisdem indulget, ut ad correctionis aut visitationis officium monasteriis vel ecclesiis impendendum, necnon ad executiones causarum et denunciationes excommunicationum procedere vel recipere curam monialium de cetero per litteras apostolicas minime teneantur. II non. Mart. aº 7º. ‖ Sbaralea l. c. 538. nº 319. — »Inspirationis divinae gratia.«

» 9 | » | (13929) Abbati Westmonasteriensi Londini scribit, se districte inhibuisse, ne ullus regni Angliae archiepiscopus, episcopus vel alius praelatus ballivos regios coram se super eis quae ad regiam iurisdictionem pertineant, pro suo compellat libito litigare ac in eos nisi coram ipsis litigent, excommunicationis ferat sententias. Mandat ei ne permittat, ut rex Angliae super his ab aliquibus indebite molestetur. VII id. Mart. aº 7º. ‖ Matth. Paris Hist. maior. 777. — »Celsitudinis charissimi in.«

» 11 | » | (13930) Decano et capitulo Pataviensibus nunciat, se (Petri) Albanensis episcopi sententiam confirmare, qua Rudegerus episcopus Pataviensis ab episcopali dignitate, officio beneficioque deponitur. v id. Mart. aº 7º. ‖ Höfler Albert v. Beham 132. — »Adversus Rudegherum quondam.«

» 11 | » | • (13931) Indulget, ut in ecclesia (s. Mariae) Portuensi (ord. s. Aug. apud Ravennam) vel membris eius canonici Portuenses cogi non possint ad alicuius receptionem vel provisionem alicuius pensionis vel beneficii ecclesiastici per litteras apostolicas non facientes expressam mentionem huius privilegii. v id. Mart. aº 7º. ‖ Pennottus Cleric. canon. hist. 619. — »Damna.«

» 13 | » | (13932) Monasterium s. Benedicti quod supra Padum situm est, sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona quae enumerat, iura ac privilegia

1250.

confirmat. iii id. Mart. indict. VIII. incarn. dom. aº 1248(!). pont. aº 7º. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 268. — »Concessae nobis apostolicae.«

Mart. 17 Lugduni • (13933) Cum papa praefecto conventuique domus Margaritae ord. s. Aug. Ravennat. dioc. ad coenobium s. Mariae in portu Ravennati spectantibus mandasset, ut pensionem, quam Iacobo Bernardo quotannis iussu Gregorii e Montelongo pontificii legati solvebant, Traverso filio et Iacobo nepoti Ugutionis Maltraversi e Canturio litterarum studio operam navantibus solverent, conventusque S. Mariae e Caritate procurator diceret, ei coenobio omnia ea S. Margaritae vectigalia esse iam diu addicta, pontifex litteris suis ad Gregorium scriptis iubet curare, ne qua alia pensione fundarentur, eorum iuvenum ad virtutum conatus. xvi kal. Apr. aº 7º. ‖ Rubeus Histor. Ravenn. 425.

» 18 » (13934) Communi Massiliensi libertates, quas eis et hominibus Montispessulani ac aliis provincialibus communiter Henricus rex Cypri concessit, quibusdam sibi suisque haeredibus conditionibus reservatis, prout in eius privilegio gallico idiomate scripto, dato mense Martio 1236 ac de verbo ad verbum hîc inserto continetur, habet ratas et confirmat. xv kal. Apr. aº 7º. ‖ Méry et Guidon Hist. de Marseille I. 422. — »Habemus vos adeo.«

» 18 » (13935) Praeposito et conventui ecclesiae Undensdorfensis ord. s. Aug. Frisingens. dioc. indulget, ut, cum generale terrae fuerit interdictum, liceat eis ianuis clausis *etc.* divina officia celebrare. xv kal. Apr. aº 7º. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 444; Mon. Boica X. 249; Hundt Urk. des Klosters Indersdorf I. 31. nº 66. — »Cum a Dei.«

» 18 » (13936) Universos Christifideles per Frisingensem, Ratisponensem et Augustensem civitates et dioceses constitutos rogat et monet, ut pro reparatione ecclesiae s. Mariae Undendorfensis ord. s. Aug. Frising. dioc. per incendium consumptae elemosynas erogent. Pollicetur indulgentiam 40 dierum. xv kal. Apr. aº 7º. ‖ Hundt Urk. des Klosters Indersdorf I. 31. nº 67. — »Quoniam ut ait.«

» 18 » • (13937) (Conrado) Frisingensi, (Alberto) Ratisponensi et (Sibotoni) Augustensi episcopis mandat, ut collecturas instituant pro reparatione ecclesiae s. Mariae in Indersdorf per incendium consumptae. xv kal. Apr. aº 7º. ‖ Lang Regesta II. 426.

» 20 » (13938) Potestatem et consilium Parmenses rogat et monet, ut capitulum et reliquum clerum Parmensem exactionibus nullatenus vexent. xiii kal. Apr. aº 7º. ‖ Affò Stor. di Parma III. 386. nº 81. — »Si animadvertitis gratitudine.«

» 31 » • (13939) Innocence IV fit droit aux réclamations de Durand évêque d'Alby en confirmant la sentence rendue en 1229 par Pierre de Colmieu au sujet des différends existants entre l'évêque et les baillis du roi. ‖ Auriac Histoire d'Alby 107.

Apr. 1 » (13940) (Conrado) episcopo Frisingensi mandat, ut magistrum Heinricum Spirensem canonicum poena canonica pro tot et tantis excessibus debita puniat et, si apprehendi potuerit, eum capi faciat et perpetuo carceri mancipari. Kal. Apr. aº 7º. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 34. — »Etsi nos quos.«

» 1 » • (13941) Ecclesiae Frisingensi, in qua ex constitutis 30 canonicis 4 aut 5 praesentes raro remanent, fructus praebendarum iniuste absentium adiudicat praesentibus. Kal. Apr. aº 7º. ‖ Lang Regesta II. 428.

» 5 » (13942) (Iacobo) episcopo Roskildensi concedit facultatem relaxandi interdicti sententiam, quam b. mem. (Nicolaus) episcopus eius praedecessor in totam dyocesim Roskildensem propter notoriam et manifestam iniuriam illi et ecclesiae eius a quibusdam dictae ecclesiae canonicis illatam promulgavit, postquam de praedicta iniuria fuerit satisfactum. Non. Apr. aº 7º. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 177. — »In nostra proposuisti.«

» 5 » (13943) Ph(ilippo) electo Ravennati et eius suffraganeis transmittit tenorem sententiae anathematis, quam nuper in die (Iovis, *vid.* nº 12899) contra Ecelinum de Romano promulgavit, eisque in virtute obedientiae mandat, ut illam totumque processum coram clero et populo solemniter publicent et faciant per suas civitates et dioceses publice nuntiari. Non. Apr. aº 7º. ‖ Amadesii Antist. Ravenn. III. 184. — »Volentes ut sententia.« *Cf.* nº 13949.

» 5 » (13944) N. N. (*i. e.* Alberto episcopo Ratisbonensi) concedit facultatem, cum nonnulli canonici maioris ecclesiae Ratisponensis et clerici civitatis et diocesis Ratisponensis in reprobum sensum elati super se incedere satagant, dum de consilio ducis Bawariae ac quorundam aliorum Fr(iderico) quondam imperatori et C(onrado) nato eius manifeste faventium existentes Dei et ecclesiae inimicis contra libertatem ecclesiasticam damnabiliter adhaerere praesumant, privandi eosdem canonicos, clericos et alios omnibus beneficiis ecclesiasticis, ac reddendi eos inhabiles ad ecclesiastica beneficia obtinenda *etc.* Non. Apr. aº 7º. ‖ Höfler Kaiser Friedr. II. Anh. 394. nº 42; *eiusd.* Albert v. Beham 134. — »Sedes apostolica de.«

» 5 » (13945) Fratribus ordinis Minorum petentibus decernit, »ut ecclesiae vestrae omnes ubi conventus existunt, conventuales vocentur,« eisque concedit, ut in suis ecclesiis libere coemeteria habere possint. Non. Apr. aº 7º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 223; Sbaraleae

1250.

Bullar. Francisc. I. 538. nº 320; Cherubini Bullar. I. 97; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 542. nº 19, *perperam ad* 1249. Mai. 10. — »Cum tamquam veri.«

Apr. 5 Lugduni • (13946) (Christiano) archiepiscopo Moguntino mandat, ut impios monialium in Medingen possessiones invadentes per censuras deterreat. Non. Apr. aº 7º. ‖ Lang Regesta II. 428.

» 5 » • (13947) Moniales ecclesiae s. Mariae in Medingen ab omnibus decimis novalium liberat. Non. Apr. aº 7º. ‖ Lang l. c. 428.

» 6 » (13948) Abbati S. Emmerami Ratisponensis mandat, ut, cum (Albertus) Ratisponensis episcopus pro defensione libertatis ecclesiasticae contra F(ridericum) quondam imperatorem eiusque fautores armata manu personaliter saepe processerit ac propter hoc metuat se irregularitatem aliquam contraxisse, super hoc ad cautelam cum ipso dispenset. viii id. Apr. aº 7º. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 175. nº 78. — »Ex parte venerabilis.«

» 9 » (13948a) Abbati S. Dionysii in Francia concedit, ut monachos suos propter violentam manuum iniectionem excommunicatos absolvat. v id. Apr. aº 7º. ‖ Doublet Hist. de St.-Denys 578.

» 9 » • (13949) Philippo electo Ravennati et suffraganeis eius imperat, ut sententiae execrationis in Ezzelinum e Romano formulam ab se die Iovis sancto promulgatam (*vid.* nº 12899) divulgandam curet. v id. Apr. aº 7º. ‖ Rubeus Histor. Ravenn. 425. *Cf.* nº 13943.

» 11 » (13950) (Henrico) regi Anglorum dissuadet, ne ad praesens iter ad Terram sanctam aggrediatur; verum quia ad hoc negotium prosequendum necessariae sunt expensae, ei decimam omnium ecclesiasticorum proventuum regni sui necnon et aliarum terrarum eius iurisdictioni subiectarum pro dictae terrae succursu usque ad triennium concedit. iii id. Apr. aº 7º. ‖ Rymer Foed. I. i. 159. — »Gaudemus in Domino.«

» 12 » (13951) Abbati S. Eligii Noviomensis causam inter quosdam barones, ballivos *etc.* regni Franciae et monasterium s. Dionysii super invasione possessionum vertentem committit decidendam. ii id. Apr. aº 7º. ‖ Doublet Hist. de St.-Denys 576.

» 13 » (13952) Ministro et fratribus ordinis Minorum Mutinensibus, quibus episcopus et capitulum Mutinenses omne ius et actionem, quae in fundo sito in Porta Baiovaria obtinebant, provida deliberatione concesserant, hanc concessionem confirmat. Id. Apr. aº 7º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 539. nº 321. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 » (13953) Potestatem et commune Ariminenses sub protectione sedis apostolicae admittit eisque civitatem ipsam, suburbia et comitatum ipsius cum portubus portis nundinis et moneta aliisque iuribus, sicut a cl. mem. Frederico I Romanorum imperatore eis concessa sunt, confirmat. xv kal. Mai. aº 7º. ‖ Tonini Rimini 534. — »Propter fidei et.«

» 20 » (13954) Archiepiscopis et episcopis per Lombardiae, marchiae Tervisinae et Romaniolae provincias constitutis mandat, ne permittant, ut mulieres sub ementito nomine sororum ordinis s. Damiani vagantes in eorum diocesibus monasterium vel habitaculum inchoentur aut inchoatum construant. xii kal. Mai. aº 7º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 541. nº 322. — »Cum harum rector.«

» 22 » (13955) (Iohannis) archiepiscopi Antibarensis statutum confirmat, quod ille contra pravam consuetudinem civium Antibarensium edidit, qui, cum Antibarensis archiepiscopus decedebat, bona eius mobilia occupantes inter se temere dividebant. x kal. Mai. aº 7º. ‖ Farlati Illyr. sacr. VII. 38. — »Tua nobis fraternitas.«

» 22 » (13956) Eidem committit, ut clericis et laicis suae provinciae propter iniectionem manuum in saeculares clericos et etiam regulares personas excommunicatis beneficium absolutionis impendat. x kal. Mai. aº 7º. ‖ Farlati l. c. 38. — »Sicut te accepimus.«

» 22 » (13957) Dulcinensi et Svacinensi episcopis mandat, ut quae de bonis Antibarensis ecclesiae et mensae archiepiscopalis alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem earundem legitime revocent. x kal. Mai. aº 7º. ‖ Farlati l. c. 38. — »Interest nostra ut.«

» 22 » (13958) Abbatem et conventum monasterii s. Anastasii de Urbe Cisterc. ord. hortatur, ut ecclesiam s. Augustini de Monte alto Cisterc. ord. Castrens. dioc. »quae monasterii vestri speciale membrum« sibi *i. e.* papae prompta liberalitate plenarie conferant illamque magistro Rodulfo priori S. Gregorii ord. s. Aug. Trecens. dioc. procuratori suo assignent. x kal. Mai. aº (8º, *sed legas*) 7º. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 490. — »Pro multa devotione.«

» 24 » (13959) Repetit nº 12007 d. d. 1246. Febr. 7: »viii kal. Mai. aº 7º« — »Provisionis nostrae cupimus.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 542. nº 323.

» 26 » (13960) Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis et Cicestrensi, Exoniensi et Menevensi episcopis ac priori Praedicatorum et ministro Minorum fratrum provincialibus Angliae scribit de miserabili statu et conditione Terrae sanctae eisque mandat, ut verbum crucis per suas civitates et dioceses ac provincias et totum regnum Angliae proponant *etc.* vi kal. Mai. aº 7º. ‖ Rymer Foed. I. i. 159. — »Filiorum dextera pia.«

		1250.
Apr. 27	Lugduni	(13961) Consilii et universitatis Erfordensis Magunt. dioc. protectionem suscipit. v kal. Mai. a° 7°. ‖ I. H. v. Falckenstein Civitatis Erford. histor. crit. (Erf. 1739) 90; Lünig Reichs-Arch. (XV.) Pars spec. Cont. IV. Theil II. Cont. 428. n° 17; E. M. Lambert Die ält. Gesch. u. Verfassung der Stadt Erfurt (Halle 1868. 8°) 119. — »Puritas fidei quam.«
» 27	»	(13962) Consilio et universitati Erfordensibus, cum b. m. (Sigfrido) archiepiscopo Maguntino et (Christiano) successori eiusdem in negotio ecclesiae diligentius astiterint, concedit, ut praesenti guerra durante per literas apostolicae sedis aut legatorum ipsius, ni plenam de indulgentia huiusmodi fecerint mentionem, extra Erfordiam in causam trahi ab aliquo non possint. v kal. Mai. a° 7°. ‖ Lambert l. c. 119. — »Intenta ferventer sicut.«
» 27	»	(13963) (Christiano) archiepiscopo Moguntino commendat fratres ordinis Minorum Herbipolenses, quos (Hermannus) Herbipolensis episcopus de loco, in quo antea degebant, ad locum magis idoneum civitatis Herbipolensis transtulerat, dans eis licentiam aedificandi ecclesiam ibidem et alia aedificia, facta commutatione prioris loci ipsorum, quem idem episcopus contulit magistrae et sororibus monasterii s. Bartholomaei Herbipolensis ord. s. Aug. v kal. Mai. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 542. n° 324. — »Cum sicut accepimus.«
» 30	»	(13964) Abbati et priori monasterii Regalis mandat, ne permittant ut clerus, consules, iurati et universitas insulae Maioricarum ab aliquibus molestentur super concessione papali, qua indultum est ut per litteras apostolicae sedis aut legatorum eius, quae de ipsa insula et indulgentia hac plenam et expressam non fecerint mentionem, extra eandem insulam super bonis, quae infra ipsam habent, non possint de cetero conveniri, dummodo parati sint ibidem coram competenti iudice conquerentibus iustitiae plenitudinem exhibere. ii kal. Mai. a° 7°. ‖ Achery Spicil. III. 629. — »Propter maris pericula.«
» 30	»	(13965) (Henrico) rege Angliae petente fratribus Praedicatoribus et Minoribus, quos secum duxerit ultra mare, equitandi concedit libertatem. ii kal. Mai. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 24. n° 362; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 542. n° 325; Rymer Foedera I. i. 44 et 161; I-i III Opp. ed. Migne IV. 109. n° 76, *ubi perperam* Innocentio III *tribuitur*. — »Celsitudinis tuae precibus.«
» 30	»	(13966) Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis ac Herefordensi, Eliensi et Dunelmensi episcopis mandat, ut, postquam statutum fuerit (Henrici) regis Angliae passagium et iuratum, per biennium ante idem passagium decimam ecclesiasticorum proventuum regni Angliae necnon redemptiones votorum, legata relicta *etc.* colligant et conservent, assignaturi ea integre praedicto regi, cum iter arripuerit transmarinum. ii kal. Mai. a° 7°. ‖ Rymer l. c. 161. — »Cum carissimo in.«
» —	»	Alberto episcopo Ratisponensi: »Mens. Apr. a° 7°.« — »Sedes apostolica de.« ‖ Höfler Albert von Beham 134 *vid.* 1250. Apr. 5. n° 13944.
Mai. 4	»	(13967) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis declarat, decretalem per ipsum contra exemptos confectam, qua statuit, »ut exempti quantacumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti vel contractus aut rei de qua contra ipsos agatur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri«, nullum ordinis libertatibus et immunitatibus praeiudicium afferre. iv non. Mai. a° (8°, *sed scribatur*) 7°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 18b; Meschet Privil. 41; *absque nota chronol.* ap. Lisch Meklenb. Urkunden I. 94; Meklenb. UB. II. 2. n° 668; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 562. — »Cum nuper duxerimus.«
» 5	»	(13968) (Iacobo) Bononiensi et (Hugoni) Feretrano episcopis defensionem fratrum ord. Minor. Bononiensium contra molestatores iniungit. iii non. Mai. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 543. n° 326. — »Quia nonnulli sic.«
» 7	»	(13969) Omnibus monasterium s. Laurentii Venetiarum ord. s. Ben. in anniversario die dedicationis ipsius visitantibus et vere poenitentibus indulgentiam 40 dierum concedit. Non. Mai. a° 7°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 102. — »Licet is de.«
» 9	»	(13970) Nicolao eleemosynario monasterii Trenorchiensis capellano P(etri) tit. S. Marcelli presb. card. in partibus Daciae nuntio suo mandat, ut castrum Kopmannehafn et bona episcopalia (Iacobo) episcopo Roskildensi per (Ericum) regem Daciae et detentores restitui faciat sub poena interdicti in loca, ad quae rex praefatus et detentores pervenerint. vii id. Mai. a° 7°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 178. — »Bone memorie Roskildensis.« *Cf.* n° 13976.
» 10	»	(13971) Episcopo Placentino mandat, faciat ut in procurationibus apostolicae sedis legatis et nunciis exhibendis in civitate ac diocesi Placentina modus et ordo obtentus hactenus inviolabiliter observentur, non obstante constitutione consuetudini hactenus observatae adversa, quam O(ctavianus) S. Mariae in via lata diaconus cardinalis eiusdem sedis legatus ediderit. vi id. Mai. a° 7°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 400. n° 94. — »Nuper est nostris.«

		1250.
Mai. 11	Lugduni	(13972) Monasterium s. Mariae de Custodia Dei Caturcens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. v id. Mai. indict. VIII. incarn. dom. a° 1250. pont. a° 7°. ‖ Gallia christ. I. instr. 47, *non integra.*
» 11	»	(13973) Abbatissae et conventui S. Mariae Montis Sancti Tudertin. ord. s. Dam. indulget, ut a personis liberis in earum monasterio professionem facientibus bona quaecumque percipere ac retinere possint, exceptis rebus feudalibus. v id. Mai. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 543. n° 327. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 14	»	(13974) Episcopo, clero, consulibus, iuratis et universitati insulae Maioricarum concedit, ut per litteras apostolicae sedis aut legatorum eius, quae de ipsa insula et indulgentia hac plenam et expressam non fecerint mentionem, extra eandem insulam super bonis, quae infra ipsam habebunt, non possint de cetero ab aliquibus conveniri, dummodo parati sint ibidem coram competenti iudice conquerentibus iustitiae plenitudinem exhibere. Prid. id. Mai. a° 7°. ‖ Achery Spicil. III. 629; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 543. n° 20. — »Propter maris pericula.« *Cf.* n° 13963.
» 14	»	(13975) O(ctaviano) S. Mariae in via lata diacono card. apostolicae sedis legato mandat, ut illos in ecclesia Nonantulana ad vacaturas praebendas in fratres et canonicos receptos, qui sint ad sacros ordines iam promoti, illis in perceptione praebendarum, qui vel non possint vel nolint ad huiusmodi ordines promoveri, etiamsi prius in ipsa in canonicos sint recepti, praeferat. ii id. Mai. a° 7°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 376. n° 457. — »Dilectus filius magister.«
» 18	»	(13976) Nicolao eleemosynario monasterii Trenorchiensis capellano P(etri) tit. S. Marcelli presbyteri card. in partibus Daciae nuntio suo mandat, faciat ut castrum Kopmannehafn cunctique redditus ad episcopum Roskildensem pertinentia, sed ab (Erico) rege Daciae occupata ab eodem restituantur (Iacobo) episcopo Roskildensi sub poena excommunicationis et interdicti. xv kal. Iun. a° 7°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 180; Nielsen Kjöbenhavns diplom. I. 11. — »Bone memorie . . .« *Cf.* n° 13970.
» 20	»	(13977) Episcopo Corisopitensi sententiam diffinitivam, quam pro eo P(etrus) tit. S. Marcelli presbyter cardinalis in causa vertente inter praefatum episcopum et abbatem conventumque monasterii s. Crucis de Kemperele ord. s. Ben. Corisopitens. dioc. super subiectione, obedientia, reverentia, visitatione et aliis iuribus episcopalibus promulgavit, auctoritate apostolica confirmat. xiii kal. Iun. a° 7°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 193. — »Ea quae iudicio.«
» 21	»	(13978) (Ericum) regem Daciae hortatur, ut Iacobum episcopum Roskildensem benigne recipiat eique omnia iura et bona ecclesiae Roskildensi ablata restituat. xii kal. Iun. a° 7°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 182. — »Vox lamentationis et.«
» 21	»	(13979) Abbati et conventui monasterii de Salem Cisterc. ord. Constantiens. dioc. concedit, ut ad excommunicandum aliquos vel excommunicatos denunciandum cogi nullatenus possint. xii kal. Iun. a° 7°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 531. — »Quieti vestrae supplicante.«
» 23	»	(13980) Abbati S. Petri Cabilonensis mandat, ut, cum olim monasterio Trenorchiensi vacante conventus eiusdem statuerit, ut nullus ipsorum abbas possit cum abbatia ipsius monasterii aliquas suarum, nisi dumtaxat de Ochisiaco, de Plotis et de Pristiaco domos, et ipsius monasterii decanatum ulterius retinere, domosque, in quibus non fuerint monachi, tradat idem abbas monachis gubernandas, hoc statutum ac alia quae in dicto monasterio tempore vacationis eiusdem facta invenerit per conventum, redundantia in praeiudicium et damnum ipsius monasterii, legitime revocare studeat. x kal. Iun. a° 7°. ‖ (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de St.-Filibert, preuv. 207. — »Sua nobis dilectus.«
» 23	»	(13981) (Salvio) episcopo Tribuniensi mandat, ut fratrem Iohannem de ordine Minorum pontificem Antibarensem, qui archiepiscopo Ragusino metropolitico iure subiectus eidem non solum obedire renuit, verum etiam ceteros ecclesiae Ragusinae suffraganeos *i. e.* Antibarensem, Bosnensem, Guduanensem, Dulciniensem, Suacensem, Scodrinensem, Drivastensem et Polatensem episcopos, regis Serviae ritus Graecorum tenentis favore suffultus, suae ditioni subiecit, et dictos suffraganeos et praefatum archiepiscopum Ragusinum ad se repraesentandum apostolico conspectui infra octo menses invitet. x kal. Iun. a° 7°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 102, *fragm. mai.* VII. 36; Fejér Cod. dipl. VII. v. 282. — »Venerabilis frater noster.«
» 23	»	(13982) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis et clericis nunciat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad consummationem fabricae ecclesiae Placentinae manum porrexerint adiutricem, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere. x kal. Iun. a° 7°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 400. n° 95. — »Cupientes pleno mentis.«
» 23	»	• (13983) Abbati et conventui monasterii Heremitarum, quod »per impios hostes multipliciter tribulatur,« ad instantiam episcopi Constantiensis et abbatis S. Galli concedit,

1250.

ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae *etc.* compelli minime possint. x kal. Iun. a° 7°. ‖ Morel Regest. von Einsiedeln 10. n° 68, *perperam ad* a. 1249.

Mai. 26 | Lugduni | (13984) Abbati et conventui monasterii de Salem Cisterc. ord. Constantiens. dioc. concedit, ut si quando nobiles et alios ipsis vicinos Friderico quondam imperatori adhaerentes ad devotionem ecclesiae redire contigerit, ad remittendum eis damna compelli per aliquem nequeant. vii kal. Iun. a° 7°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 531. — »Significastis nobis quod.«

" 27 | " | (13985) Repetit n° 11640 d. d. 1245. Apr. 28: »vi kal. Iun. a° 7°« — »Cum a nobis.« ‖ Lünig l. c. 528.

" 30 | " | (13986) (Iuello) archiepiscopo Remensi mandat, ut maiorem archidiaconatum Remensis ecclesiae, cum papa Parisiensi ecclesiae pastore vacanti de magistro Reginaldo maiore archidiacono praefatae ecclesiae duxerit providendum, procuratori Ottoboni nepotis et capellani sui nomine eius conferat et assignet. iii kal. Iun. a° 7°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 716. n° 230. — »Te olim in.«

" 30 | " | (13986a) Archiepiscopis et episcopis in Provinciae ac Forcalquerii comitatibus mandat, ut annis singulis in omnibus synodis suis cunctis sacerdotibus ibidem congregatis iniungant divina tunc ibi celebrare pro anima Raymundi comitis Provinciae et Forcalquerii et pro eius uxoris comitissae salute, *etc.* iii kal. Iun. a° 7°. ‖ Bouche Hist. de Provence II. 253.

" 30 | " | (13987) Cancellario Parisiensi concedit, ut religiosis quos post examinationem idoneos iudicaverit, licentiam concedat. iii kal. Iun. a° 7°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 223. — »Super licentiandis magistris.«

" 30 | " | (13988) (Rudolpho) abbati monasterii Fabariensis Curiens. dioc. scribit, se conventui monasterii Renaugiensis ord. s. Ben. Constant. dioc. iniunxisse, ut abbati S. Galli tamquam suo praelato humiliter intenderent ac obedirent, iniuncto nihilominus abbati Heremitarum praefatae diocesis, ut induceret eundem S. Galli abbatem in ipsius monasterii possessionem *etc.* Mandat ei, ne permittat ut praefatus abbas S. Galli super his ab aliquibus indebite molestetur. iii kal. Iun. a° 7°. ‖ Zapf Mon. anecd. I. 481; *cf.* Morel Regest. von Einsiedeln 10. n° 69, *perperam ad* a. 1249; Wegelin Regest. von Pfävers 14. n° 81. — »Cum sicut nobis.«

" 30 | " | * (13989) Eundem adhortatur, ne permittat ut abbas S. Galli in adepta possessione coenobii Rhinaugiensis indebite molestetur. iii kal. Iun. a° 7°. ‖ Wegelin l. c. n° 80.

Iun. 1 | " | (13990) Abbate et conventu monasterii Pontiniacensis ord. Cisterc. Antissiod. dioc. supplicantibus inhibet, ne quis praelatus deinceps ab eis hospitalitatem ex debito postulet. Kal. Iun. a° 7°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1253; Quantin Recueil 253. n° 533. — »Intimantibus vobis accepimus.«

" 3 | " | (13991) Communi castri Tolentini Camerinens. dioc. castrum Petini, possessiones ac alia bona et iura ad castrum Tolentinum de iure spectantia, licet forsan Fridericus quondam Romanorum imperator vel quicumque alius eos illis voluntatis libito spoliarint, restituit de gratia speciali. iii non. Iun. a° 7°. ‖ Santini Saggio di memor. di Tolentino 274. n° 13; Huillard-Bréholles Hist. dipl. VI. ii. 775. — »Apostolice sedis providentia.«

" 3 | " | (13992) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Iohannis de Barri ord. s. Dam. Marsican. dioc. indulget, ut de redemptionibus votorum usque ad 100 libras Provisinorum pro suis necessitatibus recipere valeant. iii non. Iun. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 544. n° 328. — »Cum sicut ex.«

" 7 | " | (13993) Universis Christifidelibus per Lugdunensem, Bisuntinam et Gebennensem civitates et dioceses constitutis nunciat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad monasterium s. Eugendi Lugdun. dioc. in festo b. Claudii conf. accesserint, indulgentiam 20 dierum elargiri. vii id. Iun. a° (11°, *sed legas*) 7°. ‖ Gallia christ. IV. instr. 31. — »Quoniam ut ait.«

" 8 | " | (13994) Abbati et conventui monasterii Trenorchiensis Cabilonens. dioc. statutum, quod ad levius perferendum onera expensarum fecerunt, tenore eiusdem inserto, confirmat. vi id. Iun. a° 7°. ‖ (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. de St.-Filibert, preuv. 208. — »Hiis libenter annuimus.«

" 8 | " | * (13995) Abbati monasterii in (Oldenstadt prope *add. Mekl. UB.*) Ulsen mandat, curet ne capitulum Zuerinense, cui indultum sit a sede apostolica, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus compelli minime possit, contra huius concessionis tenorem ab aliquibus molestetur. vi id. Iun. a° 7°. ‖ Lisch Meklenburg. Urkunden III. 97; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 948. n° 477; *cf.* Meklenburg. UB. I. 591. n° 625, *male ad* a. 1249.

" 9 | " | * (13996) Stephano abbate eiusque fratribus postulantibus monasterium Vratislaviense in Arena tuendum suscipit omnesque eius possessiones, quarum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. v id. Iun. a° 7°. ‖ Grünhagen Regesten I. 280. n° 722.

1250.

Iun. 11 | Lugduni | (13997) Priorem et fratres S. Mathiae de Murano Camald. ord. Torcellan. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem terras, domos et alia bona eis confirmat. iii id. Iun. a° 7°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. 384; Cornelius Eccles. Venet. X. iv. 128. — »Iustis petentium desideriis.«

" 16 | " | (13998) (Philippum) electum Ravennatem rogat, ut de bonis suae dispositioni commissis Clementi ipsius servienti et nuntio, cum »in negotiis apostolicae sedis olim in Alemannia tibi commissis et postmodum tibi ... studuerit libenter ... famulari,« gratae retributionis praemium recompenset. xvi kal. Iul. a° 7°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 211. n° 140. — »Cum sicut dilectus.«

" 16 | " | (13999) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Montis Sancti Tudertin. ord. s. Dam. indulget, ut ad nullius receptionem vel provisionem teneantur deinceps per litteras apostolicas, quae de toto tenore praesentis indulgentiae non fecerint mentionem. xvi kal. Iul. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 544. n° 329. — »Cum sicut nobis.«

" 20 | " | (14000) (Conrado) episcopo et capitulo ecclesiae Misnensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in honorem s. Iohannis evangelistae ante Portam latinam et s. Mariae fundatam in festivitatibus eorundem sanctorum venerabiliter visitaverint annuatim, quadraginta dies de iniuncta poenitentia relaxare. xii kal. Iul. a° 7°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 136. n° 159. — »Licet is de.«

" 25 | " | (14001) Archiepiscopo (?) Ravennati concedit, ut, cum quaedam possessiones, quae monasterium s. Andreae de Ravenna obtineat ab ecclesia Ravennate, a tempore ortae discordiae inter Fridericum quondam imperatorem (et ecclesiam) teneantur a quibusdam civibus Ferrariensibus occupatae et monasterium ipsum a praedicto tempore fructus possessionum ipsarum non perceperit, illas eripiat de manibus detentorum earumque fructus ipse hauriat. vii kal. Iul. a° (8°, *num legendum*) 7°.? ‖ Vesi Stor. di Romagna III. 26. — »Ex parte tua.«

" 26 | " | (14002) R(aynaldo) episcopo Ostiensi et S(tephano) tit. S. Mariae trans Tiberim presb. card. vicario suo in Urbe mandat, ut monasterium s. Mariae de Capitolio in Urbe ord. s. Ben. cum hortis et aliis suis appenditiis necnon libris et ornamentis ipsius fratribus ordinis Minorum in usus perpetuos assignent eosque in praedictorum possessionem corporalem inducant, amotis inde monachis »qui sunt ibi.« vi kal. Iul. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 251; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 545. n° 330. — »Lampas insignis coelestium.«

1249. Iun. 28 — **1250.** Iun. 27.

— | " | (14003) Statutum Wilhelmi Sabinensis episcopi de operibus festis diebus licitis confirmat. A° 7°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. II. 34. *Suecice.*

— | " | (14004) Abbatissam et sorores S. Petri de Almanarra Cisterc. ord. Tolonens. dioc. cum monasterio eiusque possessionibus ac bonis tuendas suscipit, privilegia ac iura confirmat. A° incarn. dom. 1250. pont. a° 7°. ‖ Gallia christ. (ed. 1716.) I. instr. 130. — »Religiosam vitam eligentibus.«

— | " | * (14004a) Priori Mauriacensi mandat, ut molestatores monasterii Valletae per censuras ecclesiasticas coerceat. A° 7°. ‖ Gallia christ. II. (1720.) instr. 220.

1250.

Iul. 4 | " | (14005) G(regorio) de Montelongo electo Tripolitano apostolicae sedis legato mandat, moneat et inducat potestatem et commune Brixienses, qui quasdam possessiones in castro de Vulongo et alibi ad monasterium de Leno (ord. s. Ben.) Brixiens. dioc. pertinentes detinebant, ut easdem monasterio praefato restituant. iv non. Iul. a° 8°. ‖ Zaccaria Badia di Leno 202. n° 39. — »Cum potestas et.«

" 6 | " | (14006) Ministro provinciali fratrum Minorum Alemaniae mandat, ut in monasterio monialium inclusarum ord. s. Dam., quod episcopus Constantiensis in parte Pontis Constantiensis construere desideret, quatuor vel plures moniales ponat eisque celebrari divina *etc.* faciat. ii non. Iul. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 496. n° 74; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 545. n° 331. — »Cum venerabilis frater.«

" 6 | " | * (14007) Archiepiscopum Armachanum rogat et hortatur, ut Ottoni Vicecomiti subdiacono pontificio Mediolanensi beneficium in Ybernia in aliqua ecclesia cathedrali vacans conferat. ii non. Iul. a° 8°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 64 in n° 170.

" 7 | " | (14008) Episcopo Wlodizlaviensi mandat, ut, cum sine causa rationabili auctoritate propria in abbatem et conventum monasterii de Oliva Cisterc. ord. Wlodizlaviens. dioc. excommunicationis sententiam promulgaverit contra statuta concilii generalis, infra octo dies post susceptionem praesentium sententiam eandem relaxet. Non. Iul. a° 8°. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 896. n° 441. — »Sua nobis abbas.«

1250.

Iul. 7 Lugduni (14009) Archidiacono de Kalis Gneznens. dioc. et thesaurario Gneznensi de argumento epistolae superioris significat eisque mandat, ut, si dictus episcopus infra praescriptum tempus mandatum apostolicum neglexerit adimplere, extunc sufficienti ab eis super his, pro quibus excommunicati habentur, cautione recepta sententiam relaxent eandem. Non. Iul. a° 8°. ‖ Hasselbach l. c. 897. n° 442. — »Sua nobis abbas.«

» 9 » (14010) Praeposito et capitulo Albensi Wesprimiens. dioc. plenam concedit facultatem revocandi a habitatoribus suburbii in castrum Albense post recessum Tartarorum receptis palatia praepositi et S. Henrici necnon canonicorum cum curiis eorundem, ac terram arabilem, quae sibi a (Bela) rege Hungariae conferri ac remitti omnino tributum fori procuraverant, cum facultatem habuerint, ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae. vii id. Iul. a° 8°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 73; Theiner Mon. Hungar. I. 208. n° 392. — »Etsi libenter votis.«

» 11 » (14011) S. Martini de Pannonia et Tapolcza abbatibus s. Ben. et Cisterc. ordd. Iauriens. et Zagrabiens. diocc. mandat, citent praepositum et capitulum Albenses ad (Stephani) archiepiscopi Strigoniensis provincialem synodum accedere vel mittere et alia recusantes, ut apostolico conspectui se repraesentent. v id. Iul. a° 8°. ‖ Fejér l. c. V. i. 294, *ubi haec bulla falso ad* Innocentium III *refertur*. — »Sua nobis venerabilis.«

» 13 » (14012) Henrico canonico Tudertino indulget, ut, non obstante promissione intrandi ordinem fratrum Minorum impotentiae corporis causa, in clericatu libere permanere valeat. iii id. Iul. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 546. n° 333. — »Humilis nobis tuae.«

» 14 » (14013) (Waltero) Tornacensi et (Nicolao) Cameracensi episcopis mandat faciant, ut compositio inter Margaretam comitissam Flandriae et Haynoniae ex parte una et W(ilhelmum) regem Romanorum et Florentium fratrem eius ex altera occasione terrae Zelandiae super iurisdictionibus, consuetudinibus, proventibus *etc.* inita firmiter observetur. ii id. Iul. a° 8°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 280; *cf.* Kluit Hist. crit. Holland. II. ii. 593. n° 177; Saint Genois Inventaire 27. n° 77. — »Cum inter dilectam.«

» 15 » (14014) Fratribus ordinis Minorum concedit, ut paganos, haereticos et schismaticos, qui inter Saracenos habitant, absolvere et reconciliare possint, si ad obedientiam ecclesiae Romanae duxerint redire. Id. Iul. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 496. n° 75; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 546. n° 332. — »Pro zelo fidei.«

» 18 » (14015) Ottoni comiti Gelrensi indulget, ut fructus decimarum, quas ipse ac antecessores sui a tempore cuius memoria non existat, perceperint, quae autem eius conscientiam faciant remordentem, libere percipere possit, dummodo receptos vel eorum partem expendat W(illelmo) regi Romanorum in negotio ecclesiae assistendo. xv kal. Aug. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 62. — »Ut super perceptione.«

» 19 resp. 20 » (14016) Fratribus hospitalis Hierosolymitani in Ungaria terram, iurisdictiones et alia, quae Bela rex Hungariae a. 1247 Rembaldo, praeceptori domorum dicti hospitalis in partibus cismarinis, nomine hospitalis eiusdem in regno suo contulit, confirmat. xiii (xiv *Thein.*) kal. Aug. a° 8°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 136; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 75; Theiner Mon. Hungar. I. 208. n° 393. — »Magnum caritatis et.«

» 21 » (14017) Priori et fratribus Eremitarum ord. s. Aug. in Tuscia indulget, ut prior volentibus eorum aggregari collegio, qui suspensionis *etc.* sententiis sint ligati, beneficium absolutionis impertiatur. xii kal. Aug. a° 8°. ‖ Empoli Bullar. 173. — »Qua ex apostolici.«

» 21 » (14018) (Odoni) episcopo Tusculano apostolicae sedis legato committit cognitionem super querelis et postulatis archiepiscopi Graecorum in Cypro eiusque suffraganeorum, et mandat, ut super eis quae Graeci ut in fide Romani pontificis perstent postularint et aliis eorum iustis desideriis statuat ac disponat, quod eorum intentioni viderit convenire. xii kal. Aug. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1250 § 40—43; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 547. n° 334. — »Venerabilis fratris nostri.«

» 21 » (14019) (Eberhardo) episcopo et praeposito Constantiensibus scribit de eodem argumento quod legimus in n° 13963, eisque mandat, ut dictos fratres Minores Herbipolenses a molestatoribus tueantur. xii kal. Aug. a° 8°. ‖ Sbaralea l. c. 549. n° 335. — »Cum sicut ex.«

» 23 » (14020) (Azzoni) episcopo Brixiensi mandat, ut ecclesiam ss. Faustini et Iovitae Brixiensem, quam fratres ordinis Praedicatorum possidebant, magistro, fratribus et sororibus domus secundi ordinis Humiliatorum assignet et conferat, aliquo censu Brixiensi ecclesiae in recognitionem dominii reservato. x kal. Aug. a° 8°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 232. — »Sua nobis magister.«

» 23 » (14021) Capitulo Augustensi indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. x kal. Aug. a° 8°. ‖ Mon. Boica XXIII. i. 76. — »Cum a nobis.«

» 26 » (14022) Eidem indulget, ut in turbido isto rerum statu nullatenus teneatur per litteras pontificias aliquibus providere in ecclesia sua de personatibus vel praebendis aut super his coram delegatis a sede apostolica iudicibus respondere. vii kal. Aug. a° 8°. ‖ Mon. Boica l. c. 77. — »Ex parte vestra.«

1250.

Iul. 28 Lugduni (14023) (Svantopolcum) ducem Pomeraniae, qui quasdam possessiones in territorio Oxivae abbati et conventui monasterii de Oliva Cisterc. ord. Wlodizlaviens. dioc. contulerat, postmodum autem dictos monachos possessionibus ipsis spoliaverat, rogat et hortatur, ut illis supradictas possessiones restituat. v kal. Aug. a° 8°. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 899. n° 444. — »Dilecti filii abbas.«

» 28 » (14024) (Alberto) archiepiscopo Prusciae ac Livoniae mandat, moneat et inducat eundem ducem, ut praefato monasterio dictas restituat possessiones. v kal. Aug. a° 8°. ‖ Hasselbach l. c. 900. n° 445. — »Dilecti filii abbas.«

» 28 » (14025) Decano ecclesiae Frisingensis mandat, ne permittat, ut capitulum Augustensis ecclesiae de residentia personali a quoquam molestetur. v kal. Aug. a° 8°. ‖ Mon. Boica XXXIII. i. 78. — »Augustensis ecclesiae utilitatibus.«

» 28 » (14026) (Guilelmo) episcopo Parisiensi indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor aut etiam conservator per litteras apostolicas vel legatorum sedis apostolicae impetratas et impetrandas in eum vel ecclesiam Parisiensem »quae speciali debet gaudere privilegio libertatis«, excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulget aut ei interdicat ingressum ecclesiae. v kal. Aug. a° 8°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 238; Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 153. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 28 » (14027) Clero civitatis et diocesis Cadurcensis notum facit, se magistrum Bartholomaeum electum Cadurcensem episcopum eidem ecclesiae praefecisse in pastorem. v kal. Aug. a° 8°. La Croix Series episc. Cadurc. 109. — »Licet continuata supervenientium.«

» 31 » (14028) Abbati et conventui monasterii ss. Bonifatii et Alexii de Urbe Praemonstr. ord. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in festo b. Alexii venerabiliter visitaverint, indulgentiam 40 dierum concedere. ii kal. Aug. a° 8°. ‖ Nerinius De templo .. ss. Bonifatii 250. — »Loca sanctorum omnium.«

Aug. 3 » (14029) Abbati et conventui de Oliva Cisterc. ord. Wladislaviens. dioc. indulget, ut ultra duas dietas a monasterio suo super his quae infra easdem dietas habent de cetero trahi non possint in causam per litteras apostolicas, quae de hac indulgentia plenam non fecerint mentionem. iii (*om. Led.*) non. Aug. a° 8°. ‖ Hasselbach Cod. Pomeran. I. 901. n° 446; v. Ledebur Neues Archiv II. 213, *non integra*. — »Vestre pacis querentes.«

» 3 » (14030) Abbati de Belbok Caminens. dioc. de superiore epistola significat eique mandat ne permittat, ut illi contra huius concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestentur. iii non. Aug. a° 8°. ‖ Hasselbach l. c. n° 447; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 403. n° 521. — »Dilectorum filiorum abbatis.«

» 4 » (14031) Abbates de Welgerad et de Luca et praepositum ecclesiae de Raigrad Olomuc. dioc. constituit arbitros in causa inter Ulricum Nigrum de Bruna laicum crucesignatum et cives quosdam Olomucensis et Strigoniensis civitatum et diocesum super terris *etc.* vertente. ii non. Aug. a° (9°, *sed legas*) 8°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 235; Erben Reg. Bohem. I. 591. n° 1275. — »Ulricus dictus niger.«

» 6 » (14032) Carthaginensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut eadem ecclesia nulli tamquam metropolitano seu primati praeterquam Romano pontifici respondere de aliquo teneatur, quousque liquido pateat, cui illa de iure debeat esse subiecta. viii id. Aug. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 549. n° 336. — »Novella plantatio Carthaginensis.«

* *Dati sunt super hoc conservatores* Zamorensis, Astoricensis et Salmantinensis episcopi.

» 8 » (14033) (Michaeli) archiepiscopo Antivarensi committit, ut episcopum Albaniae ad unitatem ecclesiae Romanae venire desiderantem »si nulli praelato Latino fuit unquam aut esse debet de iure subiectus« sollemniter ac publice ad gratiam et communionem sedis apostolicae resumat et fidelitatis iuramentum ab ipso recipiat. vi id. Aug. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1250 § 44; Farlati Illyr. sacr. VII. 195; Sbaralea l. c. 550. n° 337; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 78. n° 100. — »In Grecie partibus.«

» 8 » (14034) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Hungaria committit, ut aliquot fratres ad provincias Philot, Arbaniam et Hauuauiam (Hunnaviam *Rip.*, Unaviam *R.*) prope Hungariam sitas mittat, in quibus verbum Dei proponant et clericis et laicis exinde oriundis et paratis ad obedientiam apostolicae sedis redire absolutionis beneficium largiantur. vi id. Aug. a° 8°. ‖ Raynald. l. c. § 46; Ripolli Bullar. Praedic. I. 186. n° 208; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 74; Theiner Mon. Hungar. I. 211. n° 394. — »Quasdam amplas et.«

» 8 » (14035) Officiali Lemovicensi significat, se (Bartholomaeo) electo Cadurcensi concedisse, ut nullus delegatus vel subdelegatus *etc.* in eum eiusque ecclesiam excommunicationis *etc.* sententiam valeat promulgare *etc. ut in* n° 11796. vi id. Aug. a° 8°. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 109. — »Apostolicae sedis benignitas.«

1250.

Aug. 9 · Lugduni · (14036) S. Trinitatis et Omnium Sanctorum Dublinen. prioribus mandat, cogant Stephanum de Foresta, Ioseph et Thomam filios eius clericos *etc.*, ut obligationem »quod super quibusdam iniuriis, quas Ossoriensi episcopo temere irrogarant, loco et termino constitutis exhiberent sibi iustitiae complementum,« observent. v id. Aug. aº 8º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 52. nº 141. — »Venerabilis frater noster.«

» 11 · » · * (14037) Universis Christifidelibus ecclesiam monasterii Heremitarum in nativitate et resurrectione Domini et pentecoste necnon in festivitatibus b. Mariae V. et dedicatione ipsius ecclesiae annis singulis venerabiliter visitantibus indulgentiam 40 dierum concedit. iii id. Aug. aº 8º. ‖ Morel Regest. von Einsiedeln 10. nº 71.

» 12 · » · (14038) (Ludovicum) regem Francorum, qui cum suis (d. 5. Apr. apud Massoram a Sarracenis) captus erat, confortat et consolatur, eumque rogat et obsecrat, ut terram Hierosolymitanam, »quae nunc praesertim sub tui nominis umbra respirat,« respiciat oculo pietatis, ne res tam caro totiens empta pretio alienari valeat a cultu Christi et cum periculo fidelium in exterorum redigi potestatem. ii id. (*om.* Mansi, xi id. *Rayn.*) Aug. aº 8º. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 413; Mansi Conc. XXIII. 593; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1250 § 11 not. Mansii. — »Gustasti plurimum, carissime.«

» 12 · » · (14039) Magistro et confratribus ordinis Humiliatorum petentibus districtius inhibet, ne quis fratres dicti ordinis post factam professionem praetextu alicuius indulgentiae apostolicae recipere audeat, eisque concedit, ut in eosdem fratres possint excommunicationis sententiam promulgare, a qua nequeant nisi per magistrum ordinis absolvi. ii (*om. Sbar.*) id. Aug. aº 8º. ‖ Fr. Ant. Zachariae Iter liter. per Italiam (Venetiis 1762. 4º) 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 551. nº 338; *cf. argum. in* Tiraboschii Vet. Humiliat. mon. II. 235. — »Exhibita nobis vestra.«

» 13 · » · (14040) (Bartholomaeo) electo Cadurcensi concedit potestatem ordinandi ac disponendi de statu Cadurcensis ecclesiae, prout eius utilitati ac animarum saluti canonicorum et subditorum eiusdem viderit expedire. Id. Aug. aº 8º. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 111. — »Ut per ministerium.«

» 16 · » · (14041) Priorissae ac monialibus S. Sixti de Urbe indulget, ut ad contribuendum in talliis et collectis, quae fieri contigerit in partibus Anglicanis, de annuo redditu 50 marcarum, in quo prior et canonici S. Oswaldi de Nostle ord. s. Aug. Eboracens. dioc. monasterio s. Sixti tenentur, illas aut illarum procuratores compellere nullus possit. xvii kal. Sept. aº 8º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 186. nº 209. — »Etsi ex officio.«

» 16 · » · (14042) Magistro Gualtero canonico Aquilegensi canonicatus in Polensi, Civitatensi et Iustinopolitana ecclesiis confirmat. xvii kal. Sept. aº 8º. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 79. nº 101; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1250. — »Ad impendendum tibi.«

» 16 · » · (14043) Abbati S. Afrodisii Biterrens. dioc. et praecentori maioris ecclesiae Lodovensis mandat, compellant illos nobiles qui in quibusdam locis Narbonensis provinciae nova pedagia instituere praesumpserunt, per censuram ecclesiasticam, ut ab huiusmodi praesumptione desistant neque de cetero consules et universitatem Montispessulanos ac alios praetextu pedagiorum molestent. xvii kal. Sept. aº 8º. ‖ Germain Hist. du comm. de Montpellier I. 204, *perperam ad* a. 1249. — »Nova pedagia in.«

» 18 · » · (14044) (Willelmo) episcopo Glasguensi indulget, ut per quascumque litteras super quorumcunque provisione impetratas a sede apostolica providere alicui in ecclesia Glasguensi nullatenus teneatur. xv kal. Sept. aº 8º. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 157. nº 195. — »Cum sicut asseris.«

» 20 · » · (14045) Magistro et fratribus ordinis Humiliatorum, quibus Mediolanensis archiepiscopus ecclesiam s. Trinitatis tunc ord. s. Ben. sitam iuxta suburbium Portae Cumanae civitatis Mediolanensis, propter incuriam habitantium deformatam, cum ecclesia s. Mariae in Campo contulerat, hanc concessionem confirmat. xiii kal. Sept. aº 8º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 234; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 553. nº 340. — »Cum a nobis.«

» 20 · » · (14046) Nicolao episcopo Assisinati mandat, ut monasterium s. Chrispoliti iuxta Betonam ord. s. Ben. Assisinat. dioc. in suo ordine reformare studeat. xiii kal. Sept. aº 8º. ‖ Sbaralea l. c. nº 341. — »In nostra proposuisti.«

» 23 · » · (14047) Magistro ordinis Humiliatorum eiusque successoribus indulget, ut cum talibus qui dictum intraverunt ordinem vel intrabunt etiam in futurum, postquam professionem fecerunt in eodem, dispensare possint, ut sagimine licite uti valeant. x kal. Sept. aº 8º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 235. — »Tua petitio nobis.«

» 25 · » · * (14048) Innocent prie Thibaut comte de Champagne de sceller une transaction entre des marchands Romains et certains changeurs des foires de Champagne: cette transaction négociée par Bernard sous-diacre, chapelain du pape et doyen de Patras. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 448. nº 2944.

1250.

Aug. 26 · Lugduni · (14049) Provisori et monachis loci qui dicitur b. Bernardi in Cardineto Parisiensi Cisterc. ord. indulget, ut in capella eius loci divina possint celebrare officia et cimiterium ab episcopo benedictum habere. vii kal. Sept. aº 8º. ‖ Felibien Hist. de Paris III. 160. — »Ex parte vestra.«

» 28 · » · (14050) Alberico de Romano eiusque haeredibus castra, villas, terras, possessiones *etc.* ac omnia bona, quibus W(illelmus) rex Romanorum Ecelinum eius fratrem propter perfidiam et obstinatam rebellionem omnino spoliavit ac quae eidem Alberico adiudicavit, confirmat, tenorem litterarum Willelmi regis inserens. v kal. Sept. aº 8º. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 343. — »Iustis petentium desideriis.«

» 30 · » · (14051) S. Andreae et Dunkeldensi episcopis et abbati de Dunfermelin capellano suo mandat, ut Riccardo dicto Giffard consanguineo regis Scotiae aliisque quibusdam pauperibus Scotiae nobilibus in Terram sanctam transfretare volentibus aliquod subsidium ex collecta pro eadem terra in Scotia facta assignent. iii kal. Sept. aº 8º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 52. nº 142. — »Cum nobilis vir.«

» 31 · » · * (14052) Praeposito ecclesiae Interlacensis Lausannens. dioc. rogatu (Henrici) episcopi Sedunensis et abbatis S. Galli iniungit, ne permittat ut (Anselmus) abbas Heremitarum circa privilegium quod illi pontifex iam anno elapso quoad pensiones et beneficia ecclesiastica concesserit, ab aliquibus indebite molestetur. ii kal. Sept. aº 8º. ‖ Morel Regest. von Einsiedeln 10. nº 72.

(» 12-31) · (») · (14053) (Odoni) archiepiscopo Rothomagensi eiusque suffraganeis scribit de captivitate (Ludovici) Franciae regis, eosque rogat et hortatur, ut hoc universale discrimen pia moderatione pensantes erigant toto affectu ad Dominum corda sua et faciant per suas civitates et dioceses a clero et populo generaliter supplicari, ut ecclesiam suam tanto consolari dispendio non retardet et memorato regi liberum iter praebeat et securum, ipsumque cum suis omnibus a quolibet nocumento custodiat et ad Ierosolymitanum negotium clementer prospiciat. *Sine nota chronol.* ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 415: Mansi Conc. XXIII. 596; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 551. nº 339; Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 127. — »Propinatum nuper (nobis *legit Baerw.*) ab.« *Cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1250 § 26 ed. Mansi XXI. 426. not. 1.

Sept. 1 · » · (14054) Decano S. Stephani necnon cantori et archidiacono Bisuntinis mandat ut, cum abbas et conventus monasterii Murbacensis ord. s. Ben. Basiliens. dioc. exemptionis et libertatis privilegia casualiter amiserint et supplicarint, ut papa ipsis privilegium exemptionis (denuo) concederet, super hoc inquirant et quae invenerint, sedi apostolicae litteris intiment. Kal. Sept. aº 8º. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 975. nº 43. — »Ex parte dilectorum.«

» 2 · » · (14055) Abbati et conventui S. Theofredi [Saint-Chaffre] Aniciens. dioc. concedit, ne quis eos ad conferendum alicui de prioratibus suis aliquem prioratum vel de beneficiis, in quibus ius patronatus habent, aliquod beneficium compellat. iv non. Sept. aº 8º. ‖ Chevalier Docum. relat. au Dauphiné II. 43. — »Etsi deceat.«

» 7 · » · (14056) Praeposito ecclesiae Novariensis mandat, ne permittat ut clerus civitatis et diocesis Novariensis, qui angustias et pressuras occasione guerrarum in exhibendis provisionibus, pensionibus ac aliis exactionibus assidue sustineat, ab aliquo indebite molestetur. vii id. Sept. aº 8º. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1405. — »Cum sicut lecta.«

» 11 · » · (14057) Decano et Fulconi canonico ecclesiae Montis Biligardi Bisuntinis mandat, ut inter abbatem monasterii Murbacensis ord. s. Ben. Basiliens. dioc. ex parte una et praepositum canonicosque ecclesiae s. Amarini ex altera super iure patronatus litigantes iudicium faciant. iii id. Sept. aº 8º. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 974. nº 42. — »Suam nobis abbas.«

» 13 · » · * (14057a) Archidiacono Stampensi mandat, ut sententias excommunicationis et interdicti prolatas in quosdam milites, qui Cluniaci loci immunitatem violaverant et palefredos abbatis rapuerant, usque ad satisfactionem observari faciat. Id. Sept. aº 8º. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 122.

» 17 · » · (14058) (Waltero) episcopo Wigorniensi crucesignato, cui (Robertus) Lincolniensis episcopus et frater Iohannes Anglicus de ordine Minorum nuntius apostolicus in regno Angliae redemptiones votorum crucesignatorum, obventiones et legata pro subsidio Terrae sanctae assignaverant, hanc assignationem confirmat. xv kal. Oct. aº 8º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 554. nº 342. — »Cupientes tuam honorare.«

» 17 · » · (14059) Priori et fratribus Eremi de Brictinis Fanens. dioc. constitutiones suas ad instar fel. rec. Gregorii pp. praedecessoris confirmat. xv kal. Oct. aº 8º. ‖ Empoli Bullar. 174. — »Quae omnium conditoris.«

» 20 · » · (14060) Priori et fratribus Eremitis ord. s. Aug. indulget, ut in locis et oratoriis suis cum viatico altari possint missarum solemnia et alia divina officia celebrare. xii kal. Oct. aº 8º. ‖ Empoli l. c. 26 in nº 24. — »Devotionis augmentum vobis.«

1250.

Sept. 24 Lugduni (14061) Archidiacono Cumano mandat, compellat potestatem et commune Mediolanenses, qui a primicerio et clero civitatis et diocesis Mediolanensis fodrum seu collectam de bonis iure haereditario obtentis petebant, ut a tali exactione ac eorundem super his molestatione omnino desistant. VIII kal. Oct. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 555. n° 343. — »Sua nobis dilecti.«

» 24 „ (14062) (Benedictum) archiepiscopum Colocensem rogat et hortatur, moneat et inducat universos archiepiscopos, episcopos, abbates ceterosque ecclesiarum praelatos regni Ungariae, ut durante guerrarum tempore quolibet anno in 2000 marcarum argenti summa (Bertoldo) patriarchae Aquileiensi studeant subvenire. VIII kal. Oct. a° 8°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 211. n° 395; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 214. — »Sortitur genitrix discrimina.«

» 24 „ (14063) Archiepiscopis et episcopis eorumque capitulis per Hiberniam constitutis, qui statuerant, ut nullus natione Anglicus recipiatur in ecclesiis suis in canonicum, mandat ut hoc statutum infra mensem post receptionem praesentium revocent. VIII kal. Oct. a° 8°. ‖ Rymer Foed. I. I. 161; Wilkins Concil. I. 697. — »Cum sicut ex.«

» 24 „ (14064) Archiepiscopo Dublinensi et episcopo Ossoriensi de superiore epistola significat eisque mandat, ut, si illi mandatum apostolicum infra praescriptum tempus neglexerint adimplere, idem statutum denuncient irritum et inane. VIII kal. Oct. a° 8°. ‖ Rymer l. c. 161. — »Cum sicut ex.«

» 25 „ (14065) (Roberto) Lincolniensi episcopo mandat, ut in ecclesiis parochialibus suae diocesis, in quibus nimis exiles aut nullae taxatae sint vicariae, de ipsarum proventibus vicarias instituat et institutas exiles adaugeat. VII kal. Oct. a° 8°. ‖ Matth. Paris Hist. maior 840; Wilkins Concil. I. 699. — »Cum sicut accepimus.«

» 27 „ (14066) (Alberto) archiepiscopo Prusciae mandat, ut de cetero a legationis officii laboribus requiescat nec in Pruscia, Livonia vel Estonia episcopum quemquam instituat. V kal. Oct. a° 8°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 81. n° 86; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 43. n° 22; Bunge Livl. UB. I. 271. n° 214. — »Dudum a praesentia.«

» 27 „ (14067) De S. Albano et de Wautham abbatibus et archidiacono S. Albani Lincolniens. et Londonens. diocc. significat, se decrevisse, sententiam excommunicationis, quam (Bonifacius) Cantuariensis archiepiscopus pro recusata procuratione in Henricum decanum, Petrum archidiaconum, Robertum cantorem et alios canonicos Londoniae promulgaverit, nullam penitus extitisse ipsosque per eam aliquo vinculo non teneri. Mandat eis, ut praedictae sententiae denunciationes, quas contra praefatos decanum et alios fieri fecerit archiepiscopus supradictus, omnino cassent. V kal. Oct. a° 8°. ‖ Matth. Paris Histor. maior., Additam. 180. — »Ex parte dilectorum.«

» 27 „ (14068) Priori et fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. V kal. Oct. a° 8°. ‖ Bullarium Carmel. I. 11. n° 7. — »Religionis vestrę meretur.«

» 27 „ (14069) Eosdem ac bona eorum sub b. Petri et sua protectione suscipit. V kal. Oct. a° 8°. ‖ Bullarium Carmel. l. c. n° 8. — »Religionis vestrae meretur.«

» 28 „ (14070) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Antonii Barchinonensis ord. s. Dam. liberam concedit sepulturam. IV kal. Oct. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 497. n° 76; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 556. n° 344. — »Cum a nobis.«

» 28 „ (14071) Archipresbytero Mediolanensi significat, se abbatissae ac conventui Maioris Monasterii Mediolanensis ord. s. Ben. indulsisse, ut ad receptionem seu provisionem alicuius in pensionibus seu ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae compelli deinceps nequeant invitae. Mandat ei, curet ne illae super his indebite ab aliquo molestentur. IV kal. Oct. a° 8°. ‖ Sala Documenti 49. n° 9, *perperam ad* a. 1249. — »Efficax deuotionis dilectarum.«

» 29 „ (14072) Archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe concedit, ut per quascunque apostolicae sedis vel eius legatorum litteras, nisi haec de indulgentia huiusmodi mentionem fecerint, canonicorum albo neminem adscribere teneantur. III kal. Oct. a° 8°. ‖ Bullar. Vatic. I. 126. — »Cum sicut ex.«

» 30 „ (14073) Episcopo Salamantino mandat, ut mulieres per ipsius diocesim discurrentes cogat ad deponendum habitum et cingulum ordinis s. Damiani. II kal. Oct. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 497. n° 77; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 556. n° 345. — »Ex parte dilectarum.«

» 30 „ • (14074) Abbati et conventui monasterii de Plaz indulget, ut liceat sacerdotibus conventus audire confessiones hominum ad monasterii servitium commorantium, qui non possint de facili suorum copiam habere sacerdotum. II kal. Oct. a° 8°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 580. n° 1250.

Oct. 1 „ • (14075) Repetit n° 13342 d. d. 1249. Oct. 5: »Kal. Oct. a° 8°« — »Iustis petentium desideriis.« ‖ Erben l. c. 581. n° 1251.

1250.

Oct. 1 Lugduni (14076) Primicerio et cantoribus scolae cantorum Urbis sacras aedes et bona quam plura ad monasterium s. Mariae de Capitolio in Urbe spectantia concedit, eorundem cantorum numerum praefinit, iura et onera designat *etc.* Kal. Oct. a° 8°. ‖ Bullar. Vatic. I. 127; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 556. n° 346. — »Cum divinis deputati.«

» 1 „ (14077) Archiepiscopo Cantuariensi et episcopo Herefordensi mandat, ut, si Henricum regem Angliae, antequam iter transmarinum arripiat, decedere vel contigerit impediri, omnia quae colligantur ex decima ecclesiasticorum proventuum, conservent in tutis locis in Terrae sanctae subsidium convertenda. Kal. Oct. a° 8°. ‖ Rymer Foed. I. I. 161. — »Cum carissimo in.«

» 1 „ (14078) Priorem et conventum Omnium Sanctorum (de) Dublin ord. s. Aug. patrocinandos suscipit, specialiter autem terras domos redditus *etc.*, sicut ea omnia pacifice possident, ipsis confirmat. Kal. Oct. a° 8°. ‖ Butler Registrum 9. n° 5. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 1 („) • (14079) Iudices conservatores (Henricum) episcopum Eistetensem et abbatem S. Emerammi Ratisbonensis pro confirmatione B(ertoldi) electi Pataviensis exequenda eligit. Kal. Oct. a° 8°. ‖ Deutinger Beyträge II. 159. n° 75.

» 3 „ (14080) Monasterii Ierosolimitani [Ierusalem prope Biezelingen] ord. s. Victoris Traiect. dioc. tutelam suscipit et possessiones bonaque eiusdem confirmat. V non. Oct. a° 8°. ‖ Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique I. 61; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 281. n° 526. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 4 „ (14081) Archipresbytero Parmensi mandat, ut ea quae de bonis monasterii Nonantulani ord. s. Ben. Mutinens. dioc. per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. IV non. Oct. a° 8°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 377. n° 458. — »Sicut dilecti filii.«

» 4 „ (14082) Sarraceno nato quondam Nicolae Sarraceni civi Perusino castellaniam et rectoriam castri Radicofani confert. IV non. Oct. a° 8°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 129. n° 236. — »Probata nobis tue.«

» 6 „ (14083) Anselmum fratrem hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Pruscia, quem (Petrus) episcopus Albanensis apostolicae sedis legatus episcopatui Warmiensi vacanti in episcopum praefecerat ac cui d. 28. Aug. munus consecrationis impenderat, in episcopatu confirmat. II non. Oct. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 558. n° 347; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 82. n° 87; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 44. n° 23. — »Porrecta nobis tua.«

» 7 „ (14084) Abbati et conventui monasterii de Salem Cisterc. ord. Constantiens. dioc. indulget, ut nullus delegatus sedis apostolicae vel subdelegatus *etc.* in eos excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententias valeat promulgare. Non. Oct. a° 8°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 529. — »Efficax vestrae devotionis.«

» 7 „ • (14084 a) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut ad nullius receptionem vel provisionem per litteras apostolicas coerceri possint *etc.* Non. Oct. a° 8°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 122.

» 10 „ (Nicolao) episcopo Pragensi: »VI id. Oct. a° 8°«. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 581. n° 1253, *vid.* 1250. Oct. 12. n° 14087.

» 11 „ (14085) De S. Albano et de Waltham abbatibus et archidiacono S. Albani Lincoln. et London. diocc. mandat, ut sententiam excommunicationis, quam Bonifacius Cantuariensis archiepiscopus in priorem, subpriorem, sacristam, cellerarium et praecentorem ecclesiae s. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. promulgavit, quod conventus ei ratione visitationis procurationem renuit exhibere, faciant omnino cessare. V id. Oct. a° 8°. ‖ Rymer Foed. I. I. 162; Wilkins Concil. I. 697. — »Ex parte dilectorum.«

» 11 „ (14086) Priori, subpriori, sacristae, celerario et praecentori ecclesiae s. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. de superiore epistola significat eisque, ut super praemissis nequeat in posterum aliqua dubitatio suboriri, praesentes litteras in testimonium concedit. V id. Oct. a° 8°. ‖ Rymer l. c. 162. — »Ex parte vestra.«

» 12 „ (14087) (Nicolao) episcopo Pragensi mandat, ut ad preces Agnetis sororis monasterii s. Francisci ord. s. Damiani Pragensis magistro et fratribus hospitalis ad idem monasterium pertinentis deferendi signum congruum (*i. e.* crucis et stellae) concedat. IV (VI *Erb.*) id. Oct. a° 8°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 127. n° 153; Erben Reg. Bohem. I. 581. n° 1253. — »Precibus dilecte filie.«

» 12 „ (14088) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus in generali concilio constitutis mandat, ut cum moniales monasterii de Tennikon (Thenichon *Neug.*) Constant. dioc., quod Eberhardus de Bichilinse [Bichelsee] fundaverit, ordini Cisterciensi incorporari velint, ad eas abbatem monasterii de Capella eiusd. dioc. aut alium mittant, qui eas praefato ordini uniat eisque visitationem impendat, salvo iure episcopi diocesani. IV id. Oct. a° 8°. ‖ Neugart Cod. dipl. Alemann. II. 192. n° 943; *cf.* Meyer von Knonau Regest. von Cappel 6. n° 61, *male ad* a. 1252. — »Cum dilectus filius.«

1250.

Oct. 13 Lugduni (14089) Monasterium s. V. Mariae de Hilda [Eldena] Caminens. dioc. Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III id. Oct. indict. IX. incarn. dom. a° 1250. pont. a° 8°. ‖ Klempin Pommersches UB. I. 404. n° 523. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 » (14090) Monasterii s. Mariae V. in Losdun [Loosduinen] Traiect. dioc. protectionem suscipit possessionesque eius ac privilegia confirmat. III id. Oct. indict. VIII (!). incarn. dom. a° 1250. pont. a° 8°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 281. n° 527. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 » (14091) Abbatissam et sorores monasterii s. Mariae V. de Gora [Bergen] Cisterc. ord. Roskyldens. dioc. tuendas suscipit omnesque earum possessiones ac bona, quorum plura propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. III id. Oct. indict. IX. incarn. dom. a° 1250. pont. a° 8°. ‖ Grümbke Gesch. des Nonnenklost. St. Maria in Bergen (Stralsund 1833) 198; Fabricius Urk. des Fürstenth. Rügen II. Urk. 33. n° 56; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 902. n° 448; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 403. n° 522. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 14 » • (14092) Repetit n° 13909 d. d. 1250. Ianr. 28: »II id. Oct. a° 8°« — »Cum a nobis.« ‖ Grünhagen Regesten I. 282. n° 726.

» 15 » (14093) Priorissae et conventui monasterii s. Mariae de Pruliano ecclesiam b. Mariae Fanilovis, quam Fulco episcopus Tolosanus utpote ad mensam suam spectantem earum monasterio quod ipse construxerat pia liberalitate concessit, auctoritate apostolica confirmat. Id. Oct. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 187. n° 210; *cf.* Bern. Guidonis Hist. fundat. convent. Praedic. ap. Martene Ampl. collect. VI. 451. — »Inter alia que.«

» 15 » (14094) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Gratiae Pampilonensis ord. s. Dam. liberam concedit sepulturam. Id. Oct. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 497. n° 78; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 559. n° 348. — »Cum a nobis.«

» 18 » (14095) (Richardo) episcopo Cicestrensi et archidiacono Exessiae London. dioc. mandat, ut a (Waltero) Wigorniensi episcopo rationem de eis, quae recepit ex redemptionibus votorum, obventionibus et legatis pro subsidio Terrae sanctae deputatis necnon et expensis factis ab ipso in huiusmodi prosecutione negotii *etc.* una cum fratre Iohanne Anglico de ord. Minor. nuntio apostolico in Anglia audiant. xv kal. Nov. a° 8°. ‖ Sbaralea l. c. n° 349. — »Cum sicut venerabilis.«

» 23 (») • Monasterium de Wilzeburc (ord. s. Ben.) protegendum suscipit. specialiter autem eius possessiones in Wizzenburg, Wettelsheim *etc.* confirmat. ‖ 36. Jahresbericht des hist. Vereins von Mittelfranken (Ansbach 1868) 15, *vid.* n° 14097.

» 24 resp. 25 » (14096) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut nulli deinceps per litteras apostolicae sedis vel legatorum ipsius impetratas, dummodo non sit per eas ius alicui requisitum vel impetrandum, possit de prioratibus, decanatibus, grangiis *etc.* ad ius vel fratres ordinis eorum spectantibus provideri aut assignari. VIII (IX *Reg.*) kal. Nov. a° 8°. Bullar. ord. Cluniac. 122; Registrum monasterii de Passelet 288. — »Favore vestre religionis.«

» 28 » (14097) Monasterium s. Petri in Wilceburc Eistetens. dioc. patrocinandum suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam ibidem institutus perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia, quorum plurima nominatim recenset, auctoritate apostolica confirmat. v kal. Nov. indict. IX. (VIII *Fal.*) incarn. dom. a° 1250. pont. a° 8°. ‖ Jung Antiq. monast. in Wilzburg 10; Falckenstein Urkunden 53. n° 39; *cf.* 36. Jahresber. des hist. Vereins von Mittelfranken (Ansbach 1868) 15, *ad* Oct. 23. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 29 » (14098) Ministro et fratribus Minoribus Pampilonensibus collationem ecclesiae s. Petri de Ripis, quam Pampilonensis episcopus priorissae ac sororibus quondam in loco qui dicitur Cella morantibus ord. s. Aug. fecerat et papa confirmaverat, definit. IV kal. Nov. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 498. n° 79; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 560. n° 350. — »Cum ecclesiam sancti.«

» 29 » (14099) Potestati, consilio et populo S. Genesii Camerin. dioc. scribit, se de fideli ac prudenti persona eis et reliquis fidelibus sedi apostolicae de Anconitana marchia providisse, quae circa eorum et totius provinciae statum vigilet diligenter. Monet et hortatur eos, ut in fidelitate ac devotione apostolicae sedis persistentes hostilibus conatibus viriliter resistant, praeceptis autem praefatae personae, quam O(ctavianus) S. (Romanae, *sed legas*) Mariae in via lata diaconus cardinalis ad ipsos miserit, efficaciter pareant. IV kal. Nov. a° 8°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 33. n° 24. — »Quia non potest.«

Nov. 4 » • (14100) Innocent, voulant faire cesser la discorde entre Thibaut comte de Champagne et l'évêque de Pampelune, charge Bernard doyen de Patras, de lever l'interdit mis sur le royaume de Navarre et de faire rendre à l'évêque et à ses partisans ce qui leur a été pris; sinon Bernard rétablira l'interdit. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 450. n° 2952.

1250.

Nov. 5 Lugduni (14101) (Thomae) episcopo Wratislaviensi mandat, faciat ut Wissegradensis ecclesia in Pragensi diocesi constituta, quae 12 marcas argenti nomine census Romanae debeat ecclesiae annis singulis exhibere, hunc censum nomine apostolicae sedis pro viginti annis proximo praeteritis ei (*i. e.* episcopo) integre solvat. Non. Nov. a° 8°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 581. n° 1254; *cf.* Grünhagen Reg. I. 282. n° 728; Korn Reg. episc. Vratisl. 38. — »In provinciali camerae.«

» 8 » (14102) Eginoni episcopo Tridentino et Brunoni electo Brixinensi scribit: »Cum te, frater episcope, de Brixinensi ad Tridentinensem ecclesiam dux(er)imus transferendum ac te, fili electe, praefecerimus ecclesiae Brixinensi, quia bona Tridentinae ecclesiae sunt per inimicos ecclesiae occupata, ... ordinamus ut tu, fili electe, duo (partes) de cunctis eiusdem ecclesiae Brixinensis, tu vero episcope reliqua retineatis ac dividatis inter vos aequaliter, ... donec tu, frater episcope, castra villas et bona ecclesiae tuae recuperare valeas.« »Lag. (*Lün.*)« VI id. Nov. 8° (*sine a° Lün.*) ‖ Ughelli Ital. sacra V. 605; Lünig Spicil. eccles. II. (Reichs-Arch. XVII.) 149. n° 8. — »Cum te frater.«

» 8 » (14103) Priori fratrum Praedicatorum Londoniensi mandat, ut Londoniensem episcopum a censuris absolvat. VI id. Nov. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 187. n° 211. — »Ex parte venerabilis.«

1243—1250.

» 8 » (14104) S(tephano) tit. S. Mariae Transtiberim presbytero cardinali vicario suo in Urbe mandat, praecipiat abbati et conventui monasterii de Farneta, ut ecclesiam s. Cornelii ad eos spectantem basilicae Principis apostolorum conferant. VI id. Nov. a° ?. ‖ Bullar. Vatic. I. 128. — »Ex suscepto apostolatus.«

1250.

» 17 » (14105) Monasterii Athanacensis [Ainay] Lugduni protectionem suscipit eiusque bona ac possessiones nominatim expressa confirmat. XV kal. Dec. ind. IX. incarn. dom. a° 1250. pont. a° 8°. ‖ Monfalcon Lugdunens. monum. 414; Mémoires et documents de Genève XIV. (1862) 29. n° 39 *omisso initio.* — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 17 » (14106) Universis Christifidelibus, qui elemosynas et subsidia praestiterint fabricae ecclesiae conventusque fratrum Minorum Pistoriensium, indulgentias elargitur. XV kal. Dec. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 560. n° 351. — »Quoniam ut ait.«

» 21 » (14107) Abbatissam et conventum monasterii Quidelingeburgensis ord. s. Aug. Halberstad. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem terras, redditus et alia bona, libertates quoque, immunitates et exemptiones saecularium exactionum eis confirmat. XI kal. Dec. a° 8°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 184; Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 211. n° 54. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 21 » (14108) Decano ecclesiae Wissegradensis Pragens. dioc. mandat, ut abbatem et conventum Welegradenses Cisterc. ord. Olomucens. dioc. ab invasoribus, praedonibus et raptoribus defendat. XI kal. Dec. a° 8°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 127. n° 154; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 582. n° 1255. — »Ne dilecti filii.«

» 22 » (14109) Archiepiscopo et capitulo Nidrosiensibus petentibus »domos et ambitum ecclesiae vestrae ab ea usque ad 40 passus illa libertate ac immunitate, qua ecclesia ipsa gaudet, auctoritate praesentium gaudere decernimus.« X kal. Dec. a° 8°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VIII. I. 9. n° 7. — »Cum a nobis.«

» 26 » (14110) (Potestati, consilio et populo S. Genesii) Camerinens. dioc. supplicantibus, ut contra futuras angustias et pressuras inimicorum aliquem capitaneum cum certa militum et equitum quantitate aestate proximo destinet, respondet, se propter hoc R(ainaldo) Ostiensi episcopo, S(tephano) tit. S. Mariae trans Tiberim presbytero et P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinalibus mandata dedisse. VI kal. Dec. a° 8°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 32. n° 23. — »Nuntios vestros et.«

» 26 » (14111) Repetit Innocentii III pp. n° 4383 d. d. 1212. Febr. 15: »VI kal. Dec. a° 8°« — »Cum Quindelingeburgensi monasterio.« ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 185; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 211. n° 53.

» 26 » (14112) Abbatissae et conventui monasterii in Quindelingeburgh ord. s. Aug. Halberstad. dioc. confirmat privilegium Lucii (III) pp. d. d. Velletri XVIII kal. Mai. (*cf.* Jaffé Reg. n° 9513), quo ordinavit, ut illae unam marcam puri argenti ad indicium perceptae libertatis Romanae ecclesiae sedi apostolicae de cetero annuatim solvant. VI kal. Dec. a° 8°. ‖ Erath l. c. 185; Lünig l. c. 212. n° 55. — »Litteras bone memorie.«

» 26 » (14113) Eisdem significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui earum monasterium in festo ss. Petri, Servatii et Dionysii venerabiliter visitaverint, indulgentiam 40 dierum concedere. VI (*om. Lün.*) kal. Dec. a° 8°. ‖ Erath l. c. 185; Lünig l. c. 212. n° 56. — »In sanctorum festivitatibus.«

1250.

Nov. 26	Lugduni	(14114) Conradi clerici, nepotis dapiferi ecclesiae Maguntinae, receptionem in Maguntina ecclesia in canonicum proprio motu capituli ecclesiae factam ratam habet et confirmat. VI kal. Dec. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 64. — »Cum sicut accepimus.«
» 27	»	(14115) Alberico de Romano, cuius fratrem Ezelinum perfidum et rebellem W(illelmus) rex Romanorum castris, villis, terris, mancipiis ac universis bonis omnino privavit ac ei eiusque haeredibus omnia supradicta adiudicavit, hoc decretum confirmat. V kal. Dec. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 180; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 133. n° 250. — »Iustis petentium desideriis.«
» 27	»	(14115a) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia indulget, ut nullus sedis apostolicae legatus vel subdelegatus in eos excommunicationis *etc.* sententiam promulgare possit absque speciali sedis apostolicae mandato. V kal. Dec. a° 8°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St.-Denys 583.
» 27	»	(14116) Fratri Guillelmo de Cyka ord. Praedic. capellano (Guillelmi) regis Romanorum praedicationem crucis contra Corradum filium quondam F(riderici) imperatoris eiusque fautores per totum regnum Alemanniae committit. V kal. Dec. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 188. n° 213. — »Ut talentum scientie.« *Cf.* n° 13361. 13636. 13642. 14170.
» 27	»	(14117) Fratri Leoni de Broma et sociis eius ord. Praed. concedit, ut, si ad alium ordinem se transferre contigerit, libere possint audire confessiones et de rebus divinis concionari. V kal. Dec. a° 8°. ‖ Ripoll l. c. 188. n° 214. — »Cum in prędicatione.«
» 27	»	(14118) Priorissam et sorores monasterii s. Mariae de Casa Cremonens. dioc. curae prioris provincialis ord. Praed. Lombardiae committit. V kal. Dec. a° 8°. ‖ Ripoll. l. c. 187. n° 212. — »Apostolice sedis benignitas.«
» 29	»	(14119) (Arnoni) episcopo Bergensi mandat, ut illos clericos, qui »minus ydonei super recepcione ac provisione sua in Nidrosiensi ecclesia litteras apostolicas ad importunam aliquorum instanciam impetrantes ius, quod super hoc eis competit, prosequi per easdem litteras non contenti in eadem ecclesia se intrudi nituntur per saecularem potentiam«, litterarum illarum beneficio privet. III kal. Dec. a° 8°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 38; Lange Dipl. Norveg. III. I. 2. — »Ex parte venerabilis.«
» 29	»	(14120) (Guilelmo Arnaldi) episcopo Carcassonensi mandat, ne in capella sita in palatio A(malrici) vicecomitis Narbonensis, qui ecclesiastico suppositus sit interdicto a (Guilelmo) archiepiscopo Narbonensi, et locis aliis interdictis divina officia celebrari permittat. III kal. Dec. a° 8°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 101; Bouges Hist. de Carcassonne 558. preuv. 48. — »Est nobis sollicite.«
» 29	»	(14121) Priori Praedicatorum et ministro Minorum fratrum provincialibus Alemanniae mandat, moneant omnes crucesignatos de partibus Frisiae et Norvegiae, quod in proximo passagio ab eis ad beneplacitum Blanchae reginae Franciae statuendo in subsidium Terrae sanctae transfretent. III kal. Dec. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. II. 12 *et* III. 246; Ripolli Bullar. Praed. I. 188. n° 215; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 561. n° 352; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1250 § 28. — »Cum ad pręsens.« *Cf.* n° 14130.
Dec. 1	»	(14122) Universis Christi fidelibus per regnum Sveciae constitutis eleemosynas conferentibus incoeptae reaedificationi Upsalensis ecclesiae igne consumtae indulgentias 40 dierum concedit. Kal. Dec. a° 8°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 346. n° 379; *cf.* Celse Appar. 73. n° 31. — »Quoniam ut ait.«
» 1	»	Abbatissae et conventui monasterii de Quedelingeburg ord. s. Aug. Halberstad. dioc.: »Kal. Dec. a° 8°«. ‖ Lünig Spic. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 212. n° 56, *vid.* 1250. Nov. 26. n° 14113.
» 1	»	(14123) Eisdem notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui earum ecclesiam in anniversario die dedicationis eiusdem venerabiliter visitarint, indulgentiam 40 dierum largiri. Kal. Dec. a° 8°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 186; Lünig l. c. 210. n° 51, *sine die et mense,* a° 4°. — »Licet is de.«
» 2	»	(14124) Urbevetano et Suanensi episcopis et priori S. Iohannis Urbevetano mandat, ut super vita et miraculis fratris Ambrosii ord. Minorum inquirant et testes recipiant. IV non. Dec. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 233; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 561. n° 353. — »Grata nobis admodum.«
» 2	»	(14125) Potestati, consilio et communitati Urbevetanis scribit de eodem argumento eosque monet, ut semper studeant manifestare sincerae devotionis operibus fidem suam. IV non. Dec. a° 8°. ‖ Sbaralea l. c. 563. n° 354; Wadding l. c. 235 *nonnisi fragm.* — »Grata nobis admodum.«
» 2	»	(14126) Abbati de Anitos Cisterc. et priori Malliburgeti s. Ben. ordinum Convenarum et Tarviens. dioec. mandat, ut de facinoribus Fortanerii, qui pro abbate monasterii s. Sabini ord. s. Ben. Bigorritan. dioc. se gerat, inquirant et contra eum procedant. IV non. Dec. a° 8°. ‖ Sbaralea l. c. 564. n° 356. — »Ex parte venerabilis.«

1250.

Dec. 3	Lugduni	(14127) Ministro ordinis fratrum Minorum in Tuscia indulget, ut fratribus sui ordinis licentiam interveniendi ad divina cum clericis quarumcunque ecclesiarum concedat. III non. Dec. a° 8°. ‖ Sbaralea l. c. n° 357. — »Ut absque conscientiae.«
» 3	»	(14128) (Henrico) electo Traiectensi concedit, ut nonnullas moniales et conversas monasterii de Rinisburc [Rijnsburg], quae pro violenta iniectione manuum in se ipsas et pro denegata abbatissae obedientia in excommunicationis laqueum inciderant, absolvat. III non. Dec. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 66; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 283. n° 531. — »Exhibita nobis dilecte.«
» 3	»	(14129) Abbati Tautrensi Cisterciensis et de Sancta Sede s. Augustini ordinum Nidrosiensis dioc. et de domo Praedicatorum Nidrosiensium prioribus mandat, ut, cum archiepiscopus et capitulum Nidrosienses privilegia suae ecclesiae a Romanis pontificibus concessa, sed nimia vetustate consumi incipientia renovaturi sint, eadem transcribi de verbo ad verbum et super hoc confici faciant publicum instrumentum. III non. Dec. a° 8°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 33. n° 44. — »Ex parte venerabilis.«
» 3	»	(14130) Parisiensi, Ebroicensi et Sylvanectensi episcopis mandat, ut omnes crucesignatos Provinciae ac communitatis Tolosanae et vicinos portubus et totius regni Franciae *etc.* compellant, quod in proximo passagio ab eis ad beneplacitum Blan(chae) reginae Franciae statuendo transfretent in subsidium Terrae sanctae. III (*sic!*) Dec. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1250 § 28. — »Cum ad praesens.« *Cf.* n° 14121.
» 3	»	(14131) Capituli et ecclesiae Upsalensis patrocinium suscipit eisque specialiter redditus bladi, »qui dicime pauperum uulgariter appellantur«, ab Erico III rege ac Birgero duce Suetiae donatos necnon alia bona confirmat. III non. Dec. a° 8°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 347. n° 380; *cf.* Celse Appar. 74. n° 32. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 3	»	(14132) Praeposito et capitulo ecclesiae Upsalensis libertates et immunitates a praedecessoribus papis concessas, necnon exemptiones saecularium exactionum a regibus et principibus regni Suetiae aliisque indultas confirmat. III (*om. Celse*) non. Dec. a° 8°. ‖ Liljegren l. c. 348. n° 381; *cf.* Celse l. c. n° 33. — »Cum a nobis.«
» 4	»	(14133) Potestati, consilio et communi Castri s. Ginesii Camerin. dioc., quibus Munaldus, Conradus et Iacobus domini castrorum Riparum et Iuffonis ac heredes Guarnerii de Promptaguerra in castris ipsis eorundem dominorum consortes eadem castra vendiderant, hanc venditionem confirmat. II non. Dec. a° 8°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 34. n° 26. — »Iustis petentium desideriis.«
» 5	»	(14134) (Henrico) Spirensi episcopo mandat, ut loca omnia in partibus Alamanniae, »quorum domini ac incolae F(riderico) quondam imperatori vel C(onrado) nato eius aut ipsorum fautoribus favere vel adhaerere praesumunt vel cum eis sub treugarum praetextu vel specie foederis socialis pactiones vel conventiones contrahunt in dispendium negotii quod ad praesens per W(illelmum) regem Romanorum aliosque sibi in communione fidelium adhaerentes contra praefatum F(ridericum) persecutorem ecclesiae promovetur«, supponat vel supponi faciat publico ecclesiastico interdicto. Non. Dec. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 67. — »Ne perturbatores negotii.«
» 6	»	(14135) (Blancham) reginam Franciae rogat et hortatur, ut bona A(malrici) vicecomitis Narbonensis, qui in excommunicatione lata in eum per (Guilelmum) Narbonensem archiepiscopum per annum et amplius perstiterit animo contumaci, saisiri faciat. VIII id. Dec. a° 8°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 102. — »Cum sicut venerabilis.«
» 6 resp. 7	»	(14136) (Iarlero) archiepiscopo Upsalensi eiusque suffraganeis et toti clero regni Suetiae significat, se confirmare constitutionem (Skeningensem) per (Wilhelmum) Sabinensem episcopum tunc in partibus illis apostolicae sedis legatum editam, qua cautum est, »ut in singulis ecclesiarum, in quibus adhuc capitula nulla erant, unus praelatus idoneus et ad minus quinque canonici (habebantur, *leg.*) habeantur, per quos eisdem ecclesiis pro tempore vacaturis possit de futuro episcopo per electionem canonicam provideri.« Praeterea statuit papa 1° ut nullus archiepiscopus vel episcopus, nisi qui in capitulo a maiori vel saniori eius parte electus sit, praeficiatur; 2° ut redditus et bona ad mensam archiepiscopalem vel episcopalem spectantia successori conserventur; 3° ne praesules iuramento homagii vel fidelitatis saecularibus personis se patiantur obstringi, cum regi vel baronibus aut aliis personis saecularibus pro aliquorum regalium seu feudorum receptione nullatenus sint obnoxii. VII (VIII *Vast., Celse*) id. Dec. a° 8°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 178; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 563. n° 355; Liljegren Svenskt dipl. I. 348. n° 382; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1250 § 40; *cf.* Celse Appar. 75. n° 34. — »Cum a nobis.«
» 8	»	(14137) (Uffoni) Lundensi archiepiscopo de antecedenti epistola significat eique mandat, ut molestatores huius constitutionis censura ecclesiastica compescat. VI id. Dec. a° 8°. ‖ Liljegren l. c. 349. n° 383; *cf.* Celse l. c. n° 35. — »Lecta nobis ex.«
» 9	»	(14138) Priorissae ac conventui S. Mariae Montis Guardiae ord. s. Aug. Bononiens. dioc. indulget, ut ad receptionem aut provisionem alicuius in pensionibus aut beneficiis ec-

1250.

clesiasticis per litteras apostolicas compelli deinceps nequeant invitae. v id. Dec. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 24. n° 363. — »Efficax vestrę devotionis.«

Dec. 10 Lugduni (14139) Abbati et conventui monasterii Pontiniacensis Cisterc. ord. Autissiodor. dioc. ordinationem (Petri) Albanensis episcopi tunc apostolicae sedis legati de feretro s. Edmundi (archiepiscopi Cantuariensis) auro argento et pretiosis lapidibus ornando confirmat. iv id. Dec. a° 8°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1922; Quantin Recueil 254. n° 534. — »Intelleximus quod venerabilis.«

» 12 » (14140) Decano et capitulo ecclesiae Wetslariensis decimas vinearum apud Wetslariam in Garbenhem et Kalsmunt cultarum et etiam adhuc excolendarum, quas p. mem. Burchardus eiusdem ecclesiae praepositus eis contulit, confirmat. ii id. Dec. a° 8°. ‖ Gudenus Cod. dipl. V. 13. — »Iustis petentium desideriis.«

1245—1250.

» 12 » (14141) Abbatem et conventum S. Albani Lincoln. dioc. rogat, ut Iohanni de Camecana (Camecava *Matth. P.*) nepoti et capellano suo ecclesiam de Wingrave, in qua ius patronatus (personatus *Chron.*) habent, cum alia ecclesia primo vacatura, quae ad eorum praesentationem spectet, committant (commutent *Matth. P.*). ii id. Dec. *sine a°*. ‖ Matth. Paris Hist. maior 817; Chron. monast. s. Albani I. 508. — »Cum dilectus filius.«

1250.

» 13 » (14142) Archipresbytero de Dolanis Albens. dioc. mandat, ut Raymundo praeposito ecclesiae de Incisa ecclesiam campestrem s. Nicolai de Quinzano eiusd. dioc. ad monasterium monacharum de Aquis ord. s. Ben. spectantem conferat. Id. Dec. a° 8°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 496. in n° 66. — »Dilecti filii Raymundi.«

» 18 » (14143) Abbati monasterii s. Benedicti supra Padum ord. s. Ben. Mantuan. dioc. concedit facultatem conferendi primam tonsuram et quatuor minores ordines monachis et clericis ei subiectis. xv kal. Ianr. a° 8°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 38. — »Etsi universis ecclesiarum.«

» 18 » (14144) Monasterium s. Mariae de Welegrat Cisterc. ord. Olomucens. dioc. abbate et fratribus postulantibus protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. xv kal. Ianr. indict. IX. incarn. dom. a° 1250. pont. a° 8°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 128; Erben Reg. Bohem. I. 582. n° 1256; *cf.* Grünhagen Regesten I. 282. n° 729. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 21 » (14145) Abbati Tautrensi Cisterc. et de Sancta Sede s. Aug. ordinum Nidrosiens. dioc. ac domus Praedicatorum Nidrosiensium prioribus mandat, ut privilegia super immunitatibus et libertatibus ecclesiae Nidrosiensis concessa eidem a regibus et principibus et alias scripturas authenticas eius, quae sunt in Norwagica lingua conscripta, in scripturam latinam fideliter transscribi et super hoc confici faciant publicum instrumentum. xii kal. Ianr. a° 8°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 34. n° 45. — »Venerabilis frater noster.«

» 21 » (14146) Abbati S. Fortunati Tudertini mandat, ne permittat ut abbas et conventus S. Petri Perusini ord. s. Ben., quibus concessum sit, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius compelli minime possint, nisi facta de praesenti indulgentia mentione expressa, super his ab aliquibus molestentur. xii kal. Ianr. a° (9°, *sed scribas*) 8°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 272. — »Cum sicut ex.«

» 23 » (14147) Universis Christifidelibus ecclesiam Upsalensem in honorem s. Laurentii martyris fundatam festo huius sancti visitantibus indulgentiam 40 dierum concedit. x kal. Ianr. a° 8°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 350. n° 384; *cf.* Celse Appar. 75. n° 36. — »Loca sanctorum omnium.«

— » • (14148) Abbati fratribusque monasterii in Ylda [Eldena] concedit, ut per litteras apostolicae sedis aut legatorum ipsius, nisi plenam de hac indulgentia fecerint mentionem, in causam trahi nequeant. ‖ Fabricius Urk. des Fürstenth. Rügen II. Inh. d. Urk. 16. n° 84.

— » • (14149) Prioribus et fratribus ordinis Praedicatorum in Livonia mandat, ut elemosynas et bona, quae de votorum redemptione ad ipsos pervenerint hactenus sive perveniant, fratribus hospitalis s. Mariae pro emendis armis et equis aliisque rebus necessariis liberaliter suppeditent. A° 8°. ‖ Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 130. n° 72.

— (») (14150) Sigibaldum praeficit Novariensi ecclesiae in episcopum et pastorem. *Sine nota chronol.* ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 711 ex Marini de Ebulo formular. — »Etsi omni tempore.«

1251.

Ianr. 5 » (14151) (Bernoni) episcopo Bergensi et Nidrosiensium et Asloensium (Alfosiens. *Vast.*) fratrum Praedicatorum prioribus mandat, ut, cum propter mortem abbatis Tautrensis

1251.

nulli super inquisitione vitae et miraculorum Augustini Nidrosiensis archiepiscopi defuncti processus potuerint haberi, super praemissis inquirant iuxta directarum ad dictum abbatem eiusque socios continentiam litterarum. Non. Ianr. a° 8°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 177; Lange Dipl. Norveg. VI. i. 23. — »Sicut suis nobis.«

Ianr. 8 Lugduni (14152) Compositionem inter praepositum et capitulum ecclesiae Beronensis Constantiens. dioc. ex parte una et (Eberhardum) episcopum Constantiensem ex altera super decimis in Hochdorff, Pfefficon, Sarnon *etc.* factam confirmat. vi id. Ianr. a° 8°. ‖ Neugart Cod. dipl. Alemann. II. 192. n° 944. — »Ea quae iudicio.«

» 9 » (14153) Fratri Iohanni de Dist de ordine Minorum Leodiens. dioc. committit ad supplicationem W(illelmi) Romanorum regis, ut cum Waltero armigero laico et uxore eius super matrimonio dispenset, quod quarto coniuncti consanguinitatis gradu ad invicem contraxerunt. v id. Ianr. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 566. n° 358; Meerman Geschied. V. 68. — »Ex parte carissimi.«

» 12 » (14154) Archiepiscopo Tuamensi mandat, ut postulationem de Concorde canonico Enachdunensis ecclesiae in eiusdem episcopum unanimiter factam vice apostolica recipiat. ii id. Ianr. a° 8°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 53. n° 143. — »Enachdunensi ecclesia pastoris.« *Cf.* n° 14217.

» 13 » (14155) Archipresbytero et canonicis Terracinensibus, quibus Bibo laicus civis Terracinensis quasdam possessiones, retento sibi quoad vixerit usufructu ipsarum, contulerat, hanc concessionem confirmat. Id. Ianr. a° 8°. ‖ Contator Histor. Terracin. 366. — »Cum a nobis.«

» 13 » (14156) Ministro ordinis fratrum Minorum in Lombardia indulget, ut fratribus sui ordinis, quibus officium praedicationis iniungatur, licentiam concedat, ut cum clericis saecularibus intersint divinis. Id. Ianr. a° 8°. ‖ Mazzucchelli Osservaz. sopra il rito Ambros. 320. — »Ut absque conscientie.«

» 13 » (14157) Eidem Mediolanensi scribit in eundem modum de eodem argumento. Id. Ianr. a° 8°. ‖ Mazzucchelli l. c. 321. — »Ut absque conscientie.«

» 17 » (14158) Electo Vigintimiliensi concedit facultatem utendi mitra ac annulo necnon dandi benedictionem solemnem ac faciendi crucis signaculum, dummodo praesens aliquis episcopus vel legatus non existat. xvi kal. Febr. a° 8°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 307. — »Personam tuam volentes.«

» 18 » (14159) Priori fratrum Praedicatorum et guardiano fratrum Minorum Astensibus mandat, moneant cives Astenses, ut infra duos menses ad sinum matris ecclesiae revertentes restituant Astensi ecclesiae iura, quae subtraxerunt eidem, et ab ipsius oppressione cessantes de damnis ei illatis satisfaciant. xv kal. Febr. (Iun. *male Wadd., Sbar.*) a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 189. n° 216; Wadding Ann. Minor. III. 499. n° 83; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 574. n° 368. — »Pręsentium vobis auctoritate.«

» 18 » • (14160) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Iuncis Leodiens. dioc. concedit, quod decimas in parochiis alienis de manibus laicorum redimere possint, rectorum ecclesiarum, in quarum parochiis decimae ipsae consistunt, et diocesanorum earum accedente consensu. xv kal. Febr. a° 8°. ‖ Strehlke Tab. 370. n° 521.

» 20 » (14161) Eisdem in Alemannia concedit de gratia speciali, ut ad quartam vel quintam aut decimam vel vicesimam proventuum suorum partem praetextu subsidii ecclesiae Romanae solvendas minime teneantur. xiii kal. Febr. a° 8°. ‖ Strehlke l. c. n° 522. — »Ex tenore vestre.«

» 25 » (14162) Petro S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato intimat, se ex eius litteris comperisse, »quod Fridericus quondam imperator viam sit universae carnis ingressus († d. 19. Dec. 1250). Ad hoc tam cito nostrum convertimus cogitatum, ut ... ad Urbem Deo propitio rediremus.« Mandat ei, ut de universali affectu hominum regni Siciliae super reversione ipsorum ad ecclesiam investiget plenam veritatem et quid invenerit, papae sine dilatione rescribat. viii kal. Febr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 2. — »Intellecto per devotionis.«

» 25 » (14163) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliarum (!) ecclesiarum praelatis ac universo clero et comitibus, baronibus, militibus et populis civitatum, castrorum et aliorum locorum per regnum Siciliae constitutis laetabunde scribit de morte illius *i. e.* Friderici imperatoris »qui vos specialiter de numero fidelium persecutionis malleo continuate contrivit et ecclesiam Dei graviter in multis, sed in vestra gravissime vexatione turbavit. ... De apostolica sede ad loca remota transivimus, ut multorum afflictionibus sed vestris praecipue angustiis finem imponere valeremus.« Exultat eis diem laetitiae post noctem tristitiae pervenisse. Addit, se praeter has litteras etiam idoneos nuntios ad eos in proximo transmissurum esse *etc.* viii kal. Febr. a° 8°. ‖ Raynald. l. c. § 3. — »Laetentur coeli et.«

1251.

Ianr. 27 — Lugduni — (14164) Episcopo S. Andreae scribit, se episcopo et capitulo Glasguensibus concessisse, ne ad receptionem vel provisionem alicuius in ipsorum ecclesia per litteras apostolicas compelli possint, nisi in eis de praebendarum ipsius ecclesiae numero specialis mencio habeatur. Mandat eis, curent ne illi super his ab aliquibus indebite molestentur. VI kal. Febr. a° 8°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 157. n° 196. — »Devocionis sinceritas quam.«

» 27 — » — (14165) Archiepiscopo Panormitano opprobrat, quod enormiter coram Deo in totius ecclesiae scandalum deliquit. Ut via ad veniam praeparetur hortatur eum, ut Barensi archiepiscopo, quem ad partes regni (Siciliae) transmittat, in eiusdem regni ac ecclesiae negotiis fideliter assistat et quos poterit ad ecclesiae fidelitatem sollicite revocet. VI kal. Febr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 5. — »Aetatis tuae nos.«

» 31 — » — (14166) Iohanni Lemovicensi poenitentiario suo ord. fr. Minorum mandat, ut de iure archiepiscopi et capituli Bissuntinorum ac Iohannis comitis Burgundiae domini Salmen. super moneta, quam idem comes apud Salm. cudi faciat, sollicite inquirat et quod iustum fuerit inviolabiliter observari faciat. II kal. Febr. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 499. n° 81; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 566. n° 359. — »Cupiens ut finis.«

Febr. 3 — » — (14167) Abbatissae et conventui monasterii de Rosendal Cisterc. ord. Warmac. dioc. concedit, ut, si ius patronatus unius ecclesiae eis in posterum cuiuscunque fidelium devotio conferat, illam possint in usus proprios retinere. III non. Febr. a° 8°. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 343. — »Religiosarum personarum indigenciis.«

» 4 — » — (14168) Nicolao dicto Scarso scriptori suo canonico Cameracensi mandat, ut in regno Alamanniae de praebendali vel alio ecclesiastico beneficio Dominico de Caleno clerico W(illelmi) regis Romanorum provideat. II non. Febr. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 70. — »Sicut carissimo in.«

» 5 — » — (14169) De Eberach et de Bilhilthusen abbates Cisterc. ord. Herbipolens. dioc. hortatur, ut monachis et conversis suorum monasteriorum, qui paucis elapsis temporibus obsidioni castrorum Oppenhem, Gerlinhusen et Breghele rebellium imperii, W(illelmi) Romanorum regis et eidem assistentium obsequiis deputati affuerunt et urgente victualium inedia carnes edere sunt coacti contra ordinis instituta, nullam poenam infligant. Non. Febr. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 71. — »Ad nostram noveritis.«

» 5 — » — (14170) Fratri (Willelmo) de (Eyka, *sed legas*) Cyka ord. Praedic. committit praedicationem crucis contra Conradum natum quondam F(riderici) imperatoris eiusque fautores per totum regnum Alemanniae. Non. Febr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 11, *omisso initio*. *Cf.* 1250. Nov. 27. n° 14116 *et* H. Baerwald Baumgartenb. Formelbuch (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 153. n° 26.

» 7 — » — (14171) Potestatem et consilium Mutinenses monet, ut terram Carpensem ab ipsis occupatam, cum iuris et proprietatis existat apostolicae sedis, eiusdem legatis aut nuntiis liberam dimittant ac, revocatis rectoribus et officialibus, nullam exerceant in eadem terra de cetero potestatem. VII id. Febr. a° 8°. ‖ (Garampi) Antico sigillo della Garfagnana 37. — »Efficaciori nequimus indicio.« *Cf.* n° 14175.

» 7 — » — (14172) Potestatem et consilium Lucanorum hortatur, ut terram Carfagnanae ab ipsis occupatam, cum iuris et proprietatis apostolicae sedis existat, eiusdem legatis aut nuntiis expeditam et liberam dimittant ac, revocatis rectoribus et officialibus, nullam exerceant in eadem terra de cetero potestatem. VII id. Febr. a° 8°. ‖ Garampi l. c. 36. — »Efficaciori nequimus indicio.«

» 8 — » — (14173) Abbati de Dunemunde Cisterc. ord. Rigens. dioc. mandat, faciat ut cives Rigenses de cetero non observent et de suis deleant capitulariis poenam quam infligunt illis, qui observent quod (Willelmus) Sabinensis olim Mutinensis episcopus tunc in partibus illis apostolicae sedis legatus duxerit statuendum, »ut cuilibet civium Rigensium licitum sit, bona sua mobilia et immobilia in vita seu voluntate ultima ecclesiis et aliis piis locis legare.« VI id. Febr. a° 8°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 274. n° 217; *cf.* Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 130. n° 73. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 9 — » — (14174) Conventum monialium monasterii s. Mariae de Paradiso Montispessulani Magalon. dioc. ord. s. Dam. sub b. Petri et sua protectione suscipit. V id. Febr. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 499. n° 82; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 567. n° 360. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 10 — » — (14175) Octaviano S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato significat de epistola ad potestates et consilia Lucanorum, Bononiensium ac Mutinensium scripta sic incipienti »Efficaciori nequivimus« (*vid.* n° 14171. 14172), qua eos rogat et monet, ut terram Garfagnanae quam detinebant legatis apostolicae sedis vel eiusdem nuntiis expeditam et liberam dimittant neque in eadem terra de cetero ullam exerceant potestatem, cum iuris et proprietatis ecclesiae Romanae existat *etc.* IV id. Febr. a° 8°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 274. — »Noveritis nos dilectis.«

1251.

Febr. 10 — Lugduni — (14176) Fratri Iohanni de Dist capellano (Willelmi) regis Romanorum, cui nonnullas litteras sedis apostolicae et indulgentias contra quondam Fridericum (quendam Fratrem *leg. Wadd.*) qui se pro imperatore Romano gerebat eiusque fautores tam super negotio crucis quam super aliis universalis ecclesiae negotium contingentibus concesserat, mandat, ut id quod per huiusmodi litteras mandabatur, contra Conradum natum eiusdem Friderici nihilominus exequatur. IV id. Febr. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 246; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 567. n° 361. — »Cum sicut te.«

» 10 — » — (14177) Eidem committit, ut in illis partibus Flandriae, in quibus esse dicitur in generali usu Teutonicum idioma, contra Conradum natum quondam Friderici imperatoris eiusque fautores praedicet verbum crucis. IV id. Febr. a° 8°. ‖ Wadding l. c. 246; Sbaralea l. c. 568. n° 362. — »Ut negotium generalis.«

» 10 — (») — • (14178) Nobilem virum dapiferum seniorem de Alzeia rogat, ut deducat ducem Bavariae ad devotionem sacrae Romanae ecclesiae. IV id. Febr. a° 8°. ‖ Deutinger Beyträge II. 154. n° 17.

» 10 — (») — • (14179) Ludovicum filium ducis Bavariae monet, ut, si felices cupiat habere progressus, discat colere Deum in sinceritate fidei et eius ecclesiam sedulo devotionis obsequio venerari, ideoque audiat fratrem Henricum poenitentiarium suum eiusque sanis consiliis acquiescat. IV id. Febr. a° 8°. ‖ Deutinger l. c. 154. n° 18.

» 10 — (») — • (14180) Ducis Bavariae petitioni consentiens, ne saluti eius desit opportuni consilii medicina, mittit ad eum fratrem Henricum poenitentiarium suum, tractaturum de eius animae remedio et devotionis obsequio, quod Deo debeat et ecclesiae. IV id. Febr. a° 8°. ‖ Deutinger l. c. 154. n° 19.

» 12 — » — (14181) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, compellat potestates et communia Lombardiae et praecipue potestatem et commune Mediolanenses, qui a domibus ordinis Humiliatorum quandam nomine mutui pecuniae summam extorquere nituntur, ut a tali exactione et extorsione pecuniae et aliis exactionibus indebitis desistant. II id. Febr. a° 8°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 250. — »Persone humiles divini.«

» 13 — » — (14182) (Alberto) archiepiscopo Prusciae ac Livoniae mandat, ut inter abbatem conventumque loci qui dicitur Cicimer ord. s. Ben. ex una parte et abbatissam monialesque S. Iohannis Lubicensis Cisterc. ord. ex altera litigantes super eo, quod iidem abbas et conventus ad dictum monasterium s. Iohannis ex quo culpis suis amoti erant redire contendebant, iudicium faciat. Id. Febr. a° 8°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 157. n° 172. — »Sicut ex parte.«

» 13 — » — (14183) Priorissam et conventum S. Agnetis iuxta Bononiam incorporat ordini Praedicatorum statuens, ut sub magisterio et doctrina magistri et prioris provincialis Lombardiae de cetero maneant. Id. Febr. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 24. n° 364. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 13 — » — (14184) Attendens »quod pium et salubre sit orare pro mortuis« elargitur omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad sepulturam in die translationis Berengariae reginae Castellae vel etiam usque ad decennium devote accesserint orationum suffragia impensuri, indulgentiam 40 dierum. Id. Febr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 27, *omisso initio*.

» 13 — » — (14185) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut litteras a sede apostolica per filios et consanguineos haereticorum fautores super provisionibus in ecclesiis impetratas in irritum revocet neque patiatur eos recipi de cetero in illis. Id. Febr. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 568. n° 363. — »Sicut tua nobis.«

» 13 — » — (14186) Universis archiepiscopis et episcopis ac abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut Lugdunenses cives quorum protectionem suscipiat, quandocumque ad terras vel loca iurisdictionis illorum istos accedere vel exinde transire contigerit, habeant tanquam ipsius sedis apostolicae filios speciales praecipue commendatos neque permittant, ipsos ab aliquo molestari aut offendi. Id. Febr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 16; Ménestrier Hist. de Lyon, pr. XIII; Monfalcon Lugdunens. monum. 412. — »Lucida Lugduni devotio.«

» 14 — » — (14187) Priori S. Irenaei et praeposito ecclesiae Forverii Lugduni significat, se Lugdunensium civium personas cum famulis et omnibus bonis propter sinceritatem erga sedem apostolicam, fidei puritatem et constantiam inconcussam sub b. Petri et sua protectione admittere, illisque mandat, ut eos ab aliquibus indebite molestari non permittant. XVI kal. Mart. a° 8°. ‖ Ménestrier l. c. preuv. XIII; Monfalcon l. c. 412. — »Multa et devota.«

» 14 — » — (14188) Cives Lugduni cum famulis et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit; »nullo etenim tempore a sedis apostolicae memoria excidere poterit, cum quanta Nos civitas vestra veneratione susceperit et cum quanta studuerit diligentia honorare.« XVI kal. Mart. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 15; Ménestrier l. c. preuv. XII. — »Multa et devota.«

1251.

Febr. 14 Lugduni (14189) Eisdem in ecclesiae Romanae devotione persistentibus indulget, ut autoritate litterarum sedis apostolicae in posterum nulla ecclesia aut parochia civitatis eiusdem ecclesiastico possit subiici interdicto, nisi in eis de civitate ipsa et hac indulgentia mentio habeatur. xvi kal. Mart. a° 8°. ‖ Ménestrier l. c. pr. XIII. — »Multa et devota.«

» 14 » (14190) Sacristae saecularis ecclesiae s. Pauli Lugduni de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut cives, ecclesiae ac parochiae contra huius concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestentur. xvi kal. Mart. a° 8°. ‖ Ménestrier l. c. pr. XIV. — »Multa et devota.«

» 14 » (14191) Civibus Lugdunensibus concedit, ut, quandocunque pro eiusdem civitatis negotiis nuncium ad apostolicam sedem miserint, idem nuncius, quamdiu apud sedem ipsam pro negotiis eiusdem permanserit, Romani pontificis qui pro tempore fuerit familiaris existat. xvi kal. Mart. a° 8°. ‖ Ménestrier l. c. pr. XIV; Monfalcon Lugdun. monum. 413, *perperam* »Id. Febr.« — »Multa et devota.«

(» 1-14) (») • (14192) Decano et capitulo Toletanis gratulatur de electione Sanctii archidiaconi Toletani filii Ferdinandi regis Castellae in archiepiscopum Toletanum illumque in archiepiscopali dignitate confirmat. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 28.

(») (») • (14193) Clero et populo Toletanae provinciae mandat, ut obedientiam et studium novo archiepiscopo exhibeant. ‖ Raynald. l. c.

(») (») (14194) Ferdinandum regem Castellae ac Legionis rogat et monet, ut continuato favore et regalibus beneficiis Toletanam ecclesiam prosequens eam manuteneat et defendat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. — »Licet te tanquam.«

» 15 » (14195) Willelmum regem Romanorum hortatur, ut promoveat fideles in negotio ecclesiae, infideles ad fidem revocet »gloriosius exinde proventurus ad Romani imperii diadema, quo te . . . decorare tota intentione animi affectamus.« »Serva cor tuum et aures tuas, ne blandis pateant susurronibus« *etc.* xv kal. Mart. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 9. — »Licet postquam Dominus.«

» 17 » (14196) Abbatissae et conventui monasterii s. Petri Lugdunensis interdicit, ne Castrum de Turre infeudare aut impignorare vel abalienare praesumant. xiii kal. Mart. a° 8°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 142. n° 267. — »Auctoritate nobis prestolata.«

» 17 » • (14197) Guindeliburgensium [Quedlinburg] monialium in Alberstadensi diocesi privilegia, suscepto earum patrocinio, confirmat. xiii kal. Mart. indict. IX. incarn. dom. a° 1250. pont. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 12. *Cf.* 1251. Sept. 5. n° 14399.

» 18 » (14198) Ducissae Austriae suadet, ut magistri Iacobi archidiaconi Laudunensis capellani sui exhibitoris praesentium consilio acquiescens Florentium de Ollandia W(illelmi) regis Romanorum fratrem recipiat in maritum. xii kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 72; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 587. n° 1264; *cf.* Palacky Reise 33. n° 217; Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 8. — »Progenitorum tuorum monumenta.«

» 18 » (14199) Duci Saxoniae suadet, ut filiam suam dotatam magnifice W(illelmo) regi Romanorum velit tradere in uxorem. xii kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 74. — »Optantes toto desiderio.«

» 18 » (14200) Eidem suadet, ut filiam cl. mem. (Erici) regis Datiae neptem suam eidem regi Romanorum studeat nuptiali foedere copulare. xii kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 75. — »Optantes toto desiderio.«

» 18 » (14201) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi congratulatur, quod in negotio ecclesiae ac W(illelmi) regis Romanorum eam praesertim hoc anno prosecutionis diligentiam habuit, quae eum probavit fidelem eiusdem negotii zelatorem. »Quia tamen de medio vitae praesentis F(riderico) quondam imperatore sublato verum ex hoc suborta facilitas ad effectum promovet dictum negotium prosequentes,« mandat ei, ut opportunitatem non patiatur inutiliter praeterire, sed sic cooperetur successuum casibus, qui concurrant W(illelmo) regi Romanorum, ut idem rex eum sui recognoscat praecipuum promotorem. xii kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 76; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 6. — »Non est preter.«

» 18 » (14202) Magistri Iacobi archidiaconi Laudunensis capellani sui diligentiam et sollicitudinem in commissis ei negotiis laudat, eumque rogat et hortatur, ut assumpto secum fratre Theoderico magistro domus Theutonicorum Prusciae »qui linguam novit Theutonicam,« accedat ad duces, marchiones et comites imperii, revocet eos ad devotionem ecclesiae et ad praestandum homagium W(illelmo) regi Romanorum efficaciter inducat. xii kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 77; Hennes UB. d. deutsch. Ord. I. 136; *non integra* ap. Raynald. l. c. § 7. — »Cum venerabilis frater.«

» 18 » (14203) Archiepiscopos, episcopos et alios ecclesiarum praelatos per regnum Alamanniae constitutos monet et hortatur, ut praedictum magistrum Iacobum tanquam specialem apostolicae sedis nuncium honorent ac eidem pro se, familia et evectoribus suis sufficienter necessaria ministrent. xii kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 78. — »Cum dilectus filius.«

1251.

Febr. 19 Lugduni (14204) Ducem Saxoniae rogat et monet, ut in hoc sereno tempore W(illelmo) regi Romanorum sublimando in proximo ad fastigium imperialis honoris se reddat omni devotione placitum et praestet eidem fidelitatis debitae iuramentum, ita ei potenter assistens, ut ad honorem ecclesiae ac tranquillum statum imperii possit triumphaliter prosperare, nec aliquid super his praetextu Corradi vel alterius natorum ipsius Friderici consurgat obstaculum, »cum ipsi nullum ius habeant in imperio, cuius non successione, sed electione dignitas obtinetur.« Ut clarius summam intentionis apostolicae percipiat, ad eum magistrum Iacobum archidiaconum Laudunensem capellanum suum et fratrem (Thericum, *leg.*) Theodericum praeceptorem hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Pruscia mittit, quos ei commendat. xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 79. — »Corde nostro in.«

» 19 » (14205) Marchionem Misniae rogat, ut Iesu Christo se gratum et acceptum reddat assistendo viriliter necessitatibus ecclesiae quam ipse creator omnium instituit, quod antea »forsan pro eo provenire non potuit, quia quondam persecutori ecclesiae Friderico quasi de quadam necessitate tenebaris astrictus, cum ipse filiam suam in domo tua locaverit, ut filio tuo matrimoniali foedere iungeretur.« Porro eum monet, ut Willelmo regi Romanorum (*ut in n° 14204*). xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 82. — »Dudum habuit in.«

» 19 » (14206) Ducem Bavariae rogat, ut, cum quondam persecutor ecclesiae F(ridericus) de cetero metuendus non sit, reverenter inclinet cervicem suam et ad devotionem sanctae Romanae ecclesiae revertatur, Willelmo regi Romanorum (*ut in n° 14204*). Ut autem super his plenius informetur, mittit ad eum fratrem Henricum de ordine Praedicatorum poenitentiarium suum et mandat, ut eidem super praemissis fidem plenam adhibeat et vigili mente perficiat, »quod pie tibi suggessimus in hac parte.... Alioquin per eandem ecclesiam ... nec non per eundem regem contra te spiritualiter et temporaliter procedetur.« xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 84; *cf.* Deutinger Beyträge II. 154. n° 20. — »Dudum habuit in.«

» 19 » (14207) Ducissam Bawariae rogat, exhortetur ducem Bawariae maritum suum, ut piis monitis apostolicae sedis sine dilatione ac difficultate acquiescat redeundo ad devotionem ecclesiae et Willelmum regem Romanorum sublimando in proximo ad fastigium imperialis honoris *etc.* xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 86; *cf.* Deutinger l. c. 155. n° 21. — »Credimus quod regis.«

» 19 » (14208) Ducem de Brunswic rogat, ut W(illelmo) regi Romanorum, »in quem liberaliter et laudabiliter sicut decuit a suae promotionis initio consensisti,« praestet fidelitatis iuramentum eique patenter et potenter assistat. xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 88. — »Fidelium mater ecclesia.«

• *In eundem modum* (Iohannem) marchionem Brandenburgensem. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 31. n° 45.

» 19 » (14209) Ducissam de Brunswic rogat et monet, inducat ducem virum suum, ut ecclesiae mandatis, quae plenius et clarius Iacobus archidiaconus Laudunensis capellanus suus et frater Theodoricus (*vid. supra* n° 14204) explicaturi sint ipsis, sine dilatione acquiescat. xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 89. — »Multa corda fidelium.«

» 19 » (14210) Consiliarios et populum Warmacienses rogat et monet, ut ad devotionem matris ecclesiae redeant et W(illelmo) Romanorum regi, »qui ad imperialis honoris fastigium est sublimandus in proximo«, fidelitatis debitae iuramentum parent. xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 91. — »Fidelium et infidelium.«

• *In eundem modum* Consiliarios et populum Spirenses — Consiliarios et populum de Oppenhem — Consiliarios et populum de Frankenford — Consiliarios et populum de Gelnhusen — Universos consiliarios et populum civitatum, oppidorum et villarum Alamanniae, ad quos litterae istae pervenerint.

» 19 » (14211) Consiliarios civitatum, oppidorum et villarum Alamanniae ad quos litterae istae pervenerint rogat et obsecrat, apponant pro divini honore nominis omnem curam et diligentiam, ut populus ad sinum matris ecclesiae revertatur et W(illelmo) regi Romanorum praestet fidelitatis debitae iuramentum. xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 93. — »Nostri cordis affectum.«

• *In eundem modum* Consiliarios Spirenses — Consiliarios de Oppenhem — Consiliarios de Frankefordia — Consiliarios de Gelnhusen — Consiliarios de Vredemberg.

» 19 » (14212) (Eberhardo) episcopo Constantiensi committit, ut nobiles et alios, castrorum, oppidorum et villarum universitates suae diocesis, qui ad mandatum ecclesiae redire voluerint, recipiat eisque absolutionis beneficium largiatur, prius tamen ab ipsis cautione recepta, quod in devotione apostolicae sedis perseverent et W(illelmo) regi Romanorum fidelitatis exhibeant iuramentum. xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 95. — »De puritate tue.«

» 19 » (14213) Gotifridum de Hoenlach [*i. e.* Hohenlohe] rogat et monet, ut, cum Dominus quondam F(riderico) imperatore sublato de medio ei sicut et aliis fidelibus tempus indulserit

1251.

opportunum, in quo suae devotionis affectum possit circa Romanam ecclesiam per effectum operis publicare, W(illelmo) regi Romanorum (*ut supra in n° 14204*). xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 96. — »Frequenti relatu percepimus.«

Febr. 19 Lugduni (14214) (Rudolfo) episcopo Suerinensi (Guerinen. *Meerm.*) mandat, ut cessionem (Wilhelmi) episcopi Caminensis recipiat et capitulo Caminensi de Hermanno nepote ducis de Brunswic consilium tribuat »quod de ipso ecclesiae suae provideant, si W(illelmus) Romanorum rex eum acceptaverit«; si autem infra terminum eis praefigendum de ipso sibi non providerint, ex tunc eundem H(ermannum) ipsi ecclesiae in episcopum praeficiat. xi kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 97; Klempin Pommersches UB. I. 411. n° 533; *cf.* Böhmer Reg. a° 1246—1313. p. 320; Meklenb. UB. II. n° 671. — »Cum venerabilis frater.«

» 20 » (14215) Magistro Iacobo archidiacono Laudunensi capellano suo mandat, ut contra universitates, civitates, castra et villas Alamanniae, quae ad gremium matris ecclesiae non redierint seque W(illelmo) regi Romanorum oppositas aut rebelles reddiderint, spirituali et temporali districtione procedat; illos autem ex nobilibus et aliis ac universitatibus supradictis, qui ad mandatum ecclesiae redire voluerint, affectu benigno recipiat et absolvat. x kal. Mart. a° 8°. ‖ Meerman l. c. 99; *cf.* Deutinger Beyträge II. 155. n° 22. — »Experientia docente percepimus.«

° *In eundem modum* Fratri Henrico de ordine Praedicatorum poenitentiario suo.

» 20 » (14216) (Eskillo) episcopo Slesvicensi mandat, ut fratrem Nicolaum elemosinarium monasterii Trenorchiensis nuntium apostolicum in Datia, qui suae commissionis fines excedens ecclesias et monasteria nec non clericos et laicos Roskildensis diocesis indebitis exactionibus aggravabat, ad restitutionem omnium illorum, quae taliter receperit, per censuram ecclesiasticam compellat. x kal. Mart. a° 8°. ‖ Rördam Ny kerkehistor. Samlinger III. 94. n° 23. — »Retulit coram nobis.«

» 23 » (14217) Archiepiscopo Cassellensi, Corkagensi et Finnabarensi episcopis mandat, ut, si archiepiscopus Tuamensis postulatum Enachdunensem (*vid.* n° 14154) infra duos menses non confirmaverit, litteras apostolicas de hoc negotio exequantur. vii kal. Mart. a° 8°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 53. n° 144. — »Enachdunensi ecclesia pastoris.«

» 25 » (14218) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. possessiones quasdam in villis Ratich et Celtanc Trevirens. dioc. a M(athilda) comitissa quondam Seynensi datas confirmat. v kal. Mart. a° 8°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 90. — »Cum a nobis.«

» 25 » (14219) Stephano filio cl. mem. (Andreae) regis Hungariae Laureti et de Combersani comitatus, et Terbeze (Terlize *Thein.*), S. Petri et Solite villas cum earum pertinentiis, necnon et terram quandam in Pennensi diocesi ad eum haereditario iure spectantia, praesertim cum regnum Siciliae rege nunc careat, non obstante quod quondam Fridericus Romanorum imperator praedicta dicatur alii contulisse, de gratia restituit speciali. v kal. Mart. a° 8°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 72; Theiner Mon. Hungar. I. 207. n° 391. — »E clementia sedis.«

» 26 » (14220) (Henrico) regi Anglorum nunciat, se magistro Iohanni de Frusinone clerico quondam in Ibernia, nuncio apostolico pro crucis negotio ibidem exequendo, licentiam dedisse ad eius praesentiam redeundi illumque de pecunia in Iberniae partibus pro Terrae sanctae subsidio collecta ex parte papae responsurum esse ipsi regi. iv kal. Mart. a° 8°. ‖ Rymer Foed. I. i. 163. — »Solitae benignitatis affectu.«

» 26 » (14221) Fratri Alebrandino de ordine fratr. Praedic. Senis commoranti mandat, moneat et inducat cives Senenses, ut castrum Monterii ab ipsis occupatum (Raynerio) electo Volaterrano sine difficultate restituant. iv kal. Mart. a° 8°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1449. — »Cum ex iniuncto.«

» 28 » (14222) (Pandulpho) episcopo Anagnino, cum in ecclesia Anagnina tantum sit unicus sacerdos nullusque diaconus vel subdiaconus, concedit facultatem recipiendi una cum capitulo suo in ecclesia Anagnina duos canonicos et totidem presbyteros, qui velint et possint in ipsa residentiam facere personalem et in suis ordinibus ministrare. ii kal. Mart. a° 8°. ‖ Ughelli l. c. I. 314. — »Libenter petitionibus illis.«

Mart. 5 » (14223) Henrico regi Angliae indulget, ut clerici eius familiares ad exhibitionem proventuum ecclesiasticorum primi anni per Cantuariensem archiepiscopum nequeant de cetero coarctari, sed ab eorum praestatione sint penitus liberi. iii non. Mart. a° 8°. ‖ Rymer Foed. I. i. 163; Wilkins Concil. I. 699. — »Ut tuis insistentes.«

» 6 » (14224) Philippum de Valkenstein (Walt et Esten *Meerm.*) rogat et monet, ut, cum F(ridericus) quondam imperator de medio sublatus sit, W(illelmo) regi Romanorum sublimando in proximo ad fastigium imperialis honoris se reddat placitum eique praestet fidelitatis debitae iuramentum. Ut plenius summam intentionis apostolicae percipiat, ad eum fratrem Henr(icum) de ordine Praedicatorum poenitentiarium suum mittit. ii non. Mart. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 101. — »Veridico relatu percepimus.«

° *In eundem modum* Guerardum de Eppestein (Erbestein *Meerm.*) — Henricum comitem yrsutum [*i. e.* Raugraf] — Philippum de Hohenvels.

1251.

Mart. 6 Lugduni (14225) Universis suffraganeis Remensis ecclesiae ac abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Remensem provinciam constitutis mandat, ut Remensi ecclesiae, quae importabili prematur onere debitorum, subventionis dexteram liberaliter porrigant. ii non. Mart. a° 8°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 722. — »Sortitur genitrix discrimina.«

» 6 » (14226) Decano et capitulo Bremensibus mandat, ut decanum Mindensem in assecutione praebendae, quam cito se facultas obtulerit, Stephano canonico ecclesiae s. Wilehadi Bremensis et aliis praeferant. ii non. Mart. a° 8°. ‖ Ehmck Bremisches UB. I. 290. n° 248. — »Sua nobis dilectus.«

» 7 » (14227) Ministro provinciali Daciae et fratri Iacobo Skogby de ordine fratrum Minorum mandat, ut Lubecenses ob castrum Kopmannehafn variasque villas incensas et devastatas excommunicent, donec illi satisfecerint. Non. Mart. a° 8°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 187; Cod. dipl. Lubec. I. 158. n° 172; Nielsen Kjöbenhavns diplom. I. 14. — »Sua nobis venerabilis.«

» 7 » (14228) Fratri Rogerio de Lentino de ordine Praedic. mandat, ut Guerrerio de Squillaco casale de Saropodio Miletens. dioc. resignanti castrum s. Georgii eiusdem dioc. in feudum concedat. Non. Mart. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 189. n° 217; *gallice* ap. Touron Histoire I. 177. — »Volentes dilecto filio.«

» 7 » (14229) Prioribus et fratribus ordinis Praedicatorum praedicantibus contra paganos Livoniae mandat, ut elemosynas et bona collecta ad opus fratrum quondam Militiae Christi, nunc hospitalis s. Mariae Teuton. de Livonia eis pro emendis armis et equis et aliis necessariis assignent. Non. Mart. a° 8°. ‖ Ripoll. l. c. 189. n° 218. — »Cum dilecti filii.«

» 7 » (14230) Fratri Rogerio de Lentino ord. Praed. mandat, ut cum praelatis, baronibus, militibus necnon et civitatum, castrorum et aliorum locorum comitatibus Siciliae tractatum pro bono et salubri ipsius Siciliae statu habeat, ordinans et statuens cum eis super illis, quae ad honorem sedis apostolicae et ad pacem ac tranquillitatem istius terrae viderit statuenda. Non. Mart. a° 8°. ‖ Ripoll l. c. 189. n° 219. — »Incumbente nobis multitudine.«

» 7 » (14231) Baronibus, militibus *etc.* per Siciliam constitutis de superiore epistola significat eisque mandat, ut cum eodem fratre super praemissis solicite tractent. Non. Mart. a° 8°. ‖ Ripoll l. c. 190. n° 220. — »Incumbente nobis multitudine.«

» 7 » (14232) Eisdem mandat, ut praedicto fratri Praed. in omnibus, quae ipsis ex parte papae iniunxerit, intendant. Non. Mart. a° 8°. ‖ Ripoll l. c. n° 221. — »De prudentia, circumspectione.«

» 9 » (14233) Compositionem inter magistrum et fratres hospitalis s. Mariae Teutonicorum in Pruscia ex parte una et (Albertum) archiepiscopum Livoniae et Prusciae ex altera super diversis articulis factam mediantibus P(etro) Albanensi et W(illelmo) Sabinensi episcopis et I(ohanne) tit. S. Laurentii in lucina presbytero card. confirmat, inserto litterarum ipsarum d. d. Lugduni 1251. Febr. 24 tenore. vii id. Mart. a° 8°. ‖ Bunge Livländ. UB. I. 279. n° 220; Theiner Mon. Polon. I. 47. n° 99. — »Ea que iudicio.«

» 9 » (14234) (Brunonem) episcopum Olomucensem instituit conservatorem praefatae compositionis inter magistrum fratresque hospitalis s. Mariae Teuton. in Pruscia atque archiepiscopum Livoniae et Prusciae. vii id. Mart. a° 8°. ‖ Theiner l. c. 48. n° 100; Mittheil. a. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands VI. 234; Bunge l. c. I. 280. n° 221; v. Goetze Albert Suerbeer 175. n° 6; *cf.* Palacky Reise 33. n° 217; Erben Reg. Bohem. I. 587. n° 1265; Napiersky Index I. 24. n° 92. — »Sua nobis dilecti.«

» 10 » (14235) Fratri Rogerio de Lentino ord. Praed. concedit, ut omnes redditus civitatum, castrorum et aliorum locorum Siciliae ad sedem apostolicam pertinentes libere ac integre percipiat expendendos negotio ad tranquillum Siciliae statum exequendum promovendo. vi id. Mart. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 191. n° 122; Touron Histoire I. 179. — »Ut negotium Sicilie.«

» 10 » (14236) Eidem concedit, ut omnia bona rebellium Romanae ecclesiae in illis partibus, quae durante guerra in bello vel alias ceperit, personis fidelibus ecclesiae conferat. vi id. Mart. a° 8°. ‖ Ripoll l. c. n° 123. — »Ut negotium Sicilie.«

» 10 » (14237) Eidem tribuit potestatem concedendi in partibus illis personis fidelibus sedis apostolicae feuda militaria, uni personae videlicet tantum unum. vi id. Mart. a° 8°. ‖ Ripoll l. c. n° 124. — »Ut negotium Sicilie.«

» 10 » (14238) Universos archiepiscopos et episcopos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos per Siciliam constitutos monet et hortatur, ut praefatum fratrem, cum per eos transitum fecerit, benigne recipiant et tractent. vi id. Mart. a° 8°. ‖ Ripoll l. c. n° 125. — »Cum dilectum filium.«

» 12 » (14239) (Bertholdo) abbati S. Galli concedit, ut tam clericos quam laicos quorumcunque locorum de Alamania, qui W(illelmo) regi Romanorum adhaerentes et praestantes eidem

1251.

fidelitatis iuramentum eundem in defensorem suum duxerint eligendum, possit ab excommunicationis sententiis, quas adhaerendo quondam F(riderico) qui se tunc pro imperatore gerebat incurrerunt, absolvere. iv id. Mart. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 104. — »Quia Romane ecclesie.«

Mart. 13 Lugduni (14240) Fratri Alebrandino de ordine Praedicatorum mandat, moneat et inducat cives Senenses, ut castrum Monterii cum redditibus et pertinentiis electo Vulterrano restituant. iii id. Mart. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 191. n° 126. — »Cum ex iniunctę.«

» 14 » (14241) (Alberto) archiepiscopo Livoniae ac Prusciae et (Nicolao) Rigensi et (Henrico) Curoniensi episcopis, capitulo et fratribus Theutonicis, magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia scribit, se, cum ordinationes, quae Rigensem, Semigalliensem et Curoniensem tangebant ecclesias, reformatione et correctione indigere in aliquibus viderentur, ipsas corrigendas et reformandas P(etro) Albanensi et W(illelmo) Sabinensi episcopis ac I(ohanni) tit. S. Laurentii in lucina presbytero cardinalibus commisisse. Hanc ordinationem per praefatos cardinales provide factam (qua Semigalliensis episcopus supprimitur, Semigallia ad episcopatum Rigensem adiungitur, duabus bonorum eius partibus episcopo, tertia magistro ordinis s. Mariae Teutonicorum assignatis; episcopo Curonensi tertia pars Curoniae datur, duabus magistro relictis *etc.*) ratam et firmam habet atque confirmat, tenorem litterarum ipsarum de verbo ad verbum praesentibus inserens. ii id. Mart. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 569. n° 364; Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 17; Nettelbladt Fascic. rer. Curland. 150 (*male ad* 1245); Bunge Livländ. UB. I. 281. n° 222; Gruber Orig. Livon. 274. n° 55; Turgenevii Russ. monim. I. 70; Script. rer. Livon. I. 403. n° 55; Strehlke Tab. 233. n° 248; *cf.* Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 2 post n° 18; Invent. privil. in arch. Cracov. 110. — »Quae de speciali.«

» 14 » (14242) (Henrico) episcopo Osiliensi mandat, faciat ut ordinatio, quam P(etrus) Albanensis et Guillelmus Sabinensis episcopi ac I(ohannes) tit. S. Laurentii in lucina presb. cardinalis super Rigensi, Semigalliensi et Curoniensi ecclesiis fecerunt, inviolabiliter observetur. ii id. Mart. a° 8°. ‖ Mittheil. aus der Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands IV. 368. n° 8; Bunge l. c. I. 282. n° 223; *cf.* Napiersky Index I. 24. n° 93; Schirren l. c. 130. n° 75 et 220. n° 21. — »Cum ordinaciones que.«

» 16 » • (14243) Ecclesiae Ahusanae indulgentias elargitur. xvii kal. Apr. a° 8°. ‖ Lang Regesta III. 5.

» 16 » (14244) Procuratorem ecclesiae Toletanae rogat et hortatur, ut Marochitano episcopo nullos redditus et proventus ecclesiasticos habenti, in Toletana moranti provincia ab ecclesiis et monasteriis civitatis ac provinciae faciat in necessariis liberaliter provideri. xvii kal. Apr. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 572. n° 365. — »Ex multa qua.«

» 16 resp. 17 » (14245) Miramamolinum Marochitanum regem iterato monet et rogat, ut christianis illarum partium munitiones et castra sita supra ripam maris concedat, ut ibi tueri se possint. xvii (xvi *Sbar.*) kal. Apr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 29; Sbaralea l. c. 573. n° 366. — »Constitutus in praesentia.«

» 17 » (14246) (Lupo) episcopo Marochitano de superiore epistola significat eique mandat, ut, si praefatus rex preces apostolicas in hac parte neglexerit adimplere, ipse christianos in illis degentes partibus a regis servitio revocet ac aliis, ne illuc transeant, inhibere procuret. xvi kal. Apr. a° 8°. ‖ Sbaralea l. c. 573. n° 367. — »Constitutus in praesentia.«

» 18 » (14247) (Blancam) reginam Francorum, quae ad mutuum conspectum atque colloquium ad praesentiam sedis apostolicae se afferre desiderabat, propter hoc pium desiderium collaudans rogat, ut itineris assumendi propositum omnino deponat, quod »importune nos in Italiam revocant accelerandae utilitatis manifesta necessitas et ardua ecclesiae Romanae negotia, quae de novis divinae voluntatis dispositionibus emerserunt.« xv kal. Apr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 19—22. — »Nota nobis est.«

» 18 » • (14248) Le pape confirme à Eudes sire de Bourbon, fils du duc de Bourgogne, en récompense de son dévouement envers l'église Romaine, les indulgences et priviléges précédemment accordés à lui et aux personnes de sa maison, non obstant qu'ils aient peut-être négligé d'en user jusqu' à présent. xv kal. Apr. a° 8°. ‖ Huillard-Bréholles Titres I. 64. n° 312.

» 21 » (14249) Abbatem Cisterciensem Cabilonens. dioc. facit certiorem, se duci Burgundiae permisisse, ut quatuor vel tres canonicorum capellae Divionensis, quibus praefatus dux partes in negotiis suis imponendas duxerit, proventus praebendarum suarum, quamdiu eius servitiis institerint, non obstantibus contrariis ipsius capellae consuetudinibus, exceptis duntaxat distributionibus quotidianis, integre percipere possint. xii kal. Apr. a° 8°. ‖ Pérard Rec. de pièces 316. — »Cupientes personam dilecti.«

» 24 » • (14250) Cantori ecclesiae Senonensis mandat, inhibeat archidiaconis et decanis in Francia constitutis, ne fratrum militiae Templi homines pecuniaria poena puniant eorumque bonis et possessionibus exactiones indebitas imponant. ix kal. Apr. a° 8°. ‖ Diegerick Invent. 67. n° 78.

1251.

Mart. 27 Lugduni (14251) (Thomae) electo Remensi mandat, ut, cum episcopus Suessionensis, qui prior sit inter suffraganeos Remensis provinciae, moretur ad praesens in partibus transmarinis, consecrationis munus recipiat ab episcopo Laudunensi, qui post illum inter alios suffraganeos dicatur esse prior. vi kal. Apr. a° 8°. ‖ Marlot Metropol. Remens. II. 542; Marlot Hist. de Reims III. 803. — »Cum venerabilis frater.«

» 27 » (14252) Decanum et capitulum capellae ducis Divionensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Lingonens. dioc., declarat immunes ab omnibus, per quae eis possint provenire dispendia. vi kal. Apr. a° 8°. ‖ Pérard Recveil 556. — »Cum nuper duxerimus.«

» 27 » (14253) Excambium factum inter decanum capitulumque Aeduensis ecclesiae ex parte una et abbatem conventumque monasterii Luxoviensis ord. s. Ben. Bisuntin. dioc. ex altera confirmat. vi kal. Apr. a° 8°. ‖ Fr. Fel. Chevalier Mém. histor. sur la ville .. de Poligny I. (à Lons-le-Saunier 1767. 4°) pièc. just. 347. n° 38. — »Cum a nobis.«

» 28 » (14254) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis in comitatu Campaniae constitutis scribit, se audivisse olim intimante rege Navarrae comite Campaniae »quod nonnulli litterati terrae suae, habitu et tonsura clericali relictis, ducebant uxores. ... Qui licet negotiationibus et aliis saecularibus insisterent negotiis, ut tamen consuetis iustitiis et debitis obsequiis regem fraudarent eundem, tonsuram resumebant abiectam.« Mandat eis, ut mandatum apostolicum super hoc eis directum adimpleant. v kal. Apr. a° 8°. ‖ Brussel Nouvel examen de l'usage gén. des fiefs en France II. (Paris 1727. 4°) 846; *cf.* Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 725. n° 235. — »Ad audientiam nostram.«

» 28 » • (14255) Innocent accorde pour cinq ans à six clercs attachés au service de Thibaut comte de Champagne le privilége de toucher, comme s'ils résidaient, les produits de leurs prébendes, sauf les distributions quotidiennes. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 453. n° 2972.

» 28 » • (14256) Le même nomme l'abbé de Saint-Jacques de Provins conservateur du privilége accordé par la bulle qui précède. ‖ Jubainville l. c. n° 2973.

» 28 » • (14257) Le même, sur la réclamation de Thibaut, invite les archevêques, évêques ... et autres prélats de Champagne, à faire exécuter la bulle analysée plus haut sous le n° 12143. ‖ Jubainville l. c. 454. n° 2974.

» 29 » (14258) Praenobiles viros Sueviae vult esse certos, »quod quondam Friderici, qui olim pro imperatore se gessit, soboles nobis ac vobis merito de paternae perfidiae hereditaria imitatione suspecta et traductae ab avis et proavis saevae tyrannidis aemulatrix, nunquam ad Romanum regnum vel imperium aut Sueviae principatum consurget ex permissione sedis apostolicae aut favore. In cuius certitudinis argumentum vobis praesentes litteras duximus concedendas.« iv kal. Apr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 11. — »Herode sublato qui.« *Cf.* n° 14265.

» 30 » (14259) Decano Ratisponensi mandat, ut ab ecclesiae s. Magni Ratisponensis ord. s. Aug. administratione praepositum Hermannum propter incuriam et malitiam amoveat. iii kal. Apr. a° 8°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 454. — »Ad auditionem (!) nostram.«

» 30 » (14260) Priori Norwicensi et archidiacono Norphochiae scribit, Ricardum dictum Biscop clericum Londoniens. dioc. falso suggessisse magistro Berardo de Nimpha scriptori apostolico, quod prior et conventus S. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. abusi sint litteris apostolicis contra ipsum. Mandat eis, ut partes audiant et statuant quod canonicum fuerit. iii kal. Apr. a° 8°. ‖ Rymer Foed. I. i. 163. — »Sua nobis dilecti.«

» 30 » (14261) (Aimoni) episcopo Gebennensi concedit, ut in parochialibus ecclesiis suae diocesis, quotiens eas vacare contigerit, personas idoneas saeculares, prout hactenus facere consueverit, instituat in rectores. iii kal. Apr. a° 8°. ‖ Mém. et documents de Genève IV. docum. 74. n° 67. — »Sincere devotionis affectus.«

» 30 » (14262) Eidem concedit, ut nobiles et barones suae diocesis, qui ad bona ecclesiastica manus avidas extendentes ecclesias et personas ecclesiasticas gravibus afficiant iniuriis, per excommunicationis et interdicti sententias valeat coercere. iii kal. April. a° 8°. ‖ Bullar. magnum (Edit. Luxemb.) Contin. IX. iii. 49; Mém. et documents de Genève XIV. 28. n° 38. — »Peticio tua nobis.«

» 30 » • (14263) Le pape mande au chapitre de St.-Lambert que le chanoines nommés et à nommer à la cathédrale ne doivent jouir des distributions que quand ils ont obtenu des prébendes. iii kal. Apr. a° 8°. ‖ Schoonbroodt Invent. des chartes de Saint-Lambert 60. n° 227.

» 30 » • (14264) Le même charge le doyen de la collégiale de St.-Martin à Liége de veiller à ce que les chanoines nommés et à nommer à la cathédrale de Liége ne jouissent des distributions quotidiennes que lorsqu'ils sont pourvus des prébendes. iii kal. Apr. a° 8°. ‖ Schoonbroodt l. c. n° 228.

» 31 » (14265) Nobiles Sueviae ecclesiae Romanae devotos laudum praeconiis attollit, quod, devotionis quam hactenus ad sanctam habuerunt ecclesiam fervore crescente, in negotio

1251.

catholicae libertatis ac suae contra utriusque adversarios viriliter stant et insistunt indefessa constantia. Addit, se ideo dirigere ad W(illelmum) regem Romanorum scripta sua, ut in manu forti se ad partes Sueviae in eorum auxilium conferat partes adversas in robore virtutis regiae contriturus, atque se disponere fratrem Henr(icum) ordinis Praedicatorum poenitentiarium suum ad eorum partes transmittendum, ut crucem contra C(onradum) natum quondam F(riderici) tunc se pro imperatore gerentis ac fautores ipsius, ecclesiae et eorum hostes praedicet. »Scire vos volumus et tenere, quod memorati F(riderici) soboles ... ex aliqua permissione vel gratia sedis apostolicae, quam in membris sibi adhaerentibus diutina persecutione vexavit stirps illa viperea, ad honorem Romanorum regis vel imperii seu principatum Sueviae ... aliquo tempore non consurget.« II kal. Apr. a° 8°. ‖ Meerman Geschied. V. 105; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 11. — »Venientem ad sedem.« *Cf.* n° 14258.

Mart. 31 — Lugduni — (14266) Abbati et conventui monasterii Athanacensis [Anay] Lugdunensis ord. s. Ben. permittit, ut (Humberto) priori et conventui domus fratrum Praedicatorum Lugdunensium quendam fundum ad ipsos pertinentem pro constituenda ibidem domo sub annuo censu sex solidorum fortium et quibusdam aliis pactis cedant. II kal. Apr. a° 8°. ‖ Monfalcon Lugdun. Monum. 417. — »Iustis petentium desideriis.«

» 31 — » — (14267) Abbati et conventui monasterii Banzen ord. s. Ben. Herbipol. dioc. indulget, ut ex perlato vino, lana, lignis, lapidibus et animalibus, quae pro suis usibus emunt, nulli pedagia, winoagia *etc.* solvere teneantur. II kal. Apr. a° 8°. ‖ (Placid. Sprenger) Dipl. Gesch. der Bened.-Abtey Banz in Franken (Nürnberg 1803. 8°) 389. n° 60. — »Solet annuere sedes.«

» 31 — » — (14268) Eisdem indulget, ut ad receptionem aut provisionem alicuius in pensionibus aut beneficiis ecclesiasticis per litteras sedis apostolicae *etc.* compelli de cetero minime possint. II kal. Apr. a° 8°. ‖ Sprenger l. c. 390. n° 61. — »Vestrae merito devotionis.«

» 31 — » — (14269) Abbati monasterii de Michelvelt ord. s. Ben. Babenbergens. dioc. concedit, ut monachos et conversos sui monasterii, qui pro violenta iniectione manuum in se ipsos *etc.* in excommunicationis laqueum inciderint, absolvere possit. II kal. Apr. a° 8°. ‖ Mon. Boica XXV. 113. — »Exhibita nobis tua.«

» 31 — (») — • (14270) Confirmat sententiam Petri de Collemedio in gratiam Duranti episcopi Albiensis de omnimoda iurisdictione quam habebat in urbe Albia. II kal. Apr. a° 8°. ‖ Gallia christ. I. instr. 8. *sub* n° 16; *cf.* Auriac Hist. d'Alby 88.

» 31 — » — • (14271) Abbati Montis s. Michaelis Bambergensis indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor auctoritate sedis apostolicae in eius personam excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgare possit absque speciali mandato eiusdem. II kal. Apr. a° 8°. ‖ Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 72.

» 31 — » — • (14272) Eberhardo de Schawenberc canonico Bambergensi de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut ille contra hanc concessionem ab aliquo molestetur. II kal. Apr. (a° 8°). ‖ Schweitzer l. c. 72; Lang Regesta III. 5.

» 31 — » — • (14273) Abbati et conventui monasterii s. Michaelis Babenbergensis indulget, ut de blado, vino, lana, lignis *etc.* nulli pedagia, winoagia vel roagia solvere teneantur. II kal. Apr. a° 8°. ‖ Schweitzer l. c. 73; Lang l. c. 5.

» 31 — » — • (14274) Eisdem indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus petere, recipere ac retinere possint. II kal. Apr. a° 8°. ‖ Schweitzer l. c. 73; Lang l. c. 5.

Apr. 1 — » — • (14275) Abbati Banczensi Herbipolens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Michaelis Bambergensis alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. Kal. Apr. a° 8°. ‖ Schweitzer l. c. 73; Lang l. c. 7.

» 1 — » — • (14276) Abbati et conventui monasterii s. Michaelis Bambergensis indulget, ut debita, quae creditores petunt ab eis, nisi manifeste constiterit, ipsa in utilitatem eiusdem monasterii redundasse, nullatenus restituere teneantur. Kal. Apr. a° 8°. ‖ Schweitzer l. c. 74; Lang l. c. 7.

» 1 — » — • (14277) Simili modo monasterio Banzensi. Kal. Apr. a° 8°. ‖ Lang l. c. 7.

» 1 — » — • (14278) Geminianensibus congratulatur, quod optime fuerint animati erga ecclesiam, non secus ac papae (Raynerius) electus Volaterranus perscripserat. Kal. Apr. a° 8°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1449.

» 1 — » — (14279) Episcopo Venetensi mandat, ut in monasterio de Precibus quod comes Britanniae de bonis propriis fundaverit ut in eo habeatur Cisterciensis ordo, ordinem praedictum instituat. Kal. Apr. a° 8°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 954; Gallia christ. IV. 758. — »Cum sicut ex.«

» 2 — » — (14280) (Henrico) regi Angliae, qui pontificem videndi cupiditate flagrabat, respondet commendatis egregiis eius animi virtutibus, eodem se illius conspectu potiundi desiderio

1251.

teneri, sed »nos trahunt ardua ecclesiae negotia, quae propter mutationem temporis dilationem aliquam non expectant. Licet autem ad praesens adimpleri nequeant vota nostra, speramus tamen quod fiet commodius alias.« IV non. Apr. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 23. — »Mansuetudo, pietas et.«

Apr. 2 — Lugduni — (14281) Archiepiscopo Narbonensi mandat, faciat ut ordinatio, qua praepositus Nemausensis auctoritate apostolica statuit, ut Magalonensis praepositus et priores ecclesiarum Magalonensis capituli et alii habentes administrationem ibidem in solutionem debitorum ecclesiae Magalonensis singuli contribuere tenerentur, firmiter observetur. IV non. Apr. a° 8°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 561. — »Ex parte dilectorum.«

» 2 — » — (14282) Praeposito et capitulo Magalonensis ecclesiae indulget, ut ad receptionem cuiusquam aut provisionem vel subventionem alicui faciendam cogi per litteras apostolicas nullatenus possint. IV non. Apr. a° 8°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 567. — »Tranquillitati vestre paterna.«

» 4 — » — (14283) Praeposito in Beutelspach (Butilsbach *Bes.*) Constantiens. dioc. mandat, ut, cum Bertholdus de Blanckenstein cupiat in villa sua Steinheim Spirens. dioc. monasterium construere et comes de Wirttemberg socius eius eidem monasterio ecclesiam parochialem villae praedictae, in qua ius patronatus habeat, conferre velit, dicto monasterio si constructum et consummatum fuerit, in usus proprios concedat ecclesiam supradictam. II non. Apr. a° 8°. ‖ Besoldus Virginum sacr. monim. 375, *cf.* p. 27; Petrus Suevia eccles. 759. — »Cum sicut dilectus.«

» 4 — » — (14284) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... ac aliis ecclesiarum praelatis et clericis significat, se omnibus fidelibus, qui fabricae ecclesiae b. Iohannis Lugdunensis nobili structura incoeptae manum porrigant adiutricem, singulis diebus quibus huiusmodi subsidia contulerint, unum annum et 40 dies relaxare de iniunctis poenitentiis. II non. Apr. a° 8°. ‖ Lyon ancien et moderne II. 379; Monfalcon Lugdun. monum. 411. — »Cupientes fabricam ecclesiae.«

(» 4) — (») — • (14285) Abbatissae et conventui monasterii Lucidae Vallis [Lichtenthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. ad preces comitis de Wirtenberck indulget, ut ad nullius receptionem in monacham vel conversam aut ad provisionem alicuius in pensionibus et beneficiis ecclesiasticis per litteras apostolicas compelli deinceps valeant. (II non. Apr. a° 8°). ‖ Mone Zeitschr. VI. 454, *male ad* a. 1250.

» 4 — » — (14286) (Eberhardo) abbati de Swarzach ord. s. Ben. Argentin. dioc. mandat, ut, si (Henrici) episcopi Spirensis consensus accesserit, monasterio Lucidae Vallis ecclesiam parochialem de Etheningen in usus proprios concedat. II non. Apr. a° 8°. ‖ Mone l. c. 454. — »Cum sicut dilectus.«

» 4 — » — • (14287) Innocent accorde pour trois ans à Thibaut comte de Champagne le privilége suivant: sans un mandat spécial du Siége apostolique personne, excepté un legat, ne pourra excommunier Th. ou mettre son comté en interdit. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 454. n° 2977.

» 5 — » — (14288) Episcopo Lemovicensi significat, se ordinationem ecclesiae Cadurcensis per (Bartholomaeum) episcopum Cadurcensem factam confirmasse, eique mandat, ne permittat ut idem episcopus contra huius confirmationis tenorem ab aliquibus indebite molestetur. Non. Apr. a° 8°. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 118. — »Cum sicut venerabilis.«

» 5 — » — (14289) (Bartholomaeo) episcopo Cadurcensi ordinationem ecclesiae Cadurcensis, quam auctoritate apostolica fecit et Cadurcenses capellani (*num* canonici *legendum?*) approbaverunt, confirmat. Non. Apr. a° 8°. ‖ La Croix l. c. 118. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 — » — (14290) Abbati et conventui S. Augustini Cantuariensibus concedit, ut cedente vel decedente rectore ecclesiam manerii sui de Lenham Cantuar. dioc. retinere in usus proprios possint. Non. Apr. a° 8°. ‖ Dugdale Monast. Angl. I. 135. n° 23. — »Ex tenore vestre.«

» 6 — » — (14291) (Henrici) regis Angliae petitiones, ne rex Scotiae absque ipsius assensu inungi vel coronari possit, cum sit ligius suus homo, et ut decima ecclesiasticorum proventuum regni Angliae sibi concedatur, non admittit. VIII id. Apr. a° 8°. ‖ Rymer Foed. I. I. 163; Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 25. — »Ex parte tua.«

» 6 — » — • (14292) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad monasterium s. Georgii martyris Pragensis ord. s. Ben. in anniversario die dedicationis ipsius ac festivitate eiusdem martyris accesserint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargitur. VIII id. Apr. a° 8°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 588. n° 1268.

» 9 — » — (14293) Abbati S. Eligii Noviomensis mandat, ut bona monasterii s. Dionysii, quae alienata illicite invenerit vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. V id. Apr. a° 8°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St. Denys 580. — »Dilecti filii abbas.«

» 11 — » — (14294) Universis Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam domus dominici Sepulchri Miechoviensis Cracoviens. dioc. in die dedicationis eiusdem annis

1251.

		singulis venerabiliter visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargitur. III id. Apr. a° 8°. ‖ Nakielski Miechovia 170. — »Licet is de.«
Apr. 13	Lugduni	• (14295) Priori et fratribus Grandimontensis ordinis indulget, ut — licet nuper duxerit statuendum ut exempti, quantacumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti *etc.* rite possint coram locorum ordinariis conveniri — occasione huiusmodi constitutionis nihil in eorum immunitates et libertates praeiudicii in posterum generetur. Id. Apr. a° 8°. ‖ Levesque Annal. ordinis Grandim. 234.
(c.» 9)	»	»Tanta confluxit ad ipsum (*scil.* pontificem) circa maiorem hebdomadam frequentia populorum, ut non posset eos Lugdunensis civitas aliquatenus continere. Cumque flagitarent summi pontificis praesentiam intueri, ut ab ipso indulgentias reciperent peccatorum et benedictionis apostolicae munere signarentur, oportuit dominum papam die
» 13		Iovis sancto extra in campum egredi civitatem, quod et fecit clementer annuens votis et desideriis populorum.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 30 ap. Baluze Miscell. VII. 383 (ed. Mansi I. 201).
» 14		»Dominus papa in die parasceves sermonem in suo idiomate ad populum fecit; in eius latere stans dominus (Arnoldus) archiepiscopus (Treverensis) regi (Wilhelmo) et Theutonicis exposuit verba papae.« ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 254.
» 15	»	(14296) Abbatem fratresque monasterii s. Michaelis Babenbergensis ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. XVII kal. Mai. indict. IX. incarn. dom. a° 1251. pont. a° 8°. ‖ Ussermann Episc. Bamberg. Cod. probat. 162; v. Schultes Histor. Schriften II. 370; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 921. n° 457; Dreger Cod. Pomer. I. 328. n° 220; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 413. n° 537. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 15	—	• Le pape mande à l'évêque et au chapitre de la cathédrale de Liége: »Romae ap. S. Petrum XVII kal. Mai. a° 8°«. ‖ Schoonbroodt Invent. des chartes de Saint-Lambert 60. n° 229, *vid.* 1205. Apr. 15 *sub* Addenda.
» 17	Lugduni	Regem Cypri et dominum regni Hierosolymitani: »XV kal. Mai. a° 8°« — »Debent qui potestate.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1247 § 55, *vid.* 1247. Apr. 17. n° 12478.
» 17	»	(14297) (Nicolao) episcopo Cameracensi significat, se (Petro) episcopo Catalaunensi et abbati S. Sepulcri Cameracensis dedisse in mandatis, ut super causa natalium Iohannis de Avesnis et Balduini fratrum, natorum Margaretae comitissae Flandriae et Haynoniae inquirerent. »Iidem episcopus et (Hugo) abbas Lissiensis, cui super hoc dictus abbas commiserat vices suas, ... natalia dictorum Iohannis et Balduini legitima ... ac legitime natos esse eos per diffinitivam sententiam ... declararunt ... et nos illam duximus confirmandam.« Mandat ei, ut dictos nobiles non permittat contra huius confirmationis tenorem ab aliquibus indebite molestari. XV kal. Mai. a° 8°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1048; Rousset Suppl. au (Dumont) Corps univ. dipl. I. I. 100. n° 118; Monum. p. s. à l'hist. des prov. de Namur I. 343. — »Lecta nobis dilectorum.«
» 19		»In ipso anno sanctissimus pater Innocentius pp. IV, qui propter potencias imperatoris ad civitatem Lugdunum accesserat, volens suos Ytalicos paterno affectu consolari, cum cardinalibus et tota curia de Lugduno exivit versus Ytaliam.« ‖ Bartholomaei scribae Ann. Ianuens. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 229. — »Adveniente autem quarta feria post resurrectionem dominicam ipsa die ipse summus pontifex et rex Guillelmus (Alamanniae) egressi sunt
	de Lugduno.	... Ipse vero carpens itinera versus Romam, ut ad sedem propriam iam rediret, *prima die*
	Viennam	deveniens receptus est cum gaudio et honore.
» 20		*Secunda* vero *die* ascendens naviculas transivit per
	Rhodanum fluv.	usque
	Oringiam	civitatem, declinans nihilominus in ipso transitu per *Valentiam* et *Vivarium* civitates.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 30 ap. Baluze Miscell. VII. 384 (ed. Mansi I. 201).
» 22	—	Abbatem et conventum monasterii s. Anastasii de Urbe: »Lugduni X kal. Mai. a° 8°«. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 490, *vid.* 1250. Apr. 22. n° 13957.
» 22	—	Episcopo Militensi: »Perusii X kal. Mai. a° 8°«. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 954, *vid.* 1252. Apr. 22. n° 14566.
(»21-29)		»Deinde per terram venit
(» 30)	Massiliam,	ubi multa magnificentia est susceptus a civibus civitatis.« ‖ Nicolaus de Curbio l. c. § 30 ap. Baluze l. c. 384 (ed. Mansi I. 201). — »Venit autem per civitatem *Massilie*, in qua honorifice sicut sanctus pater ab omnibus fuit receptus.« ‖ Barthol. scribae Ann. Ianuens. ap. Pertz Mon. G. H. scr. XIX. 229.
Mai. 1	Massiliae	• (14298) Hominibus de S. Germano: »Kal. Mai. a° 8°«. ‖ *Bullae sic datae meminit* Huillard-Bréholles Pierre de la Vigne 258.
» 4	—	Abbati Cistercii eiusque coabbatibus *etc.*: »Lugduni IV non. Mai. a° 8°« — »Cum nuper.« ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 18b *etc.*, *vid.* 1250. Mai. 4. n° 13967.

1251.

Mai. 5	in castro Fulgentiae	(14299) Episcopo et praeposito et capitulo Cavellicensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam ad honorem b. Mariae V. dedicatam in die dedicationis venerabiliter visitarint, indulgentiam unius anni et 40 dierum largiri. III non. Mai. a° 8°. ‖ Gallia christ. (ed. 1716.) I. instr. 155. — »Licet is de.«
» 7	Vigintimiliae	(14300) (Marcum) episcopum Castellanum, qui propter corporis infirmitatem episcopatum ecclesiae Castellanae libere in papae manibus resignaverat, eidem ecclesiae restituit, cum convaluerit. Non. Mai. a° 8°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1265. — »Corporis olim infirmitate.«
» 15	?	• (14301) Monasterio s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 31.
(» 6-17)		»At ubi ad Ianuensium notitiam est deventum, quod per eos esset summus pontifex transiturus, per totam Maritimam stratas ipsi praeparari fecerunt .... Cum iam vero transiens per
	Suciam	et
	Vigintimiliam	civitates
	Ianuam	devenisset, ordinatis processionibus .... pictis tapetibus, purpureis vestibus ... occurrentes ei extra civitatem eum tripudio .. susceperunt.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 30 ap. Baluze Misc. VII. 385 (ed. Mansi I. 202); ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. I. 592i. E. — »Deinde continuans iter suum per partes *Provinciae* et riperie nostre, ad civitatem *Ianue* sanus et incollumis cum omnibus cardinalibus pervenit. In quam *civitatem in-*
» 18		*travit* die 18. Madii ibique stetit per dies 35.« ‖ Bartholom. scribae Ann. Ianuens. ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 229.
» 18	—	Priori fratrum Praedicatorum et guardiano fratrum Minorum Astensium: »Lugduni XV kal. Iun. a° 8°«. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 499. n° 83; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 574. n° 368, *vid.* 1251. Ianr. 18. n° 14159.
» 19	Ianuae	(14302) (Tyso) episcopo Tarvisino et Rolando Cremonensi de ordine Praedicatorum (priori Praedic. Mantuanorum *hab. Rayn.*) praecipit, iniungant potestatibus consiliis et communitatibus tam civitatum quam castrorum totius marchiae Tarvisinae ac patriarchatus Aquileiensis, ut Ezelinum de Romano pro manifesto habentes haeretico omnino devitent et a sua prorsus communione repellant. »Si in eis forsan extiterint negligentes, nos non solum contra dictum Ezelinum, sed et pariter contra eos tamquam defensores pravitatis haereticae faciemus crucem generaliter praedicari.« (XVI, *sed legerim*) XIV kal. Iun. a° 8°. ‖ *Non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1251 § 37; Verci Stor. degli Ecel. III. 341. — *Initium deest.*
» 20	»	• (14303) Monasterii de Coeliporta ord. Cisterc. privilegia confirmat in eiusque translationem a loco Himmelstat in locum Coeliportensem consentit. XIII kal. Iun. a° 8°. ‖ Lang Regesta III. 9.
» 22	»	(14304) Archiepiscopo Tyrensi mandat, ut illos de communi Ianuae, qui sint in regno Ierosolimitano aut comitatu Tripolitano et principatu Antiochiae constituti, tueatur atque protegat. XI kal. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium reip. Genuens. (Hist. patr. mon.) I. 1064. n° 795. — »Pro tuenda ecclesiastica.«
» 23	—	• Episcopo Novariensi: »Perugiae X kal. Iun. a° 8°«. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 144. n° 273, *vid.* 1252. Mai. 23. n° 14602.
» 28	Ianuae	(14305) Abbatissa et conventu monasterii Montis et s. Nicolai [Nicolausrode] Cisterc. ord. Maguntin. dioc. supplicantibus inhibet, ne ecclesiarum praelati ipsarum monialium libertatibus invidentes in familiares eis servientes et benefactores ac illos qui molunt in molendinis vel coquunt in furnis earum, quique vendendo vel emendo vel alias eis communicant, excommunicationis vel interdicti sententias de cetero promulgare praesumant. V kal. Iun. a° 8°. ‖ Leuckfeld Antiquitt. Walckenred. 99. — »Cum a nobis.«
» 30	»	(14306) Rege et regina Aragonum petentibus dispensat cum Petro et Sancia natis ipsorum, ut libere possint matrimonia contrahere cum personis eos quarta consanguinitatis vel affinitatis linea contingentibus. III kal. Iun. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 30, *omisso initio.*
Iun. 3	»	(14307) Abbati et conventui Westmonasterii Londinensis, qui corpus b. Edwardi confessoris ad locum alium honorabilem transferre proponebant, significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam dicti monasterii in die, qua idem corpus translatum fuerit, venerabiliter visitarint, indulgentiam unius anni et 100 dierum concedere. III non. Iun. a° 8°. ‖ Raynald. l. c. § 30. — »Cum sicut ex.«
» 3	»	(14308) Universis Christifidelibus, qui fratribus Minoribus Bononiensibus pro fabrica ecclesiae *etc.* subsidia ministraverint, indulgentiam 40 dierum elargitur. III non. Iun. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 574. n° 369. — »Quoniam ut ait.«
» 5	»	(14309) Magistrum et fratres hospitalis Ierosolimitani rogat et monet, ut Castrum Servi cum iuribus et pertinentiis suis pro competenti pretio taxando iuxta arbitrium abbatis

1251.

S. Andreae de Sexto Ianuens. dioc. potestati, consilio et communi Ianuae vendant. Non. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium reip. Genuens. (Hist. patr. mon.) I. 1065. n° 796. — »Prompto debetis affectu.«

Iun. 5 Ianuae (14310) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut Terracinenses cives, quandocumque ad terras et loca eorum iurisdictionis illos accedere vel exinde transire contigerit, tanquam apostolicae sedis filios speciales praecipue commendatos habeant. Non. Iun. a° 8°. ‖ Contator Hist. Terracin. 191. — »Magna Terracinensium devotio.«

» 5 » (14311) Abbati et conventui monasterii S. Iacobi de Sturia ord. Vallis Umbrosae Taurin. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius compelli minime possint. Non. Iun. a° 8°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1408. — »Meritis vestre religionis.«

» 5 » (14312) (Lubberto) abbati monasterii Egmundensis ord. s. Ben. eiusque successoribus mitrae, annuli aliorumque ornamentorum pontificalium usum concedit. Non. Iun. a° 8°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. ı. 289. n° 543. — »Ad varietatem exteriorum.«

» 6 » • (14313) Abbati Cluniacensi indulget, ut nulli omnino de aliquo Cluniacensis ordinis prioratu vel ecclesia provideri possit, nisi litterae apostolicae provisionis plenam et expressam de ordine Cluniacensi ac de toto praesentis indulgentiae tenore mentionem fecerint. VIII id. Iun. a° 8°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 123.

» 7 » (14314) Priori et capitulo S. Andreae in Scotia ord. s. Aug. confirmat sententiam I(ohannis) tit. S. Laurentii in lucina presbyteri cardinalis, qua eis praebendae Keledeorum adiudicantur. VII id. Iun. a° (9°, *sed legas*) 8°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 53. n° 145. — »Solet annuere sedes.«

» 8 » (14315) (Philippo) electo Ravennatensi mandat, ut »pecuniam, quam pro Florentinorum negotio tibi olim fecimus assignari«, integram conservet et in loco tuto deponat. VI id. Iun. a° 8°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 216. n° 143. — »Devotioni vestre presentium.«

» 8 » (14316) Monasterium monialium s. Mariae iuxta portam Gamundi civitatis Alexandriae Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates et privilegia confirmat. VI id. Iun. indict. IX. incarn. dom. a° 1251. pont. a° 8°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 221. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 8 » (14317) Potestati, consilio et universis Ianuensibus in civitate ac districtu Ianuae constitutis indulget, ut a vectigalibus quibusvis in regno Siciliae, ducatu Spoleti, marchia Anconitana, patrimonio b. Petri, in Tuscia et omnibus terris ecclesiae Romanae sint in perpetuum liberi penitus et immunes »quod inter caros vos ecclesia memorata reputat sibi carissimos.« VI id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium reip. Genuens. (Hist. patr. mon.) I. 1065. n° 797. — »Ecclesia Dei olim.«

» 8 » (14318) Episcopo Naulensi de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut dicti Ianuenses contra huius concessionis tenorem indebite molestentur. VI id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1066. n° 798. — »Ecclesia Dei olim.«

» 9 » (14319) Eidem significat de superiore epistola ad magistrum et fratres hospitalis Ierosolim. d. d. 1251. Iun. 5 (*vid.* n° 14309) atque mandat, ut illos ad id inducat, alias ad extimationem eiusdem castri procedat. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1068. n° 799. — »In desiderio dilectorum.«

» 9 » (14320) Potestati, consilio et communi Ianuensibus omnes antiquas et rationabiles consuetudines, libertates, immunitates, privilegia *etc.* a praedecessoribus suis, regibus *etc.* indulta, quae in regno Ierosolimitano, comitatu Tripolitano et principatu Anthiochiae obtinent, confirmat. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l.c. 1068. n° 800. — »Magnis meritis et.«

» 9 » (14321) Episcopo Naulensi de antecedenti epistola significat eique mandat, ne permittat ut illi contra confirmationis huius tenorem ab aliquibus indebite molestentur. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1069. n° 801. — »Magnis meritis et.«

» 9 » (14322) Romanorum regem rogat et monet, ut Ianuensibus privilegia dudum eis a Romanorum imperatoribus ac regibus et quondam Friderico imperatore tunc rege Siciliae concessa sine aliqua difficultate confirmet. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1070. n° 802. — »Tantam devotionis et.«

» 9 » (14323) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Siciliae constitutis de n° 14317 significat eisque mandat, ut circa commune Ianuense affectum benivolum verbis et operibus exponentes eidem indulgentiam huiusmodi inconcussam penitus conservent. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1071. n° 803. — »Ecclesia Dei olim.«

» 9 » (14324) Ducibus, principibus, comitibus, baronibus, militibus ac rectoribus civitatum, castrorum aut locorum regni Siciliae idem scribit. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1072. n° 804. — »Ecclesia Dei olim.«

1251.

Iun. 9 Ianuae (14325) Naulensem episcopum pro restitutione Capriatae a potestate, consilio et communi Alexandrinis facienda potestati consilio et communi Ianuensibus commissarium suum constituit. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1073. n° 805. — »Nulla in dilectis.«

» 9 » (14326) Potestatem, consilium et commune Alexandrinos rogat et monet, ut Capriatam, quam quidam de hostibus ecclesiae adhaerentibus quondam Frederico Romanorum imperatori Ianuensibus abstulerant ac Alexandrini praefati in suis manibus detinebant, sine dilatione illis restituant. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1074. n° 806. — »Nulla in vobis.«

» 9 » (14327) Potestatem, consilium et commune Terdonenses rogat et monet, ut potestati consilio et communi Ianuensibus castra Arquatam, Petram bissariam, Gatorbam et Caviliolum, quae a tempore quo discordia inter ecclesiam et quondam Fredericum Romanorum imp. orta fuit, violenter occupaverant, sine dilatione restituant. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1075. n° 807. — »Nulla in vobis.«

» 9 » (14328) Naulensi episcopo de superiore epistola significat eique mandat, ut, si Terdonenses mandatum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id per censuram ecclesiasticam compellat. V id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1076. n° 808. — »Nulla in dilectis.«

» 9 (») • (14329) Viennensi archiepiscopo et episcopo Gratianopolitano provinciam iniungit, ut ad Sabaudiae comitem se conferant eumque ad ecclesiae castra revocent. V id. Iun. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 31.

» 10 » (14330) Conventiones et pacta inter potestatem, consilium et commune Ianuenses ex parte una et Albinganensem ac Saonensem universitates ex altera, necnon Iacobum de Carreto inita confirmat et communit. IV id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium reip. Genuens. (Hist. patr. mon. I.) 1077. n° 809. — »Quae vobis ad.«

» 11 » (14331) Potestati, consilio et communi Ianuensibus significat, se duxisse providendum »quod Pisani, si redierint ad mandatum ecclesiae, ab ipsa taliter resumantur, ut de damnis quae .... vobis nequiter intulerunt ac etiam de loco Illicis ad vos spectante quem detinent ... vobis satisfacere teneantur.« III id. Iun. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1077. n° 810. — »Magnis et praeclaris.«

» 11 » (14332) Fratribus Vincentio Mediolanensi et Iohanni Vercellensi mandat, ut Venetias personaliter accedant et haereticos insequantur. III id. Iun. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 25. n° 365. — »Misericors et miserator.«

» 13 » (14333) Petro Veronensi et Viviano Pergamensi ord. Praed. mandat, ut Cremonam personaliter accedant et ad extirpandam de civitate et eius districtu haereticam pravitatem efficaciter laborent. Id. Iun. a° 8°. ‖ Ripoll l. c. I. 192. n° 227; Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 33—36. — »Misericors et miserator.«

» 13 » (14334) Magistro Nicolao de Sala canonico Vercellensi mandat, faciat ut sententia excommunicationis, quam (Bonifacius) electus Astensis in Brexanum de Vico, officiales et consiliarios Montis Regalis Astens. dioc. promulgaverit, quia ab offensionibus resipiscere contumaciter non curarent, inviolabiliter usque ad satisfactionem condignam observetur. Id. Iun. a° 8°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 378. — »Dilectus filius electus.«

» 16 » (14335) (Tyso) episcopo Tarvisino necnon priori Mantuano ord. fratr. Praedic. significat, se pluries vocasse Ecelinum ad sedem apostolicam ob se purgandum criminibus ipsi illatis; mandat eis, moneant illum attente, ut ad curiam Romanam repulsa tarditate personaliter accedat, recepturus super praemissis ecclesiae beneplacita et praecepta; »pro securitate personae suae ac de parando sibi opportuno conductu a devotis ecclesiae speciales litteras destinamus«, *etc.* XVI kal. Iul. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 193; Verci Stor. degli Ecel. III. 575. — »Pia mater ecclesia.«

» 17 » (14336) Potestatem consilium et commune Astenses, qui, conquerente Astensi electo, ad destructionem Astensis ecclesiae totis conatibus intendentes cum Brexano de Vico potestate ac hominibus loci Montis Regalis ad ipsam ecclesiam pleno iure spectantibus in ipsius ecclesiae laesionem pacta et conventiones de novo inierant sibique usurpaverant indebite iura, monet et hortatur, ut pactis ipsis omnino revocatis restituant eidem ecclesiae dicta iura *etc.* XV kal. Iul. a° 8°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 380. — »Nimis ab instigatore.«

» 17 » (14337) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Provincia mandat, ut in comitatu Tolosano et aliis terris (Alfonsi) comitis Pictaviensis et Tolosani contra haereticos eorumque fautores iuxta canonicas sanctiones procedat. XV kal. Iul. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 194. n° 229. — »Ad capiendum vulpes.«

» 17 » (14338) Alberto episcopo Mutinensi, priori S. Mariae ac praeposito ecclesiae Mantuanae mandat, ut de vita et miraculis Iohannis Boni eremitae Mantuani fideliter inquirant. XV kal. Iul. a° 8°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1249 § 11. XIII. 549. — »Dignas Domino referimus.«

1251.

Iun. 20 — Ianuae — (14339) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis indulget, ut illa constitutione, qua nuper statuit, »ut exempti quantumcunque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti seu contractus aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri et illi quo ad haec suam in ipsos iurisdictionem ... exercere«, nullum libertatibus et immunitatibus Cisterciensi ordini ab apostolica sede concessis in posterum praeiudicium generetur. xII kal. Iul. a° 8°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VIII. 197; *cf.* Wilmans Westfäl. UB. III. 282. n° 526. — »Cum nuper duxerimus.«

» 21 — » — (14340) Fratri Stephano de ord. Praed. capellano et poenitentiario suo mandat, ut cum praelatis et civitatibus Provinciae et senescalco a procuratoribus comitis Provinciae tractatum habeat, ordinans et statuens cum illis, quae ad terrae praefatae salutem et pacem viderit statuenda. xI kal. Iul. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 195. n° 230. — »Incumbente nobis multitudine.«

» 22 — » — (14341) Episcopo Novariensi mandat, ut Thomam de Sabaudia comitem ab omnibus censuris, quas incurrisse potuerit, absolvat. x kal. Iul. a° 8° (7° *Wurst.*). ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. 1403; Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 127. n° 250. — »Volumus et presentium.«

» 22 — » — (14342) Potestati, consilio et communi Neapolitanis illam omnino libertatem in assumendis potestatibus et statutis edendis ac aliis, quam fideles ecclesiae de patrimonio b. Petri habere noscuntur, concedit. x kal. Iul. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1251 § 38. — »Nos devotione vestra.«

» 22 — » — (14343) Potestati, consilio et communi Ianuae indulget, ut ex nunc et postquam universitas populorum regni Siciliae in gratia sedis apostolicae resumpta fuerit, omnes libertates et immunitates eorum ac districtus Ianuensis in suo robore sine diminutione perseverent. x kal. Iul. a° 8°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. mon. I.) 1088. n° 814. — »Magnis meritis et.«

» 23 — » — (14344) Eisdem privilegia et promissiones in Siciliae regno ab Romanorum imperatoribus ac praesertim a quondam Friderico imperatore tunc rege Siciliae eis concessa confirmat. IX kal. Iul. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1088. n° 815. — »Tantam devotionis et.«

» 23 — » — (14345) Naulensi episcopo de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut dicti Ianuenses contra confirmationis apostolicae tenorem super his ab aliquibus indebite molestentur. IX kal. Iul. a° 8°. ‖ Liber iurium l. c. 1089. n° 816. — »Tantam devotionis et.«

» 25 — » — (14346) Compositionem inter priorem fratresque ordinis Praedicatorum Mediolanenses ex parte una et ministrum fratresque Humiliatorum medii ordinis, qui habitant in suburbio ecclesiae s. Laurentii maioris extra portam Ticinam Mediolani ex altera super quodam fundo et aedificiis ibi constructis factam confirmat, tenore ipsius instrumenti inserto. vII kal. Iul. a° 8°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 195. n° 231; Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 236. — »Cum a nobis.«

Ianr. 2	Perusii	(14462) Abbatissae et conventui ecclesiae s. Servatii in Quidelingeburc ord. s. Aug. ad Romanam ecclesiam cum omnibus membris suis nullo medio pertinentis, Halberstad. dioc., indulget ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis compelli de cetero minime possint. IV non. Ianr. a° 9°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 189; Kettner Antiq. Quedlinb. 235; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 213. n° 59. — »Paci et tranquillitati.«
» 2	»	(14463) (Wilbrando) archiepiscopo Magdeburgensi de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat, ut praedictae abbatissa et conventus super his contra concessionis apostolicae tenorem ab aliquo molestentur. IV non. Ianr. a° 9°. ‖ Erath l. c. 190; Kettner l. c. 235; Lünig l. c. 215. n° 60. — »Paci et tranquillitati.«
» 2	»	(14464) Abbatissam et conventum praedictae ecclesiae tuendas suscipit, specialiter autem terras, domos et alia bona quae rationabiliter possident, eis confirmat. IV non. Ianr. a° 9°. ‖ Erath l. c. 190; Kettner l. c. 232; Lünig l. c. 213. n° 58. — »Solet annuere sedes.«
» 4	»	(14465) Episcopis, abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Tusciam constitutis mandat atque praecipit, ut fratres Camaldulenses Aretinae diocesis a molestatoribus et raptoribus defendant. II non. Ianr. a° 9°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 29. n° 17. — »Non absque dolore.«
» 5	»	(14466) Priori Camaldulensi concedit facultatem constituendi generalem procuratorem pro ordine Camaldulensi in curia Romana ad impetrandum et contradicendum ac iudices eligendum. Non. Ianr. a° 9°. ‖ Mittarelli l. c. 30. n° 18. — »Tuis et dilectorum.«
» 7	»	(14467) (Raynaldo) episcopo Ostiensi mandat, ne permittat, ut, cum (Bartholomaeus) Spoletanus episcopus possessiones, quas ecclesia s. Silvestri de Monte Subasio apud Cocoronum obtinuerit, ecclesiae s. Mariae de Spello assignaverit, abbatissa et conventus monasterii s. Mariae Vallis Gloriae(?) super his ab aliquibus molestentur. VII id. Ianr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 591. n° 385. — »Cum ecclesiam sancti.«
» 7	»	(14468) Capitulo generali Cartusiensis ordinis indulget, ut domui Cartusiae extra suos terminos possessiones in certa quantitate habendi concedere possit libertatem. VII id. Ianr. a° 9°. ‖ Tromby Storia V. app. 190. n° 62. — »Ut domus Cartusiae.«
» 8	»	(14469) Decano et praeposito ecclesiae Tarbatensis mandat, curent ne (Henricus) episcopus et capitulum Osiliae et Maritimae, quorum diocesim b. m. Sabinensis episcopus tunc in illis partibus apostolicae sedis legatus certis terminis limitaverit, ab aliquibus temere molestentur. VI id. Ianr. a° 9°. ‖ Schirren 25 Urkunden 13. — »Exhibita siquidem nobis.«
» 9	»	(14470) Capitulo et universo clero civitatis et diocesis Laudensis notum facit, se concessisse Bonum Iohannem Laudensem electum Laudensi ecclesiae in pastorem, eosque hortatur, ut episcopo dicto obedientiam ac reverentiam debitam impendant. V id. Ianr. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 676. — »Licet continuata supervenientium.«
» 10	(·)	• (14471) Neapolitano capitulo Bernardum subdiaconum suum et decanum poenitentiariae apostolicae electum Neapolitanum archiepiscopum commendat. IV id. Ianr. a° 9°. ‖ Ughelli l. c. VI. 112.

1252.

Ianr. 11	Perusii	(14472) (Arnoldo) episcopo Liddensi et (Godefrido?) electo Bethlemitano mandat, ut quae de bonis Ebronensis ecclesiae alienata sint illicite et distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. III id. Ianr. a° 9°. ‖ Strehlke Tabulae 81. n° 101. — »Cum ecclesiarum dampnis.«
» 13	»	(14473) Magistrum Marinum Capuanum electum ecclesiae Capuanae praeficit in archiepiscopum. Id. Ianr. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 335. — »Clara probitatis tuae.«
» 13	»	(14474) Capitulo ecclesiae Capuanae de superiore epistola significat et mandat, ut dicto archiepiscopo obedientiam debitam impendant. Id. Ianr. a° 9°. ‖ Ughelli l. c. 336. — »Debitum officii nostri.«
» 13	»	(14475) (Aimerico) abbati et conventui monasterii Classensis ord. Camald. Ravennat. dioc. indulget, ut ad cuiusquam provisionem in beneficiis ecclesiasticis, pecunia, pensionibus *etc.* per litteras sedis apostolicae *etc.* compelli nequaquam possint. Id. Ianr. a° 9°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 31. n° 19. — »Volentes vobis quos.«
» 13	»	(14476) Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in regno Boemiae mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum pro negotio fidei in Livonia ac Pruscia labores plurimos et expensas innumeras a longis temporibus constantissime pertulerint, iuxta formam quam in subsidium eorum et fidelium dictarum terrarum G(regorius) pp. praedecessor ei olim tradiderit, sicut efficacius poterit, procedat. Id. Ianr. a° 9°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 83. n° 89; Bunge Livl. UB. I. 292. n° 232. — »Pro negotio fidei.«
» 15	»	(14477) (Iohanni) electo Paduano concedit, ut tribus monasteriis ecclesiae Paduanae lege diocesana subiectis si vacant vel si vacaverint possit auctoritate apostolica per se vel per alium prima vice de personis idoneis providere. XVIII kal. Febr. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 446; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 112. n° 104. — »Olim ex causa.«
» 16	»	(14478) Priori et fratribus ord. Praed. Vratislaviensibus notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in honorem b. Adalberti episcopi et mart. constructam debitis honoribus frequentent, indulgentiam 40 dierum concedere. XVII kal. Febr. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 203. n° 245. — »Licet is de.«
» 18	»	(14479) Universis Christifidelibus, qui pro fabrica ecclesiae fratrum ordinis Minorum Tiburtinorum manus porrexerint adiutrices, indulgentiam 40 dierum largitur. XV kal. Febr. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 501. n° 87; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 592. n° 386; Casimiro da Roma Memorie 335. — »Quoniam ut ait.«
» 18	»	(14480) Abbati Sublacensi Tiburtin. dioc. mandat, faciat, ut hortus a guardiano et fratribus Minoribus Tiburtinis T. quondam Tiburtino episcopo imprudenter concessus eisdem restituatur. XV kal. Febr. a° 9°. ‖ Wadding l. c. 502. n° 88; Sbaralea l. c. n° 387; Casimiro da Roma l. c. 336. — »Ad nostram noveris.«
» 19	»	(14481) (Iacobo) episcopo Metensi mandat, moneat patrem et fratres Anselmi de Flelresteim canonici Spirensis potenter et patenter se opponentes ecclesiae negotio generali C(onrado) nato Fr(iderici) olim Romanorum imperatoris adhaerendo, ut infra duos menses ad devotionem ecclesiae redeuntes castra et munitiones imperii, quae detineant occupata, W(illelmo) regi Romanorum restituant. XIV kal. Febr. a° 9°. ‖ Meerman Geschied. V. 113. — »Ut dilectum filium.«
» 21	»	(14482) Henrico Fraiapano concessionem cl. m. Constantiae Romanae imperatricis et reginae Siciliae ac etiam quondam Friderici Roman. imp. tunc regis Siciliae factam olim O. Fraiapano eius avunculo et successoribus de principatu Tarentino et tota terra Hydruntina, cum eiusdem O. heres existat, liberaliter confirmat. XII kal. Febr. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 2. — »Cum concessionem clarae.«
» 23	»	(14483) (Raynaldo) episcopo Ostiensi et Velitrensi mandat, ut fratrem Rogerium de Lentino ord. Praed. alicui cathedrali ecclesiae in episcopum praeficiat. X kal. Febr. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 204 in n° 246. — »Volumus et presentium.«
» 25	»	(14484) (Philippo) electo (Raven)nat(i) concedit, ut omnes illos, quos in Romandiolae partibus adversariis ecclesiae adhaesisse noverit, si protinus ad mandatum ecclesiae redire noluerint, excommunicationis mucrone percellat. VIII kal. Febr. a° 9°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 221. n° 148; *cf.* Rubei Histor. Ravenn. 427. — »Ut hij qui.«
» 26	»	(14485) Episcopo Veglensi indulget, ut fratribus monasterii s. Nicolai de Castro Muscla (Muscha *Fej.*) ord. s. Ben., »cum ipsi, qui Slavi existunt et sclavicas litteras habent, discere latinas litteras non possint«, divina officia in lingua sclavica secundum ritum Romanum celebrandi licentiam concedere possit. VII kal. Febr. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 123; Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 79. n° 103. — »Dilecti filii abbas.«
» 26	»	(14486) (Wilhelmo) abbati et conventui monasterii s. Trudonis (ord. s. Ben.) Leodiens. dioc. libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. VII kal. Febr. a° 9°. ‖ Piot Cartul. de St. Trond I. 254. n° 218. — »Cum a nobis.«

1252.

Ianr. 29	Perusii	(14487) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Breunoviensem in die dedicationis ipsius et in festo s. Dionisii martyris annis singulis venerabiliter visitaverint, indulgentiam 40 dierum concedit. iv kal. Febr. a° 9°. ‖ Dobner Mon. VI. 22; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 595. n° 1287.
Febr. 1	„	(14488) (Frigerio) episcopo Perusino mandat, ut, cum regulares et saeculares ecclesiastici ac populus Perusinus ecclesiam monasterii de Monte Lucido ord. s. Dam. in honorem b. Virginis fabricatam in festo assumptionis eiusdem processionaliter visitent, hanc devotionem laudabilem nullatenus impediat. Kal. Febr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 593. n° 388. — »Si ea quae.«
„ 1	„	(14489) Priori Camaldulensi et universis abbatibus, prioribus et conventibus ordinis Camaldulensis indulget, ut ad receptionem vel provisionem cuiusquam in beneficiis ecclesiasticis, pecunia, pensionibus *etc.* per litteras apostolicas *etc.* compelli de cetero nequeant. Kal. Febr. a° 9°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 31. n° 20. — »Ut apostolicam sedem.«
„ 1	„	(14490) Magistro Laurentio praeposito ecclesiae s. Irenaei Syrmiensis concedit, ut, cum redditus ecclesiastici Ungariae propter Tartarorum saevitiam sint deminuti, praeter praeposituram dictam possit adhuc unicum aliud beneficium ecclesiasticum, personatum vel dignitatem recipere, si ei in regno Ungariae canonice offeratur. Kal. Febr. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 212. n° 396; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 225. — »Etsi sacris sit.«
„ 3	„	(14491) (Benedicto) archiepiscopo Colocensi mandat, faciat ut Michael clericus Wesprimiensis in aliqua ecclesiarum regni Hungariae recipiatur canonicus. iii non. Febr. a° 9°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 123; Theiner l. c. 212. n° 397. — »De singulorum provisione.«
„ 5	„	(14492) Ministro fratrum Minorum in marchia Anconitana committit, ut ad monasteria sororum ord. s. Dam. fratres sui ordinis mittat ad audiendum confessiones illarum *etc.* Non. Febr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 593. n° 389. — »Cum personae quorundam.«
„ 5	„	(14493) Abbati et canonicis S. Mariae Middelburgensis indulget, ut nullus delegatus sedis apostolicae vel subdelegatus delegati eiusdem *etc.* in eos excommunicationis, suspensionis aut interdicti sententiam valeat promulgare. Non. Febr. a° 9°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 130. — »Attendentes fidei vestrae.«
„ 5	—	Archiepiscopis et episcopis *etc:* (de bonis S. Martini in Monte): »Romae ap. S. Petrum non. Febr. a° 9°«. ‖ Bullar. Vatic. I. 129, *vid.* 1207. Febr. 5. n° 3000.
„ 5	Perusii	(14494) Archiepiscopo Tyrensi mandat, ne permittat ut magister et fratres hospitalis Hierosolymitani super possessione castri Ascalonis, quod de mandato et auctoritate quondam Friderici tunc imperatoris et Hierosolymitani regis sub sua custodia receperant, ab aliquibus indebite molestentur. Non. Febr. a° 9°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 273. n° 7. — »Innotuit nobis quod.«
„ 5	„	(14495) Priori et conventui ecclesiae s. Mariae de Rheno ord. s. Aug. Bononiens. dioc. concedit, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus per litteras apostolicas compelli minime possint. Non. Febr. a° 9°. ‖ Bullar. canonic. regular. I. 30; Trombelli Mem. di S. Maria di Reno 386. n° 19. — »Vestris gravaminibus occurrere.«
„ 6	„	(14496) Monasterium s. Crucis de Tripudeo Camerinens. dioc. abbate eiusque fratribus postulantibus protegendum suscipit omnesque possessiones eius ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. viii id. Febr. indict. X. incarn. dom. a° 1252(!). pont. a° 9°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 32. n° 21. — »Religiosam vitam eligentibus.«
„ 7	„	(14497) (Philippo) episcopo et capitulo Zagrabiensibus indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in praebendis vel beneficiis ecclesiasticis *etc.* compelli de cetero minime possint. vii id. Febr. a° 9°. ‖ Tkalčič Mon. episc. Zagrab. I. 93. n° 81, *perperam ad* 1252. Febr. 8. — »Volentes vobis et.«
„ 7	„	(14498) Fratri Rogerio de Lentino ord. Praed., quem Raynaldus Ostiensis et Velitrensis episcopus Melphiensi ecclesiae in Apulia providerat in episcopum, hanc provisionem confirmat. vii id. Febr. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 203. n° 246. — »Cum a nobis.«
„ 9	„	(14499) Ministro et fratribus ord. Minorum Spoletanis, quibus L. praepositus ecclesiae s. Marci Spoletanae ad monasterium Farfense spectantis duas petias concesserat, hanc concessionem confirmat. v id. Febr. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 502. n° 89; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 594. n° 390. — »Iustis petentium desideriis.« • *In eundem modum* Episcopo Assisinati, *qui datus est conservator.*
„ 9	„	• (14500) Clero civitatis et diocesis Nimotiensis praeficit in pastorem fratrem Bartholomaeum de ordine Praedicatorum, quem ipsemet consecravit. v id. Febr. a° 9°. ‖ Mas Latrie Hist. de Chypre II. 65. • *In eundem modum* Populo civitatis Nimotiensis — Regi Cypri.

1252.

Febr. 9	(Perusii)	• (14501) Innoc. verbied binnen Ypre en in de prochien van de stad afhangende, openbaere school te houden, zonder de toestemming van den proost van Sint-Marten. v id. Febr. ‖ Lambin Tydrekenkundige Lyst 8.
„ 10	„	(14502) Universis b. b. Petri et Pauli limina visitantibus ad instar Innocentii III pp. (*cf.* n° 4438) declarat, omnes oblationes Vaticanas, quarta parte excepta, fabricae, luminaribus huius ecclesiae et necessitatibus pauperum esse addictas, eosque monet, ut hoc omnibus peregrinis intiment. iv id. Febr. a° 9°. ‖ Bullar. Vatic. I. 130. — »Gradiente Domino super.«
„ 12	„	(14503) Universis Christifidelibus fabricae ecclesiae fratrum Minorum Biterrensium eleemosynas conferentibus indulgentiam 40 dierum concedit. ii id. Febr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 595. n° 393. — »Quoniam ut ait.«
„ 13	„	(14504) Abbati monasterii s. Michaelis in Antwerpia mandat, curet ne monasterium s. Mariae de Middelburg Praemonstr. ord. Traiect. dioc., cui b. mem. Traiectensis episcopus augmentum decimarum concesserat, indebite ab aliquibus propter hoc molestetur. Id. Febr. a° 9°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 293. n° 552. — »Oblata nobis ex.«
„ 13	„	(14505) Ecclesiam b. Stephani regis de Alba in domo hospitalis Ierosolymitani Wesprimiens. dioc., in qua b. mem. Martirius Strigoniensis archiepiscopus lapidem primariam posuit, quam autem cl. mem. Euphrosyna regina Ungariae pro suorum, Geyssae viri et Belae nati regum Ungariae remedio peccatorum complevit et dotavit, prout in Belae regis confectis inde litteris aurea bulla munitis et hîc insertis plenius continetur, praeceptori et fratribus hospitalis Ierosolymitani in Ungaria confirmat. Id. Febr. a° 9°. ‖ Pray Diss. de prioratu Auranae 116; Katona Hist. crit. VI. 165; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 125 *et* 175, *sed absque nota chronol. ad a. 1253.* — »Iustis petentium desideriis.«
„ 13	„	(14506) Episcopo Caprulensi mandat, ut Marcum Zianum natum b. mem. P(etri) Ziani ducis Venetorum, cui comitatum Lyciensem concesserit, in eius possessione defendat. Id. Febr. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 79. — »Cum sicut dilecto.«
„ 13	„	(14507) Episcopo Avenionensi concedit potestatem largiendi omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad praedicationem crucis accesserint, certam dierum indulgentiam a 40 diebus infra moderandam, absolvendi manuum iniectores in clericos saeculares *etc.* Id. Febr. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 26, *omisso initio.*
„ 13	„	(14508) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam fratrum Minorum Assisiensium, in qua gloriosum b. Francisci corpus requiescit, in eiusdem sancti festivitate annis singulis devote visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargitur. Id. Febr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 594. n° 391. — »Licet is de.«
„ 13	„	(14509) Guardiano et fratribus ord. Minorum de Castro Offidae Firman. dioc., quibus abbatissa et conventus monialium pauperum inclusarum monasterii s. Francisci ord. s. Dam. quandam domum sitam in dicto castro in vico, qui dicitur Castellare, cum casalinis *etc.* vendiderant, hanc venditionem confirmat. Id. Febr. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 503. n° 90; Sbaralea l. c. 595. n° 392. — »Solet annuere sedes.«
„ 15	„	(14510) Praeposito ecclesiae Aretinae mandat, ut denunciet monasteria ordinis Camaldulensis et eorum membra ad provisiones legatorum apostolicae sedis in pecunia aut pensionibus minime teneri. xv kal. Mart. a° 9°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 36. n° 23. — »Ex parte dilectorum.«
„ 15	„	(14511) Priori S. Iohannis in Monte Bononiensi ord. s. Aug. mandat, ne permittat ut prior et conventus ecclesiae s. Mariae de Reno ord. s. Aug. Bononiensis contra tenorem concessionis apostolicae d. d. 1252. Febr. 5 (*vid.* n° 14495) ab aliquibus indebite molestentur. xv kal. Mart. a° 9°. ‖ Trombelli Mem. di S. Maria di Reno 387. n° 20. — »Gravaminibus dilectorum filiorum.«
„ 18	„	(14512) Marco Ziano nato b. mem. P(etri) Ziani ducis Venetorum comitatum Lyciensem »in regno nostro« Siciliae existentem, qui ad Tancredum eius avum spectavit, sed postmodum ab aliis occupatus detinebatur, cum omnibus iuribus et pertinentiis plenarie restituit. xii kal. Mart. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 79; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 546. n° 23. — »Sedes apostolica debitae.«
„ 20	„	(14513) (Philippo) episcopo Zagrabiensi petente Zagrabiensi ecclesiae possessionem prope Zagrabiam, quae nunc Castrum Eppi (Episcopi *Farl.*) appellatur et ei a Bela Hungariae rege donata est, confirmat. x kal. Mart. a° 9°. ‖ Balth. A. Kerkselich Histor. cathedralis eccles. Zagrabiensis (Zagrabiae 1774. fol.) I. i. 85; Farlati Illyr. sacr. V. 371; Katona Hist. crit. VI. 166; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 126; Tkalčič Mon. episc. Zagrab. I. 93. n° 80, *male ad* a. 1251. — »Iustis petentium desideriis.«
„ 20	„	(14514) Abbati monasterii de Fulina Cisterc. ord. Cenetens. dioc. mandat, ut monasterio s. Margaritae de Torcello officium visitationis impendat. x kal. Mart. a° 9°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 361. — »Dilecte in Christo.«

1252.

Febr. 21 — Perusii — (14515) Abbatissae et conventui S. Margaritae Torcellanensis Cist. ord. exemptionem monasterio eidem a (Gotifredo) episcopo Torcellano concessam confirmat. IX kal. Mart. a° 9°. ‖ Cornelius l. c. 360. — »Cum a nobis.«

» 23 resp. 25 — » — (14516) Episcopo Foroliviensi mandat, compellat potestatem et commune Imolenses, qui quendam clericum ad recipiendas oblationes quae in altari Imolensis ecclesiae a Christi fidelibus offeruntur, et ad eas dividendum praetextu cuiusdam statuti ab eisdem super hoc contra ecclesiasticam libertatem editi deputare pro suae voluntatis arbitrio praesumpserint, per censuram ecclesiasticam, ut ab huiusmodi praesumptione omnino desistant. VII (VI *Manz.*) kal. Mart. a° 9°. ‖ Manzoni Episc. Cornel. 192; Series episc. Forocorn. II. 93. — »Sua nobis prepositus.«

» 25 — » — (14517) Magistro et praeceptoribus hospitalis Ierosolymitani liberam concedit facultatem moderandi rigorem sui ordinis super capitulo silentii observandi. VI kal. Mart. a° 9°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 164; Fejér Cod. dipl. IV. II. 126. — »Ex parte vestra.«

» 25 — » — (14518) Monasterium monialium s. Francisci de Strata s. Stephani Bononiense ord. s. Dam. protegendum suscipit. VI kal. Mart. indict. X. incarn. dom. a° 1252(!). pont. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 503. n° 91; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 596. n° 394. — »Religiosam vitam eligentibus.«

(» 25) — » — (14518a) Ecclesiam ss. Philippi et Iacobi de Cassandra Pisan. dioc. ord. s. Aug. tuendam suscipit. VI kal. (Mart.) indict. X. incarn. dom. a° 1251. pont. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 25. n° 366. — »Religiosam vitam profitentibus.«

» 27 — » — (14519) Communi civitatis Aesculanae quasdam poenas ei inflictas remittit. III kal. Mart. a° 9°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 130. n° 239. — »Cum sicut ex.«

» 27 — » — (14520) Praeposito ecclesiae Aretinae mandat, ut priorem et heremitas Camaldulenses a molestatoribus *etc.* defendat. IV kal. Mart. a° 9°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 37. n° 24. — »Obviare malitiis perversorum.«

» 29 — » — (14521) Episcopo Pensauriensi mandat ne permittat, ut prior et fratres hospitalis pauperum infirmorum s. Spiritus Ariminenses, cui concesserit ut cuilibet liceat in eleemosynam eis relinquere libere bona sua *etc.*, contra huius concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestentur. II kal. Mart. a° 9°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 403. — »Miseranda domus dilectorum.«

Mart. 1 — » — (14522) Baronibus, militibus, potestatibus, rectoribus, consulibus ac universis et singulis hominibus per Caesenatem et Bobiensem civitates et districtus seu comitatus earum necnon per plebatum Balnensem constitutis notum facit, se, cum Iohannes Aguselli potestas Cerviensis et Buccaquatuor Agusellus et Palmerius fratres cives Caesenates asserant, Fridericum quondam imperatorem, antequam fuisset per sedem apostolicam vinculo excommunicationis adstrictus, Iohannem patrem ipsorum eiusque heredes in civitate Caesenae ac eius districtu et comitatu necnon in comitatu Bobiensi et plebatu Balnei vicecomites constituisse ac iura et honores vicecomitatus in huiusmodi locis eis concessisse, hanc constitutionem et concessionem per suas litteras duxisse confirmandas *etc.* Kal. Mart. a° 9°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 37. n° 25. — »Puritas devotionis et.«

» 5 — » — (14523) Monasterium Classense ord. Camald. Ravennat. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III non. Mart. indict. X. incarn. dom. a° 1251. pont. a° 9°. ‖ Mittarelli l. c. 39. n° 26. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 5 — » — (14524) Archidiacono Vulterrano mandat, ut malefactores monasterii s. Savini Camaldulens. ord. Pisanae dioc. per censuram ecclesiasticam reprimat. III non. Mart. a° 9°. ‖ Mittarelli l. c. 40. n° 27. — »Quia nonnulli sic.«

» 6 — » — (14525) Electo Foropopuliensi controversiam inter abbatem conventumque monasterii s. Mariae de Pratalia ex parte una et rectores ecclesiarum de Corezzo et de Ornina, Bencevene et Bono fratres de Ornina heredes quondam Rainerii notarii de Aretio *etc.* ex altera super decimis, terris *etc.* vertentem committit decidendam. II non. Mart. a° 9°. ‖ Mittarelli l. c. 40. n° 28. — »Dilecti filii abbas.«

» 6 — » — (14526) Monasterium s. Benedicti de Padolyrone ord. s. Ben. Mantuanae dioc. ac universos conventus et prioratus eidem subiectos ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentes ab ordinariorum iurisdictione, etiam ratione delicti vel contractus declarat immunes. II non. Mart. a° 9°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 38. — »Cum olim duxerimus.«

» 6 — » — (14527) Magistrum et fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosolim. eximit a constitutione nova, quod vel ipsi exempti de quibusdam iure possint coram locorum ordinariis conveniri. II non. Mart. a° 9°. ‖ Strehlke Tab. 371. n° 523. — »Cum nuper duxerimus.«

» 7 — » — (14528) Archiepiscopo Armachano committit, ut cessionem episcopi Rathbotensis oculorum lumine destituti recipiat. Non. Mart. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 55. n° 147. — »Significavit nobis venerabilis.« *Cf.* 1253. Mai. 23. n° 14984.

» 7 — » — (14529) Archiepiscopo Burdegaliae et episcopo Vasatensi mandat, compellant clericos et laicos collectores redemptionum votorum crucesignatorum, qui ultra summam eis concessam plurima perceperint, ut omnia sic percepta ipsis ad opus (Henrici) regis Angliae cum integritate restituant. Non. Mart. a° 9°. ‖ Rymer Foed. I. I. 166. — »Cum carissimo in.«

1252.

Mart. 12 — Perusii — (14530) Reginaldo episcopo Parisiensi concedit, ut illis scolaribus, qui propter mutuam iniectionem manuum in canonem latae sententiae inciderint, usque ad biennium absolutionis beneficium impertiatur. IV id. Mart. a° 9°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 13. n° 90. — »Ex parte tua.«

» 15 — » — (14531) Praeposito et capitulo ecclesiae de Ripalta ord. s. Aug. dioc. Taurinens. interdicit petente Thoma de Sabaudia comite, ne bona ecclesiae aut membrorum eius impignorent vel alienent vel in feudum dent. Id. Mart. a° 9°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1406. — »Libenter petitionibus favoris.«

» 15 — » — (14532) Capitulo et universo clero necnon potestati, consilio et communi civitatis Hadriensis significat, se, cum (Petrus) Albanensis episcopus locum Hadriae de speciali mandato apostolico vocari decreverit civitatem et ecclesiam s. Mariae Hadriensis in cathedralem erigendam, tam ipsam quam Pennensem ecclesiam ad invicem duxerit uniendas, hoc factum gratum habere et ratum ac idem confirmare. (*Textus decreti insertus est.*) Id. Mart. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1138; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 547. n° 24. — »Licet ea quae.«

» 15 — » — (14533) Rectori marchiae Anconitanae mandat, inhibeat mulieribus quae de ordine s. Augustini se asserunt, ne in loco fratribus Minoribus de Recanato vicino de cetero morentur aut monasterium aedificare praesumant. Id. Mart. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 597. n° 394. — »Libenter illis petitionibus.«

» 15 — » — (14534) Fratri Raymundo de Pennaforti ord. Praed. et ministro fratrum Minorum in Aragonia et Catalonia mandat, ut in Pontium Urgellensem episcopum simonia, incestu, adulterio aliisque criminibus irretitum, qui bona Urgellensis ecclesiae enormiter dilapidet et consumat, diligentius inquirant. Id. Mart. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 204. n° 247; Wadding Ann. Minor. III. 505. n° 92; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 598. n° 396; *cf.* Villanueva Viage liter. XI. 84. — »Ne aliorum culpas.«

» 18 — » — (14535) A(zzoni) abbati S. Proculi Bononiensis mandat, curet ne archidiaconus, archipresbyter et capitulum Bononienses ab aliquibus molestentur propter statutum, quod habent in sua ecclesia et quo sunt astricti: nullum eligere vel recipere in canonicum nisi ad eum ordinem vel superiorem, in quo fuerat cedens canonicus vel decedens, nec electum vel confirmatum in canonicum admittere ad perceptionem praebendae, nisi primo se faciat promoveri ad ordinem, ad quem receptus fuerit vel electus; non permittere illum in primo receptionis suae anno percipere praebendae suae proventus praeter victualia *etc.* XV kal. Apr. a° 9°. ‖ Dal Sarti De archigymn. Bonon. profess. II. 172; Savioli Ann. Bologn. II. II. 277, *qui uterque* Innocentio III *erranter tribuit.* — »Sicut dilecti filii.«

» 20 — » — (14536) Universis Christifidelibus pro fabrica ecclesiae fratrum ordinis Minorum de Capitolio Urbis manum adiutricem porrigentibus indulgentiam 40 dierum concedit. XIII kal. Apr. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 506. n° 93; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 599. n° 397. — »Quoniam ut ait.

(Fbr. 20-Mart. 21) — » — »Verno tempore imminente, ut cum serenitate anni respiraret et ipsa ecclesia, dominus papa, quem Perusienses honorifice receperant, scientes ex eius adventu emolumenta pervenire, septem creavit Perusii cardinales.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 832.

» 23 — » — (14537) (Henricum) regem Angliae rogat et hortatur, permittat ut Fredericus Rolland et Thebaldus Tabalducci, socii Bonaventurae Lupelli civis et mercatoris Senensis, pro suis exercendis negotiationibus in regno Angliae libere commorari possint. X kal. Apr. a° 9°. ‖ Rymer Foed. I. I. 165. — »Regalis excellentiae quam.«

» 24 — » — (14538) (Constantino) Urbevetano et (Gualcherino) Suanensi episcopis et priori S. Iohannis de Platea Urbisveteris mandat, ut inquisitionem miraculorum b. Ambrosii (de Massa) ord. Minorum extra civitatem Urbevetanam in locis, in quibus de ipsis fieri creditur plena fides, episcopis vel abbatibus Cisterc. ord. aut prioribus ord. Praedic. illarum partium committant. IX kal. Apr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Praedic. I. 599. n° 398. — »Litteras nostras vobis.

» 24 — (») — • (14539) Episcopo Tornacensi mandat conquerente abbate S. Bavonis Gandensis, ne permittat, ut monachi dicti monasterii illis afficiantur poenis, quas ibi episcopus Tusculanus tunc in partibus istis legatus sedis apostolicae contra ordinis regulam instituerat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 31.

» 25 — » — (14540) Decano ecclesiae s. Petri Insulensis Tornacensis dioc. mandat, ut abbati et conventui monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. denuntiet, eos prohibitiones et statuta ab episcopo Tusculano tunc in partibus illis apostolicae sedis legato occasione visitationis de novo apud ipsos introducta observare non teneri. VIII kal. Apr. a° 9°. ‖ v. Lokeren l. c. I. 212. — »Lecta nobis dilectorum.«

» 26 — » — (14541) P. electo Waterfordensi significat, se indulgere capitulo Waterfordensis ecclesiae licentiam admittendi eum in suum ac praefatae ecclesiae episcopum et pastorem. VII kal. Apr. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 55. n° 148. — »Waterfordensi ecclesia pastoris.«

1252.

Mart. 26	Perusii	* (14542) Capitulo Waterfordensi mandat, ut eundem electum tamquam pastorem animarum suarum recipientes debitam ei obedientiam impendant. vii kal. Apr. a° 9°. ‖ Theiner l. c. in n° 148.
» 26	»	* (14543) Archiepiscopo Cassellensi mandat, ut eidem electo ad titulum Waterfordensis ecclesiae munus consecrationis impendat. vii kal. Apr. a° 9°. ‖ Theiner l. c. in n° 148.
» 29	»	* (14544) Decano et canonicis ecclesiae b. Martini Turonensis indulget, ut nullus archiepiscopus, episcopus *etc.* eos interdicere, suspendere aut excommunicare possit nec etiam in ecclesia memorata eiusque pertinentiis iurisdictionem exercere. iv kal. Apr. a° 9°. ‖ Défense des privil. de l'égl. Saint-Martin de Tours, pr. 34.
» 29	»	* (14545) Magistro scholarum ecclesiae s. Hilarii Pictaviensis mandat, ut supradictum privilegium observari faciat. iv kal. Apr. a° 9°. ‖ Défense *etc.*, pr. 34.
(Febr. Mart.)	(»)	* (14546) Episcopo Tusculano apostolicae sedis legato mandat, ut ab (Henrico) rege Cypri restitui curet quaedam feuda Willelmo de Toffito civi Ianuensi ipsius papae consanguineo et familiari. A° 9°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 65; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1252 § 27.
Apr. 2		(14547) (Beraldo) episcopo Adriensi et Pennensi mandat, ut, cum episcopus Albanensis de speciali mandato apostolico Adriensem ecclesiam in cathedralem erexerit et eam ac Pennensem ecclesiam ad invicem duxerit uniendas, Adriensis ecclesiae in spiritualibus et temporalibus solicitam curam gerat. iv non. (Apr.) a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1142. — »Clara devotionis merita.«
» 2		(14548) Potestati consilio necnon communi civitatis Adriae et universo populo Adriensis diocesis de superiore epistola significat eosque hortatur et rogat, ut ea quae sunt super hoc statuta et ordinata integre observent et praefati Adriensis et Pennensis episcopi monitis feliciter (?) intendant. iv non. Apr. a° 9°. ‖ Ughelli l. c. 1142. — »Clara devotionis merita.«
» 3		(14549) Philippo electo Ravennati apostolicae sedis legato mandat, ut, (Octaviano) S. Mariae in via lata diacono cardinali apostolicae sedis legato in Lombardiae partibus commorante, ablegationis officio, »quod ibidem tibi commisimus«, supersedeat. »Postquam autem legatus ipse de partibus illis recesserit, tu eodem officio ... uti libere non postponas.« iii non. Apr. a° 9°. ‖ Amadesii Antist. Ravenn. III. 190. n° 50. — »Pro Lombardiae negotiis.«
» 8	»	(14550) Guidoni de Monte de Foliano Regin. dioc., cui (Guilelmus) electus Reginus castrum de Querzola in feudum concessit, hanc concessionem confirmat. vi id. Apr. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 307. — »Petitionibus devotorum nonnunquam.«
» 9	»	(14551) (Petro) episcopo Sabinensi mandat, ut priorissam et conventum S. Dominici Imolenses ord. s. Aug. ordini Praedicatorum incorporet vel uniat; et statuit ut illae sub magisterio et doctrina magistri et prioris provincialis Lombardiae dicti ordinis de cetero maneant. v id. Apr. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 27. n° 367. — »Cum sicut ex.«
» 9	»	(14552) Episcopo Senogaliensi mandat, faciat ut diffinitiva sententia, quam S(tephanus) tit. S. Mariae trans Tiberim presb. card. in causa fratrum Eremitarum de Brictinis in marchia Anconitana contra fratres Minores eiusdem marchiae super ecclesia s. Mariae de Monte Graufri sita in Colta Montissam Firmanae dioc. promulgaverit, firmiter observetur. v id. Apr. a° 9°. ‖ Empoli Bullar. 175. — »In causa quae.«
» 10	»	(14553) Episcopo Urbevetano mandat, ut fratres Praedicatores Romanae provinciae, in Tuscia, ducatu Spoletano, patrimonio et Campania constitutos contra molestatores indebitos defendat. iv id. Apr. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 204. n° 248. — »Inundans malitia perversorum.«
» 10	»	(14554) Capitulo Valvensi significat, se eorum ecclesiae Iacobum monachum Casae Novae ord. Cisterc. in episcopum praefecisse, eosque hortatur, ut eidem obedientiam debitam impendant. iv id. Apr. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1375. — »Apostolicae dignitatis deposcit.«
» 11	»	(14555) Guardiano et conventui fratrum Minorum de Offida Firman. dioc., quibus abbatissa et conventus monasterii b. Francisci de castro Offidae ord. s. Dam. locum quendam infra castrum in vico qui dicitur Castellare vendiderant, indulget ut in praefato loco de cetero morari libere valeant. iii id. Apr. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 600. n° 399. — »Transmissa nobis vestra.«
» 17	»	(14556) Episcopo Tolosano mandat, ne permittat ut fratres ordinis Praedic. Provinciae ab aliquo indebite molestentur. xv kal. Mai. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 205. n° 249. — »Inundans malitia perversorum.«
» 17	»	(14557) Potestati consilio et communi Viterbiensibus antea anathemati subiectis, quia contra ecclesiam Romanam Friderico imperatori adhaeserant, de ipsorum submissione gratulatur, omnium excessuum poenas remittit atque omnia iura et privilegia eis confirmat. xv kal. Mai. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1412; Theiner Cod. dipl. dom. temp. I. 130. n° 240; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 549. n° 25. — »Non est in iusto.«

1252.

Apr. 17	—	P(etro) tit. S. Georgii ad vel. aur. diacono cardinali: »Lugduni xv kal. Mai. a° 9°«. ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes III. 515 (*alt. ed.* II. 460), *vid.* 1249. Apr. 17. n° 13288.
» 19	Perusii	(14558) Lanfrido civi Lucensi, qui in habitu novitiorum ordinis Minorum infirmitate correptus se velle in ordine eodem vivere atque mori simpliciter promiserat, sed de ea liberatus ad saeculum redierat, significat, eum ob hoc ad regularem observantiam non teneri. xiii kal. Mai. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 600. n° 400. — »Constitutus in praesentia.«
» 19	»	(14559) (Raynaldo) episcopo Ostiensi mandat, ne sinat ut abbatissa et conventus monialium inclusarum monasterii s. Angeli Aesculani ord. s. Dam. super observantia vitae formulae, sub qua Domino famulantur, ab aliquibus molestentur. xiii kal. Mai. a° 9°. ‖ Sbaralea l. c. 601. n° 401. — »Nostro decet provenire.«
» 20	»	(14560) Pagano capellano suo praeposito et canonicis ecclesiae suae s. Salvatoris de Lavania significat, se dictam ecclesiam et ecclesias s. Mariae Magdalenae cum hospitali ac ponte ipsius et s. Lazari cum domo leprosorum ecclesiae s. Salvatoris subiectas in ius et proprietatem b. Petri et sedis apostolicae assumere et ab omni iurisdictione, potestate et dominio tam archiepiscopi Ianuensis quam cuiuslibet alterius praelati perpetuo eximere. Praeterea easdem singularibus privilegiis plenisque libertatibus insignit. xii kal. Mai. indict. X. incarn. dom. a° 1252. pont. a° 9°. ‖ Sbaralea l. c. 601. n° 402. — »Etsi universae orbis.«
» 20	»	(14561) Fratribus Minoribus apud Lanzanum morantibus, quibus (Landulphus) Theatinus electus ecclesiam s. Leguntiani de Lanzano 1252. Apr. 3 concessit, hanc concessionem confirmat. xii kal. Mai. a° 9°. ‖ Sbaralea l. c. 604. n° 403. — »Iustis petentium desideriis.«
» 20	»	(14562) (Iohanni) archiepiscopo Antibarensi concedit facultatem compellendi per censuram ecclesiasticam illicitos detentores decimarum. xii kal. Mai. a° 9°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VII. 38. — »Cum sicut nobis.«
» 20	»	(14563) (Centiberio) episcopo Catharensi mandat, moneat et inducat Arbanensem (*al.* Albanensem) episcopum, ut Antibarensi archiepiscopo tamquam suo metropolitano reverentiam et obedientiam exhibeat. xii kal. Mai. a° 9°. ‖ Farlati l. c. VI. 441, *cf.* 104; *et* VII. 195. — »Sua nobis venerabilis.«
» 21	»	* (14564) Rainerio Zeno potestati Firmano praecipit, ne permittat ut homines comitatus Firmi a communi Firmi molestentur in personis et bonis. xi kal. Mai. a° 9°. ‖ Cronache della città di Fermo 399. n° 193.
» 22	»	(14565) Episcopo Anconitano scribit de causa, quae inter (Iohannem) Ragusinum archiepiscopum ex una parte et Antibarensem episcopum(!) ac Guduanensem (*al.* Buduanum), Dulcinensem, Drivariestensem (*al.* Drivastensem), Scodriensem (*al.* Scodrensem), Suanensem et Polatensem episcopos ex altera vertitur super eo, quod dictus archiepiscopus Ragusinus asserit eundem Antibarensem non esse archiepiscopum sed episcopum, et eum ac praedictos episcopos fore sibi et ecclesiae Ragusinae metropolitico iure subiectos. Mandat ei, ut partibus terminum peremptorium duorum mensium praefigat, quo se apostolico conspectui repraesentent iustam sententiam recepturas. x kal. Mai. a° 9°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 104 *et* VII. 40. — »Cum in causa.«
» 22	»	(14566) Episcopo Militensi de sua ecclesia propulso et redacto ad importabilem egestatem nunciat, se eum a vinculo, quo ecclesiae Bitontinae tenebatur astrictus, per (Rainaldum) episcopum Ostiensem et Velletrensem absolvi et Militensi praefici fecisse in pastorem; mandat, ut ad eandem ecclesiam accedat et in eius regimine studeat utilem se exhibere. x kal. Mai. a° (8°, *sed legas*) 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 954; V. Capialbi Mem. per serv. alla stor. della s. chiesa Miletese (Napoli 1835. 8°) 157. — »Te olim graviter.«
» 22	»	(14567) Ministro generali ordinis fratrum Minorum petente districtius inhibet, ut nulli ordinis fratres, si eos in episcopos eligi aut postulari contigerit, electioni aut postulationi de se factae audeant consentire nisi de ministri generalis vel provincialium ministrorum licentia et consensu. x kal. Mai. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 290; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 605. n° 404. — »Petitio tua nobis.«
» 22	»	(14568) Spoletano et Eugubino episcopis et abbati monasterii de Ferentillo Spoletan. dioc. mandat, ut testes legitimos super vita et conversatione ac miraculis rec. mem. Simonis (de Collazzono) ord. Minor. diligenter examinent. x kal. Mai. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 35. — »Testes legitimos quos.«
» 24	»	(14569) Eisdem mandat, ut de vita et miraculis piae mem. Simonis ord. Minorum inquirant. viii kal. Mai. a° 9°. ‖ Wadding l. c. 286; Sbaralea l. c. 606. n° 506. — »Ex parte dilectorum.«
» 24	»	(14570) Praeposito et capitulo Pistoriensibus mandat, ut infra octo dies post receptionem praesentium de consilio et assensu episcopi Mutinensis sibi personam idoneam in episcopum eligant. viii kal. Mai. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 305. — »Ne ex longa.«

1252.

Apr. 24	Perusii	(14571) Decano et capitulo Lugdunensibus indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus *etc.* in eos excommunicationis vel suspensionis, aut in ecclesiam Lugdunensem interdicti sententiam absque mandato sedis apostolicae speciali promulgare valeat. VIII kal. Mai. a° 9°. ‖ Menestrier Hist. de Lyon, preuv. XIV; Monfalcon Lugdunens. monum. 413. — »Apostolicae sedis benignitas.«
» 24	»	(14572) Eisdem indulget, ut extra civitatem Lugdunensem in causam trahi per litteras apostolicas de cetero non possint. VIII kal. Mai. a° 9°. ‖ Menestrier l. c. pr. XIV; Monfalcon l. c. 414. — »Vestrae pacis quaerentes.«
» 24	»	(14573) Abbati Insulae Barbarae Lugdun. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut decanus et capitulum Lugdunenses contra hanc sedis apostolicae concessionem ab aliquibus indebite molestentur. VIII kal. Mai. (*om. Men.*) a° 9°. ‖ Menestrier l. c. pr. XIV; Monfalcon l. c. 414. — »Dilectorum filiorum decani.«
» 24	»	(14574) Guardiano et conventui fratrum Minorum Firmanis, quibus b. mem. Firmanus episcopus capellam s. Leonis concessit, hanc concessionem confirmat. VIII kal. Mai. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 506. n° 94; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 606. n° 405. — »Exhibita nobis pro.«
» 27	»	(14575) Potestatibus, consiliis et communitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum Lombardiae, marchiae Tervisinae ac Romaniolae significat, se priori provinciali et fratribus inquisitoribus haereticae pravitatis ord. Praed. in Lombardia *etc.* mandasse, ut eas moneant ad statuta ecclesiastica et saecularia et constitutiones etiam Frederici quondam Romanorum imperatoris tunc in devotione ecclesiae persistentis edita contra haereticos eorumque fautores, quae conscripta et bulla sua munita transmittat, in statutariis suis conscribendum eaque observandum. V kal. Mai. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 205. n° 250. — »Orthodoxe fidei commissum.« *Cf.* n° 14587.
» 30	»	(14576) Priori et fratribus loci s. Mariae de Limata ord. s. Aug. Ariminens. dioc. confirmat sententiam, quam pro eis O(ctavianus) S. Mariae in via lata diac. card. apost. sedis legatus in causa vertente inter eos ex parte una et archipresbyterum S. Laurentii in Monte *etc.* ex altera super taxatione facultatum et proventuum facienda occasione procurationis exhibendae promulgavit. II kal. Mai. a° 9°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 403. — »Iustis petentium desideriis.«
Mai. 7	»	(14577) Universum populum Massanum rogat et hortatur, ut Massanam ecclesiam relevent ab intolerabili onere debitorum et ita praeteritas redimant offensas. Non. Mai. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 716. — »Cum sit maledictus.«
» 10	»	(14578) Fratri Henrico Filangerio ord. Praed. significat, se eius electionem per (Petrum) episcopum Albanensem apostolicae sedis legatum in archiepiscopum Barensis ecclesiae ad mandatum apostolicum factam confirmare. VI id. Mai. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 205. n° 251. — »Cum nos venerabili.«
» 11	»	(14579) Priorissam et conventum monasterii s. Dominici de Imola ord. s. Aug. doctrinae et curae magistri et prioris provincialis Lombardiae ord. Praed. committit. V id. Mai. a° 9°. ‖ Ripoll l. c. 206. n° 252. — »Rei quam rectitudinis.«
» 11	»	(14580) Magistro ordinis Praedicatorum et priori provinciali in Lombardia eiusd. ord. mandat, ut curam praefatarum monialium gerant. V id. Mai. a° 9°. ‖ Ripoll l. c. 207. n° 253. — »Cum venerabilis frater.«
» 11	»	(14581) Archiepiscopo Faventino significat, monasterium monialium s. Dominici de Imola ord. s. Aug. de speciali mandato apostolico sub doctrina magistri et prioris provincialis Lombardiae esse, eique mandat, ne permittat ut conventus eiusdem super his ab aliquibus indebite molestetur. V id. Mai. a° 9°. ‖ Ripoll l. c. VII. 28. n° 368. — »Sane petitio dilectarum.«
» 11	»	(14582) (Martino) electo Mantuano mandat, ut sorores monasterii Placentini ord. s. Dam. in monasterio s. Agathae Papiensis ord. s. Ben. propter malitiam inhabitantium in spiritualibus et temporalibus deformato collocet. V id. Mai. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 607. n° 407. — »Cum sicut accepimus.«
» 11	»	(14583) Electo, capitulo et clero civitatis Ariminensis iterum mandat, ut priorem et fratres hospitalis leprosorum s. Lazari de Tertio Arimin. dioc. in generalibus nuntiorum sedis apostolicae vel aliis collectis ulterius aggravare minime praesumant. V id. Mai. a° 9°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 404. — »Licet olim vobis.«
» 11	»	(14584) Universos marchiones, comites, barones ac potestates, rectores, consules et communia civitatum et aliorum locorum per Lombardiam, marchiam Tervisinam et Romaniolam constitutos rogat et hortatur, ut omnes illos, qui per fratres Praedicatores inquisitores de haeresis crimine vel pro defensione aut receptatione haereticorum excommunicationis innodati vinculo vel excommunicati publice fuerint, bonis confiscatis ipsorum banno publico exponant. V id. Mai. a° 9°. ‖ Cherubini Bullar. I. 97; Ripolli Bullar. Praed. I. 208. n° 254; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 551. — »Cum fratres Praedicatores.«

1252.

Mai. 11	(Perusii)	* (14585) Capitulo Verulano canonicum legitime electum confirmat in episcopum. V id. Mai. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1395 ex reg. Vatic. lib. 9. ep. 243.
» 13	»	(14586) Priori provinciali et fratribus inquisitoribus haereticae pravitatis ord. Praed. in Lombardia, marchia Tarvisina et Romaniola de n° 14584 significat. Mandat eis, ut, si dicti marchiones et alii mandatum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id cogant. III (id.) Mai. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 208. n° 255. — »Cum vos inquisitores.«
» 14	»	(14587) Eisdem mandat, moneant potestates et communitates Lombardiae, marchiae Tervisinae et Romaniolae, ut statuta apostolica et constitutiones quondam Frederici Romanorum imp. tunc in devotione ecclesiae persistentis edita contra haereticos eorumque fautores conscribi in statutariis suis eaque irrefragabiliter observari faciant. II id. Mai. a° 9°. ‖ Ripoll l. c. n° 256. — »Orthodoxe fidei commissum.« *Cf.* n° 14575.
» 14	»	(14588) Praeposito et capitulo ecclesiae Magalonensis ord. s. Aug. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae *etc.* compelli minime possint. II id. Mai. a° 9°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 567. — »Devotionis vestre precibus.«
» 14	»	(14589) Eisdem indulget, ut auctoritate litterarum sedis apostolicae ad solutionem aliquorum debitorum nullatenus teneantur, nisi huiusmodi debita in utilitatem ecclesiae fuisse conversa legitime probatum fuerit. II id. Mai. a° 9°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 562. — »Paci et tranquillitati.«
» 14	»	(14590) Abbati Anianensi et priori S. Crucis de Melgorio Magalon. dioc. de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant ut illi contra concessionis huius tenorem ab aliquibus indebite molestentur. II id. Mai. a° 9°. ‖ Mém. *etc.* de Montpellier V. 562. — »Paci et tranquillitati.«
» 15	»	(14591) Repetit n° 11746 d. d. 1245. Iul. 21: »Id. Mai. a° 9°« — »Nimis iniqua.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 609. n° 409.
» 15	»	(14592) Potestatibus sive rectoribus, consiliis et communitatibus civitatum aliorumque locorum per Lombardiam, Romaniolam et marchiam Tervisinam constitutis proponit constitutiones quasdam ad extirpationem haereticae pestis eisque mandat, ut illas suis capitularibus conscribant et secundum easdem contra omnem haeresim procedant. Id. Mai. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 209. n° 257; Cherubini Bullar. I. 97; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1252 § 3. XIII. 568; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 608. n° 408; Mansi Conc. XXIII. 569; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 552. — »Ad extirpanda de.«
» 15	»	(14593) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia, marchia Tervisina et Romandiola, cui ibidem inquisitionem contra haereticam pravitatem commisit, concedit ut inquisitores deputare, removere, mutare *etc.* possit. Id. Mai. a° 9°. ‖ Ripoll l. c. VII. 28. n° 369. — »Cum tibi et.«
» 15	»	(14594) Magistrum, priores provinciales et fratres ordinis Praedicatorum in generali capitulo Bononiae congregatos de sacrilega caede Petri de Verona et Dominici ord. Praed. fratrum in Mediolanensibus partibus negotium fidei prosequentium consolatur. Id. Mai. a° 9°. ‖ Ripoll l. c. I. 212. n° 258. — »Horridus nuper sensus.«
» 17	»	(14595) Universis Christifidelibus pro fabrica ecclesiae ord. fratrum Minorum Rosquildensium elemosynas erogantibus indulgentiam 40 dierum elargitur. XVI kal. Iun. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 609. n° 410; Rördam Ny kirkehistor. Samliger III. 96. n° 26. — »Quoniam ut ait.«
» 18	(»)	* (14596) Innocence IV enjoignit à l'archevêque d'Auch d'employer les censures ecclésiastiques pour mettre les officiers du roi à la raison. ‖ Auriac Histoire d'Alby 110.
» 21	(»)	* (14597) Guidalastem canonicum a capitulo concorditer electum in episcopum Pistoriensem confirmat. XII kal. Iun. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 303.
» 21	»	* (14598) Archiepiscopo Viennensi nunciat, Amedeum comitem Sabaudiae ab excommunicatione, quam incurrerit sequendo partes Friderici imperatoris, absolutum esse. XII kal. Iun. a° 9°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 153. n° 294.
» 22	»	* (14599) Magistro scholarum ecclesiae s. Hilarii Pictaviensis significat, se inhibuisse ne per litteras apostolicas contra decanum et canonicos ecclesiae b. Martini Turonensis in aliquo procedatur. Mandat ei, ne permittat ut illi contra huius inhibitionis tenorem ab aliquibus molestentur. XI kal. Iun. a° 9°. ‖ Défense des privil. de l'égl. Saint-Martin de Tours, pr. 35.
» 23	»	(14600) Magistro domus militiae Templi in Lombardia interdicit, ne locum et domum de Murello in cives Astenses titulo venditionis transferat. X kal. Iun. a° 9°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1407. — »Ad audientiam nostram.«

1252.

Mai. 23	Perusii	(14601) Universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, prioribus (*leg.* praepositis), abbatibus et aliis praelatis nec non capitulis, conventibus et collegiis ecclesiarum significat, se omnibus illis, ad quos archiepiscoporum, episcoporum, abbatum vel priorum electio ordinatio collatio vel provisio pertineat, liberam concedere potestatem de praemissis canonice providendi et ordinandi. x kal. Iun. a° 9°. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 191; Gercken Dipl. I. 431; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XVI. 403. n° 15. — »Et qualitas temporis.«
» 23	»	* (14602) Episcopo Novariensi praecipit, ut absolvat Thomam de Sabaudia comitem ab excommunicatione, quam incurrerat per reconstructionem castri Montozulensis spectantis ad ecclesiam Taurinensem. x kal. Iun. a° (8°, *sed legas*) 9°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 144. n° 273.
» 25	—	Praepositum, priorissam ac moniales monasterii in Beriche: »Ferentini VIII kal. Iun. a° 9°.« ‖ Varnhagen Grundlage. UB. 93. n° 38, *vid.* 1206. Mai. 25. n° 2780.
» 25	Perusii	(14603) Priori provinciali et fratribus inquisitoribus haereticae pravitatis ord. Praed. in Lombardia, marchia Tervisina et Romandiola significat, se constitutiones quasdam ad extirpationem haereticae pestis edidisse ac potestatibus, rectoribus et communitatibus civitatum ibidem constitutis mandasse, ut singuli easdem conscribi suis capitularibus faciant. Mandat eis, ut, si illi hoc adimplere neglexerint, eos ad id compellant. VIII kal. Iun. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 28. n° 370. — »Ad extirpanda de.«
» 26	»	(14604) Iacobo Velletrensi ordinis fratrum Minorum mandat, licet iam archiepiscopo Gnesnensi, episcopo Vratislaviensi et abbati de Lubens (Lucedio *Rayn.*) Cisterc. ord. Vratislav. dioc. eadem dederit mandata, ut de virtute morum, veritate signorum et miraculis p. mem. Stanislai Cracoviensis episcopi, de eius martyrio et causa martyrii necnon et sanctitate ipsius inquirat. »Insuper utrum Cracoviensis diocesis paganis et Ruthenis schismaticis sit confinis, ...; ad hoc librum Cronicarum ad capitulum pertinens ad negotium memoratum ex archivo ducis Poloniae editum, et etiam librum Annalium et epitaphium considera diligenter.« VII kal. Iun. a° 9°. ‖ Dlugossi Hist. Polon. I. 714; Wadding Ann. Minor. III. 506. n° 95; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 610. n° 411; (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 184; *pars posterior in* Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 7. — »Licet venerabili fratri.«
» 26	»	(14605) Magistro et prioribus provincialibus fratrum Praedicatorum indulget, ut per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius, etiamsi habeatur in eis aliqua de his specialis mentio, hinc ad viginti futuros annos nullum monasterium de novo suscipere teneantur. VII kal. Iun. a° (10°, *sed legerim*) 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 30. n° 375. — »Infusa devotionis oleo.«
» 27	»	(14606) Monasterium monialium s. Mariae de Casis Spoletan. dioc. ord. s. Dam. tuendum suscipit, ei amplum concedit privilegium et concessa eidem a Bartholomaeo et capitulo Spoletanis 1250. Mart. 6 confirmat. VI kal. Iun. indict. X. incarn. dom. a° 1252. pont. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 507. n° 96; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 611. n° 412. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 28	»	(14607) Priori provinciali et fratribus inquisitoribus haereticae pravitatis ord. Praed. in Lombardia, marchia Tervisina et Romaniola scribit, se potestatibus et communitatibus dictarum terrarum leges, quas quondam Fredericus tunc Roman. imp. promulgaverit contra haereticam pravitatem, transmittere, ut in capitularibus suis faciant annotari. Mandat eis, ut, si illi super hoc neglexerint adimplere mandatum apostolicum, illos ad id per excommunicationem in personas et interdictum in terram cogant. V kal. Iun. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 213. n° 259. — »Cum adversus hereticam.«
» 30	»	(14608) (Alberto) episcopo Mutinensi mandat, ut civibus Mutinensibus olim exulantibus pro ecclesiastica libertate in recompensatione damnorum, quae sustinuerant, de vigesima proventuum ecclesiasticorum provinciarum Lombardiae, marchiae Tervisinae et Romaniolae collecta exhibeat certam pecuniae quantitatem *etc.* III kal. Iun. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 612. n° 413. — »Dilectus filius frater.«
» 30	»	(14609) (Haimerico) cancellario Parisiensi mandat, ut, cum magistri et scolares Parisienses in solvendis hospiciorum suorum pensionibus intolerabiliter graventur, ad eorum taxationem procedat. III kal. Iun. a° 9°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 13. n° 92. — »Dudum suggerentibus nobis.«
» 30	»	(14610) (Thomae) archiepiscopo Remensi, (Adamo) episcopo et decano Silvanectensibus mandat, ut facultatem excommunicandi molestatores universitatis Parisiensis per septennium eis concessam ad decennium post finem septennii continuant. III kal. Iun. a° 9°. ‖ Jourdain l. c. 13. n° 93. — »Affectum eorum qui.«
» 30	»	(14611) (Adamo) episcopo Silvanectensi scribit, se magistris et scolaribus Parisiensibus, ut sigillum proprium usque ad septennium habere possint, concessisse. Mandat ei, ne permittat, ut illi contra tenorem huius concessionis ab aliquo molestentur. III kal. Iun. a° 9°. ‖ Jourdain l. c. 14. n° 94. — »Dudum ad audientiam.«

1252.

Mai. 31	Perusii	(14612) Universis magistris et scholaribus Parisiensibus concedit, ut extra civitatem Parisiensem super quaestionibus intra eam exortis trahi non possint. II kal. Iun. a° 9°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 241; Recueil des privil. de l'univers. de Paris 264. — »Ut eo liberius.«
» 31	»	(14613) (Adamo) episcopo Silvanectensi de superiore epistola significat eique mandat, ut supradictum privilegium conservet. II kal. Iun. a° 9°. ‖ Bulaeus l. c. 242. — »Ut eo liberius.«
» 31	»	(14614) Episcopum et capitulum Fernenses in Hybernia rogat et monet, ut magistro Richardo dicto Cancellario, clerico de ipsorum diocesi oriundo, longo iam tempore Parisius disciplinis insudanti scolasticis praebendam conferant. II kal. Iun. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 56. n° 149. — »Cupientes provideri.«
» 31	»	(14615) Rectoribus et fratribus de Poenitentia qui dicuntur Fratres calendarii ecclesiae s. Marci Mantuae indulget, ut contra votum et professionem suam per potestatem et commune Mantuanos ad deferendum arma vel ire in exercitum aut ad recipiendum publica officia civitatis vel solvere datias vel collectas compelli minime possint. II kal. Iun. a° 9°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 635. n° 13, *ubi perperam donatur* Innocentio III, *in quo non quadrat, nisi pro* a° 9° *legitur* a° 19° (*i. e.* 1216. Mai. 31). — »Attendentes verbum apostoli.«
» 31	»	(14616) Martinum praepositum Parmensem ecclesiae Mantuanae concedit in episcopum et pastorem. II kal. Iun. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 867. — »Licet continuata.«
Iun. 1	»	(14617) Clementi de S. Hylario rectori ecclesiae s. Germani de Roeria Lemovic. dioc. concedit, ut praeter hanc ecclesiam adhuc unicum beneficium recipere possit. Kal. Iun. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 613. n° 414. — »Intuitu dilecti filii.«
» 1	»	(14618) Universis magistris et scholaribus Parisiensibus indulget, ut nullus in universitatem magistrorum aut scholarium aut rectorem vel procuratorem eorum excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam audeat promulgare absque sedis apostolicae licentia speciali. Kal. Iun. a° 9°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 242. — »Non decet nos.«
» 1	»	(14619) (Adamo) episcopo Silvanectensi de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut praefati magistri et scholares *etc.* contra concessionis apostolicae tenorem ab aliquibus molestentur. Kal. Iun. a° (4°, *error typogr., legas*) 9°. ‖ Bulaeus l. c. 242. — »Non decet nos.«
» 1	»	(14620) (Philippo) electo Ravennati mandat, ut, cum in provincia Romaniolae quaedam statuta sint edita, quae ecclesiasticae praeiudicant libertati, ea studeat irritare. Kal. Iun. a° 9°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 222. n° 150; *cf.* Rubeus Histor. Ravenn. 428. — »Cum sicut accepimus.«
» 4	»	(14621) Thomam de Sabaudia comitem hortatur, ut »tam super facto castri Ripolarum quam omnibus aliis motis quaestionibus« inter eum et electum Taurinensem episcopum amicabilis compositio intercedat. II non. Iun. a° 9°. ‖ Historiae patr. mon. Chart. I. col. 1408. — »Desiderantes super discordia.«
» 5	»	(14622) (Bonifacio) Cantuariensi archiepiscopo mandat, ut excommunicationis sententiam, quam contra decanum et capitulum s. Pauli et s. Trinitatis et s. Bartholomaei ecclesiarum priores eorumque conventus Londonienses propter denegatam visitationem promulgavit, infra octo dies post receptionem praesentium sine difficultate qualibet ad cautelam relaxet; alioquin *etc.* Non. Iun. a° 9°. ‖ Ann. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 322 (*in* Annal. monast. I. 304). — »Sicut decanus et.«
» 5	»	(14623) Universis magistris et scolaribus Parisiensibus concedit, ut euntes Parisius causa studii aut exinde ad propria redeuntes nihil alicui pro pedagio solvere teneantur. Non. Iun. a° 9°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 243. — »Volentes vos quietae.«
» 5	»	(14624) (Adamo) episcopo Silvanectensi de superiore epistola significat eique mandat, ut praefatum privilegium conservet. Non. Iun. a° 9°. ‖ Bulaeus l. c. 243. — »Volentes dilectos filios.«
» 6	»	(14625) (Haimerico) cancellario Parisiensi mandat, ut scholares arma portantes, si secundo tertio moniti se non correxerint, libertatibus universitatis privet. VIII id. Iun. a° (4°, *error typogr., legas*) 9°. ‖ Bulaeus l. c. 244. — »Ad aures nostras.«
» 7	—	Priori et capitulo S. Andreae in Scotia: »Ianuae VII id. Iun. a° 9°«. ‖ Theiner Mon. Hibern. 53. n° 145, *vid.* 1251. Iun. 7. n° 14314.
» 8	Perusii	(14626) (Roberto) Lincolniensi, (Fulconi) Londoniensi et (Willelmo) Wellensi episcopis notum facit, se statuere, ut archiepiscopis, episcopis, archidiaconis aliisque praelatis personaliter visitantibus ab ecclesiis visitatis et locis exhibeantur procurationes in victualibus et necessariis moderatae. VI id. (Iul., *sed legas*) Iun. a° 9°. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 186; Ann. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 319 (*in* Annal. monast. I. 300). — »Ad memoriam et.«

1252.

Iun. 8 — Perusii — (14627) Eisdem mandat, ne permittant ut ecclesiae et ecclesiasticae personae regni Angliae super his contra ipsius constitutionis tenorem ab aliquibus indebite molestentur. vi id. (Iul., *sed legas*) Iun. a° 9°. ‖ Fell l. c. 320 (Ann. mon. l. c. 301). — »Volentes igitur quod.«

(» 8) — (») — (14628) Episcopis Cantuariensis provinciae indulget, ut metropolitanus ab ecclesiis saecularibus non collegiatis procurationes, quae ratione visitationis debentur, nullatenus de cetero exigere nec in aliquibus exactionibus pecuniariis eas aggravare praesumat, nec etiam ecclesiae ad illarum exhibitionem aliquatenus teneantur. *Sine nota chronol.* ‖ Fell l. c. 320 (Ann. mon. l. c. 302). — »Attendentes quod Cantuariensis.«

(» 8) — (») — (14629) Statuit, quomodo metropolitanus visitationem provinciae suae facere teneatur. *Sine nota chronol.* ‖ Fell l. c. 321 (Ann. mon. l. c. 303). — »Cum metropolitanus suam.«

(» 9) — » — (14630) Universos marchiones, comites, barones et potestates, rectores, consules et communitates civitatum *etc.* per Lombardiam, marchiam Tarvisinam et Romaniolam constitutos hortatur, ut fratribus ordinis Praed. inquisitoribus in prosecutione extirpandae haereticae pravitatis auxilium et consilium impendant. v id. (Iun.) a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 213. n° 260. — »Ex commissi nobis.«

» 9 — » — * (14631) Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis per litteras apostolicas compelli nequeant. v id. Iun. a° 9°. ‖ Défense des privil. de l'égl. Saint-Martin de Tours, pr. 35.

» 11 — » — (14632) Ecclesiam saecularem s. Petri in Campo Lucan. dioc. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. iii id. Iun. indict. XI (!). incarn. dom. a° 1252. pont. a° 9°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 786. — »Monet nos apostolicae.«

» 11 — » — * (14633) Decano ecclesiae b. Martini Turonensis significat, se quaedam statuta ab Aalide quondam abbatissa et capitulo monasterii Fontis Ebraudi ordinata de redditibus a Christifidelibus dicto coenobio collatis confirmasse. Mandat ei, curet ne abbatissa et praedictus conventus super his ab aliquibus molestentur. iii id. Iun. a° 9°. ‖ Niquet Hist. de l'ordre de Fontevraud 441.

» 12 — » — (14634) Monasterium monialium s. Mariae V. in Vallo Flogii Nucerinum tuendum suscipit, omnes eius possessiones ac bona, libertates et immunitates, quas ei b. mem. (Guido) episcopus et canonici Nucerini a. 1233. Nov. 26 indulserant, confirmat. ii id. Iun. indict. X. incarn. dom. a° 1252. pont. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 614. n° 415. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 — » — (14635) Priori provinciali et fratribus inquisitoribus haereticae pravitatis ord. Praed. in Lombardia, marchia Tervisina et Romaniola mandat, ut, cum literae super negotio haeresis in dictis terris extirpandae processerint in aliquibus propter nimiam festinationem incorrectae, incorrectionis non obstante dispendio, in memorato negotio iuxta earundem tenorem procedant. Id. Iun. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 214. n° 261. — »Cum littere nostre.«

» 13 — » — (14636) Abbati de Sacro Nemore Glasguens. dioc. et sacristae Glasguensi mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Dunfermelyn ord. s. Ben. S. Andreae dioc. per concessiones alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. Id. Iun. a° 9°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 186. n° 293. — »Dilecti filii abbas.«

» 17 — » — (14637) Universis Christifidelibus, qui fratribus ordinis Minorum Tuscanensibus pro consummatione ecclesiae vel pro ipsorum necessitatibus relevandis manum porrexerint adiutricem, 40 dierum indulgentiam concedit. xv kal. Iul. a° 9°. ‖ Casimiro da Roma Memorie 390. — »Quoniam ut ait.«

» 17 — » — (14638) Universis Christifidelibus contribuentibus pro fabrica ecclesiae et indigentia fratrum Minorum Taliacotii Marsican. dioc. indulgentiam 40 dierum concedit. xv kal. Iul. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 615. n° 416. — »Quoniam ut ait.«

(1251. Nov. 17- 1252. Iun. 17) — » — (14639) Thomae de Sabaudia comiti terminum castrum Gorini Albensi et Castrum Vetus Taurinensi ecclesiis restituendi, cum Astenses eius inimici dicta castra detineant occupata, per quatuor mensium spatium prorogat. xv kal. . . . a° 9°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1412. — »Te dudum nobis.«

» 18 — » — (14640) Archipresbytero et capitulo plebis S. Mariae de Montebellio Bonon. dioc. ad supplicationem potestatis et communis Bononiensis, »qui ecclesiam s. Apollinaris eiusque domos sitas iuxta palatium communis ad plebem vestram spectantem diruerunt funditus, in recompensationem huius damni vacantem ecclesiam s. Ambrosii Bononiensis, in qua ius patronatus habebant, vobis et dictae plebi . . . duxerint cum suis iuribus et pertinentiis concedendam«, hanc concessionem confirmat, tenore instrumenti inserto. xiv kal. Iul. a° 9°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. ii. 126. — »Iustis petentium desideriis.«

1252.

Iun. 20 — Perusii — (14641) Hugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato committit, ut matrimonium inter Aegidium natum Werrici (Weinci *Rip.*) de Hodege civis Leodiensis et Idam domicellam dictam Lecavallarescam loci eiusdem contractum confirmet, licet eadem domicella ipsum Aegidium quarto gradu consanguinitatis attingat. xii kal. Iul. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 214. n° 262; Meerman Geschied. V. 118. — »Ex parte dilecti.«

» 20 — » — (14642) Potestati et communi Firmanis mandat, ut Pennam s. Iohannis Firman. dioc. omni dilatione cessante archidiacono Lunensi marchiae Anconitanae rectori et Thomae de Foliano marescalco suo assignent eorumque mandatis obediant. xii kal. Iul. a° 9°. ‖ Colucci Antich. Picene XXX. Cod. dipl. 11. n° 3. — »Universitati vestre sub.«

» 20 — » — (14643) Abbati et conventui monasterii s. Crucis ord. s. Aug. in Scotia S. Andreae dioc., in quorum ecclesiis in dicta diocesi existentibus episcopus eiusdem, taxatione proventuum earundem ecclesiarum iuxta facultates cuiuslibet rite facta, sufficientes et congruas deputavit vicariis earundem de dictis proventibus portiones, ultra quas nichil usurpari debet per vicarios, hoc statutum confirmat. xii kal. Iul. a° 9°. ‖ Liber cart. S. Crucis 188. n° 9. — »Iustis petentium desideriis.«

» 20 — » — (14644) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis scribit: »In regno Franciae nonnulli principes, barones et saecularibus potestatibus praediti contra Dei iusticiam suas iniusticias statuentes edixerunt, ut nullus suae potestati vel iurisdictioni subiectus terras, vineas, domos *etc.* ecclesiis aut locis religiosis in perpetuam elemosynam conferre audeat vel donare aut in ius eorum quoquomodo transferre« *etc.* Mandat eis, procurent, ut super his ecclesias et viros ecclesiasticos non infestent. xii kal. Iul. a° 9°. ‖ Varin Archiv adm. de Reims I. ii. 726. nota. — »Nuper siquidem indigna.«

» 21 — » — (14645) Archiepiscopos ac abbates, priores, decanos, archidiaconos, praepositos et alios ecclesiarum praelatos, capitula ac collegia per regnum Franciae constitutos, cum ter iam per quinquennium (Ludovico) regi Francorum proventuum suorum partem decimam praestiterint in Terrae Hierosolymitanae auxilium convertendam, et nichilominus sedes apostolica nonnullis baronibus regni de bonis clericorum ab intestato decedentium et aliis quae eorum ecclesiarum usibus proficere debuissent, concessiones plurimas fecerit subsidii Terrae sanctae praetextu, a praestatione huius decimae absolutos de cetero et immunes reddit et concessiones praedictas penitus revocat. xi kal. Iul. a° 9°. ‖ Varin l. c. 731. — »Novit ille cuius.«

» 23 — » — (14646) Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis significat, se Ezelino de Romano citationis formam ad sedem apostolicam personaliter veniendi hoc aequitatis moderamine temperare, ut siquidem usque ad festum assumptionis proximo venturae certum et idoneum locum in Lombardia vel marchia Tarvisina aut Foro Iulii vel etiam Alemannia viderit sibi tutum, hunc eligat ibique personas a curia destinandas ad tractandum recipiat. »Hoc autem in communem volumus venisse notitiam, ut nota factum ratione probetur et quod de publico agitur fidei negotio cunctos tangente fideles, publicis auribus innotescat.« ix kal. Iul. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 9; Verci Stor. degli Ecel. III. 346. — »Licet pridem nobili.«

» 25 — » — (14647) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis scribit inter cetera: »Excommunicamus omnes illos qui de cetero servari fecerint statuta, edicta, usus et consuetudines introductas contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huius publicationem edicti nullatenus resumenda fecerint amoveri; excommunicamus quoque statuarios et scriptorum ipsorum« *etc.* vii kal. Iul. a° 9°. ‖ Varin Archiv. adm. I. ii. 725. ‖ »Improbis quorundam volentes.«

» 30 — (») — * (14648) G. quondam episcopum Cefalonensem ad Humanatensem ecclesiam transfert. ii kal. Iul. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 745 ex reg. Vatic. a^i 10^i ep. 1.

Iul. 1 — » — (14649) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis scribit: »Statuendum duximus ac etiam inhibendum, ut tam praelati, sive regulares sint sive saeculares, quam alii clerici regni Franciae, alii alios, in contemptum publici beneficii quod toti clericorum collegio inviolabiliter est indultum, suo relicto iudice, ad publica trahere iudicia non praesumant.« Mandat eis, ut hoc statutum in provincialibus conciliis et episcopalibus synodibus publicent. Kal. Iul. a° (12°, *scribatur*) 10°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 761. — »Quamvis sit grave.«

» 1 — — — Universis Christifidelibus: »Assisii kal. Iul. a° 10°«. ‖ Casimiro da Roma Memor. 39, *vid.* 1253. Iul. 1. n° 15041.

» 5 — Perusii — (14650) Archiepiscopo Narbonensi significat, nuper contigisse »alterum bulle nostre typarium, quo veneranda videlicet apostolorum Petri et Pauli capita exprimuntur, iam attritum innumeris malleationis diutine percussuris, extrema tandem ictus soliti passione confringi. Propter quod, ut bulle defectus quotidianam non interrumperet apostolici ministerii servitutem, ea ipsius bulle parte que appellationem nostri nominis imprimit non mutata, aliud typarium capitum praedictorum in bullandi usum fecimus subrogari. Verum quia illud scultoris manus priori non omnimodo similitudine figuravit, nos providere curantes ne . . . falsitatis astutia ex nove diversitatis ambiguo aliquod ammini-

1252.

culum surreptionis assumat« mandat ei, ut si qua in sua provincia litteris apostolicis de veritate bulle dubitatio fortassis emerserit, per diligentem collationem bullae praesentis ad illam de qua haesitari contigerit, celerem dubitationi finem imponat. III non. Iul. a° 10°. ‖ Mabillon De re diplom. Supplem. (Lutec. Paris. 1709. fol.) Append. 101; L. Delisle *in* Bibliothèque de l'éc. des chartes. Sér. 4ᵉ. IV. (Paris 1858) 70. — »Inter corruptibiles corporum.«

Iul. 5 resp. 6 | Perusii | (14651) Ministro et fratribus Minoribus ecclesiae s. Mariae de Capitolio in Urbe, quibus R(aynaldus) Ostiensis et Velletrensis episcopus et S(tephanus) tit. S. Mariae trans Tiberim presb. card. tunc vicarius apostolicus in Urbe ad mandatum papae illam ecclesiam tunc ord. s. Ben. cum hortis *etc.* 1250. Nov. 18 assignaverant, hanc assignationem et introductionem in corporalem possessionem confirmat. III (II *Bull. R.*) non. Iul. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 509. n° 97; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 616. n° 418; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 558. n° 28. — »Iis quae auctoritate.«

» 6 | » | (14652) Potestati consilio et populo Fuliginatibus praescribit, ut communi Castri de Spello pro dampnis et iniuriis irrogatis satisfactionem plenam impendant. II non. Iul. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 131. n° 241. — »Ex parte dilectorum.«

» 7 | » | (14653) Priori S. Sepulchri Massiliensis significat, se episcopo et officiali Massiliensibus dedisse in mandatis, ut, cum abbati et conventui S. Victoris Massil. sit indultum, ut corpora mortuorum de civitate Massiliensi in eorum monasterio sepeliantur *etc.*, penitus ab eorum super his molestatione desistant. Mandat ei, ut si dictus episcopus et officialis neglexerint *etc.* Non. Iul. a° 10°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 198. not. — »Dilecti filii abbas.«

» 7 | » | (14654) Priori et conventui S. Georgii de Ferrarola ord. s. Aug. Ferrariens. dioc., quibus b. m. Gravendinus electus et capitulum Ferrarienses integram decimationem, quae ad sacristiam ecclesiae cathedralis pertinuit, donaverant, hanc donationem confirmat. Non. Iul. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 540, *omisso initio incip.*: — »Cum igitur sicut.«

» 8 | » | (14655) (Hermanno) electo Caminensi scribit, se decano et capitulo Zuerinensibus indulsisse, ut ad exhibendum distributiones cotidianas receptis in eorum ecclesia, nisi primo praebendas ibidem fuerint assecuti, compelli nequaquam possint. Mandat ei, ne permittat ut illi super his indebite ab aliquibus molestentur. VIII id. Iul. a° 10°. ‖ Meklenb. UB. II. 24. n° 699; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 435. n° 556. — »Devotionis dilectorum filiorum.«

» 8 | — | Ministrum et universos fratres ordinis Minorum: »Assisii VIII id. Iul. a° 10°«. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 316 § 38; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 619. n° 419, *vid.* 1253. Iul. 6. n° 15049.

» 8 | — | Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum »Assisii VIII id. Iul. a° 10°«. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 316, *vid.* 1253. Iul. 8. n° 15053.

» 9 | Perusii | (14656) (Henricum) regem Angliae, qui episcopo Menevensi inhibuerat, ne de cognoscendis et dirimendis quaestionibus iuris patronatus ecclesiarum suae civitatis et diocesis, super quibus ille illiusque praedecessores plenam iurisdictionem habuerunt, se intromitteret, ac si ad forum ecclesiasticum non spectarent, rogat et hortatur, ut eidem super praemissis satisfactionem exhibeat eundemque in iuribus suis magnificenter prosequatur. VII id. Iul. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 168. — »Late patet quod.«

» 9 | » | * (14657) Praecentori S. Iohannis et obedientiario S. Iusti Lugdunensium mandat, ut Petrum de S. Hippolyto Lingonensem canonicum attentius moneant de pecunia abbati Cluniacensi exhibenda, quae Hugonis Lingonensis episcopi et quondam Cluniacensis abbatis fuerat, dictumque Petrum ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellant. VII id. Iul. a° 10°. ‖ Bullar. ordin. Cluniac. 123.

» 9 | » | * (14658) (Hermanno) electo Caminensi mandat, curet ne capitulum Zuerinense, cui a sede apostolica concessum sit, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus *etc.* compelli minime possit, contra huius concessionis tenorem ab aliquibus molestetur. VII id. Iul. a° 10°. ‖ Lisch Meklenb. Urk. III. 97; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 948. n° 477; Meklenb. UB. II. 26. n° 700; *cf.* Klempin Pommersches UB. I. 435. n° 557.

» 10 | » | (14659) (Bartholomaeo) Spoletano et (Iacobo) Eugubino episcopis et abbati monasterii de Ferentillo dioc. Spolet., quibus inquisitionem miraculorum b. Simonis ord. Minor. commiserat (*vid.* n° 14568), qui autem propter guerras et alia impedimenta hoc mandatum adimplere non poterant, mandat, ut istam inquisitionem extra civitatem Spoletanam episcopis vel abbatibus Cisterc. ord. aut prioribus ord. Praedic. illarum partium libere committant. VI id. Iul. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 36 § 7; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 619. n° 420. — »Litteras nostras vobis.«

» 12 | » | (14660) Hugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, dispenset, si negotio generalis ecclesiae ac W(illelmi) regis Romanorum viderit expedire, cum Burchardo de Zigemberch et Aelide uxore eius, ut in contracto matrimonio licite remanere possint, licet ex una parte in tertio et ex alia in quarto gradu consanguini-

1252.

tatis a communi distent stipite. IV id. Iul. a° 10°. ‖ Meerman Geschied. V. 120. — »Ex parte dilecti.«

Iul. 11 resp. 13 | Perusii | (14661) Priori Fontis Boni et fratri Iacobo monacho eremi de Camalduli ord. Camaldul. Aretin. dioc. mandat, ut Tegrino et Widoni de Mutiliano filio eius comitibus palatinis in Thuscia excommunicatis pro eo, quod olim de mandato quondam Frederici Romanorum imperatoris, licet inviti, Saxenatensem episcopum capi et in potestatem ipsius tradi fecerant, absolutionis beneficium impendant. V (III *Ugh.*) id. Iul. a° 10°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 44. n° 30; Ughelli Ital. sacra II. 660. — »Significarunt nobis nobiles.«

» 13 | » | (14662) Magistro ordinis fratrum Praedicatorum significat, se inhibere, ut nulli ordinis fratres, si eos in episcopos eligi aut postulari contigerit, electioni vel postulationi de se factae audeant consentire, nec aliquis archiepiscopus vel quicumque alius praelatus vel etiam legatus sedis apostolicae dictos fratres nisi de magistri vel priorum provincialium licentia et consensu ad episcopatus et alias dignitates extra dictum ordinem assumere vel ordinare praesumat. III id. Iul. a° (9°, *sed legatur*) 10°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1046; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 543. n° 21. — »Petitio tua nobis.«

» 14 | » | (14663) Archiepiscopo Arelatensi repetit quae dixit in n° 14650: »II id. Iul. a° 10°« — *omisso initio incip.*: »Nuper contigit alterum.« ‖ Mabillon De re diplom. (Lutec. Paris. 1709. fol.) 131.

» 15 | » | (14664) Magistro ordinis fratrum Praedicatorum repetit n° 14662: »Id. Iul. a° 10°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 34; Ripolli Bullar. Praed. I. 215. n° 263.

» 15 | » | (14665) Magistro et prioribus ord. Praed. concedit facultatem, ut, nisi fratres, qui a sede apostolica licentiam obtinuerint ad religionem aliam transeundi, infra duos vel tres menses post obtentam licentiam se ad aliam religionem contulerint et ipsius habitum susceperint regularem, contra ipsos procedant. Id. Iul. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. n° 264. — »In gravem cordis.«

» 15 | » | * (14666) Capellae b. Afrae in Augusta indulgentias elargitur. Id. Iul. a° 10°. ‖ Lang Regesta III. 21.

» 18 | » | (14667) Hugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato committit, dispenset cum quodam nobili de Hanonia, ut quandam nobilem mulierem ipsum quarta linea consanguinitatis attingentem sibi matrimonialiter copulet, si negotio ecclesiae Romanae ac W(illelmi) regis Romanorum id viderit expedire. XV kal. Aug. a° 10°. ‖ Meerman Geschied. V. 121. — »Affectuosas preces pro.«

» 18 | » | (14668) (Iacobo) episcopo Bononiensi et (Philippo) electo Ravennatensi mandat, compellant archiepiscopos, episcopos, abbates et ceteros ecclesiarum praelatos ac alios per Lombardiam et Romandiolam constitutos, ut a fratrum Minorum gravaminibus omnino desistant. XV kal. Aug. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 620. n° 421. — »Nimis iniqua.«

» 20 | » | (14669) W(illelmo) regi Romanorum, qui Conradum filium quondam Frederici imperatoris in curia generali apud Franchefort ex more principum congregata non solum ducatu Sueviae sed etiam omnibus bonis suis in regno Alemanniae rite esse privatum sedi apostolicae proposuerat, significat, se privationem huiusmodi ratam habere et confirmare. XIII kal. Aug. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 18. — »Cum sicut ex.«

» 20 | » | (14670) Archiepiscopo Cassellensi mandat, ut iniquas ab Anglis in Hibernia consuetudines in Hibernorum damnum introductas omnino aboleat. XIII kal. Aug. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 56. n° 150. — »Dudum ad nostram.«

» 20 | » | (14671) (Bonifacium) archiepiscopum Cantuariensem monet et hortatur, ut priori et conventui ecclesiae s. Trinitatis Londoniensis (ord. s. Aug.) ecclesiam de Bixle Roffens. dioc., quam eis ratione negatae sibi visitationis eripuerat, cum fructibus inde perceptis restituat. XIII kal. Aug. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 169. — »Preces quas tibi.«

» 20 | » | (14672) (Hermanno) episcopo Herbipolensi mandat, concedat fratri Henrico dicto de Geilenhusen ord. Minorum licentiam, ut propter debilitatem sui corporis et asperitatem sui ordinis transeat ad mitiorem. XIII kal. Aug. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 621. n° 422. — »Constitutus in praesentia.«

» 23 | » | (14673) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis et capitulis ac ecclesiasticis personis universis in regno Franciae constitutis penitus interdicit duellorum, praesertim cum de rebus ecclesiasticis agatur, abusum, sed eis indulget, ut in quibuslibet iudiciis omni probationum genere a iure concesso uti possint. X kal. Aug. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 31; Bullar. ord. Cluniac. 123. — »Consuetudo quaedam quin.«

* *In eundem modum* Archiepiscopo Senonensi et episcopo Trecensi. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 733.

» 24 | — | Archiepiscopo Livoniae ac Prusciae: »Assisii VIII kal. Iul. a° 10°«. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 77, *vid.* 1253. Iul. 24.

1252.

Iul. 25 Perusii (14674) Archiepiscopo Senonensi et episcopo Carnotensi mandat, moneant regni Francorum barones, ballivos, praepositos ac eorum et aliorum nobilium eiusdem regni officiales, qui ecclesiam Gallicanam contra libertatem ipsius graviter comprimentes res et bona ecclesiarum, homines earundem et ecclesiasticarum personarum capiunt *etc.*, ut ab huiusmodi gravaminibus conquiescant. VIII kal. Aug. a° 10°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 734. — »Ad aures nostras.«

» 25 » (14675) Archiepiscopo Narbonensi et episcopo Elnensi *in eundem modum.* VIII kal. Aug. a° 10°. ‖ P. de Marca De concord. sacerd. et imper. 1187. — »Ad aures nostras.«

» 26 » (14676) Patriarchae Hierosolymitano mandat, moneat et inducat praelatos regni Hierosolymitani, ut de causis, quae inter viduas et orphanos ac inter ipsos et alios laicos emergunt et de antiqua consuetudine in saeculari foro consueverunt terminari, se de cetero nullatenus intromittant. VII kal. Aug. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 27. — »Charissimus in Christo.«

» 31 » (14677) Episcopo Adriensi mandat, ne permittat ut abbas et conventus monasterii s. Georgii maioris de Veneciis ord. s. Ben. ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus et beneficiis ecclesiasticis compellantur. II kal. Aug. a° 10°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 248. — »Meritis dilectorum filiorum.«

Aug. 1 » * (14678) Potestatem et commune civitatis Firmi exhortatur, ut humiliter ac patienter marescalcum ab ipso missum, quamvis aliquid contra eos forsitan ageret, tolerare debeant. Kal. Aug. a° 10°. ‖ Cronache della città di Fermo 399. n° 194.

3 » (14679) Universis archiepiscopis et episcopis mandat, ut fratribus ordinis Eremitarum s. Aug. concedant licentiam construendi ecclesias et domos in terris, maneriis et possessionibus, quae eis a Christifidelibus conferantur, ac audiendi et celebrandi divina officia in eisdem ecclesiis et recipiendi ecclesiastica sacramenta. III non. Aug. a° 10°. ‖ Empoli Bullar. 181. — »Dilecti filii priores.«

» 3 » (14680) (Henricum) regem Angliae rogat et hortatur, inducat R(icardum) comitem Cornubiae, ut regnum Siciliae ad ecclesiam Romanam legitime devolutum eique a sede apostolica desideranter oblatum recipiat. III non. Aug. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 168. — »Quia nonnunquam ardua.«

» 5 » (14681) Ludovicum regem Francorum rogat et hortatur, moneat et inducat Carolum comitem Provinciae fratrem suum, ut regnum Siciliae »ei in ipso tibi oblatum« cum humilitate ac hilaritate recipiat. Non. Aug. a° 10°. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. II. 913. n° 30. — »Quia nonnunquam ardua.«

» 5 » (14682) (Alphonso) comiti Pictaviensi de tractatu scribit habito inter ecclesiam Romanam et fratrem eius Carolum comitem Provinciae de transferendo in hunc regno Siciliae ad eandem ecclesiam legitime devoluto. Rogat Alphonsum, ut mediante magistro Alberto ipsius notario, cui praedicti negotii consummandi plenum mandatum commiserit, fratrem Carolum inducat ad idem regnum oblatum cum humilitate et hilaritate recipiendum. Non. Aug. a° 10°. ‖ Leibnitii Mantissa cod. iuris gent. dipl. I. 240. — »Quia nonnunquam ardua.«

» 7 » (14683) Potestati consilio et communi de Ripatransuna Firman. dioc. libertates, immunitates necnon consuetudines confirmat. VII id. Aug. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 132. n° 243. — »Solet annuere sedes.«

» 8 » (14684) Potestati et communi Aesculanis colligationes cum quibusdam nobilibus et communibus extra marchiam Anconitanam constitutis initas confirmat. VI id. Aug. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 132. n° 242. — »Iustis petentium desideriis.«

» 8 » (14685) Decano Insulensi Tornacens. dioc. mandat, ut sententiam iudicum pro capitulo ecclesiae Furnensis super decima piscium contra homines villarum de Novoportu et Duynkerka latam firmiter observari faciat. VI id. Aug. a° 10°. ‖ Miraeus Opp. dipl. III. 79. — »Sua nobis dilecti.«

» 8 » • (14686) Le pape voulant veiller à la sûreté des maître et frères hospitaliers de Jérusalem leur accorde que toutes lettres apostoliques qui seraient contraires aux privilèges de hospitaliers, ne seront d'aucune valeur, à moins qu'il y soit expressément fait mention de leur ordre. VI id. Aug. a° 10°. ‖ Saint Genois Inventaire 31. n° 89, *perperam ad* a. 1253.

» 9 » (14687) Abbati monasterii Fiscanensis ord. s. Ben. concedit, ut super observatione statutorum, quae de substantia regulae suae non sint, libere valeat cum monasterii sui eiusque membrorum monachis dispensare. V id. Aug. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 621. n° 423. — »Ex parte tua.«

* *In eundem modum* Priori monasterii Fiscanensis — Abbati S. Germani de Pratis Parisiensis.

1252.

Aug. 9 Perusii (14688) Archidiacono Fiscanensi Rothomag. dioc. mandat, ut suspensionis, interdicti *etc.* sententias, si quas archiepiscopus Rothomagensis *etc.* in abbatem, monachos monasterii Fiscanensis ord. s. Ben. et quoslibet alios eis subiectos protulerit, sine qualibet difficultate relaxet. V id. Aug. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 622. not. *a*; Dumonstier Neustria pia 245; Innoc. III Opp. ed. Migne IV. 194. n° 142. — »Precibus dilectorum filiorum.«

» 11 » (14689) (Sigebaldo) episcopo Novariensi mandat, ut potestatem et commune Mediolanenses, qui fratres ordinis Humiliatorum Mediolanenses ad suscipienda publica officia civitatis et ad mutuandam pecuniam eidem communi compellunt, ad omnino desistendum a compulsione ac molestatione eorundem fratrum super praemissis per censuram ecclesiasticam compescat. III id. Aug. a° 10°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 253. — »Dilecti filii fratres.«

» 20 » (14690) (Nicolao) episcopo Cameracensi, abbati Cisterciensi et decano Laudunensi mandat, ut inquirant veritatem in causa Iohannis de Avesnis et Balduini germanorum, fratrum G(uidonis) comitis Flandriae et I(ohannis) domini de Dampetra, quibus a quibusdam ipsorum aemulis, ut a bonis ad eos haereditario iure spectantibus excludi possent, malitiose illegitimitatis macula impingebatur. XIII kal. Sept. a° 10°. ‖ Innoc. III Ep. ed. Baluze II. 596; Opp. ed. Migne III. 538; Martene Thes. anecd. I. 1048. — »Dilecti filii nobiles.«

» 21 » (14691) Generali et provincialibus ministris ac aliis fratribus ordinis Minorum supplicantibus decernit, ut eorum ecclesiae omnes ubi conventus existunt, *conventuales* vocentur. XII kal. Sept. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 291; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 622. n° 424. — »Cum tamquam veri.«

» 21 » (14692) Hugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut quaestiones super praepositura Argentinensis ecclesiae motas concordia vel iudicio terminet de plano; si autem nullum contendentium super eam invenerit ius habere, eidem provideat. XII kal. Sept. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 215. n° 265. — »Cum super prepositura.«

» 23 » (14693) Omnes leges seu constitutiones aut statuta, ordinationes, dispositiones, iussiones et universa similia in derogationem vel praeiudicium libertatis aut immunitatis, auctoritatis seu iurisdictionis ecclesiasticae vel quorumcunque iurium ecclesiasticorum a persecutore eiusdem quondam Frederico imperatore ante vel post depositionem ipsius edita in regno Siciliae *etc.* irritas omnino decernit et inanes *etc.* X kal. Sept. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 1. — »Qui pro regnorum.«

» 23 » (14694) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi et eius suffraganeis ac universis aliis ecclesiarum praelatis et clericis necnon et ceteris Christifidelibus per Mediolanensem provinciam constitutis mandat, ut contra litterarum apostolicarum falsarios manus sollicitae indaginis porrigant; ut qui litteras huiusmodi recipiat, diligenter circumspiciat, utrum in bulla, filo, carta, stilo dictaminis, scriptura, forma (scripturae forma *Sbar.*) *etc.* falsitatis appareat argumentum; ut contra scienter utentes litteris falsatis iuxta rigorem canonum procedant *etc.* Districte praecipit, ut singuli praelatorum subditos suos praeposito eis publicae commonitionis edicto praemuniant et informent quod litteras apostolicas quibus uti disponunt et quos de aliorum manibus receperunt, apud se ipsos discutiant diligenter et eas tunc in publicum proferant. X kal. Sept. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 622. n° 425. — »Pridem eo bullae.«

(» 23) (») (14695) Archiepiscopis, episcopis et aliarum ecclesiarum praelatis et clericis necnon et universis Christifidelibus *in eundem modum. Sine signo chronol.* ‖ Edid. L. Delisle *in* Bibliothèque de l'éc. des chartes. Sér. 4ᵉ. IV. (Paris 1858) 71. — »Pridem eo bulle.«

» 23 » (14696) Magistris et scolaribus Parisiensibus indulget, ut cancellarius Parisiensis scolares pro manuum violenta in clericos iniectione excommunicatos usque ad decennium absolvere possit, etiamsi factum extra civitatem Parisiensem infra miliare fuerit perpetratum. X kal. Sept. a° 10°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 15. n° 101. — »Non decet nos.«

» 26 » (14697) (Petrum) Albanensem episcopum et Guilelmum S. Eustachii diaconum cardinalem pro pacis reformandae negotio ad discordes Tusciae partes destinat. VII kal. Sept. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 3. — »Cum pro pacis.«

» 26 » (14698) Potestati, consilio et communi Florentinis scribens de pace perpetua inter Guelphos et Ghibellinos facienda eos hortatur, ut suos velint providis consiliis temperare calores et super pacis negotio et statu provinciae Tusciae reformandis Albanensis episcopi et Guillelmi S. Eustachii diaconi cardinalium legatorum a latere filialiter suscipiant monita et exaudiant consilia. »Alioquin coelum et terram contra rebelles luminis invocabimus« *etc.* VII kal. Sept. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 124; Lünig Cod. Ital. dipl. I. 2459. — »Inter omnia nostrae.«

» 29 » (14699) Henricum regem Angliae a vinculo promissionis matrimonialis Iohannae filiae comitis Pontivi factae, quae tunc erat regina Castellae, absolvit, et matrimonium inter eum et Alienoram filiam (Raimundi Berengarii) comitis Provinciae contractum confirmat. IV kal. Sept. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 169. — »Iustis petentium desideriis.«

1252.

Aug. 31 Perusii (14700) Hugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, concedat ad sedandam dissensionis materiam et inter comitem Harcimanum de Grueninge et comitem de Veringe Constant. dioc. pacta foedera reformanda dispensando, ut praefatus comes de Grueninge Hedwigim filiam dicti comitis de Veringe ducat in uxorem, licet ipsam mulierem quarta linea consanguinitatis contingat. II kal. Sept. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 217. n° 268. — »Exhibita nobis dilecti.« *Cf.* 1252. Oct. 2. n° 14730.

„ 31 „ (14701) Eidem committit, ut cum Iohanne de Hoxhem milite et Heluidi muliere Leodiensi super matrimonio contracto et prole ab ipsis descendente dispenset, dummodo sine gravi scandalo fieri possit et negotio W(illelmi) regis Romanorum expediat. II kal. Sept. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 216. n° 267; Meerman Geschied. V. 123. — »Ex parte dilecti.«

„ 31 „ (14702) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi, episcopo Laudensi et praeposito S. Nazarii Mediolanensis mandat, ut de vita et miraculis Petri de Verona et Dominici ordinis Praedic. fratrum martyrum inquirant. II kal. Sept. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. n° 266; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 624. n° 426. — »Iudicium ecclesie de.«

„ 31 „ (14703) Archiepiscopo Cantuariensi et episcopo Cicestrensi significat, se matrimonium contractum inter (Henricum) regem Angliae et Iohannam reginam Castellae filiam quondam comitis Pontivi impediente quarto gradu consanguinitatis quo contigebat eandem, nullum fuisse decernere, eisque mandat ne permittant, ut praenominatus rex eiusque uxor Alyenora contra praedictam sententiam ab aliquibus indebite molestentur. II kal. Sept. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 169. — »Quia vergente in.«

Sept. 1 „ (14704) Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis, Herefordensi, Elyensi et Dunelmensi episcopis mandat, ut pecuniam in auxilium Terrae sanctae concessam in tutis locis conservent eamque (Henrico) regi Angliae integre assignent, cum iter arripuerit transmarinum. Kal. Sept. a° 10°. ‖ Rymer l. c. 170. — »Cum carissimo in.«

„ 2 „ (14705) Priori et subpriori S. Martini de Pannonia et magistro Bartholomaeo de Campania canonico Waciensi significat, se Iauriensi episcopo mandasse, ut magistro P. de S. Helia episcopo Aquinatensi annuum redditum sex marcarum argenti persolvat. Mandat ei, ut, si dictus Iauriensis episcopus mandatum apostolicum neglexerit adimplere, eum cogat. IV non. Sept. a° 10°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 226. — »Cum venerabili fratri.«

„ 4 „ (14706) (Bono Iohanni) episcopo Laudensi mandat, ut fratribus ord. Minor. Laudam redire cupientibus de aliquo loco apto provideat. II non. Sept. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 515 in n° 106; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 679 in n° 497, *cf.* n° 427. — »Ad ea quae.«

„ 4 „ (14707) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut potestatem et commune Mediolanenses ab excommunicationis sententia lata in eos sive per legatos seu nuncios apostolicae sedis *etc.* absolvat et terminum solutionis pecuniae in qua ecclesiae Romanae tenentur, usque ad initium quadragesimae proximo nunc futurae eis proroget. II non. Sept. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 625. n° 428. — »Supplicationibus potestatis et.«

„ 4 „ (14708) Monasterio s. Georgii maioris de Venetiis omnes libertates, immunitates ac exemptiones confirmat. II non. Sept. a° 10°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 249, *perperam ad* a. 1253. — »Cum a nobis.«

„ 4 „ (14709) Monasterio s. Mariae de Virginibus de Venetiis omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. II non. Sept. a° 10°. ‖ Cornelius l. c. IV. 44. — »Cum a nobis.«

„ 4 „ (14710) Stephano Turritano archiepiscopo plenae legationis officium in Sardinia et Corsica concedit. II non. Sept. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 33, *fragm.*

„ 5 „ (14711) Potestati civitatis Aesculanae scribit de treugis ineundis cum Conrado nato quondam Frederici olim se pro imperatore gerentis. Non. Sept. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 132. n° 244. — »Etsi de multis.«

„ 5 — Remensi archiepiscopo: »Anagniae non. Sept. a° 10°«. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 735. n° 243, *vid.* 1254. Sept. 5.

„ 13 Perusii (14712) (Alberto) praeposito ecclesiae Eystetensis causam inter H(enricum) praepositum et conventum monasterii de Ror ord. s. Aug. Ratisponens. dioc. ex parte una et comitem de Mosburgk Frisingens. dioc. ex altera super iure patronatus capellae de Eschenhart vertentem committit decidendam. Id. Sept. a° 10°. ‖ Dalhammer Canonia Rohrensis 19 § 7; Mon. Boica XVI. 133. — »Quia nobis dilecti.«

„ 17 „ (14713) Repetit n° 14450 d. d. 1251. Dec. 27: »XV kal. Oct. a° 10°« — »Cum olim duxerimus.« ‖ Wadding Ann. Minor. III. 296; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 625. n° 429.

„ 18 „ * (14714) Le pape mande aux maître et frères hospitaliers de Jérusalem en Allemagne, qu'en cas d'interdit général il leur permet d'ouïr et de célèbrer le service divin dans leurs églises et chapelles. XIV kal. Oct. a° 10°. ‖ Saint Genois Inventaire 31. n° 90, *male ad* a. 1253.

„ 22 „ (14715) Praeposito et conventui monasterii Campi Regis Praemonstr. ord. Traiectens. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus petere recipere ac retinere possint. X kal. Oct. a° 10°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 352. — »Devotionis vestrae precibus.«

1252.

Sept. 24 Perusii (14716) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut Mediolanensibus ad supplicationem eorum terminum solvendae pecuniae (*vid.* n° 14707) usque ad festum pentecostes proxime venturum proroget. VIII kal. Oct. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 625. n° 430. — »Ad supplicationem potestatis.«

„ 26 „ (14717) Valentinensi et Calaguritano episcopis mandat, ne permittant ut fratres Minores regni Castellae in personis vel rebus contra tenorem privilegiorum sedis apostolicae ab aliquibus indebite molestentur. VI kal. Oct. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 296 *et* 511. n° 98; Sbaralea l. c. 626. n° 431. — »Inundans malitia perversorum.«

„ 26 „ (14718) Abbati et conventui monasterii Reomaensis ord. s. Ben. Lingonens. dioc. concedit, ut ad solutionem debitorum per litteras apostolicas compelli nequeant, nisi huiusmodi debita in utilitatem eiusdem monasterii conversa fuisse probatum fuerit. VI kal. Oct. a° 10°. ‖ Roverius Histor. monasterii Reomaens. 274.

„ 26 „ (14719) Archiepiscopis et episcopis constitutis per regnum Angliae, Hyberniam, Wasconiam et alias terras ditioni (Henrici) regis Angliae subiectas committit, ut clericis et laicis, quos ab eodem rege ad portus maritimos et etiam Terram sanctam ad praeparanda executioni voti sui necessaria contigerit destinari, eam suorum peccatorum veniam concedant, quae transeuntibus in ipsius terrae subsidium in generali concilio sit concessa. VI kal. Oct. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 170. — »Cum sicut lecta.«

„ 26 „ (14720) Magistrum et priores provinciales ordinis Praedicatorum eorumque ordinem ab omni cura et solicitudine meritoria monasteriorum monialium incorporatorum eis vel commissorum vel unitorum, s. Sixti de Urbe et s. Mariae de Pruliano Tolosanae dioc. monasteriis duntaxat exceptis, penitus absolvit. VI kal. Oct. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 217. n° 269. — »Evangelice predicationis officium.«

„ 27 „ (14721) Henrico regi Angliae obtentu precum, quas nuper ex eius parte magister Robertus Auketil clericus et nuncius sedi apostolicae porrexit, indulget, ut clerici, qui regis insistunt obsequiis, ad susceptionem ordinum et ad residentiam in ecclesiis, in quibus beneficia obtinent, faciendam duodecim per annos a quoquam compelli non possint. V kal. Oct. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 170; Wilkins Concil. I. 701. — »Cum sicut tua.«

„ 27 „ (14722) Abbati Westmonasterii London. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut praefati clerici super his contra hanc concessionem indebite ab aliquo molestentur. V kal. Oct. a° 10°. ‖ Rymer l. c. 170. — »Cum sicut nobis.«

(„27cc.) („) (14723) Bonifacio archiepiscopo Cantuariensi mandat, ut Rogero de Cicestria camerario electo abbati monasterii s. Augustini Cantuariensis in eodem coenobio iuxta tenorem compositionis inter s. mem. b. Edmundum Cantuariensem archiepiscopum et monasterium ipsum initae ac per sedem apostolicum »ut dicitur« confirmatae munus benedictionis impendat, recepturus ab ipso postmodum pro Romana ecclesia fidelitatis debitae iuramentum. *Sine nota chronol.* ‖ Twysden et Selden Hist. Anglic. script. II. 1899, *omissis et exordio et fine, ad* a. 1252.

(„) („) (14724) Abbati et conventui S. Augustini Cantuariensis indulget, ut per reservationes et inhibitiones nullum possit eis obstaculum interponi, quominus ecclesias et alia beneficia ecclesiastica ad ipsorum collationem spectantia, cum vacaverint, conferre ac ad ecclesias quae ad praesentationem ipsorum pertinent personas idoneas praesentare libere valeant. *Sine signo chronol.* ‖ Twysden et Selden l. c. 1899. — »Dilectorum filiorum precibus.«

„ 27 „ (14725) (Raynaldo) episcopo Ostiensi et Velletrensi mandat, ut sorores ordinis s. Dam instituat in monasterio s. Petri de Cavalio Cluniacens. ord. Novariens. dioc. eique Caeciliam abbatissam monasterii s. Francisci Placentini germanam Alberti de Rocca Sarzani in abbatissam praeficiat. V kal. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 626. n° 432. — »Sicut accepimus monasterium.«

„ 28 „ (14726) (Thomae) episcopo et capitulo Reatinis concedit, ut de consilio guardiani ordinis Minorum Reatin. quaedam praedia potestati et communi civitatis Reatinae vendere possint. IV kal. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 627. n° 433. — »Ex parte dilectorum.«

„ 29 „ (14727) Archiepiscopis et episcopis per regnum Angliae, Hyberniam, Wasconiam et alias terras ditioni H(enrici) regis Anglorum subiectas constitutis de orationibus et aliis specialibus devotionis operibus faciendis pro eodem rege, dum proficiscitur in Terram sanctam, mandata dat. III kal. Oct. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 170. — »Ad liberationem Terrae.«

„ 29 „ (14728) Praeposito et conventui monasterii Campi Regis Praemonstr. ord. Traiectens. dioc. ad preces Richildis domicellae de Hollandia amitae Willelmi regis Romanorum indulget, ut de novalibus, quae propriis sumptibus colunt *etc.*, decimas nemini solvere teneantur. III kal. Oct. a° 10°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 351. — »Meritis vestrae religionis.«

1252.

Sept. 30 Perusii (14729) H(ugoni) tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut, cum orationes quaedam in libris et monasterio sororum b. Mariae in Rinsburgh (Frimburgh *Rip.*) ord. s. Ben. Traiectens. dioc. habeantur decantari solitae ab antiquo praeter b. Benedicti ordinem et officium, quae propter sui prolixitatem taedium generent et impedimentum ingerant in divinis, super hoc eisdem provideat. ii kal. Oct. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 218. n° 270; Meerman Geschied. V. 124; Oorkondenb. van Holland en Zeel. I. i. 300. n° 569. — »Significarunt nobis dilecte.«

Oct. 2 » (14730) Eidem mandat, concedat ad sedandam dissensionis materiam inter comitem Harcimannum de Grueningen et comitem de Veringen Constant. dioc. pacta foedera reformanda dispensando, ut praefatus comes de Grueningen Hedewigim filiam dicti comitis de Veringen ducat in uxorem, licet ipsam mulierem quarta linea consanguinitatis contingat. vi non. Oct. a° 10°. ‖ Meerman l. c. 126. — »Exhibita nobis dilecti.« *Cf.* 1252. Aug. 31. n° 14700.

» 3 » (14731) Potestati consilio et populo Perusinis concedit, ne extra civitatem suam in iudicium evocari possint. v non. Oct. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 132. n° 245. — »Tranquillitati vestre consulere.«

» 3 » (14732) Abbatem et conventum monasterii Thaonis ordinis Vallisumbrosae Pistor. dioc. rogat et monet, ut fratribus Minoribus Pistoriensibus vendant censum ipsis onerosum. v non. Oct. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 627. n° 434. — »Cum sicut dilecti.«

» 4 » (14733) Carthaginensi et Zamorensi episcopis committit, ut religiosis viris cum (Alphonso) rege Castellae contra Sarracenos transfretaturis concedant facultatem absolvendi ab excommunicatione et irregularitate clericos et laicos de Hispania transeuntes cum eodem rege. iv non. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 628. n° 435. — »Carissimus in Christo.«

» 4 » (14734) Eisdem committit, ut religiosis viris vel clericis saecularibus auctoritatem tribuant exigendi usuras et male ablata eorum, quibus restitutio facienda ignoratur, illaque regi supradicto assignandi. iv non. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 629. n° 436. — »Carissimus in Christo.«

» 4 » (14735) Raymundo de Zottonis de Benevento, cui (Campreferrus) electus Beneventanus episcopatum Vicanum 1252. Sept. 25 contulerat, hanc collationem confirmat. iv non. Oct. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra VIII. 383. — »Petitio tua nobis.«

» 6 » (14736) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis per Coloniensem provinciam constitutis mandat, ut monasterium Campi Regis Praemonstr. ord. Traiectens. dioc. a malefactoribus defendant. ii non. Oct. a° 10°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. 351. — »Non absque dolore.«

» 8 » (14737) Abbatissae et sororibus monasterii s. Mariae Montis Sancti ord. s. Dam. (Tudertin. dioc.) transmittit recognitionem decreti favore abbatis et conventus S. Leucii Tudertin. Praemonstrat. ord. super provisione ecclesiarum illis subiectarum a Gregorio IX 1231. Sept. 18 editi (*vid.* Addenda). viii id. Oct. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 629. n° 437. — »Litteras felicis recordationis.«

» 9 » (14738) Eisdem facit annotari factam ab Innocentio III a° 1209. Nov. 26 (*vid.* Addenda) confirmationem cuiusdam ordinationis inter quondam abbatem S. Leucii Tudertin. ex una parte et b. mem. episcopum Tudertinum ex altera promulgatae, quam sibi ad conservationem iurium suorum opportunam asserunt. vii id. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 630. n° 438. — »Litteras felicis recordationis.«

» 9 » (14739) (Petro) episcopo Carthaginensi mandat, dispenset cum Pelagio Menendi Compostellan. dioc. et filia Nuni Petri eiusd. dioc. se quarto consanguinitatis gradu attingentibus, ut in contracto matrimonio remanere valeant. vii id. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 631. n° 439. — »Cum summus pontifex.«

» 11 » (14740) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi scribit, se ei mandasse ut moneat potestatem, assessores eius ac officiales et consules Mediolanensis civitatis, ne quemquam compellant ad usuras alicui persolvendas. Cum tamen contra eos procedere neglexerit, mandat ei iterum, ut in huiusmodi negotio procedat. v id. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. n° 440. — »Olim tibi nostris.«

» 11 » (14741) Dispensat cum Alphonso Lupi Portugalens. dioc., ut in contracto cum nobili muliere Maiore Gunsalvi matrimonio remanere valeat. v id. Oct. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 632. n° 441. — »Affectu benevolentiae specialis.«

» 11 » (14742) Abbati et conventui de Domo Petri ord. s. Ben. Constantiens. dioc. indulget, ut ad receptionem aut provisionem alicuius in pensionibus aut ecclesiasticis beneficiis compelli nequeant. v id. Oct. a° 10°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 407. — »Super afflictionibus, iniuriis.«

» 11 » (14743) Monasterii Campi Regis [Koningsveld prope Delft] Praemonstr. ord. Traiect. dioc. tutelam suscipit possessionesque ac privilegia confirmat. v id. Oct. indict. XI. (X *Hugo*)

1252.

incarn. dom. a° 1252. pont. a° 10°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 349; van Heussen Histor. episcop. I. 588; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. i. 300. n° 570. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Oct. 14 Perusii (14744) (Henricum) regem Angliae crucesignatum sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut, postquam iter fuerit transmarinae peregrinationis aggressus, familiam, regnum, terrae et omnia bona eius integra maneant et quieta, donec de reditu suo vel obitu certissime cognoscatur. ii id. Oct. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. i. 171. — »Dignum est ut.«

» 14 » (14745) Abbati et priori Westmonasterii Londoniens. dioc. scribit, se H(enrico) regi Angliae crucis signaculo insignito pro Terrae sanctae subventione decimam omnium ecclesiasticorum proventuum regni Angliae usque ad certum tempus concessisse. Mandat eis, ut in omnes illos, qui vel in subtrahenda ipsa decima vel non solvenda scienter fraudem commiserint, excommunicationis sententiam proferant. ii id. Oct. a° 10°. ‖ Rymer l. c. 171. — »Cum carissimo in.«

» 14 » (14746) Eisdem mandat, moneant et inducant executores testamentorum illorum de regno Angliae, qui infra triennium decesserint usque ad reditum (Henrici) regis a partibus transmarinis, ut ea, quae ipsi decedentes per manus eorum indistincte in usus pios mandarint, si nondum sint assignata certis personis et locis, ipsis integre assignent tradenda per ipsos praefato regi, cum iter arripuerit transmarinum. ii id. Oct. a° 10°. ‖ Rymer l. c. 171. — »Cum inter alios.«

» 15 » (14747) Episcopo Arusiensi concedit facultatem dispensandi cum Magno rectore ecclesiae de Vgalose Roskildens. dioc., ut praeter beneficia quae obtinet unicum adhuc beneficium (aliud) retinere possit. Id. Oct. a° 10°. ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 97. n° 27. — »Cum dilectus filius.«

» 15 » (14748) Abbatissae et sororibus monasterii s. Mariae Montis Sancti Tudertini ord. s. Dam. transmittit recognitionem factae a° 1218. Iun. 11 (*vid.* Addenda) ab Honorio III pp. confirmationis cuiusdam sententiae ab illius auditore pro abbate S. Leucii Tudertino (Praemonstr. ord.) super nonnullis ecclesiarum procurationibus latae. Id. Oct. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 632. n° 442. — »Litteras felicis recordationis.«

» 15 » (14749) Abbati Westmonasterii Londoniens. dioc. mandat, ut, si qui usurarii vel alii aliena illicite detinentes usuras et sic ablata restituere voluerint, eadem exigat ac recipiat assignaturus ea (Henrico) regi Angliae, cum iter arripuerit transmarinum. Id. Oct. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. i. 171. — »Volentes expensarum onera.«

» 15 » (14750) Archiepiscopo Armachano mandat, ut cessionem episcopi Ardachadensis recipiat »quod plebs subiecta sibi adeo dure cervicis existit, quod propter eius malitiam nequit proficere apud eam.« Id. Oct. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 56. n° 151. — »Attendens venerabilis frater.«

» 18 » (14751) Londoniensi et (Cisterciensi, *sed leg.*) Cicestriensi episcopis mandat, ne permittant, ut Henricus Anglorum rex super regno et terris suis, iuribus ac bonis eiusdem, quousque ad propria de transmarinis partibus feliciter revertatur, ab aliquo molestetur. xv kal. Nov. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 24. — »Quia regem tam.«

» 18 » (14752) Universos Christifideles hortatur, ut fratribus ordinis Praedicatorum Sictunensibus Upsalensis dioc., qui ecclesiam et alia aedificia aedificare coeperant, ad ipsorum consummationem grata caritatis subsidia erogent. xv kal. Nov. a° 10°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 356. n° 395. — »Cum igitur dilecti.«

» 19 resp. 20 » (14753) Abbates, priores et conventus s. Benedicti, Cisterciensis, s. Augustini et aliorum quorumlibet ordinum ac religiosos alios universos constitutos per regnum Angliae, Hiberniam, Vasconiam et alias terras ditioni H(enrici) regis Angliae subiectas rogat et hortatur, ut pro ipso rege ac societate eius exnunc et postquam ad Terram sanctam transierint, thus orationum suarum Domino offerant ac instent suppliciter apud ipsum processionibus et litaniis, ut eiusdem regis et comitivae suae gressus feliciter dirigat et ipsum in proposito bono corroboret et conservet. xiv (xiii *Th.*) kal. Nov. a° 10°. ‖ Wilkins Concil. I. 701; Rymer Foed. I. i. 171; Theiner Mon. Hibern. 56. n° 152; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 25. — »Tactus dolore cordis.«

* *In eundem modum* Archiepiscopos et episcopos per Angliam *etc.* constitutos.

» 21 » (14754) (Iarlerum) archiepiscopum Upsalensem eiusque suffraganeos hortatur, ut W(aldemaro) regi (Sweorum) et B(irgero) duci Suetiae contra perturbatores regni viriliter assistant. xii kal. Nov. a° 10°. ‖ Raynald. l. c. § 20; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 634. n° 443; Liljegren Svenskt dipl. I. 356. n° 396; *cf.* Porthan Bullar. access. 39. n° 13. — »Cum carissimus in.«

» 21 » (14755) Abbatissae et sororibus inclusis monasterii s. Caeciliae in Phullingen Constantiens. dioc. ord. s. Damiani regulam vivendique disciplinam praescribit. xii kal. Nov. a° 10°. ‖ Besoldus Virginum sacr. monim. 316, *cf.* p. 25. — »Cum omnis vera.«

1252.

Oct. 22 Perusii (14756) (Laurentio) episcopo Lincopensi significat, se ad intercessionem Waldemari regis et Benedicti ducis regni Sueciae apostolica dispensatione concedere matrimonialem coniunctionem Caroli nati quondam Sistrugi, nepotis utriusque, cum Helena nata Petri de Iorchastat, sponsum in quarto consanguinitatis gradu contingente. XI kal. Nov. a° 10°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 179; Liljegren Svenskt dipl. I. 357. n° 397; *cf.* Celse Appar. 75. n° 37. — »Carissimi in Christo.«

» 22 » * (14757) Eiusdem zelum in promovendis ecclesiae suae praerogativis laudat. XI kal. Nov. a° 10°. ‖ Celse l. c. n° 38.

» 23 » (14758) W(aldemaro) regi, B(irgero) duci Suetiae atque I(ngeburgae) ducis uxori plenam absolutionem concedit peccatorum, de quibus intra tres menses a receptione praesentium corde contrito vere confessi fuerint. X kal. Nov. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 21; Liljegren Svenskt dipl. I. 537. n° 398; *cf.* Porthan l. c. 40. n° 14. — »Cum desideretis sicut.«

» 26 » (14759) Repetit n° 14444 d. d. 1251. Dec. 18: »VII kal. Nov. a° 10°« — »Licet is de.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 634. n° 444.

» 28 » (14760) Monasterium monialium s. Mariae V. in Monte Lucio Perusinum tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura, privilegia et exemptionem (Iohannis) Perusini episcopi eidem 1218. Iul. 31 factam confirmat. V kal. Nov. indict. XI. incarn. dom. a° 1252. pont. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 635. n° 445. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 29 » (14761) (Laurentio) episcopo Lincopensi dat potestatem dispensandi cum clericis concubinariis, et (Guilelmi) Sabinensis episcopi tunc in illis partibus apostolicae sedis legati statuto ligatos absolvendi. IV kal. Nov. a° 10°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 358. n° 399; *cf.* Celse Appar. I. 75. n° 39. — »Ex parte tua.«

» 31 » (14762) Potestatibus, consiliis et communitatibus civitatum aliorumque locorum Lombardiae, marchiae Tarvisinae ac Romaniolae mandat, ut leges, quas quondam Fridericus Romanorum imperator Paduae a° 1239. d. 22. Febr. contra haereticos, contra Patarenos et contra Catharos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas *etc.* eorumque receptatores et complices promulgavit ac quarum tenores eis mittit insertos praesentibus, faciant singuli in suis capitularibus annotari, contra haereticos sectae cuiuslibet secundum eas processuri. II kal. Nov. a° (1°, *sed legendum*) 10°. ‖ Cherubini Bullar. I. 92; Mansi Conc. XXIII. 586; Ripolli Bullar. Praed. I. 125. n° 34; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 636. n° 446; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 503. n° 2; *sine signo chronol.* Septim. Decret. lib. V. tit. 3 *de haeret. et schism.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. Append. 135. — »Cum adversus haereticam.«

* Signa chronologica sunt corrupta; aut legi debet »Laterani II kal. Nov. a° 1°«, aut »Perusii II kal. Nov. a° 10°. ‖ Liberam relinquo de duobus annis coniecturam, equidem hanc bullam ad a. 1252 transtuli. *Cf.* Sbaralea l. c. I. 312. not. (d), 636. not. (f).

» 31 (») * (14763) (Petro) abbati et conventui monasterii Caunensis terras et bona confirmat, quae eis Adam de Miliacho miles, tenens locum regis Franciae in partibus istis, ratione faiditorum et haereticorum mense Septembri a. 1231 vendiderat. II kal. Nov. a° 10°. ‖ Mahul Cartul. IV. 88; *cf.* 84.

Nov. 5 » (14764) Londoniensi et Cicestriensi episcopis mandat, ne permittant ut (Henricus) rex Angliae super terris, iuribus et bonis, quae in Burdegalensi et Auxitana provinciis obtinet, quousque ad propria de Terra sancta feliciter revertatur, ab aliquo molestetur. Non. Nov. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 172. — »Regis aeterni benignitas.«

» 5 » (14765) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis libertates et immunitates per privilegia et indulgentias ab apostolica sede concessas confirmat. Non. Nov. a° 10°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 359. n° 400. — »Cum olim duxerimus.«

» 8 » (14766) Potestati consiliariis et communi civitatis Castellanae universa statuta confirmat. VI id. Nov. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 132. n° 246. — »Cum a nobis.«

» 9 » (14767) Monasterium monialium s. Spiritus de civitate Pennensi ord. s. Dam. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura, privilegia et exemptionem a Beraldo Pennensi et Adriensi episcopo 1252. Sept. 11 eidem collatam confirmat. V id. Nov. indict. XI. incarn. dom. a° 1252. pont. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 637. n° 447. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 12 » (14768) Episcopo Mantuano mandat, ut Petro priori monasterii s. Euphemiae Brixiens. dioc. de abbatia provideat. II id. Nov. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 133. — »Dilectus filius Petrus.«

» 13 » (14769) Stephano episcopo Praenestino, »quem ad supportandum nobiscum laboriosam orbis sarcinam Romana ecclesia evocavit, cum ad maiorum negotiorum certamina, quam pridem humeris tuis in regimine Strigoniensis ecclesiae, de qua te nuper assumpsimus, imminebant, apud sedem apostolicam pro quiete omnium sis adscriptus«, illam decimationum ad Strigoniensem archiepiscopatum spectantium portionem sive cultellum, quae vel qui Collucuz [Csallóköz] sive minus Possomium (Posonium) dicitur, pro eius sustentatione integre concedit. Id. Nov. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 213. n° 398; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 227; Fejér Cod. dipl. IV. II. 202 (*ubi ad* a. 1253 *falso refertur, et:* Datum ut supra). — »Si congruum honestatis.«

1252.

* S. Martini de Pannonia ord. s. Ben. et de Peilxio (Pilis) Cisterc. ord. abbates *dati sunt super hoc conservatores.*

Nov. 13 Perusii (14770) Archiepiscopis et episcopis praesentes litteras inspecturis mandat, ut, cum abbatibus et conventibus ordinis Camaldulensis indultum sit ut dedicationes altarium et basilicarum, clericorum et monachorum ad ordines promovendorum a quocumque catholico episcopo queant suscipere, praedicta requisiti sine difficultate impendant. Id. Nov. a° 10°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 47. n° 32. — »Cum dilectis filiis.«

» 13 (») * (14771) Capitulo Rhegino et clero civitatis ac diocesis commendat electionem Vernacii capellani sui in archiepiscopum. Id. Nov. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 327.

» 16 » (14772) Ecclesiam b. Mariae in Portu Ravennatensi ord. s. Aug. cum omnibus bonis sub protectione s. Petri et sedis apostolicae suscipit. XVI kal. Dec. a° 10°. ‖ Fantuzzi Mon. Ravenn. VI. 91. n° 45; *cf.* Pennottus Cleric. canon. histor. 619. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 16 » (14773) Rectori marchiae Anconitanae ad instantiam Manfredini de Saxolo potestatis Hesis mandat, ut homines et iura communitatis Aesinae manuteneat et defendat. XVI kal. Dec. a° 10°. ‖ Baldassini Città di Jesi. App. 27. — »Nobilis viri Manfredini.«

» 17 » (14774) Abbati S. Mariani Camerinens. dioc. mandat, ut, cum in causa vertente inter commune s. Ginesii ex parte una et Petrum Hententem, Vegelantem de Calvellis, Iacobum Ruggerii *etc.* ex altera super quadam pecuniae summa ad papam appellatum sit, dictum Petrum et alios peremptorie citet, ut infra mensem compareant coram pontifice maximo. XV kal. Dec. a° 10°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 35. n° 27. — »Cum causa quae.«

» 17 » (14775) Fratrem Samuelem de ordine Minorum, quem Bernardus electus Neapolitanus iuxta mandatum apostolicum Neucastrensi ecclesiae praefecit in episcopum, confirmat. XV kal. Dec. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 289; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 639. n° 448. — »Per fide dignos.«

» 18 » (14776) (Haquino) regi Norwegiae concedit, ut gentes quae Sambitae vocantur, si fidem Christi susceperint per baptismum, eius ditioni subiici possint, dummodo non sit in eis ius aliis acquisitum. XIV kal. Dec. a° 10°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 35. n° 46. — »Fidei et devotionis.«

» 20 » (14777) Universis Christifidelibus pro fabrica ecclesiae fratrum Minorum Nivernensium ferentibus subsidium indulgentiam 40 dierum elargitur. XII kal. Dec. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 639. n° 449. — »Quoniam ut ait.«

» 22 » (14778) Wierzgoni Polono de Sandecz militi Cracoviens. dioc., qui villam suam de Lancsco, quae est in castellania de Sandecz fratribus dominici Sepulchri in praesentia ducis Cracoviensis ecclesiae Romanae donaverat, hanc donationem confirmat. X kal. Dec. a° 10°. ‖ Nakielski Miechovia 171. — »Cum a nobis.«

» 22 » (14779) Petro abbati monasterii s. Stephani Praemonstr. ord. Varadiens. dioc. indulget, ut defectu natalium non obstante, quem patiebatur, possit in susceptis ordinibus et in administratione abbatiae licite remanere. X kal. Dec. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 128; Theiner Mon. Hungar. I. 213. n° 399. — »Regularis ordinis professoribus.«

» 23 » (14780) Abbati de Ramagnano mandat, curet ne praepositus, capitulum ac clerus Novariensis ecclesiae, civitatis et diocesis ad exhibendum aliquibus provisiones, pensiones, tallias aut collectas alias teneantur. IX kal. Decb. a° 10°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1418. — »Ex parte . . .«

» 25 » (14781) Episcopo Elenensi mandat, ut inquisitoribus super pravitate haeretica in sua diocesi auctoritate apostolica deputatis super inquisitione ipsa nullum obstaculum interponat, quin potius in hoc impendat eis auxilium. VII kal. Dec. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 219. n° 272. — »Gaudemus in Domino.«

» 25 » (14782) Priori fratrum Praedicatorum et archipresbytero S. Sixti Viterbiensis mandat, ut super ven. mem. Rosae vita et miraculis testes fide dignos atque legitimos recipiant eosque prudenter examinent et ipsorum dicta sub propriis inclusa sigillis in diversis locis caute servanda deponant. VII kal. Dec. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 218. n° 271; Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 6; Wadding Ann. Minor. III. 284; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 640. n° 450; Bussi Istoria di Viterbo 408. — »Sicut (Sic *Rip., Rayn.*) in sanctis.«

» 26 » (14783) Magistro Gerardo archidiacono Iaurinensi indulget, ut praeter archidiaconatum suum et alia beneficia ecclesiastica quae nunc obtineat, possit adhuc unicum aliud,

1252.

etiamsi animarum curam habeat, et ei in regno Alemanniae offeratur, libere recipere ac licite retinere. vi kal. Dec. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 131; Theiner Mon. Hungar. I. 213. n° 400. — »Licet ad refrenandas.«

Nov. 26 Perusii (14784) Archiepiscopo Armachano mandat, ut postulationem Thomae presbyteri custodis fratrum Minorum de Ponte Armach. dioc. in episcopum Clonensem admittat, si eam invenerit de persona idonea canonice celebratam. vi kal. Dec. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 641. n° 451; Theiner Mon. Hibern. 57. n° 153. — »Petitio dilectorum filiorum.«

» 26 » (14785) Abbati S. Stephani de Bosco Cisterc. ord. et ministro fratrum Minorum de Sicilia concedit facultatem absolvendi omnes illos de regno Siciliae, qui captioni praelatorum in galeis interfuerunt, ab excommunicationis sententia. vi kal. Dec. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 642. n° 452. — »De vestra prudentia.«

» 27 » (14786) Generali ac provincialibus ministris et custodibus ordinis Minorum indulget, ut volentibus eorum collegio aggregari, qui suspensionis *etc.* sententiis sunt ligati, absolutionis beneficium impendant *etc.* v kal. Dec. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 511. n° 99; Sbaralea l. c. 642. n° 453. — Coelestis amor patriae.«

» 28 » (14787) Raynaldo de Brunforte potestati et hominibus Civitatis novae Firman. dioc. omnes culpas aut offensas commissas ab eis communiter vel divisim in ipsum papam aut Romanam ecclesiam remittit. iv kal. Dec. a° 10°. ‖ Cronache della città di Fermo 545. n° 7. — »Quia sacrosancta Romana.«

» 29 » (14788) (Petro) episcopo Meldensi confirmat sententiam, quam G(uillelmus) S. Eustachii diaconus cardinalis promulgaverat in causa quae vertebatur inter dictum episcopum ex una parte et abbatissam conventumque monasterii Fare-Monasterii ord. s. Ben. ac clerum et populum eiusdem loci ex altera super eo quod ipsi ei tamquam diocesano denegabant de iuribus episcopalibus respondere. iii kal. Dec. a° 10°. ‖ Theodori Poenitent. II. 734; Du Plessis Hist. de Meaux II. 158. n° 367. — »Ea quae iudicio.«

» 29 » (14789) Archidiacono Lunensi capellano suo marchiae Anconitanae rectori mandat, cogat homines Ranaldi de Brunforte, qui de castris eius temere recedentes ad castrum Pennae s. Iohannis se in ipsius praeiudicium transtulerunt, ut ad pristinam habitationem redeant. iii kal. Dec. a° 10°. ‖ Colucci Antich. Picene XXX. cod. dipl. 15. n° 5; Cronache della città di Fermo 399. n° 195. — »Sua nobis dilectus.«

» 29 » (14790) Repetit n° 7950 Gregorii IX d. d. 1227. Iun. 28: »iii kal. Dec. indict. XI. incarn. dom. a° 1252. pont. a° 10°« — »Officii nostri nos.« ‖ Mittarelli Annal. Camald. V. Append. 47; Cod. dipl. Sardin. I. 361. n° 83.

» 29 » • (14791) Gregorio patriarchae Aquileiensi mandat, ut, cum praepositura capituli Aquileiensis inutilis existat, dicto capitulo licentiam concedat creandi ex ipsa praepositura cantoriam eique assignandi annuatim quinque de duodecim marchis argenti, quas praepositus percipere consueverit, reservatis aliis mensae capitulari *etc.* ‖ Bianchi Docum. 64. n° 187.

» 30 » (14792) Universitati hominum castri Ripaetransonis Firmanae dioc. concedit facultatem, ut homines de terris sedi apostolicae indevotorum dominorum Aquaevivae volentes »vestrum inhabitare castellum« libere recipere ac retinere possint. ii kal. Dec. a° 10°. ‖ Colucci Antichità Picene XVIII. app. 87. n° 5. — »Puritas fidei et.«

Dec. 2 » (14793) Wilhelmi regis Romanorum diffinitivam sententiam, qua in generali curia nuper apud Frankfort celebrata de communi consensu principum imperii ibidem praesentium illos omnes bonis, quae ab imperio tenebant in feudum, privare curavit, qui super his investituram infra annum a die, quo apud Aquisgranum in Romanorum regem fuit coronatus, ab ipso recipere non curarunt, ratam habet et confirmat. iv non. Dec. a° 10° (11° *male Rayn.*). ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1252. § 17; Meerman Geschied. V. 129. — »Dignum est sententias.«

» 2 » (14794) Priori Camaldulensi repetit n° 4814 Innocentii III d. d. 1213. Sept. 25: »iv non. Dec. a° 10°« — Tenore litterarum fel.« ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 53. n° 34.

» 3 » (14795) (Belae) regi Hungariae indulget, ut nulla ecclesiastica saecularisve persona regni sui possit per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius extra regnum ipsum a quopiam in iudicium evocari. iii non. Dec. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 128; Theiner Mon. Hungar. I. 214. n° 401. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 3 » (14796) (Henrico) abbati Fuldensi Herbipolens. dioc. mandat, faciat ut inviolabiliter observetur statutum Wilhelmi regis Romanorum, quo in generali curia nuper apud Frankefort celebrata per sententiam diffinitivam de communi consensu principum imperii promulgatam illos omnes bonis quae ab imperio tenebant in feudum privavit, qui super eis investituram infra annum a die quo apud Aquisgranum in Romanum regem fuit coronatus, ab ipso recipere non curarunt. iii non. Dec. a° 10°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1053; Schannat Dioces. Fuldens. 279. n° 61; Schannat Hist. Fuldens., prob. 203; Mieris Charterb. I. 277; Kluit Hist. crit. Holland. II. ii. 642. n° 197; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 17. — »Dignum est sententias.«

1252.

Dec. 3 Perusii • (14797) Philippum electum Ravennatem cognoscere iubet, an Portuenses canonici, pensione Maltraversi soluta, victu vestituque careant. iii non. Dec. a° 10°. ‖ Rubeus Histor. Ravenn. 428.

» 9 » (14798) Magistro et fratribus Militiae Templi in Hungaria et Slavonia redditus, terras, possessiones et res alias, quas Bela Ungariae rex, qui omnes donationes ab Andrea rege patre necnon et Emerico regibus dictis fratribus factas revocaverat, postmodum autem ad cor rediens eis denuo concesserat, confirmat. v id. Dec. a° (11°, *sed legas*) 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 203; *non integra* ap. Fuxhoffer Monast. (ed. 2ª) II. 162. — »Cum a nobis.«

» 9 » (14799) Scabinis et communi civitatis Coloniensis concedit, ut per apostolicae sedis vel legatorum ipsius litteras impetratas, per quas nondum sit processum, vel etiam impetrandas universaliter vel singulariter pro quacunque privata causa vel communi extra civitatem Coloniensem ad iudicium evocari aliquatenus non possint absque speciali sedis eiusdem mandato plenam et expressam de verbo ad verbum faciente de hac indulgentia mentionem. v id. Dec. a° 10°. ‖ Ennen Quellen II. 326. n° 312; *cf.* Lacomblet UB. II. 124. not. (*ubi falso ad* a. 1251.) — »Adeo semper fixa.«

» 9 » (14800) Abbati S. Martini Coloniensis mandat, »quatinus cives Colonienses non permittat super hiis contra concessionis suae tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo.« v id. Dec. a° 10°. ‖ Ennen l. c. 327. n° 313. — »Adeo semper fixa.«

» 9 » (14801) Capitulo Carcassonensi ord. s. Aug. ecclesiam de Alsona ad collationem episcopi Carcassonensis spectantem, quam vacantem propter tenuitatem reddituum mensae capituli (Guillelmus) episcopus Carcassonensis eidem deputaverat, confirmat. v id. Dec. a° 10°. ‖ Mahul Cartul. I. 273. — »Promerente vestrae fidei.«

» 10 » (14802) Ministro et custodi fratrum de ordine Minorum nec non et guardiano et conventui eiusdem ordinis apud S. Germanum commorantibus, quibus R(iccardus) abbas monasterii Cassinensis aedificandi locum ecclesiam et alia aedificia et etiam hortum habendi in fundo qui dicitur Rapidus liberam concesserat facultatem a° 1252. Nov. 27, hanc concessionem confirmat. iv id. Dec. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 643. n° 454. — »Dignum ac debitum.«

» 10 » (14803) Priorissae et conventui S. Dominici Imolensibus ord. s. Aug. indulget, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis, si hi quibus horum restitutio fieri debeat, inveniri non possint, necnon de redemptionibus votorum, Ierosolymitano dumtaxat excepto, usque ad summam 100 librarum imperialium recipere licite valeant. iv id. Dec. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 29. n° 371. — »Necessitatibus vestris paterna.«

» 11 » • (14804) Gregorio patriarchae Aquileiensi mandat, ut, cum monasterium s. Abundii Cumani ingenti debitorum sarcina prematur et usurarum vorago eius substantiam penitus absorbuerit, aliquot eiusdem monachos per ecclesias suae iurisdictioni subiectas collocet et universos redditus et proventus monasterii ad solutionem debitorum eius convertendos diligenter colligi faciat. ‖ Bianchi Docum. 64. n° 188.

» 12 » (14805) (Haquinum) regem Norwagiae crucesignatum, cum pro subsidio Terrae sanctae non solum terram propriam relinquere verum etiam personam exponere sit paratus, cum uxore familia regno terris et omnibus bonis tuendum suscipit. ii id. Decb. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 22; Lange Dipl. Norveg. I. i. 35. n° 47. — »Dignum est ut.«

» 12 » (14806) (Serloni) archiepiscopo Nidrosiensi et (Haquino) Asloensi ac (Arnoni) Bergensi episcopis mandat, ne (Haquinum) regem Norwegiae super regno terris suis iuribus ac bonis, quousque ad propria de transmarinis partibus feliciter revertatur, ab aliquo molestari permittant. ii id. Dec. a° 10°. ‖ Lange l. c. I. i. 36. n° 48; *cf.* Raynald. l. c. — »Regis eterni benignitas.«

» 12 » (14807) Hugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato scribit, scultetum, milites et homines castri de Confluentia ad (Arnoldi) archiepiscopi Treverensis eorum domini temporalis instinctum in G(uillelmum) regem Romanorum, crucesignatos et alios de exercitu dicti regis manu irruentes armata nonnullos illorum vulnerasse, quosdam spoliasse et captivasse *etc.* Mandat ei, moneat dictum archiepiscopum, ut plenariam super his satisfactionem impendat et, si hoc forte contempserit, eum peremptorie citet, ut infra duos menses personaliter compareat coram papa; si hoc »recusabit, subditos eius ab obedientia ipsius . . . absolvere non postponas.« ii id. Dec. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 219. n° 273; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1252 § 18. — »Ad nostram noveris.«

» 12 » (14808) Eidem repetit eandem rem et mandat, iniungat capitulo Trevirensi, ut in certo termino aliquos plenam ab ipsis eligendi coram papa alium in archiepiscopum Treverensem vel recipiendi vice omnium eum, quem in pastorem Trevirensis ecclesiae duxerit

1252.

providendum, habentes facultatem ad sedem apostolicam mittant. II id. Dec. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 219. n° 274. — »Ad nostram noveris.«

Dec. 12 Perusii (14809) Compositionem inter cives Colonienses et (Conradum) archiepiscopum Coloniensem super mutatione monetae ac aliis diversis articulis (mense Aprile a° 1252) provide factam confirmat. II id. Dec. a° 10°. ‖ Ennen Quellen II. 328. n° 314. — »Adeo semper fixa.«

» 12 » (14810) Iudicibus, scabinis et ceteris civibus Coloniensibus libertates, immunitates ac iura ab imperatoribus et regibus Romanis ac etiam archiepiscopis Coloniensibus et aliis principibus eis concessa confirmat. II id. Dec. a° 10°. ‖ Ennen l. c. 329. n° 315. — »Adeo semper fixa.«

» 17 » (14811) Laurentio et Lath monachis et procuratoribus S. Martini de Pannonia concedit facultatem contrahendi mutuum pro expediendis monasterii negociis usque ad summam quatuor marcarum auri de paleola ad pondus Hungariae. XVI kal. Ianr. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 130; Theiner Mon. Hungar. I. 214. n° 402. — »Cum pro expediendis.«

» 17 resp. 19 » (14812) Conventui monasterii s. Martini de Pannonia ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ord. s. Ben. Iaurinens. dioc. Favum quondam abbatem monasterii Varadiensis ord. s. Ben. Quinqueeccl. dioc. praeficit in abbatem. XIV (XVI *Koll., Fej.*) kal. Ianr. a° 10°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. VII. 279; Fejér l. c. 129; Theiner l. c. n° 403. — »Electione quae per.«

» 20 » (14813) (Gunnero) episcopo Wibergensi mandat, ut, cum ecclesia Bulgavensi [*i. e.* Burglanensi] pastoris regimine destituta Elavus praepositus de Lolusyses Arusiens. dioc. per potentiam Abelis pro rege Daciae se gerentis in episcopatum illius ecclesiae, invitis quam plurimis eiusdem ecclesiae canonicis se intrudi nequiter procuraverit et, confirmatione non obtenta, in episcopatus munere temere ministrare fuerit ausus, si ita esse reperiatur, eundem intrusum ab eadem ecclesia removeat et faciat alium canonice eligi. XIII kal. Ianr. a° 10°. ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 98. n° 28; *cf.* Porthan Bullar. access. 40. n° 15; Raynaldi Ann. ad a. 1252 § 19. — »Ad audientiam nostram.«

» 23 » (14814) (Petro) episcopo Carthaginensi concedit potestatem, ut iuxta (Alphonsi) regis Castellae ac Legionis voluntatem provideat tribus episcopatibus, quos idem rex de manibus Sarracenorum eripuit vel eripiet in futurum, de personis idoneis. X kal. Ianr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 644. n° 455. — »Carissimus in Christo.«

» 24 » (14815) Fratri Bartholomaeo de ordine Praedicatorum capellano suo, germano (Henrici) regis Angliae concedit, ut, licet cl. mem. (Iohannes) rex Angliae pater eius coniugatus eum genuerit de soluta, non solum in susceptis ordinibus ministrare, verum etiam ad pontificatus apicem, hoc natalium non obstante defectu, assumi illumque recipere possit. IX kal. Ianr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 220. n° 275. — »Licet contra illegitime.«

» 30 » (14816) (Zalando) Wesprimiensi et (Heimoni) Vaciensi episcopis nunciat, se providisse, ut (Stephanum) episcopum Praenestinum tunc archiepiscopum Strigoniensem »tamquam stellam nobilem et insignem in firmamento generalis ecclesiae radiantem in Romana ecclesia« poneret, et, ne Strigoniensis ecclesia tali pastore sibi subtracto diutius ingemiscat, curam et administrationem ipsius in spiritualibus et temporalibus ei plenarie commisisse. Mandat eis, faciant ut eidem episcopo vel eius procuratori de omnibus redditibus et proventibus archiepiscopalibus eiusdem ecclesiae integre respondeatur. III kal. Ianr. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 132; Theiner Mon. Hungar. I. 214. n° 404. — »Dudum erga personam.«

» 30 » (14817) (Belae) regi Hungariae scribit de eodem argumento. III kal. Ianr. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 133; Theiner l. c. 215. n° 405. — »Dudum erga personam.«

» 30 » (14818) Capitulo Strigoniensi eandem rem notificat eisque mandat, ut episcopo Praenestino administratori debitam exhibeant obedientiam. III kal. Ianr. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 134; Theiner l. c. 215. n° 406. — »Dudum erga personam.«

* *In eundem modum* (Stephano) episcopo Praenestino — Officialibus, clericis et laicis ecclesiae Strigoniensis.

— » (14819) Abbati et conventui monasterii de Dunfermelyn indulget, ut ad solutionem aliquorum debitorum auctoritate sedis apostolicae vel alterius cuiuscunque compelli nullatenus valeant. A° 10°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 186. n° 292. — »Indempnitati monasterii vestri.«

— — (14820) Henricum regem Angliae, qui papae super concedendis in terris suis redemptionibus votorum et aliis deputatis sanctae Terrae subsidio nondum collectis litteras miserat, affectuose rogat, ut ipsum excusatum habeat de precibus non admissis. *Sine signo chronol.* ‖ Ann. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 318, *in* Annal. monast. I. 298. — »Scire te volumus.«

— — (14821) Universis Christi fidelibus mandat, ut ita se crucesignati praeparent, quod opportuno tempore universis insinuando in locis idoneis ad transfretandum in Terrae sanctae subsidium conveniant *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Rymer Foed. I. I. 165. — »Afflicti corde pro.«

1252.

— — * (14822) Archidiacono Lunensi marchiae Anconitanae rectori committit cognoscendam et decidendam causam petitionis factae a Rainaldo de Brunforte, ut eum immitteret in possessionem bonorum Rainaldi de Aquaviva sibi a domina Helena eiusdem filia et haerede cessorum ob exhibitionem 250 unciarum auri pro eius dote Rainerio Ugolini eius marito factam. A° 10°. ‖ Cronache della città di Fermo 403. n° 201.

1251. 1252.

— — (14823) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum ordinum Neapolitanis mandat, ut, cum capitulum cathedralis ecclesiae Casertanae dudum pastore vacantis propter inhibitiones per sedem apostolicam factas de pontifice congruo sibi consulere nequiverint, procurationem et administrationem ecclesiae memoratae alicui personae idoneae committant. *Sine nota chronol.* ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 483; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 579. n° 376. — »Inter curas multiplices.«

1253.

Ianr. 4 Perusii (14824) Omnibus Christifidelibus notum facit Lucii II papae litteras directas ad Alphonsum Portugalensem ducem d. d. »Laterani kal. Mai.« (a° 1144, *vid.* Jaffé Regest. n° 6057), qui terram suam b. Petro apostolorum principi contulerat et postmodum promiserat, ut tam ipse quam heredes sui de terra ipsa quatuor uncias auri annis singulis Romano pontifici persolverent, *etc.* II non. Ianr. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 46. — »Inspeximus litteras felicis.«

» 4 » (14825) Decano et capitulo Spirensibus nunciat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad eorum ecclesiam in festivitatibus bb. Iohannis baptistae ac Petri apostolorum principis causa devotionis accesserint, indulgentiam 40 dierum concedere. II non. Ianr. a° 10°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 254. n° 274. — »Loca sanctorum omnium.«

» 5 » (14826) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonic. Ierosol. omnes libertates et immunitates a praedecessoribus suis et quibusvis aliis collata confirmat. Non. Ianr. a° 10°. ‖ Strehlke Tab. 371. n° 524. — »Solet annuere sedes.«

» 8 » (14827) Thesaurario maioris ecclesiae Augustensis significat, se abbati et conventui monasterii s. Udalrici Augustensis ord. s. Ben. indulgere, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis per litteras apostolicae sedis *etc.* compelli minime possint. Mandat ei, curet ne illi super his ab aliquo molestentur. VI id. Ianr. a° 10°. ‖ Mon. Boica XXII. 217. — »Paci et tranquillitati.« *Cf.* n° 14836.

» 9 » (14828) Hugoni tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato, cui prius commiserat, ut Everardo praeposito ecclesiae s. Georgii Coloniensis, fratri Arnoldi domini de Dist, de aliquo episcopatu in regno Alamanniae provideret, mandat movente Willelmo rege Romanorum, ut in eiusdem Everardi provisione procedat iuxta priorum continentiam litterarum. V id. Ianr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 220. n° 276; Meerman Geschied. V. 132. — »Licet olim super.«

» 10 » (14829) Abbati et conventui S. Catharinae Rothomagensibus ord. s. Ben. ius praesentandi ad ecclesias easque conferendi eisdem sublatum et archiepiscopo Rothomagensi collatum restituit. IV id. Ianr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 645. n° 458. — »Ex parte vestra.«

» 10 » (14830) Abbati et conventui Trium Fontium Cisterc. ord. Agriens. dioc. decimas praediorum, terrarum et vinearum eiusdem monasterii existentium in diocesi Agriensi, quas eis b. mem. Cletus episcopus Agriensis pro sustentatione ipsorum concessit, confirmat. IV id. Ianr. a° 10°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 450 *omisso initio*; Fejér Cod. dipl. IV. II. 177; Theiner Mon. Hungar. I. 217. n° 412; Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 99. — »Cum a nobis.«

» 10 » * (14831) Decano Dunkeldensi mandat, ut magistro Radulfo de Tilluel clerico comitissae Norfolchiae amitae Scotiae regis in aliqua ecclesia regni Scotiae beneficium ecclesiasticum conferat. IV id. Ianr. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 64 in n° 170.

» 10 » (14832) Prioribus Praedicatorum et ministris Minorum fratrum generalibus in regnis Castellae ac Legionis mandat, ut in regis Castellae succursum contra Saracenos per dicta regna crucem praedicent. IV id. Ianr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 220. n° 277; Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 45; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 644. n° 456. — »Carissimus in.«

» 10 » (14833) Priori Praedicatorum et ministro Minorum fratrum generalibus in regno Navarrae mandat, ut de sacro bello contra Saracenos suscipiendo praedicent ad populum. IV id. Ianr. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 221. n° 278; Sbaralea l. c. 645. n° 457. — »Carissimus in Christo.«

» 11 » (14834) Hugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut etiam extra legationis suae limites ab usurariis possit recipere restituenda et manuum iniectores necnon incendiarios absolvere. III id. Ianr. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 221. n° 279. — »Devotioni tue presentium.«

1253.

Ianr. 12 Perusii (14835) (Philippo) archidiacono et fratri Danieli ordinis Praedic. Bononiae mandat, ut statuta quae rectores et universitas scholarium Bononiensium ad utilitatem et bonum statum ipsorum ediderunt, confirment et faciant ea firmiter observari. II id. Ianr. a° 10°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 124; Ripoll l. c. 221. n° 280; Savioli Ann. Bologn. III. II. 297. — »Dilecti filii rectores.«

» 13 » (14836) (Gebwino) abbati et conventui monasterii s. Udalrici Augustensis ord. s. Ben. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae vel legatorum ipsius impetratas compelli minime possint inviti. Id. Ianr. a° 10°. ‖ Mon. Boica XXII. 218. — »Paci et tranquillitati.« *Cf.* n° 14827.

» 13 » (14837) (Smaragdo (Smeraldo *Thein.*) praeposito ecclesiae Posoniensis Strigoniens. dioc. indulget, ut, si praeter Posoniensis et Hantensis ecclesiarum praeposituras Strigoniens. et Vesprimiens. diocc. aliam praeposituram vel dignitatem ecclesiasticam offerri ei contigerit, liceat ipsi dimissa altera praepositurarum illarum eam recipere ipsamque cum priori libere retinere. Id. Ianr. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 177; Theiner Mon. Hungar. I. 216. n° 407. — »Cum digni sint.«

» 14 » * (14838) Innocentio canonico Strigoniensi concedit ius duo habendi beneficia ecclesiastica datis ad Stephanum Praenestinum episcopum litteris. XIX kal. Febr. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 178.

» 14 » * (14839) Scabinis et communi civitatis Yprensis omnes libertates, privilegia et consuetudines confirmat. XIX kal. Febr. a° 10°. ‖ Diegerick Invent. 71. n° 83.

» 18 » (14840) Iudicibus et scabinis Coloniensibus indulget, ne aliquis apostolicae sedis legatorum delegatus vel subdelegatus in eos excommunicationis vel interdicti sententiam valeat promulgare absque sedis eiusdem speciali mandato. XV kal. Febr. a° 10°. ‖ Ennen Quellen II. 331. n° 317; *cf.* Lacomblet UB. II. 124. not. — »Inconcusse fidei constantia.«

» 18 » (14841) Abbati et conventui de Toplicza Cisterc. ord. Zagrabiens. dioc. significat, se confirmare, Cistercienses in monasterio s. Nicolai de Erche Vesprimiens. dioc. per Tartaros penitus destructo a (Stephano) episcopo Praenestino tunc Strigoniensi archiepiscopo fratribus Carthusiensis ordinis substitutos esse. XV kal. Febr. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 178; Theiner Mon. Hungar. I. 216. n° 408. — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 » (14842) Vallis Magnae et Claraevallensis monasterii Cisterc. ord. abbatibus Nemausens. et Agathens. diocc. et guardiano fratrum Minorum Nemausensium mandat, ut in actus Hugonis prioris monasterii s. Petri de Salve ord. s. Ben. Nemaus. dioc. diligenter inquirant et ibi reforment quae reformationis officio viderint indigere. XV kal. Febr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 646. n° 459. — »Ad audientiam nostram.«

» 18 » (14843) Provinciali de ordine Praedicatorum et inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia, Romandiola, marchia Anconitana et Tervisina mandat, ut, cum provinciae Lombardiae potestates et rectores contra haereticos condemnatos, nisi testium exprimantur nomina, non procedant, super hoc statuant quod profectui fidei expedire viderint. XV kal. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 29. n° 372. — »Cum sicut accepimus.«

» 19 » (14844) Communi castri Montis Asulae Sabinensis dioc. concedit, ut homines qui non sint habitatores castri ipsius, censum annuum solvere debeant. XIV kal. Febr. a° 10°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 132. n° 247. — »Attendentes sincere devotionis.«

» 20 » (14845) Hugoni tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato committit, ut cum Caecilia relicta Nicolai comitis de Halandia consanguinea (Wilbrandi) archiepiscopi Magdeburgensis et Rewmo filio Hervesti comitis super matrimonio contrahendo, licet quarta affinitatis linea se contingant; porro cum Henrico advocato de Plewe fratre advocati de Gera Nuemburgens. dioc. et Abcede filia Hermanni de Luhcemburg Nuemburg. dioc. super matrimonio contracto, licet quarta consanguinitatis et tertia affinitatis linea sint coniuncti, dispenset. XIII kal. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 222. n° 281; Meerman Geschied. V. 133. — »Devotionem quam venerabilis.«

» 22 » (14846) Episcopo Iauriensi mandat, ut magistro Gerardo canonico Strigoniensi consobrino magistri Alberti notarii papalis et (Stephani) episcopi Praenestini capellano in aliqua ecclesiarum regni Hungariae cathedrali vel alia de dignitate vel personatu cum praebenda provideat. XI kal. Febr. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 216. n° 409; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 234. — »De singulorum provisione.«

» 24 » (14847) Fratribus ordinis Praedicatorum in Cumaniae partibus constitutis concedit facultatem dandi indulgentiam 20 vel 30 vel etiam 40 dierum omnibus accedentibus ad ipsorum praedicationes, cum illas in terra eorundem Cumanorum ad cultum fidei catholicae propagandum fecerint. IX kal. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 222. n° 282; Touron Histoire I. 120. — »Ex eo nobis.«

» 25 » (14848) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum Treverensibus, in quorum gratiam, cum quondam Nicolaus de Ponte miles Treverensis iuxta eorum domum quandam domum

1253.

in modum claustri construxerit, archiepiscopus Trevirensis statuit, ut in dicta domo praefati militis nullus religiosus conventus sine eorum consensu possit in posterum collocari, hoc statutum confirmat. VIII kal. Febr. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 222. n° 283. — »Ex tenore vestre.«

Ianr. 26 Perusii (14849) Episcopo Lascurrensi et abbati Pontis alti Cisterc. ord. Lascurrens. dioc. mandat, ut institutionem decem canonicorum et duodecim portionariorum ab archiepiscopo Auxitano in ecclesia Baionensi factam decernant irritam et inanem ac praedictos canonicos et portionarios a praedicta ecclesia penitus amoveant. VII kal. Febr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 646. n° 460. — »Postquam olim quasdam.«

» 28 » * (14850) Rodulfo electo Tarantasiensi scribit, iustum esse donum Wulielmi Romanorum regis Thomae de Sabaudia comiti factum, civitatis Taurinensis; moneat igitur dictus electus episcopum et capitulum Taurini, ut obedientiam praebeant comiti. V kal. Febr. a° 10°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 165. n° 317.

» 28 » * (14851) Episcopo et capitulo Taurinensibus scribit, se donationem civitatis et diocesis Taurinensis earumque dominii a Willelmo Romanorum rege Thomae de Sabaudia factam confirmare, eisque mandat, ne permittant ut turbetur vel molestetur dictus comes Thomas in praedictae donationis possessione. V kal. Febr. a° 10°. ‖ Wurstemberger l. c. n° 318.

» 28 » (14852) Hugoni tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, cum (Eberhardus) Constantiensis episcopus, cui cura et administratio monasterii de Cruciligen extra muros Constantienses ord. s. Aug. propter malitiam habitantium in eodem commissae sint, bona ipsius monasterii propriis usibus applicet, *etc.*, super hoc monasterio provideat, prout eiusdem utilitati viderit expedire. V kal. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 223. n° 284; *cf.* Pupikofer Regest. von Kreuzlingen 11. n° 55. — »Dilecti filii prior.«

» 29 » (14853) Priori provinciali ordinis Praedicatorum et inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia, Romandiola, marchia Anconitana et Tervisina, cum Albanensis episcopus statuerit, »ut inquisitores haereticorum in provincia Lombardia a credentibus, fautoribus *etc.* haereticorum ad obedientiam ecclesiae redeuntibus sub poena pecuniaria cautionem exigant, quod fidem catholicam firmiter teneant«, idem committit. IV kal. Febr. a° 10°. ‖ Cherubini Bullar. I. 99; Ripoll l. c. n° 285; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 561. — »Cum venerabilis frater.«

» 29 » * (14854) Praepositum et capitulum S. Martini Yprensis omnesque clericos civitatis Yprensis reprehendit, quod certas pecuniae summas pro benedictionibus nuptialibus, sepulturis et administratione sacramentorum aliorum exigant. Monet eos et hortatur, ut ab hac exactione inhonesta et intolerabili omnino desistant. IV kal. Febr. a° 10°. ‖ Diegerick Invent. 71. n° 84.

» 29 » * (14855) Episcopo Morinensi de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat, ut scabini et burgenses Yprenses a clericis occasione huiusmodi molestentur. IV kal. Febr. a° 10°. ‖ Diegerick l. c. 72. n° 85.

» 30 » (14856) Archiepiscopis et episcopis per Lombardiae provinciam constitutis, praesentes litteras inspecturis mandat, ut priori provinciali ordinis Praedicatorum et inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia, Romaniola, marchia Anconitana et Tervisina et substituendis eisdem in expensis providere curent ad inquisitionis officium. III kal. Febr. a° 10°. ‖ Cherubini Bullar. I. 99; Ripolli Bullar. Praed. I. 224. n° 286; Bull. Rom. ed. Taur. III. 562. n° 30. — »Cum per nostras.«

» 30 » * (14857) Willelmi Romanorum regis factam Thomae de Sabaudia comiti (die 22 Mai. a° 1252) donationem civitatum, castrorum et locorum Taurini, Iporegiae, Montis Calerii, Caburreti, Bruini, Plozasci, Castri veteris, Lancii, Colegii, Montuxolii et terrae Canapitii cum iurisdictione, regalibus, mero et mixto imperio etc. confirmat. III kal. Febr. a° 10°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 165. n° 319.

Febr. 1 » (14858) Fratri Agnello ord. Praed. gerenti vices prioris in domo ipsorum fratrum de Esculo mandat, dispenset cum Gualfrido cive Esculano, ut Florem de Lisa possit sibi matrimonialiter copulare. Kal. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. l. 224. n° 287. — »Petitio dilecti filii.«

» 1 » (14859) Universis Christifidelibus erogantibus pia subsidia pro constructione ecclesiae et conventus fratrum Minorum Hortanorum indulgentiam promittit. Kal. Febr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 647. n° 461. — »Quoniam ut ait.«

» 3 » (14860) Capitulo Nidrosiensi significat, se Serlonem quondam archipresbyterum Osloensem Nidrosiensi ecclesiae praeficere in archiepiscopum, eisque mandat, ut eidem tamquam patri et pastori animarum obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. III non. Febr. a° 10°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 24. — »Licet praesentatam nobis.«

* *In eundem modum eodemque die* Clero civitatis et diocesis Nidrosiensium;
» » » » » Populo civitatis et diocesis Nidrosiensium.

1253.

Febr. 3 | Perusii | (14861) Priori provinciali et fratribus ord. Praed. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia, marchia Tervisina et Romaniola scribit, se universis marchionibus, comitibus, baronibus *etc.* per dictas terras constitutis mandare, ut Iacobum de Laclusa civem Mediolanensem haereticum manifestum, qui mortem b. mem. fratris Petri Veronensis eiusdem ordinis diabolica persuasione procuraverat, cum omnibus suis bonis capiant ac in perpetuo carcere detineant. Praecipit eis, ut, si illi hoc mandatum neglexerint adimplere, illos ad id cogant. III non. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 224. n° 288. — »Significantibus dilectis filiis.«

„ 4 | „ | (14862) (Serloni) archiepiscopo Nidrosiensi concedit, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel praebendis aut beneficiis in ecclesia Nidrosiensi compelli nequeat. II non. Febr. a° 10°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 25. — »Paci et tranquillitati.«

„ 4 | „ | (14863) Eidem concedit, ut nonnullos clericos et laicos provinciae Nidrosiensis, qui iniciendo manus violentas in clericos vel religiosas personas et incendia committendo excommunicationis sententiam incurrerint, ab illa absolvat. II non. Febr. a° 10°. ‖ Lange l. c. 25. n° 26. — »Tua fraternitas nobis.«

„ 4 | „ | (14864) Eidem concedit facultatem dispensandi cum centum clericis civitatis et diocesis suae super defectu natalium. II non. Febr. a° 10°. ‖ Lange l. c. 26. — »Ut eo subditis.«

„ 4 | („) | * (14865) Thomae de Sabaudia propter amorem quem habet pro sorore sua Margarita comitissa Flandriae et quem habuit pro Iohanna comitissa Flandriae quondam uxore sua, dat sex mille libras, ita ut propter iura sua in haereditatem dictae quondam uxoris suae, debeantur illi 60000 librarum Turonensium, quas debebat Guido comes Flandriae filius dictae Margaritae comitissae, cuius summae Guido facere debet obligationem. »Assisii« (*error scribae?*) Feria III post purific. (assumpt.?) b. Virginis a° 10°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 166. n° 320.

„ 5 | „ | (14866) Archiepiscopis per regnum Hungariae constitutis concedit facultatem dispensandi cum illis, qui ad catholicam fidem conversi fuerint, super casibus ex quibus adhuc in gentilitatis errore manentes irregularitatem contraxerant. Non. Febr. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 179; Theiner Mon. Hungar. I. 217. n° 410. — »Cum sicut accepimus.«

„ 7 | „ | (14867) Magistro et fratribus domus s. Lazari Ierosolimitani significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in festo pentecostes *etc.* visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargiri. VII id. Febr. a° 10°. ‖ Tentzelii Supplem. historiae Gothan. II. 606. — »Licet is de.«

„ 8 | „ | (14868) (Odoni) Tusculano episcopo, qui in omnes illos christianos, qui nomen Machometi ac annorum a nativitate ipsius numerum in bisanciis et dragmis de cetero sculperent vel sculpi facerent in regno Hierosolymitano, principatu Antiocheno ac comitatu Tripolitano, excommunicationis sententiam promulgaverat, mandat, ut sententiam ipsam faciat inviolabiliter observari. (XI, *legerim*) VI id. Febr. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 52. — »Transmissa nobis insinuatione.«

„ 8 | „ | (14869) Episcopo Gratianopolitano mandat, curet ne prior et conventus Cartusiensis ordinis super praestatione vicesimae Terrae sanctae subsidio deputatae ab aliquibus indebite molestentur. VI id. Febr. a° 10°. ‖ Tromby Storia V. app. 193. n° 65. — »Religionis dilectorum filiorum.«

„ 8 | „ | (14870) Prioribus et conventibus universis eiusdem ordinis indulget, ut ad praestationem vicesimae in superiore epistola memoratae minime teneantur. VI id. Febr. a° 10°. ‖ Tromby l. c. 194. n° 66. — »Religionis vestrae meretur.«

„ 8 | „ | (14871) Genito archidiacono Simighiensi (Sunigiensi *Thein.*) in ecclesia Vesprimiensi mandat, ut magistro Iohanni Buxio capellano episcopi Placentini de personatu vel dignitate in cathedrali vel alia ecclesia regni Hungariae provideat. VI id. Febr. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 180; Theiner Mon. Hung. I. 217. n° 411. — »Gratia et favore.«

„ 9 | „ | * (14872) Thomae de Sabaudia comiti et eius haeredibus utriusque sexus donationem terrae Canapitii a Willelmo Romanorum rege factam confirmat. V id. Febr. a° 10°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 166. n° 321.

„ 9 | „ | (14873) (Raynaldo) Ostiensi et Velletrensi episcopo mandat, ut monasterium monialium s. Francisci de Arnales Zamoren. ordini s. Damiani uniat et incorporet eiusque curam gerat. V id. Febr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 648. n° 462. — »Apostolicae sedis benignitas.«

„ 9 | „ | (14874) Maioris ecclesiae s. Gaugerici decano ac officiali Cameracensi mandat, ut in causa litigiosa de scholis inter scabinos et homines villae Yprensis atque praepositum et conventum ecclesiae s. Martini loci eiusdem ord. s. August. Morinens. dioc., »quibus sicut dicitur a sede apostolica est indultum, ut nullus in eadem villa vel infra fines parochiarum ecclesiarum ipsius villae scolas regere possit absque dictorum praepositi et conventus licentia speciali,« statuant quod iustum fuerit. V id. Febr. a° 10°. ‖ Warnkönig Flandr. Staatsgesch. II. I. 170; *cf.* Diegerick Invent. 73. n° 86. — »Sua nobis scabini.«

1253.

Febr. 9 | Perusii | (14875) Iohanni de ordine Minorum episcopo Sambiensi mandat, ut in praedicatione crucis contra Conradum quondam Friderici olim imperatoris filium ac adhaerentes eidem absque negligentiae torpore procedat. V id. Febr. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 315; Sbaralea I. c. 649. n° 463. — »Cum tibi dudum.«

„ 9 | „ | (14876) Fratri Raymundo de Pennaforti ord. Praed. Barchinone commoranti capellano et poenitentiario suo mandat, ut, si invenerit, priorem et conventum monasterii s. Saturnini de Tavernul ord. s. Ben. Urgellens. dioc. Bernardum de Vemeto priorem prioratus s. Andreae infra pontes eiusd. ord. dictae dioc. in abbatem canonice postulasse, hanc postulationem confirmet. V id. Febr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 225. n° 289. — »Sua nobis dilectus.«

„ 10 | „ | (14877) Fratri Willelmo de Cika ord. Praedic. capellano W(illelmi) regis Romanorum mandat, ut contra Conradum filium quondam F(riderici) olim Romanorum imperatoris eiusque fautores fidelibus in regno Alemanniae crucem praedicet. IV id. Febr. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 225. n° 290. — »Ad promotionem negotii.«

„ 10 | „ | (14878) Iohanni de ordine Minorum episcopo Sambiensi praedicationem crucis contra Conradum dictum eiusque fautores persecutores ecclesiae per totum regnum Alemanniae committit faciens ei potestatem elargiendi indulgentias. IV id. Febr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 649. n° 464. — »Ut talentum verbi.«

„ 11 | „ | (14879) (Viviano) episcopo Ruthenensi mandat, ut Iordano canonico basilicae Principis apostolorum consanguineo S(tephani) tit. S. Mariae trans Tiberim presb. cardinalis in aliqua ecclesiarum comitatus Tholosani cathedrali vel alia de praebendali beneficio provideat. III id. Febr. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 650. n° 465. — »Volentes dilectum filium.«

„ 11 | „ | (14880) (Nicolao de Curbio) episcopo Assisinati concedit, ut ecclesias suae civitatis et diocesis corrigere ac reformare et praelatos clericosque earum, si culpa illorum exegerit, ecclesiis et beneficiis suis ratione praevia privet. III id. Febr. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. n° 466. — »Tuae merita devotionis.«

„ 13 | „ | * (14881) Roberto abbati condam monasterii de Dunfermelino S. Andreae dioc. mandat, ut Willelmo de Suineburne clerico regis Scotiae aliquod beneficium in regno Scotiae conferat. Id. Febr. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 64 in n° 170.

„ 14 | „ | (14882) Abbati S. Stephani Bononiensis mandat, ne permittat, ut abbas et conventus monasterii de Crispino ord. Vallisumbros. Faventin. dioc., a quibus potestas consilium et commune Florentini, fingentes monasterium ipsum esse in Florentina diocesi constitutum, tallias et collectas extorquere praesumunt, super praemissis ab illis aliquatenus molestentur. XVI kal. Mart. a° 10°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 196, *ubi* Innocentio III *male tribuitur*. — »Querelam dilectorum filiorum.«

„ 14 | „ | (14883) Abbatissae ac monialibus monasterii pauperum inclusarum s. Pauli Interamnensis ord. s. Dam. indulget, ut in procurationibus aut collectis aut datiis a quibusque personis coenobio dicto impositis solvere quidquam aut contribuere nullatenus teneantur. XVI kal. Mart. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 512. n° 100; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 651. n° 467. — »Vobis quas in.«

„ 15 | „ | (14884) Abbati et conventui monasterii s. Blasii in Silva Nigra ord. s. Ben. Constantiens. dioc. indulget, ut per litteras sedis apostolicae ad providendum alicui in pensionibus aut ecclesiis, in quibus ius patronatus habent, compelli minime possint. XV kal. Mart. a° 10°. ‖ Gerbert Nig. Silva III. 158. — »Ex parte vestra.«

„ 15 | „ | (14885) Stephano episcopo Praenestino indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in Strigoniensi ecclesia in pensionibus, praebendis, dignitatibus vel beneficiis ecclesiasticis minime teneatur invitus. XV kal. Mart. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 181; Theiner Mon. Hungar. I. 218. n° 413. — »Cum curam et.«

„ 20 | „ | (14886) (Odoni) episcopo Tusculano apostolicae sedis legato committit, ut nonnullos fratrum Praedicatorum et Minorum ad praedicandum Tartaris destinatorum creet episcopos eisque speciales quasdam concedat facultates. X kal. Mart. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1253 § 49; Ripolli Bullar. Praed. I. 226. n° 291; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 651. n° 468. — »Athleta Christi precipuus.«

„ 20 | „ | (14887) Henrico (Marino *Ugh.*) electo Barensi districte committit, ut Leonardum de Sermineto monachum monasterii Fossae Novae Cisterc. ord. Terracinae dioc. Iuvenacensi [Giovinazzo] ecclesiae in episcopum praeficiat. X kal. Mart. a° 10°. ‖ Garruba Pastori Baresi 220; Ughelli Ital. sacra VII. 727. — »Cum sicut te.«

„ 20 | „ | (14888) Episcopo Aleriensi insulae Corsicae concedit facultatem concedendi eis, qui ad inhabitandum castrum Aleriae venire, episcopum ipsum ac episcopalia iura defendere desiderent, illam peccaminum veniam, quam ipsorum animarum saluti expedire viderit. X kal. Mart. a° 10°. ‖ Ughelli l. c. III. 502. — »Exposuit nobis tua.«

„ 20 | „ | * (14889) Approbat remotionem clericorum quorundam de cura animarum, ab episcopo Pataviensi mandatam. X kal. Mart. a° 10°. ‖ Lang Regesta III. 28.

1253.

Febr. 21 Perusii (14890) (Bernardo) Neapolitano electo mandat, ut Thomam abbatem monasterii s. Stephani de Bosco Cisterc. ord. Squillacens. dioc. Marturanensi ecclesiae praeficiat in episcopum. IX kal. Mart. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 278; Tromby Storia V. app. 192 in n° 64, *omisso initio.* — »Volumus et tibi.«

» 22 » (14891) Bartholomaeo de Cornazano clerico (Iacobi) episcopi Portuensis consanguineo, cui Guillelmus S. Eustachii diaconus card. de papali mandato archidiaconatum Atheniensis ecclesiae et canonicatum ipsius contulit, hanc collationem confirmat. VIII kal. Mart. a° 10°. ‖ Ughelli l. c. I. 134. — »Iustis petitionibus.«

» 22 » (14892) Abbati et priori S. Pantaleonis Cisterc. ord. Lucan. dioc. mandat, citent Guidonem canonicum Pisanum, qui in omnes, qui cum corpore quondam Parentis civis Lucani ad domum fratrum Praedicatorum de Pisis, in qua idem prius sepulturam elegerat, pergerent illud sepelire, excommunicationis sententiam promulgaverat *etc.*, ut cum concanonicis suis infra tres septimanas compareat coram pontifice. VIII kal. Mart. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 29. n° 373. — »Conquestus est nobis.«

» 25 » (14893) Abbati et conventui monasterii s. Germani Autissiodorensis ord. s. Ben. indulget, ut episcopus Autissiodorensis et officialis eius nec pro absolutione, si homines dicti coenobii contingat aliquando excommunicationis vinculo innodari, nec pro contumacia ab eisdem pecuniam extorquere possint. V kal. Mart. a° 10°. ‖ Quantin Recueil 259. n° 547. — »Ex tenore vestre.«

» 25 » * (14894) Capitulo Iuvenacensi mandat, ut fratri Leonardo de Sarmineto ord. Cisterc. monacho Iuvenacensi episcopo electo obediant. V kal. Mart. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 727.

» 25 » (14895) (Serloni) Nidrosiensium archiepiscopo eiusque successoribus confirmat constitutionem, qua a praedecessoribus suis statutum est, ut Aslohensis, Hamarcipiensis, Bargensis, Stavangriensis, insulae Orcades, insulae Fareiae, Siterhaie et Ilasdensis et Grenelandiae episcopatus Nidrosiensi civitati »tanquam suae metropoli perpetuis temporibus« subiaceant. V kal. Mart. indict. XI. incarn. dom. a° 1252. pont. a° 10°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. II. 41; Lange Dipl. Norveg. III. I. 3. — »Licet omnibus discipulis.«

» 26 » (14896) Magistro Georgio et Dionysio canonicis ecclesiae Quinqueecclesiensis procuratoribus (Iobi) episcopi Quinqueecclesiensis concedit, ut pro prosequendis negotiis nomine ipsius episcopi usque ad summam quindecim marcarum auri pulveris ad pondus Venetum possint recipere mutuum. IV kal. Mart. a° 10°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. I. 144; Fejér Cod. dipl. IV. II. 181; Theiner Mon. Hungar. I. 218. n° 414. — »Cum sicut nobis.«

» 26 » (14897) Thomam ordinis Cisterc. Marturanensem electum, quem ad hanc sedem Bernardus Neapolitanus electus iussu papali vocaverat, confirmat. IV kal. Mart. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 278; Tromby Storia V. app. 192. n° 64. — »Cum a nobis.«

» 26 » (14898) Priorissae et conventui monasterii s. Mariae de Nazareth extra muros Papienses indulget, ut eisdem privilegiis et indulgentiis, quae ordini Praedicatorum concessa sint, gaudeant. IV kal. Mart. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 226. n° 292. — »Exigentibus devotionis vestre.«

» 26 » (14899) Universis Christifidelibus notum facit, se omnes qui villam Wgest ecclesiae in Kittlicz pertinentem vel alia quae subdita sint ecclesiae praedictae, temerario iure ausi fuerint infestare, a liminibus sanctae matris ecclesiae anathematis vinculo pellere et damnare; mandat ut omnis episcopus Misnensis diocesis huius sententiae sit executor. IV kal. Mart. a° 10°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. I. 61, *perperam ad* a. 1252. — »Notum facimus quod.«

Mart. 1 » (14900) Universis clericis et laicis Aquensibus Leodiens. dioc., quia post reditum suum ad devotionem ecclesiae tam in fide ipsius, quam in obsequio W(illelmi) regis Romanorum fervent, indulget, ut extra muros Aquenses non possint per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius in iudicium evocari absque speciali mandato sedis ipsius faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Kal. Mart. a° 10°. ‖ Noppius Aach. Chronick 237. n° 4; Meerman Geschied. V. 135; Quix Cod. dipl. Aquens. I. 122. — »Quia post reditum.«

» 1 » (14901) Ecclesiae s. Ypoliti in Austria Pataviens. dioc. patrocinium suscipit, statuit, »ut ordo canonicus, qui secundum Deum et b. Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur« et possessiones eius ac bona confirmat. Kal. Mart. indict. XI. incarn. dom. a° 1252. pont. a° 10°. ‖ Duellius Miscellan. (Aug. Vindel. 1723. 4°) I. 376 et 407.

» 5 » (14902) (Petro) episcopo Terdonensi mandat, ut monasterium s. Agathae Papiense ord. s. Ben. deformatum sororibus monasterii Placentini ord. s. Dam. assignet. III non. Mart. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 652. n° 469. — »Cum sicut accepimus.«

» 5 » (14903) Abbati S. Theuderii Viennens. dioc. et priori S. Albani Lugdun. dioc. mandat, ut Humbertum de Turre canonicum Parisiensem de cantoria Lugdunensi investitum in corporalem ipsius cantoriae possessionem inducant. III non. Mart. a° 10°. ‖ (Valbonnais) Hist. de Dauphiné I. (Geneve 1722. fol.) 196. CCC. — »Nobis oblata ex.«

1253.

Mart. 7 Perusii * (14903 a) Tarracinensi, Casertanensi ac Verulano episcopis mandat, ut Leonardo electo Iuvenacensi munus consecrationis impendant. Non. Mart. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 727.

» 9 »Apud Parusium canonizatus est VII id. Mart. (*vid.* n° 14926) b. Petrus de ordine Praedicatorum (apud Mediolanum a. 1252 occisus) sub Innocentio papa.« ‖ Ellenhardi Argentin. Annal. ap. Pertz M. G. H. scr. XVII. 102. *Cf.* n° 14926.

» 10 Perusii (14904) (Nicolao) episcopo Assisinati significat, se priori et capitulo Fulginatensibus indulgere, ut ad receptionem alicuius in pensionibus *etc.* per litteras apostolicas minime teneantur *etc.* Mandat ei, ne permittat ut illi contra huius indulgentiae tenorem ab aliquibus molestentur. VI id. Mart. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 652. n° 470. — »Meritis devotionis dilectorum.«

» 11 » (14905) Henricum ducem Lotharingiae et Brabanciae rogat et hortatur, ut W(illelmo) regi Romanorum contra quoslibet ipsius adversarios efficaciter et potenter assistat. »Nos enim nec in vita eiusdem regis nec etiam post eius obitum ... te ac tuos haeredes aliosque tibi adhaerentes aliquatenus in huius negotio deseremus nec pacem ... reformabimus cum adversariis supradictis.« V id. Mart. a° 10°. ‖ Meerman Geschied. V. 136. — »Cupientes imperii Romani.«

» 11 » (14906) Hug(oni) tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato scribit, (Henricum) ducem Brabantiae supplicasse, ut sedes apostolica Godefrido domino de Perwes et de Gribergis, consanguineo et consiliario suo, exponere se devotioni Romanae ecclesiae ac W(illelmi) regis Romanorum obsequiis cupienti decimas terrarum, quae in dominio ipsius Godefridi de novo redigi contigerit ad culturam, concederet. Committit ei, ut super hoc agat, prout negotio ecclesiae ac utilitati praefati regis viderit expedire. V id. Mart. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 227. n° 293; Meerman l. c. 138; Lünig Cod. dipl. Germ. II. (Reichs-Arch. XXVI.) 1107. n° 52. — »Ex parte dilecti.«

» 11 » (14907) Eidem significat, eundem ducem supplicavisse, ut, cum ipse in obitu patris sui gravibus remanserit debitis obligatus ac propter hoc Romanae ecclesiae ac W(illelmo) regi Romanorum assistere hactenus nequiverit prout gerat in votis, eidem in relevationem debitorum huiusmodi decimae terrarum, quas in ipsius dominio de novo redigi contigerit ad culturam, a sede apostolica concederentur. Committit legato *etc.* (*ut antea.*) V id. Mart. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. n° 294; Meerman l. c. 139; Miraei Opp. dipl. II. 1235. — »Ex parte dilecti.«

» 11 » (14908) Bartholomaeo de ord. Praedic. episcopo Nimociensi concedit, ut fratribus eiusdem ordinis, qui excommunicationis sententiam et notam irregularitatis incurrerint, beneficium absolutionis impendat, et isti valeant idem absolutionis beneficium episcopo impertiri. V id. Mart. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. n° 295. — »Cum nonnullos religiosos.«

» 11 » (14909) Petri de ordine Praedicatorum provisionem in episcopum et pastorem Hamarensis ecclesiae a (Serlone) archiepiscopo Nidrosiensi metropolitano eius factam confirmat. V id. Mart. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. n° 296; Lange Dipl. Norveg. VI. I. 27. n° 28. — »Cum sic venerabilis.«

» 13 » (14910) Collectoribus decimae ecclesiasticorum proventuum (Henrico) regi Angliae concessae in subsidium Terrae sanctae mandat, faciant ut eidem etiam de maneriis archiepiscoporum, episcoporum et praelatorum illa exhibeatur. III id. Mart. a° 10°. ‖ Rymer Foed. I. I. 166; Theiner Mon. Hibern. 57. n° 154. — »Cum sicut carissimus.«

» 13 » (14911) Henricum Lotharingiae ac Brabantiae ducem hortatur, ut ad defensionem ecclesiae Romanae viriliter se accingat et in fide ac devotione ipsius inviolabiliter perseveret. Personam eius cum familia et bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Addit: »Te volentes pro certo habere, quod ecclesia cum hostibus suis ad eam non veniet concordiam atque pacem, ut Conradus natus quondam Frederici, qui se pro imperatore gerebat, in Alemannia regali honore remaneat decoratus.« III id. Mart. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 6, *omisso initio et lacunosa.*

» 13 » (14912) Episcopo et praeposito Massiliensibus et archidiacono Magalonensi mandat, cogant fratres Praedicatorum et Minorum ordinum diocesis ac provinciae Arelatensis, ut praedicent non detinendas esse decimas, sed solvendas ecclesiarum ministris. III id. Mart. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 653. n° 471. — »Ex parte venerabilis.«

» 14 » (14913) Capitulo ecclesiae Sodrensis [Suderö] mandat, ut Richardum capellanum I(ohannis) tit. S. Laurentii in lucina presb. card., canonicum S. Andreae in Scotia, qui a Nidrosiensi archiepiscopo loci metropolitano eidem ecclesiae episcopus de mandato apostolicae sedis sit praefectus, illariter admittant eiusque mandatis intendant. II id. Mart. a° 10°. ‖ Chronica regum Manniae et Insul. ed. P. A. Munch 158; Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. I. 18. — »Rationis oculis intuentes.«

* *In eundem modum eodemque die:* Clero civitatis et dioc. Sodrensium — Populo civitatis et diocesis Sodrensium.

1253.

Mart. 14 Perusii (14914) Priori generali et universis fratribus ordinis Eremitarum s. Aug. concedit, ut baculos deferre minime teneantur. II id. Mart. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 470; *omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 48. — »Quanto studiosius divinae.«

» 14 » (14915) Abbati et priori de Middelburch Praemonstr. ord. Traiect. dioc. mandat, ut Henrico duci Brabantiae et Lothoringiae, qui pro animae suae et antecessorum suorum salute »quasdam decimas et res alias velit ecclesiis quibusdam conferri et praebendas institui ex eisdem,« quae sint Romanae ecclesiae censuales, »ad perficiendum auctoritatem ... impendant, iure patronatus in eisdem praebendis sibi et suis heredibus reservato.« II id. Mart. a° 10°. ‖ Meerman Geschied. V. 139; Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. I. 305. n° 582. — »Ex parte dilecti.«

» 15 » (14916) Abbati et conventui monasterii Lubensis Cisterc. ord. Wratislav. dioc. proventus quarundam decimarum, quos (Wilhelmus?) episcopus Lubicensis eis contulit, confirmat. Id. Mart. a° 10°. ‖ (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 189. — »Iustis petentium desideriis.«

» 15 » (14917) (Waltero) episcopo Dunelmensi mandat, faciat ut statuta pro reformatione ordinis s. Benedicti edita ab universis personis eiusdem ordinis suae civitatis et diocesis exacta diligentia observentur. Id. Mart. a° 10°. ‖ Wilkins Concil. I. 702. — »Cum sicut accepimus.«

» 17 » (14918) Repetit n° 14826 de 1253. Ianr. 5: »XVI kal. Apr. a° 10°« — »Solet annuere sedes.« ‖ Strehlke Tab. 372. n° 525.

» 20 » (14919) (Petro) episcopo Meldensi concedit, ut, si contigerit abbatissam et conventum monasterii Fare-Monasterii ord. s. Ben. aliquo tempore litigare contra sententiam in causa, quae vertebatur inter ipsas et praefatum episcopum super iuribus episcopalibus denegatis, per Guillelmum S. Eustachii diaconum cardinalem promulgatam et a sede apostolica confirmatam, ipsae provisionis ordinatae commodo careant et in nullo eis suffragetur provisio memorata. XIII kal. Apr. a° 10°. ‖ Theodori Poenitent. II. 735; Du Plessis Hist. de Meaux II. 159. n° 368. — »Cum in causa.«

» 20 » (14920) Priori monasterii de Ohsinhusin ord. s. Ben. Constantiens. dioc. mandat, ut monasterium s. Blasii in Nigra Silva Constant. dioc. contra clericos Alamanniae ad beneficia per litteras apostolicas promovendos defendat. XIII kal. Apr. a° 10°. ‖ Gerbert Nig. Silva III. 159. — »Porrecta nobis dilectorum.«

» 20 » (14921) Abbati et conventui monasterii de Lubens Cisterc. ord. Wratislav. dioc. possessiones vulgariter Bresina nuncupatas, quas Henricus dux Zlesiae eis contulit in recompensationem quorundam damnorum, quae eorum monasterio intulerat, confirmat. XIII kal. Apr. a° 10°. ‖ (Büsching) Urk. d. Klost. Leubus 191. — »Cum a nobis.«

» 21 » (14922) Eisdem possessiones vulgariter Sichova, Glinam, Brochilwiz et Polchowiz vulgariter appellatas, quas a Bolezlao duce Slesiae emerant, confirmat et communit. XII kal. Apr. a° 10°. ‖ Büsching l. c. 192. — »Cum a nobis.«

» 21 » (14923) Praeposito ecclesiae s. Martini Mutinensis dioc. mandat, ut (Manfredo) Vicentino episcopo singulis annis, quamdiu a sede propria exulaverit, a clero monasteriis et ecclesiis legationis O(ctaviani) S. Mariae in via lata diaconi cardinalis apostolicae sedis legati, quibus adhuc pro provisione episcopi congrua nihil fuit impositum, secundum suum arbitrium provideri faciat. XII kal. Apr. a° 10°. ‖ Riccardi Stor. dei vesc. Vicentini 95. — »Ex parte venerabilis.«

» 21 » (14924) Episcopo Aurelianensi mandat, ut barones dominos et alios nobiles Parisiensis diocesis, qui ad expugnationem libertatis Parisiensis ecclesiae leges et statuta condiderunt, excommunicationis vinculis innodet. XII kal. Apr. a° 10°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 210. — »Ventrum suum dolet.«

» 23 » (14925) Priori ecclesiae s. Mariae de Tabulis in Montepessullano Magalonens. dioc. mandat, ut, si ipsi constiterit, Guillelmum de Podio et Aymericum Raynaldi milites, Maurinum Guinonem et Guillelmum Augerii et quosdam alios laicos Albiensis civitatis et diocesis iniecisse manus in praepositum ecclesiae Albiensis, dictos sacrilegos publice excommunicatos nuntiet et faciat ab omnibus evitari. X kal. Apr. a° 10°. ‖ Auriac Hist. d'Alby 208. — »Conquestus est nobis.«

» 24 resp. 25 » (14926) Universis archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, prioribus, archipresbyteris, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, significat, se Petrum (Veronensem) de ordine fratrum Praedicatorum, qui circa defensionem fidei contra illius diros hostes continuum certamen exercens suum tandem agonem diutinum martyrio (d. 29. Apr. 1252) feliciter consummaverit, sanctorum cathalogo adscripsisse, eisque mandat, ut d. 29. April. festum praedicti sancti solemniter celebrent. VIII (IX *Cherub., B.*) kal. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 228; Cherubini Bullar. I. 99; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1251 § 4. XIII. 561; »IX Apr.« *et omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 10; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 562; *non integra* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 148. — »Magnis et crebris.«

1253.

Mart. 26 Perusii (14927) Iohanni de Ibellino comiti Ioppensi et domno Rametensi comitatum Ioppensem et Ascalonensem, quem ei (Henricus) rex Cypri cum omnibus suis dominiis, pertinentiis et iuribus concesserat, confirmat. VII kal. Apr. a° 10°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 649, *perperam ad* a. 1252; *cf.* II. 66. — »Licet ea que.«

» 26 » * (14928) Praepositis S. Bartholomaei in Frisaco et in Eberndorf Salzeburg. et Aquileiens. diocc. et archidiacono in Carinthia Salzeburg. dioc. mandat, ut inter abbatem conventumque de Victoria ex parte una et Henricum de Rogasch, Ottonem de Vinkenstein, Ulricum de Turxen et aliquot alios laicos Aquileiens. et Salzeburg. civitatum et diocc. ex altera, qui grangiam de Victoria hostiliter incendio devastaverant *etc.*, iudicium faciant, proviso ne in terram dictorum nobilium excommunicationis vel interdicti sententiam proferant, nisi super hoc a sede apostolica mandatum acceperint speciale. VII kal. Apr. a° 10°. ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 272. n° 1184.

» 27 » (14929) Abbati monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Parisiens. dioc. concedit, ut monachos sui coenobii a statutis institutioni ordinis s. Benedicti a Gregorio IX pp. praedecessore superadditis dispensare eosque ab excommunicationis vinculo, quo ob violationem praedictorum statutorum innodati erant, absolvere possit. VI kal. Apr. a° 10°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St.-Denys 584. — »Ex parte tua.«

» 28 » (14930) Rectori marchiae Anconitanae mandat, prohibeat ne homines seu commune Montis s. Iohannis Firman. dioc. recipere debeant ad habitandum secum Raynaldi de Brunforte vassallos, qui se ab illius dominio subtraxerunt. V kal. Apr. a° 10°. ‖ Colucci Antich. Picene XXX. cod. dipl. 16. n° 6; *cf.* Cronache della città di Fermo 406. n° 212. — »Cum dilectus filius.«

» 28 — Ferrariensi episcopo: »Laterani V kal. Apr. a° 10°«. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 379. n° 461, *vid.* 1207. Mart. 28. n° 3065.

» 30 Perusii * (14931) Monasterii Esromensis privilegia confirmat. III kal. Apr. a° 10°. ‖ Cod. dipl. monasterii Esrom. mpts. fol. 24; *cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 234.

» 31 » (14932) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. indulget, ut, licet olim statuerit ut exempti quantacumque libertate gaudeant, nihilominus tamen ratione delicti seu contractus aut rei rite possint coram locorum ordinariis conveniri, occasione huius constitutionis nihil praeiudicii in eorum libertates et immunitates in posterum generetur. II kal. Apr. a° 10°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St.-Denys 583. — »Cum olim duxerimus.«

Apr. 2 » (14933) Iohanni de Columpna priori provinciali ord. Praedic. in Romana provincia mandat, ut contra haereticos in patrimonio b. Petri et Tuscia constitutos praedicet verbum crucis. IV non. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 230. n° 298. — »Tunc potissime conditori.«

» 2 » (14934) Priori provinciali et fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia, Romaniola et marchia Tervisina mandat, ut nobiles, potestates et alios dictarum terrarum, qui nolunt statuta apostolica et imperialia contra haereticos edita in statutis civitatum et locorum facere scribi neque eadem observare, ad executionem praemissorum per censuram ecclesiasticam compellant. IV non. Apr. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 231. n° 299. — »Ad aures nostras.«

» 2 » (14935) Priori fratrum Praedicatorum Parisiensi varia dat mandata circa crucesignatos pro Terra sancta. IV non. Apr. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 231. n° 300; Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 50. — »Planxit hactenus non.«

» 3 » (14936) Thomae abbati S. Germani de Pratis mandat, ut circa correctionem excessuum subditorum suorum officii sui debitum nullatenus omittat. III non. Apr. a° 10°. ‖ Ger. Dubois Histor. ecclesiae Parisiens. II. (Paris. 1710. fol.) 380. — »Exhibita tua petitio.«

» 9 » * (14937) Abbati S. Mariae Vitis [de la Vid] mandat, ut monasterium s. Mariae de Ortis [Santa María de los Huertos] in Segovia Praemonstr. ord. »tam in capite quam in membris« corrigat et reformet diocesani episcopi iure salvo. V id. Apr. a° 10°. ‖ Indice de los docum. I. 86. n° 64, *male ad* a. 1208.

» 9 » Universis archiepiscopis et episcopis: »IX Apr. a° 10°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 10, *vid.* 1253. Mart. 24. n° 14926.

» 10 » (14938) Ugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali mandat, ut collationem trium beneficiorum, quam episcopus Argentinensis Waltero praeposito ecclesiae Argentinensis, nato Walteri domini de Gerolseke, licet nonnisi 19 annorum esset, fecerat, auctoritate apostolica confirmet. IV id. Apr. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 30. n° 374. — »Dilectus filius Walterus.«

» 11 » (14939) Priori et fratribus ecclesiae s. Dominici de Tolosa ord. fratr. Praed. significat, se universis vere poenitentibus et confessis, qui ad eandem ecclesiam in dicti sancti festo accesserint annuatim, indulgentiam 40 dierum concedere. III id. Apr. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. I. 233. n° 301. — »In sanctorum festivitatibus.«

1253.

Apr. 12 — Perusii — (14940) Guffridum archiepiscopum Antibarensem, cui ipse munus consecrationis impendit, ad Antibarensem ecclesiam transmittit eumque monet, ut iniunctam sibi dominici gregis custodiam studeat sollicite observare. II id. Apr. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 654. n° 473; Farlati Illyr. sacr. VII. 41; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 80 in n° 104. — »Qui ad custodiam.«

» 12 — » — (14941) Suffraganeis ecclesiae Antibarensis mandat, ut Guffridum de ordine fratrum Minorum eis a sede apostolica in archiepiscopum praefectum honorificentia debita recipiant ac eidem libenter exhibeant obedientiam. II id. Apr. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 653. n° 472; Farlati l. c. 42; Theiner l. c. 80. n° 104. — »Qui ad custodiam.«

* *In eundem modum* Archidiacono et capitulo et universo clero civitatis et diocesis Antibarensis.

» 12 — (») — * (14942) Commendat Tricaricensi capitulo Palmerium capellanum episcopi cardinalis Albanensis in episcopum. II id. Apr. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 150.

» 13 — » — (14943) Potestati, consilio et communi Castri s. Genesii, qui Camerinensem episcopum temporalem iurisdictionem in hominibus de Celleiano et de Ripamnerii exercere non permittebant ac homines in Castro de Campo rotundo morantes indebitis exactionibus aggravabant, mandat ut 15. die post praesentationem praesentium ad satisfaciendum de praedictis coram papa compareant. Id. Apr. a° 10°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 36. n° 28. — »Ad aures nostras.«

» 13 — » — (14944) Monasterium monialium s. Francisci Tudertinum ord. s. Dam. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates et immunitates a (Iacobo) Tudertino episcopo a. 1251. Apr. 4 eidem indultas confirmat. Id. Apr. indict. XI. incarn. dom. a° 1253. pont. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 655. n° 474. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 15 — » — (14945) Universis prioribus et fratribus ordinis Eremitarum supplicantibus confirmat, quod G(uilelmus) S. Eustachii diaconus cardinalis de confirmatione electionis Lanfranci Mediolanensis tunc prioris domus Bononiensis in generalem priorem eiusdem ordinis canonice factae, super professione ac electione necnon et nominatione prioris ipsius ordinis faciendis de cetero ac aliis articulis statuit. XVII (VII *Sbar., Bull. R.*) kal. Mai. a° 10° (2° *male Pen.*) Pennottus Cleric. canon. hist. 150; Empoli Bullar. 176; Sbaralea l. c. 656. n° 475; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 566. n° 32. — »Admonet nos cura.«

» 17 — » — (14946) Archiepiscopo Spalatensi mandat, ut electionem Stephani ecclesiae Sibinicensis archipresbyteri in eiusdem ecclesiae episcopum confirmet, si eam canonice celebratam invenerit. XV kal. Mai. a° 10°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 183; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 80. n° 105. — »Dilecti filii capitulum.«

1251. Nov. 5 — 1253. Apr. 17.

— — » — (14947) S(wantepolcum) ducem Pomeraniae hortatur, ut inviolabiliter compositionem inter ipsum fratresque hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Pruscia mediante magistro Iacobo archidiacono Leodiensi »quem propter hoc ad partes Prusciae specialiter destinavimus« factam (*cf.* 1249. Oct. 22. n° 13840) observans eisdem fratribus de damnis datis et irrogatis iniuriis contra compositionem hanc plenariam satisfactionem impendat. *Sine die, mense et anno.* ‖ David Preuss. Chronik III. Anh. 20. n° 10; Hasselbach Cod. Pomeran. I. 932. n° 464. — »Gravem ad nos.«

— — » — (14948) Universos marchiones, comites, barones ac potestates, rectores, consules et communia civitatum et aliorum locorum per Lombardiam, marchiam Tervisinam et Romaniolam constitutos rogat et hortatur, ut omnes illos, qui per inquisitores de haeresis crimine vel pro defensione aut favore haereticorum excommunicationis innodati vinculo vel denunciati publice excommunicati fuerint, bonis confiscatis eorum banno publico exponunt. *Absque nota chronol.* ‖ Matthaeus Summa 4. n° 2. — »Cum fratres Praedicatores.«

— — » — (14949) Potestatem, consilium et commune Brixienses rogat et hortatur, ut Placentinis pro libertate sua et statu provinciae Lombardiae pugnantibus, cum opus fuerit, succurrant ita, »quod vestro adiuti auxilio possint resistere hostibus et in dilectione nostra solidius permanere.« *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 162. — »Sancte dilectionis affectum.«

1253.

Apr. 22 — » — De causa Remensis archiepiscopi eiusque suffraganeorum: X kal. Mai. a° 10°. ‖ Varin Arch. adm. de la ville de Reims I. II. 670, *vid.* 1246. Apr. 21. n° 12062.

» 25 — » — Universis prioribus et fratribus ordinis Eremitarum: »VII kal. Mai. a° 10°«. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 656. n° 475; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 566. n° 32, *vid.* 1253. Apr. 15. n° 14945.

1252. Iun. 28 — 1253. Apr. 25.

— — Perusii — * (14950) Bulle adressée au clergé de Touraine pour se plaindre de ce qu'il laissait porter les causes des ecclésiastiques, tant réguliers qu'irréguliers, devant les juges séculiers. Il lui fait défense d'en agir ainsi à l'avenir. A° 10°. ‖ Mabille Catal. des diploms (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV.) 139. n° 1331bis.

1253.

Apr. 27 — de Perusio Assisium, — »Recedens postmodum ipse papa dominica die octavarum resurrectionis Domini a° Di 1253 pontificatus sui a° 10° venit ubi cives civitatis illius ipsum cum tanto gaudio susceperunt. . . . . Et moratus est tota illa aestate cum omni sua familia in loco b. confessoris s. Francisci.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 32 ap. Baluze Miscell. VII. 391 (ed. Mansi I. 203).

Mai. 1 — (Assisii) — * (14951) Vernacium capellanum suum, quem capitulum Rheginum in archiepiscopum elegit, confirmat. Kal. Mai. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 327.

» 2 — » — (14952) (Henrico) episcopo Avelbergensi mandat, ut, cum episcopus et capitulum Lubusenses quasdam decimas ad ecclesiam Lubucensem spectantes pro certa pecuniae quantitate annis singulis persolvenda Iohanni et Ottoni marchionibus Brandeburgensibus perpetuo concesserint et dicti marchiones concessionem hanc apostolico roborari munimine petiverint, super his provideat et, quod provisum fuerit, statuat inviolabiliter observandum. VI non. Mai. a° 10°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XX. 185. n° 12. — »Dilecti filii nobiles.«

» 2 — » — (14953) (Iohanni) episcopo Sambiensi mandat, dispenset prout viderit expedire cum Theoderico nato marchionis Misnensis et filia unica Iohannis marchionis Brandeburgensis quarta consanguinitatis linea coniunctis, ut matrimonium per verba contractum consummare valeant. VI non. Mai. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 658. n° 476; Riedel l. c. 2. Hauptth. I. 39. n° 55. — »Ex parte dilecti.« *Cf.* 1253. Iul. 15. n° 15058 *et* 1255. Febr. 15.

» 3 — (») — * (14954) Capitulo Hydruntino Matthaeum de Palma electum Hydruntinum ex capellano episcopi Ostiensis commendat. V non. Mai. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 57.

» 5 — » — (14955) Magistro et fratribus hospitalis s. Spiritus in Soltwedel Verdens. dioc. ad preces marchionissae Brandeborgensis et natae ipsius ducissae de Brunswick indulget, ut generalis tempore interdicti liceat eis in ecclesia sua clausis ianuis *etc.* divina celebrare officia vel facere celebrari. III non. Mai. a° 10°. ‖ Danneil Kirchengesch. der Stadt Salzwedel 3; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XIV. 6. n° 10. — »Solet annuere sedes.«

» 5 — » — (14956) Praeposito ecclesiae in Iericho Havelbergens. dioc. de epistola superiore significat eique mandat, curet ne dicti magister et fratres super his ab aliquibus indebite molestentur. III non. Mai. a° 10°. ‖ Riedel l. c. 1. Hauptth. XXV. 172. — »Dilectarum in Christo.«

» 5 — » — (14957) (Guillelmo) episcopo Lubusensi scribit, Iohannem et Ottonem marchiones Brandeburgenses 400 mansos cum iuribus et libertatibus permutationis nomine concessisse episcopo et capitulo Caminensis ecclesiae pro quibusdam possessionibus, decimis ac aliis bonis ad ecclesiam Caminensem spectantibus, quae per illicitam alienationem temere a laicis occupata sint, ita ut revocari non potuissent ad ius et proprietatem ecclesiae memoratae; mandat ei, ut super his provideat vel ordinet inter partes, quod earum in hac parte voto et commodo satisfaciat. III non. Mai. a° 10°. ‖ Riedel l. c. 2. Hauptth. I. 39. n° 56; Klempin Pommersches UB. I. 439. n° 567. — »Dilecti filii nobiles.«

» 5 — » — (14958) Landulpho de Ceccano sub debito fidelitatis et poena 500 marcarum mandat, ut, cum senator et populus Urbis intendant Terracinenses suae iurisdictioni subiicere et a devotione avellere Ecclesiae, si adversus eosdem Romanorum congregetur exercitus vel iidem exiverint contra eos hostiliter, nullo alio a sede apostolica exspectato mandato in succursum potenter accedat ipsorum eisque totis viribus assistat. III non. Mai. a° 10°. ‖ Contator Hist. Terracin. 62. — »Ex litterarum serie.«

* *In eundem modum* Berardo de Ceccano — Bartholomaeo de Supino — Berardo de Pileo — Conrado de Sculcula — Dominis de Sermineto — Dominis de Pophis — Dominis de Ceperano *etc.*

» 5 — » — (14959) Potestati, consilio et communi Anagninensibus scribit de eodem argumento in eundem modum. III non. Mai. a° 10°. ‖ Contator l. c. 64. — »Ex litterarum serie.«

* *In eundem modum* Alatrinis — Verulanis — Veliternensibus — Signinis — Pipernensibus — Coranis — Setinis — Nymphanis.

» 5 — » — (14960) Rectori, consilio et communi Terracinensibus, quos senator et populus Urbis suae iurisdictioni subiicere conabantur, mandat ut constantiam minime deserant et pro libertate sua impetitionibus Romanorum resistant. III non. Mai. a° 10°. ‖ Vitale Senatori di Roma 584; Contator l. c. 67. — »Ex serie litterarum.«

» 5 — » — (14961) Bartholomaeo quondam episcopo Quinqueecclesiensi concedit facultatem dispensandi cum duobus clericis suis, ut ipsorum utrique duo ecclesiastica beneficia, si curam

1253.

animarum habeant et eis canonice offerantur, in Burgundia, recipere ac retinere possint. III non. Mai. a° 10°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 145; Fejér Cod. dipl. IV. II. 183; Theiner Mon. Hungar. I. 218. n° 415. — »Ut apostolicae sedis.«

Mai. 5 Assisii (14962) Archiepiscopis, episcopis necnon abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis ac universis Christifidelibus in regno Hungariae ac ducatu Sclavoniae constitutis significat, se (Stephanum) Praenestinum episcopum, commisso ei plenae legationis officio, illuc de latere suo mittere. Mandat eis, ut legatum cum debita reverentia et honore recipiant. III non. Mai. a° 10°. ‖ Fejér l. c. 185; Theiner l. c. 218. n° 416; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 27; ap. Katona Hist. crit. VI. 195; ap. Fejér l. c. 184. — »Illius licet immeriti.«

» 6 » (14963) Georgio et Dionysio canonicis ecclesiae Quinqueecclesiensis procuratoribus (Iacobi) episcopi Quinqueecclesiensis concedit, ut, non obstantibus aliis litteris eis a sede apostolica concessis super 15 marcarum auri mutuo contrahendo (*cf.* 1256. Febr. 26), nomine ipsius episcopi usque ad summam 19 marcarum auri pulveris ad pondus Venetum mutuum recipere possint. II non. Mai. a° 10°. ‖ Koller l. c. II. 146; Fejér l. c. 187; Theiner l. c. 219. n° 417. — »Cum sicut nobis.«

» 7 » (14964) (Brancaleonem) senatorem Urbis rogat et monet, ut mandatum, petitionem vel exactionem, quae rectori consilio et populo Terracinensibus fecerit ab eis requirens »quod senatoris iurarent servare mandata quodque eidem et populo Romano parlamentum et exercitum facerent et accederent ad solitos ludos Urbis ibique communi vel specialibus personis redderent rationem,« revocet ipsosque vel civitatem nullis huiusmodi occasione infestet molestiis. Non. Mai. a° 10°. ‖ Contator Hist. Terracin. 65; Vitale Senatori di Roma I. 114. — »In admirationem deducimur.«

» 8 » Alberico de Romano de bonis Ecelini. VIII id. Mai. a° 10°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 342, *vid.* 1254. Mai. 8.

» 8 » (14966) Bartholomaeo episcopo quondam Quinqueecclesiensi petente statuit, ut (Iobus) episcopus Quinqueecclesiensis, alioquin successor ipsius 100 marcas argenti pro ei subtractis in kalendis Maii proximo venturis, ac idem ac quilibet alius, qui ecclesiae praedictae pro tempore praefuerit, totidem marcas puri et legalis argenti ad pondus Venetorum apud Venetias in hospitali s. Iohannis Ierosolimitani annuatim in eisdem kalendis illi vel illius nuncio, quoad vixerit, nomine pensionis persolvere teneantur. VIII id. Mai. a° 10°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccles. II. 148; Fejér Cod. dipl. IV. II. 188; Theiner Mon. Hungar. I. 219. n° 418. — »Cum sicut ex.«

» 8 » (14967) Archiepiscopo Strigoniensi in iuramento obedientiae firmiter praecipiendo mandat, ut, quotiens a Bartholomaeo episcopo quondam Quinqueecclesiensi vel eius nuncio fuerit requisitus, et per magistrum vel praeceptorem hospitalis s. Iohannis Ierosolimitani apud Venetias ipsi constiterit, quod in termino statuto nuncius ipsius Bartholomaei episcopi praesens exstiterit pro recipiendis ducentis marcis argenti eidem episcopo pro sustentatione concessis et scienter non fuerint persolutae, (Iobum) episcopum Quinqueecclesiensem, qui per duos iam annos in huius provisionis solutione praedecessori facienda cessaverit, excommunicatum nunciet. VIII id. Mai. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 220. n° 419; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 236. — »Cum sicut ex.«

» 10 » (14968) Hugoni tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato postulanti »an, cum mandamus alicui clero de praelatura, personatu vel dignitate aut praebendali vel ecclesiastico beneficio in aliqua ecclesiarum civitate vel diocesi provideri, mandatum huiusmodi ad cathedralem ecclesiam extendatur,« respondet, suam intentionem se non extendere ad cathedralem ecclesiam. VI id. Mai. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 234. n° 302. — »Per tuas a.«

» 10 » (14969) (Iobo) episcopo Quinqueecclesiensi indulget, ut Bartholomaeo quondam episcopo Quinqueecclesiensi de antiquo debito centum marcas argenti in kalendis Maii futuris apud Venetias persolvat et nonnisi medietatem pensionis exhibendae in eisdem loco et termino annuatim de cetero ei solvere teneatur. VI id. Mai. a° 10°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 147; Fejér Cod. dipl. IV. II. 190; Theiner Mon. Hungar. I. 220. n° 420. — »Cum sicut ex.«

» 12 » (14970) Abbati et conventui monasterii de Passelet ord. s. Ben. (?) Glasgwens. dioc. ecclesias de Dundonald, de Sanchar, de Awchinles et de Kyllinam confirmat. IV id. Mai. a° 10°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 226. — »Cum a nobis.«

» 13 » (14971) Archiepiscopos, episcopos, abbates . . . et alios ecclesiarum praelatos rogat et hortatur, ut privilegia, indulgentias et libertates ordini Cisterciensi ab apostolica sede concessa . . . observent et ab illorum coactione ac molestia penitus quiescant. III id. Mai. a° 10°. ‖ Westphalen Mon. ined. III. 1575; Meklenb. UB. II. 41. n° 720. — »Dilecti filii abbas.«

» 14 » (14972) Universis Christifidelibus per regnum Boemiae, Moraviam, Sarbiam et Pomoraviam constitutis nunciat, se ad eos abbatem de Mezano duxisse destinandum, ut ipsis

1253.

contra Tartaros ac alios paganos christianorum sanguinem sitientes praedicet verbum crucis ac ipsius caractere eos praemuniat. Omnibus qui contra Tartaros receperint signum crucis, illud privilegium elargitur, quod accedentibus in Terrae sanctae subsidium conceditur. II id. Mai. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1253 § 21 *omisso initio*; Theiner Mon. Polon. I. 51. n° 107; Klempin Pommersches UB. I. 440. n° 569 *omisso initio*; Turgenevii Russ. monim. I. 79; *cf.* Palacky Reise 33. n° 219; Erben Reg. Bohem. I. 613. n° 1327. — »Cum ad aliorum.«

* *In eundem modum* Archiepiscopis et episcopis et universis Christifidelibus per Rusciam constitutis.
* » » » Universis Christifidelibus per Poloniam constitutis. ‖ Theiner l. c.

Mai. 15 Assisii (14973) (Willelmo) episcopo Glasguensi concedit, ut super terris, quae Glasguensi ecclesiae in elemosinam sunt collatae, saeculare sequi forum vel in eo respondere quibuslibet conventus nullatenus teneatur. Id. Mai. a° 10°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 158. n° 197. — »Cum de rebus.«

» 15 » (14974) Brechinensi et Dunkeldensi episcopis de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant ut dictus episcopus super his molestetur. Id. Mai. a° 10°. ‖ Reg. ep. Glasg. l. c. n° 198. — »Cum de rebus.«

» 17 » (14975) Abbati de Mezano apostolicae sedis legato mandat, ut, cum principes et habitatores Poloniae in signum subiectionis sedi praefatae annis singulis censum, qui denarius s. Petri vulgariter appelletur, persolverint hactenus et persolvant, non permittat eos ab aliquibus molestari et, si quas infeudationes, distributiones aut occupationes de terra Poloniae invenerit tam a W(ilhelmo) rege Romanorum quam ab aliis factas, denunciet aliquatenus non valere. XVI kal. Iun. (Iul. *Rayn.*) a° 10°. Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 24; Theiner Mon. Polon. I. 52. n° 108; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. I. 613. n° 1328; *cf.* Palacky Reise 33. n° 220. — »Licet apostolatus officium.«

» 18 » (14976) Potestati, consilio et communi Parmensibus notificat laetitiam, quam habuit super reformatione pacis habitae inter se invicem, monens eos ut in omnibus processibus suis Dei omnipotentis reverentiam et apostolicae sedis benivolentiam prae oculis habeant. Addit, se Vitalio electo Parmensi mandasse, ut Parmensibus extrinsecis ad communionem suae civitatis redeuntibus super eo, quod quondam Friderico olim imperatori vel Conrado nato eius aliisque complicibus contra ecclesiam eiusque devotos praestiterint auxilium vel favorem, beneficium absolutionis impendat. XV kal. Iun. a° 10°. ‖ Hahn Coll. monum. I. 183; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 1435. n° 2. — »Impleverat cor nostrum.«

» 18 » (14977) Priori S. Iustinae Ferrariensis mandat, ut contra potestatem et commune Bononienses, qui, cum accederent contra Mutinenses tunc quondam Friderico imperatori in praeiudicium libertatis ecclesiasticae adhaerentes, tandem Castrum s. Caesarei Mutinensis dioc. cum domibus suis et omnibus aedificiis funditus diruerant, sine speciali mandato apostolico de cetero non procedat, sed interdicti vel excommunicationis sententias, si quas in eos forsan promulgaverit, sine difficultate relaxet. XV kal. Iun. a° 10°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 276. — »Significaverunt nobis dilecti.«

» 19 » (14978) Guardiano fratrum Minorum Gerundensium mandat, ut, si postulationem de Guillelmo priore monasterii de Colle ord. s. Ben. Vicen. dioc. in abbatem monasterii s. Petri de Bisulduno eiusd. ord. Gerund. dioc. canonice celebratam invenerit, eandem confirmet. XIV kal. Iun. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 512. n° 101; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 658. n° 477. — »Dilecti filii prior.«

» 19 » (14979) Abbati de Mezano apostolicae sedis legato mandat, ut terram quae Galens dicitur et omnes alias terras paganorum annectere studeat cum ducis Lanchitiae et Cuiaviae consensu episcoporum diocesibus vicinorum. XIV kal. Iun. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 52. n° 109. — »Dilecti filii nobilis.«

» 19 » (14980) Eidem mandat, ut terras paganorum annectere studeat cum ducis Cracoviae consensu episcoporum diocesibus vicinorum. XIV kal. Iun. a° 10°. ‖ Theiner l. c. in n° 109. — »Dilecti filii nobilis.«

» 19 » (14981) Duci Lanchitiae (Lachintiae *Rayn.*) et Cuiaviae concedit, ut paganos terrae, quae Polexia vulgariter appellatur, sub sua possit protectione recipere ac dominio retinere. XIV (IV *Rayn.*) kal. Iun. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 25; Theiner l. c. n° 110; *cf.* Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. II. I. 49. n° 59. — »Cum sicut te.«

» 19 » (14982) Duci Cracoviae concedit, ut paganos terrarum, quae sunt contiguae terrae eius sub sua protectione recipere ac dominio retinere possit. XIV kal. Iun. a° 10°. ‖ Theiner l. c. in n° 110. — »Cum sicut te.«

» 22 » (14983) Archiepiscopis et episcopis regni Angliae, qui sedi apostolicae conquesti erant, quod Anglicana ecclesia in beneficiorum provisionibus pro alienigenis intolerabiliter per curiam Romanam sit gravata in eiusdem grave dispendium et scandalum Anglicorum, cum eaedem provisiones summam 50000 marcarum annis singulis excedere asse-

1253.

rantur, respondet. xi kal. Iun. a° 10°. ‖ Wilkins Concil. I. 700; Rymer Foed. I. i. 166. — »Habet ecclesia Romana.«

Mai. 23 — Assisii — (14984) Archiepiscopo Armachano mandat, ut cessionem episcopi Rathbotensis, qui »non solum impotens et debilis prae senectute nimia est effectus, sed oculorum lumine destitutus,« recipiat. x kal. Iun. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 57. n° 155. — »Significavit nobis venerabilis.« *Cf.* 1252. Mart. 7. n° 14528.

„ 23 — „ — * (14985) Eidem repetit mandatum d. d. 1252. Oct. 15 (*vid.* n° 14750). x kal. Iun. a° 10°. ‖ Theiner l. c. 56 in n° 151.

„ 25 — „ — »Consecrationem ecclesiae s. Francisci Assisii faciendam praedixit (papa) in dominica praecedente festum ascensionis Domini. Adveniente quoque termino praefinito consecrata est ipsa ecclesia et altaria in eadem per dominum memoratum et episcopos quoque plures.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 32. 33 ap. Baluze Miscell. VII. 392 (ed. Mansi I. 203).

„ 26 — -- — Magistro et prioribus provincialibus fratrum Praedicatorum: »Perusii vii kal. Iun. a° 10°«. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 30. n° 375, *vid.* 1252. Mai. 26. n° 14605.

„ 28 — Assisii — (14986) Fratri Bartholomaeo de ordine Praedicatorum germano (Henrici) regis Angliae significat, se eum in capellanum suum recepisse de gratia speciali. v kal. Iun. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. I. 234. n° 303. — »Tue religionis et.«

„ 28 — „ — (14987) Universos Christifideles rogat et hortatur, ut, cum domus s. Mariae de Mogila Cracov. dioc. collapsa sit in spiritualibus temporalibusque et Iohannes tit. S. Laurentii in lucina presb. card. ibi ecclesiam, »quam squalida vetustas obruerat,« in statum erigat per fabricam operis sumptuosi, ad haec grata caritatis subsidia erogent. v kal. Iun. a° 10°. ‖ (E. Janota) Diplomata monasterii Clarae Tumbae prope Cracoviam (w Krakowie 1865. 4°) 19. n° 26. — »Quoniam ut ait.«

„ 29 — („) — * (14988) Minoritas in Lindaugia protegendos suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. »Viterbii« iv kal. Iun. a° 10°. ‖ Jos. Würdiger Urk.-Auszüge z. Gesch. der St. Lindau 2 — *in* Schriften des Vereins f. Gesch. des Bodensee's u. s. Umgeb. Lindau. Heft II. 1870.

„ 29 — „ — Duci Lachintiae et Cuiaviae: »iv kal. Iun. a° 10°« — »Cum sicut te.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 25, *vid.* 1253. Mai. 19. n° 14981.

„ 31 — „ — (14989) Priorem et fratres Eremitas in Ultramontanis partibus constitutos sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. ii kal. Iun. indict. XI. incarn. dom. a° 1253. pont. a° 10°. ‖ Empoli Bullar. 181 et 335. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Iun. 1 — „ — (14990) Universis Christifidelibus fabricae ecclesiae fratrum Minorum Constantiensium ac eorum indigentiae subvenientibus indulgentiam 40 dierum elargitur. Kal. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 616. n° 417. — »Quoniam ut ait.«

„ 2 — („) — * (14991) (Conrado) episcopo Frisingensi, cuius ecclesiae bona dux Bavariae rapinis et incendiis devestaverat, concedit, ut possit retinere ad manus suas quasdam ecclesias Frisingensis diocesis spectantes ad ipsius episcopi collationem. iv non. Iun. a° 10°. ‖ Deutinger Beyträge II. 155. n° 23.

„ 3 — „ — (14992) Baldistricto civi Senensi, cuius parentes non modicam quantitatem bonorum per pravitatem usurariam acquisiverant, indulget, ut bonis illicite acquisitis consilio (Nicolai) Assisiatensis episcopi, licite vero acquisitis ipse eiusque heredes libere uti possint. iii non. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 659. n° 478. — »Exposuisti nobis quod.«

„ 4 — „ — * (14993) Pro consummandis aedificiis ecclesiae fratrum Minorum de Lindavia indulgentias concedit. ii non. Iun. a° 10°. ‖ Lang Regesta III. 31.

„ 4 — „ — (14994) Conventui monasterii s. Felicis de Vada ord. s. Ben. Pisan. dioc. mandat, ut Iordani abbati, cui apud sedem apostolicam per (Nicolaum) Assisinatem episcopum fecerit benedictionis munus impendi, ad ipsos revertenti obedientiam impendant. ii non. Iun. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. n° 479. — »Cum dilecto filio.«

* *In eundem modum* Clericis ecclesiarum S. Felicis de Vada — Populo de Vada, *ut eidem fidelitatis iuramentum praestent.*

„ 4 — „ — (14995) Hugoni tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut contra clericos et capellanos proferentes indulgentias, quibus dicatur, »quod patrum, fratrum et consanguineorum suorum indevotio eis obesse nequeat, quominus possint praelaturas, personatus et beneficia ecclesiastica retinere,« petente W(illelmo) Romanorum rege procedat, cum ex hoc in Alemanniae partibus promotioni Romani imperii et negotii generalis ecclesiae impedimentum non modicum generetur. ii non. Iun. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 234. n° 304. — »Ex parte carissimi.«

„ 4 — „ — (14996) Eidem mandat, dispenset cum Frederico scholari germano Henrici domini de Lichtemben advocato Argentinensi, ut, postquam fuerit clericali charactere insignitus,

1253.

plura ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura recipere ac retinere possit. ii non. Iun. a° 10°. ‖ Ripoll l. c. 235. n° 305. — »Ad faciendam gratiam.«

Iun. 4 — Assisii — (14997) De Reitenbuch, de Steingaden et de Polling ecclesiarum praepositis Frising. et Augustens. diocc. mandat, ut, si eis constiterit, statuta pacta et ordinationes ab (Ottone) duce Bawariae in terra sua esse edita contra libertatem ecclesiasticam, eadem auctoritate apostolica penitus revocent. ii non. Iun. a° 10°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 40. — »Ad audientiam nostram.«

„ 5 — „ — (14998) (Nicolao) episcopo Cameracensi scribit, concessum esse olim (Alberto) archiepiscopo Livoniae Estoniae et Prusciae, quod de proventibus archiepiscopatus sui propter malitiam habitantium in eodem non potuisset sustentari, ut proventus Lubicensis ecclesiae pastoris regimine destitutae posset pro sustentatione sua quoad viveret ad manus proprias retinere. »Verum .... idem archiepiscopus nonnullos redditus episcopatus Livoniae, ex quibus sustentari commode potest, postmodum acquisivit.« Itaque ei mandat, ut praedictam concessionem proventuum Lubicensis ecclesiae praefato archiepiscopo factam revocet, I(ohannem) de Diest ordinis fratrum Minorum episcopum Sambiensem a vinculo, quo teneatur Sambiensi ecclesiae, absolvat eumque ecclesiae Lubicensi praeficiat in episcopum et pastorem. Non. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 660. n° 480; Meerman Geschied. V. 142. — »Olim exponente nobis.« *Cf.* 1254. Mart. 4. n° 15263.

„ 6 — „ — (14999) Ministrum et fratres universos ordinis Minorum a cura et regimine monialium ord. s. Damiani liberat. viii id. (Iul., *sed legas*) Iun. a° 10°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 316 § 38; Sbaralea l. c. 619. n° 419. — »Petitio vestra nobis.«

„ 6 — „ — * (15000) Herbordo canonico Pragensi notario (Wenceslai) regis Boemiae indulget, ut, cum de vitae munditia, litterarum scientia et honestis moribus commendetur, praeter ecclesiastica beneficia, quae ex dispensatione apostolica canonice adeptus sit, possit adhuc unicum aliud ecclesiasticum beneficium licite recipere. viii id. Iun. a° 10°. ‖ Palacky Reise 33. n° 221.

„ 6 — „ — * (15001) Ecclesiam s. Mariae Fontis gratiae (in Studenitz) ord. s. Aug., priorissa eiusque sororibus postulantibus, tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, e. g. Studenitz, Grissendorf, Schebratin *etc.*, iura ac privilegia confirmat. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. (1850) 254.

„ 7 — „ — (15002) (Stephano) episcopo Praenestino, qui de Strigoniensi ecclesia translatus erat, sed, cum graviorem aeris Italici intemperiem non ferret, exoraverat postmodum, ut ad Strigoniensem sedem ipsum iterum traduceret, permittit ad Strigoniensem mense Iunio ea lege redire, ut si usque ad festum Omnium Sanctorum Strigoniensis ecclesiae possessionem adierit, tunc Praenestina ecclesia cum dignitate cardinalatus statim vacet ac, si usque tunc possessionem huiusmodi non obtinuerit et post festum ipsum vel etiam ante reverti ad sedem apostolicam elegerit, redire ei liceat cedendo eidem Strigoniensi ecclesiae in manibus alicuius praelatorum regni Ungariae, ita tamen »quod infra festum nativitatis dominicae proxime futurum ad nostram praesentiam sis reversus.« vii id. Iun. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 209; Kollar Hist. iur. patron. 166; Katona Hist. crit. VI. 209; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 191; Theiner Mon. Hungar. I. 221. n° 421. — »Etsi erga ecclesias.«

„ 7 — „ — (15003) Priori fratrum Praedicatorum de Venetiis mandat, moneat abbatem et conventum monasterii de Pomposa, ut quandam possessionem sitam in districtu Ferrariae, quae Polesinus Zochae vulgariter appelletur, Hugacto militi Tervisino eiusque filio Conrado restituant. vii id. Iun. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 235. n° 306. — »Sua nobis dilectus.«

„ 7 — „ — (15004) Abbatem et conventum monasterii de Cella b. Virginis (*i. e.* Sarensis) Cisterc. ord. Olomucens. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem eis domos, terras, pascua, prata *etc.* confirmat. vii id. Iun. a° 10°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 150. n° 179; *cf.* Erben Reg. Bohem. I. 601. n° 1305, *perperam ad* a. 1252. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 9 — „ — (15005) Potestatem, consilium et commune Terracinenses, contra quos senator et populus Urbis »precibus implacabiles« arma paraverant iamque hostiliter procedebant, certiores facit, se universis potestatibus, consiliis et communibus civitatum, castrorum et aliorum locorum per Campaniam et Maritimam constitutis aliisque fidelibus nobilibus suis sub debito fidelitatis et certa poena districte dare in mandatis, ut in eorum auxilium viriliter et potenter procedant. Confortat eos in Domino et hortatur, ut agonem iustitiae, quem ceperint et causam status sui intrepidis animis percurrant. v id. Iun. a° 10°. ‖ Contator Hist. Terracin. 191. — »Intellecto quod nobilis.« *Cf.* n° 14958—60. 15011. 12.

„ 9 — „ — (15006) Archiepiscopo Lundensi et (Iacobo) episcopo ac magistro Iohanni Stichil canonico Roskildensibus notum facit, se Ingreth viduam Conradi comitis de Regenstein Alberstadens. dioc. cum familia et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscepisse, eisque mandat, ut illam a molestatoribus propter hoc defendant. v id. Iun. a° 10°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 194. — »Sincere devotionis quam.«

1253.

Iun. 9 | Assisii | (15007) Capitulo Strigoniensi mandat, ut, cum (Stephanus) episcopus Praenestinus propter insueti aeris intemperiem et etiam propter alia quae in partibus Ungariae sollicitudini suae imminere proponat, licentiam redeundi ad partes easdem, dulcedine natalis soli eum ad hoc attrahente, postulaverit, et papa ei archiepiscopatum Strigoniensis ecclesiae de speciali gratia duxerit denuo conferendum, eundem hilariter recipiant et exhibeant eidem obedientiam debitam. v id. Iun. a° 10°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 210; Fejér Cod. dipl. IV. ɪɪ. 193; Kollar Hist. iur. patron. 167; Theiner Mon. Hungar. I. 221. n° 422. — »Olim fama nominis.«

„ 9 | „ | (15008) (Belam) regem Ungariae de superiore ad capitulum Strigoniense epistola certiorem facit eumque rogat, ut (Stephanum) episcopum favore regio prosequatur. v id. Iun. a° 10°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 199; Fejér l. c. 194; Kollar l. c. 168; Theiner l. c.; *cf.* Ughelli l. c. — »Olim fama nominis.«

„ 9 | „ | (15009) (Stephano) episcopo Praenestino mandat, ut ad ecclesiam Strigoniensem accedat et curam eius fideliter agat. v id. Iun. a° 10°. ‖ Kollar l. c. 168; Theiner l. c.; *cf.* Ughelli l. c. — »Olim fama nominis.«

„ 9 | „ | * (15010) Eidem celebre cardinalatus nomen nihilominus reservat, »ut ad archiepiscopalis apicem dignitatis assumptus ipsius praeclaro nominis titulo iugiter decoreris.« v id. Iun. a° 10°. ‖ Ughelli l. c. I. 211.

„ 9 | „ | (15011) Universos barones per Campaniam et Maritimam constitutos rogat et monet, ut, cum senator Urbis et populus Romanus adversus cives Terracinenses hostili exercitu procedant, causam hostilitatis exinde praetendentes »quod suae se nolunt ditioni subiicere quodque nova . . . portare nolunt subiectionis onera«, in auxilium dictorum Terracinensium iuxta priorum litterarum tenorem super hoc eis directarum viriliter procedant. v id. Iun. a° 10°. ‖ Contator Hist. Terracin. 61. — »Intelleximus plurimum admirantes.« *Cf.* n° 15005.

„ 10 | „ | (15012) Universis potestatibus, consiliis et communibus civitatum, castrorum et aliorum locorum per Campaniam et Maritimam constitutis *scribit in eundem modum de eodem argumento.* ɪᴠ id. Iun. a° 10°. ‖ Contator l. c. 59. — »Intelleximus plurimum admirantes.«

„ 11 | „ | (15013) (Iohanni) episcopo Sambiensi facultatem tribuit dispensandi super matrimonio Willelmi domini de Strin Traiect. dioc. cum impedimento dirimente contracto. ɪɪɪ id. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 661. n° 481. — »Dilectus filius nobilis.«

„ 11 | „ | (15014) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Francisci Assisinatem in anniversario dedicationis ipsius venerabiliter visitaverint, indulgentiam 2 annorum et 80 dierum concedit. ɪɪɪ id. Iun. a° 10°. ‖ Sbaralea l. c. 662. n° 482. — »Si populus Israeliticus.«

„ 12 | „ | (15015) Carolo Andegaviae ac Provinciae comiti significat, se magistro Alberto (de Parma) notario suo apostolicae sedis legato, quem dudum propter hoc ad eius praesentiam destinaverit, concessisse facultatem concedendi ei eiusque heredibus regnum Siciliae et totam terram quae sit citra Pharum cum omnibus iuribus *etc.*, excepta civitate Beneventana cum omnibus districtibus *etc.*, in feudum sub conditionibus sub bulla sua contentis, eumque investiendi de praedictis regno et terra cum solemnitate. ɪɪ id. Iun. a° 10°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 2. — »Dum adversitates et.«

* Conditiones quae isti comiti exponendae sunt, diplomate apostolico contentas reperies ap. Raynald. l. c. § 3—5 sine nota chronol.

„ 13 | „ | (15016) (Geraldo) abbati monasterii Montisolivi [Montolieu] ord. s. Ben. concedit, ut, cum observancia sui ordinis ab ipsa eius institutione multum sit rigida et difficilis ad ferendum fuerintque postmodum per fel. record. Gregorium papam praedecessorem superaddita statuta gravia, super observatione statutorum ipsorum, quae de substancia regulae non existunt, ipse ac eius successores libere dispensare possint. Id. Iun. a° 10°. ‖ Mahul Cartul. I. 95. — »Ex parte tua.«

„ 13 | „ | (15017) M(argarethae) ducissae Austriae et Stiriae concedit, ut monasteria sororum inclusarum ord. s. Dam. in Boemia, Austria et Stiria intrare possit. Id. Iun. a° 10°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 662. n° 483; *cf.* Palacky Reise 34. n° 222. — »Accensa sincerae devotionis.«

„ 16 | „ | (15018) Decano Osnaburgensi mandat, ut cives Colonienses ad observationem compositionis inter archiepiscopum Coloniensem et iudices scabinos et cives eiusdem urbis super mutatione monetae et rebus aliis initae per censuram ecclesiasticam compellat. xᴠɪ kal. Iul. a° 10°. ‖ Ennen Quellen II. 334. n° 320. — »Sua nobis venerabilis.«

„ 16 | „ | Abbati de Mezano apostolicae sedis legato: »xᴠɪ kal. Iul. a° 10°« — »Licet apostolatus.« Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 24. *vid.* 1253. Mai. 17. n° 14975.

„ 17 | „ | (15019) Priorissae et conventui monasterii s. Dominici Imolensibus indulget, ut omnibus ordinis fratrum Praedicatorum privilegiis fruantur. xᴠ kal. Iul. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 31. n° 376. — »Exigentibus devotionis vestrę.«

1253.

Iun. 20 | Assisii | (15020) (Petro) episcopo Meldensi concedit, ut omnia iura episcopalia ei per G(uillelmum) S. Eustachii diaconum cardinalem adiudicata in abbatissam et conventum Fare-Monasterii ord. s. Ben. necnon et clerum et populum loci eiusdem libere exerceat. xɪɪ kal. Iul. a° 10°. ‖ Theodori Poenitent. II. 736; Du Plessis Hist. de Meaux II. 160. n° 370. — »Cum causam quae.«

„ 22 | „ | (15021) Henrico abbati monasterii Sublacensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis eiusque successoribus concedit, cum monasterium, licet abbates qui fuere pro tempore mitrae, annuli, sandaliorum et chyrothecarum dumtaxat usum habuerint, super hoc apostolicis non extiterit privilegiis communitum, de novo praemissa insignia pontificalia illisque tunicam insuper ac dalmaticam adiicit. x kal. Iul. a° 10°. ‖ Margarini Bullar. Casin. I. 38. — »Fragrantia sanctae religionis.«

„ 22 | „ | (15022) (Rudolfo) Zuerinensi episcopo mandat, dispenset cum Stezlao de Velmina [Vilmenitz] Roschildens. dioc. et Greta filia Nicolai de Pedebuz [Putbus], quam mater praedicti S. de sacro fonte levavit, ut possint in contracto matrimonio licite remanere. x kal. Iul. a° 10°. ‖ Rördam Nij kirkehistor. Samlinger III. 99. n° 29; Meklenb. UB. IV. 204. n° 2668; Klempin Pommersches UB. I. 447. n° 571. — »Ex parte tua.«

„ 22 | „ | (15023) Raimundo episcopo Nemausensi, cui praeceperat, ut in monasteriis ordinis s. Benedicti exemptis et non exemptis suae civitatis et diocesis statuta edita super reformatione ipsius ordinis a G(regorio IX) pp. faceret inviolabiliter observari, mandat ut de hoc negotio quoad s. Aegidii, Psalmodiensis et Cendracensis monasteria eorumque membra ord. s. Ben. suae diocesis se nullatenus intromittat. x kal. Iul. a° 10°. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 79. — »Cum tibi nostris.«

„ 22 | „ | * (15024) (Conrado) episcopo Frisingensi concedit, ut redditus beneficiorum vacantium suae diocesis et civitatis ad triennium retinere possit. x kal. Iul. a° 10°. ‖ Deutinger Beyträge II. 155. n° 24.

„ 23 | „ | (15025) Ysaac decanum Laonensis ecclesiae eidem praeficit in episcopum. ɪx kal. Iul. a° 10°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 57. n° 156. — »Licet continuata supervenientium.«

* *In eundem modum* Capitulo ecclesiae, clero et populo civitatis et diocesis Laonensis.
„ „ „ Archiepiscopo Cassellensi.

„ 23 | „ | (15026) Regi Angliae Ysaac episcopum Laonensem commendat. ɪx kal. Iul. a° 10°. ‖ Theiner l. c. in n° 156. — »Licet continuata supervenientium.«

„ 24 | „ | (15027) (Alberto) archiepiscopo Livoniae ac Prusciae mandat, ut voto (Mindovis) regis Lethoviae satisfaciens cathedrali ecclesiae, quam ille in regno suo in expensis suis de novo erigere sit paratus, personam providam et honestam praeficiat in episcopum et pastorem. ᴠɪɪɪ kal. Iul. a° 10°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 236. n° 307; Turgenevii Russ. monim. I. 77; Theiner Mon. Polon. I. 53. n° 111. — »Carissimus in Christo.« *Cf.* n° 15098.

„ 27 | „ | (15028) Plebano et canonicis ecclesiae Pyrhanensis Iustinopol. dioc. senarium praebendarum numerum, quem in sua ecclesia statuerunt, confirmat. v kal. Iul. a° 10°. ‖ Kandler Cod. dipl. Istr. a° 1253. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 27 | „ | (15029) (Conrado) episcopo Frisingensi mandat, compellat Gertrudem uxorem nobilis viri Danielis Pruteni, ut villam de Chogelbrunnen, qua ecclesiam s. Mariae in Nuymburch ord. s. Aug. spoliavit, praeposito et capitulo eiusdem ecclesiae restituat. »Perusii« v kal. Iul. a° 10°. ‖ Fischer Klosterneuburg II. 217, *perperam ad* a. 1252. — »Sua nobis praepositus.«

„ 27 | „ | (15030) Praeposito et conventui ecclesiae s. Mariae in Nyumburch ord. s. Aug. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis compelli minime possint per litteras apostolicae sedis vel legatorum ipsius absque speciali sedis eiusdem mandato faciente plenam de hac indulgentia mentionem. v kal. Iul. a° 10°. ‖ Pez Thesaur. VI. ɪɪ. (Cod. dipl. II.) 103. n° 179; Fischer l. c. 219. — »Meritis vestre religionis.«

„ 27 | „ | (15031) Abbati S. Mariae Scotorum in Vienna Pataviens. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut illi super hoc ab aliquo indebite molestentur. v kal. Iul. a° 10°. ‖ Fischer l. c. 220. — »Meritis religionis dilectorum.«

„ 27 | „ | (15032) Abbati S. Crucis Pataviens. dioc. mandat, admoneat (Belam) regem Hungariae, qui secundum relationem praepositi et conventus ecclesiae s. Mariae in Nyumburch ord. s. Aug. Pataviens. dioc. pluries terram ipsius ecclesiae invadens hostiliter villas et alia bona ad eandem spectantia dissipaverit, ut de his dampnis congruentem satisfactionem impendat et de cetero nullam eis in personis vel rebus inferat molestiam vel iacturam. v kal. Iul. a° 10°. ‖ Fischer l. c. 221. n° 63; Fejér Cod. dipl. IV. ɪɪ. 195. — »Ad regie pertinet.«

Iul. 1 | „ | (15033) (Wençeslao) regi Boemiae scribit, se ex veridica relatione accepisse, »quod inter te et Przemislaum (Ottocarum primogenitum) natum tuum ducem Austriae ex parte

1253.

una et (Belam) regem Ungariae ex altera adeo scintilla discordiae esset succensa, ut . . . ad non necessaria bella, sed perniciosa prorsus insurgatis et ad invicem dimicetis.« Monet eum et hortatur, ut ab hisce guerris omnino desistens cum praedicto rege Ungariae ad pacem et concordiam revertatur, eique insinuat, a se missum esse Velascum poenitentiarium suum, qui poena interdicti et excommunicationis rebelles cogat ad foedera pacis, non obstantibus privilegiis, »ut in vos seu terras vestras non possint huiusmodi sententiae promulgari.« Kal. Iul. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1253 § 28; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 663. n° 484; Dobner Mon. Bohem. II. 366; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 33; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 167. n° 192; Fejér Cod. dipl. IV. II. 196 (*ubi falsa inscriptio:* Episcopo Frisingensi); *cf. ibid.* VII. v. 308; Palacky Reise 34. n° 223. — »Si considerarent ut.«

* *In eundem modum* B(elae) regi Ungariae. ‖ Fejér l. c. VII. v. 572; Theiner Mon. Hungar. I. 222. n° 423.

Iul. 1 | Assisii | (15034) P(rzemislaum Ottocarum) ducem Austriae rogat et monet eodem modo, ut cum (Bela) rege Hungariae pacem ineat. Kal. Iul. a° 11°. ‖ Dobner l. c. 366. — »Si considerarent ut.«

» 1 | » | (15035) Visitatori generali et prioribus ac fratribus Eremitis universis ord. s. Aug. certum habitum deferendum tam a professis quam a conversis ac etiam novitiis ad differentiam aliorum ordinum et eis concessum a R(ichardo) S. Angeli diacono cardinale, cui ordo eorum a sede apostolica erat commissus, confirmat. (Tenor litterarum Richardi bullae insertus est). Kal. Iul. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 466. — »Pia desideria devotorum.«

» 1 | » | (15036) Praeposito ecclesiae s. Mariae in Nyumburch [Klosterneuburg] ord. s. Aug. Pataviens. dioc. mandat, ut certum canonicarum numerum auctoritate apostolica statuat in eadem, magistrae et conventui nihilominus concedendo, ut absque mandato sedis apostolicae speciali ad recipiendum aliquam in canonicam vel conversam ultra numerum a praeposito in ecclesia ipsa statuendum non possint coarctari. Kal. Iul. a° 11°. ‖ Zeibig UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. X.) 6. n° 8. — »Dilectarum in Christo.«

» 1 | » | (15037) Magistrae et conventui eiusdem ecclesiae indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis compelli minime possint per litteras sedis apostolicae *etc.* (*cf.* n° 15030.) Kal. Iul. a° 11°. ‖ Fischer Klosterneuburg II. 223. — »Meritis vestre religionis.«

» 1 | (») | * (15038) Magistris Parisiensibus mandat, ut magistros ordinum Minorum et Praedicatorum a suo consortio per iniuriam eiectos ad pristinum statum gradumque resumant. Kal. Iul. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Min. III. 371; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 254.

» 1 | » | (15039) Priori et conventui Eremitarum de Brictinis ord. s. Aug. Fanens. dioc. inhibet, ut a loco, in quo elegerunt Domino sub religionis habitu perpetuo famulari, sine licentia speciali sedis apostolicae nullatenus recedant. Kal. Iul. a° 11°. ‖ Empoli Bullar. 184; Amiani Mem. ist. di Fano II. somm. 51. — »Providentia laudabilis et.«

» 1 | » | (15040) H(ugoni) tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut cum Girardo (domino de Dolbai Leodiens. dioc. fratre Henrici comitis de Lucelluntiburgh *addo ex Rip.*), recepta ab eodem de adhaerendo ecclesiae et W(illelmo) regi Romanorum idonea cautione, et Muhadi (*i. e.* Mathilde) uxore eius super matrimonio contracto dispenset. Kal. Iul. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 236. n° 308; Meerman Geschied. V. 144; *cf.* Ernst Hist. du Limbourg IV. 94; Public. de la soc. des mon. hist. de Luxemb. XV. 69. n° 97. — »Etsi coniunctio copule.«

» 1 | » | (15041) Universis Christi fidelibus, qui fratribus ordinis fratrum Minorum de Campagnano Nepesinae dioc. pro ecclesia et aedificiis aliis consummandis manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum elargitur. Kal. Iul. a° (10°, *sed legas*) 11°. ‖ Casimiro da Roma Memorie 39. — »Quoniam ut ait.«

» 4 | » | (15042) H(ugoni) tit. S. Sabinae presbytero cardinali apostolicae sedis legato mandat, concedat (Conrado) episcopo Frisingensi, qui propter guerram quam habeat cum (Ottone) duce Bawariae timeat sibi et ecclesiae irreparabile dispendium imminere, licentiam ut cum ipso duce componere valeat. IV non. Iul. a° 11°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 40. — »Ex parte venerabilis.«

» 4 | » | (15043) Abbatissae et conventui monasterii s. Elisabethae Remensibus ord. s. Dam. concedit, ut a quoquam conveniri per litteras apostolicas minime possint. IV non. Iul. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 513. n° 102; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 664. n° 485. — »Coelestia quaerentibus terrenis.«

» 5 | » | (15044) (Conrado) episcopo Frisingensi mandat, interponat partes suas efficaciter, ut (Bela) Ungariae et (Wenceslaus) Boemiae reges et P(rzemislaus) eiusdem regis Boemiae filius dux Austriae ad veram pacem et non fictam concordiam revertantur, et det fratri Velasco de ordine Minorum consilium et auxilium ad reformanda inter ipsos foedera. III non. Iul. a° 11°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 198; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 169; *cf.* Lang Regesta III. 32. — »Si considerarent ut.«

1253.

Iul. 5 | Assisii | (15045) Ducem Austriae ac Styriae et ducissam uxorem eius hortatur, ut castrum de Calnperch praeposito et conventui ecclesiae s. Mariae de Newnburgk ord. s. Aug. Pataviens. dioc. restituant, et faciant ut Heinricus de Liechtenstain ipsorum vasallus eidem ecclesiae villam de Cogelbrunn reddat. III non. Iul. a° 11°. ‖ Fischer Klosterneuburg II. 223. — »Ad hoc vos.«

» 5 | » | (15046) (Wenceslao) regi Boemiae de superiore ad ducem Austriae epistola significat eumque rogat, ut illos ad hoc inducat. III non. Iul. a° 11°. ‖ Fischer l. c. 224. — »Ad hoc vos.«

» 5 | » | (15047) Fratri Velasco (Walasco *Wadd.*) apostolicae sedis legato concedit facultatem, ut, cum Przemyslaus filius (Otakari) regis Bohemiae dux Austriae Margaritham ducissam Austriae duxerit in uxorem, dispenset cum praedictis coniugibus, licet quarta consanguinitatis et tertia affinitatis linea sibi invicem attineant. III non. Iul. a° 11°. ‖ Balbinus Miscell. Append. 85. n° 5; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 28; Wadding Ann. Minor. III. 513. n° 103; Sbaraleae Bull. Francisc. I. 664. n° 486; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 169; *cf.* Palacky Reise 34. n° 224. — »Devotione qua(m *Wadd.*) charissimus.«

» 6 | » | (15048) Eidem legato mandat, ut ad dispensationem Przemyslai filii (Otakari) regis Bohemiae ducis Austriae et Margaritae ducissae Austriae uxoris eius non procedat, »nisi prius dicti rex et dux litteras suas patentes tibi dederint et firmaverint sub iuramento, quod iidem ecclesiae et Willelmo regi Romanorum assistent fideliter, et ad eius requisitionem praefatus rex Bohemiae per se, alioquin per nuncios, et dictus dux personaliter . . . accepturi ab eo regalia eique homagium ligium praestituri.« II non. Iul. a° 11°. ‖ Balbinus l. c. 85. n° 6; Wadding l. c. 513. n° 104; Sbaralea l. c. 665. n° 487; (Lambacher) l. c. Anh. 28; Boczek l. c. 170; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 30; Palacky l. c. n° 225 *ad* Iul. 4. — »Cum dilectus filius.«

» 6 | » | (15049) Magistro Henrico archipresbytero de Novis capellano O(ttoboni) S. Adriani diaconi card. mandat, ut, si invenerit Elanum (Elavum *P.*) praepositum ecclesiae (ecclesiarum *R.*) de Louersisl (Lovessin *P.*) Arusiens. dioc. a capitulo Burglanensis ecclesiae in episcopum canonice esse electum, electionem de isto factam confirmet. II non. Iul. a° 11°. ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 99. n° 30; *cf.* Porthan Bullar. access. 40. n° 16. — »Ecclesia Burglanensi pastoris.«

» 7 | » | (15050) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Lazari leprosorum Ierosolimitani ad eorum loca pro elemosynis accesserint colligendis, ipsos benigne recipiant *etc.* Non. Iul. a° 11°. ‖ Tentzelii Supplem. historiae Gothan. II. 607. — »Cum dilectis filiis.«

» 7 | » | (15051) (Odoni) archiepiscopo Rothomagensi concedit facultatem dispensandi cum magistro Abraham rectori ecclesiae de Grandicuria Rothomag. dioc., ut praeter ecclesiam ipsam possit aliud beneficium ecclesiasticum licite recipere. Non. Iul. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. n° 488. — »Licet nequis plures.«

» 7 | » | * (15052) Ottoni de Lonstorf (?) episcopo Pataviensi concedit, ut praeter archidiaconatum etiam cetera ecclesiastica beneficia retineat. Non. Iul. a° 11°. ‖ Lang Regesta III. 32.

» 8 | » | (15053) Generali ministro et fratribus universis ordinis Minorum indulget, ut ad gerendam curam aliquorum monasteriorum ordinis s. Damiani vel eis officium visitationis impendendum *etc.* minime teneantur. VIII id. Iul. a° (10°, *sed legas*) 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 316. — »Petitio vestra nobis.«

» 10 | » | (15054) Philippo de Campello ordinis Minorum magistro et praeposito operis ecclesiae s. Francisci Assisinatis indulget, ut oblationes in pecunia ad altaria ipsius ecclesiae ac alias pro eiusdem nobili structura recipere valeant. VI id. Iul. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 666. n° 489. — »Decet et expedit.«

» 11 | » | (15055) (Conrado) episcopo Frisingensi mandat, ut causam inter praepositum conventumque ecclesiae s. Mariae in Nuymburch ord. s. Aug. atque Henricum de Lichtenstein et quosdam alios laicos Pataviensis dioc., qui quasdam villas, possessiones et res alias ad ipsam ecclesiam pertinentes contra iustitiam detinent occupatas, vertentem decidat. V id. Iul. a° 11°. ‖ Pez Thesaur. VI. II. (Cod. dipl. II.) 103. n° 180; Fischer Klosterneuburg II. 225. — »Sua nobis dilecti.«

» 12 | » | (15056) Hugoni tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, concedat Arnoldo Trevirensi archiepiscopo, ut ecclesiastica beneficia et personatus, quae ante promotionem suam obtinuerit, usque ad beneplacitum apostolicum retinere possit. IV id. Iul. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 236. n° 309. — »Venerabilem fratrem nostrum.«

» 12 | » | (15057) Eidem mandat, concedat praefato archiepiscopo, ut proventus beneficiorum, personatuum et officiorum ecclesiasticorum, quae in civitate ac diocesi Trevirensi usque ad triennium semel vacare contigerit, per unum annum post vacationem ipsorum libere possit percipere. IV id. Iul. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. 237. n° 310. — »Venerabilis frater noster.«

1253.

Iul. 13 — (Bernardino) electo Neapolitano: »Anagniae III id. Iul. a° 11°«. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 249, *vid.* 1254. Iul. 13.

» 15 Assisii (15058) Theodorico filio marchionis Misnensis concedit, ut Agnetem filiam marchionis Brandeburgensis ei quarto gradu consanguinitatis coniunctam pro pace inter parentes suos reformanda sibi matrimonialiter copulare possit. Id. Iul. a° 11°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 41. n° 60. — »Etsi coniunctio copule.« *Cf.* n° 14953 *et* 1255. Febr. 15.

» 15 » (15059) Archiepiscopo Iadrensi mandat, ut cum Prida muliere et Praestantio laico de matrimonio contracto dispenset. Id. Iul. a° 11°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 80. n° 106; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 353. — »Petitio Pride mulieris.«

» 16 » (15060) Fratribus Minoribus ecclesiae s. Francisci de Assisio eandem prae aliis ordinis ecclesiis privilegiis et gratiis insignire volens indulget, ut eadem ecclesia libros, calices, thuribula, cruces, baccilia sive de auro sive de argento, tunicas, dalmaticas, planetas *etc.* tam serica quam alia, campanas quoque magnas et parvas *etc.* libere ac specialiter habere valeat. XVII kal. Aug. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 317; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 666. n° 490. — »Dignum existimamus et.«

» 20 » (15061) Priori provinciali Lombardiae ac fratribus Raynerio Placentino et Guidoni de Sexto ord. Praed. mandat, compescant omnes illos, qui ad refectionem Castri de Curte Nova — quod propter pullulantem olim in eo haereticam pravitatem penitus destructum erat — dare praesumpserint consilium et auxilium, ut ab huiusmodi praesumptione desistant. XIII kal. Aug. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 31. n° 377. — »Ad hoc nostra.«

» 21 » (15062) Abbati S. Martini Praemonstr. ord. et decano Laudunensibus mandat, ut denuncient famam B. abbatis monasterii s. Vincentii Laudunensis minime laesam esse et litteras in eum apostolicas fore cassas. XII (kal.) Aug. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 667. n° 491. — »Super eo quod.«

» 21 » (15063) Generali et provinciali ministris et aliis fratribus de ordine Minorum significat, se districtius inhibere, ut de his, quae in ornamentis vel pro eis *etc.* ipsis in ultima voluntate legantur, canonica portio ab aliquibus deducatur. XII kal. Aug. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 322 et 514. n° 105; Sbaralea l. c. 669. n° 492. — »Pacem vestram cum.«

» 23 » (15064) (Iohanni) archiepiscopo Viennensi concedit facultatem expellendi Iudaeos de sua provincia, praesertim cum statuta contra eos a sede apostolica edita non observent. X kal. Aug. a° 11°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 50; Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 34. — »Sicut tua nobis.«

» 23 » (15065) Fratribus de ordine Minorum in terras Sarracenorum paganorum, Graecorum, Cumanorum, ... Ungarorum maioris Ungariae, christianorum captivorum apud Tartaros aliarumque infidelium nationum Orientis proficiscentibus concedit, ut in terris quae adhuc sedis apostolicae magisterio non intendunt, proponere verbum Dei et constitutis ibidem in verbis, officio et cibo ac in aliis secure communicare et ipsos ad unitatem christianae fidei cupientes recipere, baptizare et aggregare filiis ecclesiae valeant *etc.* X kal. Aug. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 237. n° 311; Theiner Mon. Hungar. I. 223; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 238. — »Cum hora undecima.«

» 23 » (15066) Fratribus ordinis Praedicatorum in terras Sarracenorum *etc. in eundem modum.* X kal. Aug. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 48; S. Ferrarius De rebus Vngaricae provinciae s. ord. Praedic. (Viennae 1637. 4°) 467; *argum.* ap. Pray Diss. in ann. vet. 65; Fejér Cod. dipl. IV. II. 201. not.; Theiner l. c. 223. n° 425; Erben Reg. Bohem. I. 616. n° 1338; Palacky Reise 34. n° 226. — »Cum hora undecima.« *Cf.* 1288. Sept. 3.

» 23 » (15067) Magistro Ambrosio lectori ecclesiae Budensis Wesprimiens. dioc. concedit, ut praeter lectoriam possit aliud beneficium ecclesiasticum, personatum vel dignitatem in regno Hungariae recipere. X kal. Aug. a° 11°. ‖ Fejér l. c. 200; Theiner l. c. 222. n° 424. — »Etsi propter ambitiones.«

» 26 » (15068) Potestati, consilio et communi Mediolanensibus mandat, ut, cum fratres Raynerius et Guido ord. Praed. inquisitores haereticae pravitatis in Aegidium comitem de Curtenova huiusmodi pravitate respersum excommunicationis sententiam promulgarint, eundem tanquam excommunicatum vitent. VII kal. Aug. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 238. n° 312. — »Ad audientiam nostram.«

» 27 » (15069) Iohanni de Chaginegin canonico Meldensi capellano G(uillelmi) S. Eustachii diaconi cardinalis indulget, ut praeter praebendam suam in Meldensi ecclesia possit adhuc unicum aliud ecclesiasticum beneficium in regno Franciae recipere *etc.* VI kal. Aug. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 669. n° 493. — »Ad impetrandum tibi.«

» 28 » (15070) Decano Pataviensi mandat, curet ut Angelo de Pontecurvo clerico, qui in ecclesia Wissegurdensi Pragens. dioc. receptus sit in canonicum, praebenda per mortem Uscalci eiusdem ecclesiae canonici vacans conferatur. V kal. Aug. a° 11°. ‖ Erben Reg. Bohem. I. 616. n° 1339 *fragm.*; *cf.* Palacky Reise 34. n° 227.

1253.

Iul. 28 Assisii (15071) Fratri R(aynerio) ord. Praedic. significat, se dare litteris in mandatis Mediolanensi, Papiensi, Laudensi, Pergamensi, Brixiensi et Castri Cremae potestatibus et communibus, ut comitem Aegidium de Curte Nova de haeresi publice infamatum certo banno supponant. Mandat ei, ut, si illi mandatum super hoc apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id per censuram ecclesiasticam compellat. V kal. Aug. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 31. n° 378. — »Intelliximus quod tu.«

» 29 (») (15072) Guidonis comitis Flandriae litteras confirmat, quibus ille promittit, se Thomae de Sabaudia comiti 60000 librarum Turonensium, quas mater sua Thomasio de Sabaudia comiti causa cuiusdam transactionis debeat, redditurum esse. IV kal. Aug. a° 11°. ‖ Historiae patr. mon. Chart. I. col. 1419. — » . . . . sollempniter.«

» 30 » (15073) (Willelmo) Bathoniensi et Wellensi episcopis et decano Burdeg(alensi) mandat, ut omnes illos, qui coniunctim vel divisim (Henricum) regem Angliae ad transfretandum in Terrae sanctae subsidium se accingentem aut terram eiusdem invadere vel perturbare praesumpserint, per excommunicationis et interdicti sententias compescant. III kal. Aug. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. I. 175; Marca Hist. de Béarn 595. not. 5. — »Cum carissimus in.«

» 30 » * (15074) Lettre à l'abbé et au couvent du monastère de Saint-Martial de Limoges, de l'ordre de St.-Benoît, par laquelle il leur accorde que dans les lieux où ils recueillent leurs anciennes dîmes, ils puissent en percevoir sur les novales, ou terres nouvellement cultivées, selon la portion qui leur est due, sans toutefois porter préjudice au droit d'autrui. III kal. Aug. a° 11°. ‖ Saint-Amable Hist. de Saint Martial III. 567, *nonnisi gallice.*

» 31 » (15075) (Petro) abbati de Alpibus [Aulps] mandat, ut si contigerit ecclesiam Gebennensem pastore vacare, capitulo eiusdem expresse inhibeat, ne ad electionem vel postulationem faciendam procedant, concessa abbati ipsi a sede apostolica potestate providendi eidem ecclesiae in episcopum de persona idonea. II kal. Aug. a° 11°. ‖ Mém. et docum. de Genève XVI. 174. n° 6; *cf.* 130. — »Discretioni tue presentium.«

(» —) (») (15076) (Otakarum) ducem Austriae rogat, ut pro beneficentia Dei, »qui florem iuventutis tuae ad provectus hylares tam manifestis graciae suae provehit incrementis,« (Wilhelmo) regi Romanorum adhaerens fideliter curam catholicae fidei, ecclesiasticae libertatis negotium ac Romani reparationem imperii una cum ipso studeat promovere. *Sine signo chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 135. — »Si gratis illapsa.«

Aug. 1 » (15077) Generali et provincialibus ministris et aliis fratribus ordinis Minorum indulget, ne fratres cogi possint ad pecuniam colligendam in suis concionibus etiam per litteras apostolicas, nisi de hac mentionem fecerint indulgentia. Kal. Aug. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 670. n° 494. — »Vestra semper in.«

» 3 » * (15078) Ebroicensem, Parisiensem ac Silvanectensem episcopos ac alios testamenti Blanchae reginae Franciae curatores rogat et hortatur, ut de damnis gravibus, quae abbas et conventus Cluniacenses pro recuperatione castri de Lorduno ad monasterium Cluniacense spectantis et a dictae reginae ballivo occupati incurrerunt, eis satisfactionem plenam, cum ad id bona testatricis sufficiant, impendant. III non. Aug. a° 11°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 124.

» 3 » * (15079) P(etro) abbati monasterii Tutellensis ord. s. Ben. Lemovicens. dioc. eiusque successoribus concedit, ut, cum observantia dicti ordinis multum sit rigida et difficilis ad ferendum, super observatione statutorum ac praeceptorum diversarum poenarum cum monachis sui monasterii dispensare possint eisque dat facultatem absolvendi transgressores eorum a suspensionis vel excommunicationis vinculo. III non. Aug. a° 11°. ‖ Baluze Histor. Tutelens. 558.

» 3 » * (15080) Abbati Terracinensi Petragoric. dioc. scribit in eundem modum. III non. Aug. a° 11°. ‖ Baluze l. c. 558.

» 4 » (15081) Abbati S. Petri Salzburgensis intimat, se indulsisse praeposito et capitulo Salzburgensibus ord. s. Aug., ut, cum eorum bona a bonis archiepiscopalibus discreta sint, ad solutionem aliquorum debitorum non teneantur, nisi ea in eorum utilitatem conversa fuisse creditores legitime probaverint. Mandat ei, ne permittat ut dicti praepositus et capitulum contra hanc concessionem ab aliquibus indebite molestentur. II non. Aug. a° 11°. ‖ (Seeauer) Noviss. chronicon antiq. monast. ad s. Petrum Salisb. 279. — »Cum bona dilectorum.«

» 5 » (15082) Episcopo Saxeciatensi (Sassinati *Rub.*) et (Philippo) electo Ravennatensi mandat, inducant potestates, rectores et consiliarios civitatum et locorum Romandiolae, ut prior et conventus ecclesiae s. Mariae in portu Ravennate ord. s. Aug. proventus possessionum suarum undique ad suam ecclesiam secura libertate et absque contradictione deducere possint. Non. Aug. a° (2°, *sed legas cum Rubeo*) 11° incarn. dom. 1209(!). *Signa chronol. sunt corrupta.* ‖ Bullar. Lateran. 65, *ubi perperam* Innocentio III *tribuitur*; *cf.* Rubei Histor. Ravenn. 430. — »Exhibita nobis dilectorum.«

1253.

Aug. 7 Assisii — (15083) Episcopo Florentino mandat, ut Pagano praeposito Florentino capellano G(uilelmi) S. Eustachii diaconi cardinalis curam et administrationem fabricae ecclesiae s. Iohannis baptistae ac omnium bonorum ad operam ipsius fabricae pertinentium committat. vii id. Aug. a° 11°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 944. — »Cupientes ut ecclesia.«

» 7 » — (15084) Abbatissam et conventum Veteris Monasterii s. Mariae Maguntini Cisterc. ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione admittit. vii id. Aug. a° 11°. ‖ Baur Hessische Urk. V. 24. n° 29, *perperam ad* a. 1254, *omisso initio.*

» 8 » — (15085) Custodi fratrum Minorum Wasconiae mandat, ut cum Guillelmo Lupo de Chil milite et Ademad muliere de Fageto Aquens. dioc. dispenset, quod in matrimonio invicem contracto remanere possint, licet se quarto consanguinitatis gradu contingant. vi id. Aug. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 670. n° 495. — »Sedis apostolicae providentia.«

» 9 » — (15086) S. Clarae abbatissae aliisque sororibus monasterii s. Damiani Assisinatis vitae formulam a b. Francisco eis traditam et a (Raynaldo) Ostiensi et Velletrensi episcopo approbatam confirmat, tenorem ipsius de verbo ad verbum litteris suis inserens. v id. Aug. a° 11°. ‖ Cherubini Bullar. I. 101; Wadding Ann. Minor. II. 78 et III. 303; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 671. n° 496; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 570. — »Solet annuere sedes.«

» 13 » — (15087) Iacobo episcopo quondam Roskildensi in archiepiscopum Lundensem electo licentiam permittit, ut ad ecclesiam Lundensem transeat. Id. Aug. a° 11°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 362. n° 406; *cf.* Porthan Bullar. access. 42. n° 17. — »Lundensis ecclesia pastoris.«

» 13 » — (15088) Capitulo Lundensi mandat, ut Iacobum electum hylariter recipiant eique obedientiam exhibeant. *Dat. ut antea.* ‖ Liljegren l. c.; *cf.* Porthan l. c. n° 18—20. — »Ecclesia vestra pastoris.«

* *In eundem modum eodemque die* Clero civitatis et diocesis Lundensis.
» » » » » Populo civitatis et diocesis Lundensis.

(Iul. 16-Aug. 13) » — * (15089) Postquam recensuit, quod abbas et conventus Disertinensis [Disentis] conquerantur, Antonium de Carnisio clericum Mediolanensis dioc., cui ipse pontifex administrationem monasterii Disertin. tunc abbate destituti tam in spiritualibus quam temporalibus usque ad suum beneplacitum dicebatur commisisse, non modicam pecuniae summam, qua debita monasterii solvenda fuissent, suis usibus applicasse, castrum Fridelberg [Friedberg] ad monasterium spectans laicis pro magna pecuniae summa vendidisse vel vendi permisisse, damna alia monasterio ac suis subditis intulisse, praeposito Schwikero in Curwalden praecipit ut partibus convocatis et auditis id, quod decreverit, per censuram firmiter observari faciat. ... Aug. a° 11°. ‖ Mohr Cod. dipl. I. 340. n° 225; Mohr Regest. von Disentis 11. n° 56, *perperam ad* a. 1252; *cf.* Eichhorn Episc. Cur. 353.

» 15 » — (15090) Abbati de Ogget Cisterc. ord. Pragens. dioc. notificat, se Henrico marchioni Misnensi usque ad decennium indulsisse, ut nullus delegatus vel subdelegatus *etc.* auctoritate sedis apostolicae vel legatorum ipsius in illum excommunicationis vel in terram illius interdicti sententiam promulgare valeat. Mandat ei, ne permittat, ut idem nobilis super his contra concessionis huius tenorem ab aliquibus indebite molestetur. xviii kal. Sept. a° 11°. ‖ Schunk Beytr. z. Mainzer Gesch. II. 330; Erben Reg. Bohem. I. 617. n° 1242. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 17 » — (15091) (Christophorum) regem Daciae, qui privilegia super libertatibus et immunitatibus Lundensi ecclesiae a progenitoribus suis concessa per suas litteras revocaverat, rogat et hortatur, ut litteras dictas revocet et ipsi ecclesiae concessas libertates et immunitates illibatas studeat conservare. xvi kal. Sept. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 31. — »Optamus fili charissime.«

» 17 » — (15092) Eidem Iacobum archiepiscopum Lundensem electum commendat. xvi kal. Sept. a° 11°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 364. n° 407; *cf.* Porthan Bullar. access. 42. n° 21. — »Lundensis ecclesia pastoris.«

» 17 » — (15093) Sacero decano, Suenoni et Aquino canonicis et procuratoribus ecclesiae Lundensis concedit, ut pro expediendis negotiis Iacobi in archiepiscopum Lundensem electi nomine capituli usque ad summam 236 marcarum argenti in pondere Trecensi in mutuum contrahant. xvi kal. Sept. a° 11°. ‖ Liljegren l. c. 364. n° 408; *cf.* Porthan l. c. n° 22. — »In nostra presentia.«

» 17 » — (15094) Thesaurario Monasteriensi mandat, ut Gerardo canonico ecclesiae s. Petri Traiectensis provideat de beneficio ecclesiastico praebendali. xvi kal. Sept. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 146. — »Etsi ad provisionem.«

» 18 » — (15095) Magistri Iohannis Astensis capellani sui sententiam confirmat, qua (Guillelmus) abbas et conventus monasterii s. Ilarii ord. s. Ben. Carcassonens. dioc. ab impetitione priorissae ac conventus monialium S. Mariae de Pruliano Tholosan. dioc. absolvuntur. xv kal. Sept. a° 11°. ‖ Mahul Cartul. V. 73. — »In causa siquidem.«

1253.

Aug. 18 (Assisii) — * (15096) (Petrum) abbatem et conventum monasterii Caunensis a praestatione quarundam pensionum et beneficiorum ecclesiasticorum, quae idem coenobium nimium aggravabant, eximit. xv kal. Sept. a° 11°. ‖ Mahul l. c. IV. 89.

» 21 » — (15097) Guardiano et fratribus Minorum Laudensibus, quibus (Bonus Iohannes) episcopus Laudensis ad mandatum apostolicum ecclesiam s. Nicolai Laudensem providerat ac quos in illius possessionem induxerat, hoc factum confirmat. xii kal. Sept. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 514. n° 106; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 678. n° 497. — »Petitio vestra nobis.«

» 21 » — (15098) (Alberto) archiepiscopo Livoniae ac Prusciae mandat, ut fratrem Christianum de domo Theutonicorum in Livonia, cum super hoc a (Mindove) rege Lethoviae, qui paratus sit de novo in expensis suis in terra sua erigere cathedralem ecclesiam, requisitus extiterit, ecclesiae memoratae praeficiat in episcopum eique, associatis sibi duobus vel tribus convicinis episcopis, munus consecrationis impendat. xii kal. Sept. a° 11°. ‖ Raczyński Cod. dipl. Lithuan. 3. n° 1; Bunge Livl. UB. I. 337. n° 254. — »Insinuavit nobis pridem.« *Cf.* n° 15027.

» 21 » — (15099) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Lyvonia terras Wangen et Carsouwe ac medietatem locorum quae Dainowe et Rassione vulgariter appellantur necnon quaedam alia loca et bona, quae eis (Mindoves) Lettowiae rex de novo conversus ad cultum fidei christianae donavit, confirmat. xii kal. Sept. a° 11°. ‖ Dreger Cod. dipl. Pomer. I. 361. n° 252; Raczyński l. c. 7. n° 4, *male ad* a. 1254; Bunge l. c. 338. n° 255; *cf.* Sjögren Ueb. die Wohnsitze u. d. Verhältn. der Jatwägen 209. — »Ex tenore vestre.«

» 23 » — (15100) Plebanum S. Iacobi Rigensis rogat et hortatur, ut bona quae de redemptione votorum crucesignatorum ad manus suas devenerint, fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia sine dilatione integre assignet. x kal. Sept. a° 11°. ‖ Bunge l. c. n° 256; *cf.* Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 130. n° 82. — »Si praemia quae.«

» 23 » — (15101) Prioribus et fratribus ordinis Praedicatorum praedicantibus in subsidium Livoniae ac Prusciae mandat, inducant fideles, ut ad tuitionem et conservationem castri Memole [Memel] vulgariter appellati et iuxta flumen siti inter Livoniam et Prusciam, ne a paganis valeat occupari, procedant viriliter eandem indulgentiam, quam accedentibus in succursum Livoniae et Prusciae sedes apostolica concesserit, habituri. x kal. Sept. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 239. n° 313; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 95. n° 98; Bunge l. c. 339. n° 257. — »Fidei negotium in.«

(» 23) » — * (15102) Priorem et fratres ordinis Praedic. Rigenses hortatur, ut si quae bona de redemptione votorum cruce signatorum ad ipsos devenerunt, praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Teut. in Livonia sine dilatione restituant. A° 11°. ‖ Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 130. n° 83.

» 25 » — (15103) Raymundo de Pennaforti poenitentiario et capellano suo Barchinone commoranti mandat, ut cessionem Dalmatii abbatis monasterii s. Mariae Rivipollensis ord. s. Ben. Vicens. dioc., cum incurabili morbo laboret, vice pontificis recipiat. viii kal. Sept. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 239. n° 314. — »Ex parte dilecti.«

» 26 » — (15104) Priori generali Eremitarum s. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut eis, qui eorum collegio aggregari velint, sed suspensionis aut interdicti vel excommunicationis sententiis ligati sint, absolutionis beneficium tribuere et ipsos in fratres recipere valeat. vii kal. Sept. a° 11°. ‖ Bullarium Carmel. I. 12. n° 9. — »Quoniam ex apostolici.«

» 26 » — (15105) Eidem permittit, ut fratribus sui ordinis, qui se invicem percusserint, nisi excessus sit valde enormis, absolutionem impendat. vii kal. Sept. a° 11°. ‖ Bullarium Carmel. I. 12. n° 10. — »Canonica constitutione cavetur.«

» 26 » — (15106) Districte inhibet, ne quis ex hortis et virgultis ordinis s. Mariae de Monte Carmeli decimas exigere vel extorquere praesumat. vii kal. Sept. a° 11°. ‖ Bullarium Carmel. I. 12. n° 11. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 26 » — (15107) Priori generali Eremitarum s. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut fratribus ad id idoneis licentiam largiatur verbum Dei praedicandi necnon confessiones fidelium audiendi, assensu tamen ordinariorum. vii kal. Sept. a° 11°. ‖ Bullarium Carmel. I. 13. n° 12. — »Devotionis augmentum vobis.«

» 26 (») — * (15108) Magistros Parisienses hortatur, ut fratres Mendicantes omni humanitate et amicitia foveant. vii kal. Sept. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Min. III. 371; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 254.

* *In eundem modum* Episcopos Silvanectensem et Ebroicensem. ‖ Wadding l. c. 371; Bulaeus l. c. 254.

» 30 » — (15109) Decano et cantori ecclesiae Bruxellensis Cameracens. dioc. mandat, ut causam inter Godefridum capellanum W(illelmi) regis Romanorum canonici ecclesiae s. Iohannis Leodiensis et Iohannem quondam decanum S. Symeonis Treverensis super prae-

1253.

benda vertentem partibus convocatis audiant eamque infra tres menses concordia vel iudicio decidant; alioquin causam instructam vel non instructam remittant ad sedis apostolicae examen. III kal. Sept. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 147. — »Sua nobis dilectus.«

Sept. 1 Assisii (15110) S. Vitalis Ravennatis et S. Apollinaris in Classe Ravenn. dioc. monasteriorum abbatibus mandat, ut causam inter priorem conventumque monasterii de Ferraria ex parte una et Lambertum et Cazanemicum *etc.* ex altera super ecclesia s. Petri de Suiratico et quibusdam possessionibus Bononiens. dioc. vertentem examinent, dicta partium sedi apostolicae transmittant *etc.* Kal. Sept. a° 11°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 54 in n° 36. — »In causa que.«

" 1 " (15111) Suenoni canonico Lundensi concedit, ut praeter canonicatum ecclesiae Lundensis ac ecclesiam de Hubu adhuc unicum ecclesiasticum beneficium recipere possit. Kal. Sept. a° 11°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 365. n° 409; *cf.* Porthan Bullar. access. 43. n° 23. — »Ad faciendam tibi.«

" 3 " (15112) Auxitano archiepiscopo ad preces fratris Guillelmi de S. Mefino custodis fratrum Minorum in Wasconia mandat, ut Gualardum de Brus clericum Adurens. dioc. in ecclesia Adurensi recipi faciat in canonicum. III non. Sept. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 680. n° 498. — »Volentes dilecto filio.«

" 3 " * (15113) (Iacobo) quondam episcopo Roskildensi in archiepiscopum Lundensem electo concedit, ut Nicolao rectori ecclesiae Omnium Sanctorum Roskildensis aliud praeterea beneficium conferat. III non. Sept. a° 11°. ‖ Porthan Bullar. access. 43. n° 24.

" 4 " (15114) (Nicolao) episcopo Assisinati significat, b. mem. B(enedictum) Perusinum episcopum fratribus Minorum Perusinis omne ius et omnem actionem, quod et quam habuerit in terris, vineis et aliis possessionibus positis iuxta Burgum hospitalis a parte S. Susannae Perus. in loco qui dicatur Campo de l'orto, dedisse et concessisse seque hanc dationem et concessionem confirmasse. Mandat ei, ut molestatores huius confirmationis per censuram ecclesiasticam compescat. II non. Sept. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 680. n° 499. — »Dilectorum filiorum ministri.«

" 4 " (15115) Abbati de Waltham et priori de Crucerois Londoniens. dioc. et magistro Iohanni de Cadomo canonico ecclesiae s. Pauli Londoniensis mandat, ut ea, quae post prioris ecclesiae s. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. iter arreptum ad sedem apostolicam invenerint temere in eius praeiudicium attemptata, in statum debitum legitime revocent. II non. Sept. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. I. 181; Dugdale Monast. Anglic. VI. 162. n° 20. — »Precibus dilecti filii.«

4 " (15116) Antonio et Dionysio procuratoribus, quos pro expediendis negotiis Thiconiensis, de Feldwar (Földuár *Fej.*), de Dumbo (Dubo *F.*), de Modocha (Madocha *F.*), S. Martini de Pannonia et aliorum monasteriorum, abbatum et conventuum de Ungaria ord. s. Ben. oportebat subire onera expensarum, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam 150 marcarum argenti ad pondus Ungariae *etc.* II non. Sept. a° 11° (10° *Mon. Hung.*) ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 224. n° 426; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 241; *cf.* Fejér Cod. dipl. IV. II. 182. — »Cum sicut in.«

" 5 " (15117) Henrici regis Angliae, qui in succursum Terrae sanctae crucis iam assumpto signaculo transfretare proponebat, tam laudabile propositum commendans eius, Alienorae reginae uxoris necnon Eduardi primogeniti et heredis ac aliorum liberorum personas cum familiis et Angliae regno, Hibernia *etc.* sub b. Petri et sua protectione suscipit. Non. Sept. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 35. — »Cum in succursum.«

" 5 " (15118) Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis et Bathoniensi et Wellensi episcopis notum facit, se (Henrici) regis et Alienorae Anglorum reginae necnon Edwardi primogeniti ac aliorum liberorum personas cum familiis et regno Angliae, Hybernia, Wallia, Wasconia *etc.* sub b. Petri et sua protectione admisisse. Mandat eis, ne permittant, ut illi contra protectionis apostolicae tenorem ab aliquibus super his indebite molestentur. Non. Sept. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. I. 175. — »Cum ad archana.«

" 5 " (15119) Abbati S. Benedicti Floriacensi Aurelian. dioc. mandat, ut abbatem et conventum monasterii s. Dionysii ord. s. Ben. Paris. dioc. contra insolentiam et conatus malignantium defendat. Non. Sept. a° 11°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de St.-Denys 585. — »Obviare malitiis perversorum.«

" 8 " (15120) De Bello et de Waltham abbatibus Cicestrens. et London. diocc. mandat, ut, si quas excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias Cantuariensis archiepiscopus in abbatem et conventum monasterii s. Augustini Cantuariae ord. s. Ben. promulgaverit, ipsas vice sua relaxent neque permittant, ut illi ab aliquibus super hoc molestentur. VI id. Sept. a° 11°. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 188. — »Olim ad nostram.«

1243. Iun. 28 — **1253.** Sept. 8.

— — (15121) Statuit, ut ecclesiae Romanae legati, quantumcunque plenam legationem obtineant, ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem. *Sine nota chronol.* ‖ Mansi Conc. XXIII. 643, 653; Matth. Paris Hist. maior ad a. 1245; *int.* Decr. I-i IV c. 10 *de offic. legati* ap. Boehmer Corp. II. app. 353; ap. Richter Corp. II. 938. — »Officii nostri debitum.«

— — (15122) N. N. tenorem epistolae Gregorii IX pp. directae »Archiepiscopo Rothomagensi« et incipientis »Praesentium tibi auctoritate«, in qua quaedam invenit declarata, transmittit, ut sub titulo *de testibus* adnectatur. *Sine nota chronol.* ‖ *Int.* Decr. I-i IV c. 20 *de testib.* ap. Mansi l. c. 657; ap. Boehmer l. c. 355. — »Ad haec quia.«

— — (15123) Praeceptori hospitalis s. Iohannis Hierosol. in Hispania et commendatori ac fratribus domus de Curuaria (*al.* Turnaria, Curavia *Mansi*) hospitalis eiusdem, quos N. N. cardinalis ab impetitione abbatis et conventus de Bonefac(io), quia locum de Rosellis ex largitione regis Aragoniae ad ipsos pertinere non probaverant, sententialiter absolverat, hanc absolutionem confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Sexti Decr. lib. II. tit. 14 *de sent. et re iud.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 947; ap. Richter l. c. 960; *int.* Decr. I-i IV c. 24 ap. Boehmer l. c. app. 358; ap. Mansi l. c. 660. — »Abbate sane« (ap. Raynald. Ann. ad a. 1253 § 9 *incip.* »Sane abbas de Bonifacio abbate.«)

— — (15124) Andreae capellano suo praebendam in Carnotensi diocesi contra D. adiudicat. *Argum.:* Si mandetur, alicui provideri de dignitate vacatura, quam duxerit acceptandam, et vacat dignitas, quam ante acceptationem ordinarius confert, tenet ipsius collatio, etiamsi executor impetrantis ante acceptationem fecerit reservationem, inhibitionem et processus super prima vacante. *Sine nota chronol.* ‖ Sexti Decr. lib. 3. tit. 7 *de concess. praeb.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 968, *ad* a. 1250; ap. Richter l. c. 981; *int.* Decr. I-i IV c. 28 ap. Boehmer l. c. app. 361; ap. Mansi l. c. 664. — »Quia cunctis.«

— — (15125) (Rectori ecclesiae Halgleton *add. Mansi*) significat, se decernere, ordinationem episcopi (Dulmen., *leg.*) Dunelmensis, qua ille decimas dictae ecclesiae archidiaconatui Dunelmensi propter eius proventus tenues concesserit, non valere, et praefatas decimas ipsi ecclesiae sententialiter adiudicare. *Sine nota chronol.* ‖ Sexti Decr. lib. 3. tit. 9 *de reb. eccles. non alienandis* c. 1 ap. Boehmer l. c. II. 974; ap. Richter l. c. 986, *ap. utrumque sine inscript.*; *int.* Decr. I-i IV c. 29 ap. Boehmer l. c. app. 362; ap. Mansi l. c. 666. — »Dudum.«

— — (15126) Decano Aurelianensi intimat: Cum liceat cuilibet suo vicino vel proximo pro repellenda ipsius iniuria suum impertiri auxilium, licet praelato proprio sibimet subvenire subsidio et suammet temporalem iniuriam sua propria spirituali defensione tueri, sicque utrumque quodammodo gladium et temporalem et ecclesiasticum, alterum videlicet altero adiuvare. *Sine nota chronol.* ‖ Sexti Decr. lib. 5. tit. 11 *de sent. excomm.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. 1019; ap. Richter l. c. 1028; *int.* Decr. I-i IV c. 41 ap. Boehmer l. c. app. 368; ap. Mansi l. c. 673. — »Dilecto filio.«

— — (15127) Declarat quid significent verba privilegii »*In speciales et proprios ecclesiae Romanae filios vos recepimus,*« et qui locus dicatur esse desertus. *Sine nota chronol.* ‖ Sexti Decr. lib. 5. tit. 12 *de verb. signif.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1027, *ad* a. 1250; ap. Richter l. c. 1036; *int.* Decr. I-i IV c. 42 ap. Boehmer l. c. app. 368, *dat.* »Lugduni«; ap. Mansi l. c. 674. — »Veniens.«

— — (15128) Ut vigeat studium iuris divini et humani, canonici videl. et civilis, statuit ut studentes in scholis penes sedem apostolicam talibus privilegiis omnino, libertatibus et immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis, ubi generale regitur studium. *Sine nota chronol.* ‖ Sexti Decr. lib. 5. tit. 7 *de privil.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 1009; ap. Richter l. c. 1019. — »Cum de diversis.«

1253.

Sept. 9 Assisii (15129) P(hilippo) archidiacono (archiepiscopo *male Rayn.*) Bononiensi constitutionum et decretalium epistolarum principia, quas tempore sui pontificatus edidit quasque in Corpore iuris contineri decrevit, competentibus assignata titulis transmittit eique mandat, ut illa magistris et scholaribus diligenter exponens distincte prohibeat, ne quis alias sub papae nomine editas vel edendas in iudiciis vel in scholis admittat absque mandato sedis apostolicae speciali. V id. Sept. a° 11°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. professo. I. II. 124; Savioli Ann. Bologn. III. II. 305; Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 8, 9; Aug. Theiner Comm. de Rom. pontif. epistolarum decret. antiquis collect. (Lips. 1829. 4°) 72. not. 4. — »Ad explicandos nodos.«

" 9 " * (15130) Decano et thesaurario cathedralis ecclesiae Augustanae mandat, ut iura monasterii in Wessinsbrunne ord. s. Ben. Augustens. dioc. ab Hermanno milite de Haginberg (Hartmanno dicto de Hagneberch *Lang*) aliisque violata defendat. V id. Sept. a° 11°. ‖ Leutner Histor. Wessofont. I. 266; Lang Regesta III. 34.

" 10 " (15131) Abbati S. Benedicti Floriacensi Aurelian. dioc. significat, se Guillelmo abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia indulsisse, ut per litteras apostolicas ad

1253.

alicuius provisionem minime teneantur nec compelli possint. Mandat ei, ne permittat ut illi contra huius concessionis tenorem ab aliquibus indebite molestentur. IV id. Sept. a° 11°. ‖ Doublet Hist de l'abbaye de St.-Denys 584. — »Dilectorum filiorum Guillielmi.«

Sept. 10 Assisii (15132) (Laurentio) archiepiscopo Iadrensi mandat, ut cum Prodana muliere et Preste cive Iadrensi de matrimonio contracto dispenset. IV id. Sept. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 681. n° 500; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 81. n° 107; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 354. — »Pro parte dilecte.«

» 13 » (15133) Cleri et populi Guthlandiae protectionem suscipit atque inhibet, ne quis rationabilem eorum libertatem hactenus obtentam perturbare praesumat. Id. Sept. a° 11°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 365. n° 410; *cf.* Porthan Bullar. access. 43. n° 25. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 15 » (15134) Guardiano et fratribus ordinis Minorum Velletrensibus concedit, ut de male perceptis, quae quibus restituenda ignorantur, de legatis indistinctis et de redemptione votorum, dempto Hierosolymitano, usque ad 200 libras Provisinorum recipere valeant. XVII kal. Oct. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 681. n° 501. — »Vestrae meritis religionis.«

» 16 » (15135) (Ethelmano) electo Wintoniensi ac decano et guardiano fratrum Minorum Cicestrensium mandat, ut pro facultatibus ecclesiae de Heling. Winton. dioc. de proventibus eiusdem portionem congruam vicario in illa instituendo taxent. XVI kal. Oct. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 683. n° 502. — »Cum dilectis filiis.«

» 16 » (15136) (Bonifacium) archiepiscopum Cantuariensem rogat et hortatur, ut occasione litterarum, quibus ei dederat in praeceptis, ut statuta pro reformatione ordinis s. Benedicti a Gregorio pp. IX edita faceret ab omnibus personis eiusdem ordinis suae civitatis et diocesis exacta diligentia observari, personas monasterii s. Augustini Cantuariae ord. s. Ben. ulterius non molestet, sed ipsas habeat in suis iuribus propensius commendatas. XVI kal. Oct. a° 11°. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 189. — »Licet monasterium sancti.«

» 17 » (15137) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, ... et aliis ecclesiarum praelatis significat, b. Stanislaum Cracoviensem episcopum in numero sanctorum relatum esse, eisdemque mandat, ut VIII id. Maii (*i. e.* 8. Mai.) festum illius celebrent et faciant solemniter celebrari. XV kal. Oct. a° 11°. ‖ Długossi Hist. Polon. I. 730; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1253 § 1. XIII. 579; *omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 19; Cherubini Bullar. I. 103; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 577; Theiner Mon. Polon. I. 53. n° 112; *cf.* Palacky Reise 34. n° 228. — »Olim a gentilium.« — »In Italiam reversus apud Assisium morabatur, ubi s. Stanislaum Cracoviensem episcopum canonizavit, qui ab iniquo principe fuerat interfectus.« ‖ Nic. Triveti Annal. ed. Hog 239 ad a. 1250.

» 19 » (15138) Clero et populo Guthlandiae divisionem decimarum in Guthlandia ab A(ndrea) Lundensi archiepiscopo factam et a Gregorio IX pp. approbatam confirmat. XIII kal. Oct. a° 11°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 366. n° 411; *cf.* Porthan Bullar. access. 44. n° 26. — »Cum ex antiqua.«

» 22 » (15139) Universo clero insulae Guthlandiae consuetudinem, quam circa eligendos et praeficiendos praepositos in ecclesiis vel praeposituris habent, confirmat. X kal. Oct. a° 11°. ‖ Liljegren l. c. n° 412; *cf.* Porthan l. c. n° 27. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 » (15140) Universis patronis plebium. et ecclesiarum insulae Guthlandiae consuetudinem, quam circa praesentandos plebanos et rectores in plebibus et ecclesiis non collegiatis habent, confirmat. IX kal. Oct. a° 11°. ‖ Liljegren l. c. n° 413; *cf.* Celse Appar. ad hist. Sueo-Gothic. 51. n° 14; Porthan l. c n° 28. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 » (15141) Episcopo Nemausensi electionem Guillelmi prioris de Buxia monasterii s. Rufi de Valentia ord. s. Aug. canonici in abbatem eiusdem S. Rufi confirmandam committit. IX kal. Oct. a° 11°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 117. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 23 » * (15142) Revocat Rudigeri Pataviensis episcopi iniustas alienationes. IX kal. Oct. a° 11°. ‖ Lang Regesta III. 34.

» 25 » (15143) Decano Erbipolensi mandat, curet ne Iudaei civitatis et diocesis Herbipolensis contra statutum episcopi Herbipolensis, quo inhibet, ne quis subditorum suorum clericus vel laicus Iudaeos in parte aliqua, in personis, rebus vel familiis audeat laedere aut invadere, ab aliquibus indebite molestentur. VII kal. Oct. a° 11°. ‖ Jireček Cod. iur. Bohem. I. 132. — »Obviare non credimus.«

» 25 » * (15144) Conventum in Kitzingen contra incompetentes beneficiorum provisiones defendit. VII kal. Oct. a° 11°. ‖ Lang Regesta III. 49.

» 27 » (15145) Ricardo monacho monasterii de Kalco in Scotia ord. s. Ben. indulget, ut, non obstante defectu natalium, in abbatem et ad alias administrationes sui ordinis licite promoveri possit. V kal. Oct. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 58. n° 158. — »Attendentes grata devotionis.«

1253.

Sept. 29 Assisii (15146) Episcopo et capitulo Cracoviensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in die translationis corporis b. Stanislai episcopi et martiris visitarint, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargiri. III kal. Oct. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 55. n° 113; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 20. — »Licet is de.«

» 30 (») (15147) Archiepiscopis et episcopis regni Angliae supplicantibus confirmat sententias excommunicationis ab eisdem cum voluntate ac beneplacito Henrici regis Anglorum proferendas in omnes illos, qui malitiose ac scienter ecclesias illius regni suo iure privaverint vel spoliaverint et libertates ecclesiasticas et antiquas regni consuetudines, quae continentur in carta communi libertatum et de foresta concessas violaverint, infregerint, diminuerint vel mutaverint. »Andegaviae« II kal. Oct. a° 11°. ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. I. 287. — »Cum a nobis.«

Oct. 1 » (15148) (Henrico) electo Leodiensi concedit, ut proventus et redditus bonorum ecclesiasticorum civitatis et diocesis Leodiensis, quae usque ad triennium vacare contigerit, possit per unum annum percipere in solutionem debitorum integre solvendos, quibus occasione obsequiorum hactenus ecclesiae Romanae ac W(illelmo) regi Romanorum fideliter impensorum praegravatus sit. Kal. Oct. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 149. — »Exigentibus devotionis tuis.«

» 2 » * (15149) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut per litteras apostolicae sedis prioratus dicti ordinis aut beneficia ad collationem vel patronatum Cluniacensium spectantia conferenda non sint nec ipsi Cluniacenses ad receptionem vel provisionem alicuius compelli possint. VI non. Oct. a° 11°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 124.

(Mai. 1- Oct. 5) » * (15150) (Bonaventurae de Garda) potestati Firmano mandat, ut auxilium praebeat et subveniat hominibus praedictae civitatis ac aliis ecclesiae fidelibus, quotiescumque imminere sciat periculum, vetatque ne cui illuc transeunti viam inhibeat, nisi prius ab ipso pontifice praeciso mandato. *Sine die et mense.* A° 11°. ‖ Cronache della città di Fermo 407. n° 218.

(») » * (15151) Eiusdem sollicitudinem laudat, quam habet in inquirendis et significandis novis provenientibus ex locis illarum partium, in quibus dictus potestas permanet. *Sine die et mense.* A° 11°. ‖ Cronache della città di Fermo 407. n° 215.

Oct. (4) »Celebrato postmodum ibi solemniter festo b. Francisci die sabbati,
» 6 de Asisio per Narniam et Sabinam die lunae sequenti egrediens cum tota curia *ad Urbem Romam* est reversus.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 34 ap. Baluze Miscell. VII. 393 (ed. Mansi I. 203).

» 12 Laterani (15152) Laudensi episcopo mandat, ut magistrum Bonaventuram physicum et capellanum O(ttoboni) S. Adriani diaconi cardinalis in possessionem praepositurae saecularis ecclesiae Castriferrei Iauriensis dioc., cum praepositus eiusdem in Iauriensem episcopum sit electus, inducat. IV id. Oct. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 224. n° 427. — »Dilectus filius magister.«

» 13 » * (15153) Declarat suam fuisse nunquam talem intentionem, prout cives Firmani credebant, videlicet de gravando in quacumque re commune Firmi aut eius singulas personas *etc.* (III id. Oct.) a° 11°. ‖ Cronache della città di Fermo 406. n° 213.

» 15 (») (15154) Fratribus Dominici Sepulchri in Ungaria et Sclavonia constitutis septem villas cum suis omnibus appertinentiis, immo etiam subditis et alia iura bonaque, quae cl. m. Andreas rex Ungariae eis a. 1207 concessit, auctoritate apostolica confirmat. Id. Oct. a° 11°. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 358; Katona Hist. crit. VI. 194; Fejér Cod. dipl. IV. II. 201. — »Dum a nobis.«

» 15 » (15155) Capitulo Lismorensi notum facit, se electionem celebratam de magistro Thoma electo, tunc thesaurario Lismorensi, confirmasse. Id. Oct. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 58. n° 159. — »Licet continuata supervenientium.«

* *In eundem modum* Clero et populo civitatis et diocesis Lismorensis.
» » » Magistro Thomae electo Lismorensi.

» 15 » (15156) Ossoriensi et Clonensi episcopis mandat, ut magistro Thomae electo Lismorensi ad diaconatus et presbyteratus ordines statutis temporibus promoveant ac eidem consecrationis munus impendant. Id. Oct. a° 11°. ‖ Theiner l. c. in n° 159. — »Cum electionem celebratam.«

» 18 » (15157) (Henrico) electo Curiensi mandat, ut Hugoni de ordine Minorum de Friburch tribuat facultatem transferendi se ad ordinem observantiae mitioris. XV kal. Nov. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 683. n° 503. — »Frater Hugo de.«

» 18 » (15158) (Bartholomaeo) episcopo Spoletano mandat, ut de vita et miraculis s. mem. Clarae abbatissae pauperum monialium inclusarum s. Dam. Assisinatis inquirat secundum interrogatoria, quae sub bulla sua ei mittit interclusa. XV kal. Nov. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 684. n° 504. — »Gloriosus Deus in.«

1253.

Oct. 19 · Laterani — (15159) Ministro et fratribus Minorum ordinis Perusinis supplet consensum capituli Perusini in venditione loci qui dicitur Campus Horti et confirmat, quod ab episcopo Perusino cum eis factum est. xiv kal. Nov. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 685. n° 505. — »Petitio vestra nobis.«

» 23 » — (15160) (Haquino) episcopo et capitulo Asloensibus concedit, ut, cum capitulum Amarense post mortem Pauli praesulis T. Amarensis ecclesiae canonicum non requisitis episcopo et capitulo Asloensibus in episcopum postulaverit, nullum propter hoc iuri eorum vel ecclesiae Asloensi praeiudicium generetur. x kal. Nov. a° 11°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 37. n° 49. — »Ex parte vestra.«

» 23 » — • (15161) Abbati et conventui S. Pauli in Lavent conquerentibus, quod nonnulli asserentes se ab apostolica sede *etc.* recepisse mandatum, ut ecclesiis illarum partium possint certas summas pecuniae nomine procurationis imponere ac recipere ab eisdem, huiusmodi pecunias ab ipsorum monasterio exigant, scribit, eos ad exhibendum hoc praetextu requisitas pecunias minime teneri. x kal. Nov. a° 11°. ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 277. n° 1191. — »Ex tenore.«

Nov. 3 » — (15162) Archiepiscopis, episcopis ac abbatibus, prioribus .... et aliis ecclesiarum praelatis earumque capitulis et conventibus seu collegiis tam exemptis quam non exemptis ac patronis clericis seu laicis praesentes litteras inspecturis significat, se statuere, quod singuli eorum canonias et praebendas ac beneficia, personatus et dignitates cum cura aut sine cura, redditus ac etiam pensiones ad collationem aut electionem aut praesentationem ipsorum spectantia, quae obtinentur a quibuscunque oriundis extra regna in quibus habentur canonicatus et praebendae, sive apud sedem apostolicam maneant, sive alibi commorentur, ex tunc personis idoneis conferre *etc.* valeant *etc.* iii non. Novb. a° 11°. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 183; Fell Rer. Anglicar. scr. I. 328 (*in* Annal. monast. I. 314); Bullar. Roman. ed. Taurin. III. 217, *ubi sine causa rationabili* Innocentio III *tribuitur.* — »Postquam regimini generalis.«

» » — (15163) Episcopo et capitulo Roffensibus ac praelatis ecclesiarum et patronis clericis aut laicis per Roffensem civitatem et diocesin constitutis statutum de novo editum super provisionibus faciendis, quod incipit »Postquam regimini generalis« cuiusque tenorem de verbo ad verbum inserit, transmittit extendens idem ad pontificatus, abbatias et alias regulares dignitates. Monet eos, ut statutum ipsum fideliter et diligenter exequantur. iii non. Nov. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. i. 175. — »Editum a nobis.«

3 » — (15164) Abbati et priori de Insula Missarum Dumblanens. dioc. intimat, se abbati et conventui de Scona ord. s. Aug. S. Andreae dioc. indulsisse, ut super terris et aliis bonis ecclesiae suae, quae ad forum ecclesiasticum pertinent, ad respondendum vel litigandum in curia saeculari compelli nequeant. Mandat eis, ne permittant ut illi super hoc molestentur. iii non. Nov. a° 11°. ‖ Liber ecclesie de Scon 70. n° 105 *et* 75. n° 112. — »Deuotionis dilectorum filiorum.«

» 3 » — (15165) Abbati et conventui de Scona ord. s. Aug. S. Andreae dioc. intimat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam monasterii in honorem s. Trinitatis et s. Michaelis dedicatam in anniversario die dedicationis annis singulis visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargiri. iii non. Nov. a° 11°. ‖ Liber ecclesie de Scona 79. n° 114. — »Licet hiis de.«

» 13 » — (15166) Magistrum Pangratinum canonicum Reginum in Romaniam mittit eique mandat, ut quosdam articulos contra G. electum Patracensem recipiat et examinet iuxtaque ea, quae invenerit, in causa procedat. Id. Nov. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 686. n° 506. — »Dilectus filius G.«

» 13 » — (15167) Prioribus et fratribus domus de Rupeclara ord. Humiliatorum Veronens. dioc., quibus b. m. Iacobus Veronensis episcopus duos modios frumenti, quos solvere tenebantur annuatim, vendiderat pro pretio 60 librarum Veronensium minutorum, hanc venditionem confirmat. Id. Nov. a° 11°. ‖ Biancolini Chiese di Verona VI. 218. — »Cum a nobis.«

» 20 » — (15168) G(uillelmo) S. Eustachii diacono cardinali committit, ut, cum magister et fratres secundi ordinis Humiliatorum supplicarint, ut eis concedatur quod in illis diebus in quibus per ecclesiam non est indictum ieiunium, ovis lacte ac caseo uti possint, super hoc statuat quod viderit expedire. xii kal. Dec. a° 11°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 257. — »Sua nobis dilecti.«

» 20 » — (15169) Magistro Nicolao Scarso canonico Cameracensi scriptori suo de novo mandat, ut ad provisionem Dominici de Caleno clerici W(illelmi) regis Romanorum procedat de beneficio in regno Alamanniae. xii kal. Dec. (a° 11°). ‖ Meerman Geschied. V. 150. — »Dilectus filius Dominicus.« *Cf.* 1251. Febr. 4. n° 14168.

» 24 — — Agneti dominae Fuciniaci: »Neapoli viii kal. Dec. a° 11°«. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 175. n° 344, *vid.* 1254. Nov. 24.

1253.

Nov. 27 · Laterani — • (15170) Henrico Barensi electo commendat nobilem virum Iohannem de Monte Fusculo, cui Anglonensis civitas in temporalibus est subiecta, et electum episcopum Anglonensem. v kal. Dec. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 84, *perperam ad* a. 1254. *Cf.* n° 15191.

» 29 » — (15171) (Hermanno) episcopo Erbipolensi mandat, ut, cum Ludolfus de Sladein [Schladen] ecclesiae Halberstadensis canonicus, licet M(einhardi) Halberstadensis episcopi cessionem H(ugo) tit. S. Sabinae presbyter cardinalis tunc in partibus illis apostolicae sedis legatus non admisisset, per subreptionis astutiam cathedram ascenderit pastoralem et a G(erhardo) Maguntino archiepiscopo loci metropolitano huius electionis confirmationem obtinuerit, sed a praefato legato excommunicationis vinculo innodatus sit, dictam excommunicationis sententiam faciat usque ad satisfactionem inviolabiliter observari. iii kal. Dec. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 151. — »Dilecti filii decanus.«

Dec. 5 » — (15172) Abbati monasterii Insulae Barbarae ord. s. Ben. Lugdunens. dioc. eiusque successoribus potestatem concedit dispensandi super observatione statutorum et praeceptorum, quae ad substantiam Benedictinae regulae non pertinent, exceptis casibus in quibus dispensatio a regula interdicta est. Non. Dec. a° 11°. ‖ Cl. le Laboureur Mazures de l'abbaye roy. de l'Isle Barbe lez Lyon I. (Paris 1681. 4°) 174. — »Ex parte tua.«

» 9 — — Magistro et fratribus militiae Templi in Hungaria et Slavonia: »Perusii v id. Dec. a° 11°.« ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 203 *etc.*, *vid.* 1252. Dec. 9. n° 14798.

» 10 Laterani — (15173) (Iohanni) episcopo Sambiensi (Sabien. *M.*; Bischof v. Sabina *Böhmer Reg. a. 1246 ad 1313. p. 322*) de ord. fr. Minorum committit, ut cum M. relicta quondam C. comitis palatini de Tuingen (Tunigen *M., i. e.* Tübingen) et R. domino de Durne, qui praefatum comitem quarta consanguinitatis linea contigerat, super contracto matrimonio dispenset, si negotio ecclesiae ac utilitati (Willelmi) regis Romanorum id viderit expedire. iv id. Dec. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 688. n° 507; Meerman Geschied. V. 155. — »Sinceritas devotorum ecclesiae.«

» 10 » — (15174) Rectori Sabiniae mandat, ut universitati castri Mutiani (de Monzano *Thein.*) Sabin. dioc. propter aerem insalubrem licentiam tribuat transferendi se ad locum, qui Collis Vetulus (Colavetus *Sper.*) vulgariter nuncupatur. iv id. Decb. a° 11°. ‖ Sperandio Sabina sagra (Roma 1790. 4°) 348. n° 18; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 133. n° 248. — »Semper est petentium.«

» 10 » — (15175) Abbati monasterii s. Matthaei, praeposito ecclesiae Imolensis et archidiacono Foroliviensi mandat, ut in lite exorta inter praepositum et capitulum ecclesiae Faventinae ex parte una et episcopum Faventinum ex altera super confirmatione electionis archipresbyteri de Bagnacavallo facta in plebe S. Stephani de Panigale Favent. dioc. statuant quod canonicum fuerit. iv id. Dec. a° 11°. ‖ Mittarelli Access. hist. Favent. 495. — »Sua nobis dilecti.«

» 11 » — (15176) Hugoni tit. S. Sabinae presb. cardinali apostolicae sedis legato committit, dispenset cum Waltero praeposito Argentinensi nato Walteri domini de Gerelseke [Geroldseck], ut praeter tres ecclesias curam animarum habentes et ecclesiam de Zunswilre unicum aliud beneficium in regno Alamanniae licite possit recipere. iii id. Dec. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 32. n° 379. — »Cum dilecto filio.«

» 11 » — • (15177) Marchiae Anconitanae rectori mandat, ut omnia privilegia et iura civitatis Firmanae illibata conservet et faciat conservari. iii id. Dec. a° 11°. ‖ Cronache della città di Fermo 407. n° 214.

» 12 » — (15178) Abbati et conventui monasterii Hersfeldensis ord. s. Ben. Magunt. dioc. concedit ecclesiam in Geuese eiusd. dioc. et capellam s. Martini extra muros aput Andernacum Trevirens. dioc. usibus propriis propter gravia rerum dispendia, quae ex guerris continuis in confinio durantibus fere usque ad exinanitionem extremam pertulerunt. ii id. Dec. a° 11°. ‖ Wenck Hessische Landesgesch. III. UB. 125. n° 139. — »Debitores ad beneficentiam.«

» 13 » — (15179) Magistro ordinis Humiliatorum mandat, ut, cum potestas ac commune Mediolanenses fratres primi et secundi ordinis, quod per inhibitionem apostolicam de excercendis communibus civitatis negotiis vel pedagiis colligendis se intromittere praetermittunt, plurimis afficiant detrimentis, super hoc statuat, quod salva dicti ordinis honestate viderit expedire. Id. Dec. a° 11°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 258. — »Ex parte tua.«

» 13 » — (15180) Eidem mandat, ut causam, quae inter priorem fratresque ecclesiae s. Marci Terdonenses eiusdem ordinis ex parte una et praepositum conventumque ecclesiae s. Michaelis de Alexandria ex altera super iure subiectionis *etc.* vertatur, terminare studeat. Id. Dec. a° 11°. ‖ Tiraboschius l. c. 261. — »Sua nobis dilecti.«

» 18 » — (15181) (Henrico) regi Anglorum gratias exhibet de transmisso verborum solatio. Addit: »Sane licet contendere videaris te nobis esse minorem nosque reponas in consortio seniorum, super hoc tamen dubitantium forsitan vacillat opinio, quibusdam annos tuos

1253.

		producentibus, aliis corripientibus annos nostros.« xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. I. 176; *sine die et mense* Ann. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 334 (*in* Annal. monast. I. 324). — »Regiam gratitudinem digna.«
Dec. 18	Laterani	(15182) Praeposito et conventui domus Humiliatorum de Prato Ticini Papiensibus omnes libertates, immunitates *etc.* confirmat. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 259. — »Cum a nobis.«
» 18	»	• (15183) Abbati S. Petri Viennensis potestatem concedit mitigandi ea quae ad tria vota spectant vel quae in regula dispensari vetantur. xv kal. Ianr. a° 11°. ‖ J. a Bosco Biblioth. Floriac. Laev. xyst. 102.
» 21	»	(15184) Guardiano et fratribus ordinis Minorum de Tuscanella concedit idem quod legitur in n° 15134. xII kal. Ianr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 688. n° 508. — »Vestrae meritis religionis.«
—	—	(15185) (Magistro Hugoni de Mortuo mari) archidiacono Cantuariensi et magistro Innocentio scriptori suo in Anglia commoranti mandat, ut Fredericum de Lavania scriptorem apostolicum nepotem suum in corporalem possessionem canonicatus Lincolniae, quem G(uilelmus) S. Eustachii diaconus cardinalis ei contulit, et praebendae in ecclesia Lincolniensi vacantis inducant et defendant inductum. *Sine signo chronol.* ‖ Fell Rer. Angl. script. 405; *cf.* 326 (*in* Annal. monast. I. 437; *cf.* 311.) — »Cum dilectus filius.«
—	—	• (15186) Innocentii IV ratificatio super amicabili compositione inter praeceptorem et ordinem ex una et-Revaliensem episcopum ex altera partibus inita, decimas Ierwenses concernente. — Eiusdem papae in eadem causa ad episcopum Curlandiae rescriptum, ut compositionem illam firmiter observari faciat. ‖ Schiemann Regesten 2. n° 8.

1254.

Ianr. 2	Laterani	(15187) (Petro) episcopo Amarensi mandat, ne permittat, ut capitulum Hamarensis ecclesiae communiter vel divisim super beneficiis et aliis bonis suis eam ob rem ab aliquibus molestetur, quod in postulatum vel electum praelati assensum regis Norwegiae non requisiverint. IV non. Ianr. a° 11°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 37. n° 50. — »Cum sicut dilecti.«
» 4	»	(15188) Priori ecclesiae s. Edmundi de Hatissel ord. s. Aug. Cassellens. dioc. concedit facultatem utendi annulo, mitra, tunica, dalmatica et cirothecis ac dandi benedictionem solempnem in missa et mensa plena. II non. Ianr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 59. n° 160. — »Ut pulcra et.«
» 5	»	(15189) (Henrico) episcopo Argentinensi mandat, ut ad petitionem W(illelmi) regis Romanorum cum Waltero de Eschibach Constantiens. dioc. et Kunigunda uxore eius filia comitis de Sulza super contracto matrimonio dispenset, quamvis quarta se consanguinitatis linea contingant. Non. Ianr. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 157. — »Licet coniugalis contractus.«
» 9	»	(15190) Iohanni ord. Minorum nuncio suo in Anglia scribit, se alienationes, venditiones et emptiones de patronatibus vel advocatiis ecclesiarum Angliae factas decernere esse irritas et nullas, eique mandat, ut quicquid circa ecclesiarum parochialium statum invenerit temere immutatum, in statum debitum de plano revocet. v id. Ianr. a° 11°. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 159; Wadding Ann. Minor. III. 357 § 43; Sbaraleae Bullar. Franc. I. 689. n° 509. — »Nostris est nuper.«
» 9	»	(15191) Capitulo Anglonensis ecclesiae mandat, ut, cum Henricus Barensis electus fratrem Deodatum de Squillacio ord. fratr. Minorum eidem ecclesiae auctoritate apostolica in episcopum praefecerit, memoratum Deodatum devote suscipiant eique reverentiam debitam impendant. v id. Ianr. a° 11°. ‖ Wadding l. c. 516. n° 107; Sbaralea l. c. 690. n° 510; Garruba Pastori Baresi 221; Ughelli Ital. sacra VII. 84. — »Cum dilectus filius.«
» 11	»	(15192) Universis prioribus ordinis Praedicatorum concedit facultatem corrigendi fratres in mensa loquentes. III id. Ianr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 239. n° 315. — »Petitio vestra nobis.«
» 12	»	(15193) Abbati monasterii s. Felicis Bononiensis significat, se monasterio Nonantulano ord. s. Ben. Mutinens. dioc. indulsisse, ut nulli de ecclesiis vel possessionibus, quas illud in districtu civitatis Florentinae habeat, per sedis apostolicae vel legatorum ipsius litteras, per quas ius non sit acquisitum, valeat provideri. Mandat ei ne permittat, ut abbas et conventus dicti monasterii contra huius concessionis tenorem indebite molestentur. II id. Ianr. a° 11°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 379. n° 462. — »Licet ecclesiarum et.«
» 12	»	(15194) Hugoni priori S. Felicis in platea Florentiae ord. s. Ben. indulget, ut a prioratu dicto, quem ad monasterium de Nonantula pertinentem ex collatione abbatis ipsius monasterii obtineat, a nemine quoad vixerit, absque speciali mandato apostolico amoveri possit. II id. Ianr. a° 11°. ‖ Tiraboschi l. c. 380. n° 462. — »Tue devotionis merita.«

1254.

Ianr. 13	Laterani	(15195) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis ad preces (Ludovici) regis tunc in partibus Hierosolymitanis agentis mandat, ut, licet sedes apostolica excommunicationis sententiam pronuntiaverit in omnes illos qui de cetero statuta in praefato regno edita et consuetudines contra ecclesiasticam libertatem introductas servari facerent, contra officiales et ballivos praefati regis nullatenus procedant. Id. Ianr. a° (12°, *sed legas*) 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 22. — »Gravem dudum ad.«
» 13	»	(15196) Praeposito ecclesiae Wiltingensis [Wilten] Brixinens. dioc. mandat, ut, cum ipse V(tam) comitissam uxorem quondam A(lbrechti) comitis Tirolensis cum castris et omnibus bonis sub b. Petri protectione susceperit, eam non permittat super his ab aliquibus indebite molestari. Id. Ianr. a° 11°. ‖ Chmel Urk. (Fontes rer. Austr. 2. Abth.) I. 34. — »Cum personam dilecte.«
» 15	»	(15197) Abbati de Reynevelde [Reinfeld] Cisterc. ord. Lubicens. dioc. mandat, ne permittat ut, cum cl. mem. Romanorum imperatores qui pro tempore fuerint, consilio et communi Lubicensibus per sua privilegia concesserint »ut ab imperio, cui sunt immediate subiecti, alienari vel infeudari seu pignori obligari a nemine valeant«, iam dicti consilium et commune super his contra confirmationis apostolicae tenorem ab aliquibus indebite molestentur. xvIII kal. Febr. a° 11°. ‖ Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 72. n° 68; Cod. dipl. Lubec. I. 189. n° 206; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 42. n° 62. — »Cum sicut ex.«
» 16	»	(15198) Thomae archiepiscopo et Octobono S. Adriani diacono cardinali archidiacono Remensibus scribit: »Cum super iurisdictione circa multa et diversa, iuribus quam plurimis et nonnullis variis articulis ratione archidiaconatus Remensis quaestio inter vos orta fuerit et agitata diutius, demum per quandam ordinationem est apud sedem apostolicam terminata, sicut in sequentibus continetur.« Hanc ordinationem gratam et ratam habet eamque confirmat. xvII kal. Febr. a° 11°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 747. — »Cum super iurisdictione.«
» 17	»	(15199) Fratrem Deodatum de Squillacio ordinis Minorum, quem ad mandatum apostolicum Henricus Barensis electus ecclesiae Anglonensi praefecit in episcopum, confirmat. xvI kal. Febr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 691. n° 511. — »Olim bonae memoriae.«
» 18	»	(15200) Magistro et fratribus hospitalis Ierosolimitani in Moravia, quibus b. mem. Rudegerus civis Brunnensis et quondam Hodona uxor eius hospitale de Brunnen de propriis bonis dotatum donaverant, quod quoque hospitale cl. record. Wencezlaus rex Boemiae libertatibus, immunitatibus, villis, vineis *etc.* liberaliter dotaverat postmodum, has concessiones confirmat. xv kal. Febr. a° 11°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 179; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 5. n° 9. — »Consuevit apostolica sedes.«
» 19	»	(15201) Consilium et commune Lubicenses ecclesiae Romanae devotos cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. xIV kal. Febr. a° 11°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 190. n° 207. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 20	»	(15202) Eisdem, quibus Romanorum imperatores per privilegia concesserant, ut ab imperio »cui estis immediate subiecti,« alienari vel infeudari vel pignori obligari a nemine possent, hanc concessionem confirmat. xIII kal. Febr. a° 11°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 190. n° 208. — »Consuevit sedes apostolica.«
» 20	»	(15203) (Alberto) archiepiscopo Livoniae et Prusciae concedit facultatem, ut Iohannes canonicus Lubicensis praeter canonicatum Lubicensem et ecclesiam in Gemunden annexam Maguntinensi diocesi unicum adhuc beneficium vel personatum licite recipiat. xIII kal. Febr. a° 11°. ‖ v. Goetze Albert Suerbeer 178. n° 8; *cf.* Bunge Livl. UB. III. Regest. 19. n° 292b. — »Laudabile testimonium quod.«
» 23	»	(15204) Huguiccioni capellano suo Massae Trabariae rectori concedit, ut extra fines suae legationis in suos sibi obnoxios iurisdictionem exercere possit. x kal. Febr. a° 11°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 133. n° 249. — »Ut operum exhibitorem.«
» 23	»	(15205) Episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis ac rectoribus eorumque collegiis et capitulis in terra marchionis Misnensis constitutis facultatem concedit cantandi et faciendi cantari in missarum sollempniis Virginis gloriosae cantum novum super *Kyrieleyson* et *Gloria in excelsis Deo*, quem (Henricus) marchio Misnensis ediderat. x kal. Febr. a° 11°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 143. n° 174; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 5. n° 10; *cf.* Palacky Reise 34. n° 231. — »Cum in summi.«
» 24	»	(15206) (Odoni) archiepiscopo Rothomagensi committit, ut cum Radulpho clerico Belvacens. dioc. nepote magistri Petri de Os officialis archiepiscopalis super defectu aetatis ad obtinendum beneficium ecclesiasticum dispensare possit. IX kal. Febr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 692. n° 512. — »De Radulpho clerico.«
» 25	»	(15207) Compositionem inter monasterium s. Urbani Cisterc. ord. Constantiens. dioc. et plebanum de Wimenowe [Wynau] de quibusdam decimis et rebus aliis factam confir-

1254.

mat. VIII kal. Febr. a° 11°. ‖ Zeerleder Urkunden der Stadt Bern I. 444. n° 327. — »Ex parte dilectorum.«

Ianr. 26 — Laterani — (15208) Abbatem monasterii Nonantulani, qui annis singulis tenetur sedem apostolicam visitare, ab hac visitatione absolvit. VII kal. Febr. a° 11°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 381. n° 463. — »Licet ex debito.«

» 26 — » — (15209) Ecclesiam s. Michaelis de Scona S. Andreae dioc. tuendam suscipit eiusque possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. VII kal. Febr. indict. XII. incarn. dom. a° 1253. pont. a° 11°. ‖ Liber ecclesie de Scon 75. n° 113. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 27 — » — (15210) Abbati Cisterciensi eiusque coabbatibus notum facit, se irritas et inanes declarare sententias excommunicationis vel interdicti, quas invidentes eorum libertatibus praelati in familiares, servientes, benefactores *etc.* Cisterciensis ordinis protulerint. VI kal. Febr. a° 11°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 341. n° 259; *cf.* Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 3. — »Cum a nobis.«

» 27 — (») — • (15211) Alferium episcopum Allifanum ad Viterbiensem ecclesiam translatum commendat capitulo Viterbiensi. VI kal. Febr. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1414.

» 28 — » — (15212) (Henrico) episcopo Havelbergensi mandat, faciat per censuram ecclesiasticam, ut diffinitiva sententia quam (Albertus) archiepiscopus Lyvoniae et Pruciae in causa abbatissae conventusque monasterii s. Iohannis evang. Lubicensis Cisterc. ord. et abbatis conventusque de Cycemer ord. s. Ben. Lubic. dioc. super quibusdam redditibus *etc.* litigantium pro dicta abbatissa et conventu protulerit, et sententia excommunicationis in dictum abbatem et quosdam eius monachos ipsi diffinitivae parere nolentes ab eodem archiepiscopo promulgata usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observetur. V kal. Febr. a° 11°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 191. n° 209. — »Sua nobis dilecte.«

» 28 — » — (15213) (Hermanno) praeposito et capitulo Rigensis ecclesiae ord. s. August., quibus b. mem. Nicolaus Rigensis episcopus medietatem reddituum suorum in Semigallia cum plenitudine iuris perpetuo possidendam concesserat ac quibus Rigensis archiepiscopus successor ipsius concessionem hanc communiverat, eandem donationem confirmat. V kal. Febr. a° 11°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 19; Bunge Livl. UB. I. 342. n° 260; *cf.* Invent. privil. in arch. Cracov. 111. — »Iustis petentium desideriis.«

» 28 — » — (15214) Scolastico Novae ecclesiae extra muros Huxarienses (Padenburgen., *legas*) Paderburnensis dioc. mandat, ut Iohanni canonico Lubicensi clerico ducis de Bruneswic sororii W(illelmi) regis Romanorum in aliqua ecclesiarum Bremensis provinciae cathedralium vel aliarum de personatu vel dignitate provideat aut per alium faciat provideri. V kal. Febr. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 159. — »Meritis laudabilis conversationis.«

» 28 — » — (15215) Fratribus Cisterciensis ord. scholaribus Parisius apud S. Bernardum in theologica facultate studentibus concedit, ut in praedicando publice et legendo ordinarie in theologia, cum licentiati fuerint, illa qua fratres Minores et Praedicatores illic morantes utuntur, omnimoda utantur libertate. V kal. Febr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 693. n° 513. — »Ne studium vestrum.«

» 29 — » — (15216) Episcopo Tripolitano et archidiacono Acconensi querelam archiepiscopi Nicosiensis contra ministrum et fratres ordinis fratrum Minorum Nicosienses (Belliloci), qui locum in quo prius fuerant relinquentes quibusdam monachis Cisterciensibus vendiderant, diiudicandam committit. IV kal. Febr. a° 11°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 651. — »Ex parte venerabilis.«

» 30 — » — (15217) Rodulpho quondam comiti de Ura nunc monacho monasterii de Pevenhusen Cisterc. ord. Constantiens. dioc., qui opus pium Conradi episcopi Portuensis fratris sui, quod ille super construendo monasterio Cisterciensis ordinis in loco, qui Ad Lapides dicitur, imperfectum praeventus morte reliquerat, ad effectum perducturus erat, si papa ei morandi in eodem loco cum Friderico ac Alberto dicto Pulchro vel aliis duobus monachis sui ordinis licentiam largiretur, postulatam concedit. III kal. Febr. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 129. — »Ut bona memoriae.«

Febr. 1 — » — (15218) Episcopo Castrensi eiusque successoribus castrum de Arsa cum Rocca et aliis pertinentiis sub annuo censu duorum Augustariorum auri vel viginti solidorum denariorum Senatus camerae apostolicae persolvendo feudi nomine concedit. Kal. Febr. a° 11°. ‖ Muratori Antiq. Ital. II. 787. — »In negotio fidei.«

» 4 — » — (15219) R. scolastico maioris ecclesiae de Chirichperg [Kirchberg] et de Horbach [Hornbach] plebanis Ratispon. dioc. mandat, ut iudicium faciant inter praepositum conventumque de Ranshoven et L. archidiaconum Pataviensem super iurisdictione visitationis et procurationis quorundam plebanorum pertinentium ad eosdem litigantes. II non. Febr. a° (12°, *sed legas*) 11°. ‖ UB. ob der Enns III. 203. — »Sua nobis praepositus.«

» 4 — — — (15220) Universis Christifidelibus notum facit, se super diversis articulis fidem moresque religionis christianae tangentibus Conradum natum quondam Friderici Romanorum imperatoris ad praesentiam suam evocasse, illum autem ad statutum terminum solemnes

1254.

nuncios ad sedem apostolicam destinasse, qui super praedictis articulis excusationes suas publice praeponerent. »Nos itaque eis intellectis I. Montisfortis et T(homae) de Sabaudia comitum precibus inclinati usque ad medium proximae quadragesimae ... praedictae citationis terminum prorogamus ....« »Assisii« (*error scriptoris?*) II non. Febr. a° 11° (12° ed. Lucens.). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 41. — »Super diversis articulis.«

Febr. 6 — Laterani — (15221) (Wilbrando) archiepiscopo Magdeburgensi, quem, cum ad W(illelmum) regem Romanorum pro recipiendis de manu eius regalibus et imperii agendis accederet, captum et spoliatum in via magna subire oportuerat onera expensarum, concedit, ut proventus et redditus primi anni beneficiorum vacantium vel quae usque ad completum triennium vacare contigerit in eius civitate vel diocesi, convertere possit in solutionem horum debitorum. VIII id. Febr. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 161. — »Ad faciendam tibi.«

» 6 — » — (15222) Praeposito et conventui monasterii de Insula Ducis Praemonstr. ord. Leodiens. dioc., quibus cl. mem. Henricus Lotharingiae ac Brabantiae dux, Iohannes de Scoenhove miles et Oliverius natus quondam Willelmi de Bruxella ius patronatus in capella de Nuerode iuxta Arschot Leod. dioc. contulerant, hanc collationem confirmat. VIII id. Febr. a° 11°. ‖ Miraeus Opp. dipl. II. 860; Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 689. — »Cum a nobis.«

» 6 — » — (15223) Eisdem ius patronatus in capella de Winge (Winghe *Hugo*) Leod. dioc., quod ipsis Rogerus de Winge (Regnerus de Winghe *H.*) diaconus et Geldolphus eiusdem loci miles contulerant, confirmat. VIII id. Febr. a° 11°. ‖ Miraeus l. c. 860; Hugo l. c. pr. 690. — »Cum a nobis.«

» 6 — » — (15224) Eisdem ius patronatus in capella de Cortelke Leod. dioc., quod ipsis Henricus de Bautersheem dominus de Cortelke, Thomas et Henricus de Eysche milites contulerant, confirmat. VIII id. Febr. a° 11°. ‖ Miraeus l. c. 860; *cf.* Hugo l. c. pr. 690. — »Cum a nobis.«

» 6 — » — (15225) Sententiam diffinitivam ab (Alberto) Livoniae et Prusciae archiepiscopo in causa abbatissae conventusque monialium monasterii s. Iohannis evangelistae Lubicensis Cisterc. ord. et abbatis monachorumque loci qui Cicemer dicitur ord. s. Ben. super restitutione bonorum quorundam litigantium prolatam confirmat. VIII id. Febr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 693—701. n° 514; Cod. dipl. Lubec. I. 192. n° 210. — »Iustis petentium desideriis.«

» 8 — » — (15226) Guardiano et fratribus ordinis Minorum S. Francisci Assisiatensibus concedit, ut de male acquisitis eorum qui ignorantur, legatis indistinctis ac redemptione votorum usque ad 500 libras Provisinorum recipere valeant. VI id. Febr. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 701. n° 515. — »Vestrae meritis religionis.«

• *In eundem modum* Abbatissae et sororibus monialium inclusarum Assisinat. ord. s. Dam.

» 10 — » — (15227) Universis Christi fidelibus, qui in festo b. Helysabeth causa devotionis ad ecclesiam fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. de Sarburch Metens. dioc. annuatim accesserint, indulgentiam 40 dierum largitur. IV id. Febr. a° 11°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 100. — »Vitae perennis gloria.«

» 10 — » — (15228) Eisdem qui in eodem festo ad ecclesiam fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Treverensis annuatim accesserint, eandem concedit indulgentiam. IV id. Febr. a° 11°. ‖ Hennes l. c. 101. — »Vitae perennis gloria.«

» 10 — » — (15229) Eisdem qui in eodem festo ad ecclesiam fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Metensium annuatim accesserint, 40 dies de iniuncta poenitentia relaxat. IV id. Febr. a° 11°. ‖ Hennes l. c. 101. — »Vitae perennis gloria.«

» 10 — » — (15230) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. declarat, constitutionem de exemptis coram ordinariis ob certas res conveniendis non derogare ordinis sui libertatibus. IV id. Febr. a° 11°. ‖ Strehlke Tab. 372. n° 526; de Geer Archieven I. 72. n° 75. — »Cum olim duxerimus.«

» 10 — (») — • (15231) Episcopo Taurinensi, abbati Tilieti et cimiliarchae ecclesiae Mediolanensis ac praeposito Vezolani ad expositionem Guilielmi marchionis Montisferrati, alias patrem suum pro quadam summa pecuniarum habita a communi Vercellensi dedisse ad quinquennium loca Tridini et Pontisturiae, fraudolenter inde per ipsum confirmari obtentam: committit ut constituta fraude restitutionem fieri faciant. ‖ Caccianottius Summar. 201; *cf.* p. 68, *ubi eadem bulla relata* ad a° 1210. Febr. 10; *vid.* n° 3913.

» 11 — » — (15232) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus *etc.* mandat, moneant nobiles, milites et laicos, qui a fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. pro claudendis villis et castris ac erigendis munitionibus subsidium pecuniarium contra iustitiam exigunt, ut a tali indebita molestatione eorum desistant. III id. Febr. a° 11°. ‖ Hennes UB. I. 144. n° 151; Strehlke Tab. 373. n° 527. — »Ex parte dilectorum.«

» 11 — » — (15233) (Laurentio) episcopo Scarensi mandat, ut Theodoro canonico ecclesiae Hamarensis ecclesiam b. Michaelis de Noko Hamar. dioc. ad papae collationem lapsu temporis devolutam conferat. III id. Febr. a° 11°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 178; Liljegren Svenskt dipl.

1254.

I. 369. nº 417; Lange Dipl. Norveg. VI. i. 27. nº 29; *cf.* Celse Appar. 75. nº 40. — »Dilectus filius Theodorus.«

Febr. 13 Laterani (15234) Magistrum Gamellinum canonicum Glasguensem cancellarium regis Scotiae in capellanorum suorum consortium admittit eique concedit, ut de cetero »capellanus noster re et nomine censearis.« Id. Febr. aº 11º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 59. nº 161. — »Scientia mores et.«

» 13 » (15235) Guardiano et fratribus ordinis Minorum Hortanis concedit, ut de male acquisitis incerto domino restituendis *etc.* usque ad 200 libras recipere possint. Id. Febr. aº 11º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 702. nº 516. — »Vestrae meritis religionis.«

» 15 » (15236) Priori generali et universis fratribus Eremitis de Tuscia ord. s. Aug. quasdam constitutiones, quas de consilio R(iccardi) S. Angeli diac. card. et religiosorum virorum de Fallera et Fossae Novae abbatum Cisterc. ordinis pro stabilienda in perpetuum regulariter vita sua fecerunt, confirmat. xv kal. Mart. aº 11º. ‖ Empoli Bullar. 12 in nº 9. — »Cum a nobis.«

» 16 » (15237) Soldano Turchiae fratres ordinis Praedicatorum, quos ei ad coelestis verbi praeconium mittit, commendat. xiv kal. Mart. aº 11º (12º *male Rayn.*). ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. I. 240; Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 5; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 236; *sine signo chronol.* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 130. — »Deus creator omnium.«

(» 16) (») (15238) Georgiae antistites rogat et hortatur, ut fratres Praedicatores benigne recipiant ac eisdem in vita necessariis et de securo conductu, cum oportuerit, provideant. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 6, *nonnisi fragm.*

» 16 resp. 17 » (15239) (Iohanni) episcopo Sambiensi concedit, ut per regnum Alamanniae possit Christi fidelibus proponere verbum crucis et omnibus, qui pro ecclesiae vel W(illelmi) regis Romanorum auxilio vel subsidio contra C(onradum) natum quondam Fr(iderici) Romanorum imperatoris suosque fautores ipsius crucis signum assumpserint, illam peccatorum veniam et idem privilegium tribuat, quae crucesignatis pro Terrae sanctae succursu consuevit sedes apostolica elargiri. xiv (xiii *W.*) kal. Mart. aº 11º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 358; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 703. nº 518; Meerman Geschied. V. 162. — »Ad promotionem negocii.«

» 17 » (15240) Eidem et praedicatoribus verbi crucis in regno Alamanniae concedit, indulgeant ut hi, qui accedentes ad torneamenta occiduntur, tradantur ecclesiasticae sepulturae, si aliquod subsidium iuxta facultates W(illelmo) regi Romanorum in communi causa contra Conradum natum Fr(iderici) quondam Romanorum imperatoris et fautores eiusdem praestiterint *etc.* xiii kal. Mart. aº 11º. ‖ Sbaralea l. c. 702. nº 517; Meerman l. c. 164. — »Cum sacris sit.«

» 17 » • (15241) Episcopo Tusculano apostolicae sedis legato de discordiis super quibusdam articulis inter archiepiscopum Nicosiensem eiusque suffraganeos episcopos Latinos ex una parte et episcopos Graecos regni Cypri ex altera mandata dat. xiii kal. Mart. aº 11º. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 68; *cf.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1254 § 7.

» 18 » (15242) Hugoni tit. S. Sabinae presbytero cardinali committit et mandat, ut sorores ordini fratrum Praedicatorum incorporatas personis eiusdem ordinis commendet, si earundem saluti viderit expedire. xii kal. Mart. aº 11º. ‖ Ripolli Bullar. VII. 32. nº 380. — »Licet sorores ordinis.«

» 18 » (15243) Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci Argentinensis ord. s. Dam. concedit, ut per litteras apostolicas conveniri nequeant. xii kal. Mart. aº 11º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 516. nº 108; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 704. nº 519. — »Coelestia quaerentibus.«

• *In eundem modum* Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci Ripaetransonis ord. s. Dam. Firman. dioc.

» » » » » » » s. Caeciliae Philigiensis ord. s. Dam. Constantiens. dioc.

» 20 » (15244) (Theodorico) episcopo et capitulo Nuemburgensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Nuemburgensem in honore b. apostolorum Petri et Pauli fundatam in festo eorundem singulis annis venerabiliter visitarint, indulgentiam 40 dierum concedere. x kal. Mart. aº 11º. ‖ Jo. Andr. Schmidt Numi bracteati Numburgo-Cicenses Pegaviensesque (Ienae 1695. 4º) 14. — »Licet is de.«

» 20 » (15245) Magistro Petro praeposito ecclesiae Chasmensis Zagrabiens. dioc., Octomaro archidiacono Nogradiensi et Raynaldo plebano ecclesiae de Bana Strigoniens. dioc. procuratoribus B(enedicti) quondam Colocensis nunc Strigoniensis archiepiscopi, pro cuius et ecclesiae suae negotiis expediendis illos subire oportebat onera expensarum, concedit facultatem contrahendi mutuum propter hoc usque ad summam trium millium et quingentarum marcarum puri et fini argenti ad pondus Ungariae. x kal. Mart. aº 11º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 225. nº 428; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 247. — »Cum sicut in.«

1254.

Febr. 20 Laterani (15246) Capitulo S. Andreae, cassata decani Dunkeldensis electione, magistrum Abel nunc electum tunc archidiaconum S. Andreae et capellanum suum praeficit in episcopum et pastorem. x kal. Mart. aº 11º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 59. nº 162. — »Ad culmen summi.«

» 22 » (15247) (Nicolao) episcopo Assisinatensi significat, se ministro et fratribus administrationis s. Francisci ordinis Minorum collationem ecclesiae s. Andreae de Spello a B(artholomaeo) episcopo Spoletano eis factam confirmasse. Mandat ei, ut dictos fratres, ne molestentur, tueatur. viii kal. Mart. aº 11º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 704. nº 520. — »Oblata nobis ex.«

» 22 » (15248) (Iohanni) episcopo Sambiensi concedit facultatem dispensandi cum personis regni Alamanniae, qui in W(illelmi) regis Romanorum subsidium assumpserint signum crucis, ut eorum quilibet attingentem sibi mulierem in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis sibi possit matrimonialiter copulare. viii kal. Mart. aº 11º. ‖ Sbaralea l. c. 705. nº 521; Meerman Geschied. V. 166. — »Ad hoc Deus.«

» 22 » (15249) (Henrico) episcopo Traiectensi concedit facultatem percipiendi per unum annum proventus ecclesiasticorum beneficiorum, dignitatum et personatuum, quae in civitate ac diocesi eius usque ad triennium vacare contigerit, eosque in sumptus, quos pro servitio Romanae ecclesiae ac W(illelmi) regis Romanorum subierit, integre convertendi. viii kal. Mart. aº 11º. ‖ Meerman l. c. 167. — »Personam tuam quam.«

» 25 » (15250) (Iohanni) episcopo Sambiensi mandat, dispenset cum Henrico filio Conradi de Thengen et Odelhilda filia Olrici de Snabelburgh Constantiens. dioc., ut possint ad invicem matrimonialiter copulari, non obstante quod quarta consanguinitatis linea se contingant. v kal. Mart. aº 11º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 705. nº 522; Meerman 168. — »Attenta sedis apostolice.«

» 25 » (15251) (Benedicto) Colocensi archiepiscopo scribit inter cetera: »Te Strigoniensi ecclesiae ex plenitudine potestatis in archiepiscopum et pastorem providimus et a vinculo, quo Colocensi tenebaris ecclesiae, absolutum ad ipsam Strigoniensem ecclesiam duximus transferendum.« v kal. Mart. aº 11º. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 238; Theiner Mon. Hungar. I. 225. nº 429; *cf.* Péterfius Concil. Hungar. I. 73; Kollar Hist. iur. patron. 169. — »Inter cetera quae.«

» 25 » (15252) Suffraganeis ecclesiae Strigoniensis scribit de eodem argumento illosque hortatur, ut eundem tanquam metropolitanum suum devote suscipiant *etc.* v kal. Mart. aº 11º. ‖ Fejér l. c. 239. not.; Theiner l. c. 226. — »Inter cetera quae.«

» 25 » (15253) Priori fratrum Praedicatorum et ministro fratrum Minorum in Suria (*i. e.* Syria) mandat, ut absente sedis apostolicae legato super electione archiepiscopi Graecorum Cypri cognoscant et decernant. v kal. Mart. aº 11º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 706. nº 523. — »Gerentes venerabiles fratres.«

» 27 » (15254) (Gerhardo) Maguntino archiepiscopo et suffraganeis eius et abbatibus, prioribus .... et aliis ecclesiarum praelatis in Maguntina provincia constitutis mandat, prohibeant omnibus parochianis suis, ne ab abbate et conventu in Otterburg Cisterc. ord. de novalibus vel de aliis terris, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, vel de nutrimentis animalium ullatenus praesumant decimas exigere. iii kal. Mart. aº 11º. ‖ Bodmann Rheingauische Alterthümer II. 874. — »Audivimus et audientes.«

» 27 » (15255) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuthonicorum Iherosolymitani in Accon O(ttoboni) S. Adriani diaconi cardinalis sententiam diffinitivam inter ordinem hosp. s. M. Th. et Aymericum Barlays super casalibus Arabiae et Zachanim (d. d. 1254. Febr. 19; *cf.* Strehlke Tab. 85) latam confirmat. iii kal. Mart. aº 11º. ‖ Strehlke Tabulae 87. nº 107. — »Ea que iudicio.«

» 27 » (15256) (Bertramo de Middleton) priori monasterii Dunelmensis ord. s. Ben. concedit, ut super observatione statutorum et praeceptorum, quae de ipsius substantia regulae non existunt, ipse ac successores cum monasterii dicti eiusque membrorum monachis praesentibus et futuris possint libere dispensare. iii kal. Mart. aº 11º. ‖ Wilkins Concil. I. 702. — »Ex parte tua.«

» 27 » (15257) Repetit Gregorii IX nº 10600 d. d. 1238. Mai. 18: »Non absque dolore« — »iii kal. Mart. aº 11º«. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 53.

» 28 » (15258) Provisori et monachis loci qui dicitur b. Bernardi in Cardineto Parisiensibus Cisterc. ord., quibus Iohannes de Lexinton dominus de Eston ius patronatus in medietate ecclesiae de Roderham Eboracens. dioc. concesserat, hanc concessionem confirmat. ii kal. Mart. aº 11º. ‖ Felibien Hist. de Paris III. 160. — »Affectu sincero sic.«

» 28 » (15259) Statuit, »ut archiepiscopis, episcopis, archidiaconis aliisque praelatis personaliter visitantibus ac ecclesiis et locis visitatis exhibeantur procurationes in victualibus et aliis necessariis moderate, ita quod sumptus, qui pro hiis fient, summam seu valentiam quatuor marcharum argenti in nulla procuratione transcendant« *etc.* ii kal. Mart. aº 11º. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon I. 213; *sine nota chronol.* Matth. Paris Hist. maior. Additam. 186, *ad* a. 1252. — »Contra gravamina que.«

		1254.
Febr. 28	Laterani	Episcopo Tusculano: »II kal. (*sic ed. Luc.*, non. *recte ed. Colon.*) Mart. a° 11°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 7 *omisso exordio, vid.* 1254. Mart. 6. n° 15265.
Mart. 2	»	(15260) (Iohanni) episcopo Sambiensi mandat, ut dispositionem H(ugonis) tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legati favore W(illelmi) regis Romanorum super varia decimarum perceptione cum nonnullis nobilibus regni Alemanniae viris a se probatam confirmatamque ad tempus servet. VI non. Mart. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 707. n° 524. — »Ex parte carissimi.«
» 2	»	(15261) Clonensi, Corkaiensi et Lismorensi episcopis mandat, ut, si postulationem de Mauricio praecentore Clonensi in episcopum Rossensem canonice celebratam invenerint, eam confirment ac ipsum ecclesiae Rossensi in episcopum concedant. VI non. Mart. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 60. n° 163. — »Ecclesia Rossensi pastoris.«
» 3	»	(15262) Abbatissam et conventum monialium monasterii s. Iohannis evangelistae, Cisterc. ord., Lubicensis cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. V non. Mart. a° 11°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 193. n° 211. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 4	»	(15263) Petro S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali (apostolicae sedis legato) mandat, ut concessionem episcopatus Lubicensis (Alberto) archiepiscopo Prusciae pro sustentatione sua factam revocet et ad instantiam W(illelmi) regis Romanorum I(ohannem) de Dist ordinis fratrum Minorum episcopum Sambiensem Lubicensi ecclesiae praeficiat in episcopum et pastorem. IV non. Mart. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 707. n° 525; Meerman Geschied. V. 170; Bunge Livl. UB. I. Regest. 74. n° 296, III. 46. n° 261 a; *cf.* Voigt Gesch. Preussens III. 58. Anm. 1. — »Cum venerabilis frater.« — *Cf.* 1253. Iun. 5. n° 14998.
» 5	»	(15264) Archidiacono Bononiensi mandat, ut archiepiscopum Strigoniensem ad satisfaciendum Bonifacio Bonsignoris, Albizo Deuteaiute eorumque sociis civibus et mercatoribus Senensibus de 3500 marcis argenti puri et fini ad pondus Ungariae, quas ei pro expediendis sui et ecclesiae negotiis mutuarunt, per censuras compellant. III non. Mart. a° 11°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 81. n° 108; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 362. — »Cum sicut dilecti.«
» 6	»	(15265) Episcopum Tusculanum apostolicae sedis legatum hortatur, ut episcopis Graecis regni Cypri mores et ritus exponi faciat, quos solicite attendant ac efficaciter observent et a suis subditis observari faciant; archiepiscopo autem Nicosiensi et eius suffraganeis Latinis praecipiat, ut eosdem Graecos super praemissis non inquietent nec molestent. Contradictores per censuram ecclesiasticam compescat. II non. (kal. *Rayn. ed. Luc.*) Mart. a° 11°. ‖ Cherubini Bullar. I. 103; Mansi Conc. XXIII. 578; Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 7 *omisso exordio male incip.* (*ed. Luc.*) »*Si* (*pro* sic) deliberatio«; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1253 § 13. XIII. 590; Bullar. pontif. sacrae congregat. de propag. fide. I. (Romae 1839. gr. 4°) 4; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 580. — »Sub catholicae professione.«
» 7	»	(15266) Priori ordinis fratrum Praedicatorum Lubicensium scribit, Gerardum civem Lubicensem ac G. uxorem eius coram ipso proposuisse, »quod, eâdem G. olim infirmitate gravatâ, idem civis ad militiam clericalem, dicta vero G. ad religionem aliquam se transferre ex tunc ad biennium iam praeteritum .... promiserunt«; nunc autem »cum ipsi quinque parvulos habeant« dispensationem usque ad quinquennium petunt. Mandat ei, ut super praemissis provideat illis, prout animarum saluti viderit expedire. Non. Mart. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 241; Cod. dipl. Lubec. 1. Abth. III. 10. n° 6. — »Ex parte Gerardi.«
» 9	»	(15267) Girardo Coxadoce capellano suo marchiae Anconitanae rectori mandat, ut, cum officiales archiepiscopi Ianuensis tunc eiusdem marchiae rectoris commune Castri s. Genesii Camerin. dioc. occasione cuiusdam cavalcatae in centum marchis argenti condemnarint, illi autem propter hoc ad sedem apostolicam appellarint, cognitionem condemnationis Mercatandi iudici suo committat. VII id. Mart. a° 11°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 37. n° 29. — »Sua nobis dilecti.«
» 9	»	(15268) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis committit facultatem interpretandi statuta ecclesiastica et saecularia contra haereticos edita *etc.* VII id. Mart. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 241. n° 318; Cherubini Bullar. I. 105; Bull. Roman. ed. Taur. III. 583. — »Cum negotium fidei.«
» 9	(»)	(15269) Abbatissae et conventui monialium monasterii s. Iohannis evang. Lubicensis Cisterc. ord. indulget, ut privilegiis et indulgentiis Cisterciensi ordini ab apostolica sede concessis libere uti possint. »Lugduni« (*error scribae?*) VII id. Mart. a° 11°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 194. n° 212. — »Solet annuere sedes.«
» 9 resp. 10	»	(15270) (Alberto) archiepiscopo Livoniae et Prusciae, quem olim ad partes Prusciae Estoniae et Livoniae cum legationis officio miserat ac postmodum ad sedem apostolicam reverso ut »non obstante quod fines tuae fueras legationis egressus«, eodem officio, cum ad partes praedictas rediret, uti posset sicut prius concesserat, qui autem tandem legationi in Prusciae partibus renuntiaverat et tum dubitabat »quia in litteris (revocationis) non

		1254.
		de Livonia Estonia vel Ruscia, sed de Pruscia dumtaxat mentio habebatur«, an ingressurus Livoniam et partes alias accedere debeat cum legationis officio, concedit, ut idem officium quoad Livoniam Estoniam vel Rusciam, Pruscia penitus excepta, exercere valeat, ita tamen, ut de magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia seu Pruscia et Curonia vel Estonia constitutis se ipsis invitis nullatenus intromittat. VII (VI *Turg., Bunge*) id. Mart. a° 11°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 92 in n° 95; Bunge Livl. UB. I. 344. n° 262; Turgenevii Russ. monim. I. 79. n° 89; *epit.* ap. Voigt Gesch. Preussens III. 59. Anm. 2. — »Cum te olim.«
Mart. 11	Laterani	(15271) Benedicto archiepiscopo Strigoniensi pallium, per magistros praepositum ecclesiae Csasmen. Zagrabiensis et Reynaldum plebanum ecclesiae de Bana Strigoniens. diocc. ei assignandum transmittit. V id. Mart. a° 11°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 244; Theiner Mon. Hungar. I. 226. n° 430. — »Cum palleum insigne.«
» 11	»	(15272) Iohanni de Dist ord. Minorum episcopo Sambiensi mandat, ut redemptiones et obventiones votorum crucesignatorum in subsidium Terrae sanctae colligi faciat et servet et, quid faciendum, rescribat. V id. Mart. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 708. n° 526. — »Gerentes de tuae.«
» 13	»	(15273) Abbati et conventui monasterii s. Silvestri de Monte Subasio ord. s. Ben. Spoletan. dioc. de facta reformatione monasterii Vallis Gloriae de Spello ord. s. Dam. eiusd. dioc. mandata dat. III id. Mart. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 709. n° 527. — »Venerabilis frater noster.«
» 13	»	(15274) Ministro et fratribus administrationis S. Francisci ord. Min. ecclesiam s. Andreae de Ispello a (Bartholomaeo) Spoletano episcopo eis collatam confirmat. III id. Mart. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. n° 528. — »Oblata nobis ex.«
» 13	»	(15275) Priorissae et conventui monasterii sororum inclusarum s. Dominici de Campo Syntulo Imolensibus indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut aliis ecclesiasticis beneficiis compelli nequeant invitae. III id. Mart. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 33. n° 381. — »Paci et tranquillitati.«
» 14	»	(15276) (Waltero) episcopo et archidiacono Tornacensibus nunciat, se ad sopiendam discordiam inter W(illelmum) Romanorum regem et M(argaretam) comitissam Flandriae et Haynoniae legatum ad illas partes in proximo destinaturum esse, eisque mandat, ut excommunicationis sententiam, quam in dictam comitissam et quosdam eius homines (Henricus) abbas Fuldensis auctoritate litterarum papalium promulgaverit, et effectum interdicti lati de mandato ipsius abbatis in terram eiusdem comitissae protinus suspendant. II id. Mart. a° 11°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1057; Mieris Charterb. I. 281; Kluit Hist. crit. Holland. II. II. 657. n° 206. — »Cum ad sopiendam.« *Cf.* 1252. Dec. 3. n° 14796.
» 14	»	(15277) Archiepiscopis et episcopis, decanis et archidiaconis, ad quos litterae istae pervenerint, mandat ut, cum fratres Hierosolymitani Hospitalis nullum habeant episcopum et praelatum praeter Romanum pontificem et speciali praerogativa gaudeant libertatis, in praedictos fratres sive clericos aut ecclesias eorum excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare nullatenus praesumant. II id. (Mai., *sed legatur*) Mart. a° 11°. ‖ Solothurn. Wochenbl. f. 1828. p. 346. — »Cum dilecti filii.«
» 15	»	(15278) Episcopo (Patavi?)ensi et praeposito de Folkemarkt Salzburgens. dioc. mandat ut, cum, licet (Albertus) quondam comes de Tyrol pro damnis ecclesiae Frisingensi ab eo irrogatis excommunicationis sententia innodatus decesserit, nihilominus corpus eiusdem sit traditum ecclesiasticae sepulturae, idem corpus extumulari et extra christianorum cimiterium proiici faciant, comitissas autem (Adelheidem) Goritiae et (Elisabetham) de Hirsperg eiusdem comitis haeredes compellant ad satisfactionem eidem ecclesiae exhibendam de huiusmodi damnis. Id. Mart. a° 11°. ‖ (Wiener) Jahrb. der Literat. XXXIX. 1827. Anzeigebl. 25. not.; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 280. n° 1198. — »Ex parte venerabilis.«
» 15	»	(15279) Abbati et conventui monasterii in deserto Zaro Cisterc. ord. Pragens. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in die dedicationis eiusdem et singulis solennitatibus b. virginis Mariae ac festivitate b. Nicolai visitaverint annuatim, indulgentiam 100 dierum concedere. Id. Mart. a° 11°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 179. n° 204; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 6. n° 14. — »Licet is de.«
» 16	»	(15280) (Otakaro) regi Boemiae indulget, ut in eum vel eius terras nemo excommunicationis vel interdicti sententias promulgare aut interdicere ei ingressum ecclesiae possit absque speciali mandato sedis apostolicae. XVII kal. Apr. a° 11°. ‖ *Fragm.* ap. Erben l. c. 7. n° 15; *cf.* Palacky Reise 34. n° 232.
» 18	»	(15281) Regi Scotiae significat, se praefecisse magistrum Abel tunc capellanum suum et archidiaconum ecclesiae s. Andreae in episcopum. Hortatur et monet regem, ut ipsum et ecclesiam ei commissam propensius commendatos habeat. XV kal. Apr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 60. n° 164. — »Inter primas sollicitudinis.«
		* *In eundem modum* Consiliariis regis Scotiae — Capitulo ecclesiae s. Andreae in Scotia — Clero et populo civitatis et diocesis S. Andreae.

		1254.
Mart. 18	Laterani	(15282) S(tephano) tit. S. Mariae Transtyberim presbytero cardinali archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum significat, se praefinire numerum canonicorum, qui eidem basilicae inserviant ac eiusdem reddituum sint participes, ad viginti quinque. xv kal. Apr. a° 11°. ‖ Bullar. Vatic. I. 130. — »Apostolici culminis principatum.«
» 18	»	(15283) Ministro, custodibus, guardianis, conventualibus vel eorum vicariis administrationis s. Francisci mandat, ut contra haereticos, receptatores, defensores ac fautores eorum procedant; illis vero, qui ad impugnandum haereticos eisdem auxilium praestiterint, indulgentiam trium annorum elargitur. xv kal. Apr. a° 11°. ‖ Cherubini Bullar. I. 105; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 584. — »Quia tunc potissime.«
» 18	»	(15284) Priori et fratri Guidoni de Monte Catino ord. Praed. Urbevetanis inquisitoribus haereticae pravitatis mandat, ut ad extirpandam de civitate et diocesi Anagnina pravitatem haereticam contra haereticos eorumque fautores iuxta canonicas sanctiones procedant. xv kal. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 241. n° 319. — »Quia tunc potissime.«
» 18	»	(15285) Fratris Iohannis de Dist ord. Minor. translationem de Sambiensi ad Lubicensem ecclesiam a (Petro) s. Georgii ad velum aureum diac. card. factam confirmat. xv kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 711. n° 529. — »Licet ex illo.«
» 18	»	* (15286) (Gerhardum) archiepiscopum Bremensem rogat, ut praefatum episcopum, cuius metropolitanus dicatur, habeat commendatum eumque tamquam suffraganeum suum honeste pertractet. xv kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 712.
» 18	»	(15287) Populo civitatis et diocesis Lubicensis significat, se fratrem Iohannem de Dist episcopum Sambiensem ad Lubicensem ecclesiam transtulisse, eosque monet, ut praefato episcopo plene et humiliter intendant. xv kal. Apr. a° 11°. ‖ Cod. dipl. Lubec. II. II. 929. n° 1005; *cf.* Sbaralea l. c. 712. — »Licet ex illo.«
» 18	»	(15288) Episcopo Cameracensi (*num legendum* Caminensi?) mandat, ut Iohannem de Dist episcopum in corporalem possessionem ecclesiae Lubicensis inducat et defendat inductum. xv kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 713. n° 530. — »Licet ex illo.«
» 18	»	(15289) Ottoni de Cusorn. archidiacono in ecclesia Ruthenensi mandat, ut Petro de la Spinalla subdiacono suo rectori ecclesiae de Vezolhac Ruthen. dioc. de beneficio in aliqua ecclesiarum Caturcensis civitatis vel diocesis provideat. xv kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 713. n° 531. — »Ad faciendam dilecto.«
» 19	»	(15290) Priori et fratri Orlando de Civitella ord. Praed. Anagninis inquisitoribus haereticae pravitatis eadem mandata dat. XIV kal. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 242. n° 320. — »Quia tunc potissime.«
» 20	»	(15291) Archidiacono et capitulo Albensibus indulget, ut praebendae cedentium vel decedentium canonicorum ipsius ecclesiae nullis receptis vel recipiendis in ea conferri possint, nisi fuerint in eodem ordine vel maiori, in quo cedentes vel decedentes fuerant constituti. XIII kal. Apr. a° 11°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 240.
» 20	»	* (15292) Episcopo S. Andreae et Gamelino cancellario regis Scotiae capellano suo mandat, curent ut Iohanni de Civitella subdiacono et capellano pontificio de beneficio aliquo usque ad summam 50 marcarum sterlingorum in regno Scotiae provideatur. XIII kal. Apr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 64 in n° 170.
» 23	»	(15293) Fratribus de ordine Minorum inquisitoribus et praedicatoribus crucis super haeretica pravitate a sede apostolica deputatis concedit facultatem absolvendi omnes, qui contra pravitatem haereticam assumpserint signum crucis ab interdicti *etc.* sententiis, dispensandi *etc.* x kal. Apr. a° 11°. ‖ Cherubini Bullar. I. 105; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 714. n° 532; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 585. — »Ut nihil nobis.«
» 23	»	(15294) Episcopo Fanensi mandat, ut, si electionem conventus monasterii s. Thomae in Folia ord. s. Ben. Pensauriens. dioc. de Iohanne eiusdem monasterii monacho concorditer celebratam invenerit, eum admittat in abbatem. x kal. Apr. a° 11°. ‖ Olivieri-Giordani Mem. di S. Tommaso 148. n° 16. — »Ex parte dilectorum.«
» 23	»	(15295) Priori provinciali Lombardiae ord. Praed. et inquisitoribus haereticae pravitatis in civitate et diocesi Mediolanensi scribit, se rogasse potestatem, consilium et commune Mediolanenses, ut, si Aegidius comes de Curtenova apud castrum de Mongano Cremonens. dioc. multos haereticos receptans sit intra castrum, caperent eundem et munitionem custodirent *etc.* Mandat eis, ut, si illi mandatum apostolicum neglexerint adimplere, illos ad id cogant per censuram ecclesiasticam. x kal. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 242. n° 321. — »Aegidius comes de.«
» 25	»	(15296) Episcopo Sambiensi(?) committit, ut Thilemannum de Ruremunde laicum in servitio W(illelmi) regis Romanorum et Helisabeth impedimento matrimonii astrictos relaxet, prout viderit expedire. VIII kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 715. n° 533. — »Tua nobis fraternitas.«

		1254.
Mart. 26	Laterani	(15297) (Odoni) archiepiscopo Rothomagensi, cuius ecclesiae b. m. S. Rothomagensis archiepiscopus augmentatum redditum ex proventibus molendinorum de Dei Villa donaverat, hanc donationem confirmat. VII kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. n° 534. — »Constitutus in.«
» 26	»	* (15298) Iohanni de Frossolone subdiacono et capellano suo mandat, curet ut Guillielmo clerico nato nobilis viri Landulfi de Cecano nepoti R(icardi) S. Angeli diaconi cardinalis de aliquo beneficio ecclesiastico usque ad annuam summam 40 marcarum sterlingorum in regno Scotiae provideatur. VII kal. Apr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 64 in n° 170. *Cf.* n° 15384.
» 27	»	(15299) Ministro, custodibus vel eorum vicariis ord. Minorum marchiae Anconitanae mandat, ut contra haereticos efficaci potentia verbum crucis praedicent. VI kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 716. n° 536. — »Tunc potissime conditori.«
» 28	»	(15300) Romano electo Allifano mandat, ut, cum eum Allifanae ecclesiae praefecerit in episcopum, impositum a Domino sibi onus suscipiat. v kal. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 243. n° 322. — »Debitum officii nostri.«
» 28	»	(15301) Fratri Bartholomaeo de ordine Praedicatorum Pactensi electo significat, se eum Pactensi ecclesiae vacanti praefecisse in episcopum. v kal. Apr. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. n° 323. — »Meritorum evidentia quibus.«
» 28	»	(15302) Odoni archiepiscopo Rothomagensi concedit facultatem, ut de bonis sua industria acquisitis iuxta suum pium desiderium ordinare ac disponere possit. v kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 716. n° 535. — »Operis evidentia declarante.«
» 28	»	(15303) Arcioni Capocio germano Petri S. Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis significat, se confirmare diffinitivam hîc insertam sententiam, quam in causa vertente inter eam ex parte una et (Marinum) syndicum communis Auximani super salario ei a communi praedicto promisso ratione potestariae Auximanae — ad quam eum idem vocaverat — magister Bernardus electus Neapolitanus d. 14. Mart. 1254 promulgaverit. v kal. Apr. a° 11°. ‖ Osservaz. critiche sopra le antichità crist. di Cingoli II. 752. n° 73. — »Omnia que iudicio.«
» 28	»	(15304) Ministris et custodibus vel eorum vicariis ordinis fratrum Minorum administrationis Urbis mandat, ut ad extirpandam de provincia sua pravitatem haereticam efficaciter laborantes contra infectos pravitate vel defensores et fautores eorum iuxta sanctiones canonicas procedant. v kal. Apr. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 328; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 717. n° 537. — »Quia tunc potissime.«
» 29	»	(15305) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Mariae de Paradiso in Indeburch (Iudeburch *Sb.*) ord. s. Dam. Salzburgens. dioc. indulget, ut a quocumque per litteras apostolicas conveniri nequeant. IV kal. Apr. a° 11°. ‖ Wadding l. c. 516. n° 109; Sbaralea l. c. 718. n° 538. — »Vacantibus amori coelestium.«
» 30	»	(15306) Abbati Strahowiensi Pragens. dioc. mandat, ut cessionem spontaneam abbatissae monasterii s. Georgii in castro Pragensi ord. s. Ben. consanguineae (Otakari) regis Boemiae vice apostolica recipiat. III kal. Apr. a° 11°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 10. n° 18; *cf.* Palacky Reise 34. n° 233. — »Cum dilecta in.«
» 30	»	* (15307) Patriarchae Antiocheno, cum eius terra a Turcis multum sit devastata, Nicosiensem ecclesiam cum eius proventibus committit. III kal. Apr. a° 11°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 68.
» 30	(»)	* (15308) Bulle adressée au doyen de l'église de St.-Donat de Bruges dioc. de Tournai, par laquelle il confirme les biens et priviléges de l'église de St.-Donat à Bruges, accordés par Robert marquis de Flandre, fils de Robert-le-Frison *etc.* III kal. Apr. a° 11°. ‖ Delepierre Précis de documents I. XLVI.
» 31	»	(15309) Abbati de Luka Praemonstr. ord. Olomucens. dioc. litem inter abbatem conventumque monasterii Brewnoviensis et magistrum cruciferorum domus s. Mariae Pragensis in capite pontis *etc.* super decimis *etc.* vertentem committit decidendam. II kal. Apr. a° 11°. ‖ Dobner Mon. VI. 23; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 10. n° 19.
» 31	»	(15310) Confirmat fundationem hospitalis s. Elisabeth cruciferorum stellatorum Wratislaviensis ord. s. Aug., quod Anna relicta cl. m. B. ducis Zlesiae et Cracoviae ac filii eius propriis sumptibus erexerant et dotaverant, insertis fundationis litteris. II kal. Apr. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 55. n° 114; *cf.* Palacky Reise 34. n° 234; Erben l. c. 11. n° 22; Korn Regest. episcop. Vratislav. 39. — »Cum a nobis.«
Apr. 1	»	(15311) (Bartholomaeo) episcopo Spoletano mandat, ut, cum speciale ac generale consilium civitatis Spoletanae quasdam domos et casalina, sine quibus domus fratrum Minorum aedificari commode non valebant, per duos viros idoneos fecerint aestimari, aestimationem huiusmodi faciat inviolabiliter observari. Kal. Apr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 719. n° 539. — »Dilecti filii minister.«
» 1	»	(15312) S. Martini de Monte Pannoniae ord. s. Ben. et de Bocon (Bacon *Fej.*) Cisterc. ord. abbatibus significat, se (Stephano) episcopo Penestrino, quem de Strigoniensi ecclesia,

1254.

cui olim utiliter praefuisse dinoscatur, ad Penestriensem duxerit transferendum, 300 marcas argenti puri et fini ad pondus Ungariae de proventibus et redditibus archiepiscopalibus eiusdem Strigoniensis ecclesiae concessisse percipiendas annuatim, statuens ut archiepiscopus Strigoniensis qui pro tempore fuerit eas annis singulis in festo Omnium Sanctorum apud Venetias persolvat. Mandat eis, ut litteras quas super hoc eidem archiepiscopo destinet, ei cum cautela assignent. Kal. Apr. a° 11°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 251; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 249. — »Congruum existimamus et.«

Apr. 2 Laterani (15313) Archiepiscopos et episcopos, abbates .... et alios ecclesiarum praelatos et capitula per Hungariam, Bohemiam, Austriam, Styriam et Moraviam constitutos rogat et monet, ut B(ernardum) Neapolitanum electum capellanum suum, quem commisso ei legationis officio pro redintegrando inter (Belam) Hungariae et (Otakarum) Bohemiae reges sinceritatis amore vel saltem ineundis treugis »quae solent esse paci praeambulae«, mittat, hilariter recipiant eique fideliter intendant. iv non. Apr. a° 11°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 183; Fejér l. c. 245 *et* VII. v. 573; Theiner Mon. Hungar. I. 226. n° 431; Erben Reg. Bohem. II. 11. n° 23; *cf.* Palacky Reise 35. n° 235. — »Evidenti patet exemplo.«

» 2 » (15314) Praepositum, decanum et capitulum ecclesiae Tungrensis dioc. Leodiens. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. iv non. Apr. a° 11°. ‖ Miraei Opp. dipl. III. 412. — »Haec (?) sacrosancta Romana.«

» 2 » (15315) Plebano ecclesiae s. Stephani in Pane Florent. dioc. scribit, se Iohanni de Suivignana tunc canonico de Empoli eiusd. dioc. mandasse ut Ildebrandino canonico Florentino de aliquo plebanatu *etc.* provideret (*vid.* 1248. Oct. 15. n° 13050), sed illum Ildebrandinum asserere, se, cum idem Iohannes dimisso clericali charactere ad laicalem habitum postea se converterit, nullum de hac gratia commodum esse assecutum. Mandat ei, ut, si ita sit, iuxta tenorem directarum litterarum ab eodem Iohanne obtentarum procedat. iv non. Apr. a° 11°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1793. — »Sicut dilectus filius.«

» 2 » (15316) Priori et fratribus Praedicatoribus Viterbiensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in festivitatibus bb. Dominici confess. et Petri martyris devote visitaverint, indulgentiam 40 dierum concedere. iv non. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 244. n° 324. — »Cum ad promerenda.«

» 3 » (15317) Ministro et fratribus de ordine Minorum Spoletanis postulantibus quidquid procuratores ab (Raynaldo) episcopo Ostiensi et Velletrensi curatore ordinis instituti pro eis super eorum negotiis fecerunt vel facient, ratum et firmum habet. iii non. Apr. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 517. n° 110; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 719. n° 540. — »Cum a nobis.«

° *In eundem modum* Fratribus provinciae Romanae.

» 4 » (15318) B(ernardo) electo Neapolitano capellano suo apostolicae sedis legato, quem pro sedanda discordia inter (Belam) Ungariae et (Otakarum) Boemiae reges suborta ad partes illas destinat, concedit facultatem relaxandi suspensionis et excommunicationis in quascunque personas necnon et interdicti in loca regnorum Ungariae et Boemiae et partium vicinarum sententias occasione huius discordiae promulgatas. ii non. Apr. a° 11°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 185; Theiner Mon. Hungar. I. 227. n° 432; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 251; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 13. n° 25; *cf.* Fejér Cod. dipl. VII. v. 309. n° 175; Palacky Reise 35. n° 236. — »Cum te pro.«

» 5 » (15319) I(ohanni) episcopo Lubicensi mandat, ut, cum ei, antequam de Sambiensi ad Lubicensem ecclesiam translatus sit, quaedam super praedicanda cruce in subsidium W(illelmi) regis Romanorum et quibusdam aliis negociis commissa sint expedienda, ea fideliter et prudenter exequatur. Non. Apr. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 174. — »Cum antequam te.«

» 5 » (15320) Cantori Cameracensi mandat, faciat ut magister Petrus de Hostresel clericus in aliqua ecclesiarum civitatis vel diocesis Leodiensis recipiatur canonicus. Non. Apr. a° 11°. ‖ Meerman l. c. 175. — »Cum digni sint.«

» 5 » (15321) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Italia scribit, se universis marchionibus, comitibus, baronibus *etc.* per Italiam constitutis mandasse, ut Manfredum de Sexto civem Mediolanensem haereticum et promulgatis adversus haereticos sanctionibus subiectum, qui fugam arripuerit, eiusque bona caperent et detinerent. Mandat eis, ut, si illi mandatum apostolicum adimplere neglexerint, illos ad id per censuram ecclesiasticam compellant. Non. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 244. n° 325; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 720. n° 541. — »Ad audientiam nostram.«

» 6 » (15322) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, prioribus .... capitulis et conventibus ecclesiarum, ad quos litterae istae pervenerint, significat, se B(ernardum) electum Neapolitanum pro sedanda discordia inter (Belam) Ungariae et (Otakarum) Boemiae reges suborta destinare. Rogat eos, ut eundem honorifice pertractent, ei ac familiae eius de necessariis et securo conductu liberaliter provideant. viii id. Apr. a° 11°. ‖

1254.

Boczek Cod. dipl. Morav. III. 185. n° 209; Theiner Mon. Hungar. I. 227. n° 433; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 252; *fragm.* ap. Erben Reg. Boh. II. 13. n° 26; *cf.* Palacky Reise 35. n° 237. — »Cum dilectum filium.«

Apr. 6 Laterani (15323) Praeposito et canonicis supplicantibus saecularem ecclesiam s. Geminiani Volaterran. dioc. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. viii id. Apr. indict. XII. incarn. dom. a° 1254. pont. a° 11°. ‖ Coppi Annali di S. Gimignano 54. — »Piae postulatio voluntatis.«

» 6 » (15324) Abbati et priori monasterii (Haffligenien., *legas*) Affligemensis Camerac. dioc. mandat, ut Renerum de Thenis clericum in aliqua ecclesiarum Leodiensis diocesis recipi faciant in canonicum. viii id. Apr. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 177. — »Dilectum filium Renerum.«

» 7 » (15325) Praeposito et conventui monasterii s. Petri de Raygrad ord. s. Ben. Olomucens. dioc. notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in festo b. Petri venerabiliter visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargiri. vii id. Apr. a° 11°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 186; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 13. n° 27. — »Loca sanctorum omnium.«

» 7 » (15326) Barchinonensem, Ilerdensem et de Perpiniano Elenens. dioc. priores ordinis Praedic. rogat et hortatur, ut ad requisitionem (Iacobi) Aragonum regis aliquot fratres idoneos ad inquirendum contra haereticos in terris eius dominio subiectis deputent. vii id. Apr. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 245. n° 326. — »Carissimus in Christo.«

» 8 » (15327) B(ernardo) electo Neapolitano apostolicae sedis legato mandat, ut (Gerhardo) Maguntino archiepiscopo per Hugonem tit. S. Sabinae presb. card. tunc sedis apostolicae legatum excommunicato, de cuius manibus Otacharus rex Boemiae debeat coronam suscipere, absolutionis beneficium exhibeat, ut libere ad eiusdem regis coronationem possit procedere. vi id. Apr. a° 11°. ‖ Gudenus Cod. dipl. I. 638. — »Cum karissimus in.«

» 8 » (15328) Eidem mandat, ut Otocharum Boemiae regem, durante (Gerhardi) archiepiscopi Moguntini excommunicatione, per aliquem de suffraganeis suis coronari faciat. vi id. Apr. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 31; Gudenus l. c. I. 638; Erben Reg. Bohem. II. 14. n° 28; *cf.* Palacky Reise 35. n° 238. — »Cum carissimus in.«

» 8 » (15329) Simoni nato Guidonis Magalotti militis Ortani et Andreae uxori eius se quarto consanguinitatis gradu ad invicem contingentibus concedit, ut impedimento hoc non obstante possint in contracto matrimonio libere permanere. vi id. Apr. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 721. n° 542. — »Licet in quarto.«

» (8) » (15330) Fratribus ordinis Minorum inquisitoribus haereticae pravitatis a suo ordine deputatis in Urbe, patrimonio b. Petri et aliis terris ecclesiae, regno Apuliae, Tuscia, marchia Tarvisina et Sclavonia concedit potestatem interpretandi statuta ecclesiastica et saecularia contra haereticos edita *etc.* (xi, *legerim*) vi id. Apr. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 329; Sbaralea l. c. n° 543. — »Cum negotium fidei.«

» 9 » (15331) Ezelinum de Romano manifestum haereticum, excommunicatum et anathematizatum sententialiter iudicat. v id. Apr. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 35—39; Mansi Conc. XXIII. 526; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1253 § 4. XIII. 581; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 586; *sine nota chron.* ap. Muratori Antiq. Ital. IV. 517. — »Truculentam unius hominis.« *Cf.* 1248. Apr. 16. n° 12899.

» 9 in platea Lateranensi, »Adveniente postmodum die Iovis sancti, quo solet fieri reconciliatio poenitentium et anathematizatio protervorum ac infidelium omnium, ipse dominus papa ut moris est pontificum Romanorum, ... excommunicavit ... Corradum ipsum regnum Apuliae adhuc in sua protervia detinentem. Ezelinum autem ... crudelem tyrannum ... adiudicavit haereticum et a communione fidelium separavit.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 36 ap. Baluze Miscell. VII. 395 (ed. Mansi I. 204).

» 13 Laterani (15332) Abbati de Pruel et praeposito de Osterhoven Pataviens. dioc. et scolastico Ratisponensi mandat, ut inter praepositum de Ranshouen et archidiaconum Pataviensem, qui iura sui archidiaconatus contra sedis apostolicae privilegia infra parochiae terminos illius exercere nitatur, iudicium faciant. Id. Apr. a° (12°, *legas*) 11°. ‖ UB. ob der Enns III. 206. — »Sua nobis dilectus.«

» 16 » (15333) Priori et fratribus Praedicatoribus Urbevetanis notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in festis s. Dominici et s. Petri martyris ac per octavas eorundem visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargiri. xvi kal. Mai. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 245. n° 327. — »Cum ad promerenda.«

» 17 » (15334) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali apostolicae sedis legato in partibus Alamanniae, in regno Daciae ac Polonia indulget, ut clerici, qui cum eo permanserint, integre percipiant beneficiorum suorum proventus. xv kal. Mai. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 56. n° 115. — »Cum te ad.«

1254.

Apr. 17	Laterani	(15335) Cunctis principibus Germaniae de praefati Petri legatione significat et addit, se dicto cardinali concessisse liberam potestatem relaxare excommunicationis sententiam, quam nonnulli partium earundem adhaerendo quondam Frederico Romanorum imperatori suisque fautoribus contra ecclesiam incurrerunt *etc.* xv kal. Mai. a° (12°, *sed legas*) 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 34, *omissis et exordio et fine.*
» 17	»	(15336) Universis comitibus, baronibus aliisque nobilibus per Pomeraniam et Suetiam constitutis praecipit, ut dictum P(etrum) cardinalem, cui in illis partibus legationis officium commissum sit, benigne recipiant *etc.* xv kal. Mai. a° 11°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 370. n° 418; *cf.* Porthan Bullar. access. 44. n° 29. — »Quia corporali presentia.«
» 17	»	(15337) Episcopo Yporiensi [Ivrea] mandat, ut, cum ipse intellexerit, abbatem S. Stephani, cantorem, thesaurarium et canonicos civitatis Vercellensis (quos dignitatibus praelaturis locis beneficiis et praebendis privaverat) ad reformationem pacis inter nobiles et commune ac cives civitatis eiusdem dare opem et operam, de eorum restitutione et absolutione statuat, quod reformationi ac bono statui praedictae civitatis noverit expedire. xv kal. Mai. a° 11°. ‖ Mandelli Comune di Vercelli I. 335, *omisso initio.*
» 17	»	(15338) Compositionem inter (Rodulfum) praepositum et capitulum saecularis ecclesiae Beronensis Constantiens. dioc. ex parte una et nobiles Ulricum seniorem, Wernherum et Hartmannum filios eius comites de Kyburg ex altera super illatis dictae ecclesiae damnis et iniuriis a praefatis nobilibus factam mediante b. mem. Conrado episcopo Constantiensi confirmat. xv kal. Mai. a° 11°. ‖ Herrgott Geneal. dipl. II. 311; *cf.* Versuch e. urk. Darstell. des Stiftes Engelberg 138. n° 31. — »Ea quae iudicio.«
» 17	»	(15339) P(etro) abbati monasterii Tutellensis ord. s. Ben. Lemovicens. dioc. eiusque successoribus concedit, ut super rigida observatione statutorum ac praeceptorum ordinis cum monachis sui coenobii dispensare possint *etc.* xv kal. Mai. a° 11°. ‖ Baluze Histor. Tutelens. 557. — »Ex parte tua.«
» 21	»	(15340) (Laurentio) archiepiscopo Iadrensi mandat, ut excommunicationis sententiam, quam (Treguanus) episcopus Traguriensis in S. archipresbyterum et quosdam clericos ecclesiae s. Iacobi de Sybinico suae diocesis pro eo, quod decimas et alia iura episcopalia ei subtrahebant, promulgavit, faciant usque ad satisfactionem inviolabiliter observari. xi kal. Mai. a° 11°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 344. — »Significavit nobis venerabilis.«
» 21	»	(15341) (Eberhardo) episcopo Constantiensi de epistola sub n° 15338 legenda significat eique mandat, ne permittat ut dicti praepositus et capitulum contra huius confirmationis tenorem ab aliquibus indebite molestentur. xi kal. Mai. a° 11°. ‖ Herrgott Geneal. dipl. II. 312. — »Petitio dilectorum filiorum.«
» 21	»	(15342) Compositionem inter episcopum Traguriensem et S. archipresbyterum ac clericos ecclesiae de Sebenico Tragur. dioc. super eo quod hi a iurisdictione illius se subtrahere nitebantur et diversis aliis articulis initam confirmat. xi kal. Mai. a° 11°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 343; Fejér Cod. dipl. VII. iv. 107. — »Ea quae iudicio.«
» 21	»	(15343) Tarraconensi et Narbonensi archiepiscopis ac eorum suffraganeis scribit, se ad preces (Iacobi) Aragonum regis Barchinonensem, Ilerdensem et de Perpiniano Elenens. dioc. priores ord. Praed. rogasse, ut ad praefati regis requisitionem aliquot fratres ad exequendum inquisitionis negotium in terris eius dominio subiectis mitterent. Mandat eis, ut fratribus dicti ordinis, quos ad hoc priores memorati deputaverint, favorem et auxilium impendant. xi kal. Mai. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 245. n° 328. — »Carissimus in Christo.«
» 24	»	(15344) (Benedicto) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut magistro Gerardo de Parma canonico Strigoniensi in regno Hungariae in uno vel pluribus beneficiis, etiamsi curam habeant animarum, usque ad summam 40 marcarum puri et legalis argenti provideat. viii kal. Mai. a° 11°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 247; Theiner Mon. Hungar. I. 228. n° 434. — »Etsi libenter cunctis.«
» 25	»	(15345) Concedit, ut Maria soror Odonis archiepiscopi Rothomagensis abbatissa monasterii de Paraclito, si forte pro infirmitate ac debilitate cesserit regimine abbatiae, locum quem in eodem monasterio velut monialis habuit, quoad vixerit, retinere possit. vii kal. Mai. a° 11°. ‖ Gallia christ. XII. instr. 291. — »Cum Maria monialis.«
» 27	»	(15346) Generali et aliis prioribus ac fratribus ordinis Eremitarum concedit facultatem, ut apostatas vel insolentes sui ordinis, nisi monitis acquiescant, excommunicare, capere ac ligare et carceri tradere possint. v kal. Mai. a° 11°. ‖ Empoli Bullar. 263 in n° 4. — »Provisionis vestrae cupimus.«
(» 27-28)		»Quia moris est pontificis in aestate egredi extra Urbem, circa festum b. Marci (Apr. 25) egrediens inde
	per Sabinam et Narniam	direxit versus
	Assisium	gressus suos, ut ibidem ipsa aestate proxima aestivaret.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 37 ap. Baluze Misc. VII. 396 (ed. Mansi I. 204).

1254.

Mai. 2	Assisii	(15347) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato, quem ad reformanda inter Willelmum Romanorum regem ac (Margaretam) comitissam Flandrensem pacis foedera specialiter destinat, de terminanda controversia super natalibus Iohannis et Balduini de Avesnis fratrum mandata dat. vi non. Mai. a° 11°. Martene Thes. anecd. I. 1058; Mieris Charterb. I. 282; Kluit Hist. crit. Holland. II. ii. 659. n° 208. — »Cum de tuae.«
» 4	»	(15348) Ecclesiam s. Magni Ratisponensem ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum multa nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iv non. Mai. indict. XII. incarn. dom. a° 1254. pont. a° 11°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 525. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 7	»	(15349) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Henricum quondam episcopum Warmiensem ecclesiae Sambiensi, »a qua nuper I(ohannem) episcopum Lubicensem ad ecclesiam Lubicensem transtulimus«, praeficiat in episcopum et pastorem. Non. Mai. a° 11°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 56. n° 116; Woelky Cod. dipl. Warm. II. 551. n° 516. — »Volentes venerabili fratri.« *Cf.* 1254. Iun. 11. n° 15421.
» 8	»	(15350) Alberico de Romano, cui tam ipse quam W(illelmus) rex Romanorum omnia haeretici et perfidi Ecelini fratris bona cum omni plenitudine iuris adiudicaverant, haec confirmat, tenorem litterarum et suarum d. d. Lugduni v kal. Sept. a° 8° (*vid.* n° 14050) et praefati regis d. d. Geylenhusen vi non. Oct. a° 1250 transumens. viii id. Mai. a° 11° (10° *Verci*). ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 342; Meerman Geschied. V. 178; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 133. n° 250; *omisso exordio et sine nota chronol. in* Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 40. — »Recte considerationis examine.«
» 8	»	(15351) Abbati et conventui monasterii s. Mariae de Ursicampo Cisterc. ord. Noviom. dioc. concedit, ut confessiones hominum in coenobii servitio commorantium audire, poenitentiam eis iniungere et sacramenta ecclesiastica exhibere possint. viii id. Mai. a° 11°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 306. n° 492, *ubi ad* Innocentium III, a. 1208 *perperam refertur.* — »Animarum salutem desiderio.«
» 8	»	(15352) Priori et conventui s. Salvatoris de Venetiis ord. s. Aug. concedit, ut tempore generalis interdicti eis liceat ianuis clausis *etc.* divina officia celebrare. viii id. Mai. a° 11°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIV. 134. — ». . . annuere.«
» 8	»	(15353) Guardiano fratrum Minorum Tarraconensium mandat, ut, cum magister Petrus de Piperno nunc capellanus tunc nuncius suus in Hispania Tarraconensem archiepiscopum pro quadam pecuniae summa ecclesiae Romanae ab ipso non soluta terminis ei datis suspenderit a divinis, usque ad festum b. Michaelis huius sententiae suspendat effectum. viii id. Mai. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 722. n° 544. — »Cum olim dilectus.«
» 10	»	(15354) (Heidenrico) Culmensi, (Ernesto) Pomezaniensi et (Anselmo) Warmiensi episcopis mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum terram quae maior Bartha vulgariter appelletur, Warmiensis dioc., ac terram nomine Galanda ad cultum fidei catholicae de novo deduxerint, istis pro terris eisdem conservandis consilium et auxilium impendant. vi (*om. Rayn.*) id. Mai. a° 11° (12° *male Rayn.*). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 29; Sbaralea l. c. 723. n° 546; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 93. n° 96; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 60. n° 30; Theiner Mon. Polon. I. 57. n° 117. — »Frequenter ad nostrum.«
» 10	»	(15355) N. N. (Decano Peronensi *hab. Hem.*) ad querimoniam decani et capituli ecclesiae s. Quintini mandat, ut eorum parochianos, ne pro divinis audiendis officiis et recipiendis ecclesiasticis sacramentis ad alienas accedant ecclesias, necnon et religiosos cuiuscumque sint ordinis, ne in aliorum praeiudicium parochianos praefatos ad eiusmodi officia recipiant *etc.*, nisi petita prius et obtenta licentia a sacerdote proprio iuxta statuta concilii generalis, auctoritate apostolica moneat et inducat. vi id. Mai. a° 11°. ‖ Hemeraeus Augusta Virom. 239; Colliette Mém. à l'hist. de Vermandois II. 688. — »Lecta coram nobis.«
» 10	»	(15356) (Iringo) episcopo Herbipolensi ad querimoniam capituli ecclesiae maioris *scribit idem.* vi id. Mai. a° 11°. ‖ Mon. Boica XXXVII. 366. — »Lecta coram nobis.«
» 10	»	(15357) Archiepiscopo Narbonensi *scribit idem* ad querimoniam abbatis et capituli saecularis ecclesiae s. Pauli Narbonensis. vi id. Mai. a° 11°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 156. — »Lecta coram nobis.«
» 10	»	* (15358) Eidem in gratiam prioris S. Mariae de Burgo Narbonensi ord. s. Ben. ‖ Thomas Cantiprantan. Apes. Lib. 2. c. 22; Baluze l. c. 159.
» 10	»	* (15359) Mandat ut, cum graves querelae ab (Eberhardo) episcopo et clero Constantiensibus ad ipsum delatae sint, quod nimirum religiosi avaritiae studio homines devotos ad confessiones alliciant, infirmos visitent et persuadeant ut multa bona monasteriis testamento facto condonent sibique in monasterio sepulturam eligant, parochiani in suis parochiis provideantur et sepeliantur, nisi quidam ex devotione alibi sepeliri velint, portione canonica ecclesiae propriae reservata et cum licentia parochi. vi id. Mai. a° 11°. ‖ Pupikofer Regest. von Kreuzlingen 11. n° 57.

1254.

Mai. 11 Assisii (15360) Abbati et conventui monasterii b. Mariae Scotorum in Wienna ord. s. Ben. Pataviens. dioc. ius patronatus, quod cl. mem. Henricus dux Austriae in Pulka et in Ekkendorf ecclesiis Patav. dioc. obtinebat, necnon villas de Virochperge et Hipelinsdorf et quasdam possessiones in Ruspach et in Feldrendorf, quae omnia praefatus dux eis contulit, auctoritate apostolica confirmat. v id. Mai. a° 11°. ‖ Pez Thesaur. VI. ɪɪ. (Cod. epist. II.) 103. n° 181; Hauswirth Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XVIII). 43. n° 36. — »Cum a nobis.«

» 13 » (15361) (Iacobo) episcopo Metensi causam abbatiae Rinaugiensis dioc. Constantiens. cognoscendam committit. ɪɪɪ id. Mai. a° 11°. ‖ Zapf Mon. anecd. I. 486, *non integra.* — »Quia occasione discordiae.«

» 14 » (15362) Henrico Hildesemensi episcopo concedit facultatem percipiendi omnes redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, quae in Hildesemensi civitate ac diocesi usque ad triennium vacare contigerit, convertendos in solutione debitorum, quae pro defensione iurium imperii et ecclesiae Hildesemensis subiit. ɪɪ id. Mai. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 182. — »Pro defensione iurium.«

» 14 » (15363) Archiepiscopo Cantuariensi et episcopo Cicestrensi mandat, ut, cum Edmundo regi Siciliae filio (Henrici) regis Angliae ad prosequendum assumptum Dei et ecclesiae negotium multa sit pecunia opportuna, ad eiusdem requisitionem a quibuscunque mutuare volentibus recipiant nomine pontificis Romani et ecclesiarum regni Angliae pecuniam mutuo, quantumcunque poterint invenire. ɪɪ id. Mai. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. ɪ. 181. — »Cum carissimo in.«

» 14 » (15364) Edmundo regi Siciliae, cui regnum Siciliae et totam terram quae est citra Farum usque ad confinia terrarum ecclesiae Romanae, excepta civitate Beneventana, de speciali mandato apostolico magister Albertus notarius apostolicus et apostolicae sedis legatus in feudum in perpetuum concessit, hanc concessionem confirmat, ea ipsi de novo in feudum concedens. ɪɪ id. Mai. a° 11°. ‖ Rymer l. c. 182; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 915. n° 32. — »Specialis dilectionis affectum.«

» 14 » (15365) Magistro Alberto notario suo apostolicae sedis legato mandat, ut (Henricum) regem Angliae ad mittendum quamtocius Edmundum regem Siciliae inducat et collationis suae litteras eidem regi Siciliae renovet. ɪɪ id. Mai. a° 11°. ‖ Rymer l. c. 182; Lünig l. c. n° 33. — »Gratum gerimus et.«

» 14 (») • (15366) Arnulphum fratrem ord. Praed., quem capitulum Humanatensis ecclesiae in episcopum elegerat, confirmat. ɪɪ id. Mai. a° 11°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 745 ex reg. Vatic. a^i^ 11^i^ ep. 635.

» 14 — Archiepiscopis et episcopis, decanis et archidiaconis: »Laterani ɪɪ id. Mai. a° 11°«. ‖ Solothurn. Wochenbl. f. 1828. p. 346, *vid.* 1254. Mart. 14. n° 15277.

» 15 Assisii (15367) (Herbordo) ministro et fratribus de ordine Minorum Uratislaviensibus ad preces (M., *sed legas*) Annae relictae et filiorum cl. m. (P., *legatur*) Henrici ducis Zleziae, cuius corpus in dictorum fratrum ecclesia erat traditum ecclesiasticae sepulturae, indulget, ut pallis (palliis *Sb.*) et sacris vestibus sericis in divinis mysteriis et horis canonicis perpetuo uti possint. Id. Mai. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 517. n° 111; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 722. n° 545; Knoblich Herzogin Anna von Schlesien, Dipl. 37. — »Ex parte dilectae.«

» 15 » (15368) (Ulrico) episcopo Seccovensi et (Theodorico) electo Gurcensi causam inter praepositum capitulumque Seccovenses ex parte una et Hugonem de Pernek, Wigandum de Maessenberch *etc.* super decimis et rebus aliis vertentem committit diiudicandam. Id. Mai. a° 11°. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 214; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 281. n° 1200. — »Praepositus et capitulum.«

» 15 » (15369) (Henricum) regem Angliae, qui (Henrico) unico nepote suo impie sublato de medio Edmundum filium suum ad preces sedis apostolicae fecerat recipere regnum Siciliae ad Romanam ecclesiam devolutum, rogat et hortatur, ut praedictum Edmundum regem Siciliae, »quod negotium ipsum ex sui natura multam accelerationem postulat et requirit«, ad prosequendum hoc negotium celeriter et potenter accingat. Id. Mai. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. ɪ. 182. — »Regale genus Angliae.«

» 15 » Culmensi, Pomezanensi et Wariniensi episcopis: »Id. Mai. a° 12° (!)«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 29, *vid.* 1254. Mai. 10. n° 15354.

» 17 » (15370) Decano et scholastico ecclesiae s. Iohannis Osnaburgensis mandat, faciant ut Radolphus presbyter capellanus comitis de Binthem consanguinei W(illelmi) regis Romanorum in ecclesia Aldensolensi Traiectens. dioc. recipiatur canonicus. xvɪ kal. Iun. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 183. — »Dilectum filium nobilem.«

» 18 » (15371) Abbatissae et sororibus pauperum inclusarum monasterii s. Elizabet apud Hulmam ord. s. Dam. Constantiens. dioc. indulget, ut de blado, vino, lana, lignis *etc.* nulli

1254.

pedagia, winoagia, roagia *etc.* solvere teneantur. xv kal. Iun. a° 11°. | Pressel Ulmisches UB. I. 84. n° 69. — »Solet annuere sedes.«

Mai. 18 Assisii (15372) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. in Alamania indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, a personis liberis professionem in eorum ordine facientibus petere, recipere ac retinere libere possint. xv kal. Iun. a° 11°. ‖ Strehlke Tab. 373. n° 528; de Geer Archieven I. 73. n° 76. — »Devocionis vestre precibus.«

» 19 » (15373) Archiepiscopo et episcopis ac decanis, archidiaconis, praepositis et aliis ecclesiarum praelatis per Livoniam, Estoniam et Prusciam constitutis mandat, ut contra Tartaros et complices eorum in dictis terris verbum crucis praedicent. xɪv kal. Iun. a° 11°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 94. n° 97; Bunge Livl. UB. I. 250. n° 268; Turgenevii Russ. monim. I. 80; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 28; *in* Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 724. n° 547; *cf.* Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 130. n° 89. — »Attentione vigili debent.«

» 19 » (15374) Oddoni archiepiscopo Rothomagensi concedit facultatem, ut, postquam visitaverit loca magis famosa suae diocesis, provinciam Rothomagensem causa visitationis intrare valeat. xɪv kal. Iun. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. n° 548. — »Speciali prosequi tuam.«

» 20 » (15375) Repetit n° 14592 d. d. 1252. Mai. 15: »xɪɪɪ kal. Iun. a° 11°« — »Ad extirpanda de.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 246. n° 329; Wadding Ann. Minor. III. 333; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 725. n° 549.

» 21 » (15376) (Philippo) electo Lugdunensi mandat, ut si (Aymon) Gebennensis episcopus voluerit cedere regimine ecclesiae Gebennensis, vice sua cessionem eius recipiat et iniungat praeposito et capitulo eiusdem, ut infra competentem terminum personam idoneam canonice eligant. xɪɪ kal. Iun. a° 11°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 155. n° 15; Mém. et docum. de Genève XVI. 175. n° 7; *cf.* p. 130. — »Cum sicut accepimus.«

» 21 » (15377) Eidem mandat, ut (Aymoni) episcopo Gebennensi cedenti assignet de bonis Gebennensis ecclesiae pro sustentatione sua provisionem congruam et honestam. xɪɪ kal. Iun. a° 11°. ‖ Mém. de Genève XVI. 176. n° 8. – »Cum sicut accepimus.«

» 22 » (15378) Potestatibus, consiliis et communitatibus civitatum et aliorum locorum Italiae mandat, ut leges, quas quondam Fridericus Romanorum imperator contra haereticam pravitatem promulgaverit, singuli in suis capitularibus adnotari faciant et observari. xɪ kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 246. n° 330; Wadding Ann. Minor. III. 338; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 730. n° 550; *cf. de nominibus haereticorum* Pertz ap. J. Grimm *in* (Wiener) Jahrb. der Literat. XXXII. 214. — *Cf.* n° 14762. — »Cum adversus hereticam.«

» 22 » (15379) (Henricum) regem Angliae rogat et hortatur, ut ab omnibus expensis tam piis quam aliis, exceptis dumtaxat necessariis, cohibeat de cetero penitus manus suas, ut utilius prosequi possit negotium regni Siciliae. xɪ kal. Iun. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. ɪ. 183. — »Cum ad negotium.«

» 22 » (15380) Reginae Angliae de superiore epistola significat eamque rogat et monet, ut etiam ab his se ipsam coerceat et praedictum regem ad id inducat. xɪ kal. Iun. a° 11°. ‖ Rymer l. c. 183. — »Cum ad negotium.«

» 22 » (15381) Petrum de Sabaudia rogat, moneat et inducat Edmundum regem Siciliae nepotem suum, ut sumptibus pro negotio terrae Siciliae parcat. xɪ kal. Iun. a° 11°. ‖ Rymer l. c. 183. — »Cum ad negotium.«

» 23 » (15382) (Henrico) regi Angliae notum facit, se 50000 millia librarum Turon. eius nunciis apud Lugdunum ad prosecutionem negotii regni Siciliae sine aliqua dilatione persolvi facturum esse. x kal. Iun. a° 11°. ‖ Rymer l. c. 183. — »Cum proponamus te.«

» 23 » (15383) Eidem significat, se Norwicensi et Cicestrensi episcopis ac abbati Westmonasterii iniungere, ut decimam omnium ecclesiasticorum proventuum regni Angliae per biennium ultra triennium concessam colligant et in tutis locis deponant, ut de ipsa postmodum sedes apostolica disponet, qualiter pro negotio Terrae sanctae expendatur. x kal. Iun. a° 11°. ‖ Rymer l. c. 183. — »Cum olim decimam.«

» 23 » (15384) Magistro Iohanni de Frusinon capellano suo in regno Scotiae commoranti mandat, ut vicesimam omnium ecclesiarum proventuum eiusdem regni fideliter colligat, in tutis locis deponat et conservet, »ut de ipsa postmodum disponamus, qualiter pro eodem negotio expendatur.« x kal. Iun. a° 11°. ‖ Rymer l. c. 183. — »Quia conceptum carissimi.« *Cf.* n° 15298.

» 23 » (15385) Alwyco rectori ecclesiae de Herman Pragens. dioc. concedit, ut de Herman et de Mirotiz ecclesias curam animarum habentes licite retinere possit. x kal. Iun. a° 11°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 15. n° 32 *fragm.*; *cf.* Palacky Reise 35. n° 239.

» 23 » (15386) Praeposito ecclesiae Augustensis significat, se abbatissae et sororibus pauperum inclusarum monasterii s. Elizabet apud Hulmam ord. s. Dam. Constantiens. dioc. indul-

1254.

sisse, ut de blado, vino, lana *etc.* nulli pedagia, winoagia *etc.* solvere teneantur. Mandat ei ne permittat, ut illae super his ab aliquibus indebite molestentur. x kal. Iun. a° 11°. ‖ Geo. Veesenmeyer Miscellaneen (Nürnberg 1812. 8°) 151, *mendis maculata*; Pressel Ulmisches UB. I. 81. n° 65. — »Dilectarum in Christo.«

Mai. 23 Assisii (15387) Magistrum et fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Lyvonia cum hospitali et omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem castra de Allecten, Calve, Selen, Medene, Mitczegale et eorum villas necnon possessiones et alia bona eis confirmat. x kal. Iun. a° 11°. ‖ Raczyński Cod. dipl. Lithuan. 6. n° 3; Bunge Livl. UB. I. 351. n° 269; Sjögren Ueber d. Wohnsitze der Jatwägen 207 (47). — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 25 » (15388) (Henrico) regi Angliae significat, se desiderare et velle, ut protinus iubeat »quod Edmundus rex Siciliae statim sigillum regium faciens fabricari nobis infra festum b. Michaelis proximo venturum, quod assumpto negotio expresse consentit, significet suis patentibus litteris regiis bulla aurea communitis, tuque similiter infra eundem terminum super hoc mittas nobis tuas patentes litteras, in quibus nomines ipsum regem.« VIII kal. Iun. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. I. 182. — »Ut eo simus.«

» 25 » (15389) (Iohanni) episcopo Florentino nunciat, se communi Lucano terminum, quo terram Garfagnanam ecclesiae Romanae restituant, usque ad festum s. Michaelis proximo futurum prorogasse. VIII kal. Iun. a° 11°. ‖ (Garampi) Antico sigillo della Garfagnana 38. — »Licet tibi nostris.«

» 25 » * (15390) Innocent donne à Beatrix fille de Marguerite (de Bourbon) comtesse de Champagne la permission de se confesser à son chapelain ou à tel autre prêtre régulier qu'elle voudra, lequel lui donnera absolution valable de tout péché, sauf les cas réservés au souverain pontife. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 469. n° 3062.

» 26 » (15391) Ministro fratrum Minorum de Francia mandat, ut Isabellae sorori regis Franciae, cum ab ipsa fuerit requisitus, aliquot ex fratribus sui ordinis concedat ad confitendum eis peccata *etc.* VII kal. Iun. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 353; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 737. n° 551. — »Decens ac debitum.«

» 27 » (15392) Abbatem et conventum monasterii Eberbacensis Cisterc. ord. Magunt. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem terras, possessiones, decimas, redditus *etc.* eis praesentis scripti patrocinio communit. VI kal. Iun. a° 11°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 54. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 27 » (15393) Abbatissae et sororibus monasterii pauperum inclusarum s. Caeciliae in Phullingen Constantiens. dioc. ord. s. Dam. indulget, ut conversi et familiares dicti coenobii divina in monasterio ipso tempore generalis interdicti possint audire *etc.* VI kal. Iun. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 518. n° 112; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 737. n° 552. — »Devotionis augmentum vobis.«

» 27 » * (15394) Abbati Cluniacensi indulget, ut in eius personam excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiae promulgari nullatenus possint. VI kal. Iun. a° 11°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 124.

» 27 » * (15395) Innocent renvoie à (Pierre) évêque de Meaux une requête de Thibaut V comte de Champagne. Ce dernier a dû, pour prendre possession du royaume de Navarre, prêter un serment qu'il croit contraire aux libertés de l'eglise; il demande à être délié de ce serment. L'évêque de Meaux fera ce que lui sembleront demander le salut de l'âme de Thibaut, la liberté de l'église et l'intérêt du royaume de Navarre. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 469. n° 3063.

» 27 » * (15396) (Rudolfum) nobilem de Osemborch [Usenberg] eiusque uxorem rogat et hortatur, ut monasterium monialium de Wunnental Cisterc. ord. Constant. dioc. commendatum habeant. ‖ Mone Zeitschr. VIII. 489.

» 28 » * (15397) Monasterio de Wunntental indulget, ut eisdem gaudeat privilegiis et indulgentiis, quae ordini Cisterciensi concessa sunt. ‖ Mone l. c. 489.

» 28 » (15398) (Alberto) archiepiscopo Rigensi mandat, ut Godefrido clerico, obtentu Adulfi de Blankenhein ecclesiae Romanae devoti, »qui nobis et W(illelmo) regi Romanorum obsequiosus dicitur contra ipsius regis et ecclesiae inimicos,« in aliqua ecclesiarum suae provinciae de ecclesiastico beneficio praebendali provideat. v kal. Iun. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 184. — »Dignum est quod.«

» 28 » (15399) (Guillelmo) archiepiscopo Bisuntinensi mandat, dispenset cum Iacobo de Lentena et Guieta de Chilli eius uxore tertio ex parte una et quarto ex altera se gradu consanguinitatis attingentibus, ut impedimento hoc non obstante in contracto matrimonio remanere possint. v kal. Iun. a° 11°. ‖ Mém. et docum. de Genève XVI. 176. n° 9. — »Etsi coniunctio.«

» 28 » (15400) Monasterium s. Mariae de Wunnental Cisterc. ord. Constant. dioc., abbatissa et sororibus postulantibus, patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona,

1254.

iura ac privilegia confirmat. v kal. Iun. indict. XII. incarn. dom. a° 1254. pont. a° 11°. ‖ Mone Zeitschr. VIII. 489. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Mai. 28 Assisii (15401) Abbati et conventui S. Pauli Bisuntini, quorum monasterium, quod tunc erat prioratus, (Guillelmus) archiepiscopus Bisuntinus in abbatiam erexerat, hoc factum confirmat. v kal. Iun. a° 11°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 85. — »Cum a nobis.«

» 28 » (15402) Valhcmaro rectori ecclesiae de Stihniz Olomuc. dioc. parochiam huius ecclesiae ab Olomucensi episcopo debitis limitibus terminatam confirmat. v kal. Iun. a° 11°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 187; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 15. n° 33; Palacky Reise 35. n° 240. — »Iustis petentium desideriis.«

» 28 » (15403) Theobaldum regem Navarrae cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. v kal. Iun. a° 11°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 47. — »Etsi cunctis regibus.«

» 28 (») (15404) Omeliae abbatissae, Marinae et Philippae sororibus monasterii Castri Florentini Vulteran. dioc., quibus quondam Baro Simeonis de Vulterris quandam domum et res alias donaverat, Ostiensis autem et Velletrensis episcopus concesserat, ut cum consanguineis eiusdem Baronis bona illa occupantibus super eisdem bonis transigerent, *etc.* confirmat quod ab eodem episcopo factum est. »Anagniae« v kal. Iun. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 518. n° 113; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 738. n° 553. — »Cum a nobis.«

» 29 » (15405) Regi Portugalliae mittit Walascum de ordine fratrum Minorum poenitentiarium suum, in cuius »ore posuimus quaedam ad te perferenda secreto per ipsum et tecum etiam pertractanda.« IV kal. Iun. a° 11°. ‖ Wadding l. c. 519. n° 114; Sbaralea l. c. n° 554. — »Gerentes de dilecto.«

» 29 » (15406) (Iohanni) episcopo Lubicensi committit, ut cum Gaufrido domino de Periwes, W(illelmi) regis Romanorum consanguineo, dispenset, »quod cum aliqua muliere, etiamsi eum quarta linea consanguinitatis attingat, licite matrimonium contrahere valeat, si rex praefatus petierit.« IV kal. Iun. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 187. — »Cum summus pontifex.«

» 29 » (15407) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Lombardia mandat, ut quatuor sui prioratus fratres opere ac sermone potentes assumat eisque inquisitionis officium contra haereticos eorumque fautores in provincia Lombardiae a Bononia et Ferraria inclusive usque ad ultimos fines superiorum partium eiusdem provinciae ac marchia Ianuensi exequendum iniungat. IV kal. Iun. a° 11°. ‖ Matthaeus Summa 4; Ripolli Bullar. Praed. I. 246. n° 331. — »Licet ex omnibus.«

» 29 » * (15408) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut, cum dictus abbas prioratum de Turribus super Maternam Remens. dioc. O(ttobono) S. Adriani diacono card. duxerit concedendum, eodem cardinale cedente vel decedente, dictus prioratus cum omnibus eiusdem iuribus et pertinentiis ad monasterium Cluniacense revertatur. IV kal. Iun. a° 11°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 124.

» 30 » (15409) Fratres ordinis Minorum inquisitores haereticae pravitatis in Urbe, Tuscia, patrimonio b. Petri, ducatu Spoletano, Campania, Maritima et Romania rogat et hortatur ut inquisitionis officium contra haereticos in eisdem provinciis ubique intra designatos limites simul vel separatim aut singuli efficaciter prosequantur. III kal. Iun. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 331; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 740. n° 557. — »Licet ex omnibus.«

» 30 » (15410) Ministris fratrum Minorum de administrationibus Romae, Tusciae et S. Francisci mandat, ut minister Urbis duos, minister Tusciae duos, minister S. Francisci unum de suis administrationum fratribus opere ac sermone potentes assumant, quibus inquisitionis officium contra haereticos exequendum iniungere possint. III kal. Iun. a° 11°. ‖ Wadding l. c. 343; Sbaralea l. c. 742. n° 558. — »Licet ex omnibus.«

» 30 » (15411) Universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis et clericis per Italiam constitutis mandat, ut contra haereticos eorumque fautores populis publice verbum crucis proponant et Praedicatorum et Minorum ordinum fratribus in prosecutione inquisitionis favorabiliter assistant. III kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 247. n° 332; Wadding l. c. 330; Sbaralea l. c. 739. n° 555. — »Malitia huius temporis.«

» 30 » (15412) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia concedit, ut mulcta a fideiussoribus haereticorum relapsorum solvenda deponatur apud tres viros fide probatos et ad prosecutionem negotii contra haereticos inserviat. III kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. n° 333. — »Super extirpatione pravitatis.«

* *In eundem modum* Fratribus ord. Minor. inquisitoribus h. prav. in marchia Anconitana, Romandiola, marchia Tervisina, Venetiis et patriarchatu Aquileiensi extra Lombardiam. ‖ Sbaralea l. c. 740 n° 556.

		1254.
Mai. 31	Assisii	(15413) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Lombardia mandat, ut contra haereticos verbum crucis per idoneos ad hoc fratres faciat praedicari. II kal. Iun. a° 11°. ‖ Ripoll l. c. 248. n° 334. — »Malitia huius temporis.«
» 31	»	(15414) Oddoni archiepiscopo Rothomagensi concedit, ut unam ecclesiam parochialem suae diocesis et collationis de patronorum assensu alicui monasterio vel conventuali loco religioso possit in usus proprios deputare. II kal. Iun. a° 11°. ‖ Sbaralea l. c. 742. n° 559. — »Mentem vigilem habere.«
» 31	»	(15415) Scolastico ecclesiae Lessen. Leodiens. dioc. mandat, moneat cantorem Leodiensem, cui decanus S. Servacii in Traiecto mandatum apostolicum conferendi Martino clerico A. comitis de Los ecclesiam de Warnans Leodiens. dioc. commiserat, qui autem hoc negotium diutius in suspenso detinebat, ut in negotio ipso iuxta priorum continentiam litterarum procedat. II kal. Iun. a° 11°. ‖ Meerman Geschied. V. 188. — »Sua nobis dilectus.«
» 31	»	(15416) (Henrico) regi Angliae significat, se precamina Thomae de Sabaudia, comitis G. de Rossilion archidiaconi Lugdunensis et Iohannis de Amblion capellani apostolici nunciorum eius, qui petiverant ut votum regis proficiscendi in Terrae sanctae subsidium commutaretur in auxilium ecclesiae pro negotio regni Siciliae, non admittere. II kal. Iun. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. I. 184. — »Dilecti filii nobilis.«
» 31	»	(15417) Abbati et conventui Westmonasterii Londoniensibus ord. s. Ben. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad eorum ecclesiam in honore b. Edwardi constructam in illius festo pura intentione accesserint annuatim, indulgentiam unius anni et 40 dierum largiri. II kal. Iun. a° 11° (2° *Dugd.*). ‖ Rymer Foed. I. [1745.] 48 (ed. alt. 101); Innoc. III Opp. ed. Migne IV. 177. n° 126; Wilkins Concil. I. 530, *ubique* Innocentio III *male tribuitur*; Dugdale Monast. Angl. I. 303. n° 57. — »In sanctorum festivitatibus.«
(» 1-31)	»	(15418) Willelmum Romanorum regem rogat, ut comites Flandriae filios Margaretae comitissae a vinculo carceris absolvat. *Sine signo chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 176; *cf.* Pertz' Arch. VII. 899, *ubi dat.:* »Assisii.« — »Non operum, non.«
» 31	» Spoletum Interamnam, Ortum Castellanam b. Petri de Urbe castrum Molariae, Anagniam	»Dominus papa, ... festo pentecostes celebrato, cum fratribus suis et tota curia inde recessit, transiens per et quae in maxima erat discordia, ... et per ac civitatem ad ecclesiam pervenit, ubi solemniter celebravit ac praedicavit ... Deinde venit ubi dominus Ricardus S. Angeli diaconus cardinalis valde honorifice eum recepit. .... Inde recedens venit civitatem Campaniae.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 38 ap. Baluze Miscell. VII. 397 (ed. Mansi I. 204); ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. 592 » C.
Iun. 2	Anagniae	(15419) Universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis notum facit, se decrevisse, ut omnes litterae apostolicae, quae super inquisitione pravitatis haereticae et praedicatione crucis contra haereticos in diversis partibus Italiae faciendis a festo dominicae nativitatis proxime praeteritae usque ad festum ascensionis proxime transactum emanarint, nullius existant firmitatis *etc.* IV non. Iun. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. II. 70. III. 331; Ripolli Bullar. Praed. I. 248. n° 335; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 743. n° 560. — »Cum super inquisitione.«
» 7	—	Universis Christifidelibus per Lugdunensem, Bisuntinensem et Gebennensem civitates et dioceses: »Lugduni VII id. Iun. a° 11°«, *vid.* 1250. Iun. 7. n° 13993.
» 9	Anagniae	(15420) (Henricum) regem Angliae hortatur, ne, licet nunciis suis apud sedem apostolicam pro negotiis regni Siciliae constitutis de morte Conradi nati quondam Frederici dudum imperatoris receperit certa nova, in prosecutione negotii eiusdem regni remissus vel negligens sit, sed veniat secumque communem filium in potenti manu festinanter ducat. V id. Iun. a° 11°. ‖ Rymer Foed. I. I. 184. — »Ut plane scias.«
» 11	»	(15421) Petro S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, cum pridem (Iohannes) episcopus Sambiensis translatus sit ad ecclesiam Lubicensem, iuxta mandatum apostolicum sub n° 15349 datum Henricum quondam Warmiensem (Warmaciensem *male Sb.*) episcopum Sambiensi ecclesiae praeficiat in pastorem, si ille vivat aut velit provisionem hanc acceptare; alias personam idoneam de ordine hospitalis s. Mariae Theuton. aut de alio subroget in eius locum. III id. Iun. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 744. n° 561; Theiner Mon. Polon. I. 57. n° 118; Woelky Cod. dipl. Warm. II. 552. n° 517. — »Pridem venerabili fratre.«
» 12	»	(15422) Episcopo Andegavensi mandat, ut, postquam episcopi Macloviensis receperit cessionem, Gaufridum abbatem Maioris monasterii Turonensis praeficiat ecclesiae Macloviensi in episcopum. II id. Iun. a° 11°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 240. — »Cum venerabilis frater.«

		1254.
Iun. 13	Anagniae	(15423) Iohanni abbati monasterii Virziliacensis ord. s. Ben. Eduens. dioc. concedit facultatem tribuendi licentiam loquendi fratribus Praedic. et Minor. ordinum, quos in mensa sua refici corporali cibo contigerit. Id. Iun. a° 11°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 745. n° 563. — »Meritis tuae devotionis.«
» 15	»	(15424) Ortolpho abbati et conventui monasterii Medlicensis ord. s. Ben. Patav. dioc. notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam dicti coenobii in festo b. Colomanni martyris, cuius sit insignita vocabulo, et in die dedicationis eiusdem cum devotione accesserint, indulgentiam 40 dierum annis singulis concedere. XVII kal. Iul. a° (12°, *sed legas*) 11°. ‖ Schramb Chron. Mellic. 142. — »Loca sanctorum omnium.«
» 15	»	(15425) Universis Christifidelibus nunciat, se excommunicare et anathematizare universos haereticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas et alios quibuscunque nominibus censeantur »facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas.« XVII kal. Iul. a° 11° (2° *Sept. Decr.*). ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 248. n° 336; Cherubini Bullar. I. 105; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1254 § 2. XIII. 595; Mansi Conc. XXIII. 583; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 588; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 303. n° 1, *qui autem bullam ad* 1243. Iul. 9 *refert, vid. eius causas; in* Septim. Decr. lib. 5. tit. 3 *de haeret.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 136. — »Noverit universitas vestra.« *Cf.* n° 15378.
» 16	»	* (15426) Monasterio in Rebdorf indulgentias concedit. XVI kal. Iul. a° 11°. ‖ Lang Regesta III. 45.
» 17 resp. 19	(»)	* (15427) Confirmat electionem Nicolai de Celano praepositi S. Iohannis de Celano in episcopum Marsicanum. XIII (*al.* XV) kal. Iul. 1254. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 910 ex regest. ep. 746. fol. 103.
(» 17 resp. 19)	(»)	* (15428) Commendat Guidonem subdiaconum suum in praepositum ecclesiae s. Iohannis de Celano. (XIII al. XV kal. Iul. 1254). ‖ Ughelli l. c. 910 ex regest. ep. 747.
» 19	»	(15429) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis praesentibus et futuris in Lombardia et marchia Ianuensi mandat, ut in locis, ubi contra haereticos eis inquisitionis officium sit commissum, contra eosdem haereticos eorumque fautores proponant populis publice verbum crucis et illos, qui ad extirpandam pravitatem eandem votum assumpserint, crucis charactere consignent. XIII kal. Iul. a° 11°. ‖ Cherubini Bullar. I. 106; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1254 § 3. XIII. 596; Ripolli Bullar. Praed. I. 249. n° 337; Mansi Conc. XXIII. 584; Verci Stor. degli Ecel. III. 363; Matthaeus Summa 5; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 590. — »Malitia huius temporis.«
» 20	»	(15430) Abbati et conventui monasterii Eberbacensis Cisterc. ord. Magunt. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus dumtaxat exceptis, petere recipere ac retinere possint. XII kal. Iul. a° 11°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 55. — »Devotionis vestre precibus.«
» 20	»	* (15431) Abbati de Wilzeburg ord. s. Ben. concedit, ut nonnullos monasterii sui conventuales pro violenta sibi facta manuum iniectione excommunicatos absolvat. XII kal. Iul. a° 11°. ‖ Lang Regesta III. 45; 36. Jahresbericht des hist. Vereins von Mittelfranken (Ansbach 1868) 16.
» 21	»	(15432) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi concedit potestatem interpretandi vel declarandi una cum diocesanis locorum vel eorum vicariis statuta contra haereticos eorumque fautores edita. XI kal. Iul. a° 11°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 250. n° 338. — »Ut commissum vobis.«
» 21	»	(15433) Fratribus ordinis Minorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Urbe, Tuscia, patrimonio b. Petri, ducatu Spoletano, Campania, Maritima et Romania idem concedit. XI kal. Iul. a° 11°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 343; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 745. n° 564. — »Ut commissum vobis.«
» 22	»	* (15434) Capitulo Eistettensi indulgentias concedit. X kal. Iul. a° 11°. ‖ Lang Regesta III. 45.
» 24	»	* (15435) (Philippo) archiepiscopo et clero Salisburgensis provinciae mandat, ut monasterium in Bulenhoven Cisterc. ord. contra malefactores defendant. VIII kal. Iul. a° 11°. ‖ Lang l. c. 44.
» 27	»	(Alphonsum) regem Castellae: »V (*sic vitiose; num ex* II *natum?*) kal. Iul. a° 12°«. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 746. n° 565, *vid.* 1254. Iun. 30. n° 15437.
» 28	(»)	* (15436) Gebehardo comiti de Rothenech Ratisbonens. dioc. consiliario A. ducissae Bavariae senioris dispensationem matrimonialem concedit. IV kal. Iul. a° 12°. ‖ Deutinger Beyträge II. 155. n° 25.
» 30	»	(15437) (Alphonsum) regem Castellae rogat, ut ecclesiae Romanae pecuniam, quam (Ferdinandus) pater eius per officiales suos acceperit, hoc tempore opportuno per fratrem

		1254.
		Valascum ordinis Minorum nuncium suum restituat. (v, *sed legerim*) ɪɪ kal. Iul. aº 12º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 746. nº 565. — »Mirari non debet.«
(Iun. Iul. ine.)	(Anagniae)	(15438) Universis Christifidelibus notum facit, se Conrado regi Hierosolymitano duci Sueviae filio quondam Conradi nati quondam Friderici olim Romanorum imperatoris, nunc in annis teneris et pupillari constituto aetate regnum Hierosolymitanum et ducatum Sueviae et alia iura sua, ubicumque illa, sive in regno Siciliae sive alibi habeat, integra et illaesa velle conservare, et permittere »quod universi de ipso regno Siciliae in serie iuramenti fidelitatis, quod nobis et ecclesiae Romanae praestabunt, possint adiicere *Conradi pueri iure salvo.* Ideo autem haec vobis insinuamus et scribimus, ut ex tenore praesentium notitia et certitudo de eis in posterum habeatur.« *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 47. — »Benigna mater ecclesia.«
Iul. 1	"	(15439) Ecclesiam s. Crucis de Namurco quae dicitur Puteus s. Eligii Leodiens. dioc. ord. s. Aug. protegendam suscipit omnesque eius possessiones, privilegia ac libertates confirmat. Kal. Iul. indict. XII. incarn. dom. aº 1254. pont. aº 12º. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 40; Saumery Delices du pays de Liége II. 173 *partim*; Hermans Annal. canon. reg. s. Aug. II. 77. — »Religiosam vitam eligentibus.«
" 1	"	(15440) Fratri Walasco de ordine Minorum poenitentiario suo, cui quaedam apostolicae sedis negotia in Hispaniae partibus commisit exequenda, concedit facultatem relaxandi sententiam suspensionis, quam ibi nonnulli praelati et clerici incurrerunt »quod ipsi contra constitutionem nuper a nobis editam tulerunt sententias non in scriptis.« Kal. Iul. aº 12º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 519. nº 115; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 746. nº 566. — »Cum de sinceritate.«
" 1	—	Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis: »Perusii kal. Iul. aº 12º«. ‖ Varin Arch. adm. de Reims I. ɪɪ. 761, *vid.* 1252. Iul. 1. nº 14649.
" 2	Anagniae	(15441) Episcopo Castellano committit, ut infra trium mensium spatium controversias vertentes inter monasterium s. Salvatoris et plebanum clericosque S. Bartholomaei de Venetiis terminet. vɪ non. Iul. aº 12º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIV. 132, *ubi* Innocentio III *perperam tribuitur.* — »Sua nobis dilecti.«
" 3	"	(15442) Valasco de ordine fratrum Minorum poenitentiario suo mandat, ut pecuniam et alias res ad ecclesiam Romanam vel Terram sanctam spectantes, quae ad eius manus pervenerint, per archiepiscopos *etc.* de loco ad locum transferri faciat vel etiam deponat penes eosdem. v non. Iul. aº 12º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 746. nº 567. — »Cum de sinceritate.«
" 4	"	(15443) Doctores et universos scholares Parisienses monet, ut quae deputati ad tractanda universitatis negotia statuerunt et statuent, inviolabiliter observare studeant. ɪv non. Iul. aº 12º. ‖ Innoc. III Ep. lib. 12. nº 180 ed. Baluze II. 402; Opp. ed. Migne III. 190; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 52; *cf.* Jourdain Ind. chronol. 16. nº 110. — »Quotiens pro communi.«
" 4	"	(15444) Priorem et fratres heremitas in Alamania constitutos sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem fratrum ordinis s. Wilhelmi in eorum domibus perpetuo observetur, omnesque eorum possessiones ac bona, iura ac privilegia quae enumerat, firma eis eorumque successoribus et illibata permaneant. ɪv non. Iul. ind. XII. incarn. dom. aº 1254. pont. aº 12º. ‖ Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 51. — »Religiosam vitam eligentibus.«
" 4	(")?	(15445) Priori et fratribus S. Crucis in ecclesia de Huyo indulget, ut eis liceat divina celebrare officia, etiamsi terra subiaceat interdicto. »Avinione« (*error male legentis editoris?*) ɪv non. Iul. aº 12º. ‖ Hermans Ann. canon. reg. s. Aug. ord. s. Crucis II. 81. — »Devotionis vestrae precibus.«
" 6	"	(15446) Dominico (Domino *Meerm.*) de Caleno clerico W(illelmi) regis Romanorum, de cuius provisione in regno Alamanniae semel et iterum (*cf.* nº 14168 et 15169) magistro Nicolao dicto Scarso canonico Cameracensi scripta sua miserat, quae autem provisio a nonnullis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis ipsius regni per diversas indulgentias et litteras a sede apostolica impetratas impediebatur et differebatur, concedit, ut indulgentiae et litterae supradictae nullum ei, quominus provisionem libere assequatur eandem, praeiudicium valeant generare. ɪɪ non. Iul. aº 12º. ‖ Meerman Geschied. V. 189. — »Cum sicut exhibita.«
" 7	"	(15447) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in partibus Lombardiae mandat, ut ad constitutiones in haereticos latas servandas potestates, consilia et communitates civitatum *etc.* per Italiam constituta cogant. Non. Iul. aº (11º, *sed legas*) 12º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 251. nº 339. — »Volentes ut adversus.«
" 7	"	(15448) Eisdem mandat, compellant potestates et alios civitatum et locorum, ut leges a Frederico tunc Romanorum imperatore contra haereticos promulgatas in suis capitula-

		1254.
		ribus annotent et observent. Non. Iul. aº (11º, *sed legas*) 12º. ‖ Ripoll l. c. nº 340. — »Cum adversus haereticam.«
		* *In eundem modum* Fratribus ord. Minor. inquisitoribus *etc.* in partibus Italiae. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 344; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 747. nº 568.
Iul. 7	Anagniae	(15449) Fratribus ordinis Minorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Urbe, Tuscia, patrimonio b. Petri, ducatu Spoletano, Campania, Maritima et Romania *scribit idem quod legitur in* nº 15412 d. d. 1254. Mai. 30. Non. Iul. aº 12º. ‖ Sbaralea l. c. 748. nº 569. — »Super extirpatione pravitatis.«
" 10	"	(15450) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Mariae Tolosani ord. s. Dam. indulget, ut secundum observantiam sui ordinis chorda pro cingulo, velo, tunica et mantello uti libere valeant. vɪ id. Iul. aº 12º. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 519. nº 116; Sbaralea l. c. 748. nº 570. — »Cum a nobis.«
" 10 resp. 12	"	(15451) Ministro fratrum Minorum marchiae Tervisinae concedit, ut in vinea a Marco Ziani de Venetiis ordini Minorum legata domos construere et in eis habitare possint. vɪ (ɪv *Sb.*) id. Iul. aº 12º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 40; Sbaralea l. c. 755. nº 573. — »Cum sicut intelleximus.«
" 11	"	(15452) Archiepiscopo Iadrensi, episcopo Scardonensi et archidiacono Nonensi mandat, ut causam Sibinicensium a iurisdictione Traguriensis episcopi se subtrahere novumque in castro suo episcopatum constituere nitentium inquirant ac decernant. v id. Iul. aº 12º. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 453, *cf.* 218; Fejér Cod. dipl. VII. ɪv. 108. — »Sua nobis venerabilis.«
" 11	"	(15453) Praeposito et conventui monasterii Varlarensis Praemonstr. ord. Monasteriens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. v id. Iul. aº 12º. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 654. — »Cum a nobis.«
" 11	"	(15454) In controversiis variis super appellatione, visitatione, excommunicatione *etc.* vertentibus inter Rothomagensem archiepiscopum eiusque suffraganeos sententiam profert. v id. Iul. aº 12º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 748. nº 571; *partes in* Sexti Decret. lib. 5. tit. 11 *de sent. excomm.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. 1020. — »Venerabilibus fratribus nostris.«
" 11	"	(15455) O(ddoni) archiepiscopo Rothomagensi indulget, ut contra illos de civitate ac diocesi Rothomag. subditos suos, qui litteris sedis apostolicae abutuntur, officiali suo in singulis causis commissiones sigillatim demandare possit, »maxime cum litteras nostras (*vid.* nº 14695) dudum, prout asseris, tibi direximus contra huiusmodi abusores.« v id. Iul. aº 12º. ‖ Sbaralea l. c. 755. nº 572. — »Exigentibus tuae devotionis.«
" 11	"	(15456) O(ddonem) archiepiscopum Rothomagensem a visitatione sedis apostolicae hinc usque ad sex annos futuros absolvit. v id. Iul. aº 12º. ‖ Sbaralea l. c. 744. nº 562. — »Devotionis tuae probata.«
" 12	"	(15457) Repetit nº 15411 d. d. 1254. Mai. 30: »ɪv id. Iul. aº 12º« — »Malitia huius temporis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 251. nº 341: Sbaralea l. c. 756. nº 574.
" 13	"	(15458) Ministro provinciali ministrationis s. Francisci mandat idem. ɪɪɪ id. Iul. aº 12º. ‖ Sbaralea l. c. nº 575. — »Malitia huius temporis.«
" 13	"	(15459) Abbati de Mezano apostolicae sedis legato mandat, moneat Cracoviensem episcopum, ut circa erudiendos populos provinciae Lucow (Lvvcou *Rayn.*) a civitate Cracoviensi quatuor dietis distantis in fide ac christianae religionis moribus efficaciter elaboret. Si autem hoc dictus episcopus neglexerit adimplere, »pontificalem ibi sedem constituas et aliquem virum ordinis fratrum Minorum ... illi plebi praeficias in episcopum.« ɪɪɪ id. Iul. aº 12º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 26; Sbaralea l. c. nº 576; Theiner Mon. Polon. I. 57. nº 119. — »Ad audientiam nostram.«
" 13	"	(15460) (Bernardo) electo Neapolitano apostolicae sedis legato mandat, ut pro eo quod (Bela) rex Hungariae in discordia cum (Otakaro) rege Boemiae citatus per responsalem idoneum in apostolica comparuerit praesentia, commisso legationis officio pro eodem negotio supersedeat. ɪɪɪ id. Iul. aº 12º (11º *Fej.*). ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 371; Wadding Ann. Minor. III. 520. nº 117; Sbaralea l. c. 757. nº 577; Fejér Cod. dipl. IV. ɪɪ. 249 *et* VII. v. 576; *cf.* VII. v. 309. nº 175; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 188; Theiner Mon. Hungar. I. 228. nº 435; Erben Reg. Bohem. II. 16. nº 37; *cf.* Raynald. l. c. § 32; Palacky Reise 35. nº 241. — »Venerabilis frater noster.«
" 15	(")	* (15461) Magistro Guillelmo de S. Amore canonico Belvacensi procuratori magistrorum et scolarium Parisiensium facultatem concedit, ut pro expensis in negotiis ipsorum mutuum usque ad summam 300 librarum Turonens. super bonis et facultatibus universitatis contrahere possit. Id. Iul. aº 12º. ‖ Wadding Ann. Min. III. 248; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 276.
" 15	"	(15462) (Bernardo) episcopo Vicensi eiusque successoribus cusionem monetae in civitate Vicensi confirmat. Id. Iul. aº 12º. ‖ Villanueva Viage liter. VI. 243. nº 2. — »Iustis petentium desideriis.«

1254.

Iul. 18 Anagniae (15463) Philippo episcopo Zagabriensi indulget, ut, si eum ad instantiam alicuius per litteras apostolicas citari contigerit, quod compareat coram pontifice maximo, venire propter hoc ad apostolicam sedem nullatenus teneatur, nisi eaedem litterae de hoc indulto plenam fecerint mentionem. xv kal. Aug. (Nov. *Fej.*) a° 12°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ɪɪ. 251; Theiner Mon. Hungar. I. 229. n° 436. — »Tue devotionis inducimur.«

» 22 » (15464) Monasterium s. Iacobi de Visniza Ragusin. dioc. ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates et immunitates confirmat. xɪ kal. Aug. indict. XII. incarn. dom. a° 1254. pont. a° 12°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 105; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 364. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 22 » (15465) (Gerhardo) archiepiscopo Maguntino, praelatis et capitulis ecclesiarum vel monasteriorum civitatis et diocesis Moguntinensis concedit, ut beneficia cum cura vacantia vel etiam vacatura, quae ad collationem sedis apostolicae pertinent, libere personis idoneis conferant. xɪ kal. Aug. a° 12°. ‖ Meerman Geschied. V. 191. — »In manibus dilecti.«

» 23 » (15466) Eundem monet et hortatur, ut Wilhelmum regem Romanorum favorabiliter prosequens ac honorans eidem in omnibus quae ad exaltationem et augmentum imperii pertinent, potenter ac patenter assistat. x kal. Aug. a° 12°. ‖ Gudenus Cod. dipl. I. 644. — »Novit ille qui.«

» 23 (») * (15467) Confirmat electionem Landi de Vico albo in episcopum Uxentinum. x kal. Aug. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 111.

» 24 » (15468) (Iarlerio) (archi)episcopo Upsalensi de matrimonio inter Tovam (Toram *Sb.*) mulierem et Matheum militem contracto respondet. ɪx kal. Aug. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 758. n° 578; Liljegren Svenskt dipl. I. 370. n° 419; *cf.* Porthan Bullar. access. 45. n° 30. — »Significasti nobis quod.«

» 25 » (15469) Abbati monasterii Liessensis ord. s. Ben. Cameracens. dioc. indulget, ut nullus ordinarius in eum absque manifesta et rationabili causa excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam possit promulgare sine speciali mandato sedis apostolicae. vɪɪɪ kal. Aug. a° 12°. ‖ Meerman Geschied. V. 192. — »Devotionis qua Romana.«

» 25 resp. 26 » (15470) (Eskillo) Sleswicensi et (Ketillo) Wibergensi episcopis et abbati de Cara Insula Cisterc. ord. Arusiens. dioc. mandat, ut de vita et miraculis Nicolai filii Canuti olim regis Daciae inquirant, cum C(hristophorus) rex, archiepiscopus (Lundensis), episcopi, clerus et religiosi, ut in numerum sanctorum referatur, supplicaverint. vɪɪ (vɪɪɪ *Langb.*) kal. Aug. a° 12°. ‖ Raynaldi Annal. ad a. 1254 § 30, *omisso exordio*; Pontoppidan Ann. eccles. Dan. I. 452; Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 201; Langebek Scr. rer. Dan. V. 309, VI. 390; *cf.* Porthan l. c. n° 31. — »Crescente fidelium numero.«

» 26 » (15472) Wilhelmum regem Romanorum monet et hortatur, ut (Gerhardum) archiepiscopum Maguntinum in gratiam solitae benignitatis admittat. vɪɪ kal. Aug. a° 12°. ‖ Gudenus Cod. dipl. I. 643. — »De remittentis pectore.«

» 27 » (15473) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia concedit, ut, non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis, in inquisitionis negotio iuxta formam eis traditam procedant. vɪ kal. Aug. a° 12°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 252. n° 342. — »Ne commissum vobis.«

» 29 » (15474) Eisdem respondet, etiam turres, in quibus haereticus vel haeretica inventus fuerit, sine spe reparationis funditus destruendas esse. ɪv kal. Aug. a° 12°. ‖ Ripoll l. c. n° 343; Cherubini Bullar. I. 99; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 558. — »Cum in constitutionibus.«

(» —) (») (15475) Willelmum Romanorum regem rogat et obsecrat, ut Petri S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legati communicato consilio ad veniendum in Italiam apparatu regio accingatur (succingatur *Miraeus*) et festinanter ad apostolorum limina se transferat ibidem circa festum nativitatis Domini proxime venturum recepturus solemniter imperii diadema. *Sine nota chronol.* ‖ Miraei Opp. dipl. I. 425; Mieris Charterb. der grav. van Holland I. 291; *brevior ac cum quibusdam diversitatibus* Beka ap. Böhmer Fontes II. 446; *non integra* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 165. — »Postquam divina potentia.«

Aug. 1 » (15476) Capitulo ecclesiae Bisuntinae ecclesiarum s. Iohannis evangelistae et s. Stephani unionem confirmat. Kal. Aug. a° 12°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 85. — »Cum a nobis.«

(» 2) » (15477) Personas et bona crucesignatorum, qui contra Sarracenos de Africa cum (Alphonso) rege Castellae ac Legionis vel eius vicario transfretabunt, sub b. Petri et sua protectione suscipit. (xɪ, *num legendum*) ɪɪ non. Aug. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 24. — »Cum contra Sarracenos.«

» 3 » (15478) Sorori Salonicae (Salomeae *rectius Sb.*) ord. s. Dam. natae quondam L(eskonis) Cracoviae ac (Sandoin, *leg.*) Sandomiriae ducis indulget, ut, si B(oleslaum) ducem Cracoviae germanum eius contingat decedere sine prole eique relinquere villas aliquas, licite possit illas recipere ad suum et monasterii opus. ɪɪɪ non. Aug. a° 12°. ‖ Wadding

1254.

Ann. Minor. III. 355; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 758. n° 579; Fejér Cod. dipl. IV. ɪɪ. 250. — »Tuae devotionis sinceritas.«

* Prandota episcopus Cracoviensis *datus est conservator.*

Aug. 5 Anagniae (15479) Albrico de Romano bona Ezelini fratris eius, quae ipsi papa et Willelmus Romanorum rex iam concesserant, denuo confirmat. Non. Aug. a° 12°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 134. n° 251. — »Animi tui satagunt.«

» 7 » (15480) Magistro Iohanni thesaurario et Kirano canonico Cassellensibus concedit facultatem contrahendi mutuum pro expediendis negociis electi et capituli Cassellensis usque ad summam 400 marcarum sterlingorum novorum et obligandi creditoribus bona dictorum electi et capituli. vɪɪ id. Aug. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 61. n° 165. — »In nostra proposuistis.«

» 7 » (15481) Ministro et fratribus S. Francisci Assisiensis de ordine Minorum significat, se visitantibus eorum ecclesiam »quae per nos ... in prima dominica ante festum ascensionis Domini extitit dedicata« (*cf.* 1253. Mai. 25), in anniversario die dedicationis ipsius indulgentiam 2 annorum ac 80 dierum elargiri. vɪɪ id. Aug. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 759. n° 580. — »Consecrationes altarium in.«

» 8 » (15482) Universis archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum et religiosorum cuiuscunque ordinis praelatis mandat, ut b. Petri martyris ord. Praed. festum cum solemnitate omnimoda ɪɪɪ kal. Mai. (*i. e.* Apr. 29) celebrent. vɪ id. Aug. a° 12°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 252. n° 344; Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 12. — »Magna magnalia de.«

» 12 » (15483) Fratri Bartholomaeo de ord. Praed. (Henrici) regis Anglorum germano capellano suo concedit facultatem, ut ei socius et ipse socio et aliis cum eo vescentibus »quibus in mensa loqui est ex debito sui ordinis interdictum,« licentiam loquendi tribuat. ɪɪ id. Aug. a° 12°. ‖ Ripoll l. c. 253. n° 345; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 761. n° 583. — »Tuis devotis precibus.«

» 12 » (15484) Capellanis R(icardi) comitis Cornubiae concedit facultatem, ut singuli tam fratribus Praedicatoribus et Minoribus, quam monachis Cisterciensibus et aliis religiosis personis in mensa dicti comitis loquendi licentiam tribuere valeant. ɪɪ id. Aug. a° 12°. ‖ Sbaralea l. c. 759. n° 581. — »Ut religiosi qui.«

» 12 » (15485) Universis Christifidelibus per Lundensem provinciam constitutis, qui ad consummationem cathedralis ecclesiae Arusiensis manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum elargitur. ɪɪ id. Aug. a° 12°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 202; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 391; Münter Mag. f. Kirchengesch. I. 375; *cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 259, IX. 157. — »Quoniam ut ait.«

» 13 » (15486) Albricum de Romano certiorem facit, se cum Ezelino de Romano »illo homine« vel cum alio pro eo reconciliationis non habere tractatum et promittit, illum, etiamsi unquam per condignam humilitatis poenitentiam studuerit aliquam misericordiam promereri, nunquam ad hoc pervenire valiturum esse, »ut aliquatenus ea quae tibi per nos vel Willelmum regem Romanorum concessa sunt et per sedem apostolicam confirmata, mutentur.« Id. Aug. a° 12°. ‖ Meerman Geschied. V. 194; Verci Stor. degli Ecel. III. 367. — »Animi tui satagunt.«

» 13 » (15487) Abbatissae et sororibus pauperum inclusarum monasterii s. Elisabethae Remensis ord. s. Dam., in quarum coenobio Iohannes dictus de Melolis et Colardus dictus Belen executores testamenti magistri Stephani de Bena clerici, qui duas capellanias de bonis propriis fundari mandaverat, capellanias ipsas erigi curarunt, illud confirmat. id. Aug. a° (21°, *sed legas*) 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 520. n° 117; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 761. n° 584. — »Porrecta nobis ex.«

* Prior S. Dionysii Remensis *datus est super his conservator.*

» 17 » (15488) David electo Cassellensi significat, se eius electionem confirmasse, eique mandat ut ecclesiam sibi commissam in spiritualibus et temporalibus digne gubernet. xvɪ kal. Sept. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 61. n° 166. — »Dudum ecclesia Cassellensi.«

* *In eundem modum* Archiepiscopo Tuamensi — Suffraganeis, capitulo, clero et populo civitatis et diocesis Cassellensis — Regi Anglorum.

» 18 » (15489) (Bertholdo) episcopo Basiliensi mandat, ut Rudolfum comitem de Habesburch, Gerardum de Gesinckon (Goesingen *Gerb.*, Gosikon *Gall.*), Heinricum de Palma, Rudolfum de Vediswiler, Heinricum de Kienberch, Gernagum de Tegerveld milites quondam Friderico olim imperatori et Cunrado nato eius contra ecclesiam adhaerentes, qui cum quibusdam complicibus noctis tempore monasterium monialium poenitentium (poenitentialium *Guil.*) b. Mariae Magdalenae Basiliense incendio devastaverant, tam diu excommunicatos nunciet, donec passis iniuriam competenter satisfecerint. xv (xɪɪ *Guil.*) kal. Sept. a° 12°. ‖ Franc. Guillimanni Habsburgica (Mediol. 1605. 4°) 284, (Ratisbon. 1696. 4°)

1254.

390; Gerbert Nig. Silva III. 160; Herrgott Geneal. dipl. II. 312; Gallia christ. XV. instr. 224. — »Dilectę in Christo.«

Aug. 18 Anagniae (15490) (Bonfilio) priori et fratribus domus Servorum s. Mariae Florentiae ord. s. Aug. concedit, ut ab illis, qui de civitate et diocesi Florentinorum extorserunt usuras aut alias res acquisiverunt illicite, ac inveniri non potest, cui sit praedictorum restitutio facienda, pro suis et domus suae necessitatibus usque ad summam 200 librarum Pisanarum recipere possint. xv kal. Sept. a° 12°. ‖ Gianii Annal. I. 71. — »Compatientes paupertati vestrae.«

» 19 » (15491) Magistrae et conventui monasterii in parochia Lucernensi in loco qui Domus Concilii [Rathhausen] dicitur confirmat ea quae eis (Eberhardus) Constantiensis episcopus (a. 1251. Mart. 14) concesserat, ut in loco, in quo degant, libere possint secundum institutiones Cisterciensis ordinis Domino famulari, in eodem loco oratorium construant, in ipsius oratorii cimiterio personas sui conventus et familiae sepeliant *etc.* xiv kal. Sept. a° 12°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 46. — »Petitio vestra nobis.«

» 19 » (15492) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticorum in provincia Lombardiae mandat, ut corpora haereticorum et specialiter Nazarii eorum episcopi et ossa penitus de castro quod Guttae vulgariter appelletur extrahant dictumque castrum cum domibus moeniis ac omnibus munitionibus suis dictisque ossis concremari ac destrui faciant et Roberto dicto Pactam de Gluxiano civi Mediolanensi haeretico de tantae perversitatis errore condignam et publicam poenitentiam imponant. xiv kal. Sept. a° 12°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 254. n° 346; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 760. n° 582. — »Ad audientiam nostram.«

» 21 » (Bertholdo) episcopo Basiliensi: »xii kal. Sept. a° 12°«. ‖ Guillimanni Habsburgica 284, resp. 390, *vid.* 1254. Aug. 18. n° 15489.

» 23 » (15493) Clero et populo Pontiscurvi significat, se districtius inhibere, ne, cum quondam Fridericus olim Romanorum imperator quoddam castrum situm iuxta maiorem ecclesiam Pontiscurvi eidem ecclesiae valde damnosum fecerit demoliri, ibidem vel in alio loco eiusdem terrae castrum vel munitio de cetero construatur. x kal. Sept. a° 12°. ‖ (St. Borgia) Difesa del dominio temp. Append. 101. — »Per operis experientiam.«

» 23 » (15494) Eisdem omnes libertates et immunitates a b. mem. Roffrido cardinale et abbate monasterii Casinensis ipsis (d. 22. Febr. 1190) concessas necnon libertates et exemptiones saecularium exactionum a F(riderico) olim Romanorum imperatore ipsis (m. Oct. 1229) indultas confirmat, tenorem instrumentorum illorum praesentibus inserens. x kal. Sept. a° 12°. ‖ St. Borgia l. c. Append. 102. — »Cum a nobis.«

» 23 (») * (15495) Archiepiscopo Sipontino commendat Nicolaum canonicum Beneventanum electum episcopum Lesinensem. x kal. Sept. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra VIII. 310.

» 24 » (15496) Magistro et sororibus de Domo Consilii [Rathhausen] Constantiens. dioc. Cisterc. ord. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui earum ecclesiam in assumptione et nativitate b. Virginis annis singulis visitaverint, 40 dies de iniuncta poenitentia relaxare. ix kal. Sept. a° 12°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 47. — »Licet is de.«

» 25 » (15497) Abbati et conventui monasterii s. Remigii Remensis ord. s. Ben. indulget, ut ipsi et prioratuum suorum priores minime teneantur ad solutionem alicuius debiti contracti vel contrahendi, nisi illud in utilitatem ipsorum monasterii et prioratuum conversum fuisse legitime probaverint creditores. viii kal. Sept. a° 12°. ‖ Varin Arch. adm. de Reims I. ii. 475; Innoc. III Opera ed. Migne IV. 195. n° 142 (*utrque* Innocentio III *male tribuit.*) — »Indempnitati vestre ac.«

» 26 » (15498) S. Quirici de Monticello et S. Donati prioribus Lucanis mandat, ut super cessione Leonardi prioris S. Fridiani Lucani ord. s. Aug. et electione alterius cognoscant et, si res acta recte se habeat, electum confirment. vii kal. Sept. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 762. n° 585. — »Etsi ex suscepti.«

» 26 » (15499) Heremitis de Monte Carmeli in Anglia commorantibus confirmat loca, quae unum apud Aylsforde in Cantia Roffens. dioc., alterum in suburbio civitatis Londoniensis Ricardus de Grey eis contulerat, mandatque episcopo Elyensi, ne eos super his indebite molestari permittat. vii kal. Sept. a° 12°. ‖ Bullarium Carmel. I. 13. n° 13. — »Porrecta nobis dilectorum.«

» 29 » * (15500) In causa capituli Ratisponensis contra Henricum rectorem ecclesiae in Stouf super canonicatu et praebenda processus abbatis monasterii in Wilzeburch irritos declarat et rectori silentium imponit. iv kal. Sept. a° 12°. ‖ Lang Regesta III. 46; 36. Jahresbericht des hist. Vereins von Mittelfranken (Ansbach 1868) 16, *perperam ad* Aug. 30.

» 29 » (15501) Sattach (Sartach *W., Sbar.*) regi Tartarorum de fide christiana recepta eleganti epistola gratulatur illumque ad eam publice profitendam hortatur. iv kal. Sept. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 359; Sbaraleae Bullar. Franc. I. 763. n° 586; Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 2; *cf.* Fejér Cod. dipl. IV. ii. 256. — »Gratias et laudes.«

1254.

Aug. 31 Anagniae (15502) (Aymerico) episcopo Lemovicensi concedit facultatem confirmandi certum canonicorum numerum, quem ipse et capitulum ecclesiae s. Iuniani, »in qua praepositus esse diceris«, in eadem ecclesia duxerint statuendum. ii kal. Sept. a° 12°. ‖ Maleu Chroniq. 74. — »Tuis precibus inclinati.«

» 31 (») * (15503) Au chantre de l'église de Beauvais et à un chanoine de Senlis à la réquisition de l'université. Il lui est permis de faire levée et taxe de deniers sur les maîtres, professeurs et écoliers pour subvenir aux frais de certains articles accordez entre l'université et les frères prescheurs. ii kal. Sept. a° 12°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 16. not. 2; *cf.* 1254. Iul. 15. n° 15461.

Sept. 2 » (15504) Iohanni de Aversa ministro in Calabria ord. Minorum mandat, ut magistrum Nicolaum de Durachio camerae apostolicae clericum in Latina et Graeca lingua peritum Crotonensi (Cotronensi *W., Sb.*) ecclesiae in episcopum praeficiat, amoto exinde Mauro presbytero »qui pro ipsius electo se gerit.« iv non. Sept. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 385; Wadding Ann. Minor. III. 521. n° 119; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 765. n° 587. — »Cum sicut intelleximus.«

» 2 » (15505) (Martino) episcopo Mantuano mandat, ut magistro fratribus et sororibus secundi ordinis Humiliatorum Brixiensibus ecclesiam ss. Faustini et Iovitae Brixiensem, quam eis fratres ordinis Praedicatorum vendiderant, confirmet. iv non. Sept. a° 12°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum Mon. II. 267. — »Ex parte dilectorum.«

» 2 » (15506) Guillelmo S. Eustachii diacono card. apostolicae sedis legato, ut Siciliae regnum ad ecclesiam revocet, concedit ut possit pro eodem negotio ecclesiae Romanae nomine contrahere mutuum et propter hoc obligare eandem ecclesiam, castra et possessiones ecclesiarum Urbis, Campaniae et Maritimae necnon et castra regni Siciliae, *etc.* iv non. Sept. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 48, *omisso exordio.*

(» 2) (») (15507) (Proceribus Siciliae) significat, se (Guillelmo S. Eustachii diacono cardinali apostolicae sedis legato) provinciam (Siciliae) quantum ad omnia temporalia et spiritualia plenarie concessisse, commissa eidem potestate percipiendi, ordinandi, statuendi, faciendi sicut expedire viderit in eadem provincia, necnon contradictores et rebelles poena seu districtione spirituali ac temporali compescendi. Mandat, ut eidem in omnibus efficaciter intendant ac de universis iuribus et de aliis ad rectoriam ipsam et Romanam ecclesiam spectantibus integre respondeant. *Sine die et mense.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 122. — »Ad diversas mundi.«

» 3 » (15508) (Mindovi) regi Lethoviae significat, se mandasse (Alberto) archiepiscopo Lyvoniae ac Prusciae, ut kathedrali ecclesiae, quam rex idem in partibus suis de novo erigere ac dotare intenderet, Christianum tunc fratrem presbyterum hospitalis s. Mariae Theuton. in Livonia praeficeret in episcopum (*vid.* 1253. Aug. 21. n° 15098). »Sed idem archiepiscopus, priusquam ad ipsum nostrae litterae pervenissent, de ipso Christiano providit ecclesiae memoratae iuramentum fidelitatis suo et ecclesiae suae nomine ab ipso recipiens, licet hoc de intentione nostra nullatenus exstitisset.« Addit, eundem episcopum ad observantiam praedicti iuramenti non teneri; se velle autem, ut idem episcopus (Theodorico) episcopo Nuemburgensi exhibeat pro pontifice et ecclesia Romana fidelitatis solitae iuramentum. iii non. Sept. a° 12°. ‖ Dreger Cod. dipl. Pomer. I. 357. n° 249; Raczyński Cod. dipl. Lithuan. 8. n° 5; Bunge Livl. UB. I. 354. n° 272. — »Inclinati serenitatis tue.«

» 3 » Cristianum episcopum Littoviae: »iii non. Sept. a° 12°«. ‖ Dreger Cod. Pomer. dipl. I. 358. n° 250, *vid.* 1254. Sept. 20. n° 15518.

» 3 resp. 5 » (15509) (Theodorico) episcopo Nuemburgensi (Sluemburgensi *Rayn.*) scribit, se archiepiscopo Livoniae ac Prusciae mandasse, ut novae cathedrali ecclesiae, quam (Mindowes) rex Lithoviae propriis expensis erigere intenderet, Christianum presbyterum hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia ad requisitionem eiusdem regis praeficeret in episcopum et ei munus consecrationis impenderet. »Idem archiepiscopus, priusquam ad ipsum huiusmodi nostrae litterae pervenissent, ecclesiae memoratae de praedicto fratre providit, iuramentum fidelitatis *suo et ecclesiae suae nomine* ab illo recipiens, licet hoc de intentione nostra nullatenus extitisset, maxime, cum terra Lithoviae sit de iure et proprietate b. Petri.« Mandat ei, ut Christianum episcopum ad observantiam praedicti iuramenti praefato archiepiscopo taliter praestiti non teneri denunciet atque ab ipso pro papa et ecclesia Romana fidelitatis iuramentum recipiat. (iii *add. Rayn., Thein.*) non. Sept. a° 12°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 81; Bunge Livl. UB. I. 355. n° 273; Theiner Mon. Polon. I. 58. n° 120; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 27. — »Inclinati precibus carissimi.« *Cf.* n° 15518.

» 5 » (15510) Monasterii de Domo Consilii [Rathhausen] Constantiens. dioc. Cisterc. ord. patrocinium suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. Non. Sept. a° 12°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 48. — »Cum a nobis.«

» 5 » * (15511) (Iuhello) Remensi archiepiscopo, qui mansionarios et servientes ecclesiae Remensis coram se litigare compellebat contra ipsius ecclesiae libertates, mandat, ut iura

1254.

eiusdem ecclesiae illibata conservet, »alioquin abbas S. Genovefae officialis Parisiensis et magister I. de Porta canonicus Atrebatensis Parisius commorans super praemissis causam audient.« Non. Sept. aº (10º, *sed legas*) 12º. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 735. nº 243.

Sept. 9 Anagniae (15512) Magistro Alexandro de Ferentino et Berardo de Nimpha capellanis suis in Anglia commorantibus mandat, ut in (David) electum et capitulum Cassellenses, si Bonifacio Bonsignoris, Bernardino Prosperini *etc.* mercatoribus Senensibus de mutuo ab eis accepto infra duos menses post monitionem faciendam non satisfecerint, excommunicationis sententiam promulgent. v id. Sept. aº 12º. ‖ Rymer Foed. I. I. 186; Theiner Mon. Hibern. 62. nº 167. — »Significarunt nobis Bonifacius.«

„ 9 „ (15513) Episcopo Londoniensi mandat, ut fratres Eremitas de Monte Carmeli in Anglia commorantes commendatos habeat eosque ab incursibus quorumlibet malefactorum protegat ac defendat. v id. Sept. aº 12º. ‖ Bullarium Carmel. I. 14. nº 14. — »Favoris nostri provenire.«

„ 12 „ (15514) Willelmo regi Romanorum notum facit, se in festo assumptionis b. Mariae V. (Aug. 15) proxime praeterito marchionem de Houmburch, Manfredum qui se nominet principem Tarentinum, Fredericum de Antiochia et fratres marchionis eiusdem ac alios de Theutonia *etc.* publice ac solemniter monuisse eisque praecepisse, ut regnum Siciliae et civitates, castra, villas et alia ipsius loca Romanae ecclesiae, ad quam regnum ipsum totaliter pertineat, libera et expedita dimitterent; illis etiam, qui de regno ipso non existentes comitatus, baronias, feuda *etc.* obtineant, se iniunxisse, ut infra eundem terminum investituram de manibus papae reciperent *etc. etc.* Verumtamen quia praefati marchio, Manfredus, Fredericus et alii in sua malitia contempserunt apostolica monita et praecepta, »nos in festo nativitatis b. Mariae V. (Sept. 8) ipsos universos et singulos declaravimus et denunciavimus anathematis vinculo innodatos« *etc.* Solicitat et requirit regem, ut praefatum marchionem aliosque Germanos perduelles bonis deturbet. II id. Sept. aº 12º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 52. — »Excellentiae tuae notum.«

* *In eundem modum* (Henrico) Spirensi episcopo. Praecipit ut perduellium possessiones in alios derivet atque sacerdotiis ipsorum filios fratresque exuat. ‖ Raynald. l. c. § 55.

„ 13 „ (15515) Magistro Andreae de Episcopo civi Capuano, cui Conradus quondam Frederici olim Romanorum imperatoris filius destitutionem domorum et aliarum possessionum intulerat pro eo quod Romanae ecclesiae mente stabili adhaerebat, unum de startis de Belasois, quarum alteram magistro Petro de S. Herasmo civi Capuano contulit, necnon et domos cum viridario *etc.* prope ecclesiam s. Francisci, quae fuerunt quondam Petri de Vinea, concedit. (Id. Sept. aº 12º; *cf.* H.-L. p. 64). ‖ Camera Annali del regno di Napoli 218. nº 1; G. de Blasiis Vita . . di Pietro della Vigna (Napoli 1860. 12º) 251; Huillard-Bréholles Pierre de la Vigne 318. nº 18, *non integra.* — »Pura fides quam.«

„ 15 „ (15516) Abbatem et conventum monasterii Rivipollensis ord. s. Ben. Vicens. dioc. hortatur, ut possessiones priori et conventui fratrum de ordine Praedic. Barchinonensium pro ampliatione loci sui plurimum necessarias eis liberaliter donent aut saltem pro decenti vendant pretio aut iuxta bonorum virorum arbitrium pro aliis possessionibus permutent. XVII kal. Oct. aº 12º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 255. nº 347. — »Ex parte dilectorum.«

„ 17 „ (15517) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui in festo gloriosi confessoris b. Augustini ecclesiam monasterii s. Augustini Cantuariensis ord. s. Ben. visitaverint annuatim, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargitur. XV kal. Oct. aº 12º. ‖ Twysden Histor. Anglic. scr. II. 2006. — »Splendor paternae gloriae.«

„ 20 „ (15518) Christiano episcopo Lethoviae (Littoviae *Dr.*) significat, se ad preces regis Lethoviae de novo conversi ad religionem christianam (Alberto) archiepiscopo Livoniae ac Prusciae dedisse in mandatis, ut cathedrali ecclesiae quam dictus rex in partibus suis erigere ac dotare intenderet, eum tunc fratrem presbyterum hospitalis s. Mariae Theuton. in Livonia praeficeret in pastorem et ei munus consecrationis impenderet recepturus postmodum »pro nobis et ecclesia Romana« fidelitatis solitae iuramentum, eundem autem archiepiscopum, priusquam ad ipsum apostolicae litterae pervenissent, de eo (*i. e.* Christiano) providisse ecclesiae memoratae et iuramentum fidelitatis *suo nomine* ab eo recepisse, licet hoc de intentione papali nullatenus extitisset, maxime cum terra Lethoviae sit iuris b. Petri et »nullum ibi esse velimus episcopum qui alii quam Romano pontifici sit subiectus.« Decernit eum ad observantiam praedicti iuramenti taliter praestiti aliquatenus non teneri. Eximit eum a iurisdictione praefati archiepiscopi et sedi apostolicae immediate subiicit. XII kal. Oct. (III non. Sept. *Dreg.*) aº 12º. ‖ Dreger Cod. Pomer. dipl. I. 358. nº 250; Theiner Mon. Polon. I. 59. nº 121. — »Inclinati precibus carissimi.« *Cf.* nº 15510.

„ 20 „ (15519) Episcopo Tarbatensi notum facit, Christianum episcopum Lethoviae ad observantiam iuramenti (Alberto) archiepiscopo Lyvoniae ac Prusciae eius et ecclesiae Lyvoniensis nomine praestiti nullatenus teneri, se autem provisionem de ipso factam per archiepiscopum memoratum, »quem propter hoc in persona ipsa nullam iurisdictionem

1254.

volumus obtinere,« confirmasse. Mandat ei, ne permittat, ut Christianus episcopus contra confirmationis et constitutionis apostolicae tenorem ab aliquibus indebite molestetur. XII kal. Oct. aº 12º. ‖ Dreger l. c. 359. nº 251; Raczyński Cod. dipl. Lithuan. 9. nº 6; Bunge Livl. UB. I. 356. nº 275. — »Inclinati precibus carissimi.«

Sept. 20 Anagniae (15520) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia divisionem Curoniae, quae inter ipsos et (Henricum) episcopum Curoniensem sponte et concorditer facta est, confirmat. XII kal. Oct. aº 12º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 765. nº 588; Turgenevii Russ. monim. I. 82; Bunge l. c. 357. nº 276. — »Cum a nobis.«

„ 21 „ (15521) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Misnensis indulget, ut ad receptionem alicuius in sua ecclesia vel provisionem in praebendis vel aliis ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis apostolicae vel legatorum ipsius impetratas compelli minime valeant. XI kal. Oct. aº 12º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 144. nº 175. — »Vestrae meritis devotionis.«

„ 21 „ (15522) Praeposito Nuemburgensis ecclesiae mandat, curet ne praepositus, decanus et capitulum ecclesiae Misnensis super illis ab aliquibus indebite molestentur. XI kal. Oct. aº 12º. ‖ Gersdorf l. c. nº 176. — »Meritis devotionis dilectorum.«

„ 21 „ Universis archiepiscopis et episcopis regni Angliae: »XI kal. Oct. aº 12º«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 37, *vid.* 1254. Sept. 30. nº 15535.

„ 25 („) * (15523) Abbati et conventui S. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. concedit, ut decimas novalium in illis parochiis, in quibus ius patronatus habent, percipiant. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 32.

„ 26 „ (15524) Abbati et conventui monasterii de Wessinsbrunnen ord. s. Ben. Augustens. dioc. ius patronatus, quod in Wilheim et Wilenpach eis Otto dux Bavariae in recompensationem damnorum dicto monasterio ab ipso irrogatorum contulerat, confirmat. VI kal. Oct. aº 12º. ‖ Leutner Histor. Wessofont. I. 267. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 26 „ (15525) Praeposito ecclesiae Augustanae de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut praedicti abbas et conventus super his ab aliquibus indebite molestentur. VI kal. Oct. aº 12º. ‖ Leutner l. c. 267. — »Oblata nobis petitio.«

„ 26 „ (15526) (Thomae) episcopo Imolensi mandat, ut monasterium s. Stephani et s. Mariae in Zagonia extra portam Aloni Imolen. ord. s. Ben. collapsum monasterio s. Mariae de Misericordia Imolensi ord. s. Dam. uniat. VI kal. Oct. aº 12º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 766. nº 589. — »Cum sicut accepimus.«

„ 27 „ (15527) Manfrido principi Tarentino fideli suo concessiones de principatu Tarentino cum Gravinae (Gravini *Rayn.*) et Tricarici comitatibus ac de Honore Montis s. Angeli dudum ei factas a quondam Friderico olim Romanorum imperatore ac rege Siciliae patre suo confirmat ac insuper praemissa omnia ab eodem Friderico concessa de novo ei eiusque heredibus in perpetuum confert *etc. etc.* v kal. Oct. indict. XIII. incarn. dom. aº 1254. pont. aº 12º. ‖ Tutini Discorsi I. 58, *mendis maculata; integrior in* Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 57. — »Clemens semper et.«

(„ 27?) — (15528) Eundem vicarium a Pharo usque ad flumen Silaris (Silens *R.*) et ab eodem flumine infra per terram Beneventanam et comitatum Molisii usque Trigrium (Trignium *R.*) excepto iustitiariatu Aprutii in temporalibus et eis quae ad merum et mixtum imperium pertinent statuit, ordinans et praecipiens ut de proventibus *etc.* ipsius vicariae 8000 unciarum auri habeat et percipiat annuatim, ita quod tertia pars horum 8000 in kal. Dec., alia tertia in kal. Apr., reliqua tertia kal. Aug. ei annis singulis integre persolvantur. *Sine nota chronol.* ‖ *Omissis et initio et fine* Tutini l. c. 60; Raynald. l. c. § 60. — »Nostrum te vicarium.«

„ 27 Anagniae (15529) Universos magistros et scholares Oxonienses Lincoln. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem libertates et immunitates ab episcopis, regibus, magnatibus *etc.* eis rite concessas ipsis confirmat. v kal. Oct. aº 12º. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 266. — »Quaerentes in agro.«

„ 28 „ (15530) Hugoni tit. S. Sabinae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut magistro Corrado clerico, familiari quondam Gebeardi capellani »nostri« fratris C. comitis de Friburgau, ecclesias de Wolvewiller et de Roruville in Brisgandia conferat et assignet. IV kal. Oct. aº 12º. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 34. nº 383. — »Prompti ad illorum.«

„ 28 „ (15531) Universis Christifidelibus qui ecclesiam monasterii monialium in Burchit Cisterc. ord. Colon. dioc. venerabiliter visitarint, indulgentiam 40 dierum concedit. IV kal. Oct. aº 12º. ‖ Quix Burtscheid 217, *mutila.* — »Gloriosus Deus in.«

„ 29 „ (15532) Capitulo ecclesiae Misnensis indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor sedis apostolicae in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam promulgare possit absque speciali sedis eiusdem mandato, praesentibus post triennium minime valituris. III kal. Oct. aº 12º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 145. nº 177. — »Devotionis vestrae meretur.«

1254.

cca. Sept. 29	Anagniae	»Post haec vero dominus papa circa festum b. Michaelis generale parlamentum indixit Capuae in octava b. Martini (Nov. 11—18) vel ubicunque curia esset.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 41 ap. Baluze Misc. VII. 401 (ed. Mansi I. 205).
» 30	»	(15533) (Henrico) archiepiscopo Senonensi significat, se indulgere ut in villa Meduntae Carnotens. dioc. capitulum Carnotensis ecclesiae residentiam faciat. II kal. Oct. a° 12°. ‖ Gallia christ. VIII. instr. 367. — »Petitio dilectorum decani.«
» 30 resp. Oct. 1	»	(15534) Universis archiepiscopis et episcopis regni Angliae, qui in omnes illos, qui malitiose ac scienter ecclesias ipsius regni suo iure privaverant vel spoliaverant et libertates ecclesiasticas et antiquas regni consuetudines et praecipue illas libertates et liberas consuetudines, quae continentur in chartis communium libertatum *etc.* violaverant, diminuerant *etc.*, excommunicationis sententias protulerant, has sententias confirmat. II (*om. Bull. R.*, XI *Rayn.*) kal. Oct. a° 12°. ‖ Ann. monast. Burton. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 331, *in* Annal. monast. I. 318; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 591. n° 42; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1253 § 37; *cf.* Wilkins Conc. I. 703. — »Cum a (vobis *Fell*) nobis.«
Sept. 30	»	(15535) (Waltero) Londoniensi et (Ricardo) Lincolniensi decanis de superiore epistola significat eisque mandat, ut sententias ipsas in locis in quibus viderint expedire, diebus dominicis et festivis curent solemniter publicari. II kal. Oct. a° 12°. ‖ Fell l. c. 332, *in* Ann. monast. I. 321. — »Cum sicut ex.«
Oct. 1	»	(15536) Praeposito ecclesiae Nuemburgensis mandat, ut ea quae de bonis Misnensis ecclesiae alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem studeat revocare. Kal. Oct. a° 12°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 145. n° 178. — »Dilecti filii praepositus.«
» 2	»	(15537) (Benedicto) archiepiscopo et capitulo Strigoniensibus indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus, executor aut conservator auctoritate sedis apostolicae vel legatorum ipsius in eos vel eorum ecclesiam excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias promulgare aut interdicere eis ingressum ecclesiae possit absque speciali mandato sedis eiusdem. VI non. Oct. a° 12°. ‖ N. Knauz Magyar Sion II. 677; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 367. — »Apostolice sedis benignitas.«
» 2	»	(15538) De Pelys et de Boccon abbatibus Cisterc. ord. Vesprim. dioc. de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant ut dicti archiepiscopus, capitulum et ecclesia super his contra concessionis apostolicae tenorem ab aliquibus indebite molestentur. (IV, *sed legendum puto*) VI non. Oct. a° 12°. ‖ Knauz l. c. 678; Mon. Hungar. l. c. 368. — »Apostolice sedis benignitas.«
» 8	»	(15539) Samueli episcopo Neocastrensi concedit facultatem contrahendi mutuum usque ad 70 marcas argenti pro suis necessitatibus. VIII (IV *Ugh.*) id. Oct. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 766. n° 590; *cf.* Ughelli Ital. sacra IX. 404. — »Ne te oporteat.«
(Iun. 2- Oct. 8)	»	* (15540) Gerardo Cossadoca marchiae Anconitanae rectori scribit de restituendo castrum Montis Falconis, occupatum a quibusdam concivibus Firmanis, universitati et communi civitatis Firmi, constito eidem quod de dicto castro fuerit spoliatum. *Sine die et mense.* A° 12°. ‖ Cronache della città di Fermo 409. n° 225.
» 8 » 10 » 11 » 12	de Anagnia Ceperanum. Ceperani apud Aquinum, ap. S. Germanum	»Die Iovis infra octavam b. Francisci egrediens processus est versus ipsam Capuam civitatem, a° D[i] 1254 mensis Octobris die VIII (*falso, legas* X) intrante veniens de Anagnia Ceperanum. In crastinum, videlicet dominica die in octava b. Francisci, cum per pontem Ceperani dirigeret gressus suos, Manfredus filius quondam Frederici dictum dominum per totum pontem Ceperani cum pluribus aliis nobilibus adestravit. Tandem cum primum apud Aquinum, deinde ap. S. Germanum applicuisset, dictorum locorum homines ipsum magnifice receperunt.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 41 ap. Baluze Miscell. VII. 401 (ed. Mansi I. 205).
» 12	—	Samueli Neocastrensi episcopo concedit, ut propter prementem paupertatem mutuum accipere valeat. IV id. Oct. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 404, *vid.* n° 15539.
» 13 » 16 » 19	Monte Cassino Theanum Capuae,	»In crastinum, in die Martis *ad monasterium s. Benedicti de Monte Cassino* cum coetu venerabilium fratrum suorum causa devotionis et orationis accedens ibidem divina mysteria solemniter celebravit. Postmodum vero in sequenti sexta feria Theanum venit. . . . Et cum postmodum die lunae sequenti applicuisset Capuae, ab ipsius terrae incolis magnifice est receptus.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 41 ap. Baluze Miscell. VII. 401 (ed. Mansi I. 205).
» 18	—	* (15542) Capitulo Lyciensi Gualterum canonicum Hydruntinum electum Lyciensem commendat eundemque in dignitate confirmat. XV kal. Nov. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 80 ex regest. Vatic. ep. 371 et 401.

1254.

Oct. 18	—	Philippo episcopo Zagrabiensi: »Anagniae XV kal. Nov. a° 12°«. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 251, *vid.* 1254. Iul. 18. n° 15463.
» 20	Capuae	(15543) Archiepiscopos, episcopos, abbates . . . et alios ecclesiarum praelatos ac comites barones, iustitiarios, vicarios et ceteros officiales, milites, burgenses, commune Messanense et universos per Siciliam et Calabriam constitutos fideles sub b. Petri et sua protectione ac defensione suscipit speciali, libertates vero et immunitates, usus et laudabiles consuetudines eis confirmat, et statuit praeterea, ut praedictae Sicilia et Calabria perpetuo sint de domanio ecclesiae Romanae *etc.* XIII kal. Nov. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 63. — »Communi suorum fidelium.«
» 23	»	(15544) Melfiensibus supplicantibus statuit, ut ipsi ipsorumque civitas in devotione sedis apostolicae permanentes de »nostro et ecclesiae Romanae demanio, sicut fuistis temporibus omnium regum Siciliae, in perpetuum existatis.« X kal. Nov. a° 12°. ‖ Raynald. l. c. § 62. — »Sicut ex parte.«
» 23	»	(15545) N. N. mandat, ut Nicolaum canonicum Beneventanum clericum cl. mem. Burelli de Anglon. comitis Lesinensis ecclesiae Lesinensi ad praesens vacanti praeficiat in episcopum. X kal. Nov. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra VIII. 310. — »Volentes dilecto filio.«
» 23	(»)	* (15546) Transfert Peregrinum episcopum Castrensem ad Brundusinam ecclesiam. X kal. Nov. a° 12°. ‖ Ughelli l. c. IX. 94.
» 23	(»)	* (15547) Gualterum ab episcopatu Larinensi ad Amalphitanum archipraesulatum transfert. X kal. Nov. a° 12°. ‖ Ughelli l. c. VII. 221. *Sed cf.* n° 15553.
» 27	Neapolim	»Cum in vigilia apostolorum Simonis et Iudae Neapolim accessisset, cum ipsa sit gloriosa civitas, gloriose ab omnibus est receptus.« ‖ Nicolaus de Curbio Vita Innoc. § 41 ap. Baluze Miscell. VII. 401 (ed. Mansi I. 205).
» 31	Neapoli	(15548) H(ugoni de Themum) Midensi electo, cuius electionem et confirmationem R. archiepiscopus Armachanus totius Yberniae primas a° 1254. Oct. 2 Anagniae ratas habuerat et gratas, hanc approbationem confirmat, insertis eiusdem archiepiscopi ea de re litteris II kal. Nov. a° 12°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 63. n° 168. — »Petitio tua nobis.«
» 31	»	(15549) Capitulo Darensi notum facit, se confirmare translationem sedis Anichlucensis ecclesiae ad Darensem ecclesiam de speciali mandato archiepiscopi Armachani loci metropolitani factam. II non. Nov. a° 12°. ‖ Theiner l. c. 64. n° 169. — »Iustis petentium desideriis.«
Nov. 1	»	* (15550) Magistro Bonaventurae (Ottoboni) S. Adriani diaconi cardinalis physico et capellano praeposituram ecclesiae Castri ferrei contra Petrum Zagrabiensem adiudicat. Kal. Nov. a° 12°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 256.
» 3	»	(15551) Petrum Ruffum de Calabria comitem Cathacensem regni Siciliae marescalcum ac eiusdem Siciliae ac totius Calabriae generalem necnon et civitatis Messanae vicarium ac consilium et communitatem Messanenses fideles suos sub b. Petri et sua protectione suscipit speciali, et statuit, ut illi et dicta Messanensis civitas de demanio sint Romanae ecclesiae *etc.* III non. Nov. a° 12°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1254 § 64. — »Apostolica sedes quae.«
» 3	»	* (15552) Vratislaviensi et Cuiaviensi episcopis mandat, ut inter conventum S. Vincentii Vratislaviensem et fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosolim. super decimis in Pastolin et aliis rebus litigantes iudicium faciant. ‖ Korn Regest. episcop. Vratislav. 45.
» 4	»	* (15553) Bartholomaeum Amalphitanum archiepiscopum ad ecclesiam Cusentinam transfert. II non. Nov. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 221. *Sed cf.* n° 15547.
» 7	»	(15554) Thomasio marescalco curiae Romanae, comiti Romaniolae et Alberto ac Guidoni et Hugolino de Foliano Roccam de Carpeneto Reginens. dioc., quam liberaverant de manu inimicorum ecclesiae, in feudum concedit. VII id. Nov. a° 12°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 135. n° 252. — »Cum vos sicut.«
» 8	(»)	* (15555) Suffraganeis ecclesiae Hydruntinae commendat Matthaeum de Palma electum Hydruntinum. VIII Nov. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 57.
» 8	»	(15556) Episcopo Assisinatensi mandat, ut Bisinianensi ecclesiae fratrem Raynutium ord. fratrum Minorum praeficiat in episcopum. VI id. Nov. a° 12°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 521. n° 120; Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 767. n° 591. — »Cum sicut intelleximus.«
» 9	»	* (15557) Nicolaum de S. Germano praeficit ecclesiae s. Severinae in archiepiscopum et capitulo metropolitanae eiusdem commendat. V id. Nov. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 483.
» 17	»	(15558) (Henricum) regem Angliae hortatur, ut aliquem festinanter mittat in Apuliam ad custodiendam illam, »quia ecclesia propter sui mollitiem et suavitatem regiminis vix posset diu in illis partibus efficaciter dominari,« »sciturus pro certo quod ecclesia multum differre vel exspectare non posset, quin super re illa et de concedendo ipsam alteri aliter provideret.« XV kal. Dec. a° 12°. ‖ Rymer Foed. I. I. 190. — »Recepimus nuper tuas.«

1254.

Nov. 17 Neapoli (15559) Nicolao de Flisco comiti Lavaniae nepoti suo donationem, concessionem et investituram castrorum Tivegne, Castellioni et Bracelli et burgi Padulualini, quae ei eiusque heredibus Gotifredus Lunensis episcopus nomine recti et honorifici feudi fecerat, tenore instrumenti inserto, apostolica auctoritate confirmat. xv kal. Dec. a° 12°. ‖ Muratori Antiq. Ital. I. 617. — »Peticio tua nobis.«

» 17 » (15560) (N . . .) Polensi, (Ottoni) Petenensi et (Conrado) Iustinopolitano episcopis mandat, ut electionem Arlongi de Voisperch in episcopum Tergestinae ecclesiae ac pastorem canonice celebratam confirment, cum (Gregorius) Aquilegensis electus, cui praefata ecclesia lege metropolitica est subiecta, excommunicationis vinculo ad praesens ligatus sit. xv kal. Dec. a° 12°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 82. n° 109; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1254. — »Exposuerunt nobis dilecti.«

» 17 » (15561) Priorissae et conventui S. Agnetis de Bononia ord. s. Aug. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in ecclesiis ad monialium mensam spectantibus vel in quibus ius patronatus habent, de beneficiis *etc.* compelli minime valeant. xv kal. Dec. a° 12°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. VII. 34. n° 384. — »Vestrę religionis qua.«

» 21 » (15562) Religiosis cuiuscunque professionis vel ordinis mandat, ne alienos parochianos diebus dominicis et festivis in suis ecclesiis recipiant nec ipsos sine licentia parochi ad confessionem admittant *etc.* xi kal. Dec. a° 12°. ‖ Guilelmi de S. Amore Opera 74; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 270; *cf.* Tabulae codd. mss. in bibl. Vindob. I. 51. n° 352. 18. — »Etsi animarum affectantes.«

» 23 » (15563) Universis hominibus Amalphiae et Atrani indulget, ut ipsi, civitates eorum ac loca iurisdictioni eorum subiecta in demanio et proprietate ac regimine Romanae ecclesiae perpetuo maneant *etc.* Insuper consuetudines eorum laudabiles et antiquas necnon libertates et privilegia confirmat. ix (kal.) Dec. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 222. — »Ratio postulat et.«

» 24 » (15564) Theobaldo nato reginae Navarrae indulget, ut matrimonium cum muliere nobili ei in quarto gradu affine contrahat. viii kal. Dec. a° 12°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1058; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 471. n° 3070. — »Attenta sedis apostolicae.«

» 24 » (15565) Praeposito et conventui ecclesiae Perthesgadmensis ord. s. Aug. Salzburgens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. viii kal. Dec. a° 12°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 169. n° 18; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 20. n° 25. — »Cum a nobis.«

» 24 » (15566) (Maynetto) episcopo Fesulano indulget, ut ipse et ipsius vicarius apud ecclesiam s. Mariae in Campo Florentiae ad ecclesiam Fesulanam pleno iure spectantem de causis subditorum suorum possint cognoscere. viii kal. Dec. a° 12°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 252. — »Fraternitatis tuae precibus.«

» 24 » * (15567) Agneti dominae Fuciniaci uxori Petri de Sabaudia decursum decimarum in terra Fuciniacensi donat. viii kal. Dec. a° (11mo, *sed legas*) 12°. ‖ Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 175. n° 344.

» 26 » (15568) Monasterium s. Mariae V. in Schönfeld Augustens. dioc. Cisterc. ord., (Chunigunda) abbatissa et sororibus petentibus, patrocinandum suscipit, omnes eius possessiones ac bona, quorum plura nominibus propriis exprimit, confirmat ac iura privilegiaque eidem concedit. vi kal. Dec. indict. XIII. incarn. domin. a° 1254. pont. a° 12°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 327; Mon. Boica XVI. 268. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Dec. 4 » (15569) P. capellano suo praeposito et capitulo ecclesiae s. Salvatoris de Lavania Ianuens. dioc. pleno iure concedit domum sive prioratum de Calasco eiusd. dioc., quam Wilhelmus abbas monasterii s. Michaelis de Clusa ipsi pontifici in perpetuum pure ac mere donarat. ii non. Dec. a° 12°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 767. n° 592. — »Speciali praerogativa dilectionis.«

— — (15570) Omnibus praelatis in regnis Franciae, Angliae, Scotiae, Walliae, Hispaniae et Hungariae constitutis conqueritur, »quod relictis, quin immo procul et abiectis philosophicis disciplinis tota clericorum multitudo ad audiendas saeculares leges concurrit et nunc in plerisque mundi climatibus ad ecclesiasticas dignitates, honores vel praebendas nullus assumitur a praelatis, nisi qui vel saecularis scientiae professor vel advocatus existat.« Ut plenius et perfectius theologiae studio insistatur, hac irrefragibili constitutione statuit, ut nullus de cetero saecularium legum professor vel advocatus ad ecclesiasticas dignitates aut etiam minora beneficia assumatur, nisi in aliis liberalibus disciplinis sit expertus. Porro statuit, ut in praedictis regnis leges saeculares de cetero non legantur; si tamen hoc de regum et principum processerit voluntate, primo tamen statuto semper et irrefragibiliter in suo ordine duraturo. »Romae.« *Sine signo chronol.* ‖ *Non integram ded.* Matth. Paris Hist. maior. Additam. 190; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 265; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 254. — »Super specula.«

— — (15571) Potestati, consilio et populo Ianuensibus exponit gaudium suum, quod Manfredus princeps Tarentinus et alii qui hostilitatis grandissimae signis exercere ecclesiam cona-

1254.

bantur, iam conversi sunt in devotionis filios et se in conspectu sedis apostolicae reddere vigilant placidos et acceptos. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 186. — »Fundator et conservator.«

— — (15572) Monasterium monialium b. V. Mariae de Clara Stella [Lichtenstern] Herbipolens. dioc. Cisterc. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. *Absque nota chronol.* ‖ Petrus Suevia eccles. 513. — »Religiosam vitam eligentibus.«

— — Ecellinum Romanum excommunicat. *Sine signo chronol.* — »Truculentam unius inhumani.« ‖ Muratori Antiq. Ital. IV. 517, *vid.* 1254. Apr. 9. n° 15331.

— — Friderico Romanorum imperatori. *Sine nota chronol.* — »Quamvis ad regimen.« ‖ Hahn Collect. I. 148. n° 25, *vid.* 1226. (Apr. cca.) n° 7562.

1253. 1254.

— — (15573) Bonifacio archiepiscopo Cantuariensi, qui, cum monasterium s. Augustini Cantuariense ord. s. Ben. ad inquirendum super observatione statutorum a Gregorio IX pp. pro reformatione dicti ordinis editorum ingredi voluisset, sed a conventu istius loci admissus non fuisset, quasdam sententias in personas eiusdem coenobii promulgaverat, mandat, ut illas relaxet et habeat istas personas cum monasterio propensius commendatas. *Sine nota chronol.* ‖ Twysden et Selden Hist. Angl. script. II. 1900. — »Licet monasterium sancti.«

— — (15574) E. abbati de Waltham et abbati S. Edmundi de superiore epistola significat eisque mandat, ut, si dictus archiepiscopus mandatum apostolicum adimplere neglexerit, ipsi dictas sententias relaxent *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Twysden l. c. 1901. — »Olim ad nostram.«

— — (15575) Abbati monasterii s. Augustini Cantuariensis ord. s. Ben. concedit, ut super observatione statutorum, quae de substantia regulae Benedictinae non existant, ipse et successores ipsius cum monasterii sui monachis dispensare possint. *Sine signo chronol.* ‖ Twysden l. c. 1902. — »Ex parte tua.«

— — (15576) Abbati et conventui eiusdem monasterii indulget, ut nulli de cetero per litteras apostolicas *etc.* de beneficiis ecclesiasticis, in quibus ius patronatus habent, aut pensionibus vel ecclesiis monasterii provideri valeat. *Sine nota chronol.* ‖ Twysden l. c. 1902. — »Devotionis vestrae merita.«

— — (15577) Eisdem indulget, ut ad ecclesias, in quibus ius patronatus habent, personas idoneas canonice praesentare possint. *Sine signo chronol.* ‖ Twysden l. c. 1903. — »Devotionis vestrae.«

— — (15578) Eisdem indulget, ut per apostolicae sedis vel legatorum ipsius litteras generales vel etiam speciales nulli eis invitis de ecclesiis, in quibus ius patronatus habent, possit provideri. *Sine nota chronol.* ‖ Twysden l. c. 1903, *omisso exordio.*

— — (15579) Eisdem libertates et immunitates ac iura a Romanis pontificibus monasterio ipsorum concessa, necnon exemptiones *etc.* confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Twysden l. c. 1904, *omisso initio.*

— — * (15580) Episcopo Livoniensi potestatem dat a fulmine excommunicationis liberandi magistrum et fratres hospitalis (s. Mariae Theut.), si quando in id excessu non admodum gravi eos incidere contigerit, imposita arbitraria poena iuxta ritum ecclesiae. ‖ Schiemann Regesten 2. n° 9.

— — * (15581) Archiepiscopos et episcopos Livoniae ac reliquos praelatos certiores facit de variis indultis ordini ab antecessoribus suis et a se concessis, ut de elemosina quotannis in ipsorum ecclesiis colligenda, quod excommunicari a praelatis nequeant, ubi sepeliri debeant *etc.* ‖ Schiemann l. c. n° 10.

1243. Iun. 28 — 1254. Dec. 7.

— — (15582) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut infra parochias ecclesiarum suarum pro ea portione, quam ibidem habent et percipiunt maiores et veteres, novalium quoque decimas sine alieni iuris praeiudicio percipere possint. *Absque nota chronol.* ‖ Strehlke Tab. 374. n° 529. — »Cum a nobis.«

— — * (15583) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. de Nurenberg Babinbergens. dioc. concedit, ut, cum generale terrae fuerit interdictum, liceat eis clausis ianuis non pulsatis campanis excommunicatis exclusis voce suppressa in capella propria divina officia celebrare. *Sine nota chron.* ‖ Strehlke l. c. 374. n° 530.

— — (15584) Repetit Honorii III n° 6505 de 1221. Ianr. 18 et Gregorii IX n° 9891 de 1235. Apr. 28. *Sine signo chronol.* — »Quociens a nobis.« ‖ Strehlke l. c. 375. n° 531.

1243. Iun. 28 — **1254.** Dec. 7.

— — (15585) N. N. mandat, ut monasterio s. Agathae suae diocesis, cuius moniales in iniuriam trinitatis Dei vivi non formidabant iugum monasticae professionis a suis cervicibus tamquam odiosum et importabile pondus excutere, tam in capite quam in membris secundum b. Benedicti regulam officium correctionis impendat. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 146. — »Grande scelus et.«

— — (15586) Potestati, consilio et communi Tudertinorum significat, se propter belli tempestatem, quae inter eos et Urbem veterem fervere dinoscatur, Iacobum de Sybello subdiaconum et capellanum suum ad eorum partes duxisse destinandum, ut extirpatis contentionum iurgiis mutua requies conciliet dissidentes. Mandat eis, ut eidem capellano intendant monitis eius sine difficultate pårituri. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 148. — »Officii nostri debitum.«

— — (15587) Potestatem, consilium et commune Brixiae rogat monet et hortatur, ut »considerato prudenter quod vestra res agitur, paries cum proximus ardet« electo Ferrariensi, marchioni Estensi et comiti Veronensi potenter in eorum persecutionibus assistant praestando eis auxilium, consilium et favorem, »quod ecclesiasticam libertatem manutenere ac eorum iura et bona tam in marchia Veronensi quam etiam alibi, quibus sunt ab inimicis ecclesiae prout nostis plenius spoliati, recuperare valeant.« *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 157. — »Quam sincere dilectionis.«

— — (15588) Potestati, consilio et communi Bononiensibus significat, se Iohannem de Cerudoldis eorum concivem cum ipsorum litteris benigne recepisse. Rogat eosdem, ut in devotione sedis apostolicae persistant solita constantia. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 163. — »Dilectum filium Iohannem.«

— — (15589) Eosdem rogat et monet, ut Paulo Tranusario ad manutenendum civitatem Ravennae consilium et subsidium impendant, eisque pro eo quod in defensione civitatis ipsius eidem adiutricem manum hactenus porrexerunt, ad gratiarum multimodas assurgit actiones. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 168. — »Civitatem Bononie inter.«

— — (15590) Potestatem, consilium et populum Anconitanenses rogat et hortatur, ut in devotione et fidelitate sedis apostolicae constantes et immobiles sint. Praeterea curent, ut Ugo Leccarius Nicolai camerarii papalis germanus eiusque socii cives Ianuenses, qui nuper ad eorum terram cum quadam navi venisse dicantur, taliter commendati ab ipsis habeantur, »quod nos devotionem vestram possimus exinde merito commendare.« *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 169. — »Gaudet in Domino.«

— — (15591) Episcopo Novariensi mandat, ut communitates civitatum aliorumque locorum necnon personas quaslibet provinciae Lombardiae adversariis ecclesiae adhaerentes ac volentes ad communionem ecclesiae, ad societatem Lombardorum sedi apostolicae devotorum converti recipiat, eis absolutionis beneficium impensurus. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 170. — »Quia nostrum est.«

— — (15592) Potestati, consilio et communi Mediolanensibus significat, se eorum litteras per G(uifredum) de Habiate ambaxatorem recepisse, eosque hortatur, ut in devotione Romanae ecclesiae firmi et stabiles persistant. »Firmam fiduciam de nobis et Romana ecclesia volumus vos habere, quod sine vobis et aliis qui in devotione ecclesiae fideliter perstiterunt pacem aliquam cum principe (*i. e.* Friderico II imperatore) seu compositionem nullatenus admittemus.« *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 174. — »Devotionis vestrae litteras.«

— — (15593) Eosdem cum castris, villis, possessionibus et bonis omnibus aliis sub b. Petri et sua protectione suscipit. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 175. — »Sincere devotionis fervor.«

» 4 » (15671) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii de Paradiso iuxta Constantiam ord. s. Dam. indulget, ut uti pellibus libere valeant. II non. (Novemb. *W.*) Febr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 526. n° 7; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 15. n° 18. — »Divinae affluentiam bonitatis.«

* *In eundem modum* Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Francisci Argentin. ord. s. Dam.

» 5 » (15672) (Sigebaldo) Novariensi et (Petro) Terdonensi episcopis mandat, ut ecclesiam et locum s. Naboris Mediolanen. fratribus ordinis Minorum Mediolanensibus concedant et assignent. Non. Febr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 20. — »Ex parte dilectorum.«

» 6 (») * (15673) Gilberto abbati S. Bertini concedit, ut mitra et ceteris pontificalibus utatur (»in quorum concessione papa dedit abbati nostro annulum cum rubino pulcherrimo balaesio«). Item concedit ei, ut corporalia et cetera ornamenta sacerdotalia consecret et

1255.

generaliter primam tonsuram conferat. VIII id. Febr. a° 1°. ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III, 732.

Febr. 7 Neapoli (15674) A(zzoni) marchioni Estensi et Mabiliae uxori eius, quibuscum se quarto aut quinto affinitatis gradu contingentibus frater Rufinus de Placentia ord. Minorum de speciali mandato Innocentii IV pp. dispensaverat, ut in contracto matrimonio remanere possent, hanc dispensationem confirmat. VII id. Febr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 16. n° 21. — »Cum sicut ex.«

» 7 » (15675) Abbati et conventui Casinensibus indulget, ut minime teneantur ad solutionem alicuius debiti contracti nomine monasterii et membrorum eius, vel contrahendi, nisi illud in utilitatem eorundem conversum fuisse legitime probaverint creditores. VII id. Febr. a° 1°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 273. — »Indempnitati vestrae ac.«

» 8 (») * (15676) Gilberto abbati S. Bertini concedit privilegium super visitationibus et procurationibus episcoporum, archiepiscoporum, archidiaconorum *etc.* VI id. Febr. a° 1°. ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 732.

» 8 » Petri episcopi Tarvisini translationem ad patriarchatum Venetum confirmat. VI id. Febr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1265, *vid.* 1255. Febr. 13. n° 15689.

» 9 » (15677) Bertoldo et Oddoni ac Lodoyco fratribus marchionibus de Hohemburch eorumque haeredibus ducatum Amalfiae cum civitatibus, castris, villis, videl. Amalfia, Plaiana, Vetita maiore, Vita minore, Rufforore, Casanova, Laureto, Toboli, Scala, Ravello, Tramonte, Agerula, Pogerula, Pino, Pigmonte, Atran maiori, Minori insula, Crapitana et Pasitana, necnon cum hominibus eorundem, honoribus, iuribus *etc.* in perpetuum in feudum concedit et donat. V id. Febr. indict. XIII. incarn. dom. a° 1254. pont. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. I. 192. — »Clemens semper et.«

» 10 » (15678) Eisdem, quibus Innocentius pp. (IV) nonnullos comitatus et quasdam baronias et civitates ac quamplura castra, casalia et bona alia in regno Siciliae confirmaverat, concesserat et donaverat, has confirmationes, concessiones et donationes confirmat. IV id. Febr. indict. XIII. incarn. dom. a° 1254. pont. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 192. — »Decet et expedit.«

» 10 (») * (15679) Episcopo Taurinensi, abbati Tilieti, cimeliarchae ecclesiae Mediolanensis ac praeposito Vezolani committit ad expositionem Guilielmi marchionis Montisferrati, alias patrem suum pro quadam summa pecuniarum habita a communi Vercellensi dedisse ad quinquennium loca Tridini et Pontisturiae, fraudolenter inde per ipsum confirmari obtentam: ut constituta fraude restitutionem fieri faciant. ‖ Caccianottius Summar. 201. — *Cf.* 1210. Febr. 10. n° 3913.

» 10 — * Primicerio ecclesiae s. Marci de Venetiis: »Laterani.« ‖ Bianchi Docum. 70. n° 199, *vid.* 1256. Febr. 10.

» 11 Neapoli (15680) Priori et conventui fratrum Praedicatorum Neapolitanis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam eorum b. Dominico confessori et institutori ordinis dicatam in anniversario die dedicationis eiusdem *etc.* visitaverint annuatim, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere. III id. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 271. n° 12. — »Consecrationes altarium in.«

» 12 » (15681) Abbati et conventui monasterii de Salem Cisterc. ord. Constantiens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis compelli minime valeant. II id. Febr. a° (10°, *sed legerim*) 1°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 529. — »Ex vestrae religionis.«

» 12 » (15682) Magistro Laurentio praeposito ecclesiae s. Irenaei Syrmiensis, ... Colocensi et Nicolao Baciensi canonicis, nunciis et procuratoribus capitulorum et ecclesiarum Colocensis et Bachiensis concedit facultatem contrahendi mutuum pro expediendo negotio electionis magistri Thomae electi tunc praepositi Albensis et (Belae) regis Hungariae vicecancellarii in Colocensi ecclesia celebratae usque ad summam 150 marcarum. II id. Febr. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 325; Theiner Mon. Hungar. I. 234. n° 443. — »Cum sicut in.«

» 12 » (15683) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Montis Sancti Tudertini indulget, ut ad praestationem procurationum legatorum sedis apostolicae *etc.* per litteras dictae sedis *etc.* compelli minime valeant. II id. Febr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 16. n° 22. — »Paupertati vestrae quam.«

» 12 » (15684) Ecclesiae Ariensis Morinens. dioc. libertates possessionesque confirmat. II id. Febr. a° 1°. ‖ Rouyer Recherches histor. sur la chapître de Saint-Pierre 280. — »Cum a nobis.«

» 12 » * (15685) Monasterium Coeliportae in protectionem suscipit. II id. Febr. indict. III(!). incarn. dom. a° 1254. pont. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 57.

» 12 » * (15686) Abbati et conventui de Capella ord. Cisterc. Constant. dioc. indulget, ut ad provisionem alicuius in beneficiis ecclesiasticis vel provisionibus per apostolicae sedis vel

1255.

legatorum ipsius litteras minime teneantur nec compelli possint. II id. Febr. a° 1°. ‖ Meyer von Knonau Regest. von Cappel 6. n° 65.

Febr. 13 Neapoli (15687) Laurentio praeposito ecclesiae s. Yrenaei Sirmiensis villam sitam in Zlacho et vulgariter Drasch nuncupatam, quam ei episcopus Sirmiensis concessit quoad vixerit possidendam, confirmat. Id. Febr. a° 1°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 240; Fejér Cod. dipl. IV. II. 326; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 83. n° 111; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 389. — »Iusta petentium« (*ap. Thein.* »Cum igitur sicut.«)

» 13 » * (15688) Raynaldum de Aquino Richardi S. Angeli diaconi card. legati apostolici sacellanum a capitulo Marturanensis ecclesiae in episcopum electum confirmat. Id. Febr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 279.

» 13 » * (15689) Petrum episcopum Tarvisinum ad Castellanam seu Venetam sedem transfert et confirmat. (VI *add. Ugh.* V. 1265) Id. Febr. 1255. ‖ Ughelli l. c. V. 545 et 1265.

» 15 » (15690) Alberto filio marchionis Misnensis concedit, ut Agatham filiam Iohannis marchionis de Brandeburg, non obstante quod quarto gradu consanguinitatis sibi ad invicem attinent, pro pace inter parentes suos reformanda sibi matrimonialiter copulare possit, ac cum eo ad instar fel. rec. I(nnocentii IV) pp. praedecessoris, »non obstante quod in ipsius litteris in propriis nominibus sit erratum«, dispensat. XV kal. Mart. a° 1°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 43. n° 63. — »Etsi coniunctio copule.« *Cf.* 1253. Iul. 15. n° 15058.

» 15 » (15691) Bertoldo, Oddoni et Lodoyco fratribus marchionibus de Hohemburch promittit, se eos cum Manfredo principe Tarentino, si eum ad devotionem et mandata ecclesiae redire contigerit, in plena concordia et pace positurum ac omnia bona eis per ecclesiam Romanam concessa defensurum esse. XV kal. Mart. ind. XIII. incarn. dom. a° 1254. pont. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. I. 192. — »Nos cupientes indempnitati.«

» 15 » (15692) Eisdem promittit, se per Manfredum principem Tarentinum sic eis satisfieri curaturum esse de damnis ab illo illatis vel adhuc inferendis, ut merito possint esse contenti. XV kal. Mart. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 193. — »Quia Manfredus princeps.«

» 15 » (15693) Eisdem concedit, ut, si aliquis vel aliqui eorum sine legitimis decesserint liberis, reliquus vel reliqui in bonis, quae eis in regno Siciliae confirmata sunt, succedant. XV kal. Mart. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 193. — »Eximia devotionis et.«

» 17 » (15694) (Gualtero) archiepiscopo Ianuensi mandat, ut, si capitulum Albinganensis ecclesiae infra 15 dies ecclesiae Albinganensi non providerit de persona idonea canonice in episcopum, praeficiat eidem personam canonice in pontificem, quae tanto congruat oneri. XIII kal. Mart. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 17. n° 23. — »Albinganensi ecclesia pastoris.«

* *In eundem modum* Capitulo Albinganensi.

» 17 » * (15695) Concedit, ut in ecclesia de Suselitz, cuius ius patronatus (Henricus) marchio Misnensis monasterio Cellensi Cisterc. ord. donaverat, ordo Cisterciensis instituatur, quam primum istius parochum decedere contigerit. XIII kal. Mart. a° 1°. ‖ Beyer Alt-Zelle 550. n° 125.

» 18 » (15696) Magistro et fratribus hospitalis leprosorum s. Lazari Hierosolimitani ord. s. Aug., quibus Federicus Romanorum imperator ante latam in eum depositionis sententiam diversas terras, possessiones et startias de suo dominio in Sicilia, Calabria, Valle Graecis, Aquilia et Terra Laboris donaverat, hanc donationem confirmat. XII kal. Mart. a° 1°. ‖ Matthaeus Summa 7. — »Lecta coram nobis.«

» 18 » (15697) Populum civitatis et diocesis Barchinonensis hortatur, ut solemnem b. Antonii (Patavini) confessoris festivitatis diem annuatim solemniter celebrent. XII kal. Mart. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 17. n° 24. — »Cum beatus Antonius.«

» 20 » (15698) Hugoni electo Midensi tribuit facultatem construendi ecclesiam cathedralem in episcopatu suo sine praeiudicio alicuius metropolitani loci necnon et sui capituli vel cleri, si non habeat capitulum. X kal. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 65. n° 172. — »Cum sicut nobis.«

» 22 » (15699) Universis fratribus ordinis Praedicatorum inhibet, ne quis eorum aliis quam praelatis suis peccata confiteatur. VIII kal. Mart. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1060; Ripolli Bullar. Praed. I. 272. n° 13. — »Cum magister et.«

» 24 » (15700) P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. card. apostolicae sedis legato, cui ad supplicationem W(illelmi) regis Romanorum iam I(nnocentius) pp. praedecessor dederat in mandatis, ut Arnoldo et Henrico canonicis Leodiensibus filiis comitis de Los eiusdem regis consanguinei de beneficiis ecclesiasticis in regno Alamanniae provideret, mandat, ut ad provisionem eorundem canonicorum procedat. VI kal. Mart. a° 1°. ‖ Meerman Graaf Willem V. 206. — »Significavit nobis carissimus.«

1255.

Febr. 24 (Neapoli) * (15701) Abbatem conventumque monasterii Admontensis protegendos suscipit omnesque eius possessiones, iura ac privilegia confirmat. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogthums Steiermark V. (1850) 259.

» 24 (») * (15702) (Henrico) episcopo Chiemensi mandat, ut molestatores monasterii Admontensis per censuras ecclesiasticas coerceat. ‖ Muchar l. c.

» 25 (») * (15703) Monasterium monialium in Marnberg sub b. Petri et sua protectione suscipit. ‖ Muchar l. c.

» 25 (») * (15704) Gilberto abbate S. Bertini petente indulget, »ut abbas noster si sit sacerdos et ab episcopo benedictionem acceperit, possit conferre minores ordines.« V kal. Mart. a° 1°. ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 732.

» 25 (») * (15705) Monachis S. Bertini concedit, »ut non cogamur ad causarum cognitionem.« V kal. Mart. (a° 1°). ‖ Iperii Chron. l. c. 732.

» 26 resp. 27 » (15706) Archipresbytero et capitulo Nidrosiensibus decimas episcopales s. Crucis, s. Olaui et s. Clementis Nidrosiae ac s. Michaelis de Staein ecclesiarum, quas eis b. mem. Serlo archiepiscopus Nidrosiensis ad sustentationem mensae communis concesserat, confirmat. IV (III *La.*) kal. Mart. a° 1°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. II. 45; Lange Dipl. Norveg. III. I. 7. — »Iustis petentium desideriis.«

» 27 » * (15707) Il pontefice conferma a favore del monastero di S. Maria Teodota gli antichi privilegi. ‖ Robolini Notizie IV. II. 272.

» 28 » (15708) Priori fratrum Praedicatorum Cremonensi mandat, ut Guillelmum de Advocatis canonicum Cremonensem excommunicatum, quod quondam Friderico tunc Romano imp. et Henrico nato eius necnon aliis excommunicatis praesentibus per metum officiis immiscuerat se divinis, absolvat. II kal. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 272. n° 14. — »Ex parte Guillelmi.«

1254. Dec. — 1255. Febr.

— (») (15709) Consilio et communi Mediolanensibus scribit, quod mirari non debent, si in novitate promotionis suae audito a pluribus, quod marchio Lancea cum armata militum comitiva in auxilium Manfredi olim principis Tarentini venire in regnum Siciliae disponat, quibusdam devotis ecclesiae mandaverit, ut dicti marchionis ad regnum ipsum transitum impedirent, cum, si vera fuissent quae de eo rumor attulerat immerito formidari non potuerit. »Verum intellectis quae ipsius et vestri nuntii nuper in excusationem suam in nostra praesentia retulerunt, gaudemus in Domino, quod idem reversus ad matris ecclesiae gremium a fidelitate ipsius nullius perversitatis contagio est aversus.« *Sine signo chronol.* ‖ Hahn Coll. monum. I. 195. — »Turbari non debet.«

— » (15710) Potestatem consilium et commune Florentiae rogat et hortatur, ut M. Lanceam marchionem avunculum Manifredi nati quondam Friderici imperatoris, olim principis Tarentini, qui cum armata militum comitiva in regnum Siciliae venire disponat, impediant quominus per loca Florentinae potestati subiecta transeat. *Sine signo chronol.* ‖ Hahn l. c. 192. — »Post multiplices ecclesie.«

1255.

Mart. 1 » (15711) Accurimbono rectori et fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia novo firmat diplomate, quae praedecessores sui de statione apud eos quotannis celebranda et effigiei Salvatoris delatione per canonicos basilicae Principis apostolorum habenda decreverant. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 132. — »Ad commemorandas nuptias.«

» 1 » (15712) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis mandat, moneant fugitivos ex ordine Eremitarum, ut ad praedictum ordinem revertantur; alioquin eos ad id per censuram ecclesiasticam cogant. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 2. n° 2. — »Ex parte dilectorum.«

» 1 » (15713) Cancellario Tripolitano, magistro scholarum Antiocheno et ministro fratrum Minorum Tyrensi mandat, ut Raymundus dominus de Seslemenden. dignitatem comestabuliae Tripolitanae contra E. dominam de Podio assequatur. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. I. 18. n° 25. — »Lecta nobis dilecti.«

» 2 » (15714) Guardiano et fratribus Minorum Fulginatibus propter eorum indigentiam concedit, ut palatium curiae in eadem civitate situm quod Imperiale vocatur possint ad inhabitandum retinere. VI non. Mart. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 19. n° 26. — »Cum sicut ex.«

» 3 » (15715) Gregorio patriarchae Aquileiensi mandat, ut, cum ecclesia Aquileiensis canonicorum multitudine onerata sit et praebendae eorum tam tenues sint ut praeter quotidianas distributiones vix tres marchas argenti quisque annuatim percipiat, praebendas decedentium in communes usus convertat. V non. Mart. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 93; *cf.* Bianchi Docum. 70. n° 201; Manzano Annali del Friuli III. 6. — »Sicut a te.«

1255.

Mart. 5 Neapoli (15716) Iohanni Guerrerii canonico ecclesiae ss. Cosmae et Damiani de Urbe mandat, ut priorem et capitulum ecclesiae s. Quirici de Urbe sententiis excommunicationum aliisque molestiis per Claudium canonicum basilicae Principis apostolorum ac tres alios clericos vexatum absolvat, Claudio autem et clericis super praemissis perpetuum imponat silentium. III non. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 133. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 5 » (15717) Archiepiscopo, praeposito et capitulo Ianuensibus indulget, ut ecclesiae de Ultra Iugum constitutae in territorio Ianuensi, quae subesse consueverunt ecclesiae ac episcopo Terdonensibus, Ianuensi ecclesiae tanquam suae metropolitanae sint subiectae. III non. Mart. a° 1°. ‖ Liber iurium reip. Genuens. (Hist. patr. mon. I.) 1222. n° 875. — »Ecclesiam vestram honorare.«

» 5 » (15718) Potestati, consilio et communi Ianuensibus indulget, ut extra civitatem vel districtum Ianuensem trahi nequeant in causam per litteras apostolicas, quae de hoc indulto non fecerint mentionem. III non. Mart. a° 1°. ‖ Liber iur. l. c. 1222. n° 876. — »Tantam devotionis et.«

» 6 » (15719) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus Cisterciensis ordinis indulget, ut contra capellanos et conversos monialium sui ordinis professos, si ad saeculum vel ad alios ordines se transferre praesumant, velut contra alios apostatas procedere possint. II non. Mart. a° 1°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 20; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561. — »Ex parte vestra.«

» 6 » (15720) (Mindowi) regi Lectoviae (Lithuaniae *Turg.*) gratulatur de sua fidei catholicae professione eique indulget, ut filium suum per Latinum episcopum in regem Lectoviae coronari faciat. II non. Mart. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1255 § 57; Theiner Mon. Polon. I. 60. n° 123; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 597. n° 4. — »Catholice fidei cultum.«

» 6 » (15721) Eidem terras regni Russiae, quas suae ditioni subiugavit, confirmat, »quod te eas habente vicinae paganorum et infidelium regiones de facili poterunt tuo dominio subici et acquiri cultui christiano.« II non. Mart. a° 1°. ‖ Turgenevii Russ. monim. I. 83; Theiner l. c. 60 in n° 123; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 58. — »Catholice fidei cultum« (»Cum sicut ex« *Turg.*).

» 7 » (15722) Eundem rogat et monet, ut Christianum episcopum Lethoviae nullo mediante apostolicae sedi subiectum in suis necessitatibus habeat commendatum eumque contra paganorum eius diocesim undique impugnantium et aliorum invasorum incursus protegat et defendat. Non. Mart. a° 1°. ‖ Dreger Cod. dipl. Pomer. I. 352. n° 244; Mitth. aus d. Gesch. Liv-Ehst- u. Kurlands VIII. 116; Bunge Livl. UB. III. 50. n° 279a; *cf. ibid.* Regest. 20. n° 315a. — »In tua mente.«

» 7 (») * (15723) Nicolaus de Celano episcopus Marsicanus confirmatur iterum ab Alexandro IV non. Mart. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 910 ex regest. ep. 218. fol. 29.

» 8 » (15724) (Reginaldo) episcopo Parisiensi, priori provinciali Praedicatorum et ministro Minorum fratrum in Francia mandat, ut electionem Willelmi de Grandiputeo archidiaconi in episcopum Nivernensem inquirant et personam eiusdem electi tam super literatura quam visus defectu diligenter examinent. VIII id. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 273. n° 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 20. n° 28. — »Delato ad sedem.«

» 8 » (15725) Magistro fratrum Minorum Alemaniae ac diffinitoribus provincialibus capituli in Ezzelingen celebrati confirmat concessionem, qua ipse tunc Ostiensis et Velletrensis episcopus eis indulsit, quod exceptis Argentin. Constantien. Derlma et de Phillengen claustris ord. s. Dam. nullatenus teneantur aliquorum claustrorum eiusdem ordinis constructorum aut construendorum in Alemania curam gerere vel habere. VIII id. Mart. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 527. n° 8; Sbaralea l. c. 19. n° 27. — »Cum a nobis.«

» 8 » (15726) Presbytero abbati canonico Esculano mandat, ne permittat quemquam religionis locum aedificari prope conventum fratrum Minorum et monasterium dominarum s. Mariae Novae pauperum inclusarum ord. s. Dam. in civitate Esculana iuxta terminos a Gregorio IX pp. praefixos. VIII id. Mart. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 21. n° 29. — »Ad audientiam nostram.«

» 9 » (15727) (Laurentio) episcopo Scarensi concedit, ut Iohanni Scarensi presbytero defectum natalium indulgeat eique ecclesiam de Ballabu assignet. VII id. Mart. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 374. n° 424; *cf.* Porthan Access. 46. n° 1. — »Ioannes Scarensis presbyter.«

» 10 » (15728) (Heidenrico) episcopo Culmensi mandat, faciat ut divisio terrarum diocesis Insulae s. Mariae [Pomesanien] inter magistrum fratresque hospitalis s. Mariae Theutonicorum et (Ernestum) episcopum Insulae s. Mariae sponte ac concorditer facta firmiter observetur. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 98. n° 101; Bunge Livl. UB. I. 362. n° 280. — »Exhibita nobis dilectorum.«

» 10 » (15729) Eidem mandat, faciat ut divisio diocesis Warmiensis inter magistrum fratresque hospitalis s. Mariae Theutonicorum et (Anselmum) Warmiensem episcopum sponte et

1255.

concorditer facta inviolabiliter observetur. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Woelky Cod. dipl. Warm. I. 67. n° 34. — »Exhibita nobis dilectorum.«

Mart. 10 Neapoli (15730) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Prussia, qui terram diocesis Warmiae cum (Anselmo) Warmiensi episcopo sponte et concorditer iuxta ordinationem apostolicae sedis diviserant, hanc divisionem confirmat. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Dreger Cod. Pomer. dipl. I. 367. n° 258; Woelky l. c. 66. in n° 33. — »Cum a nobis.«

» 10 » (15731) Priori fratrum Praedicatorum Parisiensi in inquisitionis negotio amplissimam compellendi per censuras ecclesiasticas appellatione remota haereticos eorumque fautores facultatem concedit. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 273. n° 16; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 33. — »Cupientes ut inquisitionis.«

» 10 » (15732) Einaro archiepiscopo Nidrosiensi significat, se statutum suffraganeorum Nidrosiensis ecclesiae confirmare, quo statuerunt, ut quisque ipsorum solvat Nidrosiensi archiepiscopo ad sedem apostolicam pro consecrationis obtinendo munere proficiscenti in subsidium sumptuum certam pecuniae quantitatem. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 39. n° 52. — »Sicut fraternitas tua.«

» 10 (») * (15733) Bulla Alexandri IV super duabus partibus Curoniae pro ordine Teutonico. ‖ Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 130. n° 93.

» 11 » (15734) Permutationem inter abbatissam et conventum monasterii s. Damiani Assisinatis ex parte una et (Nicolaum) episcopum Assisinatem, capitulum ecclesiae s. Rufini et rectorem ecclesiae et hospitale s. Georgii Assisin. ex altera factam de ecclesia, loco et terra monasterii s. Damiani cum ecclesia et hospitali s. Georgii et pertinentiis eorundem confirmat. V id. Mart. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 22. n° 30. — »Cum a nobis.«

» 11 » (15735) (Haquinum) regem Norwegiae hortatur, ut Einarum archiepiscopum Nidrosiensem et commissam ei ecclesiam habeat commendatos ac favore regio prosequatur. V id. Mart. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 41. — »Ecclesia vestra pastoris.«

» 12 » (15736) Capitulo ecclesiae Nidrosiensis mandat, ut, cum Einarum canonicum in archiepiscopum unanimiter elegerint, ei tamquam patri et pastori animarum exhibeant obedientiam et reverentiam debitam. IV id. Mart. a° 1°. ‖ Lange l. c. 40. n° 53. — »Ecclesia vestra pastoris.«

* *In eundem modum eodemque die* Clero civitatis et diocesis Nidrosiensis — Populo civitatis et diocesis Nidrosiensis — Suffraganeis ecclesiae Nidrosiensis.

» 13 » (15737) Episcopo Castellano mandat, ut Guarnerum de Cocania canonicum Aquilegensem ecclesiae Tergestinae in episcopum auctoritate apostolica praeficiat. III id. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 83. n° 112; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1254. — »Lecta coram nobis.«

» 13 » (15738) De Evesham et Teukesburiae Wigorn. dioc. abbatibus significat, se abbati et conventui Glastoniae ord. s. Ben. Bathoniens. dioc. ecclesiam manerii de Domerham in proprios usus concessisse. Mandat eis, ut illos in eiusdem ecclesiae possessionem inducant et defendant. III id. Mart. a° 1°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 33. n° 30. — »Sincere devotionis affectus.«

» 14 (») * (15739) Confirmat diploma Friderici imperatoris d. d. mense Sept. 1219 pro hominibus castri Eboli Salernitanae diocesis. II id. Mart. a° 1°. ‖ Deutinger Beyträge II. 155. n° 26.

» 15 » (15740) Episcopo Vercellensi liberam concedit facultatem, ut ad reformationem ecclesiae s. Evasii de Casali, quae per canonicorum eiusdem incuriam in spiritualibus et temporalibus deformata sit, procedere valeat. Id. Mart. a° 1°. ‖ De-Conti Notiz. stor. di Casale II. 407. — »Peticio dilectorum filiorum.«

» 15 » (15741) (Henrico) regi Angliae, qui magistrum Guilelmum de Frassium ad papam miserat cum supplicatione, ut votum quod in subsidium Terrae sanctae dudum rex emiserit, contra Sarracenos de Africa commutaretur de apostolica providentia, significat, se petitioni regiae annuere nequivisse. Id. Mart. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. I. 194. — »Dilectus filius magister.«

» 15 » (15742) Hugoni electo Midensi concedit facultatem, ut in proprio fundo suo episcopatus Midensis de consilio et assensu archiepiscopi Armachani metropolitani loci et cleri qui loco capituli haberi dicatur, cathedralem ecclesiam de novo erigere possit. Id. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 65 in n° 172. — »Devotionis augmentum circa.«

» 15 » (15743) Magistro Angelo capellano suo, archipresbytero et capitulo Furconensibus intimat, se statuisse »quod si aliqui de apostolicae sedis speciali mandato de cetero fuerint in canonicos recepti, nihil ratione iuris canonicatus in capitulo aut mensa communi vel alias de quotidianis distributionibus consequantur, nisi postquam infra statutum ibi canonicorum numerum aliquibus cedentibus vel decedentibus fructus comprehensi« ..... fuerint. Id. Mart. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 500. — »Imminente nobis cura.«

1255.

Mart. 15 Neapoli (15744) Magistro et praeceptoribus universis hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia et Pruscia concedit, ut fratres eorum curae commissi, qui in saeculo de rapinis et incendiis vixerint, consilio fratrum confessorum suorum de absolutione acquiescant. Id. Mart. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 375. n° 532; *cf.* Bunge Livl. UB. VI. 17. n° 316a. — »Ex parte vestra.«

„ 16 „ (15745) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus Cisterciensis ordinis concessionem I(nnocentii) papae eis datam, ut iuxta ordinis statuta nulli fratrum liceat sine licentia sui abbatis cuiquam alterius religionis aut saeculari presbytero confiteri nec confessiones ipsorum audire, confirmat. xvii kal. Apr. a° 1°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 21 b.

„ 17 „ (15746) Ripensi et R(udolfo) quondam Burglanensi de ord. Minor. episcopis mandat, ut universos redditus et proventus Burglanensis episcopatus in expensis episcopatus eiusdem quamdiu hac vice Elavus (Elanus *Sb.*) Burglanensis electus in curia Romana absens fuerit, colligi faciant ipsosque guardiano et conventui fratrum Minorum Atrebatensium (?) assignent. xvi kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 25. n° 31; Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 105. n° 33. — »Ad instar felicis.«

„ 18 „ (15747) Abbati et conventui monasterii de Schonaugia Cisterc. ord. Wormat. dioc. indulget, ut, si de suis animalibus societatem cum aliis contrahentes ea ipsis ad certam partem custodienda tradant vel etiam nutrienda, de contingente praedictorum animalium portione non teneantur cuiquam decimas solvere. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Guden Sylloge 224. — »Presignis ordinis vestri.«

„ 18 „ (15748) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum Messanensibus confirmat litteras, quibus Octavianus S. Mariae in via lata diac. card. apostolicae sedis legatus eis locum in civitate Messanensi ad dominium curiae pertinentem et dictum Castellum maris cum capella, domibus *etc.* pro construendo monasterio sui ordinis concesserat. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 274. n° 17; *cf.* Bzovius Annal. eccl. ad a. 1255. § 8. — »Religionis vestre meretur.«

„ 18 „ (15749) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Pruscia concedit, ut cum fratres eiusdem se invicem percusserint, a priore suo »qui sicut audivimus presbyter esse debet«, eis absolutionis beneficium impendatur. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 376. n° 533. — »Canonica constitutione cavetur.«

„ 18 „ (15750) Abbati et conventui monasterii Eberbacensis Cisterc. ord. Magunt. dioc. indulget *idem quod legimus in* n° 15747. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. i. 66. — »Presignis ordinis vestri.«

„ 18 „ (15751) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. indulget *idem.* xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 53. n° 51. — »Presignis ordinis vestri.«

„ 18 „ (15752) Universis Christifidelibus per Africam constitutis notum facit, se (Lupo) Marochitano episcopo plenae legationis officium in Africa commisisse, eosque hortatur, ut ipsum cum debita reverentia suscipiant *etc.* xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 25. n° 33; *fragm. sine dato* ap. Raynald. Ann. ad a. 1255 § 50. — »Quia corporali praesentia.«

* *In eundem modum* (Lupo) Marochitano episcopo, ut sollicitam officii sui curam gerat.

„ 18 „ (15753) Abbati Cisterciensi eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis notum facit, se inhibere, ne quisquam praelatus id, quod gratiose ei impendunt, ab ipsis ex debito aut ex antiqua consuetudine praesumat exigere. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. V. 269; Registrum S. Marie de Neubotle 200. n° 234. — »Intimantibus vobis accepimus.«

„ 18 „ * (15754) Abbati et conventui monasterii de Arnsburg idem concedit. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 49. n° 67.

„ 19 „ (15755) (Alberto) archiepiscopo Rigensi mandat, ut, cum Otho de Luneborch et Tydericus de Kivel fratres Rigensis et Revaliensis diocesum non modicam paganorum multitudinem ad christianae fidei notitiam induxerint, praefatos paganos ad eandem fidem recipiat eisque postmodum personam idoneam absque praeiudicio iuris alieni et praecipue fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia et Prussia in episcopum praeficiat. xiv kal. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1255 § 63; Gruber Orig. Livon. 265; Scr. rer. Livon. I. 394. n° 42; Bunge Livl. UB. I. 363. n° 281. — »Cum sicut dilecti.«

„ 19 „ (15756) Comitissae de Ardeth eiusque filiis Pataviens. dioc. iniungit, ut residuum pecuniae a rege Wenceslao Boemiae in subsidium operis ecclesiae s. Francisci Assisinatis legatae et apud comitem de Ardeth propter viarum pericula depositae custodi et fratribus S. Francisci restituant. xiv kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 26. n° 34. — »Ad illa potissime.«

„ 20 „ (15757) Priori S. Iohannis in Monte Bononiensi mandat, compellat Iohannem Campoli unum ex testamenti Marci Ziani mariti Constantiae filiae (Azzonis) marchionis Estensis exe-

1255.

cutoribus, ut testamentum dictum exequatur non obstante statuto civitatis Venetiarum, ne aliquod testamentum valeat, nisi fuerit per tabellionem civitatis eiusdem in scriptis redactum. xiii kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 27. n° 35; Cornelius Eccles. Venet. VIII. 40. — »Exposuit nobis dilecta.«

Mart. 20 Neapoli (15758) Albrico de Romano omnes concessiones eidem ab Innocentio IV pp., a Wilhelmo rege Romanorum et a se ipso factas de bonis Ezelini de Romano confirmat. xiii kal. Apr. a° 1°. ‖ Meerman Graaf Willem V. 211; Verci Stor. degli Ecel. III. 371. — »Exigentibus tue devotionis.«

„ 20 „ (15759) Priori generali et universis prioribus et fratribus Eremitarum ord. s. Aug. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis aut ad solutionem collectarum *etc.* cogi a nemine possint. xiii kal. Apr. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 1 et 331. — »Quanto studiosius divinae.«

„ 20 („) * (15760) Abbati et conventui monasterii in Seitz ord. Carthus. indulget, ut volentibus eorum congregari collegio, dummodo ipsorum professio subsequatur, qui suspensionis aut interdicti aut excommunicationis sententiis sint ligati, absolutionis beneficium impertiantur eosque in fratres recipiant. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. (1850) 259.

„ 22 „ (15761) Magistro et fratribus hospitalis leprosorum s. Lazari Hierosolymitani regulam b. Augustini, quam se asserunt esse professos hactenus, confirmat. xi (kal.) Apr. a° 1°. ‖ Matthaeus Summa 7; Cherubini Bullar. I. 108; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 602. n° 10. — »Cum a nobis.«

„ 22 „ (15762) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut praedictis fratribus hospitalis leprosorum s. Lazari honestum hospitium in suis domibus concedant eorumque nuntiis pias elemosinas largiantur. xi kal. Apr. a° 1°. ‖ Der Geschichtsfreund III. 229. — »Circa opera pietatis.«

„ 24 „ (15763) Conventu fratrum Minorum Tudertinorum petente decernit, promissionem guardiani Tudertini sine licentia ministri provincialis factam de assignatione possessionis monasterii s. Ylari monasterio Vallis Umbrosae eorum expensis infra terminum certum facienda nullam esse. ix kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 27. n° 36. — »Significastis nobis quod.«

„ 25 „ (15764) (Einaro) archiepiscopo Nidrosiensi facultatem concedit »conferendi infra sex menses in Lateranensi concilio diffinitos personis idoneis beneficia ecclesiastica, quae ad eius collationem spectantia vacaverunt,« postquam ad sedem apostolicam accessit consecrationis munus suscepturus. viii kal. Apr. a° 1°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VII. i. 19. — »Cum ad apostolicam.«

„ 25 „ * (15765) Manfredum principem Tarenti excommunicat propter arcem (necem) Burelli *etc.* ‖ Pertz Archiv VII. 31, *perperam ad* a. 1254.

„ 26 „ (15766) Abbati monasterii de Albi [Herren-Alb] Spirens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae de Baden Spirens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. vii kal. Apr. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. VI. 459. — »Dilecti filii rectoris.«

„ 27 („) * (15767) Priorissae et monialibus ecclesiae s. Mariae Fontis gratiae (in Studenitz), cui Bertholdus patriarcha Aquileiensis ecclesiam parochialem in Scheunitz incorporaverat, hanc incorporationem confirmat. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. (1850) 260.

„ 28 „ (15768) Regi Anglorum de novo decimam ecclesiasticorum proventuum pro Terrae sanctae subsidio in regno Angliae, Wallia, Ybernia et Wasconia per triennium concedit. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 65. n° 173. — »Felicis recordationis Innocentius.«

„ 28 „ (15769) (Ulrico) episcopo Seccoviensi et abbati Medlicensi Patav. dioc. mandat, compellant Ludwicum et Heinricum heredes ducis Bawariae, ut Frisingensi ecclesiae de damnis ab eorum patre eidem irrogatis satisfactionem plenariam exhibeant et ab inferendis de cetero abstineant. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 44. — »Ex parte venerabilis.«

„ 31 „ (15770) (Alberto) archiepiscopo postulante ecclesiam Rigensem sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, episcopatus quoque Rigensi ecclesiae iure metropolitico subiectos videlicet episcopatum Ossiliensem, Tharbatensem, Curoniensem, Wironiensem, Culminensem, Warmiensem, Pomesaniensem, Sambiensem, Rutheniensem et Verfaniensem (Revaliensem? Wersoniensem *Thein.*), iura ac privilegia confirmat atque adauget. ii kal. Apr. indict. XIII. (*male* VIII. *David*) incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ David Preuss. Chronik III. 44; Dogiel Cod. dipl. Polon. V. n° 61; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 68 in n° 35; Bunge Livl. UB. I. 364. n° 282, *cf.* VI. 17. n° 318; Theiner Mon. Polon. I. 61. n° 124. — »Cum universis ecclesie.«

1255.

Apr. 1 Neapoli (15771) Magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis Hierosolimitani concedit liberam possessionem loci, in quo in monte Thabor monasterium a Sarracenis destructum extitit, cum terris, possessionibus *etc.* ad idem monasterium spectantibus. Kal. Apr. a° 1°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 273. n° 8. — »Favor religionis et.«

„ 2 „ (15772) Willelmo electo Waterfordensi significat, se eius postulationem non obstante defectu natalium admittere eique plenam administrationem Waterfordensis ecclesiae committere. IV non. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 66. n° 174. — »Cathedrali ecclesia sancte.«

* *In eundem modum* Archiepiscopo Cassellensi — Capitulo Waterfordensi — Clero et populo civitatis et diocesis Waterfordensis.

„ 2 „ (15773) Universis prioribus Cartusiensis ordinis concedit facultatem absolvendi subditos suos et de irregularitatibus cum eis dispensandi. IV non. Apr. a° 1°. ‖ Tromby Storia V. app. 199. n° 71. — »Licet ad hoc.«

„ 5 „ (15774) Abbati et conventui monasterii Pontiniacensis Cisterc. ord. Autissiodor. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in die anniversario translationis corporis confessoris Edmundi quiescentis in ipsa visitaverint annuatim, indulgentiam unius anni *etc.* concedere. Non. Apr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1923; Quantin Recueil 261. n° 553. — »Sanctorum meritis inclita.«

„ 5 „ (15775) Stawangrensi episcopo, abbati de Holmi ac priori de S. Sede s. Ben. et s. Aug. ordinum Nidrosiens. dioc. mandat, ut, cum illi quibus I(nnocentius) praedecessor negotium de vita et miraculis p. m. Augustini archiepiscopi Nidrosiensis inquirendi commiserat, in hoc negotio minus provide processerint, in eodem iuxta priorum directarum ad illos continentiam litterarum procedant. Non. Apr. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 28. n° 30. — »Uenerabilis frater noster.«

„ 5 „ (15776) Universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis, necnon capitulis, collegiis et conventibus earundem praecipit, ut, cum in plerisque ecclesiis tanta sit exspectantium multitudo quod excedat numerum praebendarum, »in ecclesiis in quibus plures quam quatuor recepti fuerint, quatuor duntaxat iam admissi remaneant et sint canonici in eisdem, receptiones factas de reliquis in dictis ecclesiis penitus irritans ac decernens eos, ad quos in ipsis ecclesiis praebendarum seu beneficiorum spectat collatio, ad provisionem reliquorum aliquatinus non teneri.« Non. Apr. a° 1°. ‖ Würdtwein Subsid. diplom. I. 186; Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 493; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 598. n° 6. — »Execrabilis quorundam ambitio.«

„ 5 „ (15777) Eisdem notum facit, se litteras generales et speciales, quas Innocentius pp. praedecessor aliquibus sub tenoribus diversis et formis super archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatiis et prioratibus indulserit, et indulta huiusmodi iuribus carere decernere et in posterum non valere, praesertim cum idem praedecessor intentionem habuerit super hoc salubre adhibere remedium. Non. Apr. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 599. — »Discrimen praeteriti temporis.«

„ 5 „ (15778) Universis capitulis, conventibus et collegiis ecclesiarum cathedralium significat, se statuere ex nunc terminum sex mensium omnium cathedralium ecclesiarum electis, infra quem munus consecrationis reverenter suscipiant; alioquin, nisi legitimo impedimento detenti fuerint, ab administratione spiritualium et temporalium noverint se suspensos. Non. Apr. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. l. c. 600. n° 8. — »Cum ad Romanam.«

„ 6 „ (15779) Regi Castellae ac Legionis generale studium apud Salamantinam civitatem erectum confirmat. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. l. c. 601. n° 9. — »Inter ea quae.«

„ 6 „ (15780) S. Galgani Cisterc. et S. Salvatoris de Berarden(ga *om. Mur.*) Camald. ord. abbatibus Vulteran. et Aretin. dioec. mandat, tribuant abbati et conventui S. Eugenii ord. s. Ben. Senens. dioc. licentiam, ut, cum idem monasterium propter guerram, quam hactenus Florentini et Senenses ad invicem habuerint, et propter collectas et exactiones, quas commune Senense extorserit ab eis, gravi prematur sarcina debitorum, alienent de bonis immobilibus sui monasterii pro debitis his persolvendis usque ad summam mille librarum Senensium minutorum. (IX, *legas*) IIX id. Apr. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. append. 64. n° 41; Muratori Antiq. Ital. VI. 271. — »Dilecti filii abbas.«

„ 8 „ (15781) Magistro et fratribus hospitalis Hierosolimitani concedit in perpetuum, ut de possessionibus omnibus et bonis, quae tam in castro sito in comitatu Tripolitano, quod Cracum dicitur, quam in locis ei adiacentibus habent, primitias et decimas praediales solvere minime teneantur. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 274. n° 9. — »Quanto pro defensione.«

„ 8 „ (15782) Abbati monasterii s. Benigni Divionensis ord. s. Ben. Lingonens. dioc. concedit facultatem recipiendi monachos in ipso monasterio cum conventus consensu usque ad numerum de quo viderit expedire. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Perard Recveil 484. — »Cum sicut nobis.«

1255.

Apr. 8 Neapoli * (15783) Petro patriarchae Veneto indulget, ne ab apostolico legato possit molestari. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1265.

„ 9 „ (15784) Edmundo regi Siciliae nato (Henrici) regis Angliae eiusque haeredibus utriusque sexus regnum Siciliae ac totam terram, quae est citra Farum usque ad confinia terrarum ecclesiae Romanae cum omnibus iuribus, honoribus *etc.* — excepta civitate Beneventana — in feudum sub conditionibus in extenso additis concedit et etiam confirmat. V id. Apr. indict. XIII (X *Bull. R.*) incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 126; Dumont Corps dipl. univ. I. I. 394. n° 36; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 917; Magn. Bullar. Rom. IX. (Luxemb. 1741. fol.) Addend. 12. n° 2. — »Assueta sedis apostolicae.«

(„ 9) („) (15785) Henrico regi Angliae, qui filio suo Edmundo concederat potestatem recipiendi regnum Ciciliae de legati apostolici manibus, gratiarum refert actiones eumque rogat et hortatur, ut praedictum regem in militia, pecunia et aliis viriliter celeriter et potenter accingat, ut ad fastigium praedicti regni ut matutinus Lucifer possit pervenire. *Sine nota chronol.* ‖ Annal. Burtonens. ap. Fell Rer. Angl. scr. I. 343, *in* Annal. monast. I. 339. — »Regale genus Angliae.«

„ 9 „ (15786) Declarat, ut »cum Bituricensis archiepiscopus Burdegalensem adibit provinciam visitationis officium impensurus, dies quibus eundem Bituricensem infirmari vel infirmari contigerit illos de comitiva sua, sine quibus visitationis officium commode vacare non potest«, non sint computandi in numero 50 dierum, quibus secundum provisionem Gregorii pp. liceat eidem archiepiscopo Burdegalensem provinciam visitare. V id. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 41, *nonnisi fragm.*

„ 9 „ (15787) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui fratribus domus s. Eulaliae Barchinonens. dioc. ord. s. Aug. elemosynas in redemptionem captivorum subvenerint per unicum mensem singulis diebus, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit, et peccata oblita et venialia, offensas patrum et matrum sine manuum iniectione, transgressionem fidei et iuramentorum, vota fracta penitus indulget. V id. Apr. a° 1°. ‖ Linàs Bullar. 6. — »Quoniam ut ait.«

„ 9 „ (15788) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, ut fratres hospitalis s. Eulaliae Barchinonensis et captivorum excommunicare aut eorum ecclesias interdicere nullatenus praesumant. V id. Apr. a° 1°. ‖ Linàs l. c. 7. — »Cum dilectis filiis.«

„ 9 „ (15789) Eisdem praecipit, ut universis presbyteris suae potestati subiectis sub poena privationis officii et beneficii iniungant, ut fratres eiusdem ordinis in ecclesiis suis ad opus captivorum praedicare et elemosynas quaerere permittant *etc.* V id. Apr. a° 1°. ‖ Linàs l. c. 9. — »Querelam gravem recepimus.«

„ 9 „ (15790) Eosdem rogat et obsecrat, permittant, ut fratres ordinis Praedicatorum et Minorum in eorum civitatibus et diocesibus constituti suis regularibus observantiis et statutis ac etiam indulgentiis sedis apostolicae libere utantur. V id. Apr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1061; Ripolli Bullar. Praed. I. 275. n° 18; Gudenus Cod. dipl. II. 653; Wadding Ann. Minor. III. 527. n° 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 29. n° 39. — »Patris aeterni benignitas.«

„ 9 „ (15791) Repetit n° 15753 d. d. 1255. Mart. 18: »V id. Apr. a° 1« — »Intimantibus vobis accepimus.« ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 22; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561.

„ 10 „ (15792) Priorem fratrum Eremitarum de Brictinis eique subiectos priores ac fratres eorumque domos sub b. Petri et sua protectione suscipit statuens, ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam atque institutionem eremiticae vitae fratrum Brictinensium perpetuo ibidem observetur, omnesque eorum possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. IV id. Apr. indict. XIII. incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 6. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 10 „ • (15793) Ecclesiam s. Quintini Viromandensis protegendam suscipit eique possessiones in Fontanis, Escondecurte, Baienvilla Hagesto, decimas, grangias *etc.* confirmat. IV id. Apr. a° 1°. ‖ Hemeraeus Augusta Virom. 241.

„ 11 „ (15794) Scolastico ecclesiae s. Mariae Traiectensis Leodiens. dioc. scribit, se ab (Henrico) electo et capitulo Leodiensibus accepisse, cives Leodienses communiam, firmitatem de cerevisia et confraternitates in civitate Leodiensi facere ac magistratus creare praesumpsisse in iurisdictionis eiusdem electi praeiudicium *etc.*, illos autem saniori ductos consilio promisisse, se libertates, immunitates *etc.*, quibus eidem electo teneantur, firma de cetero esse servaturos. Mandat ei, faciat ut haec promissio firmiter observetur. III id. Apr. a° 1°. ‖ Piot Cartul. de St.-Trond I. 266. n° 226. — »Cum sicut dilectis.«

„ 11 „ Magistro et fratribus hospitalis leprosorum s. Lazari: »XI Apr. a° 1°«. ‖ Cherubini Bullar. I. 108; Matthaeus Summa 7, *vid.* 1255. Mart. 22. n° 15761.

„ 12 „ (15795) (Alphonso) regi Castellae scribit de aerumnoso christianitatis statu in Terra sancta eumque rogat et monet, ut in praestando dictae terrae pugnatorum subsidio pro honore

1255.

nominis christiani dexteram suae liberalitatis extendat. II id. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1255 § 68—72. — »Terrae Ierosolymitanae periculosa.«

Apr. 12 Neapoli (15796) Clero civitatis et diocesis Hortensis significat, Petrum ord. Minorum capellanum O(ctaviani) S. Mariae in Via lata diac. card. a canonicis Hortensibus electum esse in episcopum seque eius electionem confirmasse. Mandat eis, ut eidem electo obedientiam et reverentiam debitam impendant. II id. Apr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra l. 737; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 30. n° 40. — »Debitum officii nostri.«

» 13 » (15797) Fratri Raynerio de Placentia ord. Praed. mandat, ut in inquisitionis negotio iuxta Innocentii IV. pp. directarum ad ipsum litterarum continentiam procedat. Id. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 275. n° 19. — »Olim felicis recordationis.«

» 13 » (15798) Episcopo Carpentoratensi, archidiacono Foroiuliensi et sacristae Arelatensi mandat, ut secundum divisionem, quae per libros antiquos necnon testes et famam probetur, ecclesias et Aquensem et Massiliensem limitent. Id. Apr. a° 1°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 201. not. — »Cum sicut ex.«

» 13 » (15799) Universis abbatissis et sororibus monasteriorum ord. s. Dam. ecclesiae Romanae immediate subiectis indulget, ut ad praestationem procurationum legatorum sedis apostolicae *etc.* in perpetuum compelli minime valeant. Id. Apr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 528. n° 10; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 31. n° 41. — »Paupertati vestrae quam.«

» 13 » (15800) Ministro et custodibus fratrum Minorum ducatus Spoletani mandat, ut, cum mandatum Innocentii IV pp. de praedicatione verbi crucis contra haereticos post eius obitum non expiraverit, in hoc negotio iuxta illud procedant. Id. Apr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 31. n° 42. — »Ex parte vestra.«

» 14 » (15801) Universis magistris et scholaribus Parisiensibus propter controversiam inter eos et quosdam religiosos super quibusdam statutis exortam de licentiandis, de iuribus cancellarii, de baccalareis et de cessatione scholarum statuta et ordinationes moderata dat ad observandum ea in posterum, ac decernit, ut Bonushomo et Elias ord. Praed. fratres scholas regentes Parisius in theologica facultate ad universitatis consortium et collegium restituantur, et omnes sententias privationis aut separationis eorum a dicto consortio revocat. XVIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 276. n° 20; Wadding Ann. Min. III. 366; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 282; Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 39; Sbaralea l. c. 32. n° 43; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 602. n° 11. — »Quasi lignum vite.«

» 14 » (15802) (Guillelmo) Aurelianensi et (Guidoni) Antissiodorensi episcopis de superiore epistola significat eisque mandat, ut istam ordinationem faciant inviolabiliter observari. XVIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 279. n° 21; Bulaeus l. c. III. 286; Wadding l. c. 529. n° 11. — »Controversiam dudum inter.«

» 14 » (15803) Magistris facultatis theologicae Parisius commorantibus mandat, ut Bonumhominem et Eliam ord. Praed. fratres Parisius in theologica facultate magistros infra 15 dies iterum admittant et socialiter de cetero tractent. XVIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 529. n° 12; Bulaeus l. c. III. 286; Ripoll l. c. 280. n° 22. — »Controversiam dudum inter.«

» 15 » (15804) Priori fratrum Praedicatorum Parisiensi et aliis inquisitoribus haereticae pravitatis deputatis ab eo in terris comitis Pictaviensis et Tolosani concedit facultatem, ut in ferendis sententiis contra illos, qui de pravitate convicti fuerint, peritos advocent ad eorum consilium super hoc utandum. XVII kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 23. — »Cupientes quod in.«

» 15 » (15805) Eisdem concedit, ut, si qui a poenitentiis ecclesiae pravitatis haereticae ipsis impositis a quocumque sine mandato sedis apostolicae minus iuste fuerint absoluti, ipsos provide corrigant. XVII kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. n° 24. — »Auctoritate vobis presentium.«

» 15 (») * (15806) Le pape soumet à la seule jurisdiction des plus anciens et des plus dignes frères de l'église Saint-Pierre-la-Cour (du Mans) toutes les contestations qui pourront avoir lieu entre les chanoines ou clercs de ladite église. (XXVII, *sed legerim*) XVII kal. Mai. Vers 1255. ‖ Bilard Docum. historiq. 11. n° 61.

» 16 » (15807) Universis Christifidelibus elemosynas porrigentibus pro aedificatione ecclesiae fratrum Minorum de Castignano Aesculan. dioc. indulgentiam 100 dierum concedit. XVI kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 37. n° 44. — »Quoniam ut ait.«

» 23	»	(15943) Petro Bermundo capellano suo abbati monasterii s. Theodardi de Monte Albano ord. s. Ben. Caturcens. dioc. eiusque successoribus usum mitrae, annuli, chirotecarum, sandaliorum, tunicae ac dalmaticae concedit. x kal. Aug. a° 1°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 192. — »Ut pulchra et.«
» 23	»	(15944) Abbati et conventui monasterii s. Germani Autissiodorensis indulget, ut, cum terrae generale fuerit interdictum, liceat eis omnes ad sepulturam admittere, qui apud eos in ultima voluntate se elegerint sepeliri. x kal. Aug. a° 1°. ‖ Lebeuf Mém. concern. l'hist. d'Auxerre III. (éd. 1855) 107. n° 186. — »Volentes vobis ocio.«
» 23	»	* (15946) Concedit (Raimundo) episcopo Maioricensi, ut possit dispensare cum clericis et laicis suis pro iniectione manuum in clericos saeculares, pro rapinis, incendiis et sacrilegiis, necnon pro eo quod contra ecclesiam Albugenensem astiterunt, sive quod detulerunt lignamina, ferrum et alia prohibita Sarracenis. ‖ Villanueva Viage liter. XXI. 133.

1255.

Iul. 24	Anagniae	(15947) Ministro et fratribus Minoribus Mediolanensibus, quibus ad mandatum apostolicum (Sigismondus, *ap. Ugh.* Sigibaldus) Novariensis et (Petrus) Terdonensis episcopi locum et ecclesiam s. Naboris Mediolanen. pro ampliatione ipsius loci sui concesserant, hanc concessionem confirmat, tenore ipsius instrumenti inserto. ix kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 58. n° 81. — »Cum a nobis.« *Cf.* 1255. Febr. 5. n° 15672.
» 26	»	(15948) Fratri Raynerio Placentino et aliis fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi mandat, ut inquisitionis officio procedant iuxta Innocentii IV pp. eis directarum continentiam litterarum. vii kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. I. 285. n° 37. — »Cum auctoritate felicis.«
» 26	»	(15949) Willelmo de Valentia comiti Pembraciae crucesignato concedit, ut ipse, uxor ipsius, filii ac etiam familiares fratrem Petrum de Rupe presbyterum ordinis Minorum possint in suum, de diocesani tamen licentia, eligere confessorem. vii kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 60. n° 82. — »Tua et charissimi.«
» 26	»	(15950) Generali et universis provincialibus ordinis Minorum indulget, ne aliquis legatorum sedis apostolicae praeter illos qui de papali latere destinantur, pro suis negotiis promovendis aliquem ex fratribus sine ministri licentia possit assumere. vii kal. Aug. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 536. n° 25; Sbaralea l. c. 61. n° 83. — »Vobis per apostolicae.«
» 26	»	(15951) Eisdem concedit, ut suos in socios archiepiscopis et episcopis deputatos visitare ac corrigere et ad ordinem revocare possint. vii kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 61. n° 84. — »Sacrae religionis vestrae.«
» 27	»	(15952) Archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus frater Nicolaus Vercellensis olim de ord. Praedic. inventus fuerit, scribit, se universos abbates et conventus ordinum Cisterciensis Praemonstratensis et aliorum hortatum esse, ut praefatum fratrem in multis circa fidem catholicam erroribus deprehensum fratri Raynerio vel aliis ordinis Praedic. inquisitoribus in Lombardia examinandum assignent, si apud aliquos eorum fuerit. Mandat eis, ut, si illi mandatum apostolicum adimplere neglexerint, eos ad id compellant. vi kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 285. n° 38. — »Dilectus filius frater.«
» 27	»	(15953) Repetit Innocentii IV n° 12488 d. d. 1247. Apr. 24: »vi kal. Aug. a° 1°« — »Fratrum Minorum continent.« ‖ Sbaralea l. c. 62. n° 85.
» 27	»	(15954) Ministro et fratribus ordinis Minorum Bononiensibus significat, se visitantibus eorum ecclesiam in festivitatibus bb. Francisci et Antonii conf. et per earum octavam indulgentiam 40 dierum concedere. vi kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 86. — »Cum ad promerenda.«
» 28	»	(15955) Ministro et fratribus ordinis Minorum de Venetiis *in eundem modum.* v kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 87.
» 28	»	(15956) Ministro et fratribus ord. Minor. Salmantic. *in eundem modum.* v kal. Aug. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 536. n° 26; Sbaralea l. c. n° 88.
» 28	»	(15957) Repetit Innocentii IV. n° 12039 d. d. 1246. Mart. 28: »v kal. Aug. a° 1°« — »Devotionis vestre precibus.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 286. n° 39.
» 28	»	(15958) Fratri Raynerio Placentino et aliis fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi mandat, ut, cum Innocentius IV pp. contra haereticos praedicationem crucis eis commiserit, in eodem negotio procedant. v kal. (id. *Par., Campi*) Aug. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 286. n° 40; L. a Paramo De orig. inquisit. 260; Campi Hist. di Piacenza II. 402. n° 100. — »Cum felicis recordationis.«
» 28	»	(15959) Iohanni de Canter ord. fratr. Minorum Wigorniens. et archidiacono Midelsexiae London. diocc. mandat, ne quid attemptent in praeiudicium concessionis (Henrico) regi Angliae factae per Innocentium IV pp. de redemptionibus votorum, obventionibus et legatis in subsidium Terrae sanctae. v kal. Aug. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 2. — »Lecta coram nobis.«
» 29	»	(15960) Guardiano et fratribus Minorum Fulginatibus domum, quam habet in Fulgineo Romana ecclesia, perpetuo possidendam confert. iv kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 62. n° 89. — »Nec incongruum nec.«
» 30	»	(15961) Generali et provincialibus ministris ac custodibus, guardianis et fratribus universis ordinis Minorum indulget, ut tempore generalis interdicti in vigiliis et festivitatibus ss. Francisci et Antonii apertis ianuis, excommunicatis dumtaxat exclusis, divina officia solemniter celebrare possint. iii kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 63. n° 90. — »Pro reverentia beati.«
» 30	»	(15962) Priore et fratribus Eremitis ord. s. Aug. in Tuscia postulantibus eorum domos sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. iii kal. Aug. indict. XIII. incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 2. n° 3. — »Religiosam vitam eligentibus.«

1255.

Iul. 31 Anagniae (15963) Magistro Gamelino electo S. Andreae in Scotia omnia beneficia ecclesiastica, quae tempore postulationis suae obtinebat, usque ad biennium a die quo consecratus fuerit computandum pro expediendis ecclesiae s. Andreae debitis et aliis eiusdem necessitatibus relevandis reservat. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 67. n° 178. — »Quamvis postulationem de.«

» 31 » (15964) (Arnoldo) abbati et conventui monasterii s. Blasii Nigrae Silvae indulget, ut communiter vel divisim extra Constantiensem diocesim super his, quae infra illam habent, trahi ad iudicium nullatenus possint per apostolicae sedis litteras. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Gerbert Nig. Silva III. 163. — »Religionis vestrae favor.«

» 31 » (15965) Generali et ceteris prioribus ac universis fratribus ordinis Eremitarum s. Aug. statuta nuper in generali capitulo pro recto totius ordinis gubernio facta confirmat. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 616. n° 17. — »Iis quae pro.«

» 31 » (15966) Repetit Innocentii III pp. n° 4383 d. d. 1212. Febr. 15: »II kal. Aug. a° 1°« — »Cum Quindelingeburgensi monasterio.« ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 203; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 529. n° 61.

Aug. 1 » (15968) Archiepiscopis et episcopis ad quos litterae istae pervenerint praecipit, ut a capellanis ecclesiarum, quae pleno iure iam fratribus hospitalis Ierosolymitani sint concessae, nec fidelitatem nec obedientiam exigant, »quia Romano tantum pontifici sunt subiecti.« 1. (?) Aug. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. II. 327. — »Dilecti filii fratres.«

» 1 » (15969) Ministris et fratribus ordinis Minorum per Italiam constitutis mandat, ut iuxta litteras Innocentii IV in negotio praedicationis crucis et inquisitionis procedant. Kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 63. n° 91. — »Cum felicis recordationis.«

» 2 » (15970) Monasterium monialium s. Mariae ac s. Iacobi Rigensis Cisterc. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. IV non. Aug. indict. XIII. incarn. domin. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ Bunge Livländ. UB. III. 51. n° 283a; *ibid.* Regest. 21. n° 319a; v. Goetze Albert Suerbeer 183. n° 11; *cf.* Mitth. a. d. Gesch. Liv-Ehst- u. Kurlands VIII. 432. n° 2 (*male ad* d. 5. Aug.). — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 2 » (15971) Episcopo Fernensi decanatum ab ipso in sua ecclesia de novo creatum confirmat. IV non. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 68. n° 179. — »Iustis petentium desideriis.«

» 2 » B(oleslao) Cracoviae et Sandomeriae duci: »V (!) non. Aug. a° 1°«. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 62. n° 125, *vid.* 1255. Aug. 9. n° 15986.

» 3 » (15972) (Alberto) archiepiscopo Rigensi licentiam concedit sine iuris praeiudicio alieni, ut, cum pagani Wathlandiae, Ingriae et Careliae provinciae suae idolorum cultu relicto baptismi velint suscipere sacramentum, praeficiat eis, postquam baptizati fuerint, aliquem virum ad hoc idoneum in episcopum. III non. Aug. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1255 § 62; Bunge Livländ. UB. III. 55. n° 283b; *cf. ibid.* Regest. 22. n° 319b. — »Ex parte tua.«

» 3 » (15973) Gerardo Cossadochae electo Veronensi indulget, ut beneficia ecclesiastica, quae obtinebat ante promotionem suam, possit donec pacificam bonorum ecclesiae Veronensis administrationem habuerit, de consecrandis episcopis libere retinere. III non. Aug. a° 1°. ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 95. n° 19. — »Quia dignus es.«

» 3 » (15974) Eidem concedit facultatem cognoscendi de causis quas inter subditos suos moveri contigerit, committendi eas aliis ac statuendi de ecclesiis ac instituendi et destituendi clericos Veronensis diocesis secundum quod utilius expedire viderit, capitulo Veronensi minime requisito. III non. Aug. a° 1°. ‖ Biancolini l. c. 96. n° 20. — »Sincere devotionis affectus.«

» 4 » (15975) G(erardum) electum Veronensem ecclesiae Veronensi praeficit in episcopum et pastorem. II non. Aug. a° 1°. ‖ Biancolini l. c. 94. n° 18. — »Debitum officii nostri.«

» 4 » (15976) Capitulum Veronense rogat et monet, ut dicto (Gerardo), cui plenam Veronensis ecclesiae administrationem commiserit, debitam obedientiam impendant. II non. Aug. a° 1°. ‖ Biancolini l. c. 95. — »Debitum officii nostri.«

* *In eundem modum* Clerum civitatis et diocesis Veronensis.

» » » Populum civitatis et diocesis Veronensis.

» 4 » (15977) Rectori ducatus Spoletani mandat, ut Spoletanis licentiam castrum Turris de Narnata reaedificandi, nisi exinde possit grave scandalum exoriri, tribuat. II non. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 135. n° 254. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 4 » (15978) (Petrum) episcopum, archidiaconum et capitulum ecclesiae Arusiensis cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. II non. Aug. a° 1°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 392; Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 205. — »Exigentibus vestrae devotionis.«

1255.

Aug. 4 Anagniae (15979) Archidiacono et capitulo Arusiensibus bona a praeposito Skaef ecclesiae Arusiensis canonico altari b. Katerinae, quod in eadem ecclesia de bonis propriis construxit, pie concessa auctoritate apostolica confirmat. II non. Aug. a° 1°. ‖ Langebek l. c. 392; Thorkelin l. c. 206. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 » (15980) Priori S. Pauli ad Hortum Pisarum committit causam monasterii s. Savini ord. Camaldul. Pisanae dioc. contra Incontrum de Capraria presbyterum Pistoriensis diocesis, qui ecclesiam s. Mariae de Fabriano Florent. dioc., in qua dictum monasterium ius patronatus habebat, contra iustitiam occupavit, decidendam. Non. Aug. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. append. 65. n° 42. — »Conquesti sunt nobis.«

» 6 » (15981) Fratri Bartholomaeo de Boemia ord. fratr. Minorum mandat, ut contra Lithuanos et Ientuesones et alias paganos in Polonia, Boemia, Moravia et Austria verbum crucis praedicet et per fratres sui ordinis idoneos praedicari faciat. VIII id. Aug. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 387 § 16; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 63. n° 92; Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 59; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 192; Erben Reg. Bohem. II. 24. n° 62; Theiner Mon. Polon. I. 63. n° 126; *cf.* Palacky Reise 35. n° 244. — »Nuper ad audientiam.«

» 6 » (15982) Eidem concedit facultatem absolvendi clericos et laicos »qui in illis provinciis, in quibus contra paganos tibi praedicationem crucis commisimus, pro violenta iniectione manuum in canonem inciderunt.« VIII id. Aug. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 64. n° 93; *cf.* Palacky l. c. n° 245; Erben l. c. n° 61. — »Ut eo gratiosior.«

» 7 » (15983) Eidem mandat, ut Christifidelibus crucis signaculum suscepturis illam indulgentiam idemque privilegium concedat, quae transeuntibus et de bonis suis congrua suffragia mittentibus in Terrae sanctae subsidium conceduntur. VII id. Aug. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 94; *cf.* Palacky l. c. n° 245 bis; Erben l. c. n° 63. — »Quia crucis negotium.«

» 7 » (15984) Eidem concedit, ut possit censuris ecclesiasticis compescere clericos et laicos, qui praefatis paganis auxilium praestiterint in derogationem fidei christianae. VII id. Aug. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 537. n° 27; Sbaralea l. c. n° 95; *cf.* Palacky l. c. n° 246; Erben l. c. 25. n° 64. — »Cum in Polonia.«

» 7 » * (15985) Archiepiscopis et episcopis per Poloniam, Boemiam, Moraviam et Austriam constitutis de praedicatione crucis fratri Bartholomaeo commissa scribit. VII id. Aug. a° 1°. ‖ Palacky l. c. 247; Erben l. c. n° 65.

» 9 » (15986) B(oleslao) Cracoviae et Sandomeriae duce petente, qui hospitali per ipsum in oppido suo Zavichost (Cavichast *Th.*) Cracoviens. dioc. constructo ac etiam pro relevandis necessitatibus monasterii pauperum dominarum ord. s. Dam. positi in oppido eodem quasdam villas et possessiones contulit dictum hospitale ac homines et colonos ipsius multis libertatibus muniendo, hanc concessionem confirmat, tenorem eiusdem d. d. 1255. Apr. 18 inserens. V id. (non. *Th.*) Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 65. n° 96; Theiner Mon. Polon. I. 62. n° 125; *cf.* Wadding Ann. Minor. ad a. 1258 § 27. IV. 99. — »Ex parte tua.«

» 9 » Raynerio Placentino et aliis fratribus ord. Praedic.: »V id. Aug. a° 1°«. ‖ L. a Paramo De orig. inquisit. 260; Campi Hist. di Piacenza II. 402. n° 100, *vid.* 1255. Iul. 28. n° 15958.

» 12 » (15987) Clero Sardiniae et Corsicae significat, se, ut istae partes magis in Dei et ecclesiae devotione proficiant, ad eas L(eonardum) archiepiscopum Calaritanum tamquam pacis angelum, commisso ei plenae legationis officio, duxisse destinandum. II id. Aug. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 18, *fragm.*; Cod. dipl. Sardin. I. 363. n° 87. — »Ut ipsae partes.«

» 16 » (15988) Abbati et conventui Medlicensibus ord. s. Ben. Pataviens. dioc. indulget, ut ad provisionem alicuius in beneficiis ecclesiasticis vel pensionibus per apostolicae sedis vel legatorum ipsius litteras non teneantur nec compelli possint, nisi eiusdem sedis litterae plenam fecerint de hac indulgentia mentionem. XVII kal. Sept. a° 1°. ‖ Schramb Chron. Mellic. 143; Hueber Austria 23. — »Exigentibus devotionis vestrae.«

» 18 » (15989) Revocat totaliter omnia indulta et privilegia ab Innocentio pp. praedecessore personis tam ecclesiasticis quam saecularibus concessa, scil. quod interdici, suspendi aut excommunicari quodque ipsis ingressus ecclesiae interdici et quod terrae earum interdicto ecclesiastico supponi nequeant. XV kal. Sept. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 618. n° 18. — »Quia pro qualitate.«

» 18 » (15990) Scolastico Argentinensis ecclesiae mandat, ut comitem de Monte, Waleramum fratrem comitis Iuliacensis et alios, qui per incendia et rapinas ecclesiis Coloniensis civitatis et diocesis tam regularibus quam saecularibus occasione belli cum (Conrado) Coloniensi archiepiscopo gesti gravia damna intulerint, moneat ad impendendam satisfactionem plenariam; alioquin, eos excommunicet. XV kal. Sept. a° 1°. ‖ Mansi Conc. XXIII. 825; Labbe Conc. XI. I. 716; Lacomblet UB. IV. 804. n° 667. — »Ex parte dilectorum.«

» 18 » (15991) Eidem scribit de petitione praelatorum, religiosorum ac cleri Coloniensis diocesis et civitatis, qui sedi apostolicae notum fecerant, »quod, cum aliquas terras incultas earundem civitatis et diocesis contigerit redigi ad culturam, comes de Monte et Wale-

1255.

ramus frater comitis Iuliacensis *etc.* illas pro suae voluntatis libito occupant, asserentes ad se decimas novalium huiusmodi pertinere.« Mandat ei, ut dictos nobiles per excommunicationis et interdicti sententias compellat, ut decimas novalium eisdem ecclesiis exhibeant et illas ab eis permittant pacifice possideri. xv kal. Sept. a° 1°. ‖ Mansi l. c. 825; Lünig Spicil. eccl. II. (Reichs-Arch. XVII.) 873. n° 14; Labbe Conc. l. c. 716; Lacomblet l. c. II. 226. — »Exhibita nobis dilectorum.«

Aug. 18 Anagniae (15992) Repetit Innocentii IV n° 15053 d. d. 1253. Iul. 8: »xv kal. Sept. a° 1°« — »Petitio vestra nobis.« ‖ Wadding Ann. Minor. III. 537. n° 28; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 67. n° 97.

» 20 » (15993) Abbati et conventui monasterii Vallisumbrosae ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis privilegium f. r. Paschalis (II) pp. eis [vi id. Febr. ind. VIII. inc. dom. a° 1115. pont. a° 16° (!)] concessum, de cuius autem consumptione propter vetustatem nimiam timebatur, transumit. xiii kal. Sept. a° 1°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. I. 559. — »Privilegium felicis recordationis.«

» 21 » (15994) Fratri Ruffino capellano et poenitentiario suo, vicario in Sicilia et Calabria Octaviani (Ordinis *male Wadd.*) S. Mariae in via lata diaconi card. apostolicae sedis legati mandat, ut nobilem Roglerium Finectam (*al.* Rogerium Fimethum) de Lentino in corporalem possessionem castrorum Bizini, Modicae, Sicli et Palatioli Syracus. dioc. inducat et tueatur inductum. xii kal. Sept. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 537. n° 29; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 67. n° 98. — »Eximia dilecti filii.«

» 21 » (15995) Priorem et fratres Praedicatores de Bisuntio ab officio inquisitionis contra haereticos in Burgundia et Lotharingia propter expensarum defectum absolvit. xii kal. Sept. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 286. n° 41. — »Cum sicut asseritis.«

» 23 » (15996) Compositionem quae a. 1181 facta est inter b. m. Paulum episcopum Praenestinum et Sy. Sublacensem abbatem super episcopali iure dominii castrorum Pontiae et Affidae, sicut in authentico scripto f. r. Lucii pp. continetur, Enrico abbati monasterii Sublacensis confirmat. x kal. Sept. a° 1°. ‖ Petrini Mem. Prenestine 403. — »Cum a nobis.«

» 25 » * (15997) Indulget, ut libertatibus et immunitatibus abbatum et universorum Cisterciensis ordinis occasione constitutionis Innocentii IV pp., secundum quam exempti rite possunt coram locorum ordinariis conveniri, nullum praeiudicium generetur. viii kal. Sept. a° 1°. ‖ UB. für Niedersachsen II. 216. n° 311.

» 26 » * (15998) Abbatissae et conventui monasterii Coronae s. Mariae Cisterc. ord. Spirens. dioc. ius patronatus in ecclesia de Haselach, quod Berchtoldus de Wizenstein eis concessit, auctoritate apostolica confirmat. vii kal. Sept. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. IV. 434, *male ad* a. 1254.

» 27 » (15999) Albertum de Minorum ordine Tarvisinae ecclesiae praeficit in episcopum et pastorem. vi kal. Sept. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 538. n° 30; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 68. n° 100. — »Ad culmen summi.«

» 27 » (16000) Fratri Ruffino capellano et poenitentiario suo, vicario in Sicilia et Calabria Octaviani S. Mariae in via lata diac. card. apostolicae sedis legati mandat, ut Nicolaum de Sanducia sororium Roglerii Finectae (*al.* Rogerium Fimethum) de Lentino in corporalem possessionem casalis Scordiae Suitan. siti in territorio Lentino inducat. vi kal. Sept. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 539. n° 31; Sbaralea l. c. n° 99. — »Matris (maius *Wadd.*) ecclesiae.«

» 28 » (16001) Capitulo Pactensi B(artholomaeum) de ordine Praedicatorum in episcopum praeficit, explosa Matthaei nati Leonardi de Aldierio civis et capitanei Messanensis promotione, cui ecclesiam Pactensem eiusque administrationem frater Rufinus O(ctaviani) S. Mariae in via lata diaconi card. apostolicae legati in Sicilia et Calabria vicarius commiserat. v kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 70. n° 101. — »Olim felicis recordationis.«

» 28 » (16002) Monasterium monialium inclusarum s. Francisci de strata s. Stephani Bononiense ord. s. Dam. patrocinandum suscipit, omnes eius possessiones, libertates et immunitates, quas eidem b. mem. (Henricus) Bononiensis episcopus indulsit, confirmat. v kal. Sept. indict. XIII. incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 71. n° 102. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 28 » (16003) Archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus aliisque Romani imperii principibus per Alemanniam constitutis conqueritur, quod quidam ad turbationem Romani imperii, »in cuius reformatione hactenus est studiosissime laboratum«, novis machinationibus susceptionem ipsius imperii, (Willelmo) Romanorum rege adhuc superstite, adspirent. »Deus de coelis despicit super illos, qui se adversus hunc extollere non formidant, quem fidelium principum legittimus approbavit consensus et apostolicus favor assumpsit imperiali culmine sublimandum. . . . Ipsum tanquam vocatum a Domino in Romanum principem imperialis honore dyadematis proximo disponimus sublimare.« Quocirca eos rogat et hortatur, ut iniquorum seductionibus super praemissis suum animum nullatenus inclinent, sed eidem regi principi suo adhaereant potenter pariter et patenter. *Sine signo chronol.* (*Datum:* Anagnie v kal. Sept. a° 1° *additum est ex* Pertzii Arch. VII. 920). ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 189. — »Quosdam sicut accepimus.«

1255.

(Aug. 28) (Anagniae) (16004) (Conrado archiepiscopo Coloniensi) scribit, se comperisse, quosdam principum et praesertim ecclesiasticorum animos quorundam moturos esse impulsu improbae actionis et temptationis, ut quispiam eorum, Willelmo Romanorum rege superstite, »quem Deus elegit, in cuius personam vota eorum quorum intererat convenerunt . . . .«, Romani imperii accipiat dignitatem. Mandat ei, ut in machinatione huiusmodi non inveniatur cum aliquibus manus eius, et nominationem, electionem vel assumptionem de quocunque praeter dictum regem factam vel ipso superstite faciendam improbam nunciat. *Absque temporis signo. Inscriptio ex* Pertzio l. c. 900. ‖ Baerwald l. c. 186. — »Nuper ad aures.«

» 28 » * (16005) Archiepiscopo Nicosiensi et episcopo Famagustano mandat, ut irritent matrimonium contractum inter reginam Cypri et Balianum natum Iohannis domini de Arsuro tertio consanguinitatis gradu se contingentes. v kal. Sept. a° 1°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 68.

Sept. 2 » (16006) (Guilelmo) magistro et fratribus hospitalis s. Eulaliae ord. s. Aug. Barchinon. dioc. concedit, ut in domibus suis oratoria aedificare et caemeteria ad opus fratrum suorum habere possint. iv non. Sept. a° 1°. ‖ Linàs Bullar. 10. — »Vestris petitionibus benignum.«

» 2 » (16007) Inquisitoribus haereticae pravitatis in partibus Provinciae a sede apostolica deputatis mandat, ut residuum poenae, quam Aymericus de Bressols laicus de Castro Sarraceno Tholosan. dioc. ab annis 30 pendebat, in alia pietatis opera commutent. iv non. Sept. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 287. n° 42. — »Ex parte Aymerici.«

» 3 » (16008) Capitulo Tervisino, clero civitatis et diocesis Tervisinae mandat, ut fratrem Albertum ord. Minorum lectorem eiusdem ordinis, quem eis in episcopum praeficit, devote suscipiant eique obedientiam debitam impendant. iii non. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 73. n° 103; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 15. — »Cum nos venerabilem.«

» 4 » (16009) Universos Christifideles hortatur, ut nuntios fratrum hospitalis s. Eulaliae Barchinonens. dioc. ord. s. Aug., in quo pro redimendis captivis de manibus paganorum divino vacant obsequio, benigne recipiant, illis grata subsidia conferentes. Omnibus, qui eis beneficia praestiterint, annuatim septimam partem iniunctae poenitentiae relaxat. ii non. Sept. a° 1°. ‖ Linàs Bullar. 10. — »Si iuxta sententiam.«

» 5 » (16010) Fratri Rufino poenitentiario suo, in Calabria et Sicilia O(ctaviani) S. Mariae in via lata diaconi card. apostolicae sedis legati vicario mandat, ut Benedictam abbatissam monasterii s. Mariae Syracusani ord. s. Ben. a Matthaeo electo Syracusano destitutam et amotam »quod ad ipsius monasterii regimen eadem Benedicta immediate succedere non poterat matri suae« restituat et confirmet. Non. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 73. n° 104. — »Dilecta in Christo.«

» 5 » (16011) Compositionem inter Liupoldum rectorem ecclesiae de Sancto Loco [Heiligenstadt] Pataviens. dioc. et monasterium Niumburgense ord. s. Aug. Pataviens. dioc. super quibusdam decimis factam confirmat. Non. Sept. a° 1°. ‖ Fischer Klosterneuburg II. 232. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 » * (16012) Populi civitatis Hydruntinae fidelitatem erga Romanam ecclesiam laudat eique donationem factam ab apostolicae sedis legato confirmat. Non. Sept. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 57.

» 7 (») (16013) Abbati Cistercii et ceteris coabbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis indulget, ut per revocationem quorundam privilegiorum ab Honorio III pp. et Innocentio IV pp. obtentorum a se factam nullum libertatibus et immunitatibus ab apostolica ipsis sede concessis praeiudicium in posterum generetur. vii id. Sept. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. VI. 461. — »Sacre vestre religionis.«

» 12 » (16014) Abbati monasterii Fiscanensis ord. s. Ben. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis eiusque successoribus in perpetuum utendi mitra, annulo, tunica, dalmatica, chirothecis et sandaliis ac benedicendi pallas altaris *etc.* plenam concedit facultatem. ii id. Sept. a° 1°. ‖ Dumonstier Neustria pia 245. — »Ut pulchra et.«

» 12 — Spoletano et Assisinensi episcopis: »Laterani ii id. Sept. a° 1°« — »Quaedam ab.« ‖ Wadding Ann. Minor. III. 383; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 74. n° 105, *vid.* 1255. Dec. 12. n° 16129.

» 13 Anagniae (16015) Marino electo et capitulo Capuanis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad eorum ecclesiam in duabus festivitatibus b. Stephani protomartyris, in revelationis et natalis eiusdem, ac in die anniversario dedicationis ipsius ecclesiae devotionis causa accesserint, unum annum et duas quadragenas de iniuncta poenitentia relaxare. Id. Sept. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 339. — »Consecrationes altarium in.«

» 17 » (16016) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui fratribus ord. Minor. Bononiensibus pro ecclesia sua consummanda manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 100 dierum concedit. xv kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 75. n° 106. — »Quoniam ut ait.«

» 17 (») * (16017) Abbati et conventui monasterii in Seitz ord. Carthus. indulget, ut ad praestationem collectarum, subsidiorum et aliarum exactionum minime teneantur. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogthums Steiermark V. (1850) 260.

1255.

Sept. 18 Anagniae (16018) (Henrico) regi Angliae nunciat, O(ctavianum) S. Mariae in via lata diac. card. apostolicae sedis legatum, quem cum magno exercitu ad partes Apuliae miserit ad firmandum successibus prosperis negotium regni Siciliae, quorundam proditorum nequitia coactum esse in terram Laboris cum tota sua comitiva redire. »Propter quod tanto est festinantius succurrendum, quanto propinquius confusio imminet et discrimen.« Regem requirit, ut succursum praeparet festinatum et virum idoneum pro capitaneo destinet, ut praefata terra possit interim praeservari, *etc.* xiv kal. Oct. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 4. — »De multa cordis.«

» 19 » (16019) Repetit n° 15859 d. d. 1255. Mai. 14: »xiii kal. Oct. a° 1°« — »Cum nos dilectis.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 75. n° 107.

» 24 » (16020) Iohanni tit. S. Laurentii in lucina presbytero cardinali mandat, ut mulieribus in Urbe degentibus, quae Repentitae dicuntur et salutari pudore confusae super his quae in carnis suae corruptione gesserunt, in semitam mandatorum Dei decreverunt convertere de viis inquinationis praeteritae pedes suos, ecclesiam s. Mariae in Minerva aut aliam cum omnibus hortis, possessionibus, iuribus *etc.* perpetuo concedat. viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 287. n° 43; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 619. n° 19. — »Quoniam te studiose.«

» 24 » (16021) Guardiano S. Francisci vel eius vicario Assisinat. ord. Minorum mandat, ut, cum Innocentius (IV) pp. libros et quaedam alia per Laurentium nunc electum Antibarensem in sacristia ecclesiae s. Francisci fecerit commendari, eadem Petro servienti papali latori praesentium assignet. viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 76. n° 108. — »Cum felicis recordationis.«

» 24 » (16022) Abbate Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis petentibus inhibet, ne per sedis apostolicae litteras conveniri possint, quae de eorum ordine et de hac indulgentia non fecerint mentionem. viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 53. n° 52. — »Meritis sacre vestre.«

» 25 » (16023) Archidiacono Bononiensi mandat, ut causam inter abbatem monasterii de Castro Nonantulae et commune dicti castri super praestando fidelitatis iuramento vertentem debito fine decidat. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 382. n° 466. — »Petitio dilecti filii.«

» 26 » (16024) (Henricum) regem Angliae rogat et hortatur, ut, cum quaestio inter Herefordensem episcopum et magistrum Gervasium de Londoniis subdiaconum canonicum Lichefeldensem super diversis articulis exorta amicabiliter sopita sit, eundem magistrum et suos ad gratiam favorabiliter admittat. vi kal. Oct. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 5. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 26 » (16025) Universis archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis nunciat, b. Claram de civitate Assisinate, institutricem ordinis s. Damiani adhortante ipso b. Francisco, in sanctarum numero relatam esse, eosque monet, ut ii id. Aug. (*i. e.* 12. Aug.) festum eiusdem virginis solemniter celebrent. vi kal. Oct. a° 1°. ‖ Bzovius Ann. ad a. 1255 § 15. XIII. 613; Cherubini Bullar. I. 109; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 620. — »Clara claris praeclaris (praeclara *Bz.*). *Cf.* 1255. Oct. 19. n° 16069.

» 29 » (16026) (Bartholomaeo) episcopo Cadurcensi concedit, ut in sua civitate et diocesi colligationes et coadunationes, per quas enervetur libertas ecclesiae, omnino dissolvat. iii kal. Oct. a° 1°. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 133. — »Cum sicut ex.«

» 30 » (16027) Ludovico regi Franciae indulget, ut, si eum ad loca ecclesiastico supposita interdicto declinare contigerit, ei liceat ibidem clausis ianuis, non pulsatis campanis, interdictis et excommunicatis exclusis audire divina. ii kal. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1255 § 46, *fragm.*

» 30 » (16028) Sororibus monasterii Coronae s. Mariae Cisterc. ord. Spirens. dioc., quibus (Henricus) electus et capitulum Spirenses concesserant, ut propter defectum rerum naturalium ecclesiae de Haselach cedente vel decedente ipsius rectore possent possessionem eis irrequisitis ingredi et illam in usus proprios retinere, hanc concessionem confirmat. ii kal. Oct. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. IV. 434, *fragm., perperam ad* a. 1254.

(» —) (») (16029) Willelmo Romanorum regi scribit, se accepisse, homines de partibus Frisiae rebelles se eius dominio submittentes decimas omnium possessionum suarum ei eiusque heredibus in comitatu Hollandiae in perpetuum concessisse. Permittit ei, ut illis decimis potiatur quinquennio ea lege, ut eo elapso dominis ad quos spectent restituantur. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 54, *nonnisi fragm.*

Oct. 1 » (16030) Ludovico regi Francorum innovat Gregorii IX pp. privilegium, quo inhibetur, ne quis capellas eius ecclesiastico supponere interdicto praesumat nisi de licentia sedis apostolicae speciali. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Achery Spicil. III. 633. — »Illa filialis devotio.«

» 1 » (16031) Eidem indulget, ut nullus terram eius universaliter ecclesiastico subiicere possit interdicto sine mandato sedis apostolicae speciali. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Matthaeus Summa

1255.

14; Massonus De episcopis Urbis fol. 221; Zampini Ad calumn. . . . . responsio 156. — »Cum sicut ex.«

Oct. 1 Anagniae (16032) (Nicolao) decano et capitulo ecclesiae s. Quintini, qui sacrum corpus b. Quintini martyris in illa requiescens de uno loco istius ecclesiae ad alium digniorem proponebant transferre, significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam in ipso die huius translationis causa devotionis accesserint, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargiri. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Hemeraeus Augusta Virom. 241; Colliette Mém. à l'hist. de Vermandois II. 693. — »In sanctorum festivitatibus.«

» 1 » (16033) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus universis Cisterciensis ordinis concedit facultatem absolvendi fratres, qui excedunt in casibus, in quibus excommunicationis sententiam et notam irregularitatis incurrant. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Meschet Privil. 43; Montanbon Priviléges de Cîteaux 297. — »Licet ad hoc.«

» 1 » (16034) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Helisabet in Tirna ord. s. Dam. Strigoniens. dioc., quae vix absque incursu discriminis in omnibus rigorem formulae vitae suae perpeti poterant, scribit inter alia: »Rigorem ipsius formulae in certis articulis pie ac provide temperavimus, prout in patentibus litteris nostris confectis exinde plenius continetur.« Kal. Oct. a° 1°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 394. — »Haberi percepimus in.«

» 4 » (16035) Generali ac provincialibus ministris et aliis fratribus ordinis Minorum supplicantibus indulget, ut successores generales statim postquam electi secundum regulam et constitutiones fuerint, eo ipso veri eiusdem ordinis effecti generales curam animarum fratrum plene habeant et libere gerant *etc.* iv non. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 540. n° 32; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 76. n° 109. — »Inter alia quibus.«

» 5 » (16036) Abbatissa et sororibus postulantibus ecclesiam de Ierusalem Traiectens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, statuens ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam atque institutionem fratrum s. Victoris Parisiensis perpetuis ibidem temporibus observetur, eiusdem possessiones ac bona confirmat, privilegia et iura diversa sororibus concedit. iii non. Oct. indict. XIV. incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ Anal. p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique I. 62; Oorkondenb. van Holland I. i. 328. n° 619. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 5 » (16037) Priori et fratribus Praedicatoribus Pisarum indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrent, non obstante quod Innocentius pp. IV civitatem Pisanam tam arcto supposuit interdicto. iii non. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 288. n° 44. — »Quanto studiosius divine.«

» 5 » * (16038) Monasterium Vallis s. Crucis tuendum suscipit. iii non. Oct. indict. XIV. pont. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 67.

» 6 » (16039) Abbatissa et conventu monialium inclusarum monasterii s. Francisci Bononiensis ord. s. Dam. supplicantibus rigorem formulae vitae a se, dum cardinalis protector ordinis erat, in certis articulis mitigatum confirmat. ii non. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 77. n° 110. — »Haberi percepimus in.«

» 7 » (16040) Cantori ecclesiae Osnabrugensis mandat, ut, cum (Simon) episcopus Paderbornensis (quem Conradus archiepiscopus Coloniensis detinebat in carcere) in bonis suis et Paderburnensis ecclesia a multis plures patiatur iniurias et iacturas, eidem episcopo adversus praedonum, raptorum et invasorum audaciam efficaciter assistat, »praesentibus post triennium minime valituris.« Non. Oct. a° 1°. ‖ Schaten Annal. Paderb. II. 79. — »Praesumentium ministros Dei.«

» 7 » (16041) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ut ad praestationem aliquarum collectarum, subsidiorum et aliarum exactionum minime teneantur. Non. Oct. a° 1°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 23; Meschet Privil. 47; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 562. — »Religionis vestre meretur.«

» 7 » (16042) Priori et conventui monasterii s. Salvatoris de Urs ord. s. Aug. Colocens. dioc. ecclesiam s. Salvatoris quam eis Strigoniensis tunc Colocensis archiepiscopus cum omnibus iuribus et pertinentiis contulit, confirmat. Non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 234. n° 444; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 256. — »Cum a nobis.«

» 9 » (16043) Repetit n° 15877 d. d. 1255. Mai. 22: »vii id. Oct. a° 1°« — »Licet ad hoc.« ‖ Wadding Ann. Minor. III. 541. n° 33; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 77. n° 111.

» 10 » (16044) Abbati et conventui monasterii in Selgenstat ord. s. Ben. Maguntin. dioc., quibus archiepiscopus Maguntinus attendens quod eorum monasterium propter guerrarum incursus in temporalibus erat valde diminutum, ecclesiam in Selgenstat retinendam in usus proprios concesserat, hanc concessionem confirmat. vi id. Oct. a° 1°. ‖ Würdtwein Dioec. Mogunt. I. 765. — »Pie postulatio voluntatis.«

» 11 » (16045) Decano et capitulo Briocensibus privilegia, quae singulatim recenset, confirmat. v id. Oct. a° 1°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 265. — »Cum a nobis.«

1255.

Oct. 11	Anagniae	(16046) Abbatissae et conventui monasterii s. Petri puellarum Barchinonensibus concedit, ut priori et fratribus ord. Praedic. Barchinonensibus de possessionibus censualibus, quas iuxta domum eorum habent, quantum ipsis necesse fuerit, concedant. v id. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 288. n° 45. — »Locus in quo.«
» 11	»	(16047) Abbatissae et conventui monasterii de Hesse ord. s. Ben. Metens. dioc. indulget, ut ad solutionem debitorum minime teneantur, nisi creditores probaverint eadem conversa esse in utilibus monasterii memorati. v id. Oct. a° 1°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 484. n° 688. — »Monasterio vestro quod.«
» 11	»	(16048) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Suessionensis ord. s. Ben. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis confirmat possessionem exemptionis et etiam libertatis, *i. e.* eis indulget, ut privilegiis et indulgentiis, litteris apostolicis ac libertatibus et immunitatibus suis libere uti possint. v id. Oct. a° 1°. ‖ (Germain) Hist. de l'abb. de Notre-Dame de Soissons 453. — »Devotionis vestrae merita.«
» 11	»	• (16049) Abbati coenobii s. Rophilli Foropompiliani, Iacobo praeposito Faventino et abbati coenobii s. Felicis Bononiensis committit causam vertentem inter archiepiscopum Ravennatem et Britonores, qui ab illius iurisdictione ac potestate, cui subiecti erant, sese abduxerunt. v id. Oct. a° 1°. ‖ Rubeus Histor. Ravenn. 431.
» 12	»	(16050) Generali, universis provincialibus ministris et custodibus ordinis fratrum Minorum petentibus inhibet, ne illi, qui ab eorum collegiis repellantur, vel egressi fuerint proprio motu, praedicent et confessiones audiant. iv id. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 541. n° 34; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 78. n° 112. — »Iustis petentium desideriis.«
» 12	»	(16051) Magistro Bernardo canonico Senensi et in Anglia nuncio suo, cui commiserat ut decimam ecclesiasticorum proventuum regni Angliae et Scotiae colligeret ipsamque sociis Rainaldi et Tholomaei ac Scotti Dominici campsorum papalium civium Senensium assignaret, mandat, ut illam minime colligat. iv id. Oct. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 6. — »Nuper tibi commisisse.«
» 12	(»)	• (16052) Le pape confirme l'abbaye de Saint-Aubin d'Angers dans le droit de percevoir les dîmes, tant anciennes que novales, dans toutes les paroisses où elle a des prieurés. iv id. Oct. a° 1255. ‖ Bilard Docum. historiq. 52. n° 275.
» 13	»	(16053) Decano et capitulo Onolsbacensibus indulget, ut praepositurae ecclesiae suae, cum eam vacare contigerit, possint de persona idonea per electionem providere. iii id. Oct. a° 1°. ‖ Falckenstein Urkunden 56. n° 42; *cf.* Lang Regesta III. 67. — »Inter alias sollicitudines.«
» 13	»	(16054) Abbatissae et conventui S. Mariae de Coelestibus Cisterc. ord. Castellan. dioc. concedit, ut ad provisionem alicuius in pensionibus bladi, vini vel cuiuslibet quantitatis pecuniae compelli de cetero nequeant absque mandato speciali sedis apostolicae. iii id. Oct. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 244. — »Sacram religionem vestram.«
» 13	»	(16055) Abbatissae et conventui monasterii s. Matthaei de Constantiaco Cisterc. ord. Torcellens. dioc. indulget, ut ad provisionem cuiuscumque in pensionibus nisi de mandato speciali sedis apostolicae minime teneantur. iii id. Oct. a° 1°. ‖ Cornelius l. c. X. i. 320. — »Sacram religionem vestram.«
» 14	»	(16056) Providet »quod archiepiscopus Armachanus eiusque successores possint se vocare vel appellare si voluerint primates provinciae Tuamensis et facere deferri ante se crucem per totam ipsam provinciam« *etc.* ii id. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 68. n° 180; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 624. n° 21; Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 40, *fragm.* — »Ecclesia Romana tamquam.«
» 14	»	(16057) Potestati et populo Anagninis indulget, ut pro bannis, in quibus ecclesiae Romanae tenentur, ei decem libras annuatim persolvant. ii id. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 136. n° 255. — »Probata fidei vestre.«
» 14	»	(16058) (Conrado) episcopo Misnensi compositionem confirmat, quae inter eum et H(enricum) marchionem Misnensem super decimis terrae Lusicensis, iurisdictione temporali terrae Wrcinensis [Wurzen] ac rebus aliis ad ecclesiam Misnensem spectantibus, (Rudolpho) archiepiscopo Magdeburgensi loci metropolitano mediante, intervenerat. ii id. Oct. a° 1°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lusat. sup. II. i. 76; Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 146. n° 179. — »Ea quae iudicio.«
» 15	»	(16059) Generali et provincialibus ministris et aliis fratribus ordinis Minorum indulget idem, quod Innocentius IV 1250. Mai. 4 (*vid.* n° 13967) ordini Cisterciensi concessit. Id. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 78. n° 113.
(Spt. 14-Oct. 15)	»	(16060) (Simoni) episcopo et capitulo Paderburnensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in anniversario dedicationis die venerabiliter visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargiri. ... Oct. a° 1°. ‖ Schaten Annal. Paderb. II. 79. — »Licet is de.«

1255.

Oct. 15	—	(Ketillo) episcopo Wiburgensi: »Laterani id. Oct. a° 1°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1255 §. 26, *vid.* 1255. Dec. 13. n° 16133.
» 16	Anagniae	(16061) Priorissae et conventui monasterii s. Nicolai ad Caves Argentinensibus ord. Praed. notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui earum ecclesiam in festo b. Nicolai accesserint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargiri. xvii kal. Nov. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 288. n° 46. — »In sanctorum festivitatibus.«
» 16	»	(16062) Eisdem, qui eandem ecclesiam in die suae dedicationis accesserint annuatim, indulgentiam 40 dierum concedit. xvii kal. Nov. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 289. n° 47. — »Si iuxta divine.«
» 16	»	(16063) Generali et universis provincialibus ministris ordinis Minorum concedit, ut fratres ad exequendum sententias vel litteras contra aliquos nullus archiepiscopus, episcopus aut quivis alius praelatus cogere possit. xvii kal. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 542. n° 35; Sbaralea l. c. 79. n° 114. — »Convenit ut sacer.«
» 16	»	(16064) Eisdem indulget, ut ordinandos fratres quibuscumque maluerint catholicis pontificibus gratiam apostolicae sedis habentibus praesentare *etc.* possint. xvii kal. Nov. a° 1°. ‖ Wadding l. c. n° 36; Sbaralea l. c. n° 115. — »Convenit ut sacer.«
» 17	»	(16065) (Lupo) episcopo Marrochitano apostolicae sedis legato praedicatori crucis per Hispaniam pro negotio Africae concedit facultatem absolvendi manuum iniectores de terra (Alphonsi) regis Castellae et Legionis ac incendiarios dumtaxat crucesignatos et assumentes etiam signum crucis *etc.* xvi kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 79. n° 116. — »Cum tibi in.«
» 18	»	(16066) Eidem concedit, ut, cum rex idem in terris per eum recuperatis de Sarracenorum manibus tres, vid. Carthaginensem, Silvensem et Pacensem ecclesias erexerit cathedrales, easdem limitet. xv kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 80. n° 117; *sine signo chronol.* Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 51. — »Cum carissimus in.«
» 18	»	(16067) (Alberto) episcopo Mutinensi mandat, moneat et inducat Bononienses, Faventinos, Foroliviensses, Caesenates, Cervienses, Ariminenses, Pensaurienses et quarundam aliarum Romaniolae et Anconitanae marchiae civitatum communia, qui nonnulla castra, villas, ecclesias, iura et iurisdictiones ad Phylippum Ravennatem electum eiusque ecclesiam pleno iure spectantia temeritate propria occuparunt *etc.*, ut praedicta infra mensem illis restituant. xv kal. Nov. a° 1°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 253 in n° 171. — »Dilecto filio Phylippo.«
» 19	»	(16068) Potestatem et commune Forosinfronienses in demanium Romanae ecclesiae speciale et in b. Petri protectionem suscipit. xiv kal. Nov. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 136. n° 256. — »Meretur vestre devotionis.«
» 19	»	(16069) Repetit n° 16025 d. d. 1255. Sept. 26: »xiv kal. Nov. a° 1°« — »Clara claris praeclara.« ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1255 § 6; Bollandi Acta Sanct. Aug. 12. II. 749; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 81. n° 118; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1255 § 20—24.
» 21	»	(16070) (Ludovico) regi Francorum scribit: »Magister Aymericus capellanus noster, prior domus Dei s. Iohannis Andegavensis in nostra proposuit praesentia, quod licet a tempore cuius memoria non existit, nundinae consueverint fieri ter in anno in civitate Andegavensi super pontem civitatis eiusdem, tamen nobilis vir comes Andegavensis eas alibi fieri facit pro suae arbitrio voluntatis; unde nobis supplicavit, ut cum hac occasione redditus praedictae domus annuatim sint fere in 300 libris Turonensibus diminuti, providere in hac parte sibi et praedictae domui curaremus.« Rogat regem, ut praefatum comitem ad faciendam recompensationem eidem domui competentem hortetur et inducat. xii kal. Nov. a° 1°. ‖ Port Inventaire 140. n° 144. — »Dillectus filius magister.«
» 21	»	(16071) Generali ministro, provincialibus, custodibus, guardianis necnon universis fratribus de ordine Minorum indulget, ut liceat eisdem, cum de prioribus locis ad alia loca se transferunt, tam aedificia exceptis ecclesiis, quam libros, calices et paramenta ad alia loca transferre *etc.* xii kal. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 543. n° 37; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 84. n° 119. — »Ex parte vestra.«
» 23	»	(16072) (Reginaldo) episcopo Parisiensi denunciat, se librum Ioachimi abbatis qui »Introductorius in evangelium aeternum« dicatur, et schedulas quasdam eiusdem libri damnasse. x kal. Nov. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 292; Dubois Hist. eccles. Paris. II. 426; d'Argentré Coll. iudic. I. a. 165. — »Libellum quendam qui.«
» 23	»	• (16073) Declarat, ecclesiam s. Frigdiani ad Romanam ecclesiam nullo medio spectare, et decernit constitutionem Innocentii IV, quod exempti ratione delicti et contractus possint coram locorum ordinariis conveniri, non inferre praeiudicium privilegiis canonicorum S. Frigdiani. x kal. Nov. a° 1°. ‖ Pennottus Cleric. canon. historia 735. — »Cum foelicis recordationis.«

		1255.
Oct. 25	Anagniae	(16074) Forosinfroniensibus concedit, ut qui apud eos commorantur (»qui ad citadantiam in civitate vestra venerunt«), in cives ipsorum civitatis recipi possint. VIII kal. Nov. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 136. n° 257. — »Devotionis vestre sinceritas.«
» 26	»	(16075) Archidiacono Brissiae Cabilonens. dioc. mandat, faciat ut ordinatio ab Hugone card. apostolicae sedis legato de unione ecclesiarum Bisuntinarum facta inviolabiliter observetur. VII kal. Nov. a° 1°. ‖ Chifflet Hist. de l'abbaye de Tournus, pr. 399.
» 26	»	(16076) Abbati monasterii s. Audoeni Rothomagensis ord. s. Ben. eiusque successoribus in perpetuum utendi mitra, annulo, tunica, dalmatica, chirothecis et sandaliis ac benedicendi pallas altaris *etc.* plenam concedit facultatem. VII kal. Nov. a° 1°. ‖ Dumonstier Neustria pia 17. — »Ut pulchra et.«
» 29	»	(16077) Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis praesentes litteras inspecturis et audituris comprobat veritatem stigmatum s. Francisci (Assisinatis). »Nemo itaque eidem sancto audeat de cetero esse molestus in corpore suo Christi triumphalia stigmata praeferenti.« IV kal. Nov. a° 1°. ‖ Bzovius Ann. ad a. 1255 § 15. XIII. 616; Wadding Ann. Minor. ad a. 1255 § 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 85. n° 120; Cherubini Bullar. I. 110; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 626. n° 22; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1255 § 27—29. — »Benigna operatio divinae.«
Nov. 1	»	(16078) Episcopo Morinensi mandat, concedat guardiano et fratribus Minorum villae de Ypra facultatem transferendi se ad solum quod dicitur Belc situm infra praedictam villam ac aedificandi super eo. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 87. n° 121. — »Ex parte dilectorum.«
» 4	»	(16079) (Reginaldo) episcopo Parisiensi repetit verba quae ei 1255. Oct. 23 (*vid.* n° 16072) de libello abbatis Ioachim scripsit ac mandat, ut quod ei per illas litteras iniunxerit, exequi diligenter studeat; praeterea praecipit ut sic provide in apostolici super hoc mandati executione procedat »quod fratres ordinis Minorum nullum ex hoc opprobrium nullamque infamiam incurrere valeant sive notam.« II non. Nov. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 293. — »Libellum quendam qui.«
» 4	»	(16080) Rectores et consilium Anagninos rogat et hortatur, ut usum lignorum siccorum in nemoribus communitatis civitatis suae ad perpetuum opus fratribus Minorum de Anagnia concedant. II non. Nov. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 88. n° 122. — »Paupertati dilectorum filiorum.«
» 21	Laterani	(16081) Archiepiscopis et episcopis ac rectoribus et aliis ecclesiarum praelatis per Lombardiam et Romandiolam constitutis mandat, ut mediam, tertiam aut quartam partem de bonis fratrum Minorum praetextu portionis canonicae ulterius extorquere minime praesumant. XI kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 123. — »De pia et.«
» 25	»	(16082) Cancellario S. Genovefae mandat, ut regendi Parisius in aliqua facultate licentiam nemini tribuat, qui litteras pontificias quarum initium sit »Quasi lignum vite« (*vid.* n° 15801) noluerit observare. VII kal. Dec. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 293. — »Licet nos olim.« *Cf.* 1255. Dec. 7. n° 16104.
» 26	»	* (16083) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis eius commendat monasterium ordinis Cisterciensis in Rengering *eisdem fere verbis quibus* Innocentius IV *usus est* 1245. Iul. 18 *in* n° 11735. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 311. n° 583.
» 27	»	(16084) Archibaldo episcopo Moraviensi significat, se restitutionem ecclesiae de Garantulin episcopali mensae Moraviensi perpetuo deputatae, sed olim Guillelmo clerico collatae, nunc eidem mensae factam habere ratam eandemque ecclesiam cum pertinentiis suis praefatae mensae confirmare. V kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 69. n° 181. — »Cum a nobis.«
» 27	»	(16085) Abbatissa et conventu monialium inclusarum monasterii s. Elisabethae Remensis ord. s. Dam. supplicantibus inhibet, ut ultra quadragenarium sororum numerum aliquam in sororem vel monacham recipere valeant. V kal. Dec. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 543. n° 38; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 89. n° 125. — »Etsi multitudo in.«
» 27	»	(16086) Eisdem indulget, ut ad bona monasterio collata distrahendum, vendendum aut extra manum ponendum compelli ab aliquo minime valeant. V kal. Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 544. n° 39; Sbarelea l. c. 90. n° 126. — »Exhibita nobis vestra.«
» 27	»	(16087) Lupo episcopo Marrochitano apostolicae sedis legato concedit facultatem instituendi de consilio archiepiscopi Compostellani primos episcopos tam in diocesibus acquisitis quam etiam per (Alphonsi) regis Castellae ac Legionis potentiam acquirendis. V kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 89. n° 124. — »Cum per strenuitatem.«
Dec. 1	(»)	* (16088) Le pape confirme au chapitre de Saint-Pierre-la-Cour (du Mans) la possession de toutes ses églises, de ses prémices *etc.*, et notamment des églises de Cormis et de Solenniaco et de celle de Fay. Kal. Dec. (a° 1°). ‖ Bilard Docum. historiq. 11. n° 60.

		1255.
Dec. 1	Laterani	(16089) Repetit n° 15941 d. d. 1255. Iul. 22: »Kal. Dec. a° 1°« — »Eis qui sanandis.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 90. n° 127.
» 2	»	(16090) Repetit Innocentii IV n° 14767 d. d. 1252. Nov. 9: »IV non. Dec. indict. (XIV). incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1° — »Religiosam vitam eligentibus.« ‖ Sbaralea l. c. n° 128.
» 2	»	(16091) Philippo Ravennatensi electo postulante nobilem ac famosam Ravennatensem ecclesiam sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quae nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. IV non. Dec. indict. XIV. incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 245. n° 167; *cf.* Rubeus Histor. Ravenn. 430. — »Etsi universis sancte.«
» 2	»	(16092) Abbati monasterii Glastoniae ord. s. Ben. Bathoniens. dioc. indulget, ut ipse eiusque successores ubique de diocesani locorum licentia ac in divinis officiis mitra, annulo, dalmatica *etc.* uti possint. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 41. n° 57. — »Ut erga sedem.«
» 2	»	(16093) Abbati et conventui de Neubotle Cisterc. ord S. Andreae dioc. indulget, ut in civitatibus, villis, grangiis et domibus suis cum famulis divina officia eis liceat celebrare sine iuris praeiudicio alieni. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 209. n° 246. — »Deuotionis vestre precibus.«
» 2	»	(16094) Abbati et conventui monasterii de Camberona Cisterc. ord. Cameracens. dioc. concedit idem. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 54. n° 53. — »Devotionis vestre precibus.«
» 3	»	(16095) Decano et scolastico ecclesiae Aschaffenburgensis Magunt. dioc. mandat, ut abbatem conventumque monasterii in Selgenstat ord. s. Ben. in corporalem possessionem ecclesiae parochialis in Selgenstat, quam eis archiepiscopus Maguntinus in usus proprios concesserat, inducant et defendant inductos. III non. Dec. a° 1°. ‖ Würdtwein Dioec. Mogunt. I. 766. — »Sicut dilecti filii.«
» 3	»	(16096) Abbati et conventui monasterii in Alba ecclesiam de Terdingen Spirens. dioc., quam (Henricus) electus Spirensis cum eius pertinentiis ipsi monasterio retinendam in usus proprios concessit, auctoritate apostolica confirmat. III non. Dec. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. I. 234, *omisso initio.*
» 3	»	(16097) Abbatissae et conventui monasterii de Hesse ord. s. Ben. Metens. dioc. indulget, ut ad provisionem alicuius in beneficiis vel pensionibus per litteras apostolicas et legatorum eius compelli nullatenus possint. III non. Dec. a° 1°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 485. n° 689. — »Sub religionis habitu.«
» 4	»	(16098) Plebano de Birbinaria Lucan. dioc. mandat, ut abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Gattajola ord. s. Dam. aliquod monasterium, ecclesiam aut locum in civitate vel diocesi Lucana deformatum et diocesana lege Lucano episcopo non subiectum, monasterio s. Pontiani ord. s. Ben. dumtaxat excepto, auctoritate apostolica concedat ab ipsis perpetuo retinendum. II non. Dec. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 469 § 5; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 91. n° 129. — »Cupientes dilectarum in.«
» 5	»	(16099) Statuit, ut fratres ordinis Minorum qui ad episcopalem et alias superiores vel inferiores dignitates promoventur, libros et alia quae tempore promotionis habent, generali vel provincialibus ministris dicti ordinis resignent. Non. Dec. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 110; Wadding l. c. III. 393 et 544. n° 40; Sbaralea l. c. n° 130; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 628. n° 23. — »Ex parte vestra.«
» 5	»	(16100) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, prohibeant ne qui in illos, qui ad domos fratrum militiae Templi pro sua salute confugiunt, vel in res eorum infra ambitum domorum ipsarum manus iniiciant violentas. Non. Dec. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 8. — »Pervenit ad nos.«
» 7	»	(16101) Iacobo archidiacono Leodiensi plenae legationis officium tam in provincia Ierosolimitana quam etiam in exercitu christiano, ubicunque pro subsidio Terrae sanctae in dicta provincia fuerit, committit. VII id. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 66, *sine initio.*
» 7	»	(16102) Syris de superiore ad Iacobum epistola significat eisque praecipit, ut ipsum sicut apostolicae sedis legatum devote recipiant. VII id. Dec. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 66. — »Venerabili fratri nostro.«
» 7	»	(16103) Archiepiscopos et episcopos, abbates, priores .... et alios ecclesiarum praelatos rogat et hortatur, ut privilegia et indulgentias ac libertates Cisterciensibus ab apostolica sede concessa de cetero observantes ab eorum coactione ac molestia penitus quiescant. VII id. Dec. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. IV. 184. — »Dilecti filii abbas.«
» 7	»	(16104) Cancellario Parisiensi mandat, ut regendi Parisius in aliqua facultate nemini licentiam tribuat, qui ordinationem incipientem »Quasi lignum vite« (*vid.* n° 15801) no-

1255.

luerit observare. vii id. Dec. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 289. n° 48; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 92. n° 131. — »Licet nos olim.« *Cf.* 1255. Nov. 25. n° 16082.

Dec. 7 | Laterani | (16105) (Guillelmo) Aurelianensi et (Guidoni) Antissiodorensi episcopis mandat, ut magistros et scholares, qui ordinationem »Quasi lignum vite« non observent, nominatim ac specialiter excommunicationis sententia percellant. vii id. Dec. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 294; Ripoll l. c. n° 49; Sbaralea l. c. n° 132. — »Cum nos olim.«

» 7 | » | (16106) Magistro et fratribus domus militiae Templi Ierosolimitani omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus *etc.* eis concessas et indultas confirmat. vii id. Dec. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 8. — »Cum a nobis.«

» 7 | » | (16107) Archiepiscopos et episcopos, abbates . . . et alios ecclesiarum praelatos monet eisque praecipit, ut, si quando ipsorum clerici vel laici parochiani in aliquem fratrum militiae Templi capiendo vel de suis equitaturis deiiciendo aut alias inhoneste tractando violentas manus iniiciunt, huiusmodi praesumptores excommunicent. vii id. Dec. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 8. — »Paci et quieti.«

» 8 | » | (16108) Eisdem praecipit, ut litteras, quas sedes apostolica pro fratribus eisdem dirigit, fideliter exponant et subiectos suos ad solitas elemosinas et beneficia inducant. vi id. Dec. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 8. — »Si discrimina quae.«

» 8 | » | (16109) (Philippo) archiepiscopo Bituricensi et priori fratrum Praedic. Parisiensi et archidiacono Transligensi in ecclesia Andegavensi mandat, ut formam pacis inter comitem Blesensem et conventum maioris monasterii Tironensis initae diligenter expensam confirment. vi id. Dec. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 290. n° 50. — »Ex parte dilecti.«

» 8 | » | (16110) (Henrico) electo Spirensi, cum ratione cancellariae, quam in curia W(illelmi) regis Romanorum obtineat, oporteat eum curiae ipsi praeesse ac eius officia ordinare, usque ad festum s. Michaelis proximo futurum suscipiendi consecrationis munus de speciali gratia prorogat, »constitutione de consecrandis episcopis nuper a nobis edita non obstante.« vi id. Dec. a° 1°. ‖ Meerman Graaf Willem V. 222. — »Exigentibus tue devotionis.«

» 8 | » | (16111) Abbatissae et conventui monasterii Vallis Gloriae Spoletan. dioc. ord. s. Dam. indulget, ut de male acquisitis, quorum restitutio cui facienda nescitur, et de redemptionibus votorum excepto Hierosolymitano usque ad summam 200 librarum Ravennat. monetae recipere valeant. vi id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 93. n° 133. — »Necessitatibus vestris paterno.«

» 9 | » | (16112) Lupo episcopo Marrochitano indulget, ut ad visitandum sedem apostolicam usque ad quinquennium minime teneatur. v id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 134. — »Fidei tuae puritas.«

» 9 | » | (16113) Capitulo Anglonensi D(eodatum) episcopum Anglonensem a se in minori officio constituto consecratum et ab Innocentio IV confirmatum (*vid.* n° 15199) commendat. v id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 94. n° 135. — »Cum dilectus filius.«

» 9 | » | (16114) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus . . . . et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, compellant illos parochianorum suorum, qui verberationis aut vulnerationis fratrum militiae Templi suspecti habeantur, ut se purgent per proprium iuramentum. v id. Dec. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. i. 9. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 9 | » | (16115) Priorem et fratres Heremitas eorumque domos ord. s. Aug. in Alamania sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. v id. Dec. indict. XIII (!). incarn. dom. a° 1255. pont. a° 1°. ‖ Mon. Boica XXVI. 332. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 9 | » | (16116) Praeposito et capitulo ecclesiae in Swabenheim ord. s. Aug. Mogunt. dioc. octodenarium canonicorum numerum confirmat, statuens ut eadem ecclesia praefato numero de cetero sit contenta. v id. Dec. a° 1°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. V. 134. — »Cum a nobis.«

» 9 | » | (16117) Abbati et conventui monasterii in Schonaugia Cisterc. ord. Wormatiens. dioc., quibus (Richardus) episcopus Wormatiensis in sublevationem paupertatis ecclesiam in Scharra concesserat in usus proprios retinendam, hanc concessionem confirmat. v id. Dec. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. XVIII. 410. — »Pie postulatio voluntatis.«

» 9 | » | (16118) Potestatem capitaneum antianos et consilium Florentinos rogat et hortatur, praebeant magistro Petro Henrici basilicae Principis apostolorum canonico, qui monasterium s. Hillari Fesulan. dioc. monasterio Vallumbrosae iuxta mandatum apostolicum univerit eosque pluries rogaverit ut ipsi consilium praeferrent ad amovendum e dicto monasterio Dionisiam quondam abbatissam et moniales, opportunum auxilium, ut possit monasterium Vallisumbrosae castrorum *etc.* ad S. Hillarum spectantium pacifica possessione gaudere. v id. Dec. a° 1°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 134. — »Cum sicut accepimus.«

1255.

Dec. 9 | Laterani | * (16119) Abbatissae et conventui S. Mariae extra muros Wormatienses ord. Cisterc. indulget, ut a personis liberis in earum coenobio professionem facientibus bona mobilia et immobilia, feudalibus dumtaxat exceptis, petere recipere ac retinere possint. v id. Dec. a° 1°. ‖ Archiv f. Hessische Geschichte II. 306.

» 10 | » | (16120) (Thomae) archiepiscopo Remensi eiusque suffraganeis et aliis ecclesiarum praelatis per Remensem provinciam constitutis praecipit, ut Honorii III pp. praeceptum d. d. vii kal. Iul. a° 6° (*vid.* n° 6865), quo statuit, ut de cetero fratres Cisterciensis ordinis occasione privilegiorum suorum *etc.* non graventur, exequantur. iv id. Dec. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 55. n° 54. — »Felicis recordationis Honorii.«

» 10 | » | (16121) (Guillelmo) Aurelianensi et (Guidoni) Antissiodorensi episcopis iterum mandat, ut G(uillelmum) de S. Amore aliosque magistros in theologica facultate ac scolares Parisienses, qui bullae, quae incipiat »Quasi lignum vite«, infra 15 dies non paruerint, ab omnibus ecclesiasticis beneficiis et officiis denuntient suspensos. iv id. Dec. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 291. n° 51; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 294. — »Ad audientiam nostram.«

» 11 | » | (16122) Abbati S. Salvini ordinis Vallis Umbrosae Florent. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasteriorum et prioratuum ordinis Camaldulensis per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsorum legitime revocet. iii id. Dec. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. append. 65. n° 43. — »Dilecti filii abbates.«

» 11 | » | (16123) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ut ad praestationem aliquarum collectarum, subsidiorum et aliarum exactionum minime teneantur. iii id. Dec. a° 1°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. i. 70. — »Religionis vestre meretur.«

» 11 | » | (16124) Eisdem libertates et immunitates ipsorum ordini ab Honorio et Innocentio concessas confirmat eisque indulget ad petitionem I(ohannis) tit. S. Laurentii in lucina presb. card., ut per suam nuper factam revocationem indultorum quibuscunque personis concessorum nullum libertatibus et immunitatibus praefato ordini praeiudicium in posterum generetur. iii id. Dec. a° 1°. ‖ Rossel l. c. 71; Registrum S. Marie de Neubotle 194. n° 228. — »Sacre vestre religionis.«

» 11 | » | (16125) (Arnoldo) archiepiscopo Treverensi et eius suffraganeis, abbatibus . . . . et aliis ecclesiarum praelatis per Treverensem provinciam constitutis praecipit, ut illos qui possessiones, res vel domos fratrum monasterii de Eberbach Cisterc. ord. Magunt. dioc. invaserint *etc.*, si laici fuerint, publice excommunicationis sententia percellant; si vero clerici vel monachi fuerint, eos ab officio et beneficio suspendant. iii id. Dec. a° 1°. ‖ Rossel l. c. 73. — »Non absque dolore.«

» 11 | » | (16126) (Scholasticae) abbatissae et conventui monasterii ss. Philippi et Iacobi Fanensis ord. s. Dam., quibus (Adiutus) episcopus Fanensis quartam vel tertiam partem eorum, quae istis in ultima voluntate relinquantur, secundum consuetudinem et canonis iustitiam eidem episcopo pertinentem condonavit, hanc donationem confirmat. iii id. Dec. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. III. 545. n° 41; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 95. n° 137. — »Iustis petentium desideriis.«

» 11 | » | (16127) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae (de Charitate) de civitate Fulginatensi ord. s. Dam. ecclesiam s. Claudii, quam eis fel. rec. Gregorius pp. contulit, de novo concedit. iii id. Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 546. n° 42; Sbaralea l. c. 94. n° 136; *cf.* I. 205. not. *c.* — »Cum a nobis.«

» 11 | » | (16128) Abbatissae et conventui monasterii ss. Philippi et Iacobi Fanensis ord. s. Dam. indulget, ut in causis, quae contra ipsas vel coenobium moventur, in foro ecclesiastico vel etiam saeculari aliquod minime teneantur curiae saecularium exhibere. iii id. Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. n° 43; Sbaralea l. c. 96. n° 138. — »Viam quae sub.«

» 12 | » | (16129) (Bartholomaeo) Spoletano et (Nicolao) Assisinati episcopis significat, se iam Innocentii IV constitutionem contra religiosos revocasse (*vid.* n° 15602), eisque mandat, ut hoc solemniter ubique denuncient neque permittant, ut fratres ordinis Minorum contra huiusmodi revocationem ab aliquibus molestentur. ii id. (Sept., *sed legas*) Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 383. § 13; Sbaralea l. c. 74. n° 105. — »Quaedam ab apostolica.«

* *In eundem modum* (Iohanni) Ferrariensi et (Thomae) Imolensi episcopis. ‖ Sbaralea l. c. 96. n° 139.

» 13 | » | (16130) Episcopo Brechinensi et decano Dunkeldensi scribit, Alanum dictum Hostiarium Aberdonens. dioc. petitione monstrasse »quod Willelmus de Marca comitatum de Marca ad ipsum Alanum de iure spectantem detinet occupatum, cum Morgundus et Duncanus, quibus dictus Willelmus se in comitatum eundem succedere asserit, non fuerint de legitimo matrimonio procreati.« Mandat eis ut veritatem inquirant et quod inde invenerint, sedi apostolicae intiment. Id. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 75 in n° 196. — »Sua nobis dilectus.«

1255.

Dec. 13 Laterani (16131) Abbati et conventui monasterii Vallisumbrosae unionem monasterii s. Yllari ord. s. Ben. Fesulan. dioc. per magistrum Petrum Henrici basilicae Principis apostolorum canonicum iuxta pontificis mandatum factam ad monialium exinde expulsionem confirmat. Id. Dec. a° 1°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 135. — »Cum a nobis.«

» 13 » (16132) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Francia et guardiano fratrum Minorum Parisiensium significat, se ad instantiam (Ludovici) regis Franciae eos elegisse, ut inquisitionis officium induant et haereticam pravitatem de regno ipso eiusque districtu extirpent, exceptis terris Pictavensis et Tolosani comitis, in quibus fidei negotium certis personis specialiter sit commissum. Mandat eis, ut per solicitudinis suae prudentiam radicem iniquitatis haereticae succidant *etc.* Id. Dec. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 291. n° 52; Wadding Annal. Minor. III. 385 § 14; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 96. n° 140; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 34—37. — »Prę cunctis mentis.«

» 13 » (16133) (Ketillo) episcopo Vibergensi (Wiburgensi *Rayn.*), abbati de Cara Insula Cisterc. ord. Arusiens. dioc. et priori fratrum Praedicatorum Arusiensium mandat, ut de novo inquirant in Nicolai filii Canuti (V) regis Daniae miracula et virtutes. Antequam enim hoc negotium a papa Innocentio IV d. 25. Iul. a. 1254 episcopis Slesvicensi et Vibergensi atque abbati de Cara Insula commissum perfici potuit, (Escillus) episcopus Slesvicensis († 2. Apr. 1255) obierat, alii autem rem nihilominus persecuti negotium minus sufficienter instructum ad pontificem remiserant, quare eis nunc priorem dictum adiunxit. Id. Dec. (Oct. *male Rayn.*) a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 26; Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 203; Langebek Scr. rer. Dan. V. 310, VI. 393; *cf.* Porthan Bullar. access. 47. n° 2 *male ad* a. 1254; Suhm Hist. af Danmark X. 272. — »Significarunt nobis venerabilis.«

» 13 » (16134) Abbati et conventui S. Dionysii in Francia ord. s. Ben. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis indulget, ut in causis suis privilegiis publicatis legitime uti possint et, si super sic publicatis referatur quaestio, minime teneantur originalia extra septa monasterii sui alicui exhibere. Id. Dec. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 587. — »Ne privilegia vestra.«

» 13 » (16135) Episcopis, abbatibus .... rectoribus et aliis ecclesiarum praelatis per marchiam Anconitanam constitutis mandat idem quod legitur in n° 16081: »Id. Dec. a° 1°« — »De pia et.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 98. n° 141.

» 13 » * (16136) Bulle du pape Alexandre IV, qui à l'exemple du pape Innocent ordonne à l'évêque d'Angers de faire fournir des subsistances à l'abbé et aux religieux de Redon en Bretagne, qui étaient exilés pour avoir soutenu avec vigueur les libertés ecclésiastiques et s'étaient retirés en Touraine. Il lui conseille aussi d'agir dans un esprit de paix et de conciliation les persécutions du comte Jean de Blois à l'égard de l'abbaye de Marmoutier devant servir d'exemple à l'église pour rester unie. Id. Dec. a° 1°. ‖ Mabille Catal. des diploms (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV.) 376. n° 3042, *perperam ad* a. 1254.

» 14 » (16137) (Gerhardo) archiepiscopo Moguntino eiusque suffraganeis et aliis ecclesiarum praelatis per Moguntinam provinciam constitutis Honorii pp. III litteras d. d. 1222. Iun. 25 (*vid.* n° 6865) ad Cantuariensem archiepiscopum *etc.* directas transmittit et praeceptum in eis contentum ab illis districtius praecipit exequendum. XIX kal. Ianr. a° 1°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 88. n° 119, *perperam ad* a. 1254; Rossel UB. der Abtei Eberbach II. I. 75. — »Felicis recordationis Honorii.«

» 14 » (16138) Abbati S. Michaelis Pistoriensis mandat, faciat ut sententiae amotionis monialium a monasterio s. Hillari ord. s. Ben. ac excommunicationis in easdem et fautores per magistrum Petrum Henrici basilicae Principis apostolorum canonicum factae firmiter observentur. XIX kal. Ianr. a° 1°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 135. — »Cum enim (?) ad.« *Cf.* n° 16131.

» 14 » (16139) Magistro Petro Henrici *etc.* mandat audita rebellione potestatis capitanei antianorum et consilii Florentinorum, qua non solum recusaverant praestare auxilium in exequenda unione monasterii s. Yllari, sed etiam intendebant se velle cognoscere an dicta unio de iure fieri potuisset et ob id monachos Vallumbrosae in certa quantitate pecuniae condemnarant, ut nisi resipiscant in eos excommunicationem ferat ac civitatem interdicto subiaceat. XIX kal. Ianr. a° 1°. ‖ Soldani l. c. 136. — »Audiendo vix credimus.«

» 15 » (16140) Abbati S. Petri foris portam Viennensem ord. s. Ben., priori Vallis s. Mariae Dienens. dioc. Cartus. ord. et fratri Petro dicto Rochelmi Lugdunensi ord. Praedic. mandat, ut canonicos regulares habitantes in Tarentasiensi ecclesia reducant in eum statum, in quo fuerint tempore ordinationis R(ichardi) S. Angeli diaconi cardinalis, amotis ab ecclesia ipsa saecularibus canonicis. XVIII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 293. n° 53. — »Dudum suggesto felicis.«

» 18 » (16141) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, ut parochianis suis sub anathematis interminatione vetent, ne possessiones vel redditus *etc.* fratrum militiae Templi auferre vel alimenta retinere praesumant vel

1255.

alias eisdem irrogare. XV kal. (Iun., *sed legendum videtur*) Ianr. a° 1°. ‖ Registrum episc. Aberdon. II. 259. — »Cum vniuersis pene.«

Dec. 19 Laterani (16142) (Ottoni) episcopo Brandeburgensi mandat, ut cum Conrado I(ohannis) marchionis Brandeburgensis filio et Constantia filia P. ducis Poloniae, licet alter alterum quarto consanguinitatis gradu contingat, de matrimonio dispenset, »si speratur, quod per huiusmodi matrimonium pax et concordia inter praefatos ducem et marchionem proveniant ... tibique constiterit, quod id ... Willelmo Romanorum regi illustri placeat.« XIV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Meerman Graaf Willem V. 223; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 44. n° 65; Theiner Mon. Polon. I. 60. n° 122, *perperam ad* a. 1254. — »Ex parte dilectorum (dilecti« *Meerm.*)

» 20 » (16143) Universis patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac abbatibus ... ac ceteris ecclesiarum praelatis et clericis necnon (Raynerio) duci et consilio Venetorum marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, rectoribus et communitatibus ac universis Christi fidelibus per Lombardiam, Romaniolam, marchiam Tarvisinam, patriarchatus Aquilegensem et Gradensem et provinciam Ianuensem constitutis significat, se (Philippum) Ravennatem electum ad eorum partes commisso ipsi legationis officio mittere, ut gerens inibi vices papales foveat devotionem fidelium et Ezelini de Romano aliorumque perfidorum pertinaciam spiritualiter et temporaliter persequatur contra eundem Ezelinum crucis charactere insigniendo fideles. XIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Amadesii Antist. Ravenn. III. 191. n° 51. — »In eminenti sedis.«

* *In eundem modum:* »XIII kal. Ianr. (a° 2°)« Universis praesulibus, proceribus et populis Insubriae, Aemiliae ac marchiae Tarvisinae. ‖ *Omisso initio* ap. Raynald. Ann. ad a. 1255 § 10; ap. Verci Stor. degli Ecel. III. 383.

» 21 » (16144) Abbati et capitulo generali Praemonstratensis ordinis omnia privilegia omnesque indulgentias confirmat. XII kal. Ianr. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 684. n° 97. — »Exigentibus vestrae religionis.«

» 22 » (16145) (Coloni) Strenginensi episcopo, abbati Alwastriae Lincop. dioc. et praeposito ecclesiae Lincopensis mandat, ut, si viderint expedire, cessionem pontificalis officii a (Iarlerio) archiepiscopo Upsalensi recipiant. XI kal. Ianr. a° 2°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 180; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 98. n° 143; Liljegren Svenskt diplom. I. 376. n° 428; *cf.* Porthan Bullar. access. 47. n° 3; Celse Appar. 76. n° 6. — »Usque in senectam.«

» 23 » (16146) Abbati et conventui Ursicampi Cisterc. ord. Noviomens. dioc. concedit, ne alicui clerico impensione pecuniaria providere per litteras a sede apostolica impetratas teneantur. X kal. Ianr. a° 2°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 306. n° 493. — »Ex parte vestra.«

» 23 » (16147) Abbati Cisterciensi eiusque coabbatibus universis Cisterciensis ordinis concedit facultatem committendi discretis et litteratis sui ordinis sacerdotibus vices suas, ut monachos *etc.* ab excommunicatione, quam pro violenta iniectione manuum in se ipsos incurrerint, absolvant. X kal. Ianr. a° 2°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 86, *falso ad* a. 1256. — »Cum sicut ex.«

» 23 » (16148) Eisdem — cum Innocentius pp. statuerit ut exempti quantacumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, contractus aut rei de qua contra ipsos agitur rite possint coram locorum ordinariis conveniri — indulget, ut occasione constitutionis huiusmodi nullum libertatibus et immunitatibus per privilegia eis ab apostolica sede concessis in posterum praeiudicium generetur. X kal. Ianr. a° 2°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 212. n° 252; Rossel l. c. 87. — »Cum olym felicis.«

» 23 » (16149) Eisdem indulget, ut volentibus eorum aggregari collegio, qui suspensionis *etc.* sententiis sunt ligati, absolutionis beneficium impertiri et ipsos in fratres recipere possint. X kal. Ianr. a° 2°. ‖ Registrum l. c. 213. n° 253. — »Celestis amor patrie.«

» 27 » (16150) Monasterium monialium s. Mariae de Monte Sancto Tudertin., qui olim Mons Mascaranus nominabatur, ad instar Gregorii IX et Innocentii IV pp. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. VI kal. Ianr. indict. XIII (!). incarn. dom. a° 1255. pont. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1472; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 99. n° 144. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 30 » (16151) (Iarlerium) archiepiscopum Upsalensem, (Laurentium) Lincopensem et (Laurentium) Scarensem episcopos monet, faciant ut consilium (Birgeri) ducis Suwenorum, qui intendat certas in regno ipso assignare suis filiis portiones ad evitandum fidelium stragem post ipsius obitum, inviolabiliter observetur. III kal. Ianr. a° 2°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 180; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 101. n° 145; Liljegren Svenskt diplom. I. 377. n° 429; *cf.* Celse Appar. 76. n° 7. — »Ex parte dilecti.«

» 31 » (16152) Priori S. Quintini Noviomens. dioc., fratri Gerardo rectori Leodiensi de ord. Praedic., Stephano de Miramont canonico ecclesiae de Monte s. Eligii Atrebatens. dioc. capellano

1255.

suo mandat, ut monasterium Cantiprati iuxta Cameracum ord. s. Victoris Parisiensis tam in capite quam in membris reforment. ɪɪ kal. Ianr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 293. n° 54. — »Cum super statu.«

— — (16153) (Otakarum) regem Bohemiae rogat et monet, ut fratribus hospitalis s. Mariae Teutonicorum, »quorum plurimi pro defensione fidei catholicae per manus infidelium in Prussiae partibus denuo crudelissime sunt occisi, reliqua parte ipsorum mortis periculum habente prae oculis propter obsidionem durissimam quam sustinent a paganis,« dextra triumphali sine dilatione subveniat. *Absque nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1255 § 61 ex formular. Marini Ebuli; Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 26; (Lambacher) Oesterr. Interregnum. Anh. 37; Balbin Miscell. VIII. 10. n° 12; Erben Reg. Bohem. II. 32. n° 82. — »Regis aeterni benignitas.«

— — (16154) Eundem crucesignatorum exercitui in Livonia, Curonia ac Prussia in capitaneum praeficit generalem. *Sine signo chronol.* ‖ Erben Reg. Bohem. I. 19. n° 44, *perperam ad* a. 1254. — »Nuper a nobis.«

— — (16155) Universis crucesignatis et crucesignandis suadet, ut regem Boemiae in capitaneum generalem in partibus Livoniae, Curoniae ac Prussiae sibi assumant. *Sine nota chronol.* ‖ Erben l. c. n° 45. — »Iuxta sollicitudinis apostolicae.«

— — (16156) (Petro de Egeblanke) episcopo Herefordensi plenam concedit facultatem pro utilitatibus abbatis et conventus ac monasterii s. (Albani *add. Chr. s. Alb.*) contrahendi mutuum usque ad summam 500 (—700 vel amplius *om. Chr. s. Alb.*) marcarum sterlingorum. *Sine nota chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior 914; Chron. monast. s. Albani I. 382.

— — * (16157) (Theodoro) abbati et conventui monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. concedit, ut de manibus laicorum decimas in illis parochiis emant, in quibus ius patronatus non habent. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 33.

— — * (16158) Hortatur singulos et universos archiepiscopos et praelatos, ut fratribus ordinis Teutonici in Livonia et Prussia concessam crucis praedicationem omni studio promoveant. ‖ Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 130. n° 96.

— — * (16159) Alessandro IV accoglie sotto la protezione della S. Sede le monache di S. Maria di Cividale. ‖ Manzano Annali del Friuli III. 6.

1256.

Ianr. 2 Laterani * (16160) Praeposito ecclesiae Spirensis mandat, ut abbatem et conventum monasterii in Alba in corporalem possessionem ecclesiae de Terdingen eidem monasterio incorporatae inducat et defendat inductos. ɪᴠ non. Ianr. a° 2°. ‖ Mone Zeitschr. I. 235.

» 2 » * (16161) Cantori S. Stephani Maguntini mandat, ut abbatissam et conventum S. Mariae extra muros Wormatienses in corporalem possessionem bonorum, quae eis a personis liberis apud eas professionem facientibus conferuntur, inducat et defendat. ɪᴠ non. Ianr. a° 2°. ‖ Archiv f. Hessische Geschichte II. 307.

» 3 » (16162) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui aliunde quam de civitate vel diocesi Cracoviensi ad tumulum s. Stanizlavi ab Innocentio pp. praedecessore sanctorum cathalogo adscripti accesserint veneraturi eius merita et devote ipsius suffragia petituri, indulgentiam 100 dierum elargitur. ɪɪɪ non. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 64. n° 128. — »Licet is de.«

» 3 » (16163) Fratribus ordinis Praedicatorum, qui in Terra sancta morantur et qui ad illam de magistri ordinis mandato proficisci curabunt, illam indulgentiam elargitur, quae crucesignatis in ipsam terram transeuntibus datur. ɪɪɪ non. Ianr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 294. n° 55. — »Terra sancta quam.«

» 3 » (16164) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut, cum fratres militiae Templi ad eorum loca pro elemosinis accesserint colligendis, illos benigne recipiant ac confratrias suas ipsorum confratriis nullatenus praeponant *etc.* ɪɪɪ non. Ianr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪ. 9. — »Cum dilectis filiis.«

» 4 » (16165) Universis Christifidelibus ad fabricam ecclesiae aliorumque aedificiorum fratrum ordinis Minorum Foroliviensium manum adiutricem porrigentibus indulgentiam 100 dierum concedit. ɪɪ non. Ianr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 101. n° 146; *cf.* Wadding Ann. Minor. IV. 45 § 47. — »Quoniam ut ait.«

» 5 » * (16166) Concordiam inter Casimirum ducem Lanciciae et Cuiaviae atque ordinem Theutonicum constitutam ratam esse iubet. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Naruszewicz Hist. nar. Pol. V. 371; *cf.* Ryszczewski Cod. dipl. Polon. II. ɪ. 59. n° 70.

» 7 » (16167) Abbati et conventui de Otterburg Cisterc. ord. Mogunt. dioc. sepeliendi in monasterio suo illorum corpora, qui sepeliri apud eos eligunt, concedit facultatem. ᴠɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 97. n° 125. — »Cum a nobis.«

1256.

Ianr. 7 Laterani (16168) Abbati et conventui monasterii de Selgenstat ord. s. Ben. Magunt. dioc. indulget, ut ad providendum alicui de ecclesia parochiali in Selgenstat, in qua ius patronatus habent, compelli nullatenus possint. ᴠɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Würdtwein Dioec. Mogunt. 767. — »Exigentibus vestre devotionis.«

» 7 » (16169) Decano et capitulo ecclesiae ss. apostolorum Symonis et Iudae in Goslaria Hildensem. dioc. concedit, ut gratia quam Innocentius pp. IV episcopo Hildensemensi de proventibus vacantium beneficiorum in sua diocesi concessit per triennium colligendis, ad eorum ecclesiam »quae Romanum imperium nullo respicit mediante« nullatenus extendatur. ᴠɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Heineccius Scr. rer. Germ. (Antiq. Goslar.) 276. — »Ad faciendam vobis.«

» 9 » (16170) Eustachio iuniori de Rodio et Agneti de Oransagnies uxori eius Cameracens. dioc., qui se attingebant quarto consanguinitatis gradu, concedit, ut in contracto matrimonio licite remanere possint. ᴠ id. Ianr. a° 2°. ‖ Meerman Graaf Willem V. 225. — »Petitio vestra nobis.«

» 10 » (16171) Abbati et conventui monasterii de Schonaugia Cisterc. ord. Wormat. dioc. concedit facultatem sepeliendi in monasterio suo illorum corpora, qui sepeliri apud eos eligunt. ɪᴠ id. Ianr. a° 2°. ‖ Guden Sylloge 226. — »Cum a nobis.«

» 10 » (16172) Eisdem indulget, ut a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feodalibus, petere recipere ac retinere possint. ɪᴠ id. Ianr. a° 2°. ‖ Guden l. c. 227. — »Devotionis vestre precibus.«

» 10 » (16173) Abbatissae et conventui monasterii de Loesdunen Cisterc. ord. Traiect. dioc. concedit idem. ɪᴠ id. Ianr. a° 2°. ‖ Oorkondenboek van Holland en Zeel. I. ɪ. 331. n° 624. — »Devotionis vestre precibus.«

» 10 » (16174) Abbati et conventui monasterii Uterinae Vallis [Eusserthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. concedit idem, quod legimus in n° 16171. ɪᴠ id. Ianr. a° 2°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. III. 35. — »Cum a nobis.«

» 10 » * (16175) Abbati et conventui monasterii de Arnsburg indulget idem, quod legitur in n° 16172. ɪᴠ id. Ianr. a° 2°. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 49. n° 68.

» 10 » * (16176) Eisdem concedit idem, quod reperis in n° 16171. ɪᴠ id. Ianr. a° 2°. ‖ Baur l. c. 49. n° 69.

» 11 » (16177) Abbati et conventui monasterii de Eberbach Cisterc. ord. Magunt. dioc. indulget idem, quod profertur in n° 16172. ɪɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. ɪ. 79. — »Devotionis vestre precibus.«

» 11 » (16178) Eisdem concedit idem, quod exhibet n° 16171. ɪɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Rossel l. c. 79. — »Cum a nobis.«

» 11 » (16179) Abbati monasterii s. Mariae de Redaxhusen [Riddagshausen] ord. Cisterc. Halberstadens. dioc. significat, se tam clericis quam laicis in Brunswich Hildesem. et Halberst. diocc. constitutis concessisse, ut nullus ordinarius nec delegatus *etc.* infra muros ipsorum divina officia inhibere praesumat absque mandato sedis apostolicae speciali. Mandat ei ne permittat, ut illi contra huius concessionis tenorem a quoquam indebite molestentur. ɪɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ UB. der Stadt Braunschweig I. (*ibid.* 1862. 4°) 194. n° 69. — »Cum dilectis in.«

» 11 » (16180) Raymondo de la Turre archipresbytero ecclesiae Modoetiensis Mediolan. dioc. eiusque successoribus annuli usum concedit. ɪɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Ant. Franc. Frisi Mem. della chiesa Monzese (Milano 1774. 4°) III. 55; Frisi Mem. stor. di Monza II. 127; Marimonti Monza 408, *italice, sed* »il nove Gennajo.« — »Ecclesia Romana velut.«

» 11 » (16181) Priorissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Dominici Imolensis ord. s. Aug. iuxta instituta fratrum Praedic. viventibus indulget, ut ad exhibitionem vel praestationem alicuius talliae, collectae aut subsidii *etc.* minime teneantur. ɪɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 35. n° 303. — »Interne super eo.«

» 11 » (16182) Abbati et conventui monasterii Uterinae Vallis indulget, ut de suis animalibus, de quibus societatem cum aliis contrahunt et quae eis ad certam partem custodienda tradunt, aut eorum fructibus nemini decimas solvere teneantur. ɪɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. III. 37. — »Presignis ordinis vestri.«

» 12 » (16183) Leoni archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut monasterium de Cremella ord. s. Ben. Mediolan. dioc., cuius proventus annui valorem 25 marcarum sterlingorum propter incuriam monialium in eodem habitantium non excedunt, archipresbytero et capitulo Modociensis ecclesiae in usus proprios deputet et praedictas moniales in aliis monasteriis collocet. ɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 102. n° 147; A. F. Frisi Mem. stor. di Monza e sua corte II. 127. n° 145; *italice* ap. Marimonti Monza 408. n° 44, *sed ad* Ianr. 10. — »Dilecti filii archipresbyter.«

1256.

Ianr. 12 Laterani (16184) Finiwido diacono canonico Lincopensi concedit, ut defectu natalium non obstante ad sacerdotium promoveri possit. II id. Ianr. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 377. n° 430; *cf.* Porthan Bullar. access. 47. n° 4. — »Etsi geniti ex.«

» 12 » (16185) Monasterium s. Anastasii de Aqua Salvia tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. II id. Ianr. indict. XIV. incarn. dom. a° 1255. pont. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 53, *omisso exordio*; Gabriel L'abbaye des Trois-Fontaines située aux Eaux-Salviennes, près de Rome (Lyon 1869. 8° mai.) 94. n° 2. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 » (16186) Priori fratrum Praedicatorum et decano ecclesiae s. Martini Mindensi et Alfrimo canonico Osnaburgensi litem inter praepositum ecclesiae s. Iohannis Osnaburgensis et canonicos eiusdem super assignatione praebendarum vertentem committit terminandam. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 294. n° 56. — »Oblata nobis dilecti.«

» 13 » (16187) Abbatissae et conventui monasterii s. Petri martyris Bononiensibus indulget, ut tempore generalis interdicti audire et celebrare divina officia possint. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. VII. 35. n° 304. — »Solet annuere sedes.«

» 13 » * (16188) Abbati et fratribus Cluniacensis ordinis intimat, se inhibere, ne quis, cum praefato ordini concessum sit ut nullus archiepiscopus vel episcopus monachos Cluniacenses excommunicare *etc.* possit, aliquid contra hanc concessionem attemptare praesumat. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Bullar. Cluniac. 126.

» 15 » (16189) Decano et capitulo Remensibus, in quorum ecclesia statutum est »ut omnium canonicorum absentium, qui dicuntur *foranei*, praebendarum proventus dividantur inter canonicos residentes, qui horis matutinis intersunt«, hoc statutum confirmat, *etc. etc.* XVIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 102. n° 148. — »Statuta per quae.«

» 15 » (16190) Generali et provincialibus prioribus ordinis Heremitarum de Monte Carmeli concedit, ut libere visitationis et correctionis officium exercere, fratres mutare ac novitios recipere possint. XVIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullarium Carmel. I. 14. n° 1. — »Religionis vestre meretur.«

» 15 » (16191) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus priores et fratres b. Mariae de Monte Carmeli consistunt, prohibet, ne contra tenorem privilegiorum ac indulgentiarum sedis apostolicae ab illis obedientiam exigere praesumant. XVIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. Carmel. I. 15. n° 2. — »Cum praelatos ecclesiarum.«

» 17 » (16192) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus universis Cisterciensis ordinis repetit n° 16150. XVI kal. Febr. a° 2°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 80. — »Celestis amor patrie.«

» 18 » (16193) Archipresbytero et capitulo ecclesiae Modociensis Mediolanens. dioc. concedit facultatem compellendi per censuram ecclesiasticam parochianos suos ad solvendum decimas. XV kal. Febr. a° 2°. ‖ Frisi Mem. stor. di Monza e sua corte II. 128. n° 146; *italice* ap. Marimonti Monza 410. n° 46. — »Illa vobis libenter.«

» 18 » (16194) Magistro et fratribus militiae Templi in Anglia concedit, ut privilegiis et articulis, quibus propter negligentiam aut simplicitatem uti omiserint, de cetero libere uti valeant. XV kal. Febr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. II. 10. — »Licet sicut lecta.«

» 18 (») * (16195) Bartholomaeum episcopum Nemovicensem in Cypro ad Vicentinam ecclesiam transfert. XV kal. Febr. a° 1256. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1052.

» 20 » (16196) (Nicolao) episcopo Cameracensi significat, se cum Eustachio iuniore de Rodio et Agnete de Trasegnies (Oransagnies *legitur in* n° 16170) de matrimonio contracto, licet attinerent sibi ad invicem quarto consanguinitatis gradu, dispensasse, eique, qui illos propter hoc ad suam praesentiam evocaverat, mandat ut eosdem nobiles super hoc aliquatenus de cetero non molestet. XIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Meerman Graaf Willem V. 227. — »Petitio dilecti filii.«

» 20 (») (16197) Episcopo Terdonensi mandat, ut sorores monasterii s. Francisci Placentini ord. s. Dam. iuxta mandatum Innocentii IV in monasterio s. Agathae Papiensi ord. s. Ben. in spiritualibus et temporalibus deformato inducat et inductas defendat. XIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 47; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 103. n° 149. — »Lecta coram nobis.«

» 20 » * (16198) Magistro et fratribus militiae Templi Hierosolymitani indulget, ut quascumque tallias vel collectas aut exactiones a quibuslibet eis impositas in pecunia numerata vel rebus aliis nulli teneantur exhibere. XIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Publ. de la soc. hist. de Limbourg VI. 370.

» 21 » (16199) Iohanni marchioni Brandenburgensi et Iuttae uxori eius filiae (Albrechti) ducis Saxoniae, qui habebant conscientiam scrupulosam, quod inter Iuttam dictam et quondam Ottonem filium ducis de Bruneswic per verba de futuro sponsalia intervenerant et cum quibus dispensaverat Hugo tit. S. Sabinae presbyter cardinalis, ut in contracto matrimonio, non obstante hoc impedimento, possent licite remanere, tenorem litterarum

1256.

cardinalis eiusdem d. d. 12. Ianr. 1256 transmittit. XII kal. Febr. a° 2°. ‖ L. v. Ledebur Archiv VIII. 288; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 45. n° 67. — »Olim vobis supplicantibus.«

Ianr. 21 Laterani (16200) (Prandotae) episcopo Cracoviensi concedit facultatem illos, qui ad agendum poenitentiam ob devotionem, quam habent ad b. Stanizlaum, cuius corpus in Cracoviensi ecclesia requiescat, aliunde quam de eius civitate ac diocesi confluant, introducendi in ecclesia necnon reconciliandi eosdem ecclesiae. XII kal. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 65. n° 129. — »Vota que favorem.«

» 21 » (16201) Capitulo Cracoviensi libertates et exemptiones saecularium exactionum confirmat, quas Bolezlaus Cracoviae et Sandomeriae dux ad expiandum delictum a Bolezlao quondam Polonorum rege in praeclarum martirem et pontificem Stanizlaum commissum et pro remedio animae patris sui ducis Leztconis, matris suae ducissae Grimizlavae et consortis suae Cunigundis filiae regis Hungarorum d. 18. Mai. 1255 eis contulit, inserto concessionis huius instrumento. XII kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 104. n° 150; Theiner l. c. n° 130. — »Iustis petentium desideriis.«

» 21 » (16202) Gerardo electo Veronensi indulget, ut personae quatuor monasteriorum vel ecclesiarum Veronensis diocesis ei subiectorum, quae in districtibus civitatum et diocesum vicinarum consistunt, a quibus provisionem ei sub certa forma ministrari mandat, compelli nequeant ad exhibitionem provisionis vel procurationis pecuniariae aliis personis. XII kal. Febr. a° 2°. ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 97. n° 21. — »Ut ex favore.«

» 21 » (16203) Abbati et conventui Cluniacensibus, quibus Philippus quondam rex Francorum locum qui vocatur s. Martini ad Campos Parisiensis donavit, hanc donationem confirmat. XII kal. Febr. a° 2°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 55; Marrier Hist. S. Martini de Campis 21. — »Exigentibus vestrae devotionis.«

» 22 » (16204) (Coloni) episcopo Strenginensi, abbati Alwastriae Lincop. dioc. et praeposito ecclesiae Lincopensis mandat, ut, si (Iarlerii) archiepiscopi Upsalensis cessionem pontificalis officii admitti contigerit, inhibeant quinario canonicorum numero ecclesiae Upsalensis, quominus sine ipsorum consilio et assensu ad pastoris electionem vel postulationem procedant. XI kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 106. n° 151; Liljegren Svenskt diplom. I. 378. n° 431; *cf.* Porthan Bullar. access. 48. n° 5. — »Venerabili fratre nostro.«

» 23 » (16205) Prioribus sive praepositis atque canonicis et fratribus universis Sepulchri Domini cismarinis concedit, ut nullus ad praesentationem (*legas* praestationem) alicuius subsidii vel subventionis de cetero faciendam pro Terra sancta aliter, quam Hospitalarios Hierosolymitanos, eos vel eorum confratres commorantes ultra mare compellat. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Nakielski Miechovia 54, *ubi* Alexandro III *perperam tribuitur*; *cf.* Public. de la soc. hist. de Limbourg VI. 370. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 » (16206) Confirmat translationem praepositi et capituli S. Naboris Mediolanensis, quorum ecclesiam et claustrum guardiano et fratribus ordinis Minorum per (Leonem) Mediolanensem archiepiscopum conferri fecerat, ad ecclesiam b. Mariae ad Falcorinum Portae Vercellinae Mediolanen. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 429. n° 1; Sbaralea l. c. 107. n° 152. — »Licet ea quae.«

» 25 » (16208) (Alberto) episcopo Mutinensi et fratri Guillelmo dicto de Buzea de ord. Minor. mandat, ut, si ecclesiae Reginae viderint expedire, (Guilelmo) episcopo Regino licentiam concedant commutandi quasdam terras ad mensam suam spectantes minus utiles in alias utiliores. VIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 108. n° 153. — »Ex parte venerabilis.«

» 25 » (16209) Universis Christifidelibus significat, se Innocentii IV pp. litteras 1248. Apr. 1 datas et incipientes »Etsi iusta sententia« (*cf.* n° 12887) de registro eiusdem transscribi et transscripto huiusmodi bullam suam apponi fecisse easque confirmare. VIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 701. nota. — »Litteras felicis recordacionis.«

» 26 » (16210) (Prandotae) episcopo et capitulo Cracoviensibus libertates a Bolezlao duce Cracoviae ac Sandomeriae eiusque progenitoribus eis eorumque ecclesiae concessas, sed nunc ab eodem duce, quia in eis ambiguitatis remanserat scrupulus, declaratas, ac una cum G(rimizlava) ducissa matre eius libertates et exemptiones saecularium exactionum concessas eisdem ac universo clero civitatis et diocesis Cracoviensis confirmat, tenore litterarum concessionis ipsius inserto. VII kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 109. n° 154; Theiner Mon. Polon. I. 66. n° 131. — »Iustis petentium desideriis.«

» 26 » (16211) Episcopo Magalonensi mandat, ut circa canonicos Magalonensis ecclesiae ord. s. Aug. non solum infra, verum etiam extra Magalonensem diocesim evagantes libere officii sui debitum exequatur. VII kal. Febr. a° 2°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 568. n° 39. — »Cum sicut exposita.«

1256.

Ianr. 26 Laterani (16212) Universis Christifidelibus ecclesiam s. Francisci Assisiatis in festo b. Stanislai mart. visitantibus indulgentiam 100 dierum elargitur. vii kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 111. n° 155. — »Ad veneranda sanctorum.«

» 27 » (16213) Abbate et conventu monasterii Cisoniensis ord. s. Aug. Tornacens. dioc. supplicantibus confirmat I(acobi) Atrebatensis episcopi ordinationem a Th(oma) Remensi archiepiscopo approbatam, qua statuit, ut decedentibus mulieribus conversis ecclesiae de Beaurepaire earum loco certus ponatur canonicorum numerus, quorum unus sit prior eiusdem ecclesiae. vi kal. Febr. a° 2°. ‖ Histor. eccles. Cison. ap. Achery Spicil. II. 885. — »Cum a nobis.«

» 28 » (16214) Abbati de Lubes [Leubus] Cisterc. ord. et praeposito de Opol [Oppeln] Wratislav. dioc. mandat, cogant per censuram ecclesiasticam ducem Cracoviae, qui clericos civitatis et diocesis Cracoviensis super praediis, quamvis feudalia non existerent, coram se et officialibus suis compellebat in iudicio respondere in derogationem ecclesiasticae libertatis, ut talia de cetero aliquatenus non attemptet. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 67. n° 132. — »Ad aures nostras.«

» 28 » (16215) Abbati Casae Dei Claromontens. dioc., officiali et magistro Petro Bodini canonico ecclesiae s. Genesii Claromont. mandat, ut, si compositio inter Robertum comitem Claromontensem Alverniaeque et Claromontensem episcopum, qui inter se guerram hostiliter exercuerant, non vergat in praeiudicium Claromontensis ecclesiae, sententias excommunicationis et interdicti in eum et eius terram a praefato episcopo promulgatas relaxent. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Baluze Hist. de la maison de l'Auvergne II. 762. — »Petitio nobilis viri.«

» 28 » (16217) Repetit n° 15833 d. d. 1255. Apr. 30: »v kal. Febr. a° 2°« — »Quia ordinem vestrum.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 112. n° 156.

» 28 » • (16218) Parochiae in Pollingen cum monasterio Felicis Portae coniunctionem confirmat. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 72.

» 28 » • (16219) Monasterium Otterburgense ord. Cisterc. Magunt. dioc. cum universis possessionibus tuendum suscipit. v kal. Febr. (a° 2°). ‖ Würdtwein Monast. Palat. I. 226, *male ad* a. 1255.

» 29 » • (16220) (Guilelmo Radulpho) episcopo et capitulo Carcassonensibus ecclesiam b. Mariae de Alsona cum omnibus bonis et iuribus confirmat, quam eis (Guilelmus Arnaldi) episcopus Carcassonensis donaverat. iv kal. Febr. a° 2°. ‖ De Vic Chron. episcop. Carcasson. 105; Mahul Cartul. V. 558.

» 30 » (16221) Repetit n° 16071 d. d. 1255. Oct. 21: »iii kal. Febr. a° 2°« — »Ex parte vestra.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 112. n° 157.

Febr. 3 » (16222) Priori fratrum Praedicatorum et decano ecclesiae s. Martini Mindensis et Alfrimo canonico Osnaburgensi scribit de controversia inter Gerardum rectorem ecclesiae de Remello(?) et Henricum dictum Stempel clericum Osnaburgensem exorta super quadam praebenda vacante in ecclesia s. Iohannis Osnaburg., eisque mandat, ut latam in praefatum rectorem excommunicationis sententiam denuntient esse nullam, et partes ad iudicum remittant examen. iii non. Febr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 295. n° 57. — »Sua nobis Gerardus.«

» 3 » (16223) Vicarium prioris provincialis fratrum Praedic. ordinis in Hibernia rogat, ut P(atritio) Ra(t)potensi episcopo, professori dicti ordinis ferventi, duos fratres concedat in socios. iii non. Febr. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. n° 58. — »Constitutus in presentia.«

» 3 » (16224) Electo Toletano mandat, faciat ut provisio ab Innocentio IV pp. (Lupo) Marochitano episcopo in provincia Toletana concessa (*vid.* n° 14244) ab episcopis *etc.* integre exhibeatur. iii non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 112. n° 158. — »Venerabilis frater noster.«

» 3 » (16225) Priori generali et fratribus ordinis Heremitarum de Monte Carmeli declarationem, correctionem ac mitigationem regulae ad instar Innocentii IV pp. confirmat. iii non. Febr. a° 2°. ‖ Bullarium Carmel. I. 15. n° 3; Ripolli Bullar. Praed. I. 296. n° 59; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 628; *gallice* ap. Touron Histoire I. 230. — »Cum a nobis.«

» 4 » (16226) Capitulo Herbipolensi scribit de quaestione inter Iringum Herbipolensem episcopum et Henricum electum Spirensem super episcopatu Herbipolensi *etc.* orta, de adiudicatione eiusdem episcopatus praefato Iringo *etc.* Cum eundem episcopum Iringum ad ecclesiam Herbipolensem cum plenitudine gratiae apostolicae remittat, eos hortatur, ut illum cum pervenerit hilariter recipiant ipsique debitam obedientiam impendant. ii non. Febr. a° 2°. ‖ Meerman Graaf Willem V. 229. — »Orta olim inter.«

• *In eundem modum eodemque die* Clero civitatis et dioc. Herbipolensis — Civitati et diocesi Herbipolensi — Vassallis et ministerialibus ecclesiae Herbipolensis — W(illelmo) regi Romanorum — (Henrico) abbati Fuldensi ord. s. Ben. Herbipol. dioc. eique mandat, ut eundem episcopum in possessionem bonorum episcopatus ipsius inducat.

1256.

Febr. 4 Laterani • (16227) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut de cetero per litteras apostolicas de prioratibus et decanatibus, ecclesiis *etc.* ad Cluniacenses spectantibus nulli provideri possit *etc.* ii non. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. Cluniac. 126.

» 5 » (16228) Iacobo canonico ecclesiae s. Clementis de Urbe mandat, ut archipresbyterum et capitulum maioris ecclesiae civitatis Castellanae, quibus ruralem ecclesiam s. Sisti ad monasterium s. Eliae ord. s. Ben. Nepesinae dioc. spectantem cum terris et possessionibus ad usum communis mensae concesserit, in corporalem ipsius ecclesiae ac terrarum possessionem inducat et tueatur inductos. Non. Febr. a° 2°. ‖ Garampi B. Chiara 284. — »Ex parte dilecti.«

» 5 » (16229) Episcopo Herefordensi mandat, omnem adhibeat diligentiam, ut mercatoribus, qui ad promotionem et expeditionem negotii regni Siciliae pecuniam mutuarunt, nunc autem continuis apud sedem apostolicam insistunt clamoribus importunis et parati sunt ad possessiones ecclesiarum Urbis avidas manus extendere, haec debita ex decima ecclesiasticorum proventuum regni Angliae per (Henricum) regem totaliter persolvantur. Non. Febr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 10; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 927. n° 36. — »Pluries nobis extitit.«

» 5 » (16230) Abbatissae et conventui monasterii s. Stephani de Ruta Ferrariens. dioc. vivendi formulam de regula s. Benedicti ad mandatum Innocentii IV pp. pro illis excerptam concedit et confirmat. Non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 113. n° 159. — »Solet annuere sedes.«

» 5 » (16231) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi concedit facultatem possessiones ecclesiae suae in variis diocesibus ac territoriis positas ac parum utiles vendendi aut commutandi in alias utiliores. Non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 114. n° 160. — »Cum sicut in.«

» 5 » (16232) Repetit n° 16063 d. d. 1255. Oct. 16: »Non. Febr. a° 2°« — »Convenit ut sacer.« ‖ Sbaralea l. c. n° 161.

» 6 » (16233) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Montis Sancti Tudertini ord. s. Dam. diploma Innocentii IV pp. (*vid.* n° 11406) de bonis et possessionibus olim monasterii s. Leucii Tudertin. istis pie concessis et collatis innovat et confirmat. viii id. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 162. — »Gratae Deo religionis.«

» 6 »A° D[i] 1256. indict. XIV. eo die quo statio s. Vitalis celebratur, dominus Alexander pp. IV consecravit altare b. Constantianae filiae Constantini imp., in quo corpora Atticae, Artemiae et Merentianae virg. et mart. . . . reconduntur. Cui consecrationi tota Romana curia interfuit Stephanus Praenestinus episc. Tusc. Ugo tit. S. Savinae Iohannes tit. S. Laurentii in lucina presbyteri cardinales Iohannes S. Nicolai in carc. Tull. Petrus S. Georgii ad velum aureum Octobonus S. Adriani diacones cardinales Laurentius archiepiscopus Sclavensis et episcopus Mexocensis interfuere . . . .« ‖ Iscrizione sulla porta della basilica di s. Agnese in Roma *ap.* Dom. Bartolini Gli atti del mart. della nob. verg. Romana s. Agnese (Roma 1858. 4° mai.) 134.

» 7 » (16234) Abbati et conventui monasterii s. Petri de Perusio ord. s. Ben. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in suo monasterio et membris eiusdem in pensionibus aut aliis beneficiis ecclesiasticis per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius impetratas, per quas non sit ius alicui acquisitum, cogi de cetero minime possint. vii id. Febr. a° 2°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 39 *et* II. 273. — »Ut erga sedem.«

» 7 » (16235) Universis Christifidelibus per Monasteriensem, Osnaburgensem et Traiectensem civitates et dioceses constitutis vere poenitentibus et confessis, qui ad consummationem ecclesiae monialium de Libro s. Mariae [Marienbuch] in Reggerio [Rengering] Cisterc. ord. Monasteriens. dioc. manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum concedit. vii id. Febr. a° 2°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 314. n° 589. — »Quoniam ut ait.«

» 8 » (16236) Raynerio de Papia episcopo Maynensi mandat, ut si viderit expedire terras, possessiones *etc.*, quas monasterium Senatoris Papiense in plebanatu de Porletia, in territoriis de Lama et de Montanea dioc. Mediolan. obtineat vendat pro eo, quod a dicto coenobio nimis distant *etc.* vi id. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 116. n° 163. — »Dilectae in Christo.«

» 8 » (16237) Magistro et fratribus domus militiae Templi Ierosolimitani significat, se inhibere, ne quis praelatus deinceps hospitalitatem ab eis ex debito exigere vel extorquere praesumat. vi id. Febr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 11. — »Intimantibus vobis accipimus.«

» 9 » (16238) (Conradum) episcopum Frisingensem rogat et monet, ut (Eginoni) Tridentino episcopo contra perfidum Ezelinum (de Romano), qui ipsum et civitatem Tridentinam continuis incursibus impugnet, consilium et auxilium impendat. v id. Febr. a° 2°. ‖ Meichelbeck Histor. Frising. II. i. 46; Verci Stor. degli Ecel. III. 384. — »Sua nobis venerabilis.«

1256.

Febr. 9 Laterani (16239) Episcopo et capitulo Rossensibus quasdam ordinationes a b. m. Roberto episcopo Rossensi praedecessore in utilitatem ecclesiae suae factas et a praefato episcopo suppletas confirmat. v id. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 69. n° 182. — »Cum a nobis.«

» 9 » (16240) Prioribus et fratribus Eremitarum ordinis b. Mariae concedit, ut tempore generalis interdicti ianuis clausis *etc.* divina officia celebrare possint. v id. Febr. a° 2°. ‖ Bullarium Carmel. I. 16. n° 4. — »Religionis vestrae meretur.«

» 9 » (16241) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ut conveniri per litteras sedis apostolicae ab ecclesiarum praelatis et iudicibus impetratas nullatenus possint. v id. Febr. a° 2°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 204. n° 238. — »Meritis vestre sacre.«

» 9 » (16242) Universis Christifidelibus ecclesiam b. Stanizlavi in die et infra octavas translationis eiusdem sancti visitantibus indulgentiam 40 dierum concedit. v id. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 68. n° 133. — »Licet is de.«

» 9 » (16243) Universos Christifideles hortatur, ut fratres ordinis Eremitarum de Monte Carmeli benigne recipiant eisque de opportunis locis, in quibus Domino secure famulari possint, provideri curent. v id. Febr. a° 2°. ‖ Bullarium Carmel. I. 16. n° 5. — »Cum dilecti filii.«

» 9 » * (16244) (Albertum) episcopum Ratisponensem intra diocesin Tridentinam quosdam redditus possidentem ad auxilia contra Ecelini continuas incursiones provocat. v id. Febr. a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 72.

» 10 » * (16245) Primicerio ecclesiae s. Marci de Venetiis mandat, ut discordias existentes inter nonnullos cives Aquileienses et canonicos dictae ecclesiae, qui super domibus et rebus aliis invicem iniuriabantur, componat. ‖ Bianchi Docum. 70. n° 199, *perperam ad* a. 1255.

» 10 (») * (16246) Monasterii Crassensis protectionem suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. iv id. Febr. a° 2°. ‖ Mahul Cartul. II. 279.

» 11 » (16247) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus universis Cisterciensis ordinis repetit n° 16148. iii id. Febr. a° 2°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 212. n° 251. — »Cum sicut ex.«

» 11 » (16248) Eisdem repetit n° 16123. iii id. Febr. a° 2°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 197. n° 230, *perperam tributa* Alexandro III. — »Religionis vestre meretur.«

» 12 » (16249) Eisdem repetit n° 16150. ii id. Febr. *Sine anno.* ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 56. n° 55. — »Celestis amor patrie.«

» 12 » (16250) (Bolezlao) duci Cracoviae gratulatur de libertatibus et immunitatibus, quibus Cracoviensem ecclesiam decoravit, eique significat se illas confirmasse, demtis eis quae ecclesiasticae libertati adversabantur. ii id. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 68. n° 134. — »Sicut bone fame.«

» 12 » (16251) Abbati et priori de Mulembrunnen Cisterc. ord. Spirens. dioc. mandat, ut abbatissam et conventum monasterii Coronae s. Mariae Cisterc. ord. Spirens. dioc. in corporalem possessionem ecclesiae de Haslach Spirens. dioc. cedente vel decedente rectore inducant et defendant inductas. ii id. Febr. a° 2°. ‖ Mone Zeitschr. IV. 345. — »Religionis dilectarum in.«

» 13 » (16252) Repetit n° 15862 d. d. 1255. Mai. 14: »Id. Febr. a° 2°« — »Cum ad promerenda«. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 296. n° 60.

» 13 » * (16253) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut fratres Cluniacenses, cum ad monasterium Cluniacense pro generali capitulo singulis annis accedere teneantur, ad capitula alterius ordinis accedere compelli nequeant. Id. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. Cluniac. 126.

» 17 » (16254) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi concedit facultatem compellendi suffraganeos suos, ut potestates ab ipso archiepiscopo excommunicatos evitent et evitari faciant, donec illi satisfecerint. xiii kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 116. n° 164. — »Tua nobis fraternitas.«

» 17 » (16255) Decano et capitulo ecclesiae Aquensis Leodiens. dioc. ius patronatus, quod eis Otto praepositus memoratae ecclesiae in ecclesiis de Herstallio et de Berge Leod. dioc. concessit, auctoritate apostolica confirmat. xiii kal. Mart. a° 2°. ‖ Quix Cod. dipl. Aquens. I. ii. 124. n° 185. — »Iustis petentium desideriis.«

» 17 » (16256) Electo Laoniensi concedit, ut clericis et laicis suae diocesis propter violentam iniectionem manuum in viros religiosos et clericos saeculares excommunicatis, qui propter senectutem et debilitatem sedem apostolicam adire nequeant, absolutionis beneficium impertiatur. xiii kal. Mart. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 70. n° 183. — »Ex parte tua.«

» 18 » (16257) Monasteria s. Anastasii de Urbe et s. Iusti Tuscanens. dioc. Cisterc. ord. abbate fratribusque postulantibus tuenda suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. xii kal. Mart. indict. XIV. incarn. dom. a° 1255. pont. a° 2°. ‖ (Nic. Ratti) Storia di Genzano (Roma 1797. 4°) 102. — »Regularem vitam eligentibus.«

1256.

Febr. 20 Laterani (16258) P(etro) Agathensi episcopo et Vitali abbati Villaelongae Cisterc. ord. Carcassonens. dioc. mandat, ut processum super Berengarii de Graua monachi et camerarii electione in abbatem per monachos coenobii Crassensis habitum cassent, ut autem, si ipsis de praefati Berengarii idoneitate constiterit, eundem dicto monasterio in abbatem praeficiant eique munus benedictionis impendant. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Mahul Cartul. II. 283. — »Lecta coram nobis.«

» 20 » (16259) Magistro et fratribus hospitalis Ierosolymitani indulget, ut per gratias vel indulgentias quibuscunque ecclesiis aut ecclesiasticis personis saecularibusve ab apostolica sede concessas vel etiam concedendas, mentionem non facientes de praefato hospitali subiectisque ei domibus et fratribus, ipsis nullum praeiudicium generetur. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 275. n° 10; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 629. n° 25. — »Ipsa nos cogit.«

» 22 » (16260) Abbati Soricimensi [Sorèze] ord. s. Ben. Tholosan. dioc. mandat, ut, cum redditus Castri s. Cucufati B(ernardo) abbati monasterii Crassensis regimen resignanti concessi sint, licet universi eiusdem coenobii redditus fuerint usque ad sex annos creditoribus obligati, super hoc inquirat et, si expedire viderit, provisionem illam moderetur. viii kal. Mart. a° 2°. ‖ Mahul Cartul. II. 282. — »Ex parte dilectorum.«

» 22 » (16261) Archiepiscopis et episcopis per Lombardiam, Tusciam et Romandiolam ac Tarvisinam et Anconitanam marchias, ducatum Spoletanum, patrimonium b. Petri in Tuscia, Campaniam et Maritimam ac regnum Siciliae constitutis mandat, ut Eremitas ord. s. Aug. de cetero statutum Innocentii IV d. d. 1. Iul. 1253 eorum habitum spectans »firmiter observare, ac illos de Brictinis cucullas ... gestare discinctas, ac alios omnes, qui nigras non portant seu albas, ... litteris apostolicis de corrigiis cinctis super cucullas non portandis per eos impetratis nequaquam obstantibus, per censuras ecclesiasticas compellentes in eos qui contravenerint sententiam excommunicationis« promulgent. viii kal. Mart. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 467; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 117. n° 165; Pennottus Clericor. canon. hist. 76. — »Recordamur liquido et.« *Cf.* 1256. Iun. 17. n° 16425.

» 25 » (16262) Heremitis b. Mariae de Monte Carmeli indulget, ut prior generalis eiusque successores, postquam electi sint secundum regulam, statim curam animarum fratrum ipsius ordinis habeant, eos auctoritate propria ligare ac solvere valeant *etc.* ac ipsi a diffinitoribus generalis capituli absolvi et amoveri possint. vi kal. Mart. a° 2°. ‖ Bullarium Carmel. I. 17. n° 6. — »Qui ex apostolici.«

» 26 » (16263) (Crescentio) episcopo Aesino et abbati Zambon. (*leg.* Rambon.) Camerin. dioc. mandat, ut Heremitis de Brictinis ord. s. Aug. ad gestandum cucullas discinctas terminum competentem praefigant. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 118. n° 166. — »Cum venerabilibus fratribus.«

» 26 » (16264) Universis Christifidelibus, qui cum debita devotione ad monasterium Montis Lucidi iuxta Perusium ord. s. Clarae in qualibet die instantis quadragesimae et usque ad octavas paschae accesserint, indulgentiam 40 dierum promittit. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 119. n° 167. — »Vitae perennis gloria.«

» 26 » (16265) (Prandotae) episcopo Cracoviensi concedit facultatem poenitentes in diebus festivitatum s. Stanislavi et in octavis earum introducendi in ipsam ecclesiam eosque reconciliandi. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 69. n° 135. — »Cum sicut tua.«

» 26 » (16266) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus universis Cisterciensis ordinis repetit n° 15663. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 58. n° 57. — »Cum sicut ex.«

» 26 » (16267) Eisdem repetit n° 16149. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Monum. l. c. 58. n° 58. — »Cum olim felicis.«

» 29 » (16268) (Petro) episcopo Pensauriensi mandat, ne permittat ut infra 300 passus a loco fratrum Minorum de Fano ecclesia vel monasterium de novo erigatur. ii kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 119. n° 168. — »Circumspecta humilitas dilectorum.«

» 29 » (16269) Monacho electo Albensi tempus recipiendae consecrationis usque ad duos menses, postquam (Leo) archiepiscopus Mediolanensis metropolitanus in provinciam suam venerit, prorogat. ii kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 169. — »Exigentibus meritis tuae.«

Mart. 2 » (16270) P(randotae) episcopo Cracoviensi consuetudinem antiquam, ut ecclesiae Cracoviensis episcopus ordinatus canonice primum locum et vocem post metropolitanum inter suffraganeos eius obtineat, etiamsi sit posterius ordinatus, confirmat. vi non. Mart. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 69. n° 136. — »Ex tue procedit.«

» 3 » (16271) (Reginaldo) episcopo Parisiensi mandat, ut in omnes qui de cetero impedire praesumpserint, ne fratribus presbyteris ord. Praedic. fiat a volentibus libere confessio peccatorum, aut ne sermones, lectiones ac disputationes audiantur eorum, vel quod scolares magistrorum ipsorum fratrum, et iidem fratres lectionis et disputationis tem-

1256.

pore in scolis aliorum minime admittantur, excommunicationis sententiam promulget. v non. Mart. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 15 § 23; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 297; Ripolli Bullar. Praed. I. 296. n° 61. — »De quibusdam magistris.«

Mart. 3 Laterani (16272) Cancellario Parisiensi gratias agit ob concessam Thomae Aquinati licentiam docendi theologiam in academia Parisiensi eique mandat, faciat ut quam cito ille regiminis principium habeat. v non. (id. *Rip.*) Mart. a° 2°. ‖ Baluze Vit. papar. Avenion. II. 5 *absque nota chronol.*; Quetif et Echard Script. ord. Praed. I. 279; Ripoll l. c. 298. n° 64; *cf.* Bulaeus l. c. 281. — »Delectabile nobis est.«

» 3 » (16273) Cum dudum pie fuerit ordinatum, ut in vigilia assumptionis b. Mariae V. eiusdem monasterium de Monte Lucio Perusin. annis singulis a clericis et laicis processionaliter visitetur, hanc ordinationem ad preces monialium istius coenobii confirmat eandemque indulgentiis adauget. v non. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 120. n° 170. — »Si quibuslibet piis.«

» 3 » (16274) Universis Christifidelibus, qui ad monasterium monialium b. Mariae de Monte Lucio Perusin. ord. s. Dam. in vigilia et festo assumptionis B. M. V. causa devotionis accesserint annuatim, indulgentiam unius anni et 40 dierum promittit. v non. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 171. — »Splendor paternae gloriae.«

» 3 » (16275) Abbati S. Vincentii Mediolanensis mandat, faciat ut sententia quam abbas S. Dionysii Mediolanensis pro abbate et conventu monasterii s. Abundii Cumani (*vid.* 1251. Nov. 20. n° 14417) tulerit, firmiter observetur. v non. Mart. a° 2°. ‖ Tatti Città di Como II. 951. — »Sua nobis dilecti.«

» 3 » (16276) Generali, provincialibus et fratribus ordinis s. Mariae de Monte Carmeli concedit facultatem ministrandi sacramenta ecclesiastica suis familiaribus eosque sepulturae tradendi, cum decesserint. v non. Mart. a° 2°. ‖ Bullarium Carmel. I. 17. n° 7. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 4 » (16277) Ministro et fratribus Minoribus Bononiensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam semel in mense ad honorem b. Mariae V. devote visitarint, indulgentiam 40 dierum impertiri. IV non. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 121. n° 172. — »Sanctorum meritis inclyta.«

» 4 » (16278) Praeposito et fratribus de Rubono Medilanens. dioc. (ord. Humiliatorum), quibus (Leo) archiepiscopus Mediolanensis hoc monasterium, tunc monialium ord. s. Ben., concesserat, hanc concessionem confirmat. IV non. Mart. a° 2°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 268; Sbaralea l. c. n° 173. — »Iustis petentium desideriis.«

» 6 » (16279) Archiepiscopis et episcopis per provinciam Lombardiae a Bononia inclusive usque ad ultimos fines superiorum partium eiusdem provinciae, ac Ianuensem marchiam constitutis mandat, ut quorum est, illi omnes adsint electioni arbitrorum, qui in rectores civitatum debent inquirere. II non. Mart. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 297. n° 62; Sbaralea l. c. 122. n° 174. — »Exortis in agro.«

» 6 » * (16280) Abbati Cluniacensi scribit de dispensationibus, quae monachis praefati ordinis sunt concedendae. II non. Mart. a° 2°. ‖ Bullar. Cluniac. 125.

» 6 » (16281) Abbati S. Dionysii Mediolanensis mandat, citet peremptorie potestatem et commune Cumanos, qui monasterium s. Abundii Cumanum detinuerunt aliquando et bona ipsius adhuc contra iustitiam detinent occupata, ut infra duos menses per procuratorem idoneum compareant coram papa recepturi super hoc, quod ordo dictaverit rationis. II non. Mart. a° 2°. ‖ Tatti Città di Como II. 952. — »Dilecti filii abbas.«

» 7 » (16282) Abbati monasterii s. Simpliciani Mediolanensis in causa monasterii s. Abundii Cumani contra Bertarum de Cortexella, Conradum Petracam, Mandrolum de Lavezariis *etc.*, qui quasdam possessiones et res alias dicti monasterii detinentes titulo pignoris obligatas fructus perceptos ex eis in sortem denegant computare, praecepta dat. Non. Mart. a° 2°. ‖ Tatti l. c. 953. — »Dilecti filii abbas.«

» 7 » (16283) Abbati s. Dionysii Mediolanensis mandat, citet peremptorie potestatem et commune Cumanos — qui asserentes, abbatem et conventum S. Abundii Cumani debere ipsis refectionem annuam exhibere, eos in multis indebite molestabant et ex parte Innocentii pp. citati ut in certo termino comparerent propter hoc id efficere contumaciter contempserant — ut infra duos menses per procuratorem coram papa compareant. Non. Mart. a° 2°. ‖ Tatti l. c. 958. — »Dilecti filii abbas.«

» 7 » (16284) Abbati Casae Dei mandat, ut Roberto comiti Claromontensi et Arverniae excommunicato pro eo, quod Imbertum de Turre canonicum Parisiensem abbatiam s. Germani de Lambrone occupare temere intendentem eiusque socios ceperat eosque ad castrum suum adduxerat, absolutionis beneficium impendat. Non. Mart. a° 2°. ‖ (Valbonnais) Hist. de Dauphiné I. (Geneve 1722. fol.) 196. DDD. — »Ex parte nobilis.«

» 7 » (16285) Priori Camaldulensi et universis abbatibus, prioribus et conventibus ordinis Camaldulensis indulget, ut ad receptionem vel provisionem cuiusquam in beneficiis eccle-

1256.

siasticis pecunia vel pensionibus annuis *etc.* per sedis apostolicae vel legatorum ipsius litteras compelli de cetero nequeant. Non. Mart. a° 2°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 67. n° 45. — »Ut apostolicam sedem.«

Mart. 7 Laterani (16286) Inquisitoribus haereticorum in Lombardia et marchia Ianuensi concedit facultatem prorogandi potestatibus et rectoribus civitatum et locorum usque ad decem dies terminos, quibus exequantur apostolica mandata circa haereticos. Non. Mart. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 297. n° 63. — »Exortis in agris.« *Cf.* 1256. Mart. 15. n° 16293.

» 7 » * (16287) (Theodorico) electo (?) Gurcensi mandat, curet ne O. abbatissa conventusque monasterii s. Georgii in Carinthia ab aliquibus indebite molestentur. Non. Mart. a° 2°. ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 298. n° 1233.

» 7 » * (16288) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut, licet ab Innocentio IV pp. statutum sit ut exempti ratione delicti *etc.* rite possint coram ordinariis conveniri, occasione huius constitutionis nullum in ipsorum libertates et immunitates praeiudicium generetur. Non. Mart. a° 2°. ‖ Bullar. Cluniac. 127.

» 11 » (16289) Priorem provincialem fratrum ordinis Praedicatorum in Alemannia rogat, exhortetur priores et fratres sui ordinis constitutos in Magdeburgensi et Bremensi provinciis, Ratisponensi, Pataviensi, Alberstadensi, Ildesemensi et Verdensi diocesibus, ut se viriliter accingant ad liberandum proximos de manibus paganorum in Livoniae ac Prusciae partibus. Porro, ut illos de provinciis et diocesibus memoratis, qui crucis signaculo in Livoniae vel Prusciae subsidium insigniti propter paupertatem vel debilitatem illuc nequeant personaliter proficisci, a voto crucis absolvant *etc.* Addit indulgentias ac privilegia, quae transeuntibus ad subventionem dictarum terrarum elargitur. v id. Mart. a° 2°. ‖ Ripolli Bull. Praed. I. 299. n° 65; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1256 § 15; Theiner Mon. Polon. I. 69. n° 137; *cf.* Bunge Livl. UB. VI. 17. n° 325 a; Schirren Verzeichn. livländischer Gesch.-Quellen 131. n° 106. — »Qui iustis causis.«

* *In eundem modum scriptum est* (Haquino) priori provinciali ord. fratr. Praedicatorum in Dacia per Daciae, Suetiae et Norwegiae regna ‖ (Lange Dipl. Norveg. I. I. 41. n° 54) — et Priori provinciali ord. fratr. Praed. in Polonia per regnum Boemiae, Poloniam et Pomeraniam.

In eundem modum Priori et fratribus ord. Praedic. Magdeburgensibus, ut exhortentur fideles in Magdeburgensi, Brandeburgensi, Avelbergensi civitatibus et diocesibus, Alberstadensi et Verdensi diocesibus *etc.*

In eundem modum Priori et fratribus ord. Praedic. Ratisponensibus in Ratisponensi civitate et diocesi — Priori et fratribus ord. Praedic. Alberstatensibus in civitate et diocesi Alberstatensi — Priori et fratribus ord. Praed. Ildesemensibus in civitate et diocesi Ildesemensi — Priori et fratribus ord. Praedic. Viennensibus in civitate et diocesi Pataviensi — Priori et fratribus ord. Praedic. Pragensibus in civitate et diocesi Pragensi ‖ (*cf.* Erben Reg. Bohem. II. 35. n° 90) — Priori et fratribus ord. Praedic. Wratislaviensibus in civitate et diocesi Wratislaviensi — Priori et fratribus ord. Praedic. Bremensibus in Bremensi et Verdensi civitatibus et diocesibus — Priori et fratribus ord. Praedic. Amburgensibus Bremens. dioc. in Bremensi, Razeburgensi et Verdensi diocesibus — Priori et fratribus ord. Praedic. Lubicensibus in Lubicensi, Razeburgensi et Zwerinensi civitatibus et diocesibus — Priori et fratribus Friburgensibus in Misnensi civitate et diocesi et Nuemburgensi diocesi — Priori et fratribus ord. Praedic. Lippicensibus Merseburgens. dioc. in Merseburgensi et Nuemburgensi civitatibus et diocesibus, Magdeburgensi, Alberstatensi et Misnensi diocesibus — Priori et fratribus ord. Praedic. Cracoviensibus in civitate et diocesi Cracoviensi ‖ (Bunge Livl. UB. VI. 17. n° 324 a) — Priori et fratribus ord. Praedic. de Wisbu Lincacopiens. (!) dioc. in Gorlandia — Olomucensibus et Brunnensibus Olomucensis dioc. prioribus et fratribus ord. Praedic. in civitate et diocesi Olomucensi ‖ (*cf.* Palacky Reise 35. n° 249). Ripoll l. c. n° 66—82.

In eundem modum Henrico Culmensi et Henrico Curonensi episcopis de fratrum Praedicatorum et Minorum ordinibus.

» 11 » Cancellario Parisiensi: »v id. Mart. a° 2°« — »Delectabile nobis est.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 298. n° 64, *vid.* 1256. Mart. 3. n° 16272.

» 13 » (16290) Alamanno Florentino generali in marchia Anconitana iudici significat, se episcopo Senogaliensi dedisse in mandatis, ut monasterium et moniales ord. s. Aug. circa locum fratrum Minorum de Recanato faceret amoveri *etc.* Mandat ei, inducat potestatem consilium et commune Recanatenses, ut ad exequendam sententiam dicto episcopo auxilium exhibeant. III id. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 122. n° 175. — »Dilecti filii fratres.«

» 13 » (16291) Abbati et conventui monasterii de Camberona Cisterc. ord. Cameracens. dioc. indulget, ut extra diocesim Cameracensem super his, quae infra ipsam habent, a nullo trahi possint in causam per litteras apostolicas. III id. Mart. a° 2°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 59. n° 59. — »Meritis vestre religionis.«

1256.

Mart. 14 — Laterani — (16292) Inquisitoribus haereticorum in Lombardia et marchia Ianuensi concedit facultatem, ut, cum tres inter constitutiones ab Innocentio IV pp. ad pestis haereticae extirpationem editas a potestatibus vel rectoribus civitatum infra certos terminos adimpleri nequeant, dictos terminos usque ad 10 dies prorogent. II id. Mart. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 49; Sbaralea l. c. 123. n° 176. — »Exortis in agro.« *Cf.* 1256. Mart. 7. n° 16286.

» 15 — » — (16293) Abbati S. Vincentii Mediolanensis mandat, faciat ut sententia, quam in causa abbatis et conventus S. Abundii Cumani contra rectores ac clericos omnium ecclesiarum et quosdam scholares vertente super eo quod illi asserentes, praefatum coenobium debere ipsis refectionem annuam exhibere, dictum monasterium irruerant eiusque bona diripere praesumpserant, abbas S. Dionysii Mediolanensis promulgaverit, firmiter observetur. Id. Mart. a° 2°. ‖ Tatti Città di Como II. 957. — »Sua nobis dilecti.«

» 18 — » — (16294) Abbati monasterii de Astino ord. s. Ben., priori fratrum Praedicatorum Bergamensi et archipresbytero Novariensi significat, se hortatum esse et rogavisse potestatem consilium commune et rectores Cumanos, ne abbatem et conventum S. Abundii Cumanos ad refectionem annuam rectoribus, clericis, scolaribus et laicis Cumanae civitatis exhibendam praetextu cuiusdam statuti compellant. Mandat eis, ut si illi praeceptum apostolicum neglexerint adimplere, eos ad id compellant. XV kal. Apr. a° 2°. ‖ Tatti l. c. 954. — »Cum dilectos filios.«

» 20 — » — (16295) Priori provinciali ordinis Praedicatorum in Lombardia mandat, ut pro quatuor fratribus alios quatuor fratres de suo prioratu assumat, quibus officium inquisitionis exequendum committat. XIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 300. n° 83. — »Olim persentiens felicis.«

» 21 — » — (16296) (Patritio) episcopo Ratpothensi concedit, ut contra laicos suae diocesis, qui non solum ydola colere et suas consanguineas vel affines in uxores ducere non abhorrent, immo contra fidem catholicam et illam auctoritatem quae sedi apostolicae divinitus est concessa, temere disputare praesumunt, ecclesiasticae censurae gladium exerceat. XII kal. Apr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 71. n° 184. — »Constitutus in nostra.«

» 21 — » — (16297) Vicario prioris provincialis fratrum ordinis Praedicatorum in Ybernia mandat, ut P(atritio) Ratpothensi episcopo duos fratres providos concedat, per quos verbum Dei proponi faciat et secundum illorum salubria consilia dirigatur. XII kal. Apr. a° 2°. ‖ Theiner l. c. n° 185. — »Constitutus in presentia.«

» 22 — » — (16298) Abbati et conventui Cluniacensibus, qui statuerant, ut redditus praebendae, quam in Carnotensi ecclesia possident, ad luminare bb. Petri et Pauli in dicto monasterio perpetualiter sint deputati, hoc statutum confirmat. XI kal. Apr. a° 2°. ‖ Duchesne Biblioth. Cluniac., Not. 106; Bullar. Cluniac. 125. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 — » — (16299) Magistro ordinis Humiliatorum mandat, ut fratres domorum secundi ordinis Humiliatorum idoneos in clericos, subdiaconos, diaconos et presbyteros promoveri faciat. X kal. Apr. a° 2°. ‖ Tiraboschii Vet. Humil. mon. II. 270; *cf.* Sala Docum. 61. n° 9. — »Dilectus filius frater.«

» 23 — » — (16300) Statuit, ut pure ac munde fiat concessio seu collatio prioratuum, ita »quod pretii datione vel sub pactione nulli tradantur, sed in eorum concessione penitus ista cessent«, *etc.* X kal. Apr. a° 2°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 630. n° 26. — »Quia personae religiosae.«

» 23 — » — (16301) Statuit, ut deinceps soli episcopi, abbates et canonici cathedralium ecclesiarum, maxime hi qui sunt in ipsis ecclesiis dignitatibus praediti, et nullae aliae personae ecclesiasticae conservatores existant. Statuit insuper, ut nulla ecclesiastica saecularisve persona, exceptis regibus et reginis quantum ad regna sua, conservatorem habeat *etc.* X kal. Apr. a° 2°. ‖ Bull. Rom. l. c. 632. n° 27. — »Quia de conservatoribus.«

» 23 — » — (16302) Priorem et fratres B. Mariae de Monte Senario, servos s. Mariae vulgariter nuncupatos, ord. s. Aug. Florent. dioc. cum omnibus bonis protegendos suscipit. Ad haec quaedam statuta regularia, quae eis b. mem. A(rdingus) Florentinus episcopus auctoritate ordinaria concessit, et b. mem. Raynerius S. Mariae in Cosmedin diac. cardinalis tunc in partibus illis legationis fungens officio confirmavit, rata habet et grata. X kal. Apr. a° 2°. ‖ Bull. Rom. l. c. 633. n° 28. — »Deo grata et.«

» 23 — (») — * (16303) Monasterii Schoenfeld privilegia confirmat et eiusdem possessiones in Dietchirchen, Vilibach, Wengin *etc.* X kal. Apr. indict. XIII (!). a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 59.

» 24 — » — (16304) Abbatissae et conventui monasterii Asculani ord. s. Dam. idem concedit, quod legitur in n° 15799. IX kal. Apr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 124. n° 177. — »Paupertati vestrae quam.«

» 25 — » — (16305) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis repetit n° 16123. VIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 57. n° 56. — »Religionis vestre meretur.«

1256.

Mart. 25 — — — * (16306) Potestati, consilio et communi Firmanis sub poena 5000 marcharum argenti, excommunicationis ac perpetuae privationis honoris civitatis et episcopatus praecipit, ut omnes captivos tam Offidanos quam Esculanos ac alios omnes qui ab hominibus et communi Firmanis detinentur, sine mora Marcellino capellano suo ad hoc deputato restituant. »Anagniae« VIII kal. Apr. a° 2°. (*Signa chronol. sunt corrupta; forsan legendum est pro* a° II° = a° V°, *i. e.* 1259.) ‖ Cronache della città di Fermo 415. n° 250.

» 27 — Laterani — (16307) (Henricum) regem Angliae rogat, ut procuratores, quos archiepiscopus Armachanus apud sedem apostolicam existens ad sua et ecclesiae suae negotia in partibus Yberniae prosequenda constituit, clementer admittat. VI kal. Apr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. II. 12. — »Rex virtutum a.«

» 28 — » — (16308) Decernit non licere communiis et scabinis in regno Franciae et eis qui in illis iurisdictionem temporalem obtinent vel iustitiam saecularem exercent, tallias, collectas aut exactiones ecclesiis vel ecclesiasticis personis imponere vel exigere ab eisdem pro domibus, praediis *etc.*, nec etiam licere illis ipsas ecclesias vel personas ad distrahendum vel alienandum aut extra manum suam ponendum *etc.* acquisita iam aliquatenus coarctare. V kal. Apr. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 674. n° 80; Sext. Decret. lib. 3. tit. 23 *de immunit. eccles.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 988, *ad* a. 1260. — »Quia nonnulli temporale.«

» 28 — » — (16309) Roberto episcopo Virdunensi regalia ecclesiae Virdunensis, cum imperium vacet ad praesens, vice regia concedit, »ita tamen, quod pro ipsis futuro regi Romanorum, cum per sedem apostolicam sua fuerit electio confirmata, fideliter exhibeas quae consueverunt a tuis praedecessoribus exhiberi.« V kal. Apr. a° 2°. ‖ Meerman Graaf Willem V. 232. — »Inter alias sollicitudines.«

» 28 — » — (16310) Rectori ducatus Spoletani mandat, compellat censura ecclesiastica priorem conventumque monasterii s. Crucis Fontis Avellanae ord. s. Ben., qui ecclesiam iuxta monasterium s. Mariae de Pelagio Eugubin. ord. s. Dam., inter civitatem Eugubinam et monasterium ipsum, de novo construere inceperant, ut ab huiusmodi aedificatione penitus desistant, monitione praemissa. V kal. Apr. a° 2°. ‖ Sartius De Eugubin. episc. 149; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 124. n° 178. — »Pro parte in.«

» 30 — » — (16311) Reginaldo episcopo Parisiensi mandat, compellat quosdam clericos Parisius commorantes, qui impio diffamationis morsu ordinem Praedicatorum lacerant et nonnullos fratrum eiusdem sacrilegis manibus verberibus affecerunt, ut dictis fratribus plenarie de praemissis satisfaciant et ab eorum molestatione desistant. III kal. Apr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Min. ad a. 1256 § 25. IV. 17; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 298; Ripolli Bullar. Praed. I. 301. n° 84. — »Dilecti filii fratres.«

» 30 — » — (16312) Dionysio patrono ecclesiae s. Elisabeth de villa Polosan(?) Strigoniensis dioc. petente ecclesiam ipsam a iure archidiaconi loci eximit. III kal. Apr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 235. n° 445; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 273. — »Arbitrantes dignum quod.«

» 31 resp. Apr. 1 — » — (16313) (Ludovico) regi Francorum indulget, ut nullus possit in terram eius excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare absque licentia sedis apostolicae speciali. II (*om. Ach.*) kal. Apr. a° 2°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 862. n° 23; Achery Spicil. III. 634; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1256 § 17. — »Illo charitatis affectu.«

» 1 — » — (16314) (Nicolao) episcopo Pragensi mandat, compellat illos clericos, qui in festo Innocentium cum maximo comitatu monasterium Brzevnoviense ord. s. Ben. annuatim intrare consuescunt et festum huiusmodi reddunt infestum, dum praesumunt ibidem multa ludibria et insanias exercere, ut a tali praesumptione desistant. Kal. Apr. a° 2°. ‖ Ziegelbauer Hist. monast. Brevnov. 227; Erben Reg. Bohem. II. 22. n° 54, *male ad* a. 1255. — »Sua nobis dilecti.«

» 1 — » — * (16315) Abbati Cluniacensi confirmat statutum, quo ordinatur, ut abbas Cluniacensis quemlibet priorem ordinis Cluniacensis amovere possit; et ut omnes causae, quae inter personas eiusdem ordinis motae per dictum abbatem sopitae non fuerint, ad generale capitulum per diffinitores terminandae deferantur. Kal. Apr. a° 2°. ‖ Bullar. Cluniac. 127.

» 2 — » — (16316) Priori Camaldulensi concedit, ut omnibus monasteriis sui ordinis Camaldulensi heremo pleno iure subiectis possit per se vel per alios visitationis officium impertiri. IV non. Apr. a° 2°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 68. n° 46. — »Quia liberius consuevit.«

» 2 — » — (16317) Eidem et universis abbatibus, prioribus et conventibus Camaldulensis ordinis significat, se eos omnes eximere a debito hospitandi episcopos et patronos. IV non. Apr. a° 2°. ‖ Mittarelli l. c. 69. n° 48. — »Ut apostolicam sedem.«

» 4 — » — (16318) Abbatissam et sorores monasterii s. Mariae Novae de Colazzo iuxta montem Politianum ord. s. Dam. protegendas suscipit earumque possessiones *etc.* confirmat. II non. Apr. indict. (IV, *leg.*) XIV. incarn. dom. a° 1256. pont. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 431. n° 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 125. n° 179. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 4 — » — (16319) Priori S. Mariae maioris Bononiensis significat, se sententias excommunicationis et interdicti in Florentinos eorumque civitatem latas relaxare, eique mandat, ut mo-

1256.

niales s. Hillari ord. s. Ben. Fesulan. dioc. ad aliquam ex propositis dispositionibus amplectendam inducere studeat, videlicet ut aut in s. Pancratii Florent. aut in aliis monasteriis, in quibus maluerint, se transferant, ex bonis S. Hillari quoad vixerint alendae; si autem in praefato s. Hillari coenobio persistere voluerint, Vallumbrosanum assumant ordinem ac abbati eiusdem obediant in omnibus, invocato ad hoc Florentinorum auxilio, quos si hoc praestare noluerint in pristinas sententias reducat. II non. Apr. a° 2°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 137. — »Intellecto quod monasterium.«

Apr. 4 | Laterani | (16320) Universos magistros, scolares et auditores Parisienses rogat, ut noxia seductorum suorum consilia et erronea vestigia penitus declinantes ordinationem pontificiam super conservatione studii Parisiensis et sententias contra ipsorum rebellionem auctoritate apostolica promulgatas humiliter observent. II non. Apr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 301. n° 85; Wadding Ann. Minor. IV. 16 § 24; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 298; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 126. n° 180. — »Si filialis obedientie.«

» 4 | » | (16321) (Henrico) abbati S. Crucis Cisterc. ord. Pataviens. dioc. causam inter Maynardum plebanum ecclesiae in Muzlich ex parte una et decanum ecclesiae in Cremes et quosdam alios ex altera super capellis de Respac et de Heinrichislath dictae ecclesiae in Muzlich pleno iure subiectis vertentem committit dirimendam. II non. Apr. a° 2°. ‖ Chmel Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth.) I. 39. — »Conquestus est nobis.« *Cf.* n° 16325.

» 4 | » | (16322) Priori Camaldulensi indulget, ut ingredientes ordinem ab excommunicationis sententia absolvat. II non. Apr. a° 2°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 70. n° 49. — »Ex parte tua.«

» 4 | » | (16323) Episcopis, abbatibus, prioribus, decanis . . . et aliis ecclesiarum praelatis per Tusciam constitutis praecipit, ut Camaldulenses Aretinae dioc. ab usurpatoribus defendant. II non. Apr. a° 2°. ‖ Mittarelli l. c. 68. n° 47. — »Non absque dolore.«

» 4 | » | (16324) Repetit n° 16311 d. d. 1256. Mart. 30: »II non. Apr. a° 2°« — »Dilecti filii fratres.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 302. n° 86.

» 4 | » | * (16325) Iubet Henricum abbatem S. Crucis, ut Meinhardum plebanum in Meusling tueatur a violatoribus iurium ecclesiae suae, cuius ad monasterium Campililiense ius patronatus attinuit. II non. Apr. a° 2°. ‖ Hanthaler Recensus I. 8. *Cf.* n° 16321.

» 5 | » | (16326) Praepositum et conventum monialium monasterii s. Mariae et s. Iohannis baptistae in Campo s. Mariae [Marienfelde] ord. s. Ben. Lubicens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit eisque omnes terras, possessiones et alia bona confirmat. Non. Apr. a° 2°. ‖ Michelsen US. f. Schleswig-Holstein I. 209. n° 19, *male ad* a. 1255. Apr. 3. — »Cum a nobis.«

» 5 | » | (16327) Abbatissae et monialibus monasterii s. Mariae de Coelestibus Cisterc. ord. confirmat concessionem Walterii de ord. Praed. episcopi Castellani ab Angelo patriarcha Gradensi subscriptam, qua inhibetur, ne ab ambitu earum ecclesiae per 150 passus locus alicuius religionis fundetur vel ecclesia aedificetur. Non. Apr. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 245. — »Cum a nobis.«

» 5 | » | (16328) Episcopis, abbatibus, prioribus . . . et aliis ecclesiarum praelatis per patrimonium b. Petri in Tuscia constitutis idem scribit, quod in n° 16081 reperitur. Non. Apr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 127. n° 181. — »De pia et.«

» 6 | » | * (16329) Le pape mande à l'évêque d'Arras, que Guy comte de Flandre et Jean seigneur de Dampierre lui ont exposé: 1° que leurs frères utérins Jean et Baudouin d'Avesnes se sont plaints à son prédécesseur le pape Innocent IV, d'être inquiétés par leurs compétiteurs dans la possession de leurs biens héréditaires sous prétexte que leur naissance est illégitime; 2° . . . .; 8° que J. et B. d'Avesnes n'ont pas voulu se rendre à la citation de ces derniers (*i. e.* l'évêque de Cambrai, l'abbé de Cîteaux et le doyen de Laon), et qu'ils ont continué d'en appeler à la cour de Rome. C'est pourquoi le pape ordonne à l'évêque d'A. de se transporter en personne à Anvers, afin d'agir dans les débats susdits d'après les lettres de l'évêque de Cambrai *etc.* VIII id. Apr. a° 2°. ‖ Saint Genois Inventaire 32. n° 93.

» 7 | » | (16330) Roberto de Miners militi et Evae uxori eius Dunkeldensis diocesis indulget, ut in matrimonio, non obstante quod alter reliquum quarto affinitatis gradu contingere dicatur, remanere licite possint. VII id. Apr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 71. n° 186. — »Consuevit sedes apostolica.«

» 8 | » | (16331) Matthiae nepoti fel. mem. Gregorii pp. praedecessoris sui potestati, iudici et consilio Anagninis, qui capitulum et clericos Anagninos pro quacumque occasione vel causa compellebant in sua curia respondere, mandat ut protinus corrigant praemissa. VI id. Apr. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 315. — »Cum tu fili.«

» 8 | » | (16332) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Iherosolimitani indulget, ut archiepiscopi et episcopi et alii ecclesiarum praelati in eorum ecclesiis eo tantummodo sint iure contenti, quod ipsi et praedecessores ipsorum ab eis eorumque praede-

1256.

cessoribus hactenus habuisse noscuntur. VI id. Apr. a° 2°. ‖ Strehlke Tab. 376. n° 534. — »Ante oculos mentis.«

Apr. 9 | Laterani | (16333) Monasterio s. Mariae de Virginibus de Venetiis ord. s. Marci omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. V id. Apr. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 45. — »Cum a nobis.«

» 9 | » | (16334) Lanfranco generali et universis provincialibus, prioribus et fratribus ordinis Eremitarum s. Aug. scribit, approbans processum Richardi S. Angeli diaconi cardinalis, quo universas domos illorum et congregationes, »quarum quaedam s. Guilelmi, quaedam s. Augustini ordinum, nonnullae autem fratris Iohannis Bonae, aliquae vero de Fabali, aliae vero de Brictinis censebantur et apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillabant,« in unam ordinis Eremitarum s. Aug. professionem et regularem observantiam perpetuo counivit *etc.,* se omnia haec rata habere et confirmare; insuper autem personas eorundem ac domos protegendas suscipiens statuere, ut nigris dumtaxat et nullis aliis alterius coloris cucullis utantur de cetero universi. V id. Apr. (IV non. Mai. *Emp., Bull. R.*) a° 2°. ‖ Wadding Ann. Min. II. 470; Empoli Bullar. 18. n° 18; Cherubini Bullar. I. 111; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 635. n° 29. — »Licet ecclesiae catholicae.«

» 9 | » | (16335) Universos priores tam provinciales quam conventuales ceterosque fratres ordinis Eremitarum s. Aug. monet et hortatur, ut generali priori tamquam suo capiti obedientiam et reverentiam impendant. V id. Apr. a° 2°. ‖ Empoli l. c. 20. n° 19. — »Apostolicae sedis provisio.«

» 9 | » | (16336) Abbati Cystercii eiusque coabbatibus et fratribus universis Cysterciensis ordinis ad I(ohannis) tit. S. Laurentii in lucina presb. cardinalis supplicationes privilegia et indulgentias ac gratias ipsi ordini a sede apostolica concessa, non obstantibus quibuslibet constitutionibus, provisionibus, diffinitionibus et ordinationibus factis vel promulgatis ab eadem sede ad instantiam praelatorum ecclesiae Gallicanae et quorumcunque aliorum, confirmat. V id. Apr. a° 2°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 83. — »Plantatus olim in.«

» 10 | » | (16337) Abbati monasterii s. Genovefae Parisiensis ord. s. Aug. concedit, ut fratribus ordinis Praedicatorum, quando cum eo in mensa comederint, licentiam loquendi in mensa ipsa concedat. IV id. Apr. a° 2°. ‖ Gallia christ. VII. instr. 245. — »Tuis devotis supplicationibus.«

» 12 | » | (16338) (Ludovicum) regem Francorum rogat et hortatur, ut (Reginaldo) episcopo Parisiensi ad cohibendam insolentiam clericorum quorundam Parisius commorantium, qui sacrilegis manibus fratres ordinis Praed. Parisienses verberibus affecerint *etc.,* impendat auxilium. II id. Apr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Min. IV. 17 § 25; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 298; Ripolli Bullar. Praed. I. 302. n° 87. — »Dilecti filii fratres.«

» 13 | » | (16339) Generali et provincialibus prioribus ac universis fratribus Eremitarum ord. s. Aug. significat, se inhibere, ne quis de eorum virgultis et hortis, terris, vineis *etc.,* quae propriis manibus aut sumptibus colunt, decimas exigere vel extorquere praesumat. Id. Apr. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 21. n° 20. — »Ut eo fortius.«

» 13 | » | * (16340) Repetit n° 16337 d. d. 1256. Apr. 9: »Id. Apr. a° 2°« — »Plantatus olim in.« ‖ Liber privileg. ordinis Cisterc. I. 9.

» 21 | » | (16341) P(etro) episcopo Magalonensi mandat, moneat, si correctio excessuum canonicorum ad capitulum Magalonensis ecclesiae de consuetudine pertineat, capitulum ipsum, ut excessus ipsos infra terminum competentem diligenter corrigat, alioquin illos ipse corrigere non postponat. XI kal. Mai. a° 2°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 371. — »Tua nobis fraternitas.«

» 26 | » | (16342) Abbatem et conventum monasterii s. Mariae Amalphitanorum de Latina Constantinopolitani sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem libertates et immunitates antiquas et rationabiles consuetudines *etc.* eis confirmat. VI kal. Mai. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 222. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 27 | » | (16343) Abbati et conventui monasterii de Lunders ord. s. Ben. S. Andreae dioc. significat, se inhibere, ne diocesanus vel loci archidiaconus occasione onerum, quae soli perpetui vicarii ecclesiarum quas monasterium in Aberdonensi diocesi in proprios usus habeat supportare tenentur, aliquid de portione quam monasterium in eisdem ecclesiis obtineat, exigant vel dictam portionem sequestrent. V kal. Mai. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 71. n° 187. — »Petitio vestra nobis.«

» 27 | » | (16344) Magistro et provincialibus eorumque vicariis ordinis fratrum Praedicatorum concedit, ut illos fratres, qui archiepiscopis et episcopis quandoque in socios deputantur, corrigere ac etiam possint ad eundem ordinem revocare. V kal. Mai. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 302. n° 88. — »Sacre religionis vestre.«

» 27 | » | (16345) Ministro, custodi et fratribus Minoribus Cataniensibus, quibus Oddo Capotius electus Cataniensis ecclesiam s. Michaelis 1256. Apr. 19 concessit, hanc concessionem confirmat.

1256.

		v kal. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 127. n° 182; *cf.* Wadding Ann. Minor. IV. 97 § 22. — »Sacrae vestrae religionis.«
Apr. 27	Laterani	(16346) Generali et provincialibus prioribus ac fratribus ordinis Eremitarum s. Aug. concedit, ut in locis ecclesiastico interdicto suppositis divina possint celebrare. v kal. Mai. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 17. n° 16. — »Vobis assidue regnum.«
» 29	»	(16347) Abbatissae et conventui monasterii de Monticello ord. s. Dam. Florent. dioc. monasterium s. Miniatis situm iuxta civitatem Florentinam ord. s. Ben. cum omnibus domibus, hortis *etc.* pleno iure perpetuo possidendum concedit. III kal. Mai. a° 2°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1388. — »Ancillarum Christi vasa.«
» 29	»	(16348) Generali et provincialibus prioribus presbyteris ordinis Eremitarum s. Aug. indulget, ut volentibus eorum aggregari collegio, qui suspensionis, interdicti vel excommunicationis sententiis sint ligati, absolutionis beneficium impertiri possint *etc.* III kal. Mai. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 17. n° 17. — »Caelestis amor patriae.«
» 29	—	(16349) (Conradum) archiepiscopum Coloniensem laudat eique gratias agit, quod fratres Minores in provincia Coloniensi commorantes beneficiis afficiat, et eundem ad perseverandum hortatur. »Anagniae« (*error scriptoris?*) III kal. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 128. n° 183. — »Intimantibus nobis dilectis.«
(» 1-15) | (») | (16485) Urbevetanum episcopum cum legationis officio ad Graecos mittit, ut conditionibus et pactis sub certa mensura iam approbatis instructus illos a schismate revocet et restituat ecclesiae. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1256 § 48—55; Wadding Ann. Minor. IV. 38 § 39. — »Haec sunt recognitionis.«

» 17 | » | (16486) Abbati Marbacensi ord. s. Aug. Basiliens. dioc. mandat, ut abbati et conventui S. Trutperti ord. s. Ben. Constanciens. dioc. ecclesiam de Crozingen eiusd. dioc. cum omnibus iuribus et rationibus suis conferat et assignet. xvi kal. Aug. a° 2°. ‖ Mone Zeitschr. XXI. 467. — »Ex parte dilectorum.«

» 18 | » | (16487) (Wolimiro) episcopo Cuiaviensi, priori fratrum Praedicatorum in Culmen et scolastico ecclesiae Wladislaviensis mandat, cogant magistrum ac fratres domus s. Mariae Theutonicorum in Pruscia, ut compositionem cum (Andrea) episcopo et capitulo Plocensibus super decimis terris possessionibus iuribus *etc.* in terra Culmensi Plocens. dioc. provide factam observent. xv kal. Aug. a° 2°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 101. n° 104; *cf.* Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. II. i. 59. n° 71. — »Sua nobis venerabilis.«

» 18 | » | (16488) S. Andreae et Glasguensi episcopis, abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per S. Andreae et Glasguensem civitates et dioceses constitutis mandat, ut illos qui possessiones res vel domos monasterii de Driburgh Praemonstr. ord. S. Andreae dioc. irreverenter invaserint *etc.*, excommunicent *etc.* xv kal. Aug. a° 2°. ‖ Liber S. Marie de Dryburgh 202. n° 252. — »Non absque dolore.«

» 18 | » | (16489) Arelatensi et Aquensi archiepiscopis et eorum suffraganeis ac abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis et clericis universis cuiuscunque ordinis per Arelatensem et Aquensem provincias constitutis mandat, ut de bonis, quae fratribus ord. Praedic. pro aedificiis, libris, vestibus *etc.* largiantur, tertiam vel quartam partem minime extorqueant, sed potius onera paupertatis eorum subsidiis relevent. xv kal. Aug. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 315. n° 114. — »De pia et.«

• *In eundem modum* Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus ... per regnum Siciliae et Apuliae constitutis,
» » » » » » » » » Burdegalensem et Auxitanam provincias constitutis. ‖ Ripoll l. c. n° 115. 116.

» 18 | » | (16490) Ministro et fratribus ordinis Minorum Urbevetanis scribit idem, quod reperitur in n° 15954 d. d. 1255. Iul. 27: »xv kal. Aug. a° 2°« — »Cum ad promerenda.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 148. n° 220.

» 18 | » | (Gerhardo) archiepiscopo Mogontino: »xv kal. Aug. a° 2°«. ‖ Cherubini Bullar. I. 111, *al., vid.* 1256. Iul. 28. n° 16506.

» 21 | » | (16491) Archiepiscopos et episcopos ac abbates ... et alios ecclesiarum praelatos monet et hortatur, ut in parochiis suis, in quibus iurisdictionem ecclesiasticam acceperint, sub anathematis interminatione inhibeant, ne quis possessiones vel redditus abbatum et conventuum Praemonstratensium aut res alias eorum violenter auferre *etc.* praesumat. xii kal. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 677. n° 83. — »Etsi universos Christifideles.«

» 21 | » | • (16492) Praelatis notum facit, se fratribus hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe concessisse, ut propter defectum fratrum fratres cuiusvis ordinis, excepto Carthusiensi, libere recipere possint. xii kal. Aug. a° 2°. ‖ J. A. Toussart Diplom. S. Spiritus Monspeliensis I. 29.

» 22 | » | (16493) Generali et provincialibus ministris ordinis Minorum indulget, ut fratres quos pro tempore in proprios habuerint professores, absolutionis et dispensationis beneficium ipsis valeant impertiri. xi kal. Aug. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 438. n° 10; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 148. n° 221. — »Ordinis vestri generosa.«

» 23 | » | (16494) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus, praepositis et conventibus Praemonstr. ordinis indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut

1256.

beneficiis ecclesiasticis per litteras sedis apostolicae vel legatorum ipsius minime teneantur. x kal. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 677. n° 84. — »Sacra vestri ordinis.«

Iul. 23 | Anagniae | (16495) Eosdem cum omnibus possessionibus et bonis, quae tam in decimationibus quam in aliis rebus ecclesiasticis possident, sub b. Petri et sua protectione suscipit. x kal. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige l. c. 678. n° 85. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 23 | » | (16496) Eisdem omnes libertates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. x kal. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige l. c. n° 86. — »Solet annuere sedes.«

» 23 | » | (16497) Archiepiscopo Rhemensi et eius suffraganeis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Rhemensem provinciam constitutis mandat, ut Praemonstratensium molestatores rerumque illorum raptores excommunicatione feriant. x kal. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige l. c. n° 87. — »Non absque dolore.«

» 23 | » | (16498) S. Alexii de Urbe, de Antverpia et de Midelburgo abbatibus Praemonstr. ord. Traiectens. et Cameracens. diocc. transmittit renovata statuta pro reformatione dicti ordinis a Gregorio pp. IX edita eisque mandat, ut illa in generali Praemonstratensi capitulo solemniter publicent, servent et ab aliis inviolabiliter observari faciant. x kal. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige l. c. 679. n° 88. — »Foelicis recordationis Gregorius.«

» 25 | » | (16499) Abbatissae et conventui S. Caeciliae in Phullingen ord. s. Dam. Constantiens. dioc. concedit, ut a nemine conveniri per litteras apostolicas possint. viii kal. Aug. a° 2°. ‖ Bergmann *in* Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen V. 320. — »Celestia querentibus terrenis.«

» 25 | » | (16500) Abbatissae et conventui monasterii monialium inclusarum s. Angeli Esculan. concedit *idem.* viii kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 149. n° 222. — »Caelestia quaerentibus terrenis.«

» 25 | » | (16501) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus, praepositis et conventibus Praemonstrat. ordinis indulget, ut ad praestandas archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis exactiones, tallias et collectas et ad subeunda aliqua mera insolita compelli per praelatos nullatenus possint praefatos. viii kal. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 680. n° 89. — »Sacra vestri ordinis.«

» 25 | » | (16502) Archiepiscopos et episcopos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos hortatur, moneant parochianos suos, ut ea quae Praemonstratensibus nequiter abstulerint, eis integre restituant. viii kal. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige l. c. 681. n° 90. — »Etsi universos Christi.«

» 27 | » | (16503) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et ceteris ecclesiarum praelatis per Lombardiam constitutis repetit Innocentii IV n° 11746 d. d. 1245. Iul. 21, paucis mutatis: »vi kal. Aug. a° 2°« — »Nimis iniqua vicissitudine.« ‖ Sbaralea l. c. 149. n° 223.

» 27 | » | (16504) (Leoni) archiepiscopo Mediolanensi et (Petro) Terdonensi, (Thomae) Imolensi et (Guilelmo) Reginensi episcopis *in eundem modum.* vi kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 150. n° 224. — »Nimis iniqua vicissitudine.«

» 28 | » | (16505) Ministro fratrum ordinis Minorum in Francia, postquam Summam rec. mem. fratris Alexandri (de Ales) super quaestionibus theologicis magnopere laudavit, mandat, ut ad perfectionem eiusdem Summae Guillelmo de Melitona huic sollicitudini deputato adiutores assignet. v kal. Aug. a° 2°. ‖ Quétif et Échard Script. ord. Praedic. I. 321; Sbaralea l. c. 151. n° 225. — »De fontibus paradisi.«

» 28 | » | (16506) (Gerhardo) archiepiscopo Maguntino scribit, circumquaque districta explorandum esse indagine, cum instet tempus electionis celebrandae de rege in imperatorem postmodum promovendo, ut talis reperiatur et eligatur, qui fidelis et devotus existat ac idoneus et sufficiens reputetur ad obtinendi tanti honoris culmen et imperii regimen exercendum. »Qualiter Fridericus olim Romanorum imperator et sui progenitores et posteri erga matrem ecclesiam se gesserint, ... patens est et cognitum toti orbi. ... In hoc pravo genere patrum in filios cum sanguine derivata malitia. ... Ex quo liquido perpendi potest, ... quid sperandum sit in futurum de illis; ... vita namque ac gesta praedecessorum perversa nec horribilis et scelesta eorum memoria quicquam boni de ipsorum posteritate credere vel sperare permittit.« Ideoque ei mandat sub poena excommunicationis, ut Conradum puerum natum quondam Conradi filii Friderici olim Romanorum imperatoris nullatenus in regem eligat nec nominet nec consentiat in eundem. Aliis vero coelectoribus suis inhibeat, ne istum ad hoc nominent vel eligant, promulgando in eos excommunicationis sententiam, si contra hanc inhibitionem venire tentaverint. v (xv *Cherub., al.*) kal. Aug. a° 2°. ‖ Bzovius Ann. ad a. 1255 § 1. XIII. 618; Cherubini Bullar. I. 111; Matthaeus Summa 7; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 639. n° 33; Raynaldi Ann. ad a. 1256 § 3—6 (*deficiente initio incip.* »Intelleximus quod«); *sic repetit. in* Leibnitii Cod. iur. gent., prodrom. 11; ap. Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI.) Forts. 37. n° 35. — »Firma profecto consistit.«

• *In eundem modum* (Arnoldo) Trevirensi archiepiscopo,
» » (Conrado) Coloniensi archiepiscopo.

1256.

Iul. 28 Anagniae (16507) Abbatissam et sorores monasterii s. Mariae in Gutnowe ord. s. Ben. Constantiens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque illarum possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat v kal. Aug. ind. XIV. incarn. dom. a° 1256. pont. a° 2°. ‖ Gerbert Nig. Silva III. 163. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Aug. 1 » (16508) Addae S. Stephani Cadomensis et Guillelmo de Troarn. abbatibus Baiocens. dioc. et fratri Thomae de Rubeo Mon(te?) ord. fratr. Minor. mandat, ut cessionem abbatis Fiscanensis ord. s. Ben. admittant eique congruam provisionem assignent, ac de novo abbate subrogando operam navent. Kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 152. n° 226. — »Ex parte dilecti.«

» 2 » (16509) Universis Christifidelibus monasterium pauperum inclusarum s. Angeli Esculan. ord. s. Dam. in festivitatibus ss. angelorum et b. Clarae virg. visitantibus indulgentiam elargitur. IV non. Aug. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 227. — »Splendor paternae gloriae.«

» 2 » (16510) Monasterium monialium s. Mariae Claraefontis Cisterc. ord. Trevirens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. IV non. Aug. indict. XIV. incarn. dom. a° 1256. pont. a° 2°. ‖ Bertholet Hist. de Luxembourg V. pr. 47, *cf.* 107; Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 79. n° 143. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 3 » (16511) Repetit Innocentii IV pp. n° 11242 d. d. 1244. Febr. 4: »III non. Aug. a° 2°« — »Vobis assidue regnum.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 316. n° 117.

» 3 » (16512) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus, praepositis et conventibus universis Praemonstr. ordinis indulget, ut, si ab apostolica sede aliquas litteras ad cuiuscumque suggestionem contra eos contigerit obtineri super privilegiis eis ab eadem sede concessis vel eorum interpretatione »quae ad nos pertinere dignoscitur«, per illas disceptare minime teneantur. III non. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 683. n° 83. — »Pacis vestrae quaerentes.«

» 4 (») ° (16513) Gerardum electum Veronensem confirmat. II non. Aug. 1256. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 841.

» 5 » (16514) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus, praepositis et conventibus universis Praemonstr. ordinis concedit, ut novalium decimas pro ea portione, qua veteres eos contingunt, percipere valeant. Non. Aug. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 682. n° 92. — »Vestrae religionis honestas.«

» 6 » (16515) Repetit Gregorii IX pp. n° 8067 d. d. 1227. Nov. 30: »VIII id. Aug. a° 2°« — »Cum a nobis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 316. n° 118.

» 6 » (16516) Ministro et fratribus ord. Minor. de Aquila Furconens. dioc. scribit idem, quod legimus in n° 15954 d. d. 1255. Iul. 27: »VIII id. Aug. a° 2°« — »Cum ad promerenda.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 153. n° 228.

» 6 » (16517) Duci de Bruneswic indulget, ut nulli ordinarii, in quorum diocesibus terrae eius consistunt, necnon delegati *etc.* possint in eum et eius uxorem ac filios excommunicationis et in terras eius interdicti sententias proferre absque mandato sedis apostolicae speciali. VIII id. Aug. a° 2°. ‖ Sudendorf UB. I. 28. n° 41. — »Non nunquam instans.«

» 7 » (16518) Abbati monasterii s. Mariae in Redaxhusen ord. Cisterc. Halberstad. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut praefatus dux contra concessionis apostolicae tenorem a quoquam indebite molestetur. VII id. Aug. a° 2°. ‖ Sudendorf l. c. 28. n° 42. — »Cum dilecto filio.«

» 8 » (16519) Priori et conventui S. Trinitatis et decano et capitulo S. Patricii Dublinensis, ad quos spectabat electio archiepiscopi Dublinensis, notum facit, se electionem Rodulfi de Norwicia canonici ecclesiae s. Patricii in archiepiscopum Dublinensem minus canonice celebratam cassavisse et magistrum Fulconem de Sanford thesaurarium ecclesiae s. Pauli Londoniensis Dublinensi ecclesiae in archiepiscopum praefecisse. VI id. Aug. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 71. n° 188. — »Ad culmen summi.«

» 9 » (16520) Suffraganeis Terraconensis ecclesiae significat, se ad componendas querelas inter (Benedictum) archiepiscopum ex parte una et praepositum, capitulum et capellanos Terraconensis ecclesiae exortas Nicolaum de Terracina subdiaconum et capellanum suum destinare. Rogat eos, ut, cum a dicto capellano fuerint requisiti super hoc, eidem consilium et auxilium impendant. V id. Aug. a° 2°. ‖ Villanueva Viage liter. XIX. 313. — »Illam de nostra.«

» 12 » (16521) Ducis de Brunswik precibus inclinatus ecclesias conventuales necnon parochiales cum suis capellis extra et infra civitatem Brunswicensem Hildesemens. et Halberstadens. diocc. a iure diocesanorum cum omni libertate eximit. II id. Aug. a° 2°. ‖ Rehtmeyer Braunschw. Kirchen-Historie I. Beyl. 172. n° 6; UB. der Stadt Braunschweig. I. (*ibid.* 1862. 4°) 194. n° 70. — »Ut tua supplex.«

1256.

Aug. 12 Anagniae (16522) Abbati monasterii s. Mariae in Riddagshusen ord. Cisterc. Halberstad. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut praefatae ecclesiae contra huius concessionis tenorem a quoquam indebite molestentur. II id. Aug. a° 2°. ‖ Rehtmeyer l. c. Beyl. 172. n° 7. — »Cum ad preces.«

» 17 » (16523) Ministro et fratribus ordinis Minorum Veronensibus concedit, ut de male acquisitis ac incertae restitutionis legatisque indistinctis necnon de votorum redemptionibus usque ad 200 libras imperialium recipere valeant. XVI kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 153. n° 230. — »Vestrae meritis religionis.«

» 21 » (16524) Henrico (Hendrico *Wadd.*, *leg.* Heidenrico) Culmensi et Henrico Curoniensi episcopis de fratrum Praedic. et Minorum ordinibus committit, ut in terris illis, quas sedes apostolica Livoniae ac Prussiae subsidio deputaverit, ac etiam in Maguntinensi et Coloniensi provinciis fideles exhortationibus piis informent, ut se viriliter accingant ad ampliandam gloriam crucifixi et liberandum proximos de manu paganorum *etc.* XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 41 § 41; Ripolli Bullar. Praed. I. 316. n° 119; Sbaralea l. c. 154. n° 231. — »Qui iustis causis.«

» 21 » (16525) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus, praepositis et conventibus ordinis Praemonstratensis indulget, ut eis liceat famulantibus ac de mensis Praemonstratensium viventibus sacramenta ecclesiastica statutis temporibus administrare. XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 683. n° 94. — »Apostolicae sedis authoritate.«

» 21 » (16526) Rostanno capellano et nuntio suo in Anglia mandat, ut fructus, redditus et proventus omnium dignitatum et personatuum *etc.* regni Angliae, quae tanto tempore vacasse invenerit, quod ipsarum collatio sit ad sedem apostolicam secundum Laterani statuta concilii devoluta, integre colligat et ad opus (Henrici) regis Angliae conservet. XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. II. 17; Wilkins Conc. I. 720. — »Ad impendendum carissimo.«

» 21 » (16527) Eidem mandat, ut fructus, redditus *etc.* dignitatum *etc.* regni Angliae, in quibus hi qui ea obtinent non resident, integre colligat *etc.* (*ut antea*). XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 17. — »Ad impendendum carissimo.«

» 22 » (16528) Generali et fratribus ordinis s. Guilielmi concedit, ut sub regula s. Benedicti secundum institutiones s. Guilielmi remanere in solito habitu valeant. XI kal. Sept. a° 2°. ‖ Pennottus Cleric. canon. hist. 147. — »Licet olim pro.«

» 23 » (16529) (Henrico) regi Angliae fructus, redditus et proventus omnium dignitatum et personatuum *etc.* regni Angliae, quae deinceps usque ad quinquennium vacare contigerit, concedit, ut votum crucis efficacius exequi valeat pro Terrae sanctae subsidio. X kal. Sept. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. II. 17. — »Ad impendendum tibi.«

» 23 » (16530) Universis archidiaconis per regnum Angliae constitutis mandat, ut omnia beneficia in archidiaconatibus suis consistentia taxent, decimam eorum colligant eamque magistro Rostanno capellano et nuncio suo in Anglia assignent. X kal. Sept. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 17. — »Cum decima ecclesiasticorum.«

» 23 » (16531) Priori et fratribus heremitis ord. s. Wilhelmi Grossetanae dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum ordine professionem facientibus, exceptis rebus feudalibus, petere recipere ac retinere possint. X kal. Sept. a° 2°. ‖ Mon. Boica XIX. 403, XXVI. 8. — »Devotionis vestre precibus.«

» 25 » (16532) Rostanno capellano et nuncio suo in Anglia mandat, ut omnia bona mobilia ab intestato decedentium, sive de regno Angliae, sive de aliis terris (Henrici) regis Angliae fuerint, pro illa portione, quae iuxta patriae consuetudinem decedentes contingat, integre colligat ac ad opus praedicti regis conservet, ut votum suum efficacius exequi valeat. VIII kal. Sept. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. II. 18. — »Volumus et tibi.«

» 28 » (16533) Priore generali ceterisque prioribus et fratribus Heremitis s. Willelmi postulantibus eorum eremos sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. V kal. Sept. indict. XIV. incarn. dom. a° 1256. pont. a° 2°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 641. n° 34. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 28 » (16534) Inhibet, ne fratribus ordinis Minorum a praelatis ecclesiarum vel eorum subditis gravamina ulterius inferantur. V kal. Sept. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 440. n° 12; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 155. n° 232. — »Nimis iniqua vicissitudine.«

» 30 » (16535) Conventui fratrum Minorum Tyburtino ecclesiam s. Mariae maioris, quam eis auctoritate apostolica Beraldus episcopus Tyburtinus assignavit, confirmat. (III kal. Sept. a° 2° *om. W.*). ‖ Wadding l. c. IV. 439. n° 11; Sbaralea l. c. 156. n° 234. — »Ut illibata permaneant.«

» 31 » (16536) Henrico Culmensi episcopo ord. Praedic. repetit n° 16524 d. d. 1256. Aug. 21: »II kal. Sept. a° 2°« — »Qui iustis causis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 317. n° 120.

1256.

Sept. 2 Anagniae — (16537) Magistro Rustando capellano et nuncio suo in Anglia mandat, compellat archiepiscopos et episcopos regni Angliae, ut taxationes bonorum suorum ei in scriptis assignent, et decimam etiam de maneriis suis tam pro biennio praeterito quam pro anno praesenti secundum taxationes easdem integre persolvant. iv non. Sept. a° 2°. ‖ Wilkins Concil. I. 721; Rymer Foed. I. ii. 18. — »Cum sicut intellexeris.«

» 2 » — (16538) Universis archiepiscopis et episcopis per regnum Angliae constitutis de superiore epistola significat eisque mandat, ut taxationes huiusmodi eidem capellano in scriptis assignent *etc.* iv non. Sept. a° 2°. ‖ Wilkins l. c. 721; Rymer l. c. 18. — »Cum sicut intelleximus.«

» 2 » — (16539) Episcopo Norwicensi et abbati monasterii s. Petri de Burgo ord. s. Ben. Lincoln. dioc. mandat, ut decimam, redemptiones et legata necnon et obventiones ex quacumque causa provenientes subsidio Terrae sanctae integre colligant ac ad opus Henrici regis Angliae, ut votum suum efficacius exequi possit, conservent. iv non. Sept. a° 2°. ‖ Wilkins l. c. 721; Rymer l. c. 18. — »Cum nos venerabili.«

» 2 » — (16540) Rostanno capellano et nuncio suo in Anglia mandat, ut decimam ecclesiasticorum proventuum in dicto regno ecclesiae Romanae nomine pro exhoneratione debitorum ipsius ecclesiae, ad quae (Henricus) rex Angliae teneatur, colligat et ad opus praefatae ecclesiae fideliter conservet. iv non. Sept. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 18. — »Cum decimam ecclesiasticorum.«

» 2 » — (16541) (Henrico) regi Angliae indulget, ut ei eiusque heredibus, quantum ad servitia, in quibus archiepiscopi, episcopi, abbates et alii regiae curiae maneriorum suorum ratione tenentur, nullum praeiudicium generetur. iv non. Sept. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 19. — »Fidei puritas devotionis.«

» 2 » — (16542) Abbati monasterii de Burgo s. Petri ord. s. Ben. Lincoln. dioc. et Iohanni Semercot capellano suo mandat, cogant episcopum Herefordensem et omnes praedicatores in Ibernia, Herefordensi, Conventrensi et Wigorniensi episcopatibus ad crucis negotium a sede apostolica deputatos, ut de his, quae pro huiusmodi negotio ratione decimae receperint vel expenderint, sufficientem ipsis reddant et plenariam rationem. iv non. Sept. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 19. — »Volumus et praesentium.«

» 2 » — (16543) Episcopo Wigorniensi et magistro Rostanno capellano et nuncio suo in Anglia mandat, ut (Henrico) regi Angliae crucesignato ac ceteris crucesignatis regni Angliae certum terminum transfretandi in subsidium Terrae sanctae statuant. iv non. Sept. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 19. — »Volumus et praesentium.«

» 4 » — (16544) Abbatissae et conventui monasterii Avenionensis s. Clarae ord. s. Dam. concedit idem, quod legitur in n° 15846. ii non. Sept. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1317. Regest. pontif. n° 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 157. n° 235. — »Paupertati vestrae quam.«

» 5 (») — * (16545) Abbatissae et conventui S. Mariae de Wunnental Cisterc. ord. Constantiens. dioc. indulget, ut a personis liberis in earum monasterio professionem facientibus bona mobilia et immobilia, rebus feudalibus duntaxat exceptis, petere recipere ac retinere possint. ‖ Mone Zeitschrift VIII. 493.

» 7 » — (16546) Abbatissae et conventui monasterii s. Clarae Avenionensibus ord. s. Dam. significat, se omnibus vere poenitentibus ecclesiam illarum in festivitatibus b. Clarae, s. Francisci et s. Antonii conf. visitantibus indulgentiam 40 dierum concedere. vii id. Sept. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1317. Regest. pont. n° 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 158. n° 236. — »Licet is de.«

» 9 (») — * (16547) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis supplicantibus inhibet, ne ecclesiarum praelati in eos *etc.* excommunicationis vel interdicti sententias de cetero promulgare praesumant. ‖ Mone Zeitschr. VIII. 493.

» 11 » — (16548) Abbatissae et conventui S. Clarae Avenionensibus ord. s. Dam. indulget, ut de male acquisitis ac redemptionibus votorum, certis tamen conditionibus, usque ad summam 100 librarum Turonens. monetae recipere valeant. iii id. Sept. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1317. Regest. pontif. n° 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 158. n° 237. — »Necessitatibus vestris paterno.«

» 12 » — (16549) Eisdem indulget idem, quod legitur in n° 16545. ii id. Sept. a° 2°. ‖ Wadding l. c. n° 22; Sbaralea l. c. n° 238. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 13 » — (16550) Universos Christi fideles per Lincolniensem, Elyensem et Londoniensem civitates et dioceses constitutos rogat et hortatur, ut priorissae et conventui leprosarum domus b. Mariae de Pratis ord. s. Ben. Lincoln. dioc. ad consummationem monasterii sui, quod de novo reparare incoeperint, elemosinas erogent. Id. Sept. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 19; Dugdale Monast. Anglic. III. 356. — »Quoniam ut ait.«

» 16 » — (16551) Ministro et fratribus Minoribus de Venetiis concedit, ut in loco dicto Vinea ipsis a Marco Ziani legato libere valeant commorari. xvi kal. Oct. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 42; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 159. n° 239. — »Cum a nobis.«

1256.

Sept. 16 Anagniae — (16552) Prioribus et fratribus ordinis Praedicatorum in Moguntinensi provincia constitutis mandat, ut ibi pro subsidio fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Livonia, Prussia ac Curonia crucem praedicent. xvi kal. Oct. a° 2°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 381. n° 293. — »Quia iustis causis.«

» 22 » — (16553) Universis archidiaconis per regnum Angliae constitutis mandat, ut praelatos et alias personas ecclesiasticas saeculares et regulares, qui decimam proventuum suorum non solverunt, excommunicatos publice nuntient. x kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 20. — »Cum decima ecclesiasticorum.«

» 22 » — (16554) Priori et conventui monasterii de Pochele ord. s. Aug. Saresbiriens. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare eis liceat. x kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 20. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 23 » — (16555) Decano et capitulo Parisiensibus indulget, ut, cum in eorum ecclesia statutum sit, ut in assecutionem domorum canonicalium existentium in claustro Parisiensi antiqui canonici iunioribus praeferantur, nulli de domibus huiusmodi contra eiusdem statuti tenorem providere teneantur per litteras a sede apostolica impetratas. ix kal. Oct. a° 2°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre Dame de Paris II. 387. — »In ecclesia vestra.«

» 24 » — (16555 a) Ecclesiam s. Mariae de Tongerloo Camerac. dioc. ord. s. Aug. tuendam suscipit. viii kal. Oct. indict. XV. incarn. dom. a° 1256. pont. a° 2°. ‖ (J. J. Foppens) Hist. episcop. Silvaeducensis (1721. 4°) 205. — »Cum simus ad.«

» 27 » — (16556) Henrico Angliae et Edmundo Siciliae regibus, cum iam instet festum s. Michaelis, terminus videlicet praefixus a sede apostolica, infra quem venire vel mittere capitaneum cum militia competenti in regnum Siciliae ac certam pecuniae summam ecclesiae Romanae pro expensis factis in ipso regno teneatur exsolvere, eundem terminum usque ad octavas praedicti festi prorogat. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 20. — »Venerabilis frater noster.«

» 27 » — (16557) Rostanno capellano et nuntio suo in Anglia mandat, ut episcopos, abbates et alios ecclesiarum praelatos regni Scotiae ad subsidium sedi apostolicae exhibendum pro solvendis debitis in negotio regni Siciliae conflatis compellat. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 20. — »Sortitur genitrix discrimina.«

» 27 » — (16558) Eidem mandat, ut ad colligendas redemptiones votorum crucesignatorum, legata et obventiones in regno Scotiae procedat. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 21. — »Licet super vicesima.«

» 27 » — (16559) Priorem et conventum monasterii de Pochele ord. s. Aug. Saresberiens. dioc. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras, domos, prata *etc.* eis confirmat. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 21; Dugdale Monast. Anglic. VI. 409. n° 2. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 30 » — (16560) Plebano de Birbinaria Lucan. dioc. mandat, ut, monachorum de Fiscedo ord. Vallis Umbrosae tergiversationibus non indulgens, si constiterit de illorum deformatione minime reformanda, monasterium abbatissae et conventui de Gattajola ord. s. Dam. concedat. ii kal. Oct. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 469; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 159. n° 240. — »Cum mandatum sub.«

» 30 » — (16561) Electo Sarisbiriensi mandat, ut Iohanni le Despenser constituendi capellam in fundo proprio et habendi proprium capellanum in ea concedat, si expedire viderit. ii kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 21; Wilkins Concil. I. 722. — »Dilectus filius nobilis.«

Oct. 4 » — (16562) Eidem scribit, Iohannem dictum Despenser petiisse, ut sibi concedatur licentia construendi in manerio suo de Swalefeld capellam et habendi capellanum proprium in eadem. Mandat ei, ut illi postulata concedat, si viderit expedire. iv non. Oct. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 21. — »Sua nobis dilectus.«

» 4 » — Henrico Angliae et Edmundo Siciliae regibus: »iv non. Oct. a° 2°«. ‖ Rymer l. c. 21, *vid.* n° 16566.

» 4 » — (16563) Abbati et conventui monasterii s. Martini in Monte Viterbiensi Cisterc. ord. ius tribuit successionis in eis bonis, quae monachi seclusa professione consequuturi sint. iv non. Oct. a° 2°. ‖ Bullar. Vatic. I. 135. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 4 » — (16564) Universis episcopis et abbatibus, prioribus . . . per Tusciam et ducatum Spoletanum constitutis repetit n° 16489 d. d. 1256. Iul. 18: »iv non. Oct. a° 2°« — »De pia et.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 317. n° 121.

» 5 » — (16565) Condemnat »valde perniciosum et detestabilem« libellum qui sic incipit »*Ecce videntes clamabunt foris*« quique secundum ipsius titulum »Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum« (auctore Guillielmo de S. Amore; *cf. eius* opp. Constantiae 1632. 4°) nuncupatur. iii non. Oct. a° 2°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1256 § 11. XIII. 623; Ignace de Jésus Maria Hist. des comtes de Ponthieu 180; Pinsart Trophées de la piété 292; Louvet Antiquit. de Beauvoisis II. 397; Arrêt du conseil contre les ouvrages de G. de Saint-Amour 8 et 23; Cherubini Bullar. I. 112; Wadding Ann. Minor. IV. 26 § 31; Ri-

1256.

poll l. c. nº 122; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 310; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 160. nº 241; d'Argentré Coll. iudic. I. 168: Bullar. Rom. ed. Taur. III. 644. nº 35; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1256 § 22, 23. — »Romanus pontifex de.«

Oct. 6 Anagniae (16566) Henrico Anglorum regi filioque eius Edmundo terminum, infra quem prior venire vel mittere capitaneum cum militia competenti in regnum Siciliae ac certam pecuniae summam pro expensis factis in ipso regno solvere tenetur, prout in apostolico privilegio confecto super concessione praedicti regni ei facta legitur, a die Mercurii post octavas festi s. Michaelis usque ad sex menses computandos a kalendis mensis Decembris proximo venturi prorogat. II (IV *Rym.*) non. Oct. aº 2º. ‖ Raynald. l. c. § 34; Rymer Foed. I. II. 21, *non integra.* — »Supplicantibus olim nobis.«

» 6 » * (16567) Institutionem officii cantoriae Bambergae confirmat. II non. Oct. aº 2º. ‖ Lang Regesta III. 83.

» 6 » * (16568) Capitulo ecclesiae Babenbergensis parochialem ecclesiam in Cranach confirmat. II non. Oct. aº 2º. ‖ Lang l. c. 83.

» 7 » (16569) Magistro Rostanno capellano et nuncio suo in Anglia concedit plenam potestatem concedendi liberis omnibus personis ecclesiasticis saecularibus et regularibus regni Angliae vere poenitentibus et confessis, quae decimam suorum proventuum integre persolverint, eandem indulgentiam, quae Terrae sanctae succurrentibus in generali concilio concessa est. Non. Oct. aº 2º. ‖ Rymer l. c. 22. — »Devotioni tuae de.«

» 7 » (16570) Abbatissae et conventui monasterii de Porta Coeli [Tišnowice] Cisterc. ord. Olomucens. dioc. ius patronatus, quod in S. Petri in Brunna, in Budwize et in Bites ecclesiis Olomucens. dioc. b. m. Olomucensis episcopus eis contulerat, apostolica auctoritate confirmat. Non. Oct. aº 2º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 194; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 28. nº 72, *perperam ad* a. 1255. — »Cum a nobis.«

» 7 » (16571) Priori et conventui monasterii s. Mariae de Giseburna ord. s. Aug. Eboracens. dioc., quibus b. m. Gualterus Glasguensis episcopus omnes decimas garbarum ac quasdam possessiones ad ecclesias de Longinaban, de Anant *etc.* pertinentes aº 1223. Oct. 14 in usus proprios concesserat, hanc concessionem confirmat, inserto eiusdem episcopi donationis instrumento. Non. Oct. aº 2º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 72. nº 189. — »Cum a nobis.«

» 7 » (16572) Monasterium s. Floriani ord. s. Aug. Patavions. dioc. cum omnibus bonis protegendum suscipit eiusque domos, terras, pascua *etc.* confirmat. Non. Oct. aº 2º. ‖ UB. ob der Enns III. 231; *cf.* Stülz St. Florian 322. nº 65. — »Cum a nobis.«

» 7 » * (16573) Decano et capitulo S. Stephani Bambergae parochiam in Isensheim eis a praeposito donatam confirmat. Non. Oct. aº 2º. ‖ C. A. Schweitzer Copialbuch des Colleg.-Stiftes St. Stephan zu Bamberg *in* 19. Bericht üb. d. Wirken d. histor. Vereins zu Bamberg (1856) 4, *perperam ad* a. 1255.

» 8 » (16574) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam monasterii s. Martini supra Pannoniam ord. s. Ben. in festo eiusdem sancti *etc.* annis singulis visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargitur. VIII id. Oct. aº 2º. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 274. — »Divina sapientia rationis.«

» 10 » (16575) Universis archiepiscopis et episcopis per regnum Ungariae constitutis nunciat, se, cum acceperit per relationem abbatis S. Martini supra Pannoniam ord. s. Ben. Iauriens. dioc., b. Benedicti ordinem in regno Ungariae tum propter ipsius regni depopulationem, tum propter abbatum et monachorum insolentiam ad dissolutionis miseriam devenisse, dicto abbati una cum tribus ab eo eligendis abbatibus concessisse facultatem regulariter visitandi, corrigendi et reformandi in praefatis monasteriis tam in capite quam in membris. Mandat eis, ut abbates, priores vel monachos, quos incorrigibiles dictus abbas eiusque coabbates invenerint et punierint, nullo modo in sua foveant rebellione vel etiam defendant. VI id. Oct. aº 2º. ‖ Mon. Hungar. l. c. XII. 433. — »Religionis domum Domini.«

» 10 » (16576) Abbati monasterii s. Martini supra Pannoniam ord. s. Ben. Iauriens. dioc. scribit de eodem argumento eique visitationis, correctionis et reformationis officium committit. VI id. Oct. aº 2º. ‖ Mon. Hungar. l. c. 435. — »Religionis domum Domini.«

» 10 » (16577) Eidem concedit, ut monachos et conversos sui coenobii, qui pro violenta manuum iniectione in se ipsos et pro denegata obedientia vel conspiratione in excommunicationis laqueum inciderint, ad gratiam dispensationis admittat. VI id. Oct. aº 2º. ‖ Mon. Hungar. l. c. VII. 272. — »Exhibita nobis tua.«

» 10 » (16578) Compositionem inter Bernardum priorem et conventum Cartusiae et Guigonem vel Groyn monachum et adhaerentes eis ex parte una et Henricum Portarum et Rifferium Vallis s. Mariae Domorum Cartusiens. ord., priores et procuratores universitatis priorum eiusdem ordinis, qui apud Cartusiam in generali capitulo celebrato congregatos et eis adhaerentes ex altera super modo celebrandi generale capitulum necnon et modo diffiniendi ibidem quae diffinienda *etc.* factam confirmat, tenore eiusdem inserto. VI id. Oct. aº 2º. ‖ Tromby Storia V. app. 207. nº 77. — »Ea quae iudicio.«

1256.

Oct. 11 Anagniae (16579) Episcopo Bisinianensi, archidiacono Squillacensi ac magistro Amato canonico Cusentino mandat, ut monasterium Graecorum de Tribus Pueris Gerentin. dioc. graviter collapsum de Floren. ordine reforment. V id. Oct. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 163. nº 242. — »Sua nobis dilecti.«

» 13 » (16580) (Arnoldum) abbatem et conventum S. Blasii in Nigra Silva ord. s. Ben. Constantiens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem terras, domos, possessiones *etc.* eis confirmat. III id. Oct. aº 2º. ‖ Gerbert Nig. Silva III. 169. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 13 » * (16581) Decano et capitulo ecclesiae s. Aniani Aurelianensis indulget, ne quis ordinarius, archidiaconus *etc.* in homines praedictae ecclesiae excommunicationis sententiam auctoritate propria promulgare possit *etc.* III id. Oct. aº 2º. ‖ Hubert Antiquit. de Saint-Aignan d'Orléans, pr. 123.

» 13 (») * (16582) Dispensat cum Iohanne archidiacono Kurimensi super pluralitate beneficiorum. ‖ Palacky Reise 36. nº 251.

» 15 » (16583) Archiepiscopis et episcopis per Lombardiam, Tusciam et Romandiolam ac Tarvisinam et Anconitanam marchias, ducatum Spoletanum, patrimonium b. Petri in Tuscia, Campaniam et Maritimam ac regnum Siciliae constitutis mandat, ut processus suos contra priores et fratres Eremitarum ord. s. Aug. (*cf.* Reg. sub aº 1256. Febr. 22 et Iun. 17) revocent, et inhibet eis, ne usque ad festum resurrectionis dominicae proxime futurum contra illos auctoritate litterarum praedictarum procedant; »ex tunc vero ipsos tantummodo ad assumendum et deferendum cucullas omnino nigras, tinctas vel non tinctas, non ad aliqua alia« compellant. Id. Oct. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Min. II. 472; Empoli Bullar. 21. — »Litteras nostras vobis.«

» 15 » (16584) Magistrae et sororibus hospitalis b. Mariae in Antwerpia ord. s. Aug. Cameracens. dioc. indulget, ut in parochiis suis novalium quoque decimas, de quibus hactenus aliquis non perceperit, percipere valeant. Id. Oct. aº 2º. ‖ Diercxsens Antverpia I. 279. — »Cum a nobis.«

» 17 » (16585) (Ludovico) regi Franciae gratias refert propter benevolentiam, quam fratribus Praedicatorum et Minorum sincere ostendit et exhibet, eique significat, se libellum illum perniciosum, quem per magistros Iohannem et Petrum clericos nuncios transmiserit, reprobasse et in perpetuum condemnasse. XVI kal. Nov. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 28 § 32; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 312; Ripolli Bullar. Praed. I. 319. nº 123; d'Argentré Coll. iudic. I. 169; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 163. nº 243. — »Veri solis radius.« *Cf.* 1256. Oct. 5. nº 16565.

» 17 » * (16586) Eidem respondet, se concessisse eius nuntiis quae pro fratribus Praedicatoribus postulaverint; hortatur eum, ut dictis fratribus protectionem suam servet. »Die XVII Oct.« aº 2º. ‖ Ignace de Jésus-Maria Hist. des comtes de Ponthieu 183; Arrêt du conseil contre les ouvrages de G. de Saint-Amour 11 et 27; Louvet Antiquit. de Beauvoisis II. 400.

» 18 » * (16587) Le pape annonce à l'évêque d'Arras, que Marguerite comtesse de Flandre lui a exposé que dans l'assemblée générale de Francfort feu Guillaume roi des Romains avait déclaré qu'il priverait de leurs fiefs tous ses vassaux qui dans l'année de son couronnement ne viendraient point lui prêter hommage; — qu'à cet effet il avait obtenu du pape Innocent IV des lettres pour l'abbé de Fulde, lequel avait chargé les abbés de Saint-Laurent dioc. de Liége et de Lobbes dioc. de Cambrai, d'excommunier la comtesse de Flandre et ses vassaux, au cas qu'elle continuât à prétendre à la possession des Quatre Métiers, du pays de Waes, de Grammont et du comté d'Alost, dont elle était privée par suite de la déclaration de l'empereur défunt *etc.* Il ordonne à l'évêque d'Arras de se rendre à Anvers dioc. de Cambrai, afin de prendre connaissance de ces débats. XV kal. Nov. aº 2º. ‖ Saint Genois Inventaire 33. nº 94.

» 19 » (16588) (Ludovicum) regem Franciae requirit et rogat, praebeat Turonensi et Rotomagensi archiepiscopis ac Parisiensi episcopo manum auxiliarem, ut mandata apostolica in gratiam fratrum Praedicatorum et Minorum edita efficaciter exequantur. XIV kal. Nov. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 29 § 33; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 315; Ripolli Bullar. Praed. I. 320. nº 124; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 165. nº 244. — »Non sine multa.«

» 21 » (16589) Archiepiscopos et episcopos ac abbates, priores ... et alios ecclesiarum praelatos per Franciam, Burgundiam, Picardiam, Britanniam et Normanniam constitutos hortatur, ut magistros, doctores et alios qui sive in scholis sive in praedicationibus in suggillationem et diffamationem fratrum Praedicatorum et Minorum loqui praesumpserint, nisi verba sua publice infra certum terminum revocent, suspensionis, excommunicationis et perpetuae privationis beneficiorum suorum ecclesiasticorum sententiis percellant. XII kal. Nov. aº 2º. ‖ Wadding l. c. IV. 31 § 33; Bulaeus l. c. 313; Ripoll l. c. 321. nº 125; Sbaralea l. c. 166. nº 246; Ignace de Jésus-Maria Hist. des comtes de Ponthieu 177 bis,

		1256.
		gallice; Louvet Antiquit. de Beauvoisis II. 403; Arrêt du conseil contre les ouvrages de G. de Saint-Amour 13 et 31. — »Non sine multa.«
		• *In eundem modum* Archiepiscopos et episcopos .... per Bituricensem, Ebredunensem, Aquensem, Burdigalensem, Narbonensem, Arelatensem et Viennensem provincias constitutos. ‖ Ripoll l. c. nº 126; Sbaralea l. c. 166. nº 245.
Oct. 21	Anagniae	(16590) (Petro) Turonensi et (Odoni) Rotomagensi archiepiscopis ac (Reginaldo) Parisiensi episcopo mandat, ut libellum cui titulus »Tractatus brevis de periculis novissimorum temporum« a sede apostolica condemnatum esse solemniter publicent. xII kal. Nov. aº 2º. ‖ Wadding l. c. 31. § 33; Bulaeus l. c. 314; *non integra* ap. Ripoll l. c. 322. nº 127; Sbaralea l. c. 167. nº 247. — »Quidam scripturae sacrae.«
» 21	»	(16591) Decano Cameracensi, Tornacensi in Flandria et G. de Faukeberk in Campania Leodiens. dioc. archidiaconis mandat, ut Antwerpiam accedentes iterum de natalibus Iohannis et B(alduini) de Avesnis fratrum uterinorum inquirant. xII kal. Nov. aº 2º. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1081. — »Exhibita nobis dilectorum.«
» 21	»	• (16592) Abbatissae et conventui monasterii Lucidae Vallis Cisterc. ord. Spirens. dioc. indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis compelli minime possint. xII kal. Nov. aº 2º. ‖ Mone Zeitschr. VII. 87.
» 23	»	(16593) Dunkeldensi et Candidae Casae episcopis de epistola ad priorem et conventum monasterii s. Mariae de Giseburna ord. s. Aug. Eboracens. dioc. aº 1256. Oct. 7 (*vid.* nº 16571) directa significat eisque mandat, ut illos in corporalem possessionem memoratarum decimarum et possessionum inducant. x kal. Nov. aº 2º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 73 in nº 189. — »Exhibita nobis dilectorum.«
» 23	»	(16594) Praeposito et capitulo Upsalensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in festo b. Henrici regis, cuius corpus ibidem requiescit, annis singulis visitarint, 40 dies de iniunctis poenitentiis relaxare. x kal. Nov. aº 2º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 380. nº 435; *cf.* Celse Appar. 77. nº 10. — »Licet is de.«
» 23	»	(16595) Eisdem scribit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam b. Laurentii in eius festo annuatim visitarint, 40 dies poenitentiae iniunctae remittere. x kal. Nov. aº 2º. ‖ Liljegren l. c. 381. nº 436; *cf.* Celse l. c. nº 11. — »Licet is de.«
» 23	»	(16596) Eisdem omnes libertates, immunitates ac exemptiones saecularium exactionum confirmat. x kal. Nov. aº 2º. ‖ Liljegren l. c. nº 437; *cf.* Celse l. c. nº 12. — »Cum a nobis.«
» 23	»	• (16597) (Laurentium) archiepiscopum Upsalensem ab obedientia civili potestati praestanda eximit et confirmat eius sedis privilegia papalia. x kal. Nov. aº 2º. ‖ Celse l. c. nº 13.
» 24	»	(16598) Compositionem inter abbatem conventumque monasterii in Brewnov ord. s. Ben. Pragens. dioc. et (Brunonem) episcopum capitulumque Olomucenses super instituendis ac destituendis rectoribus et plebanis in ecclesiis parochialibus factam confirmat. IX kal. Nov. aº 2º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 222; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 44. nº 111. — »Cum a nobis.«
» 27	»	(16599) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus, praepositis et conventibus ordinis Praemonstr. postulantibus indulget, ut Praemonstratenses ratione delicti coram locorum ordinariis conveniri nequeant. vI kal. Nov. aº 2º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 683. nº 95. — »Cum foelicis recordationis.«
» 28	»	(16600) Abbati eidem concedit facultatem, ut dispensationem super irregularitate aliquibus coabbatibus sui ordinis committere possit. v kal. Nov. aº 2º. ‖ Le Paige l. c. 684. nº 96. — »Personam tuam sincera.«
» 28	»	(16601) Episcopo Tornacensi ius patronatus ecclesiae de Commines, quod ei Balduinus dominus de Commines et Balduinus filius eius milites concesserant cum iure conferendi praebendas et beneficia eiusdem ecclesiae, confirmat. v kal. Nov. aº 2º. ‖ Miraei Opp. dipl. II. 1230. — »Iustis petentium desideriis.«
» 28	»	(16602) Potestatem consilium et commune civitatis Aquilae rogat et hortatur, ut inter labores instantis certaminis, incomparabilis praemium libertatis, in devotione sedis apostolicae immobiliter persistant ac iniquis conatibus malignorum »qui vos perdere sitiunt et vestrae quaerunt exterminium civitatis« animis constantibus sicut hactenus obsistant. v kal. Nov. aº 2º. ‖ Massonio Orig. della città dell'Aquila 92; Muratori Antiq. Ital. VI. 516. — »Nobis ad gaudium.«
» 28	»	(16603) Monasterium monialium s. Clarae Avenionense ord. s. Dam. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. v kal. Nov. indict. XV. incarn. dom. aº 1256. pont. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1317. Regest. pontif. nº 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 167. nº 248. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 28	»	• (16604) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam monasterii Lucidae Vallis Cisterc. ord. in nativitatis, resurrectionis dominicae et pentecostes

		1256.
		festivitatibus *etc.* accesserint annuatim, indulgentiam unius anni et 100 dierum concedit. v kal. Nov. aº 2º. ‖ Mone Zeitschr. VII. 87.
Oct. 30	Anagniae	(16605) Monasterium s. Mariae in Pozavve (Puzowe *Schoettg.*, Pozovve *La.*) ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim enumerata, iura ac privilegia confirmat. III kal. Nov. indict. XV. (XIII *Leuckf.*, XIV *Lange*) incarn. dom. aº 1256. pont. aº 2º. ‖ J. G. Leuckfeld Chronologia abbatum Bosaugiensium ed. J. M. Schamelius (Naumburg 1731. 4º) 22; P. Lange Chron. Citizence ed. Pistorius-Struve Scr. rer. Germ. I. 1178; Thuringia sacra 645; Schoettgen et Kreysig Dipl. et scr. rer. Germ. II. 442. nº 36. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 31	»	(16606) Abbatissae et conventui monasterii Lucidae Vallis Cisterc. ord. Spirens. dioc., quibus P(etrus) S. Georgii ad velum aureum diaconus card. tunc in illis partibus apostolicae sedis legatus, reddituum monasterii tenuitate pensata, ecclesiam de „Baden Spirens. dioc., in qua ius habent patronatus, in usus proprios concesserat, hanc concessionem confirmat. II kal. Nov. aº 2º. ‖ Mone Zeitschr. VII. 88. — »Iustis petentium desideriis.«
Nov. 1	»	(16607) Bisinianensi et Strongolensi episcopis ac Leoni canonico Rossanensi mandat, ut monasterium s. Angeli de Militino tunc ord. s. Basilii Rossan. dioc. — quod abbati et conventui Fontis Laureati Floren. ord. Tropen. dioc. ad reformandum de Floren. ordine commissum erat, cuius autem possessiones postmodum Fridericus olim Romanorum imperator in suum dominium revocaverat — illis restituatur eorumque dispositioni committatur tam diu, quousque ab eis de dicto Floren. ordine valeat commode reformari. Kal. Nov. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 168. nº 249. — »Oblata nobis ex.«
» 2	»	(16608) Archiepiscopos et episcopos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos hortatur, ut, si abbates Praemonstratenses canonicos sui ordinis commorantes in parochialibus ecclesiis delinquentes ad claustrum propter scandalum evitandum revocent, eisdem minime obsistant. IV non. Nov. aº 2º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 682. nº 91; Mon. Boic. XII. 421 in nº 74. — »Dilecti filii abbas.«
» 8	»	(16609) (Henricum) regem Angliae admonet, ut errores suos corrigat consuetos et ut custodiat iura ecclesiastica, sicut multotiens iuraverat. vI id. Nov. aº 2º. ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 197. — »Cum de tuis.«
» 9	»	(16610) Eidem scribit multis verbis de prorogatione termini pro conducendis militibus aut pro destinando capitaneo in regnum Siciliae et de responsione habenda ad petitiones suas per archiepiscopum Messanensem, quem ei mittat ac commendet. v id. Nov. aº 2º. ‖ Rymer Foed. I. II. 22. — »Venerabilis frater noster.«
» 9	»	(16611) Priori (ord. Praed.) Parisiensi negotium inquisitionis contra haereticos exequendae in toto Franciae regno, exceptis terris Pictaviae et Tholosae comitis, committit. v id. Nov. aº 2º. ‖ Martene Thes. anecd. V. 1814. — »Prae cunctis mentis.«
» 10	»	(16612) (Ioeno) Avenionensi episcopo apostolicae sedis legato in provinciis Arelatensi, Narbonensi *etc.* concedit facultatem interdicendi cuiuslibet praelati electionem in praemissis locis, nisi de eius consilio et consensu facta fuerit. IV id. Nov. aº 2º. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 205. not., *fragm.*
» 15	»	(16613) Universos magistros et scholares Parisienses, praemissis studii Parisiensis laudibus, hortatur, ut animos a dolosis persuasionibus avertant, fratres Praedicatores et Minores nullis vexent aut inquietent molestiis, studium alias non transferant. xvII kal. Dec. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 33. § 36; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 331; Ripolli Bullar. Praed. I. 322. nº 128; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 170. nº 251. — »Parisius peritie summe.«
» 20	(»)	• (16614) S. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. patrocinium suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 34.
» 27	»	(16615) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut fratres hospitalis s. Antonii Viennensis dioc. semel in anno recipiant in ecclesiis suis ad elemosinas colligendas *etc.* v kal. Dec. aº 2º. ‖ Meklenb. UB. II. 88. nº 781. — »Cum dilectis filiis.«
Dec. 7	—	• (Heidenrico) episcopo Culmensi: »Neapoli vII id. Dec. aº 1256.« ‖ Invent. privil. in arce Cracov. (Paris 1862) 65, *vid.* 1255. Mai. 9. nº 15845.
» 11	Laterani	(16616) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad monasterium s. Mariae de Pratis extra villam s. Albani ord. s. Ben. Lincoln. dioc. in festivitatibus b. Virginis *etc.* pura intentione accesserint annuatim, indulgentiam 40 dierum concedit. III id. Dec. aº 2º. ‖ Rymer Foed. I. II. 22; Dugdale Monast. Anglic. III. 356. — »Quoniam ut ait.«
» 12	»	(16617) Clero Fabriano Camerin. dioc. mandat, ut a fratrum Minorum »in nostro castro« (*i. e.* loco qui dicebatur Cantia) commorantium iniuriis desistant. II id. Dec. aº 2º. ‖

1256.

Wadding Ann. Minor. IV. 37. § 37 Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 173. nº 253, *cum dat.* xi kal. Dec. — »Implacida de vestris.«

Dec. 12 Laterani (16618) Ministro et fratribus ordinis Minorum Montis Formosini Ariminens. dioc. scribit idem, quod legitur in nº 15954 d. d. 1255. Iul. 27: »ii id. Dec. aº 2º« — »Cum ad promerenda.« ‖ Sbaralea l. c. 174. nº 254.

» 13 » (16619) (Fulconi) Gneznensi archiepiscopo, Cracoviensi et Wladislaviensi episcopis mandat, moneant et inducant Boleslaum ducem Slesiae, qui (Thomam) episcopum Wratislaviensem ad monasterium de Gorca [Gorkau] suae diocesis consecraturum ibidem quandam ecclesiam divertentem nocturno tempore in ipso monasterio cum (Boguphalo) praeposito et Ecardo presbitero canonico eiusdem ecclesiae necnon et aliis ipsius familiaribus ceperat, ut dictum episcopum et alios captos absque difficultate qualibet pristinae libertati restituat eosque libere abire permittat; si dux eorum monitis acquiescere non curarit, ipsum et omnes eius in hac iniquitate consiliarios et fautores singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nuncient. Id. Dec. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1256 § 10—12; Theiner Mon. Polon. I. 63. nº 127; *cf.* Mansi Conc. XIII. 947 »Concil. Lanciciense«; Cromer De orig. et gest. Polonorum lib. IX. — »Gravem ad nos.« *Cf.* 1257. Mart. 30.

» 13 » (16619 a) (Thomam) Wratislaviensem et (Guilelmum) Lubicensem [Lebus] episcopos rogat et hortatur, ut, cum Anna relicta Henrici Zleziae magnaeque Poloniae ducis, qui firmum habuerit propositum construendi in civitate Wratislaviensi monasterium ord. s. Dam., tam pii operis propositum complere cupiat, eandem auxiliis debitis pertractent. Id. Dec. aº 2º. ‖ Heyne Gesch. des Bisthums Breslau I. 467. not. 3. — »Cum sicut ex.«

» 15 » (16620) (Henricum) regem Angliae rogat et hortatur, ut propensius commendatum habeat Huguitionem dictum Matze civem et mercatorem Florentinum, cui a sede apostolica mandatum sit, ut omnem pecuniam, quam magister Rostandus capellanus et nuncius papalis in Anglia ei assignare voluerit, integre ad manus suas recipiat et fideliter conservet. xviii kal. Ianr. aº 2º. ‖ Rymer Foed. I. ii. 23. — »Cum negotium crucis.«

» 16 » (16621) Eundem rogat et hortatur, velit apud regem Scotiae taliter interponere partes suas pro G. episcopo et ecclesia s. Andreae, ut uterque in statum libertatis pristinae reducatur nec permittantur eorum libertates de cetero minui vel bona aut iura diripi aut usurpari. xvii kal. Ianr. aº 2º. ‖ Rymer l. c. 23. — »Ea novimus regalem.«

» 17 » (16622) Potestati, consilio et communitati Fanensibus iniungit, ut fratres Eremitarum de Brictinis ord. s. Aug. Fanens. dioc. commendatos habeant et specialiter super quadam domo ipsorum, quae fuit quondam Fuscoli civis Fanensis, eos nullatenus molestent. xvi kal. Ianr. aº 2º. ‖ Empoli Bullar. 16. nº 15. — »Cum ecclesias et.«

» 17 » (16623) Henrico episcopo Argentinensi, Alexandro germano eius, Henrico rectori ecclesiae de Ebersheim filio istius necnon O. scholastico Honaugensis ecclesiae indulget, ut conveniri vel trahi ad iudicium usque ad biennium nequeant. xvi kal. Ianr. aº 2º. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 419. nº 571. — »Lecta coram nobis.«

» 18 » (16624) Abbati S. Ruxorii Pisan. dioc. mandat, ut nonnullas sententias excommunicationis et interdicti per magistrum Petrum Henrici canonicum basilicae Principis apostolorum de Urbe contra moniales S. Hillari, potestatem, consilium, episcopum et praepositum Florentinos, qui mandata praedicti subdelegati apostolici neglexerant contumaciter adimplere, promulgatas per episcopos et praelatos vicinarum civitatum appellatione remota usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari et solemniter publicari faciat. xv kal. Ianr. aº 2º. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 138. — »Dilectus filius abbas.«

» 19 » (16625) Abbatissae et conventui monasterii s. Salvatoris pauperum inclusarum de Passiman. prope Castrum s. Severini ord. s. Dam. Cameracens. dioc. concedit, ne quisquam in Castro s. Severini vel eius territorio domum aut monasterium construat absque sedis apostolicae speciali mandato. xiv kal. Ianr. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 441. nº 13; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 174. nº 255. — »Sincera quam ad.«

» 23 » (16626) Guardiano et fratribus de ordine Minorum Wratislaviensibus notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam monasterii in die consecrationis, in anniversario eiusdem ac in festo b. Iacobi visitarint annuatim, indulgentiam unius anni et 40 dierum conferre. x kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 256. — »Sanctorum meritis.«

» 23 » (16627) Eisdem repetit nº 15367 Innocentii IV d. d. 1254. Mai. 15: »x kal. Ianr. aº 3º« — »Ex parte dilectae.« ‖ Sbaralea l. c. 175. nº 257.

» 23 » (16628) Abbatibus de Placz et de Ossek mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae Wissegradensis per concessiones Wladeslai praepositi aliorumque illicite alienata invenerint vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. x kal. Ianr. aº 3º. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 66. nº 167, *perperam ad* a. 1257. — »Ad audientiam nostram.«

» 23 » (16629) Abbati Praemonstratensi et ceteris coabbatibus Praemonstr. ord. concedit, ut ad exhibendum aliquas procurationes in curtibus et grangiis suis nunciis et legatis apostolicae sedis minime teneantur. x kal. Ianr. aº 3º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. II. 685. nº 98. — »Quanto studiosius divinae.«

1256.

Dec. 23 Laterani (16630) Universis Christifidelibus per Cantuariensem provinciam constitutis vere poenitentibus et confessis, qui priorissae et conventui monasterii s. Mariae de Pratis extra villam s. Albani ord. s. Ben. Lincoln. dioc. ad consummandas domos nimia vetustate consumptas manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum concedit. x kal. Ianr. aº 3º. ‖ Rymer Foed. I. ii. 23; Dugdale Monast. Anglic. III. 357. — »Quoniam ut ait.«

» 23 » (16631) Clerum civitatis et diocesis Aquilanae monet et hortatur, ut, cum terram Aquilae statuerit esse de cetero civitatem, episcopalem concedens eidem dignitatem ac Furconensem sedem ad ecclesiam ss. Maximi et Georgii de Aquila, quam deinceps cathedralem esse decreverit, transferens, episcopum quondam Furconensem nunc Aquilanum tamquam patrem suscipiant et obedientiam ei debitam impendant. x kal. Ianr. aº 3º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 380. — »Cum terram Aquilae.«

» 23 » (16632) (Berardo) episcopo Furconiensi quondam, nunc vero Aquilano de superiore epistola significat eique mandat, ut ad civitatem Aquilanam accedat seque de cetero nominet et nominari faciat episcopum Aquilanum *etc.* x kal. Ianr. aº 3º. ‖ Ughelli l. c. 381. — »Cum nos terram.«

» 28 » (16633) Dispensat cum Henrico nato nobilis viri Smilonis de Luchtemburch et Domazlava filia nob. viri Bavari camerarii (Otakari) regis Boemiae, ut matrimonialiter copulari possint, consanguinitatis quarto aut quinto gradu non obstante. v kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 178. nº 259; Erben Reg. Bohem. II. 47. nº 121; *cf.* Palacky Reise 36. nº 252. — »Cum sicut ex.«

» 28 » (16634) Guardiano et fratribus Minoribus Catacensibus, quibus b. m. F(ortunatus) Catacensis electus ecclesiam suam s. Trinitatis cum appendiciis a. 1252 m. Apr. donaverat, hanc donationem confirmat. v kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 175. nº 258. — »Cum sicut exhibita.«

» 28 » (16635) Universos archiepiscopos et episcopos ac ceteros praelatos per Alemanniam constitutos monet et hortatur, permittant ut fratres Minores verbum Dei proponant ac fidelium confessiones audiant. v kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 178. nº 260. — »Plantatus olim in.«

* *In eundem modum* Archiepiscopos . . . per Lombardiam constitutos. ‖ Sbaralea l. c. nº 261.

» 28 » (16636) Generali et provincialibus ministris ac aliis fratribus ordinis Minorum concedit facultatem, ut apostatas et insolentes sui ordinis, nisi monitis acquiescant, excommunicare, capere ac ligare et carceri tradere possint. v kal. Ianr. aº 3º. ‖ Gercken Fragm. March. VI. 87; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XV. 14. nº 17. — »Prouisionis nostre cupimus.«

» 30 » (16637) Repetit Gregorii IX nº 9092 d. d. 1233. Febr. 14: »iii kal. Ianr. aº 3º« — »Quia proni sunt.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 179. nº 262.

» 31 » (16638) Episcopo Lubucensi, cui Opizo abbas monasterii de Mezano tunc in partibus Poloniae apostolicae sedis legatus »xiv kal. Dec. pont. Innoc. IV aº 11º« (*i. e.* 1253. Nov. 18) concesserat, ut in omnes qui bona Lubucensis ecclesiae diripere aut invadere attemptarent, debite posset censuram ecclesiasticam exercerce, hanc concessionem confirmat. ii kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 264. — »Ex parte tua.«

» 31 » (16639) Magistro, custodibus et fratribus Minoribus Boemiae, Moraviae, Poloniae et Prusciae notificat, se omnibus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesias in diebus anniversariis consecrationis et dedicationis et in festis ss. Francisci et Antonii sanctaeque Clarae et post octo dies sequentes *etc.* visitaverint annuatim, indulgentiam 100 dierum largiri. ii kal. Ianr. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 467. nº 49; Sbaralea l. c. nº 263; Theiner Mon. Polon. I. 71. nº 140; *cf.* Palacky Reise 36. nº 253. — »Sanctorum meritis inclita.«

(» 20-31) (») (16640) Monasterium de Portu s. Mariae Cisterc. ord. Bremens. dioc. abbate fratribusque postulantibus tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia specialiter recensita confirmat. . . . incarn. dom. aº 1256. pont. aº 3º. ‖ Muhle Das Kloster Hude im Herzogth. Oldenburg (Oldenb. 1826. 8º) 91. nº 4. — »Religiosam vitam eligentibus.«

— — (16641) Reginae Anglorum scribit, Astenses cives nuper ad depopulationem castri Montis Calerii hostiliter processisse et Thomam de Sabaudia comitem, avunculum reginae, qui in eodem castro tunc temporis morabatur, recedentem ad civitatem se transtulisse Taurinensem et postea ab eiusdem civitatis civibus, procurantibus eisdem Astensibus, captum esse et detineri. Rogat eam et hortatur, ut personas et bona civium Taurinensium et Astensium in terris Angliae regiis existentium capi faciat et tam diu detineri, donec praedictus comes restituatur pristinae libertati. *Sine signo chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior 928. — »Nimis amarae nimiumque.«

* *In eundem modum* Regi Anglorum.

1257.

Ianr. 2 Laterani (16642) (Ottoni) episcopo Pataviensi mandat, ne permittat, ut praepositi et conventus Praemonstratensis ordinis contra indulta privilegiorum et indulgentiarum sedis apostolicae super inofficiatione parochiarum vel capellarum suarum eisdem concessarum ab aliquibus indebite molestentur. IV non. Ianr. a° 3°. ‖ Mon. Boic. XII. 401, *perperam ad* a. 1258. — »Cum multiplicata sit.«

» 3 » (16643) I(acobo) archiepiscopo Lundensi mandat, ut, quoties ab abbatissa et conventu monasterii s. Francisci Roskildensis ord. s. Dam. fuerit requisitus, bona earum a quibusvis detenta restitui illis faciat. III non. Ianr. a° 3°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 210. — »Ex parte dilectarum.«

» 3 » (16644) Generali ministro et fratribus ordinis Minorum indulget, ut in locis, in quibus degunt et celebrant divina, ad opus fratrum suorum dumtaxat habeant liberam sepulturam. III non. Ianr. a° 3°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XV. 15. n° 18, *deficiente initio.*

» 3 » (16645) Abbati de Parcho Praemonstr. ord., decano et magistro Balduino canonico ecclesiae Machliniensis Leod. et Camerac. dioec. causam abbatis et conventus monasterii de Fliderbeke ord. s. Ben. contra abbatem de Afflighem eiusdem ord. Camerac. dioc., qui sibi visitandi, corrigendi et puniendi excessus ipsorum ac alia disponendi tamquam pater abbas in eorum monasterio iurisdictionem indebite vendicabat, terminandam committit. III non. Ianr. a° 3°. ‖ Miraeus Opp. dipl. II. 861. — »Conquesti sunt nobis.«

» 3 » (16646) Abbati et conventui monasterii s. Thomae martiris de Aberbrother ord. s. Ben. S. Andreae dioc., quibus quondam Willelmus de Fornindraut miles Aberdonens. dioc. ius patronatus ecclesiae de Fornindraut concesserat, hanc concessionem confirmat. III non. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 73. n° 190. — »Lecta coram nobis.«

» 3 » (16647) Eisdem concedit, ut ecclesiam de Fornindraut et proventus eius annuam valentiam 30 marcarum sterlingorum vix excedentes suis usibus applicare possint. III non. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 74. n° 191. — »Gratia sedis apostolice.«

» 3 » (16648) Magistram et sorores hospitalis b. Mariae in Antwerpia ord. s. Aug. Cameracens. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem ecclesiam de Wesele Leodiens. dioc., terras *etc.* eis confirmat. III non. Ianr. a° 3°. ‖ Diercxsens Antverpia I. 287. — »Iustis petentium desideriis.«

» 4 » (16649) Ecclesiam monasterii s. Clarae Wratislaviensis qui in die festi eiusdem sanctae et in anniversario et consecrationis die ipsius *etc.* cum devotione accesserint, eis unum annum et 40 dies de iniuncta poenitentia relaxat. II non. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 180. n° 265; Knoblich Herzogin Anna von Schlesien. Diplom. 15. — »Sanctorum meritis inclita.«

» 4 » (16650) Ministro provinciali in Dacia mandat, ut, quoties ab abbatissa et conventu monasterii s. Francisci Roskildensis ord. s. Dam. fuerit requisitus, duos fratres ad celebrandum eis divinum officium et audiendum confessiones earum *etc.* concedat. II non. Ianr. a° 3°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 210. — »Presentium tibi auctoritate.«

» 4 » (16651) Sacristae Nemausensi mandat, compellat universitatem Marsiliensem per censuram ecclesiasticam, ut iuramentum quod de pace et concordia inter ipsos ex parte una et consules universitatemque hominum Montispessulani Magalonens. dioc. observandis praestiterunt, observent ac dictis consulibus et universitati Montispessulani de damnis et iniuriis illatis plenariam impendant satisfactionem. II non. Ianr. a° 3°. ‖ Germain Hist. du comm. de Montpellier I. 222. — »Quia inter sollicitudinis.«

» 5 » (16652) Kasimirum Cracoviae (Lancitiae *Rayn. in marg.*) et Cuiaviae ducem ac alios duces, barones et universos crucesignatos per Poloniam, Moraviam et Austriam constitutos cum familia et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, concedens ut eisdem indulgentiis et immunitatibus gaudeant, quibus gaudent crucesignati in Terrae sanctae subsidium accedentes. Non. Ianr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1257 § 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 181. n° 267; Theiner Mon. Polon. I. 72. n° 142; *cf.* Palacky Reise 36. n° 254. — »Dignum est ut.«

» 5 » (16653) De Helbinga et de Culmea prioribus ordinis Praedicatorum et guardiano fratrum Minorum in Toruno Culm. dioc. mandat, ut excommunicationis sententiam in magistrum et fratres domus s. Mariae Theutonicorum ab abbate de Mezano Placentinae dioc. tunc apostolicae sedis legato latam pro eo, quod terras paganorum quae Golens (Goleas *Rayn.*) et Polexia (Polexici *Rayn.*) vulgariter appellabantur, ipsis paganis paratis et volentibus sponte unda renasci baptimatis, gladio intrantes non sine multa sanguinis effusione sibi subiugaverant, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari faciant. Non. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 441. n° 14; Ripolli Bullar. Praed. I. 324. n° 129; Raynald. l. c. § 24; Sbaralea l. c. 180. n° 266; Theiner l. c. 71. n° 141; *cf.* Palacky l. c. n° 255. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 5 » (16654) Consulibus et universitate hominum Montispessulani postulantibus inhibet, ne qui ecclesiarum praelati vel clerici Magalonensis diocesis praesumant in ecclesiis suis re-

1257.

ceptare et taliter defensare illos laicos, qui ex mutui vel depositi aut aliis causis legitimis diversis creditoribus obligati, ut creditores ipsos iure suo defraudent. ad ecclesias loci eiusdem et alias confugiunt. Non. Ianr. a° 3°. ‖ Germain Hist. du comm. de Montpellier I. 224 *in* n° 28. — »Fidei ac devotionis.«

Ianr. 5 Laterani (16655) Cracoviensi et Wratislaviensi episcopis et abbati de Suleioy Gneznens. dioc. notum facit, se, cum Kasmirus Lansici (Lanciciae *Sbar.*) et Cuiaviae dux ac alii duces *etc.* crucesignati per Poloniam, Boemiam *etc.* constituti ad exhortationem archiepiscopi Gneznensis, fratris Bartholomaei de ordine Minorum *etc.* contra Litvanos *etc.* viriliter proficisci velint, eos cum familia et omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipere. Mandat eis, ne permittant ut illi super his ab aliquibus indebite molestentur. Non. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 182. n° 268; Erben Reg. Bohem. II. 49. n° 128. — »Cum sicut ex.«

» 5 » (16656) (Petro) episcopo Roskildensi mandat, ut Ingardi relictae (Conradi) comitis de Regenstein viduae facultatem concedat erigendi monasterium ord. s. Dam. in honorem b. Francisci in diocesi Roskildensi. Non. Ianr. a° 3°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 211. — »Ex parte dilecte.«

» 7 » (16657) Cancellario Parisiensi mandat, ut legendi Parisius in aliqua facultate nemini licentiam tribuat, nisi prius bona fide promiserit, se ordinationem apostolicam incipientem »Quasi lignum vite« et mandata in ea contenta firmiter esse observaturum. VII id. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Min. IV. 443. n° 16; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 334; Ripolli Bullar. Praed. I. 324. n° 130; Sbaralea l. c. 183. n° 269. — »Licet nos olim.«

» 8 » (16658) Abbati monasterii Scotorum ord. s. Ben. Pataviens. dioc. mandat, ut abbatissam et conventum monasterii de Porta Coeli Cisterc. ord. in possessionem ecclesiae s. Petri in Brunna Olomuc. dioc., in qua Albertus praepositus se gerat pro rectore, inducat et defendat inductas. VI id. Ianr. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 226; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 49. n° 130. — »Sua nobis dilecte.«

» 8 » (16659) Archiepiscopis et episcopis per Vasconiam et Aquitaniam constitutis mandat, ut sub nomine s. Damiani in suis civitatibus et diocesibus monasterium vel habitaculum inchoari aut inchoatum construi nullatenus permittant, nisi de ministri provincialis fratrum Minorum in Aquitania et Vasconia fieret assensu. VI id. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 442. n° 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 183. n° 272. — »Cum harum rector.«

» 8 » (16660) Universis Christifidelibus per Esculanensem civitatem et diocesim constitutis, qui ad monasterium pauperum inclusarum s. Angeli Esculan. ord. s. Dam. in die passionis dominicae annuatim accesserint, indulgentiam 100 dierum concedit. VI id. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding l. c. 443. n° 17; Sbaralea l. c. 183. n° 270. — »Vitae perennis gloria.«

» 8 » (16661) (Friderico) electo Pisano et abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Pisanam civitatem et diocesim constitutis scribit idem quod legitur in n° 16081 d. d. 1255. Nov. 21: »VI id. Ianr. a° 3°« — »De pia et.« ‖ Sbaralea l. c. 183. n° 271.

» 9 » (16662) Priori S. Antonii Perusini mandat, ut interponat efficaciter partes suas ad consummandum tractatum inter abbatem conventumque S. Pauli de Valle Pontis ord. s. Ben. Perusin. dioc. ex parte una et abbatissam conventumque monasterii s. Mariae de Monte Lucido Perusin. ord. s. Dam. ex altera super capella s. Mariae de Praesso et eius pertinentiis litigantes. V id. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 184. n° 273. — »Sicut accepimus inter.«

» 9 » (16663) (Gerhardo) archiepiscopo Maguntino eiusque suffraganeis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis mandat, ut domos monialium Vallis Lucidae Cisterc. ord. Spirens. dioc. et alia earundem bona contra malefactores defendant. V id. Ianr. a° 3°. ‖ Mone Zeitschr. VII. 89. — »Non absque dolore.«

» 9 » (16664) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus in generali capitulo congregatis mandat, curent, ut magistra et sorores de Domo Consilii [*i. e.* Rathhausen] Constantiens. dioc. eorum ordini incorporentur. V id. Ianr. a° 3°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 49. — »Viam uite presentis.«

» 9 » (16665) Priori et praelatis aliis Cisterc. ordinis indulget, ut super eis quae ipsis a sede apostolica sunt indulta, minime teneantur per illas litteras respondere, quae de ordine ipso expressam non fecerint mentionem. V id. Ianr. a° 3°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 77. n° 57. — »Cum sicut asseritis.«

» 11 » (16666) Abbatissam et moniales SS. Laurentii et Nicolai de Aquila ord. s. Dam. sub b. Petri et sua protectione suscipit ac bona, iura et privilegia eis confirmat. III id. Ianr. indict. XV. incarn. dom. a° 1257 (!). pont. a° 3°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 520. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 11 » (16667) Fratribus ordinis Praed. inquisitoribus haereticae pravitatis in provincia Lombardiae et marchia Ianuensi concedit facultatem procedendi etiam irrequisitis dioce-

1257.

		sanis eorumque vicariis contra haereticos iudicialiter confessos et obstinatos. III id. Ianr. a° 3°. ‖ Cherubini Bullar. I. 113; Ripolli Bullar. Praed. I. 325. n° 131; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 646. n° 36. — »Ad capiendum vulpeculas.«
Ianr. 11	Laterani	(16668) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Monte Lucido Perusini ord. s. Dam. indulget, ut pro molendinis et aliis bonis suis, quae ecclesiastica debent immunitate defendi, ipsae et molendinarii et ipsarum coloni ad subeundum aliqua onera publica et praestationes aliquas exhibendum minime teneantur. III id. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 185. n° 274. — »Personis quae mundo.«
» 11	»	(16669) Guardiano et fratribus ord. Minorum de Spello Spoletan. dioc. scribit idem, quod exhibetur in n° 15954 d. d. 1255. Iul. 27: »III id. Ianr. a° 3°« — »Cum ad promerenda.« ‖ Sbaralea l. c. n° 275.
» 12	»	(16670) (Lupo) episcopo Marochitano mandat, ut Fernandum Iohannis decanum Bracarensem capellanum apostolicum ab (Alphonso) rege Castellae et Legionis ad vacantem ecclesiam s. Mariae de Castrello Auriens. dioc. canonice praesentatum, si exposita ab illo constent, in dicta ecclesia instituat. II id. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 449 § 3; Sbaralea l. c. 199 in n° 303; *cf.* 186 n° 276. — »Exposuit nobis dilectus.«
» 13	»	(16671) Guardiano et fratribus ord. Minorum de Monacho [München] Frisingens. dioc. notum facit idem, quod reperis in n° 15954 d. d. 1255. Iul. 27: »Id. Ianr. a° 3°« — »Cum ad promerenda.« ‖ Sbaralea l. c. 186. n° 277; *cf.* Wadding l. c. 70 § 1.
» 13	»	(16672) Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci Roskildensis ord. s. Dam. concedit, ut frater presbyter ord. Minor., qui confessor eis fuerit deputatus, eas quae manus in se ipsas iniecerint, a poena excommunicationis absolvat. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 212. — »Ne aliqui vestrum.«
» 13	»	(16673) Eisdem concedit, ut omnes sororum possessiones, exceptis rebus feudalibus, exigere, petere ac retinere possint. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Thorkelin l. c. 213. — »Deuotionis uestre precibus.«
» 13	»	(16674) Eisdem indulget, ut ad praestationem procurationum legatorum sedis apostolicae *etc.* minime teneantur nec ad subsidia solvenda compelli possint. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Thorkelin l. c. 214. — »Paupertati uestre quam.«
» 13	»	(16675) Omnibus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam monasterii s. Francisci Roskildensis ord. s. Dam. in die consecrationis *etc.* eiusdem ac festivitate s. Clarae devote visitaverint, indulgentiam 100 dierum, necnon qui eundem in festivitatibus bb. Francisci et Antonii conf. singulis visitaverint, ... dierum concedit. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Thorkelin l. c. 212. — »Sanctorum meritis inclita.«
» 13	»	(16676) Fratribus Praedicatoribus Matisconensibus, quibus episcopus Matisconensis certum censum in quadam vinea contulerat, hanc collationem confirmat. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 325. n° 132. — »Exhibita nobis vestra.«
» 13	»	(16677) Eisdem capellam s. Mariae de Castro Matisconensi ac plateam quae est circa eam, quas idem episcopus eis concesserat, confirmat. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 326. n° 133. — »Ex tenore vestre.«
» 13	»	* (16678) Abbati monasterii de Capella committit visitationem monialium in Tennikon Cist. ord. Constant. dioc. eique mandat, ut illarum confessiones audiat *etc.* Id. Ianr. a° 3°. ‖ Meyer von Knonau Regest. von Cappel 7. n° 72.
» 16	»	(16679) Fratrem Raynerium Placentinum de ordine Praed. rogat et hortatur, ut inquisitionis officium contra haereticos sic efficaciter prosequi studeat, ut de provincia Lombardiae et Marchia radix iniquitatis haereticae succidatur et vinea Domini fructus afferat catholicae puritatis, *etc.* XVII kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 326. n° 134. — »Licet ex omnibus.«
» 16	»	(16680) Generali capitulo Cartusiensis ordinis indulget, ut, postquam priores electi electioni de se factae assensum praestiterint et eorum electio per alios priores sic vocatos fuerit confirmata, possint et debeant plenam animarum curam in suos subditos exercere. XVII kal. Febr. a° 3°. ‖ Tromby Storia V. app. 241. n° 80. — »Licet sicut accepimus.«
» 17	»	(16681) Ingardi relictae quondam Conradi comitis de Regensten viduae Roskildens. dioc. concedit, ut, si eam ingredi ordinem b. Damiani contingat, possit redditus et proventus ad ipsam spectantes in ordine ipso percipere. XVI kal. Febr. a° 3°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 215. — »Promerente tue deuotionis.«
» 17	»	(16682) (Christophoro) regi Daciae institutum ab Ingarde comitissa de Regenstein monasterium, quod ordinis s. Damiani regularibus institutis informari desiderat, commendat. XVI kal. Febr. a° 3°. ‖ Thorkelin l. c. 215. — »Dilecta in Christo.«
» 17	»	(16683) (Iacobo) archiepiscopo Lundensi mandat, prohibeat, ne Ingardis vidua quondam Conradi de Regesten in fundatione monasterii ord. s. Dam. a clericis vel laicis impediatur. XVI kal. Febr. a° 3°. ‖ Thorkelin l. c. 216. — »Dilecta in Christo.«

1257.

Ianr. 18	Laterani	(16684) Archebaldo episcopo Moraviensi, ad cuius mensae episcopalis usus ecclesiam de Rochymay I(ohannes) tit. S. Laurentii in lucina presbyter card. perpetuo deputavit et a° 1255. Dec. 7 confirmavit, hanc incorporationem confirmat. XV kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 74. n° 192. — »Petitio tua nobis.«
» 18	»	(16685) Archiepiscopos et episcopos et alios ecclesiarum praelatos per Lombardiae, Ianuensem et Marchiae provincias constitutos rogat et exhortatur, ut inquisitoribus contra haereticos per sedem apostolicam ibi constitutis ad promovendum negotium consilium et auxilium efficaciter impendant. XV kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 327. n° 136. — »Ad orthodoxae fidei.«
» 18	»	(16686) Ministro et fratribus ordinis Minorum Ortanis significat idem, quod praebet n° 15954 d. d. 1255. Iul. 27: »XV kal. Febr. a° 3°« — »Cum ad promerenda.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 186. n° 278.
» 18	»	(16687) Universis Christifidelibus, qui fratribus ord. Minor. de Spello Spoletan. dioc. pro ecclesia sua consummanda manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 100 dierum promittit. XV kal. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 279. — »Quoniam ut ait.«
» 20	»	(16688) Repetit Gregorii IX n° 10971 d. d. 1240. Dec. 12: »XIII kal. Febr. a° 3°« — »Prohibente regula vestra.« ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 444. n° 18; Sbaralea l. c. 187. n° 280.
» 22	»	(16689) (Fridericum) electum Pisanum rogat et monet, ut hospitale s. Leonardi de Stagno Pisan. dioc. abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii Omnium Sanctorum Pisani ord. s. Dam. in remedium paupertatis earum conferat. XI kal. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. II. 258. — »Res piissima et.«
» 22	»	(16690) Clericis ecclesiae s. Panthaleonis de Venetiis proventus quarundam domorum et possessionum, quas A(ngelus) plebanus ipsorum ecclesiae eidem concessit, confirmat. XI kal. Febr. a° 3°. ‖ Cornelius Eccl. Venet. II. 370. — »Exhibita nobis vestra.«
» 22	»	(16691) Episcopum Palentinum rogat et hortatur, ut excommunicationis sententiam, quam in priorem et fratres ord. Praed. Palentinos ex eo, quod corpus cuiusdam civis qui apud eorum ecclesiam sepeliri elegerit, tradiderint sepulturae ecclesiasticae, promulgaverit, infra octo dies revocet. XI kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 328. n° 137. — »Laudabilis et fructuose.«
» 23	»	(16692) Magistro et prioribus ac fratribus ord. Praed. mandat, ut ea quae ad curam priorissae et sororum monasterii s. Dominici iuxta Montargiacum ord. s. Aug. Senonens. dioc. ipsorum ordini incorporatarum spectent, diligenter ac sollicite adimpleant. X kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 328. n° 138. — »Sua nobis dilecte.«
» 23	»	(16693) Monasterium s. Sulpitii in Leuwis Leodiens. dioc. protegendum suscipit statuens, ut ordo canonicus secundum b. Augustini regulam atque institutionem fratrum Vallis scholarium ibidem institutus perpetuo observetur, omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. X kal. Febr. indict. XV. incarn. dom. a° 1256. pont. a° 3°. ‖ Miraeus Opp. dipl. IV. 41. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 23	»	(16694) Abbati Insulae Barbarae Lugdunens. dioc. mandat, ut, cum ad abbatem conventumque monasterii Trenorchiensis ord. s. Ben. Cabilonens. dioc. temporalis iurisdictio et dominium villae loci eiusdem pertineant, et homines villae ipsius sint homines eorundem, in illos, qui alicui baroni vel alii nobili homagium faciant ab eorum iurisdictione se per hoc subducere intendentes, excommunicationis sententiam promulgent. X kal. Febr. a° 3°. ‖ (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. St.-Filibert, preuv. 211. — »Gravem nobis dilecti.«
» 25	»	(16695) (Alpherio) episcopo Viterbiensi mandat, ne monasterium s. Martini in Monte Viterb., quod a procurationibus legatis ac nuntiis apostolicis praestandis absolutum sit, contra hoc indultum inquietet. VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 136. — »Cum universis Cisterciensis.«
» 25	»	(16696) Abbatissae et conventui monasterii monialium inclusarum s. Angeli Esculanensis ord. s. Dam. indulget, ut privilegiis et indulgentiis ordini fratrum Minorum ab apostolica sede concessis uti possint. VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 444. n° 19; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 187. n° 282. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 27	»	(16697) Thesauro abbati monasterii Vallisumbrosae ad Romanam ecclesiam nullo (modo, *leg.*) medio pertinentis indulget, ut ab abbatibus, conventibus, monachis et conversis sui ordinis extra Romanam curiam per litteras sedis apostolicae nequeat conveniri. VI kal. Febr. a° 3°. ‖ Leonis Urbevet. Chron. pontif. *in* Lamii Delic. erudit. (III.) 305. — »Desideriis tuis in.«.
» 28	»	(16698) Coenobium Vallisumbrosanae congregationis pro d. Mariae semper Virginis reverentia ad instar Paschalis (II) pp. in Romanae ecclesiae proprietatem et tutelam atque protectionem apostolicae sedis suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. V kal. Febr. ind. XV. (XIV *Leo*)

1257.

incarn. dom. a° 1256. pont. a° 3°. ‖ Leonis Urbevet. Chron. pontif. *in* Lamii Delic. erudit. (III.) 302; Lami Eccl. Florent. mon. I. 560. — »Desiderium quod ad.«

Ianr. 29 Laterani (16699) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Spello ord. s. Dam. Spoletan. dioc., quibus B. Spoletanus episcopus de mandato Gregorii IX pp. quasdam terras et alia bona, quae fuerunt quondam monasterii s. Silvestri de Monte Subasio, perpetuo concesserat, hanc concessionem confirmat. IV kal. Febr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 444. n° 20; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 188. n° 284. — »Ex tenore vestrae.«

» 29 » (16700) Praelatis et clericis per Boemiam, Poloniam, Moraviam et Austriam constitutis mandat, ut adiuvent fratrem Bartholomaeum de Boemia in praedicanda cruce contra Littwanos. IV kal. Febr. a° 3°. ‖ Wadding l. c. 445. n° 21; Sbaralea l. c. 187. n° 283; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 227; Erben Reg. Bohem. II. 51. n° 134; *cf.* Palacky Reise 36. n° 257. — »Cum dilecto filio.«

» 30 » (16701) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Teutonicorum confirmat permutationem quarundam vinearum, quas prope Romam possidebant, cum capitulo ecclesiae Lateranensis pro censu unius fertonis de ecclesia Niplawicensi Olomucens. dioc. huic debito. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 188. n° 285; Boczek l. c. 228; *cf.* Erben l. c. 52. n° 135; Palacky l. c. n° 258. — »Petitionis vestre seriem.«

» 30 » (16702) (Brunoni) episcopo Olomucensi de eadem permutatione. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Boczek l. c. 230; *cf.* Erben l. c. n° 137; Palacky l. c. n° 259. — »Exhibita nobis dilectorum.«

» 30 » (16703) (Przemislao Otakaro) regi Boemiae de eodem argumento. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Boczek l. c. 231; *cf.* Erben l. c. n° 136; Palacky l. c. n° 260. — »Relatu fidedigno recepimus.«

» 30 » (16704) Fratribus Minoribus Caesenatibus, quibus (Manzinus) episcopus Caesenas quendam fundum ad Caesenatem ecclesiam pertinentem vendiderat, hanc venditionem confirmat. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 190. n° 286. — »Cum a nobis.«

» 30 » • (16705) Ecclesiam de Sandoltshousen Ratispon. dioc. ad opus infirmorum monasterii Biburch concedit. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 92.

» 31 » (16706) (Alphonsum) regem Castellae hortatur, interponat se apud electum Toletanum, ut pecuniam ab E(gidio) SS. Cosmae et Damiani diac. cardinali, in qua ei Toletana ecclesia dum viveret tenebatur, in ultimo suae voluntatis eulogio fabricae monasterii s. Martini in Monte Viterbiensis deputatam exsolvat. II kal. Febr. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 136. — »Inter alia opera.«

» 31 » • (16707) Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis concedit, ut praepositos, canonicos et vicarios eiusdem ecclesiae ad personalem residentiam in ea faciendam per praebendarum et beneficiorum ablationem compellere possint. II kal. Febr. a° 3°. ‖ Défense des privil. de l'égl. de Saint-Martin de Tours, pr. 36.

Febr. 1 » (16708) Ecclesiam monasterii s. Clarae Wratislaviensis cum devotione visitantibus 100 dies de iniuncta poenitentia relaxat. Kal. Febr. a° 3°. ‖ Knoblich Herzogin Anna von Schlesien. Diplom. 15. — »Sanctorum meritis inclita.«

» 1 » (16709) (Fulconi) archiepiscopo Gnesnensi et (Prandotae) episcopo Cracoviensi committit, ut in castro Lucou Cracoviens. dioc. magistro et fratribus militiae Templi collato a (Bolezlao) duce Cracoviae et Sandomiriae, in confinio Letwanorum episcopalem cathedralem erigant eique Bartholomaeum de Boemia ordinis fratrum Minorum in episcopum praeficiant. Kal. Febr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 191. n° 287; Theiner Mon. Polon. I. 72. n° 143; *cf.* Palacky Reise 36. n° 261. — »Dilectus filius nobilis.«

» 2 » (16710) Patriarchis et episcopis ac rectoribus aliisque ecclesiarum praelatis per Aquileiensem et Gradensem provincias ac dioceses constitutis mandat idem, quod legimus in n° 16081 d. d. 1255. Nov. 21: »IV non. Febr. a° 3°« — »De pia et.« ‖ Sbaralea l. c. 192. n° 288.

» 3 » (16711) Potestatem, consilium et commune Castri s. Genesii de marchia Anconitana rogat et hortatur, ut tamdiu ad deprimendam Firmanorum proterviam posse suum viriliter exerceant, donec ipsi »per brachium potentiae vestrae« contriti Esculanis ac Offidanis plenariam satisfactionem impenderint. III (non.?) Febr. a° 3°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 40. n° 31; Cronache della città di Fermo 549. n° 11. — »Urgendi sunt persecutores.«

» 4 » (16712) Monasterium monialium s. Mariae de Orto inter Vineas Velletrense ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. II non. Febr. indict. XV. incarn. dom. a° 1256. pont. a° 3°. ‖ Borgia Velletri 280. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 5 » (16713) Abbati et conventui monasterii Trenorchiensis ord. s. Ben. Cabilon. dioc. indulget, ut de blado, vino, lana et aliis quae pro suis usibus emere vel transvehere per terram vel per aquam eos contigerit, nulli pedagia, fumagia, roagia, telonea vel vectigalia

1257.

solvere teneantur. Non. Febr. a° 3°. ‖ (Juenin) Nouv. hist. de l'abb. St.-Filibert, preuv. 212. — »Solet annuere sedes.«

Febr. 5 Laterani (16714) Prioribus et fratribus Heremitis ord. s. Aug. et s. Guillelmi (Willibaldi *Ried.*, Wuth *Gerck.*) per Alamanniam constitutis mandat, ut, si quos fratres ordinis Minorum absque ministrorum licentia receperint, eidem ordini sine dilatione illos restituant. Praeterea inhibet, ne praetextu quarumcunque litterarum a sede apostolica obtentarum, quae de praesentibus expressam non fecerint mentionem, in posterum dicti ordinis fratres professos sine praefata licentia in ordinibus suis admittant. Non. Febr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 193. n° 291; Gercken Fragm. March. VI. 95; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XV. 15. n° 19. — »Vestram et ordinum.«

» 5 » (16715) Abbatibus, prioribus, praepositis et conventibus monasteriorum s. Benedicti, Cisterciensis, s. Augustini, Praemonstratensis, Camaldulensis et Vallisumbrosae ordinum *in eundem modum.* Non. Febr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 445. n° 22; Sbaralea l. c. 192. n° 290. — »Vestram et ordinum.«

» 6 — (16716) Repetit Gregorii IX n° 8493 d. d. 1230. Febr. 6: »Perusii VIII id. Febr. a° 3°« — »Ea quae concordia.« ‖ Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 583. n° 71.

» 7 Laterani (16717) Priori SS. Victoris et Iohannis in Monte Bononiensi, Thedisio (de Lavania) canonico Belvacensi capellano suo et Marco dicto Paradiso canonico Gradensi Bononiae commorantibus mandat, ut in causa monasterii s. Mariae de Portu Ravennate ord. s. Aug. contra Petrum assertum priorem monasterii s. Mariae de Caritate Venetiarum cognoscant. VII id. Febr. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. V. 177. — »Dilecti filii . . .«

» 7 » (16718) Abbatissa et conventu monasterii s. Clarae ord. s. Dam. Avenionensibus supplicantibus inhibet, ne quis de legatis, oblationibus et aliis elemosynis ipsis oblatis aliquid ab eis exigere vel extorquere praesumat. VII id. Febr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1317. n° 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 193. n° 292. — »Iustis petentium desideriis.«

» 8 » (16719) Episcopo Briocensi concedit facultatem contrahendi mutuum pro expediendis ecclesiae Briocensis negotiis usque ad summam 1500 librarum Turonensium et obligandi usque ad summam huiusmodi se, suos successores ac bona suae ecclesiae. VI id. Febr. a° 3°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 266. — »Cum sicut in.«

» 8 » (16720) Priori Cartusiae et ceteris prioribus Cartusiensis ord. indulget, ut ipsi et fratres presbyteri confessiones mercenariorum, qui eis domestice famulantur, audire *etc.* possint. VI id. Febr. a° 3°. ‖ Tromby Storia V. app. 242. n° 81. — »Animarum salutem plenis.«

» 8 » (16721) Eisdem petentibus inhibet, ne quis praelatus aut eius familiares causa debiti exigant ab eis hospitalitatem vel eos gravent aliis expensis. VI id. Febr. a° 3°. ‖ Tromby l. c. n° 82; Chmel Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth.) I. 45. — »Exhibita nobis devotionis.«

» 8 » (16722) Eisdem et fratribus eiusdem ordinis notum facit, se statuere, ne quis exerceat in eos iura visitationis et correctionis nisi secundum formam ordinis. VI id. Febr. a° 3°. ‖ Tromby l. c. 213[bis]. n° 83. — »Thesauro virtutum sic.«

» 8 » (16723) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam fratrum ord. Praedic. Mediolani, in qua corpus b. Petri martyris professoris praedicti ordinis requiescit, in festo ipsius accesserint annuatim, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. VI id. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 328. n° 139. — »Vite perennis gloria.«

» 9 » (16724) Priori et fratribus ord. Praedic. Mediolanensibus indulget, ut tempore generalis interdicti in vigilia et festo b. Petri martyris apertis ianuis, excommunicatis duntaxat exclusis, in ecclesia sua divina officia solemniter celebrare possint. V id. Febr. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 329. n° 140. — »Pro reverentia beati.«

» 10 » (16725) Abbate et conventu monasterii de Lyndore (Lyndors *Th.*) ord. s. Ben. S. Andreae dioc. supplicantibus inhibet, ne diocesanus vel archidiaconus loci aliquid de portione, quam monasterium in ecclesia de Dunde obtineat, occasione episcopalium onerum, quae perpetuus vicarius eiusdem ecclesiae supportare tenetur, exigere vel ipsam portionem sequestrare praesumant. IV id. Febr. a° 3°. ‖ Registrum episc. Brechinensis II. 389. n° 413; Theiner Mon. Hibern. 74. n° 193. — »Significastis nobis quod.«

» 11 » (16726) (Iohanni) episcopo Lubicensi, qui propter magnam diffusionem terrae ac perfidiam dominorum ipsius necnon malitiam habitantium in eadem pro tempore spiritualem iurisdictionem super omnes Latinos existentes in Russia exercere non poterat, indulget, ut ei et suae ecclesiae nullum hac occasione in posterum super ipsa iurisdictione praeiudicium generetur. III id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 194. n° 293; Turgenevii Russ. monim. I. 83; Theiner Mon. Polon. I. 73. n° 144. — »Ex parte tua.«

» 11 » (16727) Abbati et conventui monasterii S. Audoeni Rothomagensis ord. s. Ben. concedit, ut gratiis et indulgentiis ipsis communiter vel divisim ab apostolica sede concessis libere uti valeant. III id. Febr. a° 3°. ‖ Dumonstier Neustria pia 18. — »Volentes monasterii vestri.«

1257.

Febr. 11	(Laterani)	• (16727a) Praeposito Wissegradensi consobrino et cancellario (Przemislai Otakari) regis Boemiae indulget, ut adhuc(!) unum beneficium ecclesiasticum recipere possit. ‖ Palacky Reise 37. n° 264.
» 12	»	(16728) Abbati de Altah ord. s. Ben. Pataviens. dioc. mandat, ut petitionem P. plebani plebis de Mundreiching inquirat et, si ita sit, denunciet, eundem ad regularem observantiam non teneri. ii id. Febr. a° 3°. ‖ Chmel Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth.) I. 153. — »Exposita nobis dilecti.«
» 12	»	(16729) Abbati et conventui monasterii in Alderspach Cisterc. ord. Pataviens. dioc. ecclesiam in Nidernobernhausen, quam eis R(udigerus) quondam episcopus Pataviensis in proprios usus concesserat, confirmat. ii id. Febr. a° 3°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 73. — »Cum a nobis.«
» 13	(»)	(16730) (Bernerio) episcopo Cremonensi, qui per marchionem Palavicinum censu privatus et cum familiaribus suis per eundem perfidum eiectus de civitate Cremonae exulare extra sedem propriam coactus erat, concedit facultatem contrahendi mutuum super hoc usque ad summam 100 marcarum argenti. Id. Febr. a° 3°. ‖ Zacharias Cremonens. episc. 136; Ughelli Ital. sacra IV. 608; Sanclementius Series episc. Cremonens. 269. — »Cum sicut ex.«
» 13	»	(16731) Danielem regem Russiae de defectione sua a fide catholica obiurgat eumque monet et hortatur, ut perditionis viam abiuret et id quod de Romanae ecclesiae obedientia, iuramento praestito, promiserit, inviolabiliter observet. Id. Febr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1257 § 26—28; Długossi Histor. Polon. 779; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 232; Turgenevii Russ. monim. I. 84; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 460; Erben Reg. Bohem. II. 54. n° 141; *cf. argument.* ap. Fejér Cod. dipl. VII. v. 580; ap. Palacky Reise 36. n° 262. — »Inter alia que.«
» 13	»	(16732) (Brunoni) Olomucensi ac (Thomae) Wratislaviensi episcopis mandat, ut Danielem regem Russiae (rubrae ac regni Hungariae vasallum) ad promissa servanda censuris ecclesiasticis cogant. Id. Febr. a° 3°. ‖ Boczek l. c. 234; *cf.* Fejér l. c. 580; Palacky l. c. 36. n° 263; Erben l. c. 55. n° 142. — »Inter alia que.«
» 13	»	(16733) Iohanni de Murisano canonico ecclesiae Riminensis mandat, faciat ut sententia excommunicationis, quam prior ecclesiae s. Mariae in Portu Ravennatensi ord. s. Aug. in Petrum canonicum commendatorem ecclesiae s. Mariae de Caritate de Venetiis pro eo tulerat, quod quosdam libros et res alias ex dicta ecclesia temere asportaverat et sic asportata non restituerat, usque ad satisfactionem condignam firmiter observetur. Id. Febr. a° 3°. ‖ Fantuzzi Mon. Ravenn. VI. 95. n° 48. — »Dilecti filii prior.«
» 13	»	(16734) Priorissae et sororibus monasterii s. Dominici iuxta Montargiacum ord. Praedic. instituta servantibus indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis minime teneantur. Id. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 329. n° 141. — »Religionis vestre meretur.«
» 15	»	(16735) A conventu monasterii s. Mariae matris Christi de Venetiis ord. s. Dam. se censum unius librae cerae singulis annis ecclesiae Romanae debitum pro 40 annis recepisse fatetur. xv kal. Mart. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 165; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 194. n° 294. — »Ne de solutione.«
(Ianr. 18-Febr. 15)	»	(16736) Praeposito et conventui monasterii Frigidi Montis de Bruxella ord. s. Aug. Camerac. dioc., quibus P(etrus) S. Georgii ad velum aureum diac. card. tunc in partibus Alamanniae apostolicae sedis legatus ob tenuitatem reddituum concesserat, ut in ecclesia s. Gudulae de Bruxella unam praebendam, si dux Brabantiae patronus, decanus et capitulum eiusdem ecclesiae ipsam eis conferre voluerint, licite recipere possent, hanc concessionem confirmat. xv (kal.?) Febr. a° 3°. ‖ Van Gestel Histor. episcopatus Mechliniensis II. 21; Miraeus Opp. dipl. II. 1001. — »Cum a nobis.«
» 18	»	(16737) Abbatissae et conventui monasterii s. Helisabet de Ulma ord. s. Dam. Constantiens. dioc. indulget, ut de terris, vineis, molendinis *etc.* suis nulli decimas solvere teneantur. xii kal. Mart. a° 3°. ‖ Pressel Ulmisches UB. I. 98. n° 77. — »Pietatis opera cuius.«
» 18	»	(16738) Eisdem indulget, ut ad praestationem procurationum legatorum sedis apostolicae vel nunciorum ipsius aut exactionum vel collectarum *etc.* minime teneantur. xii kal. Mart. a° 3°. ‖ Pressel l. c. 99. n° 78. — »Paupertati quam propter.«
» 19	»	(16739) (Clericis) de Fabriano Camerin. dioc., qui contra fratres de ordine Minorum enormiter ac impie processerant, mandat, ut a qualibet illorum fratrum iniuria et molestatione cessent. xi kal. Mart. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 61; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 195. n° 296. — »Nulla dubietas Christifidelibus.«
» 20	»	(16740) Aquilensibus fidelibus suis supplicantibus terram Aquilae sub b. Petri et sua protectione suscipit statuitque eam esse de cetero civitatem, ac concedit eidem episcopalem dignitatem atque Furconensem sedem cum omnibus iuribus *etc.* ad ecclesiam ss. Maximi et Georgii de Aquila, quam deinceps cathedralem esse decernit, transfert constituendo ut de cetero loci praesul non Furconensis sed Aquilensis episcopus nominetur. x kal.

1257.

		Mart. indict. XV. incarn. dom. a. 1257(!). pont. a° 3°. ‖ Massonio Orig. della città dell' Aquila 84; Raynaldi Ann. ad a. 1257 § 45—47; Ughelli Ital. sacra I. 380; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 647; *subscriptio cardinalium* ap. Muratori Antiq. Ital. VI. 517 § 6. — »Purae fidei claritate.«
Febr. 20	Laterani	(16741) Praeposito et capitulo Vibergensis ecclesiae postulantibus ecclesiam s. Margaretae de Asmiald »in qua sorores vestrae divinis sunt obsequiis mancipatae« cum pertinentiis suis sub b. Petri et sua protectione suscipit. x kal. Mart. (a° 3°). ‖ Thorkelin Diplom. Arna-Magn. I. 23, *ubi* Alexandro III *perperam adscribitur; cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 337. — »Pastoralis officii debito.«
» 20	»	(16742) Generali et provincialibus ministris ac custodibus ceterisque fratribus ordinis Minorum regulam, cum in ea quaedam dubia et obscura contineantur, declaratione interpretatur. x kal. Mart. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 446. n° 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 196. n° 297. — »Ordinem vestrum illo.«
» 20	»	• (16743) Decano et capitulo ecclesiae s. Aniani Aurelianensis concedit facultatem, ut ex multitudine praebendarum huius ecclesiae quatuor, quas primo vacare contigerit, et earum redditus ac proventus ad quotidianas eiusdem ecclesiae distributiones deputare possint. x kal. Mart. a° 3°. ‖ Hubert Antiq. de Saint-Aignan d'Orléans, pr. 23.
» 22	»	(16744) Decano et capitulo Briocensibus notum facit, se electionem Radulfi officialis et canonici Briocensis in episcopum Briocensem confirmasse eique munus consecrationis de suis manibus impendisse. Mandat eis, ut dicto episcopo obedientiam et reverentiam debitam impendant. viii kal. Mart. a° 3°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 267. — »Debitum officii nostri.«
» 24	»	(16745) (Iacobo Erlandi) archiepiscopo Lundensi mandat, compellat fratres Ottonem et Henricum de Barmstatte milites Bremensis diocesis, ut undecim obsides, quos Tucco dictus Parvus a Nicolao episcopo Slesvicensi extorserat, libertati restituant pristinae. vi kal. Mart. a° 3°. ‖ Cypraei Ann. episc. Slesvic. 277; Pontoppidan Ann. eccles. Dan. I. 677. — »Stupida mente percepimus.«
» 24	»	(16746) Guardiano fratrum Minorum de Brunswik mandat, moneat ducem de Brunswik, ut Tucconem dictum Parvum de Dacia iurisdictioni ducali subiectum iuxta requisitionem (Iacobi) archiepiscopi Lundensis ad satisfactionem Nicolao episcopo Slesvicensi praestandam compellat. vi kal. Mart. a° 3°. ‖ Cypraeus l. c. 279. — »Infusum adeo cordi.«
» 25	»	(16747) Decano et scholastico Frislariensibus et archipresbytero (episcopo *male Lün.*) ecclesiae Nuemburgensis Mogunt. dioc. mandat, moneant (Thimonem) abbatem et conventum monasterii Corbeiensis ord. s. Ben. Paderburnens. dioc., qui asserentes monasterium ipsum esse exemptum et se in exemptionis possessione fuisse a tempore cuius memoria non existat, (Simoni) episcopo Paderburnensi tanquam diocesano suo intendere denegabant, ut infra 15 dies dicto episcopo obediant *etc.* v kal. Mart. a° 3°. ‖ Schaten Ann. Paderb. II. 92; Lünig Spicil. eccl. II. (Reichs-Arch. XVII.) 744. n° 78. — »Sua nobis venerabilis.«
» 25	»	(16748) (Gerardum) electum Veronensem rogat et hortatur, ut monasterium et ecclesiam s. Firmi maioris civitatis Veronensis, in quo pauci monachi ord. s. Ben. morari dicuntur, cum domibus *etc.* fratribus Minoribus concedat et assignet. v kal. Mart. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 841; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 196. n° 298; Biancolini Chiese di Verona V. ii. 5. — »Sincerae devotionis affectus.«
» 25	»	(16749) Electo Ravennati apostolicae sedis legato de superiore epistola significat eique mandat, ut si dictus electus praeceptum apostolicum neglexerit adimplere, super hoc illud exequi minime postponat. v kal. Mart. a° 3°. ‖ Biancolini l. c. V. ii. 6 *et* I. 334 (*ubi autem perperam* V° mensis Mart.); Sbaralea l. c. 197. n° 299. — »Sincerae dilectionis affectus.«
» 25	»	(16750) Priori et conventui monasterii de Mayo Cluniac. ord. S. Andreae dioc. confirmat constitutionem I(nnocentii) pp. praedecessoris de non solvendis procurationibus contra avaritiam praelatorum factam. v kal. Mart. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 74. n° 194. — »Ne in exhibendis.«
» 3 » (17019) Archiepiscopo Lundensi et suffraganeis eius confirmat constitutionem »Cum ecclesia Daciana«, qua episcopi illarum regionum in coacto ad tuendam dignitatem concilio sanxiverant, »ut quicunque episcoporum infra terminos regni Daciae mala captione de mandato domini regis sive eius conniventia vel consensu vel alicuius nobilis, qui manet infra fines praedicti regni, captus fuerit, vel membrum amiserit, aut atrocem iniuriam in persona sua passus fuerit, ipso facto, dummodo probabiliter praesumi possit hoc de voluntate domini regis processisse ac dubium non sit ipsum hoc faciliter corrigere posse, in toto regno divina sint officia interdicta« *etc.* v non. Oct. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1257 § 29, 30 *omisso exordio*; Langebek Scr. rer. Dan. V. 600, VII. 131; Hvitfeldt Danm. Riges Krön. 255. — »Hiis que pro.«

» 4 » (17020) Electo et priori Praedicatorum Aberdonensibus mandat, ut, licet sententiam O(ctaviani) S. Mariae in via lata diaconi cardinalis super quaestione natalium Morgundi Scoti latam confirmaverit, super natalibus dicti Morgundi veritatem inquirant et quod canonicum fuerit decernant. iv non. Oct. a° 3°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1257 § 8; Ripolli Bullar. Praedic. I. 351. n° 183; Theiner Mon. Hibern. 78. n° 203. — »Significavit nobis dilectus.«

» 4 » (17021) Episcopo Saresbiriensi, priori S. Andreae de Northampton Lincoln. dioc. et archidiacono Cantuariensi capellano suo mandat, ut decimam ecclesiasticorum proventuum et quamcunque pecuniam (Henrico) regi Angliae pro executione voti sui in terris eius ab apostolica sede concessam sollicite colligant, non obstante contradictione episcoporum *etc.* iv non. Oct. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 32. — »Volumus et sub.«

» 5 » (17022) Abbati S. Severi de Urbe veteri Praemonstr. ord. mandat, ne permittat ut monasterium *etc.* aut ecclesia construatur infra spacium 200 passuum circa omnes fines loco fratrum Praedicatorum in Urbe veteri contiguos. iii non. Oct. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 353. n° 185. — »Paci ac tranquillitati.«

» 7 » (17023) Abbati S. Facundi ord. s. Ben. Legionens. dioc. mandat, ut a suo monasterio fr. Guilelmum Arnaldi apostatam fratrum Minorum amoveat eumque in alio claustro locet. Non. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 245. n° 365. — »Quaelibet sacra religio.«

» 8 » (17024) Guardiano et fratribus ordinis Minorum de S. Facundo Legionens. dioc. locum, quem abbas et conventus monasterii s. Facundi ord. s. Ben. eorum usibus liberaliter concesserunt, defectum supplens donat in perpetuum. viii id. Oct. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 65; Sbaralea l. c. 247. n° 366. — »Meritis vestrae sacrae.«

» 9 » (17025) Universos Christifideles per Remensem, Senonensem, Rotomagensem et Trevirensem civitates et dioceses constitutos rogat, ut ad consummandam ecclesiam monasterii s. Nicasii Remensis ord. s. Ben. caritatis subsidia erogent. vii id. Oct. a° 3°. ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 546. — »Quoniam ut ait.«

		1257.
Oct. 11	Viterbii	(17026) (Martino) episcopo et archidiacono Legionensibus mandat, moneant abbatem S. Facundi ord. s. Ben., ut guardiano et fratribus ordinis Minorum eiusdem loci de illatis damnis et iniuriis satisfactionem exhibeat. v id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 247. n° 367. — »Ex parte dilectorum.«
» 11	»	(17027) Episcopo Recanatensi et plebano ecclesiae s. Benedicti ad Mare Firman. intimat, se guardiano et fratribus ord. Minor. Esculanis facultatem concessisse transeundi ad locum intra civitatem ipsam ac ibidem construendi domos *etc.* Mandat eis, curent ne illi super hoc ab aliquibus molestentur. v id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 249. n° 368. — »Paupertas voluntaria cui.«
» 11	»	(17028) Priori et conventui monasterii s. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. diffinitivam sententiam, qua (Stephanus) Penestrinus episcopus causam inter eos et Ubaldinum clericum nepotem O(ctaviani) S. Mariae in via lata diac. cardinalis super ecclesia de Bixle Roffens. dioc. ortam terminavit, tenore eius inserto, confirmat. v id. Oct. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪ. 32. — »Quae provida circumspectione.« *Cf.* n° 17034.
» 12	»	(17029) Ordinationem, quam inter abbatem conventumque Vallisumbrosae ex parte una et Iacobum abbatem monasterii s. Mercurialis Foroliviensis ordinis eiusdem ex altera Octavianus S. Mariae in via lata diac. card. super subiectione huius coenobii illis debita *etc.* edidit, tenore litterarum inserto confirmat. ɪv id. Oct. a° 3°. ‖ Leonis Urbevet. Chron. pontif. *in* Lamii Delic. erudit. (III.) 308. — »Ea quae iudicio.«
» 13	»	(17030) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut sententiam in Guilelmum de S. Amore latam promulgent et servandam curent. ɪɪɪ id. Oct. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 353. n° 186. — »Cum propter multiplices.«
» 13	»	* (17031) Alexandre donne à Thibaut comte de Champagne et à sa femme le privilége de se faire dire des messes basses dans les localités frappées d'interdit, pourvu que les portes soient fermées et qu'on n'admette pas les personnes frappées d'interdit ou d'excommunication. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 480. n° 3117.
» 13	»	* (17032) Le même accorde à Thibaut le privilége suivant: personne ne pourra sans mandat du Siége apostolique excommunier ou frapper d'interdit ni ledit Th., ni sa femme, ni sa terre. ‖ Jubainville l. c. n° 3118.
» 13	»	* (17033) Le même accorde aux clercs de Thibaut et de sa femme le privilége de toucher le revenu d'un bénéfice aussi complètement que s'ils résidaient. Les distributions quotidiennes sont exceptées. ‖ Jubainville l. c. n° 3119.
» 15	»	(17034) Electo Wintoniensi et magistro Alexandro de Ferentino canonico ecclesiae s. Pauli Londoniensis scribit, Penestrinum episcopum, qui causam inter priorem conventumque S. Trinitatis London. ord. s. Aug. et Ubaldinum clericum nepotem O(ctaviani) S. Mariae in via lata diac. cardinalis super ecclesia de Bixle vertentem terminaverit, ordinasse ut dicti prior et conventus eidem Ubaldino tamdiu exhibeant 25 marcarum annuam pensionem, donec ei praefatus prior de ecclesiastico beneficio, praebenda *etc.* provideret. Mandat eis, compellant priorem et conventum, ut hanc pensionem eidem Ubaldino annuatim exhibeant. Id. Oct. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪ. 32. — »Quae provida circumspectione.« *Cf.* n° 17028.
» 15	»	(17035) Magistro Rostanno subdiacono et capellano suo mandat, ut in executione provisionis Stephano de Ponte canonico basilicae Principis apostolorum de Urbe rectori ecclesiae de Biston Norwicens. dioc. faciendae de beneficiis ecclesiasticis procedat. Id. Oct. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 33. — »Exhibita nobis dilecti.«
» 15	»	(17036) Ecclesiam fratrum Minorum Esculanorum in die consecrationis *etc.* visitantibus indulgentiam 100 dierum concedit. Id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 249. n° 369. — »Sanctorum meritis inclyta.«
» 15	»	(17037) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Montis Sancti Tudertin. ord. s. Dam. indulget, ut ipsae et ipsarum capellae ad praestationem procurationum legatorum sedis apostolicae *etc.* minime teneantur. Id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 250. n° 370. — »Paupertati vestrae quam.«
» 15	»	(17038) Priore et fratribus ordinis Praedic. Tranensibus petentibus decernit, sepulturam ecclesiae eorum liberam esse. Id. Oct. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 354. n° 187. — »Cum a nobis.«
» 16	»	(17039) Generali et aliis provincialibus ministris ac fratribus ordinis Minorum indulget, ut ea quae ordini relinquuntur et ab executoribus decedentium exhibentur, recipere *etc.* possint. xvɪɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 72 et 463. n° 43; Sbaralea l. c. 250. n° 371. — »Felicis recordationis Innocentius.«
» 16	»	(17040) Universis executoribus testamentorum concedit, ut fratribus Minoribus legata de male ablatis et illicite acquisitis ministrare possint. xvɪɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ Wadding l. c. 464. n° 44; Sbaralea l. c. 251. n° 372. — »Ex parte dilectorum.«

		1257.
Oct. 16	Viterbii	(17041) Magistro ac fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosol., quibus Guilelmus Sabinensis episcopus tunc apostolicae sedis legatus de mandato Innocentii pp. IV concessit, »ut sicut ex gracia sedis apostolicae de tota Prucia, quae iuris est et proprietatis b. Petri, duas partes habetis, ita simili modo per omnia de tota Curonia seu Curlandia, quae inter regiones Pruciae totaliter computatur, duas partes cum omni iure ac proventu ipsarum duarum partium integre habeatis,« hanc concessionem confirmat. xvɪɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ Mittheil. aus der Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands IV. 392; *cf. ibid.* II. 499. n° 3306b, *male ad* a. 1258; Bunge Livl. UB. I. 404. n° 316; Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 131. n° 112. — »Veros Christi martires.«
» 17	»	(17042) Regi Scotiae privilegia et indulgentias, quibus sedes apostolica domus regiae personas honoravit, confirmat et communit. xvɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 79. n° 204. — »Quanto personam tuam.«
» 17	»	(17043) Abbatissam ac sorores monasterii pauperum inclusarum s. Clarae Assisinates ord. s. Dam. hortatur, ut matris suae beatissimae Clarae virtutes imitentur eiusque pia sequantur vestigia. Abbatissae speciale apostolicae benedictionis munus mittit. xvɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 252. n° 373. — »Largifluae paternae caritatis.«
» 18	»	(17044) Priori S. Michaelis de Boscho Bononiensi mandat, ne permittat, ut monasterium, oratorium aut ecclesia construatur infra spatium 200 passuum circa omnes fines loco fratrum Praedicatorum Bononiensium vicinos. xv kal. Nov. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 354. n° 188. — »Paci et tranquillitati.«
» 21	»	(17045) Bonaventurae generali ministro ordinis fratrum Minorum significat, se, ut ille ministerium suum efficaciter valeat exercere, universis et singulis ministris, custodibus, guardianis ceterisque fratribus praetacti ordinis in virtute obedientiae inhibere, ne ipsorum aliquis privilegiis, indulgentiis *etc.* sub quacunque forma verborum ab apostolica sede obtentis uti praesumat absque eius mandato et licentia speciali. xɪɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 60; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 253. n° 374. — »Ut ministerium tibi.«
» 21	»	(17046) Abbatissae et conventui monasterii de Fellines Cisterc. ord. Attrebatens. dioc. indulget, ut, cum ipsarum coenobium de Tornacensi diocesi, in qua primo fuerat, in Attrebatensem diocesim sit translatum, privilegiis et indulgentiis sedis apostolicae, quibus in dicta Tornacensi diocesi utebantur, uti possint libere in eadem Attrebatensi diocesi. xɪɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 115. n° 113. — »Cum sicut ex.«
» 22	»ApudViterbium	Symon, prior S. Edmundi, electus in abbatem eiusdem monasterii xɪx kal. Febr. .... consecutus est munus benedictionis ab Alexandro papa xɪ kal. Novb.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 186.
» 27	Viterbii	(17047) Ordinis Praedic. et S. Antonii prioribus Perusinis mandat, compellant per censuram ecclesiasticam potestatem, consilium et commune Perusinos, ut statuta ab eis ad depressionem ecclesiarum edita de suis capitularibus prorsus abradant *etc.* vɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 254. n° 375. — »Ad aures nostras.«
» 27	»	Abbatissae et conventui monialium Omnium Sanctorum Pisanis ord. s. Dam.: »vɪ kal. Nov. a° 3°.« ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 464. n° 45, *vid.* 1257. Nov. 8. n° 17061.
» 28	»	(17048) Abbatissae et conventui monasterii s. Laurentii de Venetiis ord. s. Ben. concedit, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel aliis ecclesiasticis beneficiis absque speciali mandato sedis apostolicae compelli nequeant. v kal. Nov. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 104. — »Cum sicut insinuantibus.«
» 31	»	(17049) Cantori ecclesiae s. Petri Insulensis Tornacens. dioc. mandat, ut, cum Henricus episcopus Traiectensis decimas novalium de quatuor officiis Flandriae infra certos fines parochiarum suarum abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornac. dioc. propter quorundam potentium tyrannidem ipsas occupantium concesserit, hanc concessionem confirmet. ɪɪ kal. Nov. a° 3°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 316. n° 674. — »Exposita coram nobis.«
Nov. 1	»	(17050) Ministro provinciali et fratribus de ordine Minorum in Anglia supplicantibus quidquid contra litteras, privilegia *etc.* eis super recipiendo et obtinendo loco in Villa s. Edmundi regis et mart., quae Beci vulgariter appellatur, Norvicens. dioc., a sede apostolica concesso per alias litteras attentatum est, ex nunc decernit irritum et inane. Kal. Nov. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 64 § 21; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 255. n° 376. — »Vestrae mentis religionis.«
» 1	»	(17051) Universis Christifidelibus subsidium tribuentibus pro fabrica ecclesiae coenobiique fratrum Minorum de Villa Maioricae Legionen. dioc. indulgentiam promittit. Kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 377; *cf.* Wadding l. c. 66 § 24. — »Quoniam ut ait.«
» 2	»	(17052) Plebano ecclesiae s. Stephani in Pane Florent. dioc. renovat Innocentii IV mandatum (*vid.* n° 15315) eique praecipit, ut in eadem Ildebrandini canonici provisione pro-

1257.

cedat iuxta directarum magistro Iohanni continentiam litterarum. iv non. Nov. a° 3°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1794. — »Licet super provisione.«

Nov. 3 Viterbii (17053) Abbati S. Albani ord. s. Ben. extra mura Moguntiae mandat, compellat archiepiscopum Moguntinum et alios Moguntinae provinciae praelatos, qui ecclesiis quas fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in dicta provincia obtinent, collectas, tallias et exactiones imponunt, ut ab hac praesumptione desistant. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI.) Cap. 3. Vom teutsch. Orden 79. n° 72; Notice histor. sur l'anc. grande commanderie ... dite des Vieux-Joncs (Gand 1849. 8°) 45. n° 5. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 3 » (17054) Pampilonensi episcopo mandat, ut Theobaldo regi Navarrae, comiti Campaniae ac Briae palatino unctionem impendat et capiti eius imponat regium diadema. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1257 § 57. — »Sane charissimus in.«

» 3 » (17055) Priori et fratribus heremitis Camaldulens. ord. Heremi Aretin. dioc. indulget, ut hospitalia Pisana eorum iurisdictioni subiecta sint exempta ab unione maioris hospitalis, quod Pisis construebatur. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 255. n° 378. — »Oblata nobis ex.«

» 3 » (17056) Archiepiscopo Pisano mandat, ut unionem hospitalium monasteriorum Camaldulensium cum hospitali maiori Pisis factam revocet. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 87. n° 65. — »Oblata nobis ex.«

» 3 » (17057) Priori S. Petri maioris Lucani de superiore epistola significat eique mandat, ut, si dictus archiepiscopus mandatum apostolicum neglexerit adimplere, ipse illud ex tunc exsequatur. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Mittarelli l. c. 88. n° 66. — »Oblata nobis ex.«

» 3 » (17058) Priori S. Bartholomaei de Porta Ravennate Bononiensis communicat bullam, quam Camaldulensibus 1257. Sept. 22 (*vid.* n° 17010) concessit, eique mandat, ut revocato quicquid contra indulti praedicti tenorem invenerit attemptatum, relaxet excommunicationis et suspensionis sententias, si quae propter hoc in abbates et fratres ordinis Camaldulensis aut ipsorum ecclesias prolatae sint. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Mittarelli l. c. 88. n° 67. — »Significantibus dilectis filiis.«

» 5 » (17059) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosol. indulget, ut per litteras apostolicae sedis et legatorum eius impetratas vel de cetero impetrandas in personis vel rebus non teneantur alicui subvenire, nisi dictae litterae expressam de hac indulgentia fecerint mentionem. Non. Nov. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 393. n° 574; de Geer Archieven I. 80. n° 88. — »Hospitalitatis piissime ac.«

» 7 » (17060) Priori S. Trinitatis Londoniensis mandat, ut Ubaldino clerico nepoti O(ctaviani) S. Mariae in via lata diaconi card. de beneficio ecclesiastico, praebenda *etc.*, quod 60 marchas sterlingorum ad minus valeat annuatim, in regno Angliae provideat. vii id. Nov. a° 3°. ‖ Rymer Food. I. ii. 34. — »Olim venerabili fratre.«

» 8 » (17061) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii Omnium Sanctorum Pisani ord. s. Dam. hospitale s. Leonardi de Stagno Pisan. dioc. confirmat. vi id. (kal. *Wadd.*) Nov. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 464. n° 45; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 256. n° 379. — »Iustis petentium desideriis.«

» 8 » (17062) Rectoribus, confratribus et sororibus universis fraternitatis b. Mariae et b. Francisci Balneoregiensibus intimat, se omnibus vere poenitentibus, qui in eadem fraternitate collegas se statuerint *etc.*, indulgentiam 100 dierum largiri. vi id. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 261. n° 380. — »Licet is de.«

• *In eundem modum* Rectoribus ..... Auximanis. ‖ Sbaralea l. c. 262. n° 381.
» » » Rectoribus ..... Recanatensibus. ‖ Sbaralea l. c. n° 382.

» 8 » (17063) Capitaneo, consilio et communi Perusinis mandat, ut statuta ab ipsis ad depressionem ecclesiarum edita *etc.* a suis prorsus capitularibus abradant. vi id. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 263. n° 383. — »Ad aures nostras.«

» 8 » (17064) Repetit n° 14466 Innocentii IV d. d. 1252. Ianr. 5: »vi id. Nov. a° 3°« — »Tuis et dilectorum.« ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. 89. n° 68.

» 9 » (17065) Giberto (Siberto *Bocz.*, *Erb.*) canonico Wratislaviensi nato Petri Bertrami civis Parmensis, pro quo in causa vertente inter eum et Ratiborium clericum qui se gerebat pro canonico Wratislaviensis ecclesiae, super praebenda quam magister Coffinus quondam ipsius ecclesiae canonicus obtinuerat, Octavianus S. Mariae in via lata diaconus card. diffinitivam sententiam promulgavit praebendam cum ipsius fructibus ei adiudicans, hanc sententiam confirmat appellationem a parte altera interpositam reputans frivolam. v id. Nov. a° 3°. ‖ Zeitschrift f. Gesch. u. Alterthum Schlesiens I. (Breslau 1856. 8°) 191; *cf.* Boczek Cod. dipl. Morav. VI. 363; Erben Reg. Bohem. II. 66. n° 166. — »Ea quae iudicio.«

» 11 » (17066) Archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe possessiones bona ac iura ecclesiae s. Mariae Tiburtinae olim fratribus ordinis Minorum concessa

1257.

addicit. iii id. Nov. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 137; Casimiro da Roma Memorie 339; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 263. n° 384. — »Ille specialis affectus.«

Nov. 11 Viterbii (17067) Philippo canonico ecclesiae s. Mariae maioris de Urbe mandat, ut in possessionem bonorum ecclesiae s. Mariae Tiburtinae capitulum basilicae Principis apostolorum inducat et inductum tueatur. iii id. Nov. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 138. — »Ille specialis affectus.«

» 11 » (17068) Visitantibus devotionis causa ecclesiam fratrum Minorum Velletrensium certis diebus indulgentiam impertitur. iii id. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 264. n° 385. — »Sanctorum meritis inclyta.«

» 13 » (17069) Decano et capitulo Parisiensibus concedit facultatem creandi de novo praebendas, cum redditus et proventus quarundam praebendarum et beneficiorum ad eorum collationem spectantium adeo excreverint, ut ultra statutum quod habetur in ecclesiis in quibus praebendae ac beneficia ipsa consistunt, de certo canonicorum numero iuramento vallatum necessaria possint pluribus ministrari. Id. Nov. a° 3°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 482. — »Significastis nobis quod.«

» 13 » (17070) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et universis Cisterciensis ordinis conventibus significat, se inhibere, ne quis praelatorum in ipsos excommunicationis vel interdicti sententias promulgare praesumat *etc.* Id. Nov. a° 3°. ‖ Meschet Privil. de l'ordre de Cîteaux 48; Montanbon Des privilèges de Cîteaux 219. — »Ex parte siquidem.«

» 13 » • (17071) Episcopo, decano et archidiacono Atrebatensibus mandat, ut ea quae de bonis capituli S. Martini Yprensis per concessiones alienata illicite vel distracta invenerint, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. Id. Nov. a° 3°. ‖ Diegerick Invent. 80. n° 94.

» 16 » (17072) Repetit Gregorii IX pp. n° 10804 d. d. 1239. Oct. 25: »xvi kal. Dec. a° 3°« — »Inspirationis divine gratia.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 354. n° 189.

» 17 » (17073) (Brunoni) episcopo et capitulo Brixinensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in singulis festivitatibus b. Mariae V. et s. Ingenuini, »cuius est ipsa ecclesia insignita vocabulo«, necnon in anniversario dedicationis eiusdem annis singulis venerabiliter visitaverint, indulgentiam centum dierum largiri. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Roschmann De episcopatu Sabionensi II. 56. — »Sanctorum meritis inclytae.«

» 17 » (17074) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis, ad quos litterae istae pervenerint, praecipit, cogant vicarios ad servitium in hospitalis s. Mariae Theotonicorum Ierosol. ecclesiis obligatos in propriis personis id praestare. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 394. n° 575. — »Dilecti filii fratres.«

» 17 » (17075) Universis Christifidelibus fabricae ecclesiae fratrum Minorum de Velletris subsidia ministrantibus indulgentiam concedit. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 264. n° 386. — »Quoniam ut ait.«

» 20 » (17076) Archidiacono maioris, cantori s. Hilarii et magistro Guillelmo dicto Gabet canonico s. Radegundis ecclesiarum Pictaviensium mandat, moneant Iohannem comitem Britanniae, qui homines ecclesiae Nannetensis extra terminos Nannetensis diocesis in exercitum cum eo ire compellebat, ut eos ad proprias domos redire libere ac secure permittat et satisfaciat de damnis, et inducant eum ad id si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam. xii kal. Dec. a° 3°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 966. — »Venerabilis frater noster.«

» 20 » (17077) Fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut pueris ipsorum servitiis deputatis et cum ipsis commorantibus cuncta libere ministrare possint ecclesiastica sacramenta *etc.* xii kal. Dec. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 355. n° 190. — »Ut in vestris.«

» 20 » (17078) Praeposito ecclesiae Aretinae mandat, faciat ut diversae excommunicationis sententiae, quas prior Camaldulensis heremi in Benvenutum monasterii de Pratalia Camaldul. ord. Aretin. dioc. monachum nuper electum in abbatem absque dicti prioris confirmatione aliosque monachos eiusdem coenobii inobedientes promulgaverat, inviolabiliter observentur. xii kal. Dec. a° 3°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. 90. n° 69. — »Sua nobis dilecti.«

» 20 » • (17079) Monasterium monialium s. Mariae de Hourst Cisterc. ord. Traiect. dioc. tuendum suscipit eiusque possessiones et bona, quorum plurima nominatim recenset, privilegia ac iura confirmat. xii kal. Dec. indict. I. incarn. dom. a° 1257. pont. a° 3°. ‖ Sloet Oorkondenb. van Gelre II. 781. n° 802; *cf.* Tijdrekenk. Register op het oud provinc. Archief van Overijssel I. (Zwolle 1857) 16. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 21 » (17080) Priori et fratribus heremitis Camaldulensis heremi Aretin. dioc. monasterium s. Apollinaris situm in Classe Ravenn. dioc., quod b. m. G(ualterius) archiepiscopus Ravennas quondam Azoni priori heremi dictae eiusque successoribus contulerat, confirmat. xi kal. Dec. a° 3°. ‖ Mittarelli l. c. 91. n° 70. — »Cum a nobis.«

1257.

Nov. 21 Viterbii (17081) Raynaldo de Genna (Genua *male Th.*) nepoti suo eiusque haeredibus masculis castrum de Trebis Anagninae dioc. in feudum confert atque eum per cuppam argenteam investit. xi kal. Dec. ind. I. incarn. dom. a° 1257. pont. a° 3. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 136. n° 258. — »Tuam tuorumque puram.«

» 22 » (17082) Abbati et conventui monasterii Calvi Montis Praemonstr. ord. Rhemens. dioc. concedit, ut a personis liberis in dicto monasterio professionem facientibus bona mobilia et immobilia, feudalibus dumtaxat exceptis, petere ac recipere possint. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 345. — »Vestrae religionis devotione.«

» 22 » (17083) Archiepiscopo Cantuariensi scribit, causam inter priorem conventumque S. Trinitatis Londoniensis et Ubaldinum clericum nepotem O(ctaviani) diaconi cardinalis vertentem super ecclesia de Bixle Roffens. dioc. per S(tephanum) Praenestinum episcopum ita esse terminatam, ut dicti prior et conventus praefatam ecclesiam cum iuribus *etc.* liberam habeant, eidem Ubaldino super eadem perpetuum silentium imponendo. Rogat eum, curet ne memorati prior et conventus super praemissis ab aliquibus molestentur. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 34. — »Sua nobis dilecti.«

» 25 » (17084) Nobilibus viris dominis, vassallis et aliis habitatoribus castri de Trebis Anagniae dioc. mandat, ut Raynaldo de Genna (Genua *perperam Th.*), cui iura redditus et proventus eiusdem castri concesserit, homagium faciant necnon de praedictis iuribus *etc.* respondeant. vii kal. Dec. a° 3°. Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 136. n° 259. — »Cum nos iura.«

» 26 » (17085) Abbatissae et conventui monasterii in Porceto [Burtscheid] Cisterc. ord. Coloniens. dioc. concessionem b. mem. Iohannis Leodiensis episcopi, qua eis elargitus est, ut parochialis ecclesiae de Vilen Leodiens. dioc., cum ipsam vacare contigerit, proventus perpetuo convertere in usus proprios possint, confirmat. vi kal. Dec. a° 3°. ‖ Quix Burtscheid 253. — »Solet annuere sedes.«

» 27 » (17086) (Olrico) Raceburgensi et (Volrado) Halberstadensi episcopis ac (Iohanni?) abbati de Lenin Cisterc. ord. Brandeburg. dioc. committit causam terminandam, quae inter (Hermannum) episcopum Caminensem et (Rudolfum) episcopum Zwerinensem ab hoc super limitibus diocesis suae contra illum mota est. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Lisch Meklenb. Urkunden III. 98; Meklenb. UB. II. 112. n° 806; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXIV. 338. n° 18. — »Exposuit nobis venerabilis.«

» 29 » (17087) Magistro Alexandro de Ferentino capellano suo in Anglia commoranti controversiam vertentem inter Iohannem abbatem conventumque monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. et Nicolaum clericum Bononiensem super ecclesia de Gronewich Roffens. dioc. committit cognoscendam et terminandam. iii kal. Dec. a° 3°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 316. n° 675. — »Exposita coram nobis.«

» 29 » * (17088) Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis indulget, ut decimas, quas nonnulli laici in feudum perpetuum a dicta ecclesia tenuerunt, ab eisdem in pignus recipere et eas usque ad integram solutionem retinere possint, ita ut praefati laici a servitiis, de quibus ratione dictorum feudorum eidem ecclesiae tenentur, interim sint immunes. iii kal. Dec. a° 3°. ‖ Défense des privil. de l'égl. Saint-Martin de Tours, pr. 47.

» 29 » (17089) Capitaneum communitatis Esculanae hortatur, ut fratres ordinis Minorum una cum loco, quem in civitate Esculana in vico, qui Scadya dicitur, obtinuerint sibi opportunum, sui favoris auxilio confoveat. iii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 264. n° 387. — »Ut de talento.«

Dec. 1 » (17090) Guardiano et fratribus de ordine Minorum Esculanis concedit facultatem, ut ad locum nuper emptum infra civitatem ipsam situm in parochia s. Mariae inter vineas in vico qui Scadya nominatur cum assensu Bonaventurae generalis ministri sui ordinis se transferre *etc.* possint. Kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 265. n° 389. — »Paupertas voluntaria cui.«

» 1 » (17091) (Nicolao) episcopo Assisinati committit, ut abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Vallis Gloriae ord. s. Dam. Spoletan. dioc. licentiam concedat vendendi aut permutandi quasdam possessiones, terras *etc.*, de quibus propter distantiam et diversitatem locorum nonnisi commoditatem modicam assequuntur. Kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 390. — »Exhibita nobis dilectarum.«

» 1 » (17092) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut tempore generalis interdicti in ecclesiis et oratoriis suis divina possint celebrare officia. Kal. Dec. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 355. n° 191. — »Devotionis vestre precibus.«

» 3 » (17093) Generali et provincialibus ministris fratrum Minorum inhibet, ne de cetero aliquibus sui ordinis licentiam transeundi ad alios ordines observantiae mitioris concedant. iii non. Dec. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 465. n° 46; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 266. n° 391. — »Cum et plantare.«

» 3 » (17094) Abbatissae et conventui monasterii s. Catarinae de Cingulo Cisterc. ord. quondam Auximan. dioc., quibus (Angelus) rector et fratres hospitalis Spineti in regione Cinguli

1257.

constituti illud cum iuribus *etc.* pro erigendo ibidem coenobio 1234. Apr. 24 contulerant, hanc collationem confirmat. iii non. Dec. a° 3°. ‖ Compagnoni Mem. di Osimo V. 73. n° 47. — »Ex tenore vestre.«

Dec. 4 Viterbii (17095) Universis Christifidelibus fabricam ecclesiae et monasterii fratrum Minorum de Confluentia Trevirens. dioc. promoventibus indulgentiam concedit. ii non. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 266. n° 392. — »Quoniam ut ait.«

» 4 » (17096) (Henrico) Chymensi episcopo mandat, moneat Phylippum quondam Salzpurgensis ecclesiae electum, qui adhuc munitiones, castra et quaedam alia bona istius ecclesiae tanto tempore viduatae in sua detineat potestate, ut praedicta omnia (Ulrico) Salzpurgensi archiepiscopo sine qualibet difficultate resignet; alioquin tam eum quam alios qui eadem suo nomine detinent, ad id per censuram ecclesiasticam compellat. ii non. Dec. a° 3°. ‖ Hermanni Altahens. Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 398; Mansi Conc. XXIII. 826; Labbe Conc. XI. i. 717; Canisius Lect. ant. (ed. 1a) I. 278; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1257 § 9. — »In contemptum veniens.«

» 5 » (17097) Fratribus Praedicatoribus inquisitoribus haereticae pravitatis in partibus Tolosanis indulget, ut nullus apostolicae sedis delegatus vel subdelegatus in eos et quatuor eorum notarios vel scriptores possit excommunicationis *etc.* sententias promulgare. Non. Dec. a° (4°, *sed legatur*) 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 369. n° 225. — »Ne fidei negotium.«

» 7 » (17098) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis interdicit, ne in fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol., clericos aut ecclesias eorum excommunicationis vel interdicti sententias promulgare praesumant. vii id. Dec. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 394. n° 576. — »Cum dilecti filii.«

» 8 » (17099) Priori et fratribus Praedicatoribus Bononiensibus indulget, ut tempore generalis interdicti in vigiliis et duobus festis b. Dominici conf. apertis ianuis, excommunicatis duntaxat exclusis, una cum aliis religiosis et clericis saecularibus, qui tunc in ecclesia convenerint, divina officia ibi solemniter celebrent. vi id. Dec. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 355. n° 192. — »Pro reverentia beati.«

» 9 » (17100) (Ulrico) archiepiscopo Salzburgensi mandat, moneat omnes vassallos Salzburgensis ecclesiae, ut Phylippo quondam electo Salzburgensi contra ipsum vel eandem ecclesiam nullum praestent auxilium vel favorem. Eidem quoque concedit facultatem illos, qui dictae ecclesiae munitiones et castra in sua detinent potestate, compellendi ad restitutionem eorum per excommunicationis et interdicti sententias. v id. Dec. a° 3°. ‖ Quellen u. Erörterungen V. 170. — »Detestanda Phylippi quondam.«

» 10 » (17102) Fratribus Praedicatoribus inquisitoribus pravitatis haereticae in partibus Tolosanis amplissimam facultatem concedit absolvendi a sententia excommunicationis, convocandi clerum et populum civitatum *etc.* iv id. Dec. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 356. n° 193. — »Cupientes ut inquisitionis.«

» 11 » (17103) (Henrico) episcopo Traiectensi mandat, compellat capellanos et conversos monasterii de Rinsborch ord. s. Ben. Traiect. dioc., ut abbatissae dicti coenobii obedientiam et reverentiam ac praefato monasterio debita servitia exhibeant. iii id. Dec. a° 3°. ‖ Oorkondenb. van Holland II. 17. n° 34. — »Querelam dilecte in.«

» 11 » * (17104) Monasterii b. Mariae V. in Biburch iura, privilegia et possessiones confirmat. iii id. Dec. indict. I. pont. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 102.

» 12 » (17105) (Henrico) regi Angliae scribit, se ad reformandum negotium regni Siciliae, quod cum eo eiusque filio Edmundo Siciliae rege ecclesia Romana susceperit, et ad reparandum illud in persecutionis statum transmittere magistrum Arlotum subdiaconum et notarium suum, eique sic providisse »quod tu excommunicationis sententiam seu aliquas ex poenis, quae in privilegio concessionis, innovationis et confirmationis, quas praefato Edmundo super praedicto regno fecimus, continentur, propter defectus aliquos a te circa praedictum commissos negotium nullatenus incurristi et regnum tuum non subiacet ecclesiastico interdicto.« Poenas omnes in praedicto contentas privilegio usque ad kalendas Iunii proximas suspendit, et ius quod praefato regi Siciliae extitit acquisitum, eidem et heredibus eius usque tunc salvum manet et illaesum. ii id. Dec. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 34; Raynaldi Ann. ad a. 1257 § 40, 41. — »Ad reformandum negotium.«

» 13 » (17106) Eundem rogat, ut Rogerium Fimetti de Lentino nobilem regni Siciliae ad praesentiam eius accedentem »qui tibi utilis esse potest ad tuum de praedicto regno propositum obtinendum, per quem etiam plene ac fideliter instrui poteris,« ac alios nobiles eiusdem Rogerii sectatores benigne recipiat. Id. Dec. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 34. — »Virtutum titulis tua.«

» 13 » (17107) Eundem rogat et monet, ut processum iusticiariorum contra A(braam) archiepiscopum Armachanum revocet et ecclesiam Armachanam ad eum statum in quo erat tempore, quo b. mem. R. Armachanus archiepiscopus de licentia regia iter arripuit veniendi ad sedem apostolicam, plene reducat. Id. Dec. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 35. — »Gloriae perennis obtentu.«

1257.

Dec. 13 Viterbii (17108) Guardiano et fratribus Minoribus de Fulgineo, quibus (Philippus) prior et canonici ecclesiae s. Feliciani Fulginatis quidquid in novo civitatis Fulginatis possederunt in casalinis, casatis et excasatis Aegidio Angulari ordinis Minorum procuratori pro ipsis 1256. Aug. 9 in perpetuam elemosynam contulerant, hanc collationem confirmat. Id. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 267. n° 393. — »Devotionis vestrae petitio.«

» 13 » (17109) (Iohanni Bono) episcopo Anconitano mandat, ut si cives de Esculo fratres Minores impedire praesumpserint, ne de loco suo priori (*cf.* n° 17089) *etc.* libere disponant, illos per censuras ecclesiasticas compescant. Id. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 269. n° 394. — »Cum nos dilectis.«

* *In eundem modum* Capitaneo, consilio et communi civitatis Esculensis. ‖ Sbaralea l. c. n° 395.

» 13 » (17110) Abbatissam monasterii s. Bartholomaei de Falesio ord. s. Dam. Massanens. dioc., quam illuc Raynaldus de Tocco poenitentiarius et capellanus papae de mandato apostolico a monasterio s. Mariae de Massa transtulerat, confirmat. Id. Dec. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 466. n° 47; Sbaralea l. c. n° 396. — »Cum a nobis.«

» 15 » (17111) (Gerhardo) archiepiscopo Moguntino praecipit, ut in loco, quem fratres Praedicatores Moguntini pro aedificanda ecclesia elegerunt, ponat iuxta morem primarium lapidem et prope ipsam ecclesiam cimiterium benedicat. xviii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Joannis Scr. hist. Mogunt. II. 850. — »Cum sicut accepimus.«

» 15 » (17112) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in partibus Tholosanis plenam concedit veniam peccatorum, sociis autem ordinis et eorum notariis, qui una cum eis in prosecutione huius negotii laboraverint et auxilium contra haereticos *etc.* praestiterint, indulgentiam trium annorum elargitur. xviii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 356. n° 194. — »Firmissime teneat prudentia.«

» 18 » (17113) (Alberto) episcopo Mutinensi mandat, ut statuta damnabilia, quae a Mantuanis ordinata sint et per quae negotium fidei directe impediatur, ad tale reducat moderamen, ut per ipsa fratrum Praedicatorum inquisitorum processus in aliquo non impediantur. xv kal. Ianr. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 357. n° 195; Cherubini Bullar. I. 113; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 652. n° 42. — »Implacida relatio nuper.«

» 18 » (17114) Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandavensis indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis compelli nequeant. xv kal. Ianr. a° 3°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 158. n° 274, *male tributa* Alexandro III. — »Paci et tranquillitati.«

» 18 » (17115) Eisdem indulget, ut in parochiis ecclesiarum, in quibus ius patronatus habent, pro ea portione qua in eis veteres iuste percipiunt, novalium decimas percipere valeant. xv kal. Ianr. a° 3°. ‖ v. Lokeren l. c. 157. n° 273, *male inscripta* Alexandro III. — »Cum a nobis.«

» 18 (») * (17116) Le pape autorise l'abbé de St. Pierre à Gand à racheter les dîmes inféodées dans les paroisses de son patronage, avec l'autorisation de l'évêque et des curés, et à condition de s'obliger à les rétrocéder aux dits curés contre remboursement du prix d'acquisition. ‖ v. Lokeren l. c. 317. n° 676.

» 18 » (17117) (Henrico) regi Angliae notum facit, se Abraam archipresbyterum Armachanum capellanum A. (*falso, legas* Hugonis) tit. S. Sabinae presbyteri cardinalis Armachanae ecclesiae praefecisse in pastorem et archiepiscopum, eumque rogat et monet, ut illi bona dictae ecclesiae, quae ipsius sede vacante ad manus suas tenuerit, sine dilatione restituat. xv kal. Ianr. a° 3°. ‖ Wilkins Conc. I. 730; Rymer Foed. I. ii. 35. — »Suae dona gratiae.«

» 19 » (17118) Fratrum de ordine Minorum Wratislaviensium ecclesiam visitantibus in die consecrationis et in anniversario eiusdem ac festo b. Iacobi concedit indulgentiam unius anni et 40 dierum. xiv kal. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 467. n° 48. — »Sanctorum meritis inclyta.«

» 19 » (17119) Matthaeum ecclesiae Conchensis praesulem praeficit Burgensi ecclesiae in episcopum et pastorem. xiv kal. Ianr. a° 3°. ‖ Espagña sagr. XXVI. 326, *fragm.*

(Ianr. 1-Dec. 19) — (17120) Ministro et fratribus ordinis Minorum de Bobio indulget, ut in eorum loco et ecclesia omnibus sepultura sit libera. *Sine signo chronol.* ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 230. n° 348. — »Cum a nobis.«

» 21 Viterbii (17121) Abraham archiepiscopo Armachano Yberniae primati concedit facultatem contrahendi pro expediendis ecclesiae suae negotiis mutuum usque ad summam 500 marcarum sterlingorum. xii kal. Ianr. a° (5°, *sed legas*) 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 80. n° 207. — »Cum sicut in.«

» 22 » (17122) (Rudolpho) archiepiscopo et capitulo Magdeburgensibus confirmat comitatum qui Sehusen dicitur et tria castra, quae omnia Ludolphus »qui tunc pro episcopo Halberstadensis ecclesiae se gerebat,« Iohanni et Ottoni marchionibus Brandenburgensibus, receptis ab ipsis 3100 marcis argenti, capituli Halberstadensis ad id non accedente consensu, de facto in feudum dederat marcas ipsas in usus proprios convertendo; quae

1257.

autem (Volradus) Halberstadensis episcopus et idem capitulum in Magdeburgensem ecclesiam transtulerant, receptis ab eadem ecclesia nomine ecclesiae Halberstadensis duobus aliis castris et quodam annuo redditu necnon et 4400 marcis argenti. xi kal. Ianr. a° 4° (*om. Boy.*). ‖ Gercken Cod. VI. 401; Boysen Histor. Magazin III. 14 *non integra*; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 57. n° 81. — »Hiis que ab.«

Dec. 24 Viterbii (17123) Archiepiscopo Eboracensi et suffraganeis eius mandat, ut decimam proventuum ecclesiasticorum, redemptiones votorum crucesignatorum, legata ac fructus beneficiorum vacantium (Henrico) regi Angliae per quinquennium in regno Angliae pro sui voti prosecutione concessa in suis civitatibus et diocesibus colligant. ix kal. Ianr. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 35. — »Cum decima ecclesiasticorum.«

» 26 » (17124) Universis archiepiscopis et episcopis per regnum Angliae constitutis scribit, se, licet pro negotio regni Siciliae eorum ecclesias earumque bona ratione decimae (Henrico) regi Angliae concessae certis mercatoribus usque ad certas summas fecerit obligari, eos scire velle »quod nostrae intentionis existit quod, nisi reformatio eiusdem negotii inter Romanam ecclesiam et praedictum regem .... provenerit,« per obligationes huiusmodi nullatenus procedatur. vii kal. Ianr. a° 4°. ‖ Rymer l. c. 36. — »Licet pro negotio.«

» 29 » (17125) Abbati S. Trinitatis Florentinae Vallisumbros. ord. controversiam inter priorem et fratres heremitas Camaldulensis heremi et rectores ecclesiarum de Biblena, de Buiano, de Partina, de Agna *etc.* super decimis, terris *etc.* exortam committit decidendam. iv kal. Ianr. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 94. n° 73. — »Conquesti sunt nobis.«

» 29 » (17126) Guardiano et fratribus ordinis Minorum Ferentinis scribit idem, quod exhibet n° 17068. iv kal. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 271. n° 397. — »Sanctorum meritis inclyta.«

(Mai. 23-Dec. 31) » * (17127) Communi Firmano sub poena 1000 librarum praecipit, ne aliquos nuncios Manfredi, »qui princeps dicitur,« adversarii ecclesiae recipiant. *Sine die et mense.* A° 3°. ‖ Cronache della città di Fermo 416. n° 254.

— — * (17128) Abbati et conventui monasterii s. Augustini Cantuariae indulget, ut ultra duas diaetas extra coenobium conveniri nequeant. A° 1257. ‖ Twysden Histor. Anglic. scr. II. 2269.

— — * (17128a) Universis Christifidelibus vere poenitentibus, qui ecclesiam praefati claustri certis diebus visitarint, indulgentiam 40 dierum concedit. A° 1257. ‖ Twysden l. c. 2269.

— — (17129) Consiliariis regis Angliae ac ceteris proceribus et magnatibus eiusdem regni scribit, se Ebrendunensem et Caratasiensem archiepiscopos, magistrum Rustandum capellanum *etc.* nuncios eiusdem regis et ipsorum libenter audivisse; respondet ad eorum petitiones praemissas ad curiam, eosque rogat et hortatur, ne moleste ferant, si legatum ad praesens distulerit destinare. Addit, se super his, quae iidem nuncii contra electum Wintoniensem proposuerint, dolere multipliciter et turbari *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Matth. Paris Hist. maior. Additam. 222. — »Venerabiles fratres Ebrendunensem.«

— — (17130) Monasterium s. Mariae Campisolis Cisterc. ord. Suerinens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. *Sine loco, mense et die.* A° 1257. pont. a° 3°. ‖ Schröder Papistisches Mecklenburg 675, *deficiente exordio.*

— — (17131) Soldano Iconii, qui in votis habebat ad Christum converti, iam receperat penthateucum Moysi, prophetiam etiam Isaiae et Hieremiae, Pauli epistolas atque Iohannis evangelium et Matthaei, et postulaverat ut sibi mittatur orthodoxus aliquis, a quo in lege Christi quasi vice apostolica plenius instrueretur, respondet, se tales procuratурum esse destinare, qui apud eum in doctrina sana vices apostolicae auctoritatis suppleant, eique fidei catholicae seriem et tenorem sub quodam compendio et digitotenus intimat. *Absque nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1257 § 55–72 ex ms. Vatic. n° 3977. p. 81. — »Ex litteris tuis.«

— — * (17132) Potestati, consilio et communi Firmanis praecipit, ut exercitum faciant contra homines Civitanovae eo quod solvere recusabant debita per eos camerae apostolicae. A° 3°. ‖ Cronache della città di Fermo 416. n° 256.

— — * (17133) Constituit, ut, si qui ordinarii in ius vocent aliquos exemptionem de qua non constet habentes eaque contumaciter non producta sententiam ferant, a qua exemptus ad conservatorem suum provocet, conservatoris iudicium eo casu ordinarium non teneat. A qua tamen constitutione ordo Livonicus eximitur. ‖ Schiemann Regesten 3. n° 13.

1258.

Ianr. 1 Viterbii (17134) (Henrico) regi Angliae notum facit, Tarantasiensem archiepiscopum, Bathoniensem et Wellensem episcopos *etc.* assignasse et concessisse Petro Scotti Dominici, Iacobo Balioni *etc.* civibus et mercatoribus Senensibus ex decima proventuum ecclesiasticorum regni Angliae 4500 marcas sterlingorum pro melioratione ac reformatione conditionum

1258.

contentarum in privilegio apostolico confecto super concessione regni Siciliae ac exoneratione cuiusdam debiti, in quo rex et filii eius teneantur. Rogat et hortatur, ut eisdem mercatoribus de hac pecunia celeriter satisfaciat. Kal. Ianr. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪ. 36. — »Pertinet ad regiae.«

Ianr. 2 Viterbii (17135) Repetit n° 17117: »ɪᴠ non. Ianr. a° 4°« — »Suae dona gratiae.« ‖ Rymer l. c. 36.

» 2 » (17136) (Bertoldo) abbati de Cremsmunster et (Sibotoni) praeposito ecclesiae s. Floriani Pataviens. dioc. mandat, ut disceptent controversiam inter (Hermannum) abbatem conventumque de Sytansteten ord. s. Ben. et (Conradum) episcopum Frisingensem super iure patronatus ecclesiarum in Aspach, Waidhofen et Holnstein litigantes. ɪᴠ non. Ianr. a° 4°. ‖ Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 57. — »Conquesti sunt nobis.«

» 2 » (17137) Eisdem mandat, ut causam vertentem inter abbatem conventumque de Sytansteten et episcopum Frisingensem, qui super villis de Haspach et de Waidhofen ad ipsum monasterium de iure spectantibus et rebus aliis iniurietur illis, fine debito decidant. ɪᴠ non. Ianr. a° 4°. ‖ Raab l. c. 58. — »Conquesti sunt nobis.«

» 3 » (17138) (Hermannum) abbatem et conventum monasterii de Sytansteten ord. s. Ben. Pataviens. dioc. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras, domos et alia bona eis et monasterio confirmat. ɪɪɪ non. Ianr. a° 4°. ‖ Raab l. c. 58. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 3 » (17139) (Helmwico) abbati Gotwicensi et (Henrico) praeposito ecclesiae s. Ypoliti Pataviens. dioc. de controversia inter (Hermannum) abbatem conventumque monasterii de Sytansteten et Haynricum ac Fridericum fratres de Husekke ministeriales Pataviens. dioc. super quibusdam possessionibus et rebus aliis vertente mandata dat. ɪɪɪ non. Ianr. a° 4°. ‖ Raab l. c. 59. — »Conquesti sunt nobis.«

» 3 » (17140) Monasterii de Chremunsmunister patrocinium suscipit eiusque terras et alia bona confirmat. ɪɪɪ non. Ianr. a° 4°. ‖ UB. von Kremsmünster 107. n° 86; UB. ob der Enns III. 568. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 3 » • (17141) Capitulum Gurcense protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. ɪɪɪ non. Ianr. a° 4°. ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 306. n° 1254.

» 4 » (17142) (Hermanno) abbati et conventui monasterii de Sytansteten ord. s. Ben. Pataviens. dioc. ius patronatus in ecclesiis de Aspach, Waidhofen et Holnstein confirmat. ɪɪ non. Ianr. a° 4°. ‖ Raab l. c. 60. — »Iustis petentium desideriis.«

» 4 » (17143) (Bertoldo) abbati et conventui monasterii de Chremsemonasterio, quibus b. m. Ulricus Pataviensis episcopus ecclesiam de Puchirichin [Buchkirchen] retinendam in usus proprios concessit, hoc confirmat. ɪɪ non. Ianr. a° 4°. ‖ UB. von Kremsmünster 108. n° 87; UB. ob der Enns III. 569. — »Pie postulatio uoluntatis.«

» 4 » (17144) Eisdem, quibus b. m. Wolfkerus episcopus Pataviensis ecclesiam de Worihdorf [Vorchdorf], in qua illi ius patronatus habebant, retinendam in usus proprios concesserat, hoc confirmat. ɪɪ non. Ianr. a° 4°. ‖ UB. von Kremsmünster 109. n° 88; UB. ob der Enns III. 570. — »Pie postulatio uoluntatis.«

» 5 » • (17145) Episcopo, decano et archidiacono Atrebatensibus mandat, ut, cum praepositus et capitulum ecclesiae s. Martini Yprensis curam animarum in plus quam 40000 habitatoribus Yprarum exerceant et maxima pars reddituum conventus in fidelium oblationibus et elemosynis consistat, scabini autem et iurati praefatae civitatis in praeiudicium dicti capituli ordinationes ad prohibendum antedictas oblationes et elemosynas promulgaverint, hanc causam inquirant et fine debito terminent. Non. Ianr. a° 4°. ‖ Diegerick Invent. 82. n° 96.

» 7 » (17146) Abbati et conventui monasterii de Chremsemonasterio, quibus b. m. Reginbertus Pataviensis episcopus ecclesiam in Monte s. Martini, in qua illi ius patronatus habebant, retinendam in usus proprios concesserat, hoc confirmat. ᴠɪɪ id. Ianr. a° 4°. ‖ UB. von Kremsmünster 109. n° 89; UB. ob der Enns III. 570. — »Pie postulatio uoluntatis.«

» 7 » (17147) Eisdem, quibus b. m. Diepoldus episcopus Pataviensis ecclesiam de Chirichperch, in qua illi ius patronatus habebant, retinendam in usus proprios concesserat, hoc confirmat. ᴠɪɪ id. Ianr. a° 4°. ‖ UB. von Kremsmünster 110. n° 90; UB. ob der Enns III. 571. — »Pie postulatio uoluntatis.«

» 7 » (17148) Eisdem, quibus Rudegerus quondam Pataviensis episcopus ecclesiam de Weizchirichin, in qua ius patronatus habebant, retinendam in usus proprios concesserat, hoc confirmat. ᴠɪɪ id. Ianr. a° 4°. ‖ UB. von Kremsmünster 110. n° 91; UB. ob der Enns III. 571. — »Pie postulatio uoluntatis.«

» 8 » (17149) Priorissae ac conventui monasterii b. Mariae V. de Pruliano Tolosanae dioc. ord. s. Aug. concedit, ut, si quae earum, sive antequam ad hanc religionem convolaverint sive postea, excommunicationis sententiam incurrerint, per priorem vel eius vicarium

1258.

possint absolutionis beneficium obtinere. ᴠɪ id. Ianr. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 357. n° 196. — »Sacram religionem vestram.«

Ianr. 9 Viterbii (17150) Abbati et conventui monasterii ss. Udalrici et Afrae Augustensis ord. s. Ben. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in translatione reliquiarum martyris Dionysii primi Augustensis episcopi et in anniversario translationis ipsius annis singulis visitarint, indulgentiam 40 dierum concedere. ᴠ id. Ianr. a° 4°. ‖ Mon. Boica XXII. 219 et XXIII. 11. — »Sanctorum meritis inclita.«

» 10 » (17151) Guardiano et fratribus ordinis Minorum Fulginatensibus, qui quaedam casalina sive terrena posita in loco qui vocatur Pagillum cum Berardo archidiacono administratore ecclesiae sive episcopatus Fulginatensis pro aliis commutaverant, hanc commutationem confirmat. ɪᴠ id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 271. n° 398. — »Cum a nobis.«

» 13 » (17152) (Gentili) episcopo Forosemproniensi in virtute obedientiae districte praecipit, ut abbatissae et conventui monasterii s. Mariae castri Begni ord. s. Dam. Feretran. dioc. monasterium s. Silvestri (de Ischietto) ord. s. Ben. Urbinat. dioc. assignet ac illas in illius possessionem inducat. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 273. n° 399. — »Ne dilectae in.«

» 9	»	(17298) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut ad ecclesias suas personas idoneas diocesanis episcopis praesentent, dummodo dictae ecclesiae nullum defectum in divinis officiis patiantur et de iuribus faciant locorum episcopis plenarie responderi. v id. Iun. a° 4°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 413. n° 327; Hennes UB. II. 121. n° 128; Strehlke Tab. 397. n° 581. — »Iustis petentium desideriis.«
» 10	»	(17299) (Belam) regem Ungariae hortatur, ut magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis Ierosolymitani mille marcas argenti, quas pater eius illis se daturum promiserit annuatim ex aerario regni sui, quarum autem solutionem filius hactenus plus debito prorogaverat, nunc et in posterum ministret ac de subtractis satisfaciat, privilegia quoque, immunitates, libertates, ordinationes *etc.* cum illis initas conservet. iv id. Iun. a° 4°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 276; Katona Hist. crit. IV. 271; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 466; Theiner Mon. Hungar. I. 236. n° 451; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 301. — »Ad tuam memoriam.«
» 11	»	(17300) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. indulget, ut ad solvendas legatis et nuntiis apostolicae sedis, exceptis tamen Romanae ecclesiae cardinalibus, procurationes pecuniarias cogi nullatenus possint. iii id. Iun. a° 4°. ‖ J. N. Becker Versuch e. Gesch. der Hochmeister in Preussen *etc.* (Berlin 1798. 8°) 109; Duellius Hist. ord. Theut. append. 9. n° 9; Strehlke Tab. 397. n° 583; de Geer Archieven I. 81. n° 89. — »Affectu benevolencie specialis.«
» 11	»	• (17301) Abbati monasterii s. Petri Cabilonensis ord. s. Ben. mandat, ut ea quae de bonis monasterii Cluniacensis alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. iii id. Iun. a° 4°. ‖ Bullar. Cluniac. 128.
» 11	—	• Universis Christifidelibus: »Anagniae iii id. Iun. a° 4°«. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 748. n° 27, *vid.* 1259. Iun. 11.
» 12	Viterbii	(17302) Electo Ravennatensi mandat, ut statuta a Mantuanis edita, per quae negotium fidei directe impediatur, rescindat et faciat, ut illi inviolabiliter observent statuta, quae Innocentius pp. praedecessor contra haereticos ediderit. ii id. Iun. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 364. n° 213. — »Implacida relatio nuper.«
» 13	»	(17303) Priorissae et conventui monialium inclusarum monasterii de Mayorico ord. s. Aug. Tolet. dioc. concedit, ut privilegiis et indulgentiis ordini Praedicatorum ab apostolica sede concessis, quamdium iuxta instituta ipsorum et sub eorum cura vivant, uti et gaudere possint. Id. Iun. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 365. n° 214. — »Devotionis augmentum vobis.«
» 13	»	(17304) Universis Christifidelibus praefatarum monialium ecclesiam quolibet die festo b. Mariae V., s. Dominici et s. Petri Mart. visitantibus, indulgentiam 100 dierum elargitur. Id. Iun. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 365. n° 215. — »Vite perennis gloria.«
» 13	»	(17305) Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci Tudertini ord. s. Dam. indulget, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis usque ad summam 100 unciarum auri recipere valeant. Id. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 293. n° 428. — »Necessitatibus vestris paterno.«
» 13	»	(17306) Eisdem indulget, ut privilegiis ordini Minorum concessis uti possint. Id. Iun. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 429. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 13	»	(17307) Eisdem indulget idem, quod legimus in n° 15043. Id. Iun. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 430. — »Caelestia quaerentibus.«
» 13	»	(17308) Abbati de Driburch Praemonstr. ord. et priori de Coldingham S. Andreae dioc. mandat, ut inter abbatem conventumque monasterii de Radingia et abbatem conventumque monasterii de Dunfermelim ord. s. Ben. S. Andreae dioc. super capella de Perth litigantes iudicium faciant. Id. Iun. a° 4°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 421. n° 602. — »Sua nobis dilecti.«
» 15	»	(17309) Clero Placentino inhibet, ne de cetero praetextu mandati Innocentii pp. IV, quod penitus revocat, ad relevandas indigentias et necessitates civium Placentinorum eisdem, inconsulto Romano pontifice, aliquod subsidium impendant. xvii kal. Iul. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 403. n° 103. — »Accepimus quod foelicis.«

1258.

Iun. 16 Viterbii (17310) Monasterium monialium s. Francisci Tudertinum ord. s. Dam. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xvi kal. Iul. indict. I. incarn. dom. a° 1258. pont. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 293. n° 431. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 20 » (17311) Repetit Innocentii IV pp. n° 11226 d. d. 1244. Ianr. 17: »xii kal. Iul. a° 4°« — »Inter alia quibus.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 365. n° 216; *cf.* Bunge Livl. UB. VI. 19. n° 368a.

» 22 » (17312) Iacobo priori S. Georgii in Allega Castellan. dioc. mandat, compellat Maynardum et eius fratrem comites Goriciae et Henricum de Villalta, Asquinum de Varmo *etc.*, ut possessiones et res alias ad (mensam?) patriarchalem Aquilegensem spectantes, quas titulo pignoris detinent obligatas, Gregorio patriarchae Aquilegensi restituant. x kal. Iul. a° 4°. ‖ Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1258; *cf.* Bianchi Docum. 76. n° 243. — »Venerabilis frater noster.«

» 22 » (17313) Repetit n° 17300. x kal. Iul. a° 4°. ‖ Duellius Hist. ord. Theut. II. 14. n° 19; Strehlke Tab. 398. n° 584. — »Affectu benevolentiae specialis.«

» 22 » • (17314) Priori S. Georgii in Allega mandat, ut Ulricum ducem Karinthiae, in quem episcopus Castellanus propter damna et iniurias multiformes ecclesiae et patriarchae Aquileiensibus irrogata occupando castrum de Wardenech et quaedam alia castra sententiam excommunicationis iam diu promulgaverat, et omnes ei adhaerentes publice nunciet excommunicatos et eius terras ecclesiastico suppositas interdicto. ‖ Bianchi Docum. 76. n° 242; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 307. n° 1257.

» 22 » • (17315) Repetit n° 16148 d. d. 1255. Dec. 23: »x kal. Iul. a° 4°« — »Cum olim felicis.« ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 307. n° 1256.

» 24 » (17316) Priori S. Martini de Campis Parisiensis mandat, ut, cum abbas conventusque monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. super possessionibus et aliis bonis graves patiantur iniurias et iacturas, eosdem favoris opportuni praesidio prosequatur neque contra indulta privilegia sedis apostolicae ab aliquo indebite molestari permittat. viii kal. Iul. a° 4°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de S. Denys 590. — »Sub religionis habitu.«

» 24 » (17317) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ut archiepiscopi et episcopi et alii ecclesiarum praelati in eorum ecclesiis salva procuratione eo tantummodo sint iure contenti, quod ipsi et praedecessores ipsorum ab eis eorumque praedecessoribus hactenus habuisse noscuntur. viii kal. Iul. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 398. n° 585. — »Plenitudine favoris et.«

» 25 » (17318) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut universis parochianis suis sub interminatione anathematis prohibeant, ne a fratribus hospitalis domus s. Mariae Theuton. Ierosol. vel eorum hominibus de victualibus, vestimentis, pecudibus vel de aliis rebus eorundem usibus deputatis caucagium vel aliquamlibet consuetudinem exigere vel extorquere praesumant. vii kal. Iul. a° 4°. ‖ Strehlke l. c. 398. n° 586. — »Religiosos viros fratres.«

» 25 » • (17319) Sepulturam in ecclesiis fratrum ordinis Praedicatorum liberam esse decernit. vii kal. Iul. a° (1259, *legas*) 1258. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 763. n° 118.

» 26 » (17320) Abbati S. Eligii Noviomensis mandat, ut, cum rectores ecclesiarum de Trembleyo, Villiaco et quarundam aliarum abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc., qui in illis ius obtinent patronatus, nolint praestare iuramentum quod bona et iura dictorum abbatis et conventus in ecclesiis ipsis conservabunt, partes convocet et causam debito fine decidat. vi kal. Iul. a° 4°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St.-Denys 589, *non integra.* — »Sua nobis dilecti.«

» 26 » (17321) Eidem in eundem modum super rectoribus ecclesiarum de Thoriaco, de Trapis et quarundam aliarum nolentibus idem praestare iuramentum. vi kal. Iul. a° 4°. ‖ Doublet l. c. 589. — »Dilecti filii abbas.«

» 26 » (17322) Rectoribus, confratribus et consororibus universis fraternitatis b. Mariae Paduanae significat, se omnibus qui se in eadem fraternitate collegas et confratres statuerint ac semel singulis mensibus in ecclesia fratrum Praedicatorum ad missarum solemnia convenerint, indulgentiam 100 dierum impertiri. vi kal. Iul. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 366. n° 217. — »Splendor paterne glorie.«

» 27 » (17323) Alberto (Magno) lectori fratrum Praedic. Coloniensium mandat, ut Hermanno clerico filio Danielis de Bachein militis canoniam et praebendam, quas Lambertus de Wintere canonicus ecclesiae Buriensis Coloniens. dioc. libere resignare intendat, conferat et assignet. v kal. Iul. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 366. n° 218; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1257 n° 8. — »Significante nobis venerabili.«

» 27 ») (17324) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. ad eorum loca pro elemosinis

1258.

accesserint colligendis, benigne recipiant eosdem et ipsos in suis ecclesiis ammonere populum et elemosinas libere quaerere permittant *etc.* v kal. Iul. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 399. n° 587. — »Cum dilectis filiis.«

Iun. 27 Viterbii (17325) Scolastico ecclesiae Ratisponensis mandat, ut ea quae de bonis ad episcopalem mensam Pataviensem spectantibus per concessiones episcoporum alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. v kal. Iul. a° 4°. ‖ Mon. Boica XXIX. ii. 426. — »Ex parte venerabilis.«

» 29 » (17326) Abbati Cisterciensi eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterc. ordinis ad preces I(ohannis) tit. S. Laurentii in lucina presb. card. indulget, ut legatis et nuntiis apostolicae sedis ac etiam archiepiscopis *etc.* in procuratione pecuniaria minime teneantur providere. iii kal. Iul. a° 4°. ‖ Mone Zeitschr. XVIII. 411. — »Circa sacrum et.«

» 29 » (17327) Magistro et fratribus ordinis Praedic. concedit facultatem, ut, nisi fratres qui ab apostolica sede licentiam obtinuerint ad religionem aliam transeundi, infra duos vel tres menses post obtentam licentiam ad aliam religionem studuerint se transferre, contra ipsos tamquam contra apostatas procedant. iii kal. Iul. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 367. n° 219. — »In gravem cordi.«

(» ?) (») (17328) Potestati, capitaneo et ancianis populi Florentini »filiis utinam diligendis« acriter opprobrat, quod litteris suis indebite denotaverunt, O(ctavianum) S. Mariae in via lata diaconum card. esse pollutum seu conscium laesionis aut incommodi »terrae vestrae«. Monet eos ut, si velint ab ecclesia filiacionem ipsorum debita benignitate tueri, si non sint a solita fide et constantia retrogradi, in tanta temeritate cogitationis nullatenus perseverent, sed de reatu laesae conscientiae veniam postulent. *Sine nota chronol.* ‖ Gebauer Leben Richards 564, *mendose.* — »Circa quod multifariam.«

Iul. 3 » (17329) Plebanum et canonicos saecularis ecclesiae ss. Andreae et Nicolai de Impoli sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. v non. Iul. indict. VII(!). incarn. dom. a° 1258. pont. a° 4°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. IV. 112. — »Effectum iusta postulantibus.«

» 3 » (17330) Ecclesiam ss. Iohannis baptistae et evangelistae in Havenburna [Hamborn] ord. Praemonstr. Coloniens. dioc. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. v non. Iul. indict. I. incarn. dom. a° 1258. pont. a° 4°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. pr. 632; Binterim Erzdiöcese Köln III. 257. n° 132. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 3 » (17331) Omnes servos et ancillas Ecelini de Romano tamquam haeretici dudum ab ecclesiastica unitate praecisi et Alberici germani eius, qui »per nos tamquam fautor et defensor haereticorum est vinculo excommunicationis constrictus ac privatus omnibus indulgentiis et privilegiis sibi ab apostolica sede concessis,« tradit plenariae libertati et eos liberos esse decernit. v non. Iul. a° 4°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 399; *deficiente initio* ap. Raynald. Ann. ad a. 1258 § 2. — »Quia homines natura.«

» 4 » (17332) Vicentino et Tarvisino episcopis significat, se, ut Ecelinus de Romano et Albericus germanus eius excommunicati de iniquitate sua doleant se iacturam aliquam reportasse, omnes servos et ancillas ipsorum cum eiusdem conditionis filiis et nepotibus, qui redierint vel redituri sint ad ecclesiae unitatem et in eiusdem obedientia permanserint, cum suo peculio tradidisse plenariae libertati et eos liberos esse decernere. Mandat eis, ut huiusmodi libertos manuteneant ac in libertate defendant. iv non. Iul. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 548; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 295. n° 432. — »Quia homines natura.«

» 6 » (17333) Potestatem, capitaneum, consilium et populum Pisanos rogat et hortatur, ut Ianuensibus et eorum iurisdictioni subiectis pacem firmam de cetero ubique servent, ab omni molestia ipsorum et eorum ditioni subiectorum tam in terra quam in mari desistant, ipsosque in aliquo non offendant, sed secure in societatibus, mercimoniis et aliis utantur ubilibet cum eisdem *etc.* ii non. Iul. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1258 § 33—35; Borgo Dipl. Pisani 184; Lünig Cod. Ital. dipl. III. 1499. n° 23. — »Sicut olim accepimus.«

• *In eundem modum* Ianuenses.

» 6 (») • (17334) Alessandro IV lagnasi col comune di Perugia che, malgrado i divieti e le pene, s'impedisca al rettore del ducato di Spoleto di procedere contro i Gualdesi; che si ajutino i ribelli di Casa Castalda, Col di Mincio *ecc.* ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 483.

» 6 » (17335) P. hospitalis s. Iohannis et P. domus militiae Templi Hierosolymitani fratribus nunciis suis in Sardinia scribit de dissensione inter Pisanos et Ianuenses super villa S. Giliae [Sant' Igia] Calaritan. dioc. exorta, eisque mandat, ut ad terram ipsam personaliter accedentes Pisanis, a quibus dicta villa obsedatur, et Ianuensibus pro ipsius defensione ibidem morantibus exinde remotis infra dies octo iuxta facti compromissi tenorem tenutam dictae villae recipiant. ii non. Iul. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1258 § 30; Cod. dipl. Sardin. I. 378. n° 100. — »Olim inter dilectos.«

1258.

Iul. 7 Viterbii (17336) Pisanis et Ianuensibus, qui sedi apostolicae munus arbitri de S. Giliae villa commiserant, mandat, ut in medietate mensis Septembris proximo venturi compareant coram apostolico conspectu, recepturi super quaestione dictae villae, quod ordo exegerit rationis. Non. Iul. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 31, *fragm.*

» 7 » (17337) Abbati Cystercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cysterc. ordinis indulget, ut, si legati et nuntii sedis apostolicae ac etiam diocesani locorum ab eis procurationes exigere *etc.* praesumant et in eos suspensionis et excommunicationis sententias proferant, huiusmodi sententiae sint irritae penitus et inanes. Non. Iul. a° 4°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 23v; Meschet Privil. 49; Frast Stiftungen-Buch (Font. rer. Austr. 2. Abth. III.) 622; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561. — »Circa sacrum et.«

» 7 » (17338) Prioribus et fratribus Eremitis ord. s. Aug. per Pisanam civitatem et diocesim constitutis indulget, ut ad praestandum procurationes legatis et nuntiis sedis apostolicae *etc.* minime teneantur. Non. Iul. a° 4°. ‖ Empoli Bullar. 28. n° 26. — »Inducunt nos vestrae.«

» 8 » (17339) Philippae abbatissae et sororibus eius morantibus in civitate Surrenti ord. s. Dam., quibus Petrus Filangerius capellanus apostolicus rector ecclesiae s. Georgii de Surrento ad hortum ad Cavam eandem ecclesiam concessit, hanc concessionem confirmat. VIII id. Iul. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 477. n° 54; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 296. n° 433. — »Ex serie vestrae.«

» 10 » (17340) Magistro et fratribus ordinis Praedic. concedit, ut pro eo, quod episcopis diocesanis obedientiam ac reverentiam impendunt, nullum circa ordinis instituta et praecipue super institutione ac destitutione priorum praeiudicium incurrant. VI id. Iul. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 367. n° 220. — »Provida et salubria.«

» 11 » (17341) Abbatissam, conventum et monasterium Libri s. Mariae in Reggeringh [Marienbuch in Rengering] Cisterc. ord. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. V id. Iul. indict. I. incarn. dom. a° 1258. pont. a° 4°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 334. n° 634. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 11 » (17342) Priori et conventui fratrum heremitanorum ecclesiae s. Iacobi de Sapina indulget, ut uti et gaudere possint privilegiis et indulgentiis ab apostolica sede ipsis concessis. V id. Iul. a° 4°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 347. — »Intelleximus quod dudum.«

» 11 » (17343) Lanfrancum de Cocco canonicum Curiensem quondam scriptorem suum Mediolan. dioc., qui fratribus Tiburtio et Portio ord. fratr. Praedic. per quendam servientem subtrahi procuravit, propter hunc pravitatis excessum et quod alias de falsitate in litteris apostolicis tempore Innocentii pp. praedecessoris commissa erat admodum infamatus, per magistrum Iordanum S. R. E. vicecancellarium et notarium privari fecit officio scriptoriae; sed quia id non reputat sufficiens ad vindictam, eum universis beneficiis ecclesiasticis, locis ac praebendis et iure praesentium auctoritate perpetuo privat. V id. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 237. n° 452; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 303. — »Cum Lanfrancus de.«

» 11 » (17344) Universos Christifideles per Cantuariensem, Roffensem et Londoniensem civitates et dioceses rogat et hortatur, ut priorissae et conventui monasterii s. Mariae de Hegham ord. s. Ben. Roffens. dioc. ad reparationem ecclesiae pias elemosynas erogent. V id. Iul. a° 4°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. IV. 382. n° 6. — »Quoniam ut ait.«

» 14 » (17345) Hospitale s. Mariae in Saxia de Urbe protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. II id. Iul. ind. I. incarn. dom. a° 1258. pont. a° 4°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 653. n° 43. — »Inter opera pietatis.«

» 15 » (17346) Alberto capellano suo canonico Bononiensi consobrino O(ctaviani) S. Mariae in via lata diaconi cardinalis, cui prior Camaldulensis propter »grata servitia, quae ipsi priori et conventui heremi Camaldulensis impenderat«, ecclesiam s. Mariae Camaldul. ord. Bononiens. dioc. concesserat, hanc concessionem confirmat, tenore instrumenti inserto. Id. Iul. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. 102. n° 79. — »Cum a nobis.«

» 15 » (17347) Prioribus et ministris ac fratribus Praedicatorum et Minorum ordinum praedicantibus crucem contra Tartaros mandat, ut praedicationem crucis, quam pro subsidio fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. et aliorum fidelium in Livoniae ac Prusciae partibus sub certa forma sedes apostolica mandavit, impedire nullatenus praesumant. Id. Iul. a° 4°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 117. n° 118; Bunge Livl. UB. I. 414. n° 328; *cf.* Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 131. n° 121. — »Pro fidei negotio.«

» 15 » * (17348) Abbati Soricinensi [Sorèze] ord. s. Ben. Tholosan. dioc. mandat, ut Petrum Gaufredum aliosque laicos villarum et diocesium Narbonensis, Carcassonensis et Tholosanae, qui (Petro) abbati ac quibusdam monachis coenobii Caunensis manus iniecerint violentas, excommunicet. Id. Iul. a° 4°. ‖ Mahul Cartul. IV. 89.

1258.

Iul. 15 Viterbii * (17349) Archidiacono Narbonensi mandat, curet ut bona monasterio Caunensi per abbatem et monachos alienata ad eiusdem ius revocentur. Id. Iul. a° 4°. ‖ Mahul l. c. 89.

» 15 (») * (17350) Alessandro IV si querela col comune di Perugia per la deliberazione presa di mandar gente a soccorso dei Fermani ribelli della Chiesa, di combattere Anibaldo suo nipote rettore della Marca; e pone, fra le altre pene, quella di 50 marche di argento per ogni milite, e di 25 per ogni pedone che si spedisse a tali fazioni. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. II. 483.

» 20 » (17351) De Mezano Placent. dioc. et S. Sepulchri Placentini monasteriorum abbatibus mandat, ut civibus Placentinis excommunicatis pro eo, quod quondam Conrado filio quondam Friderici imperatoris fidelitatis praestantes homagium Ubertum Pallavicinum marchionem ipsius Friderici vicarium in suum dominum assumpserant, absolutionis beneficium impendant, iuramento ab eisdem recepto quod ecclesiae mandatis parebunt. XIII kal. Aug. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 403. n° 104. — »Olim tempestatis procella.«

» 23 » (17352) Priore Camalduli ac universis abbatibus, prioribus et abbatissis eorumque fratribus et sororibus Camaldulensis ordinis postulantibus Camaldulensem eremum ac monasteria, prioratus, hospitalia et alia loca ei subiecta specialiter in ius et proprietatem b. Petri suscipit, ac praecipit et sancit, ne cuiquam omnino personae, clerico vel monacho liceat, congregationes illas et loca illa, quae praedicti heremi ordinem et disciplinam susceperunt ..., ab eius ullo modo subiectione et unitate dividere. *Enumerat loca et congregationes etc.* X kal. Aug. indict. I. incarn. dom. a° 1258. pont. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 166. n° 80; Yepes Coronica V. 456; Cherubini Bullar. I. 113; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 657. n° 44. — »Officii nostri nos.«

» 23 » (17353) Civitati et ecclesiae Anagninis diploma dat, in quo profitetur, se in Anagnina ecclesia canonicum fuisse et in eius obsequiis explevisse plures annos. X kal. Aug. (a° 4°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1258 § 6, *fragm.*

» 29 — Cancellario S. Genovefae Parisiensis: »Anagniae IV kal. Aug. a° 4°«. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 346, *vid.* 1259. Iul. 29. n° 17645.

» 31 Viterbii (17354) Priori S. Antonii Perusini mandat, curet, ut abbas et conventus monasterii s. Pauli de Valle Pontis Perusin. dioc. pecuniam nomine poenae in compositione non servata impositam solvant aut eos ad id compellat. II kal. Aug. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 296. n° 434. — »Ex parte dilectarum.«

» 31 » (17355) Eidem mandat, ut magistrum Raynerium de Viterbio capellanum apostolicum servet indemnem et monasterium s. Pauli de Valle Pontis ad compositionem cum monasterio s. Mariae de Monte Lucido Perusin. ord. s. Dam. tenendam pecuniamque nomine poenae solvendam inducat atque compellat. II kal. Aug. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 297. n° 435. — »Dilectus filius magister.«

Aug. 2 » (17356) Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus ord. Minor. regulam et constitutiones ordinis quas recenset, confirmat. IV non. Aug. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 477. n° 55; Sbaralea l. c. 298. n° 436. — »Virtute conspicuos sacri.«

» 3 » (17357) Priorissam et conventum monasterii s. Iacobi de Ripolis Florentin. dioc. ord. s. Aug. instituta fratrum Praedicatorum servantes de novo ordini Praed. unit. III non. Aug. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 367. n° 221. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 3 » (17358) Magistro et priori provinciali Tusciae ord. fratr. Praedic. mandat, ut monasterii s. Iacobi de Ripolis curam suscipiant. III non. Aug. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 368. n° 222. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 6 » (17359) (Odoni) archiepiscopo Rothomagensi respondet de iurisdictione regis Francorum, baronum et baillivorum provinciae Rothomagensis in crucesignatos laicos. VIII id. Aug. a° 4°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 862. n° 24; Gallia christ. XI. instr. 35. — »Tua fraternitas intimavit.«

» 7 » (17360) (Benedicto) episcopo Massiliae sub poena excommunicationis mandat, ut contractum, quo temporalem iurisdictionem civitatis Massiliensis permutare absque sedis apostolicae et sui capituli consilio et assensu praesumpserit, omnino rescindat. VII id. Aug. a° 4°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 219. not. — »Turbamur non modicum.«

» 12 » (17361) Monasterium monialium s. Eustachii de Clavaro ord. s. Dam. Ianuens. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. II id. Aug. indict. I. incarn. dom. a° 1258. pont. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 482. n° 56; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 303. n° 437. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 23 » (17362) Priori Insulae s. Mariae ordinis Vallis scholarum, decano ecclesiae s. Iohannis Leodiensis et scholastico ecclesiae Tungrensis determinandam committit causam, quae inter decanum Aquensem rectorem ecclesiae de Ruthis ex una parte ac abbatissam conventumque monasterii de Porceto Cisterc. ord. Leodiens. et Coloniens. dioec. super

		1258.
		quibusdam decimis, collatione praebendarum eiusdem ecclesiae de Ruthis ac praesentatione rectoris ad eam ex altera vertitur. x kal. Sept. a° 4°. ‖ Quix Burtscheid 262. — »In causa que.«
Aug. 25	Viterbii	(17363) (Petro) episcopo Roskildensi mandat, ut, cum homines castri de Copmannaehafn, qui quendam facinorosum diaconum latronem publicum ac pluribus criminibus irretitum temeritate propria patibulo suspenderant, super hoc absolutionis beneficium petierint, iniungat illis qui principaliores in nece dicti diaconi fuisse constiterit, quod personaliter apostolico se conspectui repraesentent, alios autem absolvat. viii kal. Sept. a° 4°. ‖ Nielsen Kjöbenhavns diplom. I. 22. — »Tua nobis fraternitas.«
» 25	»	(17364) Potestatem, consilium et communitatem Fanenses rogat et hortatur, ut Anibaldo nepoti suo marchiae Anconitanae rectori contra rebelles sedis apostolicae pro viribus assistant. viii kal. Sept. a° 4°. ‖ Amiani Mem. di Fano II. somm. 53. — »Procedit ex sincerae.«
» 25	»	(17365) Potestatem, consilium et commune de Macerata hortatur *in eundem modum.* viii kal. Sept. a° 4°. ‖ Compagnoni La Reggia Picena I. 124. n° 14, *omisso exordio.*
» 25	»	(17366) Abbatissae et conventui monasterii ss. apostolorum Philippi et Iacobi Civitatis Novae Firman. dioc. ord. s. Dam. indulgentias concedit pro earum ecclesiam visitantibus. viii kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 304. n° 438. — »Cum ad promerenda.«
» 26	»	(17367) (Laurentio) archiepiscopo Upsalensi concedit »attendens quod pro varietate personarum et regionum poenae sunt provide variandae, ut Willelmi episcopi Sabinensis tunc in partibus Suetiae legati sedis apostolicae statutum (d. d. 1. Mart. 1248; *cf.* Liljegren Sv. dipl. I. 330. n° 359), quo decretum sit, »ut quicumque sacerdos vel clericus concubinam haberet publice vel occulte, sententiam excommunicationis incurreret«, in sua civitate, diocesi et provincia revocet. vii kal. Sept. a° 4°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 179; Sbaralea l. c. n° 439; Liljegren Svenskt diplom. I. 389. n° 449; *cf.* Celse Appar. 78. n° 16. — »Tua nobis fraternitas.«
» 27	»	(17368) Abbatissae et conventui monasterii s. Iacobi de Civitate Nova ord. s. Dam. rigorem regulae Clarissarum in quibusdam a se in minori officio constituto ac protectoris munus obeunte mitigatum confirmat. vi kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 305. n° 440. — »Haberi percepimus in.«
		* *In eundem modum* Abbatissae et conventui S. Mariae Montis Sancti Tudertin. ord. s. Dam. ‖ Sbaralea l. c. 307. n° 441.
» 29	»	(17369) (Michaeli) archidiacono et (Pontio) sacristae Magalonensibus mandat, inquirant sollicite, quanti valoris sit iurisdictio civitatis Massiliensis, quid pro ea contulerit comes Provinciae et in quantum Massiliensis ecclesia laedatur permutatione eiusdem. iv kal. Sept. a° 4°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 221. not., *omisso initio.*
» 31	»	(17370) Abbati et conventui monasterii s. Augustini Cantuariensis ord. s. Ben. concedit, ut ecclesiam s. Pauli sitam in suburbio civitatis Cantuariensis, cuius proventus valentiam 15 marcarum sterlingorum secundum communem extimationem patriae annis singulis non excedunt, suis usibus applicare possint. ii kal. Sept. a° 4°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 137. n° 28. — »Sedis apostolicae gratia.«
Sept. 4	»	(17371) (Laurentio) archiepiscopo Upsalensi mandat volens observari Guillelmi episcopi Sabinensis tunc in regno Suetiae apostolicae sedis legati statutum, quo decretum est »quod qualibet cathedralis ecclesia dicti regni saltem habeat quinque canonicos, qui vacanti ecclesiae possint de pastore idoneo providere,« ut suffraganeos suos moneat, »ut infra terminum praefigendum commissas sibi ecclesias secundum tenorem statuti eiusdem de canonicis ordinent.« ii non. Sept. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 390. n° 450; *cf.* Celse Appar. 78. n° 17. — »Sicut te intimante.«
» 5	»	(17372) (Carolo) episcopo Arusiensi mandat, ut (Laurentio) archiepiscopo et capitulo Upsalensibus transferendi ecclesiam suam in vili et despecto loco fundatam ad locum alium auctoritate papali tribuat facultatem. Non. Sept. a° 4°. ‖ Liljegren l. c. 391. n° 451; *cf.* Celse l. c. n° 18. — »Intimantibus venerabili fratre.«
» 5	(»)	* (17373) Alessandro IV si lagna coi Perugini per avere abbandonato il rettore del ducato di Spoleto, e per avere intrapreso le ostilità contro gli Spoletini. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 483.
» 8	»	(17374) Castrum Acuti ecclesiae Anagninae alienatum cum omnibus iuribus et pertinentiis eidem restituit. vi id. Sept. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 315; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 662. n° 45. — »Ex assumpto apostolatus.«
» 13	»	(17374a) (Ruggerio) episcopo Massano, quem et cuius ecclesiam potestas, capitaneus et consiliarii Massani argenti fodinis et aliis redditibus spoliarant palatium de Monte Regio, castra Accesae, Montis s. Laurentii, Marsilianae, Portus Baratuli et alia bona occupantes *etc.*, qui autem in illos excommunicationis sententiam tulerat, hanc sententiam confirmat. Id. Sept. a° (1°, *sed legas*) 4°. ‖ (A. Cesaretti) Istoria del principato di Piombino I. (Firenze 1788. 4°) 117. — »A via non.«

		1258.
Sept. 18	Viterbii	(17375) Archipresbytero et canonicis Terracinensibus, quibus (Petrus) Terracinensis episcopus tres vivandas remiserat in perpetuum recepta propter hoc quadam pecuniae quantitate convertenda in emptionem possessionum ad opus episcopalis mensae, hanc remissionem confirmat, instrumentum publicum inde confectum suis litteris inserens. xiv kal. Oct. a° 4°. ‖ Contator Hist. Terracin. 379. — »Cum a nobis.«
» 21	»	(17376) Magistro et prioribus ordinis fr. Praed. concedit, ut eiectis vel egressis de ordine licentiam dent se transferendi ad quoscunque alios ordines approbatos, exceptis ordinibus arma portantibus. xi kal. Oct. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 368. n° 223; Gudenus Cod. dipl. II. 663. — »Decens et dignum.«
» 24	»	(17377) Fratri ord. Minorum inquisitori haereticae pravitatis in marchia Anconitana consulenti respondet idem, quod legis in n° 17434: »viii kal. Oct. a° 4°« — »Ex parte tua.« ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 86 § 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 307. n° 442.
» 25	»	(17378) Florentiam propter crudelem (Thesauri) abbatis monasterii Vallisumbrosae necem a civibus dictae urbis patratam ecclesiastico generaliter supponit interdicto, et insuper N. N. mandat, ut patratores huiusmodi facinoris *etc.* singulis diebus dominicis *etc.* excommunicatos publice nuncient, citantes nichilominus potestatem, capitaneum, ancianos, consilium et commune civitatis eiusdem, ut usque ad festum Omnium Sanctorum proxime futurum apostolico se conspectui repraesentent recepturi super hoc »quod vigor iusticie suadebit.« vii [n(on.), *sed legas teste* Schirrmacher Die letzten Hohenstaufen. Göttingen 1871. 8°. p. 468. n° 20] k(al.) Oct. a° 4°. ‖ Gebauer Leben Richards 567. — »Rumor horribilis de.«
» 26	»	(17379) Episcopo Massano controversiam inter abbatem conventumque monasterii s. Savini Camaldul. ord. et Bernardum de Calatagirone laicum Syracusanae dioc. super provisione ei et duobus eius consanguineis facienda exortam committit decernendam. vi kal. Oct. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 115. n° 82. — »Sua nobis abbas.«
» 26	»	(17380) Custodi fratrum ord. Minorum ecclesiae s. Francisci Assisiatis tribuit facultatem absolvendi et constituendi fratres sui ordinis ad absolvendum omnes de remotis partibus devotionis causa ad dictam ecclesiam accedentes. vi kal. Oct. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 307. n° 443. — »Pro reverentia beati.«
» 26	»	(17381) Fratribus ord. Minorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Urbe et administratione ipsius consulentibus respondet, haereticis relapsis, qui sine ulla penitus audientia relinquendi sint iudicio saeculari, deneganda non esse sacramenta poenitentiae ac eucharistiae, si postmodum poenitentiae signa in eis apparuerint. vi kal. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 308. n° 444. — »Super eo quod.«
» 27	»	(17382) Eisdem in administratione s. Francisci respondet »de nonnullis quaestionum articulis, in quibus causa fidei tangitur,« de haereticis nimirum, de periuris testibus, de sacrilegio, de heredibus haereticorum. v kal. Oct. a° 4°. ‖ Cherubini Bullar. I. 115; Bzovius Ann. ad a. 1258 § 9. XIII. 642; Sbaralea l. c. 308. n° 445; Matthaeus Summa 11; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 663; *in* Septim. Decret. lib. 5. tit. 3 *de haeret.* c. 6 ap. Boehmer Corp. II. app. 140. — »Quod super nonnullis.«
» 27	»	(17383) Eisdem in patrimonio b. Petri, ducatu Spoletano, Tuscia, Maritima *etc.* mandat, ut, si potestates, consilia et communitates civitatum ibidem existentium leges contra haereticam pravitatem a Friderico tunc Romanorum imperatore promulgatas eisque a sede apostolica missas in suis capitularibus non annotaverint, eos ad id per censuras ecclesiasticas cogant. v kal. Oct. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 88; Sbaralea l. c. 309. n° 446. — »Cum adversus haereticam.«
» 29	»	(17384) Philippo episcopo Placentino indulget, ut prioratum S. Gregorii Placentinum, quem ei tunc archidiacono Bononiensi Guillelmus episcopus Olenensis tunc abbas monasterii Cluniacensis, ad quod prioratus ipse pertinebat, ad vitam suam concesserat sub annua pensione, retinere possit. iii kal. Oct. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 405. n° 106; Duchesne Bibl. Cluniac. 1513. — »Exponit nobis tua.«
Oct. 3	»	(17385) Abbatissae et conventui quondam S. Mariae de Corton. Aretin. dioc. nunc S. Mariae de Gavallion Tuscanen. ord. s. Dam. monasterium s. Iuliani Tuscanen. dioc. in spiritualibus et temporalibus collapsum concedit in perpetuum. v non. Oct. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 490 § 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 309. n° 447. — »Licet ex iniuncto.«
» 4	»	(17386) Ministro provinciali in Aragonia ord. Minorum mandat, ut abbatissae et conventui monasterii s. Antonii extra muros Barchinonenses ord. s. Dam. aliquot fratres concedat, qui illis spiritualia subministrent. iv non. Oct. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 484. n° 57; Sbaralea l. c. n° 448. — »Sub certa forma.«
» 9	»	(17387) Abbati Pruliacensi ord. Cisterc. Senonens. dioc., guardiano fratrum Minorum Parisiensi et praeposito S. Audomari Morinens. dioc. mandat, ut de statu monasterii s. Remigii Remensis ord. s. Ben. ac prioratuum et membrorum eius ac Oddonis abbatis ipsius coenobii *etc.* de plano inquirant et, quod invenerint, sub sigillis suis fideliter transmittant. vii id. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 310. n° 449. — »Dudum quibusdam monachis.«

1258.

Oct. 10	Viterbii	(17388) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii de Orto s. Mariae in Sevelingen ord. s. Dam. Constantiens. dioc., quae de quodam inepto loco, in quo prius fuerant, ad locum in quo nunc existunt, se transtulerant, ut libertatibus, immunitatibus et privilegiis apostolicis, quibus in dicto priori loco legitime munitae fuerunt, uti et gaudere in eodem ultimo loco libere valeant, indulget. vi id. Oct. a° 4°. ‖ Pressel Ulmisches UB. I. 106. n° 84. — »Devotionis augmentum vobis.«
» 31	Anagniae	(17389) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. asserit ius patronatus ecclesiae in Ramesten (Ramstein *R.*) et capellarum in Wilrebach (Weillerbach *R.*) ac Spesbach ad illam spectantium, Maguntin. dioc., quod eis Sifridus dominus de Hoyneke et Henricus nepos eius Warmat. dioc. donaverant. ii kal. (id. *R.*) Nov. a° 4°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 124; Remling Gesch. d. ehem. Abteien II. 388. — »Iustis petentium desideriis.«
Nov. 1	»	(17390) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut universis parochianis suis sub interminatione anathematis prohibeant, ne a fratribus hospitalis domus s. Mariae Theuton. Ierosol. vel eorum hominibus de victualibus, vestimentis, pecudibus vel de aliis rebus eorundem usibus deputatis caucagium, pedagium, vendam, passagium, pontenagium, theolonium vel aliam consuetudinem exigere vel extorquere praesumant. v (!) non. (id.?) Nov. a° 4°. ‖ Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI.) c. 3 Vom teutsch. Orden 79. n° 73; Strehlke Tab. 399. n° 588; de Geer Archieven I. 82. n° 90. — »Religiosos viros fratres.«
» 5	»	• (17391) Iubet decanum S. Germani Spirensis invigilare, ne hospitale ordinis Theutonici eique subiecta hospitalia et domus in Alemannia aut personae in eis degentes contra indulta eis a sede apostolica privilegia a quoquam indebite molestentur. Non. Nov. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 399. n° 589. — »Ad hospitalem.«
» 8	»	(17392) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. asserit ius patronatus ecclesiae in Lussenich et capellarum in Rateche, in Celthanc et in Erdene ab illa dependentium Treverensis dioc., a comitissis ... de Castele et .... de Ebersten donatum vi id. Nov. a° 4°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 125. — »Cum a nobis.«
» 9	»	(17393) Universis Christifidelibus, qui ad ecclesiam hospitalis s. Mariae Theuton. in Luccelburch [Luxemburg] Treverens. dioc. in honorem b. Elysabeth constructam causa devotionis in festis ipsius sanctae *etc.* annuatim accesserint, indulgentiam 100 dierum concedit. v id. Nov. a° 4°. ‖ Hennes l. c. 126. — »Vitae perennis gloria.«
» 9	»	(17394) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a liberis personis in eorum ordine professionem facientibus petere recipere ac etiam retinere possint. v id. Nov. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 399. n° 590; de Geer Archieven I. 83. n° 92. — »Devocionis vestre precibus.«
» 11	»	(17395) Lupoldo de Grindelach rectori ecclesiae in Vurth [Fürth] et capellae s. Laurentii in Nuremberch confirmat dictas et ecclesiam parochialem et capellam, unam ab altera dependentem, sicut ab electo Bambergensi ei fuerint collatae. iii id. Nov. a° 4°. ‖ Ussermann Episc. Bamberg. Cod. prob. 165; *cf.* Lang Regesta III. 121. — »Iustis petentium desideriis.«
» 11	»	(17396) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat atque praecipit, ut a capellanis ecclesiarum, quae pleno iure fratribus domus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. sunt concessae, nec fidelitatem nec obedientiam exigant, »quia tantum Romano pontifici sunt subiecti.« iii id. Nov. a° 4°. ‖ *Male* ap. Bunge Livländ. UB. I. 422. n° 333; Strehlke Tab. 400. n° 591. — »Dilecti filii magister.«
» 12	»	(17397) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ut, si contra ipsos super his, quae ipsorum ordini a sede apostolica sunt indulta, apostolicas litteras impetrari contigerit, quae de hoc ordine non fecerint mentionem, per eas minime teneantur respondere. ii id. Nov. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 400. n° 592; de Geer Archieven I. 83. n° 93. — »Quieti vestre providere.«
» 12	»	Eisdem ius patronatus ecclesiae de Ramstein *etc.* confirmat. ii id. Nov. a° 4°. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien II. 388, *vid.* 1258. Oct. 31. n° 17389.
» 13	»	(17398) (Ludovicum) regem Francorum rogat et hortatur, ut fratribus ordinis Humiliatorum eorumque nuntiis ad plantandum et confovendum in regno suo dictum ordinem consilium et auxilium impendat. Id. Nov. a° 4°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum Mon. II. 293. — »Ad ea que.«
» 13	»	(17399) Abbate Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterc. ordinis petentibus inhibet, ne, cum nonnunquam iudices a sede apostolica delegati claustralibus monachis dicti ordinis iniungant ut excommunicent aut excommunicatos denuncient proprios sui monasterii fundatores, principes ac alios potentes et civitatum ac villarum communia in quorum territorio sunt monasteria eorum sita, aliquis illorum absque mandato sedis apostolicae speciali eisdem praemissa iniungere aut ipsos ad ea compellere praesumat.

1258.

		Id. Nov. a° 4°. ‖ Hocker Suppl. z. d. Haylsbronnischen Antiquit.-Schatz 89. — »Quanto studiosius divine.«
Nov. 13	Anagniae	(17400) Fratribus ordinis Minorum inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione s. Francisci consulentibus respondet de eis, qui »in mortis articulo constituti salutis remedium abhorrentes consolatores haereticos ad se introduci faciunt et ab eis per impositionem manus desolationis suae consolationem accipiunt.« Id. Nov. a° 4°. ‖ Cherubini Bullar. I. 115; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 311. n° 450; L. a Paramo De orig. inquisitionis 112; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 666. n° 47. — »Ex parte vestra.«
» 13	»	(17401) Eisdem mandat, ut haereticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus et defensoribus haereticorum ipsorum ad mandatum ecclesiae redeuntibus sub certa poena pecuniaria inter cetera iniungenda iniungant »quod fidem catholicam firmiter teneant et ulterius haereticis auxilium et favorem aliquem non impendant.« Id. Nov. a° 4°. ‖ Cherubini l. c. I. 116; Sbaralea l. c. 312. n° 451; Bullar. Rom. l. c. n° 48. — »Super extirpatione haereticae.«
» 13	»	• (17402) Gerardo episcopo Firmano mandata dat super restitutione castri Morici alias venditi universitati S. Ginesii per quendam Paganellum de eodem castro, ipso non requisito. Id. Nov. *sine a°*. ‖ Cronache della città di Fermo 416. n° 253, *male ad* a. 1257.
» 14	»	• (17403) Fratribus ordinis Minorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Urbe, Tuscia, patrimonio b. Petri et ducatu Spoletano, Campania, Maritima et Romania formam praescribit et regulas tradit, quibus contra haereticos procedere debeant. xviii kal. Dec. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 86 § 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 312. n° 452.
» 15	»	(17404) Episcopos, electos, abbates .... et alios ecclesiarum praelatos et rectores *etc.* in ducatu Spoletano constitutos rogat et monet, ut fratribus ord. Minor. ibi inquisitionis officium contra haereticos exercentibus efficaciter assistant. xvii kal. Dec. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 87; Sbaralea l. c. n° 553; Cherubini Bullar. I. 116; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 668. n° 49. — »Exortis in agro.«
» 17	»	(17405) Potestatibus, consiliis et communitatibus civitatum aliorumque locorum Italiae mandat, ut leges in haereticos latas, quarum tenorem ipsis mittit, in suis capitularibus annotent et secundum eas procedant. xv kal. Dec. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 368. n° 224; Sbaralea l. c. 313. n° 455. — »Cum adversus hereticam.«
» 20	»	(17406) Abbatissae et conventui S. Donini de Castro Arquato Cisterc. ord. Placent. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui monasterii ecclesiam in festo ipsius sancti *etc.* nec non et in festo s. Bernardi annuatim visitaverint, indulgentiam 100 dierum elargiri. xii kal. Dec. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 405. n° 107. — »Licet is de.«
» 20	»	(17407) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam fratrum Praedic. Olomucensium in singulis festivitatibus b. Mariae V., b. Michaelis archangeli et bb. Dominici conf. et Petri Mart. *etc.* visitaverint annuatim, indulgentiam 100 dierum elargitur. xii kal. Dec. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 263; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 80. n° 203. — »Vite perennis gloria.«
» 22	»	(17408) Decano et capitulo Cellensibus Mogunt. dioc., qui accedente consensu archiepiscopi Moguntinensis loci diocesani et abbatis monasterii Hombacensis ord. s. Ben. Metens. dioc. ecclesiae dictae patroni, praepositura submota, loco eius creaverant novum decanatum in ecclesia sua, hanc mutationem confirmat. x kal. Dec. a° 4°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 180. — »Sicut peticio vestra.«
» 22	»	(17409) Archiepiscopos et episcopos ac archidiaconos rogat et hortatur, ut fratres clericos hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. praesentatos ad ecclesias patronatus eorum investiant. x kal. Dec. a° 4°. ‖ Hennes UB. I. 165. n° 183; Strehlke Tab. 400. n° 593. — »Ex parte dilectorum.«
» 22	»	(17410) Eosdem rogat et hortatur, ne a dictis magistro et fratribus vel eorum hominibus de victualibus *etc.* eorundem usibus deputatis pedagium, passagium, caucagium, theloneum *etc.* extorquere vel exigere praesumant. x kal. Dec. a° 4°. ‖ Strehlke l. c. 401. n° 594; de Geer Archieven I. 84. n° 94. — »Ex parte dilectorum.«
» 22	»	(17411) Magistro et fratribus eiusdem hospitalis concedit, ut fratres sui presbyteri cum simonia irretitis fratribus dispensare possint. x kal. Dec. a° 4°. ‖ Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI.) Cap. 3. Vom teutsch. Orden 79. n° 74; Kotzebue Gesch. Preussens I. 466; Bunge Livländ. UB. I. 423. n° 334; Strehlke l. c. 401. n° 595. — »Ex parte vestra.«
» 22	»	(17412) Archiepiscopos et episcopos *etc.* rogat et monet, tribuant a fratribus praefatis requisiti consensum, ut ius patronatus aliquarum ecclesiarum in eorum diocesibus, aut decimas vel alios proventus ecclesiasticos ab illis, ad quos pertineant, legitime obtineant vel decimas redimant de manibus laicorum. x kal. Dec. a° 4°. ‖ Hennes UB. I. 166 n° 184; Strehlke l. c. 402. n° 596. — »Suam ad nos.«

		1258.
Nov. 22	Anagniae	(17413) Magistro et fratribus antedictis indulget, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.*, usque ad summam centum marcarum argenti recipere valeant. x kal. Dec. a° 4°. ‖ Strehlke l. c. 403. n° 597. — »Vestre meritis religionis.«
» 22	»	(17414) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione s. Francisci concedit idem, quod legimus in n° 15432: »x kal. Dec. a° 4°«. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 314. n° 456. — »Ut commissum vobis.«
» 25	»	(17415) Universis Christifidelibus, qui ad ecclesiam hospitalis s. Mariae Theuton. in Sarburch Metens. dioc. in festivitatibus b. Elisabeth causa devotionis accesserint, 40 dies de iniuncta poenitentia relaxat. vii kal. Dec. a° 4°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 128. — »Vitae perennis gloria.«
» 25	»	• (17416) Abbati et conventui S. Pauli de Lavent, quibus (Ulricus) dux Carinthiae et frater eius Philippus quondam electus Salzeburgensis interdixerant, ne ab Ulrico archiepiscopo Salzeburgensi litteras acciperent eiusque mandata exequerentur, declarat, illorum verba non esse vigoris neque pro ipsis obligatoria. vii kal. Dec. a° 4°. ‖ Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 309. n° 1261. — »Dilectis filiis.«
» 25	(»)	• (17417) Alessandro IV prega il comune di Perugia a volergli mandare qualche quantità di pesce per la cena della vigilia di Natale da farsi coi cardinali. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 483.
» 26	»	(17418) Guardiano et fratribus ord. Minor. Ratisbonensibus indulget, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.* usque ad summam 100 marcharum argenti recipere valeant. vi (kal.? id.?) Dec. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 314. n° 457. — »Necessitatibus vestris paterno.«
» 27	»	(17419) Praeposito ecclesiae ss. Apostolorum Coloniensis mandat, ut processus et sententias ab Hugone tit. S. Sabinae presb. et P(etro) S. Georgii ad velum aureum diac. cardinalibus latas in causa abbatissae conventusque monasterii de Porceto Cisterc. ord. Colon. dioc. contra decanum Aquensem rectorem ecclesiae de Ruthis executioni demandet. v kal. Dec. a° 4°. ‖ Quix Burtscheid 264. — »Exhibita nobis dilectarum.«
» 27	»	(17420) Repetit n° 17326 d. d. 1258. Iun. 29: »v kal. Dec. a° 4°« — »Circa sacrum et.« ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. i. 103.
» 29	»	(17421) (Iohannni) episcopo Glasguensi mandat, ut in illis ecclesiis suae iurisdictioni subiectis, in quibus vicarii non existunt nec religiosi per suos fratres aut capellanos ex indulto apostolico faciunt deserviri, taxet iuxta facultates ipsarum perpetuas vicarias. iii kal. Dec. a° 4°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 167. n° 209; *cf.* cxxii. n° 209. — »Tua nobis fraternitas.«
» 29	»	(17422) Repetit n° 17324 d. d. 1258. Iun. 27: »iii kal. Dec. a° 4°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Strehlke Tab. 403. n° 598.
Dec. 2	»	(17423) (Beraldo) episcopo Tyburtino mandat, moneat occultos detentores librorum et ornamentorum ecclesiasticorum, quae monachi tunc in ecclesia s. Mariae maioris Tyburtin. morantes post collationem eiusdem ecclesiae fratribus ord. Minor. factam distraxerant, ut praedictis fratribus illa restituant. iv non. Dec. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 484. n° 58; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 315. n° 459. — »Dilecti filii guardianus« (guardiano *male* W.).
» 2	»	(17424) S. Felicis Bononiensis et s. Petri de Perusio monasteriorum abbatibus mandat, ne permittant ut fratres et sorores Camaldulensis ordinis in personis vel bonis suis contra indulta privilegiorum sedis apostolicae ab aliquibus indebite molestentur. iv non. Dec. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. 198 *et* app. 115. n° 83. — »Sub religionis habitu.«
» 3	»	(17425) Archidiacono Londoniensi et officiali eiusdem mandat, moneant et inducant omnes debitores Maynetti, Iacobi et Francisci Rambertinorum *etc.* civium et mercatorum Florentinorum, quos ipsi eis duxerint nominandos, ut de pecuniarum summis et bladi, vini ac lanae quantitatibus ac rebus aliis, in quibus tenentur eisdem, plenariam satisfactionem illis impendant. iii non. Dec. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 43. — »Significarunt nobis dilecti.«
» 4	»	(17426) Abbati monasterii s. Germani de Pratis Parisiensis mandat, ut priori et conventui sui coenobii concedat licentiam utendi almutiis ordini suo congruentibus, dum horas celebrant. ii non. Dec. a° 4°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 292; Jacq. Bouillart Hist. de l'abb. de S. Germain des Prez (Paris 1724. fol.) piéc. just. 62. n° 94. — »Dilecti filii prior.«
» 4	»	(17427) Abbatissae et conventui monasterii de Baden Cisterc. ord. Argentinens. dioc. concedit, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.* usque ad summam 100 marcarum argenti recipere valeant. ii non. Dec. a° 4°. ‖ Mone Zeitschr. VII. 93. — »Uestre meritis religionis.«

		1258.
Dec. 5	Anagniae	(17428) Abbati S. Stephani, priori Praedicatorum et Azolino canonico Bononiensibus scribit de dissensione exorta inter potestatem et commune Ianuensium et potestatem et commune Pisanorum occasione villae s. Giliae et addit, se eisdem potestati consilio et communi Pisanorum dare in praeceptis, ut locum in quo erat praedicta villa Petro de Latum praeceptori hospitalis Ierosolim. civitatis Castelli assignent ab eo nomine apostolico retinendum. Mandat eis, ut, si dicti Pisani praeceptum hoc neglexerint adimplere, eos ad id per censuram ecclesiasticam cogant. Non. Dec. a° 4°. ‖ Cod. dipl. Sardin. I. 379. n° 101. — »Illa dilecti filii.«
» 5	»	(17429) Priori et conventui monasterii s. Ursi Augustensis [Aosta] ord. s. Aug. indulget, ut in parochia ecclesiae de Cognia [Cognes] decimas novalium percipiant. Non. Dec. a° 4°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1459. — »Devotionis vestrae supplicationibus.«
» 5	—	Fratribus Praedicatoribus inquisitoribus .... in partibus Tolosanis: »Viterbii non. Dec. a° 4°«. ‖ Ripolli Bull. Praed. I. 369. n° 225, *vid.* 1257. Dec. 5. n° 17097.
» 5	Anagniae	(17430) Potestati, consilio et communi Anconae gratias agit propter eorum fidelitatem erga ecclesiam, praecipue cum Faminati infirmi animo et instabiles voluntate ... ad ipsius laesionem ecclesiae et iniuriam haspirantes ac conceptum proditionis propositum producentes in partum, Manfredum Corradi principis Tarentinum in Anconitanam introduxissent marchiam in apostolicae sedis offensam et eiusdem marchiae nocumentum. Non. Dec. (a° 4°). ‖ W. Dönniges Gesch. des deutschen Kaiserthums I. i. (Berlin 1841. 8°) 325. — »Sincere dilectionis.«
» 8	»	Guardiano et fratribus ord. Minor. Ratisbonensibus: »vi (id.?) Dec. a° 4°«, *vid.* 1258. Nov. 26. n° 17418.
» 9	—	(17430a) Dunkeldensi, Dunblanensi ac Candidae Casae episcopis ac abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum rectoribus per Dunkeldensem, Dunblanensem et Candidae Casae dyoceses constitutis repetit Honorii III n° 7031 d. d. 1222. Mai. 26 »Stephano Cantuariensi S. R. E. cardinali ...« directum. »Laterani« v id. Dec. a° 4°. ‖ Registrum de Neubotle 195. n° 229. — »Felicis recordationis Honorii.«
» 11	Anagniae	(17431) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis interdicit, ne in fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol., clericos vel ecclesias eorum excommunicationis aut interdicti sententias promulgare praesumant. iii id. Dec. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 403. n° 599. — »Cum dilecti filii.«
» 11	»	(17432) Eisdem mandat atque praecipit, iniungant universis presbyteris suae potestati subiectis sub poena officii et beneficii, ut fratres eosdem in ecclesiis suis ad opus pauperum praedicare et elemosinas libere quaerere sine qualibet contradictione permittant, salva moderatione concilii generalis, nec ab eis aliquid exigere vel extorquere praesumant. iii id. Dec. a° 4°. ‖ Strehlke l. c. 404. n° 600. — »Querelam gravem accepimus.«
» 13	»	(17433) Archipresbyterum et capitulum Perusinos monet, ut, cum vix inveniri dicatur in eorum collegio qui didicerit aut curet addiscere professionis canonicae instituta, vagi saepe discurrant claustralem residentiam non ferentes, plures eorum inordinate vivendo extra regularem disciplinam conflictum spiritualium hostium prestolentur *etc.*: haec et similia festine emendent, conversationis religiosae convictum secundum ordinis instituta canonici reparantes ad claustrum dispersos per loca fratres revocent *etc.* Id. Dec. a° 4°. ‖ Garampi B. Chiara 273. — »Nimis ut accepimus.«
» 13	»	(17434) Respondet N. N. ordinis Minorum inquisitori haereticae pravitatis in Romaniola *etc.* consulenti, an filii eorum qui sub vitae terminum induci sibi volunt haereticos consolatores, admitti debeant ad probandum eos tunc fuisse a mente alienatos, ne ipsi iuxta leges imperatorias et pontificias fiant extra haereditates. Id. Dec. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 86 § 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 316. n° 461. — »Ex parte tua.«
» 13	»	(17435) Eidem vere poenitenti et confesso plenam concedit veniam peccatorum, socio autem et notariis eius tres annos de iniuncta poenitentia relaxat. Id. Dec. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 88; Sbaralea l. c. 315. n° 460 — »Firmissime teneat tua.«
» 13	»	(17436) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in partibus Italiae super nonnullis quaestionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, consulentibus graviter respondet. Id. Dec. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 89; Sbaralea l. c. n° 462. — »Quod super nonnullis.«
(Oct. 31-Dec. 19)	»	(17437) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Campo Martio Veronae ord. s. Dam. concedit facultatem, ut fratres Minores pro nonnullis casibus et operibus earum coenobium ingredi possint. A° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 314. n° 458. — »Vestris piis supplicationibus.«
1257. Dec. 20-1258. Dec. 19	—	• (17438) Potestati, communi et hominibus Firmanis praecipit, ut infra mensem confoederationes cum nonnullis communitatibus et nobilibus marchiae Anconitanae initas et iuramento firmatas dissolvant et revocent necnon iuramenta fidelitatis Hannibaldo suo nepoti marchiae rectori renovent. A° 4°. ‖ Cronache della città di Fermo 419. n° 262.

1258.

Dec. 21	—	Abraham archiepiscopo Armachano: »Viterbii xii kal. Ianr. a° 5°«. ‖ Theiner Mon. Hibern. 80. n° 207, *vid.* 1257. Dec. 21. n° 17121.
» 23	Anagniae	(17439) Magistro Willelmo de Bagkepus archidiacono Waterfordensi indulget, ut praeter beneficia ecclesiastica quae obtineat, possit adhuc unicum aliud beneficium licite recipere. x kal. Ianr. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 83. n° 215. — »Volentes tibi gratiam.«
» 23	»	(17440) Mauritio filio Guillielmi et Gilae filiae Mauritii de Londoniis uxori eius Ossoriens. dioc. concedit, ut in matrimonio licite remanere possint, licet ipsos quarta consanguinitatis linea coniungat. x kal. Ianr. a° (6°, *sed legerim*) 5°. ‖ Theiner l. c. n° 216. — »Intenta salutis operibus.«
» 23	»	(17441) (Rodulfo) archiepiscopo Tarentasiensi indulget, ut pro fundanda et dotanda ecclesia in Tarentasiensi civitate de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.* usque ad summam 200 marcarum recipere possit. x kal. Ianr. a° 5°. ‖ Gallia christ. XII. instr. 395. — »Ex tuae fidei.«
» 23	»	(17442) Monasterium s. Benigni Divionensis ord. s. Ben. Lingonens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. x kal. Ianr. indict. II. incarn. dom. a° 1258. pont. a° (4°, *sed legas*) 5°. ‖ Pérard Recveil 494. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 28	(»)	• (17443) Alessandro IV scrive a Uberto di Cocanato di concedere ai Perugini per cinque anni il possesso del territorio di Gubbio, col canone annuo di libre 200 di danari piccoli, annullando la concessione fatta dal rettore del ducato di Spoleto. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 483.
(Oct. 31-Dec. 31)	»	(17444) Decano ecclesiae Tutelensis Tyrasonens. dioc. usum mitrae et annuli concedit. A° 1258. ‖ España sagr. XLIX. 434. — »Cum in prelatorum.«
—	—	• (17445) (Theodoro) abbati et conventui monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. concedit, ut infra parochias, in quibus ius patronatus habent, pro ea portione, pro qua veteres decimas ibi percipiunt, de novalibus redactis noviter ad culturam decimas percipere possint. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 35.
—	—	• (17446) Monasterio s. Bavonis Gandensis confirmat privilegium ipsi ab Henrico VI imperatore datum, quo remittit exactiones theloneorum, quae per diversa municipia oppida, castella et quaelibet loca imperii ex omnibus viris dicti monasterii exigebantur. ‖ v. Lokeren l. c. 35.

1259.

Ianr. 9	Anagniae	• (17447) K. (*male, legas* Waldemarum) regem Suetiae et B(irgerum) comitem (Suetiae) hortatur de reverenter colendo archiepiscopo Upsalensi et restituendis ecclesiae eius villis Strom, Forne-Situnae et Quasbro ipsi appertinentibus, antequam ad alium locum transferatur. v id. Ianr. (a° 5°). ‖ Celse Appar. 77. n° 15.
» 11	»	(17448) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Perusinos requirit, rogat et hortatur, ut experientes more solito vires suae potentiae adversus Manfredi quondam principis Tarentini, persecutoris Romanae ecclesiae manifesti nuntios, per quos terram memoratae ecclesiae intendat occupare et qui iam Anconitanam marchiam invasisse dicantur, conatibus eorum resistere magnanimiter studeant auxilium Orlando de Ferentino consobrino et capitaneo (capellano *Arch.*) ducatus Spoletani et Anibaldo nepoti suis (*i. e.* papae) marchiae praedictae rectoribus exhibendo. iii (*om. Comp.*) id. Ianr. a° 5°. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 484; *fragm. partis poster.* ap. Compagnoni La Reggia Picena 126; *cf.* Gregorovius Gesch. d. Stadt Rom V. 333; Fr. Schirrmacher Die letzten Hohenstaufen 465. not. 10. — »Experte devotionis et.«
» 11	»	• (17449) (Gregorio) patriarchae Aquileiensi mandat, ut Bertholdum Babenbergensem electum consecret. iii id. Ianr. a° 5°. ‖ Lang Regesta III. 127.
» 13	»	(17450) Archiepiscopo Bituricensi mandat, ut in sua provincia diligenter inquirat, quid, quantum et qualiter nuntii sedis apostolicae per regnum Franciae transitum facientes procurationum suarum praetextu ab ipso et clero eiusdem provinciae receperint. Id. Ianr. a° 5°. ‖ P. de Marca De concordia sacerd. et imp. 728. — »Sedes apostolica emergentibus.«
» 13	»	Potestatem, capitaneum, consilium et commune Perusinos: »Id. Ianr. a° 5°«. ‖ *Fragm.* ap. Compagnoni La Reggia Picena 126, *vid.* 1259. Ianr. 11. n° 17448.
» 15	(»)	• (17451) Alessandro IV esorta il potestà di Perugia a conservarsi fedele alla chiesa. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 485.
» 18	»	(17452) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum significat, se inhibere, ne quis fratres sedis apostolicae legato vel episcopo diocesano approbante de rebus divinis ad populum dicentes vel confessiones excipientes molestiis afficiat. xv kal. Febr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 369. n° 226. — »Cum olim quidam.«

1259.

Ianr. 20	Anagniae	(17453) Decano ecclesiae Colimbriensis mandat, ut ordinationes vel statuta a quibusdam capitulis et clericis ecclesiarum Ulixbonensis diocesis in prioris et fratrum Praedicatorum Sancteranensium praeiudicium attemptata penitus irritet. xiii kal. Febr. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. n° 227. — »Pertulerunt ad audientiam.«
» 20	»	(17454) Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus ord. Minor. indulget, ut de eis, quae in ornamentis vel pro eis aut libris *etc.* ipsis legantur, nulli canonicam iustitiam aut portionem aliquam teneantur exhibere. xiii kal. Febr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 119; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 318. n° 463. — »Pium est et.«
» 21	»	(17455) Decano ecclesiae Wissegradensis Pragens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis hospitalis Ierosolimitani in Praga alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. xii kal. Febr. a° 5°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 253; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 70. n° 175, *male ad* 1258. — »Dilectorum filiorum prioris.«
» 23	»	(17456) Rectoribus, confratribus et sororibus universis fraternitatis b. Mariae Placentinis scribit idem quod legitur in n° 17322 d. d. 1258. Iun. 26: »x kal. Febr. a° 5°« — »Splendor paterne glorie.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 370. n° 228; Campi Hist. di Piacenza II. 406. n° 108.
» 26	»	(17457) Hospitale Spiritus sancti situm in civitate Pisana ord. s. Aug., quod papae Alexandri nuncupatur, cum omnibus membris in ius et proprietatem b. Petri et sedis apostolicae suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. vii kal. Febr. indict. II. incarn. dom. a° 1259(!). pont. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 440. — »Etsi universae orbis.«
» 28	»	(17458) (Conradum) episcopum Saonensem rogat et monet, ut fratribus ord. Minor. in Saona, quorum locus ex impetu aquarum vicini torrentis ita graviter sit concussus ut ibidem absque gravi incommodo morari nequeant, licentiam se ad alium suae civitatis locum congruum transferendi concedat. v kal. Febr. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 319. n° 464. — »Personas pias et.«
» 29	»	(17459) Potestatem, consilium et communitatem Bononienses rogat et hortatur, ut Annibaldo (Transmundi) nepoti suo marchiae Anconitanae rectori et Fanensi et Senogalliensi communitatibus contra commune civitatis Aesii et sequaces eorum, qui partem ipsius marchiae occupaverunt, auxilium et favorem ita impendant, ut illi Aesinis et sequacibus resistere possint. iv kal. Febr. a° 5°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 357; Baldassini Città di Jesi. Append. 43; Amiani Mem. di Fano II. somm. 54. — »Inter alios apostolicae.«
» 29	»	(17460) Walasco de ord. Minor. poenitentiario et capellano suo mandat, inducat regem Angliae, comites et barones eiusdem regni ac alios consiliarios regis ipsius, ut a molestia Ademari Wintoniensis electi desistant et potius adhibeant diligentiam, ut redditus et proventus omniaque bona ad ipsum et ecclesiam spectantia cum integritate colligere et administrationem sui episcopatus libere exercere possit *etc. etc.* iv kal. Febr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 110; Sbaralea l. c. n° 465. — »Statum ecclesiae fore.«
» 31	»	(17461) Priori S. Mariae Magdalenae Vallis Iosaphat mandat, ut, cum Fridericus olim imperator Messanensem ecclesiam casali de Ferlito sito in Calabria post obitum B(erardi) Messanensis archiepiscopi spoliaverit, praedictum casale cum omnibus iuribus et fructibus perceptis revocet. ii kal. Febr. a° (1°, *sed legas*) 5°. ‖ Pirri Sicilia sacra I. 405. — »Cum Fridericus olim.«
Febr. 1	»	(17462) Episcopo Legionensi mandat, ut statuta quaedam, quae capitulum necnon et clerici alii ecclesiarum civitatis et diocesis Palentinae in fratrum Praedicatorum Palentinorum praeiudicium attemptaverint, penitus rescindat. Kal. Febr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 370. n° 229. — »Pertulerunt ad audientiam.«
» 1	»	(17463) Abbati et conventui de Cremismunster ord. s. Ben., quibus b. m. Rudgerus Pataviensis episcopus parochialem ecclesiam de Weizchirchen, in qua ius patronatus habebant, in usus proprios deputaverat, hoc confirmat. Kal. Febr. a° 5°. ‖ UB. von Kremsmünster 115. n° 97; UB. ob der Enns III. 575. — »Cum a nobis.«
» 3	»	(17464) Ministro provinciali regni Legionensis ord. fr. Minorum mandat, ut singulis diebus dominicis et festis duplicibus et solemnibus sui ordinis per fratres suos abbatissae et conventui monasterii s. Spiritus Civitatensis ord. s. Dam. poenitentiam et eucharistiae sacramentum faciat exhiberi *etc.* iii non. Febr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 485. n° 59; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 323. n° 446. — »Paci et saluti.«
» 4	»	• (17465) Hospitalis s. Catharinae in pede pontis Ratisponensis privilegia confirmat. ii non. Febr. a° 5°. ‖ Lang Regesta III. 126.
» 5	»	Brandone postulante hospitale *etc.*: »Non. Febr. (a° 5°).« ‖ Dugdale Monast. Anglic. VII. 638. n° 2, *vid.* 1260. Febr. 5. n° 17785.
» 5	»	• (17466) Alexandre accorde à Thibaut comte de Champagne le privilége suivant: Quand le pays sera frappé d'un interdit général, les chapelains dudit Th. pourront dans les chapelles du même Th. célébrer la messe à voix basse *etc.* ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 487. n° 3153.

1259.

Febr. 6	Anagniae	* (17467) Le même accorde à Thibaut le privilége suivant: Les religieux de la suite de Th. sont dispensés du réglement de leur ordre qui, lorsqu'il y a une maison de cet ordre dans la localité où ils se trouvent, les oblige à y coucher. ‖ Jubainville l. c. nº 3154.
» 6	»	(17468) Theobaldo regi Navarrae et Campaniae comiti indulget, ut, a Navarrensibus facta elevatione regis Navarrae, idem sic elevatus nomen regium sortiatur atque unctionem et coronationem, quando ei placuerit, recipiat. (ix, *sed legas*) iix id. Febr. aº 5º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 14, *fragm.*
» 8	»	(17469) Universis Christifidelibus ad ecclesiam fratrum Praedic. Tranensium in singulis festivitatibus b. Mariae V., s. Crucis et bb. Dominici conf. ac Petri Martyris accedentibus annuatim, indulgentiam 100 dierum elargitur. vi id. Febr. aº 5º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 371. nº 230. — »Vite perennis gloria.«
» 8	»	* (17470) Alexandre nomme l'abbé d'Orbais diocèse de Soissons et le doyen de Tudèle dioc. de Tarragone conservateurs des priviléges apostoliques à Thibaut comte de Champagne (*vid.* nº 17466 *et* 17467). ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 487. nº 3155.
» 9	»	(17471) Decano et capitulo Legionensibus statuta, quae b. mem. Martinus primo et postmodum Martinus Legionensis episcopus super percipiendis proventibus et redditibus beneficiorum et praestimoniorum ipsius ecclesiae a personis(?), canonicis et portionariis eiusdem decedentibus ipso anno quo decesserint, ordinaverant, confirmat. v id. Febr. aº 5º. ‖ España sagr. XXXV. 432. — »Quae in ecclesiis.«
» 10	»	* (17472) Abbatissae et conventui S. Mariae extra muros Wormatienses ord. Cisterc. mandat, ut ad praebendas ad earum monasterium spectantes personas idoneas, quae in illis residentiam facturi sint, praesentent. iv id. Febr. aº 5º. ‖ Archiv f. Hessische Geschichte II. 307.
» 11	»	(17473) Promissionem (Iacobi) Aragonum regis et Petri filii eius comitis Barchinonensis, qua se obligarunt, »quod ipsi ac heredes eorum monetam, quam tunc faciebant et cudi faciunt, non mutabunt in perpetuum,« confirmat. iii id. Febr. aº 5º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 18, *non integra.*
» 11	»	(17474) Ministro fratrum Minorum de administratione Romaniolae mandat, ut duos fratres sermone potentes assumat, quibus inquisitionis officium contra haereticos ibi existentes conferat. iii id. Febr. aº 5º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 323. nº 467; *cf.* Wadding Ann. Minor. IV. 106 § 2. — »Licet ex omnibus.«
» 11	(»)	* (17475) Alphonso Castellae ac Legionis regi concedit, ut nullus apostolicae sedis legatus sine pontificis singulari licentia in ipsum, uxorem, filios ministrosve anathematis possit sententiam ferre. iii id. Febr. (aº 5º). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 18.
» 11	»	* (17476) Alexandre accorde à Thibaut comte de Champagne et à sa femme le privilége suivant: Toutes les fois que l'un d'eux assistera à un sermon, le prédicateur pourra donner aux assistants cent jours d'indulgence. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 487. nº 3156.
» 12	»	(17477) Capitulo Esculano notum facit, se Raynaldum capellanum suum de ordine Minorum (abbatem S. Mariae de Monte ord. s. Ben. *Ugh.*) ecclesiae Esculanae praefecisse in episcopum et pastorem *etc.* ii id. Febr. aº 5º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 324. nº 468; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 465. — »Apostolicae dignitatis deposcit.«
		* *In eundem modum* Clero civitatis et diocesis Esculanae. ‖ Sbaralea l. c. nº 469.
» 12	»	(17478) Populo civitatis et diocesis Esculanae scribit de eodem argumento eique mandat, ut illius monitis et mandatis efficaciter intendant. ii id. Febr. aº 5º. ‖ Sbaralea l. c. nº 470. — »Laudis humanae praeconium.«
» 12	»	(17479) Priorem et capitulum cathedralis ecclesiae s. Andreae in Scotia ord. s. Aug. rogat et hortatur, ut, si ipsis placeat, restituant Petro clerico, nato Georgii comitis de Cabaliaca, ecclesiam de Chinachim, qua eum f. rec. Innocentius pp. praedecessor privaverat, quod quondam Friderici olim imperatoris fautor esse dicebatur. ii id. Febr. aº 5º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 81. nº 208. — »Constitutus in presentia.«
» 13	»	(17480) (Ulricum) archiepiscopum Salzpurgensem eiusque suffraganeos necnon et abbates aliosque ecclesiarum praelatos obtinentes ordinariam in subditos potestatem per Salzpurgensem provinciam constitutos tam exemptos quam non exemptos monet et hortatur, ut ferventius assurgant contra clericos, qui »relegata pene penitus a conversatione vite sue clericalis mundicie honestate, tenent in conspectu etiam populi concubinas, cum quibus inpudice frontis irreverentiam induentes, fedas manus et fetidas, quas sordidis libidinose coinquinationis fecibus inmiserunt, non erubescunt in suum periculum et ruinam populi sacris ministeriis inmiscere. Verum ut adversus concubinarios huiusmodi officii vestri debitum cum autoritate nostra quam vestra liberius exequi valeatis, super hoc processus vestros per appellationis obiectum nolumus aliquatenus impediri.«

1259.

		Sine loco. Id. Febr. aº 5º. ‖ Hermanni Altahens. Annal. ad a. 1260 ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 400; Labbe Conc. XI. i. 718; Mansi Conc. XXIII. 827; Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 50; Lünig Spicil. eccles. I. (Reichs-Arch. XVI.) Fortsetz. 972. nº 31; *cf.* Tabulae codd. mss. in bibl. Vindobon. I. 234. nº 1413. 3 *cum loco*: »Anagniae«. — »Si vere quod.«
		* *In eundem modum eodemque die* Archiepiscopum Rothomagensem *etc.* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1259 § 22—26; Sbaralcae Bullar. Francisc. II. 326. nº 473.
		» » » » » Archiepiscopo Nidrosiensi *etc.* ‖ Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VIII. i. 10. nº 8.
Febr. 13	Anagniae	(17481) (Thomae) archiepiscopo Remensi et eius suffraganeis mandat, ut anniversarium diem festi s. Nicasii martyris solemniter celebrent et a clero suae diocesis celebrari faciant et a laicis venerabiliter custodiri. Id. Febr. aº 5º. ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 546. — »Omnibus christianis populis.«
» 13	»	(17482) (Theobaldo) regi Navarrae et reginae Navarrae, Campaniae et Briae comitissae palatinae eorumque successoribus indulget, ut tempore vacationis Pampilonensis ecclesiae aut si Pampilonensis episcopus eum uxoremque ac eas successorum ungere et coronare noluerit vel nequiverit, unctionem et coronationem a quocunque catholico episcopo recipere possint. Id. Febr. aº 5º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 15. — »Meminimus venerabili fratri.«
		* *De eadem re* Pampilonensi episcopo.
» 13	»	(17483) Abbati Franciae et archidiacono de Guadalaxara Pampilonens. et Toletanae diocc. et sacristae Oscensi mandat, ut ad limitationem Segobricensis diocesis intra sex menses procedant. Id. Febr. aº 5º. ‖ Villagrasa Antiq. de Segorbe 85. — »Cum scilicet venerabilis.«
» 13	»	(17484) (Gualcherio) episcopo Suanensi, qui, cum fratres Minores de Proceno Suan. dioc. domum et hortum, quem eis (Alferius) Viterbiensis episcopus una cum ecclesia s. Martini de Proceno donaverat, non dimitterent, in ipsos excommunicationis sententiam tulerat, mandat ut sententiam ipsam sine dilatione relaxet. Id. Febr. aº 5º. ‖ Sbaralea l. c. 325. nº 471. — »Sua nobis dilecti.«
» 13	»	(17485) Archipresbytero maioris ecclesiae Urbevetanae de superiore epistola significat eique mandat, ut, si dictus episcopus mandatum apostolicum super hoc neglexerit adimplere, ipse sententiam removeat. Id. Febr. aº 5º. ‖ Sbaralea l. c. nº 472. — »Sua nobis dilecti.«
» 13	»	(17486) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis, in quorum civitatibus vel diocesibus fratres ordinis b. Mariae de Monte Carmeli consistunt, mandat, ut a molestiis desistentes nullatenus eos impediant, quominus in suis oratoriis divina officia libere celebrare possint. Id. Febr. aº 5º. ‖ Bullarium Carmel. I. 18. nº 8. — »Ad audientiam nostram.«
» 13	»	(17487) Interdicit, ne religiosi professores ordinis paris arctitudinis vel minoris aliquem fratrum ordinis Carmelitani sine speciali licentia prioris generalis recipere praesumant. Id. Febr. aº 5º. ‖ Bullarium Carmel. I. 19. nº 9. — »Quieti vestrae providere.«
» (13)	»	(17488) Monasterium monialium s. Iacobi Rigensis Cisterc. ord. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. (Id. *add. Mitth., om. alii*) Febr. indict. II. incarn. dom. aº 1259(!). pont. aº (5º). ‖ v. Götze Albert Suerbeer 197; Bunge Livländ. UB. III. 57. nº 338a; *cf. ibid.* Regest. 23. nº 379a; Mitth. a. d. Gesch. Liv-Ehst- u. Kurlands VIII. 432. nº 3. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 16	»	(17489) Suffraganeos ecclesiae Upsalensis hortatur, ut, cum ecclesia capituli Upsalensis propter quasdam necessitates ad locum magis idoneum transferatur et ad tam sumptuosum opus propriae ipsius non suppetant facultates, auxilii manum porrigant. xiv kal. Mart. aº 5º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 395. nº 458; *cf.* Celse Appar. 79. nº 19. — »Cum sicut dilecti.«
» 20	»	* (17490) Ottoni episcopo Pataviensi et Ottoni abbati Mellicensi cognitionem certae litis inter monasterium Campililiense et Hermannum plebanum in Wilhelmspurg committit. x kal. Mart. aº 5º. ‖ Hanthaler Recensus I. 8.
» 22	»	(17491) Priorissae et conventui monialium de Northberwyo Cist. ord. S. Andreae dioc. indulget, ut privilegiis et indulgentiis Cisterciensi ordini ab apostolica sede concessis, quae eis competunt, uti possint. viii kal. Mart. aº 5º. ‖ Carte monialium de Northberwic. (Edinburgi [Bannatyne Club] 1847. 4º) 17. — »Solet annuere sedes.«
» 22	»	(17492) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ut, si qui fratrum in se invicem vel in alios religiosos vel etiam in clericos saeculares manus iniecerint violentas, per diocesanos episcopos absolutionem assequantur. viii kal. Mart. aº 5º. ‖ Strehlke Tab. 404. nº 602. — »Ea que pro.«

1259.

Febr. 22 Anagniae (17493) Archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus ecclesiae ac domus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. consistunt, inhibet, ne homines molentes in huius ordinis molendinis vel in furnis eius coquentes aut vendendo vel emendo cum eo communicantes excommunicent. VIII kal. Mart. a° 5°. ‖ Bunge Livländ. UB. I. 429. n° 339; Strehlke l. c. 404. n° 603. — »Quanto amplius esse.«

» 22 » (17494) Eisdem et aliis ecclesiarum praelatis mandat, curent ne magister et fratres hospitalis praedicti molestentur ob damna ab eorum servientibus illata. VIII kal. Mart. a° 5°. ‖ Strehlke l. c. 405. n° 604. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 24 » (17495) Episcopo et capitulo Aboensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in honore b. Mariae semper Virginis constructam in festivitatibus eiusdem annuatim venerabiliter visitaverint, 40 dies de iniunctis poenitentiis relaxare. VI kal. Mart. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 396. n° 459; *cf.* Celse Appar. 79. n° 20. — »Gloriosus Deus in.«

» 26 » (17496) Archidiacono Aretino mandat, ut ecclesiam s. Leonardi de Castillione dioc. Aretin. fratribus Minoribus conferat, parochiam autem et parochianos eiusdem ecclesiae s. Mariae de Petrognano annectat. IV kal. Mart. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 328. n° 474. — »Deum deligere dilecti.«

» 27 » (17497) Archiepiscopos, episcopos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos hortatur, ut fratres ordinis Praed. ad officium praedicandi benigne recipiant *etc.* III kal. Mart. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 371. n° 231. — »Quoniam habundavit iniquitas.«

Mart. 1 » (17498) (Waldemarum) regem Suetiae rogat, ut, cum ecclesia Upsalensis de loco, in quo sita sit, ad aptiorem transferatur, ad opus autem sumptuosum archiepiscopo et capitulo propriae non suppetant facultates, tam per se quam per suos subditos ad aedificationem ipsius ecclesiae impendat auxilium et favorem. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 396. n° 460; *cf.* Celse Appar. 79. n° 21. — »Cum sicut ex.«

» 1 » (17499) (Birgero) duci Suetiae *rem eandem eisdem verbis commendat.* Kal. Mart. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. 397. n° 461; *cf.* Celse l. c. n° 22. — »Cum sicut ex.«

» 1 » (17500) Suffraganeis ecclesiae Upsalensis repetit n° 17489 eisque mandat, ut de parte decimarum ecclesiarum fabricis deputata singuli operi eiusdem ecclesiae aliquod competens subsidium impendant. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Liljegren l. c. n° 462; *cf.* Celse l. c. n° 23, 24. — »Cum sicut ex.«

» 1 » (17501) (Laurentio) archiepiscopo Upsalensi, (Henrico) Lincopensi et (Kaetillo) Wibergensi episcopis mandat, ut Waldemaro regi Suetiae et Sophiae nepti Christophori regis Daciae licentiam contrahendi matrimonium concedant, non obstante quod sibi tertia consanguinitatis linea sint coniuncti. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 19; Vastovii Vitis aquilon. 180; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 328. n° 475; Liljegren l. c. n° 463; *cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 362, 371; Celse l. c. n° 25. — »Ex parte charissimorum.«

» 5 » (17503) (Laurentio) archiepiscopo Upsalensi et suffraganeis eius concedit, ut Willelmi episcopi Sabinensis tunc in partibus Suetiae legati sedis apostolicae statutum (d. d. 1. Mart. a. 1248; *cf.* Liljegren Sv. dipl. I. 330. n° 359; *supra* 1258. Aug. 26), quo decretum sit, »ut quicunque sacerdos vel clericus concubinam haberet vel cohabitantem publice vel occulte, tam ipsa concubina quam ipse sententiam excommunicationis incurrerent«, in suis diocesibus revocent. III non. Mart. a° 5°. ‖ Vastovius l. c. 181; Liljegren l. c. 398. n° 464; *cf.* Celse l. c. n° 26. — »Vestra nobis fraternitas.«

» 6 » (17504) Monasterium s. Maximini Miciacense ord. s. Ben. Aurelian. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. II non. Mart. indict. II. incarn. dom. a° 1258. pont. a° (6°, *sed legas*) 5°. ‖ Gallia christ. VIII. instr. 536. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 6 » (17505) Priori et fratribus Eremitis domus s. Augustini iuxta portam de Arcu Senensis ord. b. Aug. indulget, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.* usque ad summam 300 librarum Senensium parv. recipere possint. II non. Mart. a° 5°. ‖ Empoli Bullar. 29. n° 27. — »Religionis vestrae meretur.«

» 6 » (17506) Abbati S. Sophiae de Benevento mandat, ut quaedam statuta a capitulis et clericis ecclesiarum civitatis et diocesis de Benevento in fratrum Praedicatorum de Benevento praeiudicium edita antiquet. II non. Mart. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 371. n° 232. — »Pertulerunt ad audientiam.«

» 7 » (17507) (Laurentio) archiepiscopo et capitulo Upsalensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in honore b. Laurentii constructam in festo ipsius annuatim visitarint, 100 dies iniunctae poenitentiae remittere *etc.* Non. Mart. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 399. n° 465; *cf.* Celse Appar. 79. n° 27. — »Licet is de.«

» 10 » • (17508) Monasterio Frisacensi in Carinthia ord. Praedic. omnes possessiones ac bona, quae duces Carinthiae eidem contulerunt, confirmat. VI id. Mart. (a° 5°?). ‖ Lamatsch Beiträge 180. — »Annuere consuevit.«

1259.

Mart. 11 Anagniae (17509) Universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Tusciam constitutis mandat, ut a fratribus de ordine Praedicatorum nihil praetextu canonicae portionis ulterius exigant. V id. Mart. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 38. n° 310. — »De pia et.«

» 11 » • (17510) Iacobum de Castilione praeficit ecclesiae Rheginae in archiepiscopum. V id. Mart. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 327.

» 12 » (17511) Priorissae et conventui monasterii de Clingental ord. s. Aug. secundum instituta fratrum Praedicatorum viventibus Constantiens. dioc. concedit, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.* usque ad summam 100 marcarum argenti recipere possint. IV id. Mart. a° 5°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 425. n° 578. — »Necessitatibus vestris benigno.«

» 14 » (17512) Advocato et consilio Aquensibus Richardum in Romanorum regem electum et coronatum recommendat eundem magnis extollens laudibus. Sperat »quod sub eius studioso ducatu status ecclesiae ac mundi pacificus proveniet et tranquillus. Cum itaque ... eius personam ... ad assequendam tantae dignitatis praeeminentiam ceteris mundi principibus ad hoc idoneis penitus proferamus, ... cum etiam illam geramus de vestra devotione fiduciam, ut speremus firmiter, quod libenter vos nostris beneplacitis coaptetis«, hortatur eos, ut in fidelitate ipsius persistant eidem consilium et auxilium impendentes, »sciturі quod nos invenietis ad cuncta vestra et terrae vestrae commoda promptiores.« Addit, se mittere specialiter propter hoc ad eos fratrem Gualterum de Rogate ord. Minor. poenitentiarium suum, »qui nostram vobis mentem aptius indicabit.« II id. Mart. a° 5°. ‖ Quix Cod. dipl. Aquens. I. II. 126. n° 188. — »Dum magnifica et.«

» 14 » (17513) Dulci et Notio de Burgo civibus et mercatoribus Florentinis ac sociis eorundem sententiam diffinitivam, quam in quaestione orta inter eos ex parte una et rectorem universitatis Parisiensis ac ipsam universitatem magistrorum et scolarium ex altera super quadam summa pecuniae O(ctavianus) S. Mariae in via lata diaconus cardinalis pro illis tulerat, confirmat, tenore litterarum ipsarum inserto. II id. Mart. a° 5°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 25. n° 184, *perperam* ad a. 1260. — »Ea que iudicio.«

» 15 » (17514) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Vallis Gloriae de Spello Spoletan. dioc. ord. s. Dam. propter tenuitatem reddituum inhibet, ne plus quam 25 moniales in suo coenobio habeant. Id. Mart. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 329. n° 476. — »Monasteriis et ecclesiis.«

» 17 » (17515) Fratri Andreae ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in administratione s. Francisci mandat, ut contra haereticos eorumque fautores procedat, *etc.* XVI kal. Apr. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 477. — »Litteras tuas solita.«

» 18 » (17516) Episcopo et capitulo Segobricensis ecclesiae et S. Mariae [Albarracin] petentibus utramque ecclesiam, cum locorum vicinitate ita coniunctae sint ut commode possint sub eiusdem pastoris regimine gubernari, unit, ita ut episcopus tamquam utriusque pontifex de ipsarum patrimonio, cleri ordinatione ac promotione ordinandi ac disponendi habeat facultatem. XV kal. Apr. a° 5°. ‖ Villanueva Viage literar. III. 235. n° 10. — »Petitio vestra nobis.«

» 18 » (17517) Generali ac universis prioribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut fratres apostatas et inobedientes excommunicent et carceri tradant. XV kal. Apr. a° 5°. ‖ Bullarium Carmel. I. 19. n° 10. — »Provisionis nostrae capimus.«

» 18 » • (17518) Abbati et conventui monasterii Montis Angelorum plenam dat indulgentiam de beneficiis ecclesiasticis. A° 5°. ‖ Versuch e. urk. Darstell. des Stiftes Engelberg 149. n° 87, *perperam ad* a. 1261.

» 21 » (17519) Universis vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam b. Iuniani Lemovicens. dioc. in festo translationis eiusdem sancti venerabiliter visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum concedit. XII kal. Apr. a° 5°. ‖ Maleu Chroniq. 75. — »Vitae perennis gloria.«

» 23 » (17520) Henrico regi Angliae nunciat, se Elfinensem episcopum praefecisse Tuamensi ecclesiae in archiepiscopum et pastorem; hortatur regem, ut isti ecclesiae eiusdem regalia assignet. X kal. Apr. a° 5°. ‖ Wilkins Concil. I. 741; Rymer Foed. I. II. 44. — »Licet continuata supervenientium.«

» 23 » (17521) Abbatissae et conventui monasterii Omnium Sanctorum de Ripa Arni Pisan. dioc. ord. s. Dam., quarum hospitali s. Leonardi de Stagno A(lbertus) Turritanus archiepiscopus ecclesiam s. Georgii de Oleastreto in perpetuos usus donavit, hanc donationem confirmat. X kal. Apr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 486. n° 60; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 330. n° 478. — »Cum a nobis.«

» 25 » • (17522) Alexandre donne aux Dominicains, aux Franciscains et aux autres religieux attachés au service de Thibaut comte de Champagne l'autorisation d'aller à cheval, de porter des chappes et des souliers. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 488. n° 3158.

1259.

Mart. 26 — Anagniae — * (17523) Raimundum de Brunforte potestatem Perusinum hortatur, ut in fidelitate ecclesiae persistat dictamque civitatem ecclesiae fidelem manuteneat. vii kal. Apr. a° 5°. ‖ Cronache della città di Fermo 420. n° 266.

„ 28 — „ — (17524) (Laurentio) archiepiscopo Upsalensi eiusque suffraganeis ac praelatis ecclesiarum provinciae Upsalensis scribit, se confirmare G(uillelmi) Sabinensis episcopi tunc in illis partibus apostolicae sedis legati statutum, quo decretum sit, »ut quicumque in domibus sacerdotum et ecclesiarum provinciae Upsalensis occasione hospitalitatis ostia ipsarum domorum frangere seu aliam violenciam inferre praesumeret excommunicationis sententiam incurreret.« v kal. Apr. a° 5°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 399. n° 466; *cf.* Celse Appar. 80. n° 28. — »Iusti[s] p[e]tentium desideriis.«

„ 28 — „ — (17525) Episcopo Sorrensi sub poena excommunicationis mandat, ut duo molendina hospitalis s. Leonardi de Rosva Turritan. dioc. ad monasterium Omnium Sanctorum de Ripa Arni Pisan. spectantia cum cursu aquae ipsorum et proventibus perceptis ex eis abbatissae et conventui praefati coenobii restituat. v kal. Apr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 487. n° 61; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 332. n° 479. — »Exposita nobis dilectarum.«

„ 28 — „ — (17526) Abbati S. Laurentii Cesenatis ord. s. Ben. mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Petri ad vincula ord. s. Ben. per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. v kal. Apr. a° 5°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 118. n° 86. — »Dilecti filii abbas.«

„ 30 — „ — (17527) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Iuniani Lemovicens. dioc. in festivitate eiusdem sancti annuatim venerabiliter visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargitur. iii kal. Apr. a° 5°. ‖ Maleu Chroniq. 76. — »Loca sanctorum omnium.«

Apr. 1 — „ — (17528) Generali et ceteris prioribus et fratribus Servorum b. Mariae ord. s. Aug. indulget, ut illorum corpora, qui apud eos elegerint sepulturam, in suis coemeteriis sepelire possint. Kal. Apr. a° 5°. ‖ Gianii Annal. I. 80. — »Religionis vestrae meretur.«

„ 1 — „ — • (17529) Abbati et conventui monasterii Cluniacensis indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus, feud[al]ibus exceptis, petere recipere ac retinere possint. Kal. Apr. a° 5°. ‖ Bullar. ord. Clun. [..]. 129.

„ 2 — „ — • (17530) Episcopo Imolensi committit appellationem praepositi et capituli Faventini, quia prior S. Salvatoris Saxenatensis ex commissione Innocentii IV Hugoni Cope clerico nato Hugonis de Galiata militis Foropopiliensis canonicatum Faventinum contulerat mandaveratque praeposito et capitulo Faventinis eius réceptionem in canonicum. iv non. Apr. a° 5°. ‖ Mittarelli Access. hist. Favent. 502.

„ 3 — „ — (17531) Monasterium s. Petri de Certeseya ord. s. Ben. Wyntoniens. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iii non. Apr. indict. II. incarn. dom. a° 1258(!). pont. a° 5°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 428. n° 3. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 3 — „ — (17532) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterc. ordinis concedit, ut nullatenus teneantur praelatis et legatis in provisione pecuniaria providere. iii non. Apr. a° 5°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 61. n° 62. — »Circa sacrum et.«

„ 5 — „ — (17533) (Reginaldo) episcopo Parisiensi conqueritur de quorundam contumacia, qui Guillelmi de S. Amore exulantis partes acrius teneant, eique mandat, ut omnes magistros convocet illosque iterum atque iterum admoneat, unumquemque gravissimae excommunicationis poenas oppetere, qui religiosis praefati Guillelmi causa infensum se praebuerit. Non. Apr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 107; Bulaeus Hist. univers. Paris. II. 348; Ripolli Bullar. Praed. I. 372. n° 233; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 332. n° 480. — »Indignanter accepimus et.«

„ 12 — („) — • (17534) (Theodoro) abbati conventuique S. Bavonis Gandensis concedit, ut, cum monasterium in terra frigida humidaque situm sit, et propter maris viciniam monachi inter divina officia et processiones capita operiant. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 35.

17 — „ — (17535) Decano et capitulo Bremensibus Hildeboldi archidiaconi Rustringiensis electionem in archiepiscopum Bremensem confirmat. xv kal. Mai. a° 5°. ‖ Gebauer Leben Richards erw. Röm. Kaysers 491; Lappenberg Hamburg. UB. I. 523. n° 637. — »Rationis oculis intuentes.«

„ 18 — „ — (17536) Fratribus Praedicatoribus inquisitoribus pravitatis haereticae in partibus Lombardiae et marchiae Ianuensis indulget, ut nullus sedis apostolicae delegatus vel subdelegatus ab eo in ipsos et quatuor notarios sive scriptores possit excommunicationis *etc.* sententiam promulgare. xiv kal. Mai. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 372. n° 233. — »Ne inquisitionis negotium.«

1259.

Apr. 21 — Anagniae — Ricardo in Romanorum regem electo: xi kal. Mai. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 44, *vid.* 1259. Apr. 30. n° 17549.

„ 21 — „ — (17537) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterc. ordinis privilegia, indulgentias et gratias eidem ordini generaliter et specialiter concessa confirmat. xi kal. Mai. a° 5°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 63. n° 63. — »Plantatus olim in.«

„ 22 — „ — (17538) (Henricum) regem Angliae rogat et hortatur, ut, cum inter Roffensem episcopum et Cantuariensem archiepiscopum super quibusdam articulis in foro regio quaestio moveatur et ventiletur idemque episcopus apud sedem apostolicam eius et Romani imperii negotiis occupatus nequeat ad praesens in Angliam personaliter se transferre, eidem absenti procuratorem, qui in curia regia attornatus vulgariter nuncupetur, concedat. x kal. Mai. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 45. — »Si ad multa.«

„ 24 — „ — (17539) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut satisfactionem fratrum ob incendia, rapinas, usuras in saeculo commissa, dummodo laesi nequeant inveniri, in subsidium Terrae sanctae, Lyvoniae et Prusciae convertant. viii kal. Mai. a° 5°. ‖ Strehlke Tab. 405. n° 605. — »Ex parte vestra.«

„ 27 — „ — (17540) Abbatissam et conventum monialium inclusarum monasterii s. Clarae Wratislaviensis ord. s. Dam. hortatur, ut ecclesiastica ornamenta ab (Anna) ducissa Poloniae eidem claustro collata in eiusdem ducissae memoriam cum omni diligentia conservent. v kal. Mai. a° 5°. ‖ Knoblich Herzogin Anna v. Schlesien. Dipl. 20. n° 15. — »Insinuavit nobis carissima.«

„ 27 — „ — (17541) Eisdem concedit, ut quotiens fratres laici de ordine Minorum (ad S. Iacobum) dominici corporis et sanguinis recipiant sacramentum, illud mente devota recipere valeant. v kal. Mai. a° 5°. ‖ Knoblich l. c. 21. n° 16. — »Deuocionis augmentum uobis.«

„ 27 — „ — (17542) Ecclesiam monasterii s. Clarae Wratislaviensis qui certis diebus festis devotionis causa accesserint annuatim, eis unum annum et 40 dies de iniuncta poenitentia relaxat. v kal. Mai. a° 5°. ‖ Knoblich l. c. 22. n° 17. — »Vite perennis gloria.«

„ 27 — „ — (17543) Fratribus ordinis Minorum Wratislaviensibus, Agnete sorore monasterii s. Francisci Pragensis et abbatissa claustri s. Clarae Wratislav. petentibus, concedit, ut evocati ad eiusdem monasterii fenestram accedant super his cum abbatissa colloquium habituri, quae monialibus ibi constitutis sint opportuna. v kal. Mai. a° 5°. ‖ Knoblich l. c. 22. n° 18. — »In desiderio dilecte.«

„ 28 — „ — (17544) (Ernesto) episcopo Insulae s. Mariae Pomezaniae in Pruscia mandat, ut illos, qui peregrinos in subsidium fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum et neophitorum in Pruscia accedentes capere, spoliare et eis alias iniurias ac molestias irrogare praesumant, per censuram ecclesiasticam ad satisfaciendum et desistendum a praesumptione simili cogant. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 122. n° 122. — »Dilecti filii magister.«

„ 28 — „ — (17545) Compositionem inter priorem fratresque domus fratrum Praedicatorum iuxta Montem Pessulanum Magalonens. dioc. et praepositum capitulumque Magalonensis ecclesiae et priorem S. Firmini de Monte Pessulano super quibusdam articulis factam abrogat. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 373. n° 235. — »Religionis favor sub.«

„ 28 — „ — (17546) Decano et capitulo Bisuntinis, qui statuerunt, ut, cum nobiles vicinarum partium et praesertim Bisuntinae ecclesiae vassali contra eos nequiter conspirantes in eorum et aliarum ecclesiarum personas manus sacrilegas extenderint, filii illius, qui aliquem canonicorum ecclesiae Bisuntinae occiderit vel vulneraverit, per rectam lineam descendentes ab illo usque ad quartum gradum non possint in eadem ecclesia locum vel beneficium obtinere, hoc statutum confirmat. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 89. — »Ea quae pro.«

„ 29 — „ — (17547) (Wolimiro) episcopo et capitulo Wladislaviensibus donationem quorundam bonorum, quam eis quondam Baussa comes palatinus Wladislaviensis diocesis in ultima voluntate fecit, auctoritate apostolica confirmat. iii kal. Mai. a° 5°. ‖ Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. II. i. 64. n° 79. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 29 — „ — (17548) Thomae archiepiscopo Tuamensi et magistris Christiano et Thomae canonicis Elfinensibus procuratoribus decani et capituli Tuamensium concedit facultatem contrahendi propter onera expensarum, quae pro expediendis negotiis suis apud sedem apostolicam ipsos subire oportebat, mutuum usque ad summam 2400 marcarum sterlingorum. iii kal. Mai. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 81. n° 209. — »Cum sicut in.«

„ 30 — „ — (17549) Ricardo in Romanorum regem electo significat, se consueta benignitate eius nuncios magistrum Arnoldum capellanum apostolicum prothonotarium et fratrem Williel mum ordinis s. Trinitatis et captivorum recepisse *etc.* »Quod semper fuisti . . . defensor libertatis ecclesiasticae singularis, ... attendentes insuper quod circa personam tuam . . . electam utique dudum ad Romani culmen imperii est ad unctionem et coronatio-

1259.

nem etiam iam processum, nostrum ad te totaliter direximus animum.« Addit, se fratrem Walterum de Rogat familiarem et poenitentiarium suum ad regimen Alemanniae et regis favorem duxisse specialiter destinandum, »universis praedicti imperii principibus ... tibi adhaerentibus et non adhaerentibus mandantes ... per ipsum, ut.. in tua fidelitate persistant et non adhaerentes tibi studeant adhaerere firmiter.« Rogat eum et hortatur, ut praedictum poenitentiarium »qui ad hoc de mandato nostro ad tuam accedit praesentiam« benigne recipiat et praefatos nuncios alios, »qui moram magnam in curia nostra protraxisse videntur,« excusatos habeat. II (XI *Rym.*) kal. Mai. a° 5°. ‖ Annal. monast. Burton. ap. (Fell) Rerum Anglic. script. 426, *in* Annal. monast. I. 469; Gebauer Leben Richards erw. Röm. Kaysers 156. not. 1; Rymer Foed. I. 384 (al. ed. I. II. 44); Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 119. — »Grande nostri (matri *Rym., Baerw.*) provenit.«

(Apr. 30) (Anagniae) (17550) (Conradum archiepiscopum Coloniensem) rogat, ut in fidelitate ac devotione (Ricardi) Romanorum regis, »quem tu ad praefatae dignitatis elegisse culmen et propriis nosceris manibus inunxisse, prout ad te pertinet,« persistat. *Sine nota chronol. Inscriptio ex* Pertzii Arch. VII. 893. ‖ Baerwald l. c. 124. — »Cum magnifica et.«

» 30 » (17551) Priori et fratribus ordinis Praedic. Maguntinis concedit, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.* usque ad summam 500 marcharum argenti recipere valeant. II kal. Mai. a° 5°. ‖ Gudenus Cod. dipl. II. 664. — »Necessitatibus vestris benigno.«

» 30 » (17552) Monasterium s. Mariae V. ac s. Severi Ravennae ord. Cisterc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. II kal. Mai. indict. II. incarn. dom. a° 1259. pont. a° 5°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. 119. n° 87. — »Religiosam vitam eligentibus.«

* *In eundem modum* Monasterium s. Maria V. de Castancola Senogalliens. dioc. ‖ Mittarelli l. c. 124.

» 30 » (17553) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in eorum loca pro elemosinis accesserint colligendis, ipsos in suis ecclesiis ammonere populum et elemosinas libere quaerere permittant, *etc.* II kal. Mai. a° 5°. ‖ Strehlke Tab. 406. n° 606. — »Cum dilectis filiis.«

» 30 » * (17554) Abbatem et conventum monasterii s. Aemiliani de Cuculla [San Millan de la Cogolla] sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, decimas in s. Mariae de Fonçeleio, s. Martini de Valluercanas, s. Crucis, s. Felicis, s. Aemiliani de Icola et s. Michaelis ecclesiis, ecclesias in villa quae Villa Gonsalvo vulgariter nominatur *etc.*, iura ac privilegia confirmat. II kal. Mai. indict. II. incarn. dom. a° 12 decimo nono (!) pont. a° 5°. ‖ Indice de los docum. I. I. 285. n° 36.

» 30 » (17555) (Guillelmo) Papiensi et Raynerio Maynensi episcopis ac priori fratrum Praedicatorum Papiensi mandat, ut potestatem, consilium et populum civitatis Papiensis a sequela Friderici quondam Romanorum imperatoris ad ecclesiam redeuntem, praestito standi mandatis ecclesiae iuramento, a censuris ecclesiasticis absolvant. II kal. Mai. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 333. n° 481; *sine initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 9. — »Miserationes et misericordias.«

» 30 » (17556) Potestati, consilio et communi Urbinatibus intimat, se abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Castro Begni ord. s. Dam. Feretran. dioc. monasterium s. Silvestri de Hisclito Urbinat. dioc. contulisse, eosque monet sub debito fidelitatis, quatenus super dicto coenobio s. Silvestri illas moniales non molestent. II kal. Mai. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 334. n° 482. — »Illum ad personas.«

Mai. 1 » (17557) Guardiano et fratribus ord. Minor. b. Mariae de Taleacotio concedit, ut de male acquisitis, quae quibus restitui debeantur nescitur, usque ad summam 50 unciarum auri recipere valeant. Kal. Mai. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 335. n° 483. — »Vestrae meritis religionis.«

» 1 » (17558) Magistro et fratribus S. Francisci Pragensis ord. s. Aug. libertates, exemptiones saecularium exactionum, redditus et alia iura tam eorum hospitali quam S. Hippolyti in Gradicz circa Znoymam *etc.* ab Otacharo eis d. 6. Iun. 1252 concessa auctoritate apostolica confirmat. Kal. Mai. a° 5°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 245; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 85. n° 217. — »Cum a nobis.«

» 3 » (17559) Magistro Andreae de Orto scriptori suo canonico Viterbiensi nepoti Laurentii archiepiscopi Antibarensis annuam pensionem centum solidorum Turonensium, quam ei Radulfus episcopus Morinensis in nativitate Domini annis singulis persolvendam a° 1253 concessit, confirmat. V non. Mai. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 335. n° 484; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 86. n° 117. — »Provenit ex devotionis.«

» 3 » (17560) Theodisio de Lavania et Petro Angeli Narnien. canonicis Parisius commorantibus de superiore epistola significat eisque mandat, compellant memoratum episcopum vel eius successores, ut dicto scriptori pro praeterito tempore pensionem ipsam exsolvant. V non. Mai. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 336. n° 485. — »Exhibita nobis dilecti.«

1259.

Mai. 4 Anagniae (17561) Abbatissae et conventui monasterii de Valle felici [Seligenthal] Cisterc. ord. Herbipolens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in earum monasterio professionem facientibus petere recipere ac etiam retinere possint. IV non. Mai. a° 5°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 682. n° 12. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 8 » (17562) (Theobaldo) rege Navarrae petente universis studentibus in scholis apud eius castrum de Tutela Tyrasonens. dioc. indulget, ut omnes proventus suos ecclesiasticos cum ea integritate percipiant, cum qua illos percipiunt ii qui in Parisiensi civitate scholasticis disciplinis insistunt. VIII id. Mai. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 16, 17. — »Etsi multa interdum.«

» 9 » (17563) Abbati de Weltenburch ord. s. Ben. Ratispon. dioc. causam inter abbatem conventumque monasterii s. Emmerami Ratispon. ord. s. Ben. et Chunradum de Hunsperch clericum Eistettensis dioc. super ecclesiis de Newenhusen et Wihenstevensem vertentem committit terminandam. VII id. Mai. a° 5°. ‖ Ratisbona monast. Liber prob. 183. n° 83. — »Sua nobis dilecti.«

» 10 » (17564) Abbatissae et conventui monasterii s. Clarae et s. Damiani Assisinatibus, quibus (Nicolaus) episcopus Assisinas annuum censum 108 denariorum Lucensium aut Senensium parvorum, in quo ratione ecclesiae suae s. Georgii ei tenebantur, totaliter remisit, hanc remissionem confirmat. VI id. Mai. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 337. n° 486. — »Inducunt nos vestrae.«

» 10 » (17565) Commutationem ecclesiae s. Georgii Assisinatis eiusque hospitalis cum monasterio ecclesiaque monialium s. Damiani et s. Clarae Assisinatium, et assignationem dictae ecclesiae s. Georgii monialibus Clarissis ab Iohanne episcopo Anagnino tunc rectore ducatus Spoletani factam refert et confirmat. VI id. Mai. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 338. n° 487. — »Inducunt nos vestrae.«

» 11 » * (17566) Ecclesiae ad Boemalem pontem [Böhmischbruck] proxime dedicandae indulgentias concedit. V id. Mai. a° 5°. ‖ Lang Regesta III. 130.

» 11 » * (17567) Confirmat, quod Ratisponensis episcopus abbatissae de Pulenhoven Cisterc. ord. Ratisponens. dioc. ecclesiam in Pulenhofen concessit. V id. Mai. a° 5°. ‖ Lang l. c. 130.

» 13 » (17568) Rectori ecclesiae s. Mauricii in Ingolstat Eistetens. dioc. nunciat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in die anniversario dedicationis ipsius et in festo praedicti sancti annis singulis visitarint, indulgentiam 40 dierum concedere. III id. Mai. a° 5°. ‖ Mon. Boica XI. 232. — »Licet is de.«

» 13 » (17569) Generali et provincialibus ministris et universis fratribus ord. Minor. declarat, eos posse praedicare et confessiones excipere ex licentia episcoporum, non requisito parochialium assensu. III id. Mai. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 488. n° 62; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 347. n° 488. — »Cum olim quidam.«

» 13 » (17570) Generali priori fratrum Servorum s. Mariae ord. s. Aug. concedit, ut ipse eiusque successores ceteros priores et fratres iuxta eiusdem ordinis instituta corrigere possint. III id. Mai. a° 5°. ‖ Gianii Annal. I. 80. — »Devotionis tuae precibus.«

» 13 » * (17571) Ecclesiae Tegernseensi indulgentias elargitur. III id. Mai. a° 5°. ‖ Lang Regesta III. 132.

» 14 » (17572) Conventui monialium monasterii s. Luciae Portae novae de Castro s. Genesii Camerin. dioc. concedit, ut tempore generalis interdicti ianuis clausis *etc.* a propriis capellanis audire divina eis liceat. II id. Mai. a° 5°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 44. n° 34. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 15 » (17573) Decano et capitulo ecclesiae Hamburgensis consuetudinem confirmat, quod illi ex canonicis eiusdem ecclesiae minores in ea praebendas habentibus ad maiores cum vacant tantummodo assumantur, qui digniores existunt. Id. Mai. a° 5° (4° *male St.*). ‖ Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. II. 217; Lappenberg Hamburg. UB. I. 525. n° 639. — »Cum a nobis.«

» 15 » (17574) Abbatissae et conventui monasterii in Rathusen prope Lucernam Cisterc. ord. Constantiens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona a liberis personis apud ipsas professionem facientibus recipiant ac retineant. Id. Mai. a° 5°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 51. — »Deuotionis uestre precibus.«

» 15 » (17575) Abbatissae et conventui monasterii in Rosendal Cisterc. ord. Wormatiens. dioc. idem concedit. Id. Mai. a° 5°. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 345. — »Devotionis vestre precibus.«

» 15 » (17576) Archipresbytero maioris ecclesiae Urbevetanae mandat, ut Suanensem episcopum inducat ad relaxandum excommunicationis sententiam in fratres Minores de Proceno ab isto latam eisque de iniuriis satisfaciendum; alioquin repugnantem citet ad compa-

1259.

rendum coram papa. Id. Mai. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 348. n° 489. — »Dilecti filii guardianus.«

Mai. 15 — Anagniae — (17577) (Prandotae) episcopo Cracoviensi et praeposito ecclesiae s. Sepulchri (Metonicn., *legerim*) Mechoviens. Cracov. dioc. mandat, ut quasdam litteras »sub nomine nostro praesumptione damnabili« fabricatas pronuncient falsas confictasque, et contra falsarios procedant. Id. Mai. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 490. — »Ad audientiam nostram.«

» 15 — (») — * (17578) Decano S. Petri Leodiensis mandat, publicet coram omni populo in ecclesia, ut debitores monasterii s. Bavonis Gandensis in Remensi, Leodiensi et Traiectensi diocesibus commorantes intra terminum ab ipso praefigendum sub poena excommunicationis indicent, quae dicti monasterii bona iniuste detineant. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 35.

» 18 — » — (17579) Consilio et communi Terracinensibus fidelibus suis sub debito fidelitatis quo ecclesiae Romanae tenentur et poena mille librarum provesin. districte praecipit, ut mandatis Neapolioni Matthaei Rubei et Riccardi Petri de Annibaldo senatorum Urbis, cum hi nullam in eos aut eorum civitatem iurisdictionem habeant seu etiam potestatem, de assumptione potestatis ad regimen civitatis suae minime pareant, quin immo Petro Guidonis de Velletro in potestatem Terracinensem in illorum praeiudicium electo eiusque vicario usque ad tempus sui regiminis in omnibus quae ad potestariae officium pertinent, efficaciter intendant. Eis concedit, ut personas ecclesiae Romanae devotas, etiamsi non de ipsorum urbe, sed de aliis quibuscumque civitatibus, castris, terris et locis existant, in potestates et rectores suos assumere ac creare consules de civitate ipsa libere possint. xv kal. Iun. a° 5°. ‖ Contator Hist. Terracin. 193; Vitale Senatori di Roma 124. — »Intelleximus quod nobiles.«

» 18 — » — (17580) Abbati Cistercii et ceteris coabbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis indulget, ut per revocationem quorundam privilegiorum ab Honorio III pp. et Innocentio IV pp. obtentorum a se factam nullum libertatibus et immunitatibus ipsis a sede apostolica concessis praeiudicium in posterum generetur. xv kal. Iun. a° 5°. ‖ Mone Zeitschr. IV. 185. — »Sacre vestre religionis.«

» 18 — » — Cancellario ecclesiae s. Genovefae Parisiensis: »xv kal. Iun. a° 5°«. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 375. n° 239; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 349. n° 491, *vid.* 1259. Iun. 17. n° 17608.

» 20 — » — (17581) Conventui monasterii monialium inclusarum b. Mariae de Pruliano ord. s. Aug. et sub cura fratrum ord. Praedic. viventibus Tolosan. dioc. indulget, ut capellano in ecclesia parochiali s. Martini de Limoso minime teneantur de proventibus et bonis ecclesiae suae certam et determinatam portionem assignare. xiii kal. Iun. a° 5°, verbi autem incarnati a° 1259. ‖ Bern. Guidonis Hist. fund. convent. Praed. ap. Martene Ampl. collect. VI. 445; Ripolli Bullar. Praed. I. 374. n° 236. — »Meritis vestrae religionis.«

» 21 — » — (17582) Abbatissae et conventui de Selegental (Cisterc. ord. Herbipol. dioc.), quae quandam curtem pro possessionibus et omnibus bonis et iuribus, quae abbas et conventus monasterii Amarbachensis in villa de Slierstat habebant, cum eisdem abbate et conventu commutaverant, hanc commutationem confirmat. xii kal. Iun. a° 5°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 682. n° 13. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 — (») — (17583) Potestati et consilio Anagninis, qui in familiares et servientes clericorum Anagninae civitatis iurisdictionem suam nitebantur exercere, mandat, ut ab huiusmodi gravamine penitus desistant. x kal. Iun. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 316. — »Ad audientiam nostram.«

» 23 — » — (17584) Abbati monasterii de Nonantula Mutinens. dioc. mandat, ut potestatem, capitaneum, antianos et commune civitatis Imolae, qui ecclesiam Imolensem cuiusdam pedagii ac telonei proventibus ac quodam iure olim ab imperatoribus Romanis in ripa et portu Capitis Silicis et rivi cuiusdam aquae decurrentis ad eundem portum a loco qui dicitur Bissinariae, ecclesiae praedictae concesso spoliaverant *etc.*, compescat ad restituendum ablata. x kal. Iun. a° 5°. ‖ Series episc. Forocorn. II. 97; Manzoni Episc. Cornel. 198. — »Ad audientiam nostram.«

» 26 — » — (17585) (Benedicto) archiepiscopo Strigoniensi scribit, se per diversas litteras affectuose rogasse (Belam) regem Ungariae, ut mille marchas argenti, quas magistro et fratribus hospitalis Ierosolimitani se daturum annuatim pater eius promisisset ex aerario regni sui, sine qualibet difficultate persolveret, necnon privilegia, immunitates . . . et ordinationes cum eis initas integre conservaret. »Id hactenus efficere non curavit.« Mandat ei, ut eidem regi litteras apostolicas, quibus Romam citatur, tradat ac ipsum ad perficiendum et complendum quae in eisdem contineantur litteris, moneat et inducat. vii kal. Iun. a° 5°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 277. n° 12; Theiner Mon. Hungar. I. 237. n° 453. — »Suam ad nos.«

» 30 — » — (17586) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ord. fratrum Praedic. de Frankenvorde Magunt. dioc. in singulis festivitatibus gl. Mariae V. et bb. Augustini et Dominici confessorum ac Petri Martiris eiusdem ordinis professoris

1259.

et in anniversario die dedicationis ipsius ecclesiae accesserint annuatim, indulgentiam 100 dierum largitur. iii kal. Iun. a° 5°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 122. — »Vite perennis gloria.«

Mai. 30 — (Anagniae) — * (17587) Alexandre IV préscrit à Me Pierre de Sergues, chanoine de Chartres, de prendre des mesures pour empêcher les moines de Saint-Pierre-le-Vif de porter dans la province de Sens une prétendue tête de saint Loup, alors qu'il a été établi autrefois par Hugues, archevêque de Sens, et les évêques d'Orléans et d'Auxerre, que le corps et la tête de saint Loup étaient conservés dans l'abbaye Ste.-Colombe. ‖ Quantin Recueil 272.

» 31 — (») — * (17588) Alessandro IV prega i Perugini di risparmiare i beni del vescove e dei chierici di Gubbio nelle ostilità che sono per incominciare contro quel comune. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. п. 485.

Iun. 1 — (») — * (17589) Alexandre IV accorde encore 100 jours d'indulgences à ceux qui feront des aumônes pour la réparation de l'église Sainte-Colombe. ‖ Quantin Recueil 272.

» 4 — » — (17590) (Rudolfo) Sverinensi, (Iohanni) Lubicensi et (Simoni) Padneburgensi (*i. e.* Paderbornensi) episcopis mandat, moneant et inducant (Christophorum) regem Daciae, ut infra unum mensem post hanc admonitionem (Iacobum) archiepiscopum, praepositum et archidiaconum Lundenses absque difficultate qualibet pristinae restituat libertati eosque libere abire permittat. ii non. Iun. a° 5°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. V. 604; *cf.* Meklenb. UB. II. 135. n° 840. — »Si rex Daciae.«

* *In eundem modum eodemque die* (Nicolao) episcopo Wiburgensi regis Daciae cancellario;
» » » » » (Karulo) episcopo Arusiensi.

» 4 — » — (17591) Principem Ryanorum rogat, ut archiepiscopum, praepositum et archidiaconum Lundenses ex captivitate liberare pro viribus conetur. ii non. Iun. a° 5°. ‖ Langebek l. c. 605. — »Si rex Daciae.«

» 6 — » — (17592) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus Cisterciensis ordinis in generali capitulo constitutis mandat, ut, si abbatissae et conventui monasterii de Rosenda(l) Warmac. dioc. suffragantur propriae facultates, de quibus secundum statuta ipsius ordinis vivere possint competenter, Cisterciensi ordini cum consensu diocesani loci incorporantes easdem, ipsas alicui committant abbati praedicti ordinis, qui eas instruat regularibus disciplinis et in monasterio ipso officium visitationis impendat. viii id. Iun. a° 5°. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 344. — »Cum sicut ex.«

» 7 — » — (17593) Beatricem abbatissam monasterii s. Mariae monialium ord. s. Ben. Messanensis rogat et monet, ut fratres de ordine Praedicatorum Messanenses super complemento ecclesiae et officinarum suarum nullatenus impediat. vii id. Iun. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 39. n° 311. — »Firmam gerimus de.«

» 8 — » — (17594) Episcopo et capitulo Florentinis, abbatibus, prioribus . . . et aliis ecclesiarum praelatis tam exemptis quam non exemptis civitatis et diocesis Florentinae indulget, ut ad provisionem aliquorum exulum in aliqua pecuniae quantitate compelli de cetero nequeant. vi id. Iun. a° 5°. ‖ Lami Delic. erudit. (III.) 316. — »Decet et expedit.«

» 9 — » — (17595) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum indulget, ut tempore generalis interdicti in ecclesiis et oratoriis suis divina possint officia celebrare. v id. Iun. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 374. n° 237. — »Devotionis vestre precibus.«

» 9 — » — (17596) Episcopum Grassensem rogat et hortatur, ut fratribus Eremitis Grassensibus ord. s. Aug., qui ecclesiam in honorem ipsius sancti ibidem construere de novo cupiant, primarium lapidem largiatur. v id. Iun. a° 5°. ‖ Empoli Bullar. 31. n° 30. — »Circa personas pias.«

» 11 — » — (17597) Magistro et universis provincialibus, prioribus et fratribus ordinis Praedicatorum mandat, ut ab Eremitarum ord. s. Aug. scandalis abstinentes professos istius ordinis in ordine suo sine priorum licentia nullatenus admittant. iii id. Iun. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 374. n° 228; Empoli l. c. 33. n° 33. — »Quanto preclara ordinis.«

* *In eundem modum* Ministris et fratribus ordinis Minorum. ‖ Empoli l. c. 29. n° 28.

» 11 — » — * (17598) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Mauritii Halensem Sax. ord. s. Aug. in die dedicationis devote visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargitur. iii id. Iun. a° (4°, *sed legas*) 5°. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 748. n° 27.

» 12 — » — (17599) (Nicolao) episcopo Trecensi mandat, ut primarium lapidem, quem pro ecclesia fratrum Minorum de civitate Trecensi propriis manibus ipse benedixerit, in ecclesia ipsa apponat *etc.* ii id. Iun. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. ad a. 1248 § 21; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 350. n° 493. — »Cum primarium lapidem.«

» 13 — » — (17600) (Henricum) regem Angliae rogat, inducat regem Scotiae, ut Iohanni de Cheyam Glasguensi electo antea capellano suo et archidiacono Bathoniensi, quem praefecerit

1259.

ecclesiae Glasguensi in episcopum, »regalia sive temporalia« sine dilatione concedat. Id. Iun. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪ. 48. — »Rationis oculis intuentes.«

Iun. 13 Anagniae (17601) Officiali Abrincensi mandat, ut inter monasterium de Bello Portu Praemonstr. ord. ex una parte et Alanum vicecomitem de Rohan militem ac quosdam alios laicos Briocensis, Trecorensis, Abrincensis civitatum et diocc. ex altera super terris, nemoribus, decimis et rebus aliis litigantes iudicet. Id. Iun. a° 5°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 150. — »Conquesti sunt nobis.«

» 13 » (17602) Abbati et conventui monasterii Uterinae Vallis [Eusserthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. concedit, ut a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus possessiones et alia bona mobilia et immobilia, feodalibus duntaxat exceptis, petere recipere ac retinere possint. Id. Iun. a° 5°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. III. 44. — »Devocionis vestre precibus.«

» 13 » (17603) (Iohanni) episcopo et capitulo Anagninis indulget, ut familiares et servientes eorum in datiis, collectis, angariis et aliis oneribus Anagninae civitatis solvere et contribuere minime teneantur nec ad ea compelli possint sine speciali mandato apostolicae sedis. Id. Iun. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 316. — »Meritis vestrae devotionis.«

» 13 » * (17604) Abbati et conventui monasterii de Alba concedit, ut possessiones et alia bona a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus rebus duntaxat exceptis, petere recipere ac etiam retinere possint. Id. Iun. a° 5°. ‖ Mone Zeitschr. I. 246.

» 13 » (Ludovicum) regem Francorum: »Id. Iun. a° 5°«. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 863. n° 25, *vid.* 1259. Iul. 15. n° 17637.

» 16 » * (17605) Venia pro sororum monasterii s. Marci in Würceburg ord. s. Aug. numero aliquo transeundi ad novum coenobium Rotenburgi a Lupoldo de Nortemberg milite imperialis aulae coquinae magistro fundatum. xvɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Lang Regesta III. 135.

» 17 » (17606) Archiepiscopo Toletanensi postulante ecclesiam Toletanensem sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset; episcopatus quoque ecclesiae Toletanensi metropolitico iure subiectos, videlicet Palentinensem, Conchensem, Segobiensem, Segontinensem, ... Cordubensem ... Segorbicensem; usum pallii in quibusdam festivitatibus, privilegia alia, libertates et immunitates ei confirmat. xv kal. Iul. indict. II. incarn. dom. a° 1259. pont. a° 5°. ‖ P. de Marca De concordia. Append. 120; P. de Marca Dissert. tres 369. *in* n° 20. — »Cum universis sanctae.«

» 17 » (17607) Decano et capitulo ecclesiae Wormaciensis, quibus Wernerus de Bolandia imperialis aulae dapifer ius, quod in curia et in bonis dicti capituli de Epelensheim nomine advocatiae habebat, consensu (Eberhardi) episcopi Wormatiensis liberaliter remisit, hoc confirmat. xv kal. Iul. a° 5°. ‖ Baur Hessische Urkunden V. 30. n° 37, *male ad* 17. Iul. — »Cum sicut petitio.«

» 17 » (17608) Cancellario ecclesiae s. Genovefae Parisiensis mandat, ut nullum de cetero licentiet Parisius in aliqua facultate, nisi prius iuret ordinationes et statuta pro tranquillo statu Parisiensis studii dudum a sede apostolica edita se esse inviolabiliter servaturum. xv kal. Iul. (Iun. *male Rip., Sb.*) a° 5°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 351; Ripolli Bullar. Praed. I. 375. n° 239; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 349. n° 491; *gallice* ap. Du Breul Theatre 212. — »Presentium tibi auctoritate.«

» 17 » * (17609) Decano S. Germani Spirensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii in Alba per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. xv kal. Iul. a° 5°. ‖ Mone Zeitschr. I. 247.

» 17 » (17610) (Bartholomaeo) Cadurcensi episcopo omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum ecclesiae Cadurcensi a Romanis pontificibus, regibus *etc.* concessas confirmat. xv kal. Iul. a° 5°. ‖ De la Croix Series episcop. Cadurcens. 122. — »Cum a nobis.«

» 18 » (17611) Eidem episcopo et capitulo Cadurcensibus statuta ab eis de residentia canonicorum ecclesiae Cadurcensis edita confirmat. xɪv kal. Iul. a° 5°. ‖ De la Croix l. c. 123. — »Iis quae ab.«

» 18 » (17612) Abbati et priori monasterii s. Michaelis ord. s. Ben. in Hildesheim mandat, compellant Iohannem et Gerhardum comites Holsatiae, ut oppidum Hammaburgense eis a Gerhardo archiepiscopo Bremensi iniuste concessum capitulo et ecclesiae Bremensibus restituant. xɪv kal. Iul. a° 5°. ‖ Scheid Origg. Guelf. IV. 125. n° 30; Lünig Spicil. eccles. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 954. n° 69; Lappenberg Hamburg. UB. I. 526. — »Venerabilis frater noster.«

» 20 » (17613) Abbati et priori monasterii s. Michaelis ord. s. Ben. in Hildesheim mandat, compellant consules et commune oppidi Hammaburgensis per excommunicationis et interdicti sententias, ut ad devotionem et fidelitatem Bremensis ecclesiae, Iohannis et Gerhardi comitum Holsatiae totaliter dimisso dominio, redeant et archiepiscopo Bremensi

1259.

de suis iuribus et proventibus respondeant. xɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Scheid Origg. Guelf. IV. 126. n° 31; Lappenberg l. c. 526. n° 641. — »Illum ad Bremensem.«

Iun. 20 Anagniae (17614) (Reginaldo) episcopo Parisiensi mandat, procuret ne magistri et scholares Parisienses cum Guillelmo de S. Amore litterarum commercium habeant. xɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 107; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 351; Ripolli Bullar. Praed. I. 375. n° 240; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 350. n° 494; Louvet Antiq. de Beauvoisis III. 410; J. de Jésus-Maria Hist. des comtes de Ponthieu 188; Arrêt du conseil sur les ouvrages de Guy de S. Amour 22 et 41. — »Multorum relatione didicimus.«

» 20 » (17615) Praeposito et conventui S. Mariae in Elvenstad Praemonstr. ord. Mogunt. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus dumtaxat exemptis, petere recipere ac retinere possint. xɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Würdtwein Notitiae hist.-dipl. de abbatia Ilbenstadt (Moguntiae 1766. 4°) 66; Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 668. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 20 » (17616) Ecclesiam Vladislaviensem episcopo eius petente sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exprimit, iura ac privilegia confirmat. xɪɪ kal. Iul. indict. II. incarn. dom. a° 1259. pont. a° (4°, *sed legas*) 5°. ‖ Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. II. ɪɪ. 613. n° 451. — »In eminenti apostolicae.«

» 20 » * (17617) Praeposito et conventui ecclesiae Seccowensis significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam b. Mariae V. in Seccowe in festo assumptionis eiusdem virginis visitaverint, indulgentiam 100 dierum elargiri. xɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 216. n° 70.

» 20 » * (17618) Halsbrunnensi monasterio ecclesiam in Amelradorf [Ammerndorf] ei ab Herbipolensi episcopo donatam confirmat. xɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Lang Regesta III. 135.

» 24 » (17619) (Rudolfo) episcopo Zwerinensi mandat, ut, quae de bonis ecclesiae Hamburgensis illicite alienata vel distracta invenerit, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. vɪɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 527. n° 642; *cf.* Meklenb. UB. II. 137. n° 844. — »Ad audienciam nostram.«

» 24 » (17620) Fratres Galdericum Cluniacensem et Eurardum Vallis Scolarium ordinum monachos, Aegidium archidiaconum et Rubertum de Quinchi canonicum Rothomagensem et Petrum dictum Rufum canonicum ecclesiae Corboliacensis magistros in theologica facultate Parisiensi constitutos, quorum merita circa bonum statum Parisiensis studii et quietem fratrum Praedicatorum et Minorum praedicat, ad perseverantiam cohortatur. vɪɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 376. n° 241; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 351. n° 495. — »Vestre sollicitudinis operosa.«

» 24 » (17621) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae in Rathusen prope Lucernam concedit, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.* usque ad summam 200 marcarum argenti recipiant. vɪɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 52. — »Necessitatibus uestris benigno.«

» 24 » (17622) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae in Rosendale Cisterc. ord. idem concedit. vɪɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 345. — »Necessitatibus vestris benigno.«

» 24 » (17623) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam monasterii s. Mariae in Rathysen prope Lucernam Cisterc. ord. Constantiensis dioc. in festo s. Mariae V. et dedicatione ipsius ecclesiae causa devotionis accesserint, 100 dies de iniuncta poenitentia relaxat. vɪɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 51. — »Licet is de.«

» 24 » (17624) Eisdem, qui ecclesiam monasterii s. Agnetis prope Maguntiam in festo sanctae praedictae et dedicatione ipsius ecclesiae accesserint causa devotionis annuatim, idem elargitur. vɪɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 156. n° 169, *initio omisso.*

» 24 » * (17625) Alexandre nomme l'abbé d'Orbais dioc. de Soissons et le doyen de Tudèle dioc. de Tarragone conservateurs des priviléges apostoliques accordés à Thibaut comte de Champagne. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 490. n° 3171. *Cf.* n° 17470.

» 24 » * (17626) Alexandre IV donne au couvent de Mariendal le droit de recevoir à titre de succession les biens des religieuses de leur couvent. vɪɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 82. n° 170, *perperam ad* a. 1258.

» 25 » (17627) Priori et conventui fratrum Praedicatorum Neapoli mandat, ut, cum Iohannem ministrum ord. Minorum in provincia Barensi Barensi ecclesiae in archiepiscopum praefecerit, capellam et cetera bona mobilia, quae quondam Henricus Barensis archiepiscopus praedecessor eius penes eos deposuerit, procuratori dicti archiepiscopi assignent. vɪɪ kal. Iul. a° 5°. ‖ Garruba Pastori Baresi 226; Wadding Ann. Minor. IV. 116; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 351. n° 496. — »Cum nos venerabilem.«

» 25 » (17628) Ministro et vicario Sclavoniae ac guardiano ordinis Minorum Iadrensi mandat, ut abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Nicolai Iadrensis ord. s.

		1259.
		Dam. quatuor fratres sui ordinis pro celebrandis divinis officiis et exhibendis ecclesiasticis sacramentis in ipsarum monasterio permansuros concedant. vii kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 87. n° 118; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 509. — »Quia personas religiosas.«
Iun. 25	Anagniae	(17629) (Benedicto) archiepiscopo Strigoniensi sub poena excommunicationis mandat, moneat et inducat (Belam) regem Ungariae, ut quae in litteris suis d. d. 1258. Iun. 10 continentur, videlicet ut fratribus hospitalis Ierosolymitani illas mille marchas nunc et in posterum ministret, »nobis, quid super hoc tu et nominatus rex feceritis, per litteras tuas harum et ipsarum litterarum eidem regi directarum seriem continentes infra sex menses post receptionem praesentium fideliter relaturus.« vii kal. Iul. a° 5°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 285; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 504. — »Suam ad nos.«
„ 26	„	(17630) (Reginaldo) episcopo Parisiensi mandat, curet ut rector et artistae ac alii magistri et scholares Parisienses in suum consortium fratres Minores et Praedicatores recipiant, et ut, si infra 15 dies non pareant, eos excommunicationis sententia percellat; porro ei mandat, ut in Guillotum bedellum scholarium nationis Picardorum animadvertat. vi kal. Iul. a° 5°. ‖ Wadding Annal. Minor. IV. 108; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 351; Ripolli Bullar. Praed. I. 376. n° 242; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 352. n° 497. — »Ex alto fuisse.«
„ 27	„	(17631) Priori et fratribus S. Trinitatis Lundoniensibus indulget, ut in parochialibus ecclesiis suis liceat eis quatuor vel tres canonicorum suorum sine contradictione instituere. v kal. Iul. (a° 5°). ‖ Rymer Foed. I. ii. 48. — »Cum ex debito.«
„ 29	„	(17632) Abbati monasterii Montis s. Beati, scolastico et thesaurario ecclesiae s. Florini in Confluentia controversiam inter abbatem conventumque monasterii de Arnestein Praemonstr. ord. et Conradum rectorem ecclesiae de Northoven Treverens. dioc. super iure patronatus ecclesiae in Winden vertentem committit diiudicandam. iii kal. Iul. a° 5°. ‖ Gudenus Cod. dipl. II. 134. n° 100. — »Significarunt nobis abbas.«
Iul. 4	„	(17633) Ecclesiam s. Mariae Hamburgi in festo assumptionis et in festivitate nativitatis eiusdem virginis venerabiliter visitantibus indulgentias praebet. iv non. Iul. a° 5°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 528. n° 643. — »Gloriosus Deus.«
„ 5	„	(17634) Abbatissae et conventui monasterii (s. Iohannis bapt.) in Gerbestat ord. s. Ben. Halberstadens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. iii non. Iul. a° 5°. ‖ Thuringia sacra 10. n° 12; Schöttgen Diplom. Nachlese VII. 438. — »Cum a nobis.«
„ 9	—	(17635) Alberto episcopo Tarvisino scribit, se electo Veronensi mandasse, ut locum S. Firmi maioris Veronae cum omnibus appenditiis fratribus de ordine Minorum Veronae concederet et assignaret. »Licet idem electus dictum locum fratribus duxit concedendum, ipse tamen de huiusmodi appenditiis non facit aliquam mentionem.« Mandat ei, ut, cum electus ab hostibus ecclesiae captivus detineatur, appenditias memoratas eisdem fratribus assignet. »Laterani. Die nono Iulii« (!) a° 5°. ‖ Biancolini Chiese di Verona I. 335. — »Insinuavit nobis dilectus.« *Signa chronologica sunt corrupta.*
„ 10	Anagniae	Abbati et fratribus S. Nicholai de Pratis: »vi id. Iul.« *Sine a°.* ‖ Analectes p. s. à l'hist. de la Belgique VII. 489. n° 12, *vid.* 1260. Iul. 10.
„ 11	„	(17636) Magistros et scholares Parisienses perstringit, quod Guillelmum de S. Amore, »quem a communione vestra prorsus extraneum notissima culpa fecit,« ad pristinum universitatis suae revocaverunt consortium. v id. Iul. a° 5°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 353; *omisso initio* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1259 § 27—29; Ripolli Bullar. Praed. I. 377. n° 243; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 354. n° 498. — »Caelestis altitudo consilii.«
„ 15	„	(17637) (Ludovicum) regem Francorum rogat et hortatur, ut (Reginaldo) episcopo Parisiensi ad compescendum et puniendum turbatores Parisiensis studii dexteram suae potestatis accommodet, quotiens fuerit requisitus. Id. Iul. (Iun. *Duch.*) a° 5°. ‖ Bulaeus l. c. 355; Ripoll l. c. 378. n° 244; Sbaralea l. c. 356. n° 499; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 863. n° 25; Acta s. Ludov. ed. Stilting 193. — »Dum apostolice sedis.«
„ 15	„	(17638) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam fratrum Eremitarum Grassensium ord. s. Aug. in festo s. Augustini devote visitaverint, indulgentiam 100 dierum concedit. Id. Iul. a° 5°. ‖ Empoli Bullar. 32. n° 31. — »Vitae perennis gloria.«
„ 23	„	(17639) Domum seu hospitale fratrum s. Mariae Theuton. Ierosol., »in quo estis ad Dei laudem et gloriam atque defensionem suorum fidelium et liberandam Christi ecclesiam congregati,« cum omnibus possessionibus et bonis sub apostolicae sedis tutela suscipit eorumque iura ac privilegia confirmat et auget. x kal. Aug. indict. II. incarn. dom. a° 1259. pont. a° 5°. ‖ *Male* ap. Bunge Livländ. UB. I. 431. n° 341, *cf. ibid.* Regest. 94. n° 382; Dzialinski Lites ac res gestae int. Polonos ordinemque Cruciferor. (Posnaniae 1855. fol.) I[b]. 84; Strehlke Tab. 406. n° 607. — »Etsi neque qui (cui« *Bunge*).

		1259.
Iul. 23	Anagniae	* (17640) Le pape mande aux évêques de Paris, de Senlis et de Cambrai, que Marguerite comtesse de Flandre et de Hainaut a ordonné qu'on retiendrait annuellement certaines sommes d'argent sur les revenus de ses comtés pour acquitter les dettes qu'elle a contractées *etc.* Il instruit ces évêques qu'il approuve cette disposition et leur ordonne de forcer les héritiers de la comtesse de Flandre en cas de refus à satisfaire aux obligations sous peine d'excommunication. x kal. Aug. a° 5°. ‖ Saint Genois Inventaire 35. n° 102.
„ 25	„	(17641) (Reginaldo) episcopo Parisiensi mandat, ut praebendam, quam Guillelmus de S. Amore excommunicatus in episcopatu Belvacensi tenuerat et episcopus Belvacensis cuidam clerico non ut sibi, sed ipsi Guillelmo proficeret, fraudulenter et sub quadam palliatione contulerat, personae ecclesiae Romanae devotae conferat et assignet, amoto ab ea quolibet illicito detentore. viii kal. Aug. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 379. n° 245; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 357. n° 500. — »Ad aures nostras.«
„ 25	„	* (17642) Cancellario Parisiensi mandat, ne cui licentiam regendi in ulla facultate concedat, nisi prius iuraverit se mandata apostolica executurum et pacem cum Mendicantibus bona fide habiturum. viii kal. Aug. a° 5°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 24. n° 177. — »Presentium tibi auctoritate.«
„ 26	„	(17643) Generali ministro fratrum de ordine Minorum petente revocat omnes compositiones et pacta a fratribus inita absque eius et provincialium ministrorum licentia. vii kal. Aug. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 488. n° 63; Sbaralea l. c. n° 501. — »Mente sollicita debent.«
„ 28	„	(17644) Universis archiepiscopis et episcopis per Castellae et Legionis regna constitutis significat, se decernere ut omnes religiosi et clerici saeculares de dictis regnis, qui in occulto vel publico asserant aut praedicaverint »quod b. Franciscus confessor non habuerit stigmata,« *i. e.* dominicae passionis insignia et »qui de imagine confessoris eiusdem, ubicumque illam depictam inveniunt, stigmata ipsa damnabiliter aboleverint et fecerint aboleri, eo ipso laqueum excommunicationis incurrant, a qua non possint absolvi nisi personaliter apostolicam sedem adeant. v kal. Aug. a° 5°. ‖ Wadding l. c. 101 et 105; Sbaralea l. c. 358. n° 502. — »Quia longum esset.«
„ 29	„	(17645) Cancellario S. Genovefae Parisiensis mandat, ut nulli scholarium studentium in artium facultate regendi in eadem facultate licentiam concedat, nisi per quatuor magistros examinationi talium ab universitate magistrorum facultatis pro tempore deputatos examinatus fuerit. iv kal. Aug. a° (4°, *sed legas*) 5°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 346. — »Ex parte dilectorum.« *Cf.* n° 17650.
„ 29	„	(17646) (Benedicto) archiepiscopo Tarraconensi significat de privilegio, quod d. 17. Iun. 1259 (*vid.* n° 17606) archiepiscopo Toletanensi eiusque successoribus concessit, et concedit eidem, ut, cum uterque eorum Segobricensem ecclesiam suae provinciae esse proponat, nullum ipsi et Tarraconensi ecclesiae super iure ad ipsum vel ipsius ecclesiam in Segobricensi ecclesia pertinente per dictum privilegium praeiudicium generetur. iv kal. Aug. a° 5°. ‖ P. de Marca De concordia. Append. 120; P. de Marca Dissert. tres 369. — »Venerabili fratri nostro.«
„ 30	„	(17647) (Iohanni) episcopo Paduano mandat, ut ab omni fratrum ordinis Minorum in Paduana civitate ac diocesi commorantium gravamine prorsus abstineat. iii kal. Aug. a° 5°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 128. — »Ad audientiam nostram.«
„ 31	(„)	* (17648) Alessandro IV avendo inteso che fra i patti cogli Eugubini, vi era quello di distruggere il castello di Castiglione Ildebrando, di dominio diretto della Chiesa, proibisce il farlo sotto pene severe. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 485.
Aug. 2	„	(17649) Capitulo ecclesiae Brivatensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, Claromont. dioc., confirmat, quae de quibusdam terris vacantibus et in usus communis mensae deputatis statuerant. iv non. Aug. a° 5°. ‖ Gallia christ. II. instr. 141. — »Vestram et ecclesiae.«
„ 2	„	(17650) Cancellario S. Genovefae Parisiensis mandat, ut licentiam regendi in artium facultate nulli concedat, nisi examinatus fuerit per magistros ab ipsa facultate selectos. iv non. Aug. a° 5°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 346. — »Ex parte dilectorum.«
„ 2	(„)	* (17651) Alessandro IV si lagna perchè non si paghi il pattuito canone pel conceduto territorio di Gubbio, e minaccia scomunica, quando il comune di Perugia sia inobediente. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 486.
„ 4	„	(17652) Universis archiepiscopis et episcopis regni Franciae suadet, ut exemplar (Ludovici) regis attendentes, qui artium professoribus pauperibus ad studendum in sacra pagina mansiones et sumptus de fisco regio statuit assignari, eisdem professoribus Parisius in praefata scientiarum scientia studentibus congruum annis singulis subsidium impendant. ii non. Aug. a° 5°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 25. n° 180. — »Animarum salutem quem.«

1259.

Aug. 7	Anagniae	* (17653) Universitati Parisiensi renovat privilegia magistris eius, scholaribus et servientibus concessa. vii id. Aug. a° 5°. ‖ Jourdain l. c. n° 181.
» 8	»	(17654) Decano ecclesiae s. Macuti de Barro super Albam Lingonens. dioc. mandat, compellat magistros actu regentes ac scolares Parisienses tam iuris canonici quam theologicae ac aliarum etiam facultatum, ut in solutione ac satisfactione debitorum et expensarum legitime ab universitate contractorum, antequam inter ipsos et fratres Praedicatores et alios religiosos Parisienses sopita per ordinationem apostolicam controversia oriretur, contribuant. vi id. Aug. a° 5°. ‖ Jourdain l. c. 25. n° 182. — »Ex parte dilectorum.«
» 11	»	(17655) Magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis Hierosolimitani concedit, ut unanimiter statuere ac deinceps inviolabiliter observare possint, »quod apud fratres milites eiusdem ordinis chlamydes nigras deferant, ut ab aliis eiusdem ordinis fratribus discernantur; in bellis autem sive in praeliis utantur iupellis et aliis superinsigniis (super insignibus *Pauli*) militaribus, quae sint coloris rubei, et in quibus etiam crux albi coloris sit in vestri vexilli modum assuta.« iii id. Aug. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 62, 63; Vertot Hist. des cheval. de s. Jean de Jérusalem I. pr. 583; Pauli Cod. dipl. I. 278. n° 13. — »Cum ordinem vestrum.«
» 21	»	(17656) Abbati et conventui Glastoniae ord. s. Ben. Bathoniens. dioc. ecclesiam de Sowy in proprios usus concedit. »Avagine« xii kal. Sept. a° 5°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 30. n° 22. — »Provisionis nostre provenire.«
» 28	»	* (17657) Le pape écrit aux évêques de Cambrai et de Tournái que de grandes difficultés s'étant élevées entre Guy comte de Flandre, feus Guillaume et Jean de Dampierre d'une part et Baudouin et feu Jean d'Avesnes fils de Marguerite comtesse de Flandre et de Hainaut d'autre part au sujet de la succession éventuelle de cette dernière *etc.* Il prescrit aux évêques prémentionnés de faire observer le consentement de deux parties confirmé par le siége apostolique. v kal. Sept. a° 5°. ‖ Saint Genois Inventaire 36. n° 103.
» 31	»	(17658) Roggero capellano suo abbati monasterii Glastoniae ord. s. Ben. Bathoniens. dioc. eiusque successoribus concedit, ut semper et ubicumque annulo uti possint. »Avagine« ii kal. Sept. a° 5°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 41. n° 57. — »Meritis tue devotionis.«
Sept. 3	»	* (17659) Abbati et conventui Casaemarii et S. Dominici Cisterciens. ord. Verulanae et Soranae diocc. oppidum Pritii una cum coenobio s. Angeli, cui unitum erat, munifice adiungit. iii non. Sept. a° 5°. ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 73, *perperam ad* a. 1254. — »Sacra ordinis vestri.«
» 9	»	(17660) Iordano (Pironto) S. R. E. vicecancellario et notario, Campaniae Maritimaeque rectori committit discordiam inter Terracinenses et Pipernenses super terris et tenimentis positis a pede Startiarum monasterii Fossae novae versus civitatem de Piperno subortam finaliter terminandam. v id. Sept. a° 5°. ‖ Contator Histor. Terracin. 290. — »Dudum inter consules.«
» 13	»	(17661) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in provincia s. Francisci praesentibus respondet, haereticis relapsis, etsi saeculari iudicio tradi debeant, si tamen poenitere se ostendant, sacramenta poenitentiae et eucharistiae non esse deneganda. Id. Sept. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 360. n° 503. — »Super eo quod.«
» 13	»	(17662) Eisdem in administratione Tusciae constitutis indulget, ut nullus sedis apostolicae delegatus *etc.* in eos et duos eorum notarios seu scriptores, tamdiu in prosecutione inquisitionis negotii fuerint, possit excommunicationis *etc.* sententiam promulgare. Id. Sept. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 504. — »Ne inquisitionis negotium.«
» 15	»	(17663) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione s. Francisci praesentibus vere poenitentibus et confessis plenam concedit veniam peccatorum *etc.* xvii kal. Oct. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 505; Cherubini Bullar. I. 116; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 668. n° 50. — »Firmissime teneat vestra.«
» 15	»	(17664) Ministro provinciali ord. Minorum in provincia s. Francisci scribit idem, quod reperis in n° 17474. xvii kal. Oct. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 361. n° 506. — »Licet ex omnibus.«
» 17	»	(17665) (Philippum) episcopum Interamnensem rogat et hortatur, ut capellam s. Cassiani Interamnensem fratribus ordinis Minorum conferat. xv kal. Oct. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 361. n° 507. — »Dilectos filios fratres.«
» 17	»	(17666) Repetit n° 12007 d. d. 1246. Febr. 7: »xv kal. Oct. a° 5°« — »Provisionis nostrae provenire.« ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 489. n° 64; Sbaralea l. c. 362. n° 508.
» 20	»	(17667) Ministro et conventui fratrum de ordine Minorum Ariminensibus, quibus abbas et conventus monasterii Pomposianensis ord. s. Ben. Comaclens. dioc. ecclesiam s. Mariae in Trivio Ariminen. gratis concesserant, hanc concessionem confirmat. xii kal. Oct. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 362. n° 509. — »Solet annuere sedes.«

1259.

Sept. 20	Anagniae	(17668) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in Urbe et administratione ipsius scribit idem, quod legis in n° 17401. xii kal. Oct. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 363. n° 510. — »Super extirpatione haereticae.«
» 22	»	(17669) Ministro generali, custodi et conventui ecclesiae s. Francisci Assisinatis ac fratribus universis administrationis ipsius ordinis indulget, ut in praefata ecclesia in festivitatibus ipsius sancti *etc.* tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. x kal. Oct. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 363. n° 511. — »Desideriis vestris affectu.«
» 26	»	(17670) Monasterium monialium s. Mariae de Gavallion Tuscanen. ord. s. Dam. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. vi kal. Oct. indict. III. incarn. dom. a° 1259. pont. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 489. n° 65; Sbaralea l. c. 363. n° 512. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 26 resp. 27	»	(17671) Repetit n° 14651 d. d. 1252. Iul. 5: »vi (v *Sb.*) kal. Oct. a° 5°« — »Iis quae auctoritate.« ‖ Wadding l. c. 492. n° 66; Sbaralea l. c. 365. n° 513.
» 29	»	(17672) Perusiensis, Assisiatis, Castellanae, Eugubinae, Tudertinae, Ameliensis, Narniensis, Interamnensis, Spoletanae, Fulginatis et Nucerinae civitatum et diocesium potestates et communitates rogat et hortatur, ut Iacobum Samuelis et Venturam Iudicis cives Assisiates, quos syndicos fratrum ordinis Minorum de conventibus in dictis civitatibus et diocesibus sitis constituerit, commendatos habeant eisque circa executionem commissi ipsis negotii impendant consilium et auxilium. iii kal. Oct. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 366. n° 514. — »Cum dilectos filios.«
» 30	»	(17673) (Guidoni) episcopo Aniciensi significat, se petivisse per litteras a rege Franciae, ut senescallum Carcassonensem et balivos suos coerceat, quod archiepiscopum et ecclesiam Narbonenses *etc.* in suis iuribus et libertatibus non offendant. Rogat et monet eum, inducat praefatum regem ut preces pro eodem archiepiscopo ei directas benigne audiat et perficiat. ii kal. Oct. a° 5°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 159. — »Inclita memoria progenitorum.« * *In eundem modum* Archiepiscopo Rothomagensi. iv non. Oct. (*i. e.* Oct. 4) } Baluze l. c. 160. » » » Consiliariis regis Franciae. iv non. Oct. }
Oct. 3	»	(17674) (Petro) episcopo Tudertino, qui praetextu procurationum capellis s. Agathae, s. Iohannis in Plano et quibusdam aliis ad monasterium s. Mariae Montis Sancti Tudertinum ord. s. Dam. spectantibus tallias seu collectas imposuit, mandat, ut hanc impositionem totaliter revocet *etc.* v non. Oct. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 366. n° 515. — »Ad audientiam nostram.«
» 10	»	(17675) Prioribus et fratribus ordinis Praedicatorum per Hispaniam constitutis supplicantibus omnes sententias, quas archiepiscopi, episcopi, praelati, rectores et clerici in eos aut eorum loca ferre praesumpserint, comminuit et penitus irritandas censet. vi id. Oct. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 379. n° 246. — »Meritis vestre religionis.«
» 11	»	(17676) Monasterium s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. cum omnibus possessionibus ac bonis, quorum plurima nominatim recenset, sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius libertates et immunitates, iura ac privilegia confirmat. v id. Oct. indict. III. incarn. dom. a° 1259. pont. a° 5°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de S. Denys 594. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 11	»	* (17677) (Iohanni) episcopo Pragensi et abbati de Plas Pragens. dioc. dat in mandatis, ut Albertum episcopum quondam Ratisponensem, qui episcopatu suo propter odia impugnando olim Fridericum imperatorem sibi conflata sponte cesserat, inducant in corporalem possessionem concessae sibi provisionis de beneficiis et bonis ad sedem Ratisponensem spectantibus, inductumque auctoritate apostolica defendant, invocato ad hoc etiam, si necesse fuerit, auxilio brachii saecularis. v id. Oct. a° 5°. ‖ Palacky Reise 37. n° 272.
» 14	»	(17678) Belam regem Ungariae conditiones pacis et unionis a Tartaris nova eum irruptione terrentibus oblatas inire vetat, seque excusat, si de mille ballistariorum subsidio, quod a sede apostolica inter cetera postulaverat, non sit ei satisfactum. Promittit, se, si necessitas evenerit, invocaturum esse in eius auxilium principes et populos christianos. ii id. Oct. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 239. n° 454; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 33—45; ap. Katona Hist. crit. VI. 288; ap. Fejér Cod. dipl. IV. ii. 507. — »Tanquam bene sibi.«
» 14	»	(17679) Repetit n° 17675 d. d. 1259. Oct. 10: »ii id. Oct. a° 5°« — »Meritis vestre religionis.« ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 492. n° 67; Ripolli Bullar. Praed. I. 379. n° 247.
» 15	»	(17680) Generali et universis provincialibus prioribus fratrum Eremitarum ord. s. Aug. mandat, ut habitum fratrum Praedicatorum penitus deponant. Id. Oct. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. 380. n° 248. — »Meminimus nos per.«
» 18	»	(17681) Conventum monasterii Iuncellensis rogat et hortatur, ut Iordanum de Montepavone abbatem suum colant eique obediant. xv kal. Nov. a° 5°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 156. — »Rationis oculis intuentes.«

1259.

Oct. 18 Anagniae (17682) Episcopo Biterrensi mandat, ut Iordano de Montepavone electo abbati coenobii Iuncellensis munus benedictionis impendat. xv kal. Nov. a° 5°. ‖ Gallia christ. l. c. 156. — »Rationis oculis intuentes.«

„ 18 „ (17683) Episcopo Ruthenensi mandat, ut, si praedictus Biterrensis episcopus mandatum apostolicum neglexerit adimplere, praedicto abbati hoc munus impendat, *etc.* xv kal. Nov. a° 5°. ‖ Gallia christ. l. c. 157. — »Rationis oculis intuentes.«

„ 18 „ (17684) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae et s. Bartholomaei de Falesio ord. s. Dam. Massan. dioc. indulget, ut capellanus dicti coenobii ecclesias s. Laurentii, s. Antimi de Plumbino et quasdam alias pleno iure ad ipsum monasterium pertinentes visitare possit. xv kal. Nov. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 492. n° 68; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 367. n° 516. — »Ex tenore vestrae.«

„ 20 „ (17685) Iordanum de Montepavone abbatem electum monasterii Iuncellensis ord. s. Ben. Biterrens. dioc. rogat et hortatur, ut humiliter suscipiens impositum ipsi a Domino onus praefati monasterii sollicitam curam gerat. xiii kal. Nov. a° 5°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 157. — »Rationis oculis intuentes.«

„ 23 „ (17686) Abbatissae et conventui monasterii de Panzo Assisinat. dioc. ord. s. Dam. concedit Clarissarum regulam ab Hugolino episcopo Ostiensi et ordinis Minorum protectore editam *etc.* x kal. Nov. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 367. n° 517. — »Haberi percepimus in.«

„ 24 „ (17687) Priori fratrum Praedicatorum Pictaviensi mandat, ut quaedam a praeposito et capitulo ecclesiae s. Iuniani Lemovicens. dioc. statuta de certo in eadem ecclesia numero canonicorum rescindat. ix kal. Nov. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 380. n° 249. — »Ad tantum mentis.«

„ 25 „ (17688) (Benedicto) archiepiscopo Strigoniensi tribuit facultatem concedendi annuatim indulgentiam anni unius omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam Strigoniensem in honorem s. Adalberti fundatam in nativitatis, resurrectionis et ascensionis dominicae festis *etc.* cum devotione accesserint. viii kal. Nov. a° 5°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. ii. 448. — »Pro vite perhennis.«

„ 26 „ (17689) Priorissae et conventui monialium inclusarum monasterii b. Mariae de Pruliano ord. s. Aug. Tolosan. dioc. indulget, ut de possessionibus, quas propriis sumptibus colunt, vel de molendinis suis aut de suorum animalium nutrimentis minime teneantur alicui decimas exhibere. vii kal. Nov. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 381. n° 250. — »Pietatis opera cuius.«

„ 28 „ (17690) Iohanni episcopo Glasguensi libertates, immunitates necnon exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus *etc.* indultas confirmat. v kal. Nov. a° 5°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 168. n° 210 *et* 171. n° 212; *cf.* cxxii. n° 212. — »Consuevit sedes apostolica.«

„ 28 „ (17691) Episcopo Clonensi mandat, ut nobilem virum Mauritium cum Matilda filia Geraldi de Prendelgast in matrimonio remanere sinat. v kal. Nov. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 82. n° 211. — »Lecta nobis dilecti.«

„ 29 „ * (17692) Petro Fernandi magistro militiae Templi in Italia, qui ad mandatum magistri generalis Thomae Berardi locum s. Felicis in monte Circego ad dictum ordinem pleno iure spectantem assensu conventus S. Mariae de Aventino in Urbe Iordano Terracinensi S. R. E. vicecancellario pro casale Piliocta [Cicchignola] commutaverat 1259. Mai. 3, hanc commutationem confirmat. ‖ Gregorovius Gesch. der Stadt Rom V. 572. not. 1.

„ 30 „ (17693) Abbati et conventui monasterii in Kamberg ord. s. Ben. Herbipolens. dioc., quibus episcopus Herbipolensis concessit, ut proventus ecclesiarum parochialium de Gebsettelen et de Tungental, cedentibus vel decedentibus earum rectoribus, in usus proprios ac in subsidium hospitalitatis servandae ibidem perpetuo convertere valeant, hanc concessionem confirmat. iii kal. Nov. a° 5°. ‖ Diplom. Chomburgens. ap. Mencken Scr. rer. Germ. I. 398. n° 28. — »Solet annuere sedes.«

„ 30 „ * (17694) Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis per litteras apostolicas inviti cogi nullatenus possint. iii kal. Nov. a° 5°. ‖ Défense des privil. de l'égl. St.-Martin de Tours, pr. 36.

Nov. 1 „ (17695) Abbatissae et conventui monasterii ss. Laurentii et Nicolai de Aquila ord. s. Dam. ruralem ecclesiam s. Leonardi de Cruce Rodii Aquilen. dioc. cum omnibus possessionibus et iuribus suis concedit et confert. Kal. Nov. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 493. n° 69; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 367. n° 518. — »Religionis favor sub.«

„ 2 „ * (17696) Consulibus et universitati civitatis Wormatiensis indulget, ut nulli ordinarii nec non delegati, subdelegati *etc.* a sede apostolica vel eius legatis dati eos extra muros suos ad ecclesiastica iudicia evocare praesumant absque mandato eiusdem sedis speciali, dummodo parati sint coram archidiacono conquerentibus iustitiam exhibere. ‖ Böhmer Regest. v. 1246—1313. p. 325. n° 159.

1259.

Nov. 4 Anagniae (17697) Archiepiscopo Dublinensi supplicante decanatum ecclesiae s. Mariae de Peneris Conventrens. dioc., cuius advocatiam cl. m. I(ohannes) rex Anglorum certo modo concesserat pro animae suae remedio archiepiscopatui Dublinensi, cum omnibus libertatibus *etc.* praefato archiepiscopatui pleno iure in perpetuum unit. ii non. Nov. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 81. n° 210. — »Personam tuam et.«

„ 5 „ (17698) (Thomae) episcopo Castellano, cuius iuris erat, restituit monasterium ss. Ylarii et Benedicti ord. s. Ben., quod (Angelo) patriarchae Gradensi quoad viveret concesserat. Non. Nov. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IX. 390. — »Desideriis tuis in.«

„ 7 „ (17699) Magistro Raynaldo canonico Theatino mandat, ut monasterium monialium s. Iohannis de Logano ord. s. Ben. Albinganens. dioc., si reformandum non sit, uniat conventui S. Catharinae Ianuensi ord. s. Dam. vii id. Nov. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 368. n° 519. — »Sua nobis dilectae.«

„ 8 „ (17700) Priorissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Felicis de Vada Pisan. dioc. ord. s. Aug. secundum instituta fratrum Praedic. viventibus indulget, ut a quoquam conveniri per litteras apostolicas nequeant. vi id. Nov. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 381. n° 251. — »Devotionis augmentum vobis.«

„ 9 „ * (17701) Le pape écrit aux évêques de Cambrai et de Tournai que Marguerite comtesse de Flandre et de Hainaut a ordonné que ses héritiers paieraient les dettes et les legs qu'elle laisserait à sa morte; — que ses fils Guy comte de Flandre, Baudouin d'Avesnes, feus Jean d'Avesnes et Jean de Dampierre ont approuvé cette disposition; — que sur la demande de ladite comtesse il s'empresse de confirmer ce qui vient d'être dit. Il enjoint par conséquent auxdits évêques de forcer les héritiers à remplir l'obligation qui leur est imposée. v id. Nov. a° 5°. ‖ Saint Genois Inventaire 36. n° 104.

„ 10 „ (17702) Priorissam et conventum sororum inclusarum monasterii iuxta ecclesiam de Trinitate Santaranensis ord. s. Aug. Ulixbonens. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem domos, hortos *etc.* eis confirmat. iv id. Nov. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 381. n° 252. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

„ 12 „ * (17703) Concedit indulgentias pro ecclesia in Haugis Herbipoli in honorem s. Iohannis baptistae dedicata. ii id. Nov. a° 5°. ‖ Lang Regesta III. 141.

„ 13 „ (17704) Abbati in Ballenstede mandat, ut praeposito et conventui monasterii de Hecklingen ord. s. Ben. Halberstad. dioc. adversus raptores, praedones et invasores assistat. Id. Nov. a° 5°. ‖ Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt I. 150. — »Pium esse dinoscitur.«

„ 13 „ * (17705) Girardo canonico Firmano mandat, ut restituere procuret ab hominibus Montis Fortini et Veticae Rainaldo de Brunforte castrum suum Montis Fortini, quod furtive intrantes in eius praeiudicium detinebant. Id. Nov. a° 5°. ‖ Cronache della città di Fermo 420. n° 267.

„ 13 „ * (17706) Abbati monasterii Claraevallis de Clento Camerinens. dioc. mandat, ut absolvat Rainaldum de Brunforte, eius uxorem et nuncios excommunicatos pro eo, quia Percivallo Auriae Ianuensi nuncio Manfredi principis Tarentini aliquot exenia transmiserant. Id. Nov. a° 5°. ‖ Cronache l. c. n° 268.

„ 16 „ (17707) Abbati et conventui monasterii de Otterburg Cisterc. ord. Mogunt. dioc. indulget, ut liceat eis in alienis parochiis decimas redimere de manibus laicorum. xvi kal. Dec. a° 5°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 100. n° 130. — »Vestris precibus inclinati.«

„ 20 „ (17708) Episcopo S. Andreae petente inhibet, ut, eo naturae debitum persolvente, rex Scotiae vel aliquis alius bona mobilia ecclesiae s. Andreae occupare nequeat. xii kal. Dec. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 82. n° 212. — »Etsi omnium ecclesiarum.«

„ 20 „ * (17709) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam Olomucensem fratrum Praedicatorum in festivitatibus b. Mariae V., in festo s. Michaelis, s. Dominici, s. Petri Mart. et in die consecrationis ipsius venerabiliter visitaverint annuatim, indulgentiam 100 dierum concedit. xii kal. Dec. a° 1259. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 763. n° 119; Lamatsch Beiträge 163.

„ 20 „ * (17710) Eisdem, qui in die consecrationis ecclesiae eiusdem eandem venerabiliter visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum largitur. xii kal. Dec. a° 1259. ‖ Boczek l. c. n° 120.

„ 24 „ (17711) (Mainetto) episcopo Fesulano indulget, ut ipse et ipsius vicarius, cum eos penes ecclesiam s. Mariae in Campo Florentin. ad ecclesiam Fesulanam pleno iure spectantem morari contigerit, de causis subditorum suorum possint cognoscere et eas fine debito terminare. viii kal. Dec. a° 5°. ‖ Ammirato Vescovi di Fiesole 27; Lami Eccl. Florent. mon. II. 992. — »Fraternitatis tuae precibus.«

1259.

Nov. 27 Anagniae (17712) Abbati et conventui monasterii de Dunfermelyn ord. s. Ben. S. Andreae dioc. inhibet, ne ad instanciam vel mandatum aliquorum episcoporum, regum, magnatum *etc.* se aut monasterium suum obligent. v kal. Dec. a° 5°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 188. n° 296. — »Quia per obligaciones.«

» 27 » • (17712a) Praepositum, decanum et custodem ecclesiae Eistettensis iudices delegat in causa fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Ratisponae contra episcopum et decanum ecclesiae Frisingensis, nobilem virum Gebhardum de Tolinze, Ottonem de Curia militem et quosdam clericos et laicos Frising., Ratisbon. et Eistettens. civitatum et diocesum. v kal. Dec. a° 5°. ‖ Lang Regesta IV. 757.

» 29 » (17713) Abbati et conventui monasterii s. Thomae martiris de Abrebrodoc ord. s. Ben. S. Andreae dioc. ecclesiam de Hautwisillo Dunelmens. dioc. sitam in Tindale quae est terra regis Scotiae, cum vacaverit, suis usibus propriis applicandam concedit. III kal. Dec. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 82. n° 213. — »Iniuncti officii sollicitudo.«

» 30 » (17714) Potestatibus, rectoribus, consulibus, capitaneis, ancianis, consiliis et communitatibus civitatum aliorumque locorum per Italiam constitutis mandat, ut constitutiones quas Innocentius pp. praedecessor ad extirpationem haereticae pestis edidit, in suis capitularibus conscribant et secundum eas contra omnem haeresim procedant. II kal. Dec. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 382. n° 253; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 370. n° 521. — »Ad extirpanda de.«

1257—1259.

» 30 » (17715) Abbate et capitulo S. Mauriani Autissiodorensis postulantibus decernit sepulturam ecclesiae ipsorum liberam esse, eisque concedit ut tempore generalis interdicti clausis ianuis *etc.* divina officia celebrare possint. II kal. Dec. *sine anno.* ‖ Quantin Recueil 261. n° 551. — »Apostolice sedis auctoritate.«

1259.

Dec. 2 » (17716) Ministro et fratribus Minoribus Ortanis ecclesiam s. Theodori, quam eis (Petrus) episcopus Ortanus concessit, auctoritate apostolica confirmat. IV (V *male* W.) non. Dec. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 493. n° 70; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 376. n° 522. — »Ex tenore vestrae.«

» 3 » (17717) Priori et conventui monasterii s. Mariae de insula Aegidii Cisterc. ord. Zagabriens. dioc., quibus (Bela) Ungariae rex duo molendina super fluvium qui terram Zagabriensis capituli a terra castri de Grech eiusdem regis dividit donaverat, hanc donationem confirmat. III non. Dec. a° 5°. ‖ Tkalčič Mon. episc. Zagrab. I. 123. n° 106. — »Cum a nobis.«

» 3 » (17718) Decano et capitulo Lismorensibus sententiam Innocentii pp. (III), qua esse Lismorensem ecclesiam cathedralem diffinivit, auctoritate apostolica confirmat. III non. Dec. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 82. n° 214. — »Ea que iudicio.«

» 3 » • (17719) Consulibus et communi Wormatiensibus omnes libertates, immunitates et privilegia a Romanis pontificibus, imperatoribus, regibus *etc.* eis concessa confirmat. ‖ Böhmer Regest. v. 1246—1313. p. 326. n° 160.

» 3 » • (17720) Abbati et conventui monasterii Cluniacensis indulget, ut ad provisionem vel receptionem alicuius in pensionibus vel beneficiis ecclesiasticis per litteras apostolicas minime teneantur. III non. Dec. a° 5°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 129.

» 5 » (17721) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum »quos in lucem gentium Dei sapientia dedisse dignoscitur« indulget, ut ad correctionis vel visitationis officium monasteriis aut ecclesiis impendendum, aut ad cognitiones causarum *etc.* procedere vel recipere curam monialium minime teneantur. Non. Dec. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 385. n° 254. — »Inspirationis divine gratia.«

» 9 » (17722) Magistro et fratribus hospitalis s. Stephani regis Strigoniensis ord. s. Aug. indulget (Odonis) Tusculani et (Stephani) Penestrini episcoporum supplicationibus inclinatus, ut de possessionibus suis hactenus acquisitis, quas propriis manibus aut sumptibus colunt, nulli teneantur decimas exhibere. v id. Dec. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 242. n° 455; Mon. Hung. hist. Dipl. VII. 318. — »Pia mentis vestre.«

(» 9) » • (17723) Monasterium s. Mariae in Valle Benedictionis [Seegenthal in Vlotho] protegendum suscipit eiusque bona in Waltorpe, Nigenhoff *etc.* confirmat. A° 5°. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. III. 143.

» 13 » (17724) Archiepiscopo Ebredunensi committit, ut beneficium absolutionis per quandam religiosam personam Palavicino et Bosio de Doara ac etiam Cremonensibus illis, qui tunc contra quondam perfidum Ezelinum in exercitu existebant, temere praestitum, cum nullam super hoc potestatem habuerit, irritum esse decernat; proviso »quod si praedicti Palavicinus et Bosius redire velint ad mandatum ecclesiae ac societatem seu con-

1259.

foederationem penitus abiurare, quam cum Manfredo quondam principe Tarentino vel aliis ecclesiae inimicis damnabiliter inierunt, tu eis recepta prius idonea cautione absolutionis beneficium largiaris«, *etc.* Id. Dec. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1259 § 6; Ripolli Bullar. Praed. I. 386. n° 256; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 377. n° 523; Verci Stor. degli Ecel. III. 416. — »Satis ex devota.«

Dec. 13 Anagniae (17725) Priorissae et conventui monialium inclusarum monasterii Santaranensis ord. s. Aug. Ulixbonens. dioc. concedit, ut tempore generalis interdicti in monasterio suo dicere horas canonicas et audire divina a proprio capellano eis liceat. Id. Dec. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 385. n° 255. — »Devotionis vestre precibus.«

» 13 » (17726) Universis Christifidelibus ecclesiam monialium monasterii s. Dominici Imolensis ord. s. Aug. in festivitatibus s. Dominici et b. Petri Mart. professorum eiusdem ordinis *etc.* visitantibus indulgentiam 100 dierum promittit. Id. Dec. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. VII. 39. n° 312. — »Vite perennis gloria.«

» 16 » (17727) Priori et conventui monasterii s. Mariae de Virginibus de Venetiis ord. s. Marci nunciat, se inhibere, ne quis de eorum terris et possessionibus, quas propriis manibus aut sumptibus colunt, decimas exigere vel extorquere praesumat. XVII kal. Ianr. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 45. — »Monasterio vestro quod.«

» 17 » (17728) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Pruscia concedit, ut fratres sui ordinis presbyteri clericis atque laicis cum eis contra infideles illarum partium permanentibus, qui pro violenta iniectione manuum in religiosas personas et clericos seculares excommunicationis incurrerunt sententiam vel incurrent, absolutionis beneficium impertiantur. XVI kal. Ianr. a° 5°. ‖ Mittheil. aus der Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands IV. 397; Bunge Livl. UB. I. 423. n° 335; Strehlke Tab. 404. n° 601, *perperam ad* a. 1258. — »Devotionis vestre precibus.«

» 17 » (17729) Eisdem concedit, ut confoederationem cum ducibus, principibus ac aliis potentibus Christifidelibus in conterminis Prusciae partibus pro mutuae protectionis et defensionis auxilio contra gentem impiam Tartarorum libere faciant. XVI kal. Ianr. a° 5°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 121. n° 121, *male ad* a. 1258. — »Corde tristes audivimus. *Cf.* n° 17732.

(1258. Dec. 20-1259. Dec. 19) (») (17730) Eisdem concedit, ut ad ecclesias suas diocesanis episcopis personas idoneas praesentent, dummodo dictae ecclesiae nullum defectum in divinis officiis patiantur et de iuribus satisfaciant locorum episcopis. *Sine signo temporis.* ‖ Strehlke Tab. 406. n° 608. — »Iustis petentium desideriis.«

(1258. Dec. 20-1259. Dec. 19) (») • (17731) Girardo canonico Firmano mandat, ut diligenter se informet super expositione facta pontifici per Rainaldum de Brunforte, videl. quod abbas et conventus monasterii s. Anastasii ac homines de Rocca Calvelli temere teneant occupatum dictum castrum Rocca Calvelii in eius praeiudicium. A° 5°. ‖ Cronache della città di Fermo 420. n° 269.

» 20 » • (17732) Multis cruciferis a paganis occisis et ingruentibus Tartaris, promittit cruciferis, ut cum principibus christianis confoederationem ineant. XIII kal. Ianr. a° 1259. Inventar. privileg. (Lut. Paris. 1862) 66. *Cf.* n° 17729.

» 28 » (17733) Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. concedit, ut in grangiis et curtibus suis, quae adeo distant ab ecclesiis parochialibus »quod ad eas pro audiendis divinis officiis non potestis commode habere recursum«, liceat eis divina officia celebrare vel audire a proprio capellano. v kal. Ianr. a° 6°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 171. n° 300. — »Deuotionis uestre precibus.«

» 31 » (17734) Universis b. apostolorum Petri et Pauli limina visitantibus declarat, omnes oblationes praeter quartam partem canonicorum fabricae ac luminaribus huius ecclesiae necnon et necessitatibus esse pauperum deputatas; eosque monet, ut hoc omnibus peregrinis intiment. II kal. Ianr. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 139. — »Gradiente Domino super.«

— (») • (17735) Monasterium Broburgense tuendum suscipit eiusque bona, possessiones ac privilegia confirmat. ‖ Coussemaker Notice sur les archives de l'abbaye Bourbourg (Dunkerque 1859) 13. n° 12.

— (») (17736) Proceribus et magnatibus regni Angliae respondet ad singulos suarum litterarum articulos, quibus scripserant, »quod regnum Angliae quondam opulentum et populus eiusdem regni olim locuples ad aerumnosam et calamitosam devenerit paupertatem; quod regnum ipsum nunc paucitatem virorum sapientum lamentabili voce deploret;« quibus porro scripserant de iure patronatus ecclesiarum religiosis concesso, de provisionibus papalibus *etc.*, et exspectabant rescribi ipsis, qualiter sit per sedem apostolicam ad reformationem et emendationem talium procedendum. Rogat eos et hortatur, ut habeant super his memoratae sedis innocentiam excusatam. *Sine signo chronol.* ‖ Annal. monast. Burton. *ap.* (Fell) Rerum Anglic. script. 438, *in* Annal. monast. I. 487; ap. Rymer Foed. I. (Lond. 1816.) 393. — »Litteras vestras gratanter.«

1260.

Ianr. 5 Anagniae — (17737) Fratrem Albertum de ord. Praedic. lectorem Coloniensem Ratisponensi ecclesiae praeficit in episcopum. Non. Ianr. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 387. n° 257; Quetif & Echard Scr. ord. Praed. I. 168. — »Suscepte servitutis officium.«

» 5 » — (17738) Decano et capitulo Ratisponensibus mandat, ut fratrem Albertum ad Ratisponensem ecclesiam accedentem hilariter recipiant eique obedientiam et reverentiam exhibeant. Non. Ianr. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. 387. n° 258; Quetif & Echard l. c. 168. — »Suscepte servitutis officium.«

» 5 » — (17739) Repetit n° 17404 d. d. 1258. Nov. 15: »Non. Ianr. a° 6°« — »Exortis in agro.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 379. n° 524.

» 9 » — (17740) Capitulo et clero civitatis et diocesis Moguntinae statuta, quae b. mem. G(erhardus) archiepiscopus Moguntinus d. 30. Apr. a. 1258 ad manutenendam ecclesiarum immunitatem, ad conservandum ius et honorem cleri et ecclesiasticae libertatis *etc.* promulgavit et quorum tenorem de verbo ad verbum suis litteris inserit, confirmat. v id. Ianr. a° 6°. ‖ Zeitschr. f. westfäl. Gesch. X. 285. — »Hiis quae ab.«

» 9 » — (17741) Ossoriensi et Fernensi episcopis mandat, ut sententiam ab I(ohanne) tit. S. Laurentii in lucina presbytero cardinali latam et a sede apostolica confirmatam in lite super possessione vel quasi iurium spiritualium tam legis iurisdictionis quam diocesanae quorundam monasteriorum, ecclesiarum et capellarum vertente inter Thomam episcopum et capitulum Lismorenses ex parte una et David archiepiscopum et capitulum Cassellenses ex altera executioni debitae demandent. v id. Ianr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 83. n° 217. — »Exposuerunt nobis venerabilis.«

» 9 » — (17742) Abbati et conventui monasterii s. Nicholai in Pratis ord. s. Aug. Tornacens. dioc. indulget, ut in parochiis alienis liceat eis decimas redimere de manibus laicorum *etc.* v id. Ianr. a° 6°. ‖ Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique VII. 488. n° 11. — »Devotionis vestre precibus.«

» 9 » — * (17743) Abbati et conventui monasterii de Arnsburg significat, se omnibus vere poenitentibus eorum ecclesiam in die dedicationis eiusdem et festivitatibus b. Mariae V. visitantibus indulgentiam 100 dierum concedere. v id. Ianr. a° 6°. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 56. n° 84.

» 9 » — * (17744) Universum clerum Upsalensis diocesis reprehendit propter impiam vitam, ebrietatem, inobedientiam erga episcopum, quod ad saecularia iudicia se trahi patiantur, quod baptizent sine novo chrismate, quod munia clericalia emant et commutent vagabundi, relinquentes locum ad quem vocati sint, et quod refractarii ab episcopo in visitationibus se legitime corrigi non patiantur. Denique eos admonet, ut archiepiscopum singulis annis cum 12 personis ad ipsos visitationis vel alia urgente causa accedentem reverenter et devote recipiant. v id. Ianr. (a° 6°). ‖ Celse Appar. 80. n° 29.

» 10 » — (17745) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in partibus Italiae ad varios consultationis articulos respondet. IV id. Ianr. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 387. n° 259. — »Quod super nonnullis.«

» 11 » — (17746) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis mandat, ut illos clericos, qui tertio admoniti a saecularibus negotiationibus non resipuerint, sed potius his quam officiis divinis intendant, nullatenus defendant. III id. Ianr. (Aug. *erranter Ach.*) a° 6°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. VI. 863. n° 27; Achery Spicil. III. 634. — »Ex parte carissimi.«

» 12 » — (17747) Ludovico regi Francorum concedit licentiam capiendi flagitiosos clericos propter notoria crimina homicidii vel mutilationis aut alterius enormis facinoris, de quorum fuga vel evasione probabili timeatur. Prid. Id. Ianr. a° 6°. ‖ Achery l. c. 634. — »Celsitudinis tuae precibus.«

» 12 » — (17748) Thomae episcopo Lismorensi quendam defectum in eius consecratione de suae potestatis plenitudine supplet. II id. Ianr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 84. n° 218. — »Olim ut asseris.«

» 12 » — (17749) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ut in parochiis illis, in quibus veteres eis decimae sunt concessae, novalium quoque, de quibus aliquis hactenus non perceperit, pro portione qua veteres ipsos contingunt, percipere possint. II id. Ianr. a° 6°. ‖ Mone Zeitschr. VII. 196. — »Iustis petentium desideriis.«

» 12 » — * (17750) Abbati et conventui Cluniacensibus adversus praelatos, qui exemptiones, immunitates et alia Cluniacensis ordinis privilegia quovis modo impugnare praesumant. II id. Ianr. a° 6°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 129.

» 13 » — (17751) Magistro et fratribus ordinis Praedicatorum concedit, ut qui iuramentis, votis et promissionibus alteri ordini dediti in ordine Praedicatorum professionem fecerunt, istius sint. Id. Ianr. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 389. n° 260; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 379. n° 525. — »Petitio vestra nobis.«

1260.

Ianr. 13 Anagniae — (17752) (Henrico) episcopo et capitulo Osiliensibus concedit, ut ecclesia Osiliensis amplius non vocetur Peronensis. Id. Ianr. a° 6°. ‖ Schirren 25 Urk. 19; *cf.* Bunge Livl. UB. VI. 20. n° 384d. — »Iustis petentium desideriis.«

(» 13) (») — (17753) Osiliensis ecclesiae privilegia ac possessiones confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Schirren l. c. 18; *cf.* Bunge l. c. n° 384c. — »Quoties a nobis.«

» 13 » — (17754) Abbati et conventui Casae Dei ord. s. Ben. Claromontens. dioc. indulget, ut nulli archiepiscopo vel episcopo liceat, super eorum coenobium vel abbatem aut eiusdem coenobii fratres excommunicationis, interdicti vel suspensionis manum extendere *etc.* Id. Ianr. a° 6°. ‖ Yepes Coronica VI. 456. — »Laudabilis religio que.«

» 13 » — (17755) Maiorem et commune Burdigalenses rogat et monet, ut abbatissam et sorores monialium inclusarum monasterii s. Francisci Burdigal. ord. s. Dam. commendatas habeant. Id. Ianr. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 495. n° 71; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 380. n° 526. — »Quia meritorium est.«

» 13 » — * (17756) Bulle du pape Alexandre IV en faveur de l'abbé et des religieux de Marmoutier au sujet de leur différend avec le comte de Blois, qui durait depuis plus de vingt ans. Id. Ianr. a° 6°. ‖ Mabille Catal. des diploms (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV.) 389. n° 3134.

» 14 — — De Siloa et de Ierus abbatibus necnon praeposito de Dubranik: »XIX kal. Febr. a° 6°«. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 276. n° 285, *vid.* 1261. Ianr. 14. n° 18012.

» 16 (Anagniae) — * (17757) (Theodoro) abbati et conventui S. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. concedit, ut de manibus laicorum decimas in illis parochiis emant, in quibus ius patronatus non habent. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 36.

» 17 » — * (17758) Ebracensi monasterio ecclesiam in Swabac [Schwabach] ei per Hartwicum episcopum Eistetensem collatam confirmat. XVI kal. Febr. a° 6°. ‖ Lang Regesta III. 145.

» 20 » — (17759) Fratribus de ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in provincia b. Francisci mandat, cogant per excommunicationem potestates, rectores *etc.* castrorum et civitatum dictae provinciae, ut sententias contra haereticos *etc.* latas sine dilatione et difficultate executioni demandent. XIII kal. Febr. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 121; Cherubini Bullar. I. 116; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 380. n° 527; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 669. n° 51. — »Ad audientiam nostram.«

» 21 » — (17760) (Thomae) episcopo Castellano mandat, ut monasterio s. Mariae matris Christi de Venetiis ord. s. Dam. sua bona iniuste ab aliquibus detenta restitui faciat. XII kal. Febr. a° 6°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 166; Sbaralea l. c. 380. n° 528. — »Ex parte dilectarum.«

» 21 » — (17761) Inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia mandat, ut Stephanum Confanonerium de Alliate Mediolanens. dioc. de interfectione b. Petri Veronensis Martyris et haeresi damnatum carceri perpetuo ad peragendam poenitentiam mancipent. XII kal. Febr. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 389. n° 261. — »Olim contra nobilem.«

» 21 » — (17762) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Pruscia concedit, ut iuxta commissionem et mandatum b. mem. W(illelmi) Sabinensis episcopi tunc poenitentiarii et in partibus Prusciae apostolicae sedis legati Prutenos episcopo Prusciae subiectos ad accedendum in expeditionibus contra hostes fidei ac ad iuvandum in faciendis munitionibus compellant. XII kal. Febr. a° 6°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 123. n° 124. — »Bonae memoriae W.«

» 23 » — (17763) (Henricum) regem Angliae rogat et hortatur, ut Cantuariensi archiepiscopo castrum Roffense, quod in Cantuariensis ecclesiae praeiudicium detineat, restituat. X kal. Febr. a° 6°. ‖ Rymer Foed. I. II. 53. — »Ex parte venerabilis.«

» 23 » — (17764) Fratribus de ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione b. Francisci mandat, cogant notatos et suspectos de haeretica pravitate per impositionem poenarum, ut mandatis ecclesiae pareant. X kal. Febr. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 122; Cherubini Bullar. I. 116; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 381. n° 529; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 667. — »Ad audientiam nostram.«

» 25 » — (17765) Cum Galtero de Kilkenni canonico Lismorensi dispensat, ut, non obstante defectu natalium, dignitatem ecclesiasticam, episcopali tamen excepta, licite ac libere possit obtinere. VIII kal. Febr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 85. n° 221. — »Apostolice sedis benignitas.« *Cf.* 1260. Febr. 3. n° 17785.

» 25 » — (17766) Abbati et conventui monasterii de Bello Portu Praem. ord. Brioc. dioc. concedit, ut in ecclesiis, quas ordo in proprios usus obtinet, »per capellanos vel per canonicos idoneos facere deserviri« possint. VIII kal. Febr. a° 6°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 155. — »Ex serie vestre.«

» 25 » — (17768) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut, sicut de Pruscia duas partes habent et episcopi tertiam partem obtinent, sic etiam de terra Cu-

1260.

roniae sive Curlandiae duas partes in perpetuum habeant, tertia loci episcopo reservata. VIII kal. Febr. a° 6°. ‖ Marini Diplomat. pontific. 61. D, *ubi perperam ad* a. 1259; Mittheil. aus d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands IV. 399. n° 20; Bunge Livl. UB. I. 443. n° 348. — »Virtutis divine subsidio.«

Ianr. 25 Anagniae (17769) Eisdem supplicantibus omnes terras, regiones, castra, villas et oppida et quaecunque loca, quae eis in Ruscia legitime dantur aut data sunt et ea, quae eripere poterunt de manibus Tartarorum, exnunc in ius et proprietatem b. Petri suscipit, et illa sub speciali protectione ac defensione apostolicae sedis, postquam ad christianum cultum reducta fuerint, perpetuis temporibus permanere sancit *etc.* VIII (VII *Inv.*) kal. Febr. a° 6°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 29. n° 33; Bunge l. c. 441. n° 346; Strehlke Tab. 407. n° 610; *cf.* Inventar. privileg. (Lutet. Paris. 1862) 66, *ad* Ianr. 26. — »Operis evidentia declarante.«

» 25 » (17770) Archiepiscopos et episcopos rogat et monet, ut fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. homines nullatenus de cetero pecuniaria poena puniant, sed eis prout hiis, in quibus excesserint, bona illorum pacifice relinquant. VIII kal. Febr. a° 6°. ‖ Bunge l. c. 443. n° 349; Strehlke l. c. 406. n° 609. — »Dignos plenitudine apostolici.«

» 25 » (17771) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Livonia omnes decimas in terris a (Mindove) rege Lettowiae eis donatis proventuras, quas eis (Christianus) episcopus Lettowiae loci diocesanus »qui nullum capitulum obtinet«, concessit »diligenter attendens partes illas sine vestre defensionis subsidio non posse subsistere contra impetus paganorum«, confirmat. VIII kal. Febr. a° 6°. ‖ Dreger Cod. dipl. Pomer. I. 429. n° 315; Raczyński Cod. dipl. Litthuan. 18 in n° 11; Bunge l. c. 442. n° 347. — »Solet annuere sedes.«

» 25 » (17772) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Magni de Brunswic Halberstad. dioc. in eiusdem sancti *etc.* festivitatibus annuatim venerabiliter visitarint, indulgentiam 40 dierum concedit. VIII kal. Febr. a° 6°. ‖ Rehtmeyer Braunschw. Kirchen-Historie I. Beyl. 193. n° 6. — »Licet is de.«

» 25 (») * (17773) Le pape autorise l'abbé de St.-Pierre à Gand à racheter les dîmes inféodées à des laïcs dans les paroisses qui ne sont pas sous son patronage, pourvu qu'il obtienne l'assentiment de l'évêque et des curés et qu'il oblige de les rétrocéder à ceux-ci contre remboursement du prix d'achat. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 324. n° 704.

» 27 » (17774) Rambocto canonico Camerinensi mandat, ut sententiam, quam Nepesinus tunc Camerinensis episcopus in controversia vertente inter priorem capitulumque saecularis ecclesiae s. Venantii de Fabriano Camerin. dioc. ex parte una et abbatem conventumque monasterii s. Angeli infra Hostia eiusd. dioc. super eo, quod ipsi abbas et conventus quandam ecclesiam infra limites parochiae ecclesiae s. Venantii construere inceperant, contra dictos priorem et capitulum tulerat, legitime in appellationis causa procedens confirmet vel infirmet. VI kal. Febr. a° 6°. ‖ Turchius De eccles. Camerin. pontificibus, app. 85. n° 50. — »Sua nobis dilecti.«

» 28 » (17775) Universis Christifidelibus ecclesias fratrum Minorum in singulis festivitatibus b. Mariae V. et die festo b. Francisci conf. causa devotionis annuatim visitantibus indulgentiam 100 dierum promittit. V kal. Febr. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 381. n° 530. — »Vitae perennis gloria.«

» 29 » (17776) Archiepiscopo Dublinensi indulget, ut de possessionibus archiepiscopalibus ad ecclesiam Dublinensem spectantibus, quas propriis sumptibus excoli facit, et de nutrimentis animalium ipse et ipsius successores nulli decimas solvere teneantur. IV kal. Febr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 85. n° 219. — »Desideriis tuis affectu.«

» 29 » (17777) Eidem, qui licet ratione dignitatis archiepiscopalis sit canonicus ecclesiae Dublinensis, tamen praebendam aliquam non obtinet in eadem, concedit ut applicet dignitati eidem praebendam de Swerdes. IV kal. Febr. a° 6°. ‖ Theiner l. c. n° 220. — »Petitio tua nobis.«

» 30 » (17778) Abbate et conventu monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. supplicantibus inhibet, ne quis infra fines parochiae suae absque consensu diocesani episcopi capellam aut oratorium de novo construere audeat. III kal. Febr. a° 6°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 170. n° 298, *sed male attributa* Alexandro III. — »Deuotionis augmentum uobis.«

» 30 » (17779) Universis Christifidelibus ecclesiam fratrum Praedicatorum Rotomagensium in singulis festivitatibus b. Mariae V., s. Iacobi ac bb. Matthaei apostoli, Dominici et Petri Martyris *etc.* annuatim visitantibus indulgentiam 100 dierum elargitur. III kal. Febr. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 390. n° 262. — »Vite perennis gloria.«

» 30 » (17780) Repetit n° 1821 Innocentii III bullam d. d. 1203. Febr. 2: »III kal. Febr. a° 6°«. ‖ Hocker Suppl. z. d. Haylsbronnischen Antiquit.-Schatz 90. — »Non absque dolore.«

» 30 » * (17781) (Wernero) archiepiscopo Moguntinensi eiusque suffraganeis monasterium Eberacense contra invasores tuendum commendat. III kal. Febr. a° 6°. ‖ Lang Regesta III. 145.

1260.

Ianr. 31 Anagniae (17782) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis mandat, ne impediant, quominus (Ludovicus) rex Franciae, comites et barones, sub quorum iurisdictione clerici bigami et viduarum mariti consistant malefactores, ipsos in enormibus criminibus deprehensos secundum iustitiam puniant. II kal. Febr. a° 6°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 863. n° 26; Achery Spicil. III. 634. — »Ex parte carissimi.«

» 31 » (17783) Monasterium monialium de Virginibus Fulginatense ord. s. Dam. patrocinandum suscipit et privilegiis aliis coenobiis Clarissarum concessis munit et locupletat. II kal. Febr. indict. II (!). incarn. dom. a° 1259. pont. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 382. n° 531. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Febr. 3 » (17784) Galtero de Kilkenni canonico Lismorensi propter »laudabile testimonium quod de tuae accepimus meritis probitatis« indulget, ut unicum personatum vel dignitatem aut beneficium ecclesiasticum, si ei canonice in Ybernia offeratur, licite recipere ac una cum praebenda Lismorensis ecclesiae retinere possit. III non. Febr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 85. n° 222. — »Etsi pretermitti non.« *Cf.* 1260. Ianr. 25. n° 17765.

1259. 1260.

» 5 » (17785) Brandone postulante hospitale et capellam, quae ille ad honorem b. Iohannis et gl. mart. Thomae quondam Cantuariensis archiepiscopi in capite pontis de Stanford ex australi parte ad receptionem peregrinorum et pauperum aedificaverat, sub b. Petri et sua protectione suscipit. Non. Febr. (a° 5° aut 6°). ‖ Dugdale Monast. Anglic. VII. 638. n° 2. — »Dignum est et.«

1260.

» 8 » (17786) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Catharinae Ianuensis ord. s. Dam., quas magister Raynaldus canonicus Theatinus auctoritate apostolica in corporalem possessionem monasterii s. Iohannis de Logano ord. s. Ben. Albinganens. dioc. in spiritualibus et temporalibus deformati d. 9. Dec. 1259 induxerat, hanc possessionem confirmat. VI id. Febr. a° 6° (4° *male W.*). ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 405; Wadding Ann. Minor. IV. 495. n° 73; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 383. n° 532. — »Iustis petentium desideriis.«

» 9 » (17787) Decano ecclesiae s. Guidonis Spirensis mandat, inhibeat, ne contra decanum et capitulum ecclesiae s. Mariae ad gradus Maguntinensis de cetero procedatur ab executoribus, qui illos auctoritate sedis apostolicae excommunicaverant pro eo, quod recepti in capitulo quaternarium excedebant numerum. V id. Febr. a° 6°. ‖ Würdtwein Subsid. diplom. I. 190. — »Sua nobis dilecti.«

» 12 » (17788) Archidiacono Transligerensi officiali et Boccardo de Insula canonico Andegavensi mandat, ut causam inter monasterium de Bello Portu Praem. ord. ex una parte et Henricum de Ploaha ac Guillelmum dictum Borre presbyteros, Alanum vicecomitem de Koimein et quosdam alios clericos et laicos Dolensium, Briocensium et Andegavensium civitatum et diocesum ex altera super decimis, terris *etc.* versantem terminent. II id. Febr. a° 6°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 154. — »Dilecti filii abbas.«

» 16 » (17789) Episcopum Anconae rogat et hortatur, curet ut cives Anconitani in devotione et fidelitate ecclesiae Romanae persistant: »nec eorum animos timor terreat, alicuius turbatio quatiat, vel perturbet. Quos in Marchia mouet adpresens, M. condam princeps Tarentinus per ministerium Perciualli, spe sibi fiduciaque propositis« *etc.* XIV kal. Mart. a° 6°. ‖ W. Dönniges Gesch. des deutschen Kaiserthums I. I. (Berlin 1841. 8°) 325, *fragm.* — »Litteras fraternitatis tue.«

» 16 » (17790) Fratri Mansueto de ord. Minor. capellano et poenitentiario suo mandat, ut, si (Fridericus) archiepiscopus Pisanus unionem hospitalis s. Iacobi de Orticaria ab eo cum magno civitatis Pisanae hospitali factam infra tempus praescriptum non dissolverit, ipse hoc mandatum apostolicum adimpleat. XIV kal. Mart. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 384. n° 533. — »Dilecti filii prior.«

» 18 » (17791) Repetit n° 17436 d. d. 1258. Dec. 13: »XII kal. Mart. a° 6°« — »Quod super nonnullis.« ‖ Sbaralea l. c. 385. n° 534.

» 20 » (17792) Fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in Livonia et Pruscia constitutis concedit, ut in subsidium suum per fratres clericos sui ordinis ad hoc idoneos praedicari crucem sub illa forma faciant, quam sedes apostolica Praedic. et Minor. ordinum fratribus ac etiam quibusdam episcopis commisit. X kal. Mart. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1260 § 22; Sbaralea l. c. 385. n° 535, *uterque omisso exordio incip.* — »Vix absque lacrymis.«

» 20 » (17793) Universos episcopos Prusciae rogat et monet, iniungant firmiter omnibus feudatariis et subditis suis, ut in expeditionem contra paganos illarum partium cum fratribus

1260.

hospitalis s. Mariae Theuton., quandocunque necesse fuerit, sine aliqua difficultate procedant ac fratres eosdem iuvare studeant. x kal. Mart. a° 6°. ‖ Dreger Cod. Pomer. dipl. I. 431. n° 318; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 124. n° 125; Bunge Livl. UB. I. 445. n° 350; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 76. n° 39. — »Pro fide catholica.«

Febr. 26 Anagniae (17794) Monasterium s. Clarae in suburbiis Biterrensibus ord. s. Dam. tuendum suscipit *etc.* v kal. Mart. indict. III. pont. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 386. n° 536. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 27 » (17795) Episcopo Morinensi mandat, ut sententiam excommunicationis in moniales de Longmarche ord. s. Dam. latam pro eo quod se ad locum de Rosendale iuxta villam Ipream transtulerant, relaxet *etc.* iv kal. Mart. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. n° 537. — »Sua nobis dilectae.«

» 28 » (17796) (Ludovico) regi Franciae ad emolliendum eius dolorem de tristi obitu Ludovici filii eius primogeniti litteras mittit consolatorias. iii kal. Mart. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1259 § 47–51; Wadding Ann. Minor. IV. 152. — »Vox horroris et.«

» 29 » (17797) (Thomae) episcopo et capitulo Lismorensibus indulget, ut in lite, quae vertatur inter ipsos ex parte una et (David) archiepiscopum et capitulum Cassellenses ex altera super nonnullis ecclesiis et non minima parte diocesis Lismorensis, quas idem archiepiscopus contra iustitiam occupaverit, per litteras apostolicas durante quaestione et inquisitione non possint alibi quam apud sedem apostolicam ab eisdem archiepiscopo et capitulo conveniri. ii kal. Mart. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 86. n° 223. — »Inducunt nos vestre.«

Mart. 2 » (17798) Officiali Constanciensi mandat, ut litem inter monasterium de Bello Portu Praem. ord. ex parte una et (Radulphum) episcopum Briocensem ex altera super iure patronatus in ecclesia de Plooc et quibusdam capellis Briocensis dioc. et aliis rebus versantem aestimet ac decernat. vi non. Mart. a° 6°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 155. — »Sua nobis abbas.«

» 4 — (17799) Abbatiam s. Mauritii Agaunensem tuendam suscipit eique privilegia tribuit. »Romae« iv non. Mart. indict. X(!). a° incarn. dom. 1259. pont. a° 6°. ‖ Kuen Collect. scriptor. III. 88. — »Religiosam vitam agentibus.«

» 4 Anagniae (17800) Fratribus de ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione s. Francisci concedit facultatem compellendi omnes illos, qui scripta vel instrumenta inquisitionis contra haereticos *etc.* habent, ut ea ipsis exhibeant *etc.* iv non. Mart. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 122; Cherubini Bullar. I. 117; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 387. n° 538; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 670. n° 52. — »Cupientes ut inquisitionis.«

» 5 » (17801) Potestatem consilium et commune Ortar. rogat et hortatur, ut magistro Raynerio de Viterbio capellano suo patrimonii b. Petri in Tuscia rectori ad reducendos fratres ord. Minor. de ecclesia s. Angeli Ortar. exclusos atque ad defendendum reductos assistant. iii non. Mart. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 388. n° 539. — »Sua nobis dilecti.«

» 6 » (17802) Repetit n° 17675 d. d. 1259. Oct. 10: »ii non. Mart. a° 6°« — »Meritis vestre religionis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 390. n° 263.

» 6 » Monasterium s. Maximini Miciacensis: »ii non. Mart.... pont. a° 6°«. ‖ Gallia christ. VIII. instr. 536, *vid.* 1259. Mart. 6. n° 17504.

» 7 » (17803) Abbatissae et conventui monasterii Lucidae Vallis Cisterc. ord. Spirensis dioc. ecclesiam de Eteningen eis ad mandatum Innocentii IV pp. per abbatem de Suarzac in usus proprios concessam, reservata de proventibus eiusdem perpetuo vicario servituro in ea portione congrua pro sustentatione sua *etc.*, confirmat. Non. Mart. a° 6°. ‖ Mone Zeitschr. VII. 198. — »Iustis petentium desideriis.«

» 8 » (17804) Acta in inquisitione contra haereticos a fratre Paulo de Noceria ord. Minor. conscripta approbat eidemque fratri concedit, ut tabellionatus officium valeat exercere. viii id. Mart. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 389. n° 540. — »Inquisitionis negotium contra.«

» 9 » (17805) Episcopo Bononiensi mandat, ut quosdam canonicos ecclesiae Veronensis ab excommunicationis sententia contra eos lata pro eo quod Ecelino de Romano faverant, absolvat eisque canonicatus, praebendas et beneficia, quibus (Gregorius) patriarcha Aquileiensis tunc in illis partibus apostolicae sedis legatus eos spoliavit, restituat. vii id. Mart. a° 6°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 419. — »Tanta prout accepimus.«

» 9 » (17806) Priori S. Leonardi mandat, ut dictos canonicos ecclesiae Veronensis absolvat ab irregularitate, si quam ipsi contraxerint ligati sententia excommunicationis propter Ecelinum de Romano. vii id. Mart. a° 6°. ‖ Verci l. c. 420. — »Petitio dilectorum filiorum.«

» 9 » (17807) Abbatissae et conventui monasterii monialium s. Clarae de Longa Marcha iuxta Ipram Morinens. dioc. ord. s. Dam. indulget, ut eisdem privilegiis et indulgentiis apud Rosendale supra plateam de Longemarche in parochia s. Iohannis, ubi accommodam

1260.

elegerunt mansionem, gaudeant, quibus in illo loco fruebantur. vii id. Mart. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 495. n° 72; Sbaralea l. c. n° 541. — »Meretur honestas ut.«

Mart. 15 Anagniae (17808) (Guilelmo) episcopo Monasteriensi mandat, curet ut nullus in claustris Coloniensibus tabernas faciat vel vinum vendat aut fieri hoc permittat. Id. Mart. a° 6°. ‖ Ennen Quellen II. 427. n° 409; *cf.* Wilmans Westfäl. UB. III. 916. n° 1748. — »Sua nobis venerabilis.«

» 15 » (17809) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae s. Mariae in Cozwich Brandenburg. dioc. concedit, ut nullus eos compellere possit ad pensionem, gratiam vel etiam ad aliquam exactionem absque mandato sedis apostolicae speciali. Id. Mart. a° 6°. ‖ Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt I. 317. — »Nonnunquam iustus devotorum.«

» 15 » (17810) Episcopis, abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per provinciam Romanam, quae continet Urbem cum suo districtu, patrimonium b. Petri in Tuscia, Sabinam, Reate cum sua diocesi, Marsiam, Campaniam et Maritimam constitutis mandat, ut fratri Andreae de ord. Minor., cui inquisitionem faciendam in illis partibus commiserit, de securo conductu liberaliter provideant. Id. Mart. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 123; Cherubini Bullar. I. 117; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 389. n° 542; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 670. n° 53. — »Ad extirpandam de.«

» 15 » (17811) Baronibus, castellanis, potestatibus, capitaneis, rectoribus, antianis, prioribus et eorum officialibus, necnon communitatibus civitatum, castrorum et locorum provinciae Romanae *etc.* scribit de eadem re. Id. Mart. a° 6°. ‖ Cherubini l. c. 117. — »Ad extirpandam de.«

» 15 » * (17812) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam de Desras [Zderaz] Sepulchri dominici Pragens. dioc. in honore s. Petri apostolorum principis constructam accesserint festis s. Petri *etc.* indulgentiam 100 dierum largitur. Id. Mart. a° 6°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 94. n° 247.

» 16 » (17813) Abbati et conventui monasterii de Novali s. Mariae [Marienrode] Cisterc. ord. Hildensemens. dioc., ex quorum monasterio quod tunc ecclesia in Backenrod ord. s. Aug. vocabatur, Hildesemensis episcopus fratres et sorores propter eorum excessus »qui adeo erant notorii quod nulla poterant tergiversatione celari« penitus amoverat ac Cisterciensem ordinem ibidem induxerat statuens, ut dicta ecclesia monasterium de Novali s. Mariae de cetero nominetur, hanc institutionem confirmat. xvii kal. Apr. a° 6°. ‖ UB. für Niedersachsen IV. 43. n° 26. — »Cum a nobis.«

» 18 » (17814) Duce Venetiarum petente concedit, ut canonici ecclesiae s. Marci de Venetiis in ea residentes minime teneantur residere in propriis ecclesiis. xv kal. Apr. a° 6°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. ii. 286. — »Inducunt nos tue.«

» 21 » (17815) Abbati et priori de Cladrup et praeposito ecclesiae de Gutescowe Pragens. dioc. mandat, ut causam inter Albertum episcopum quondam Ratisponensem et Fridericum de Eutingen militem, qui quandam pecuniae summam et res alias quas episcopus fiducialiter deposuerat apud eum contra iustitiam detinet, fine debito terminent. xii kal. Apr. a° 6°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 454. n° 477. — »Conquestus est nobis.«

» 21 » (17816) Praeceptori hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Pruscia committit, ut omnium crucesignatorum contra Tartaros, qui Prusciae partes adiverint, capitaneus et dux principalis existat. xii kal. Apr. a° 6°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 126. n° 127. — »Patrie superno felicitas.«

» 23 » (17817) (Hartmannum) Augustensem episcopum hortatur, ut abbatem et conventum monasterii ss. Udalrici et Afrae Augustensis ord. s. Ben., qui a nonnullis ei subditis tam clericis quam laicis graviter opprimantur, sui favoris praesidio muniat. x kal. Apr. a° 6°. ‖ Mon. Boica XXII. 220. — »Etsi ecclesia et.«

» 23 » (17818) (Matthaeo) episcopo Carnotensi eiusque capitulo significat, se omnibus vere poenitentibus ad eorum ecclesiam accedentibus proxima die dominica post festum b. Lucae indulgentiam 3 annorum et totidem quadragenarum concedere *etc.* x kal. Apr. a° 6°. ‖ Gallia christ. VIII. instr. 370. — »Licet is de.«

» 25 » (17819) Priori et fratribus ord. Praedic. Pisanis concedit, ut, quotiens opus erit libera utantur sepultura, salva semper canonica iustitia ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. viii kal. Apr. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 391. n° 264. — »Cum ordinis vestri.«

» 26 » (17820) (Columbano) episcopo Traguriensi concedit, ut clericos castri de Sibenico, in quos dicti episcopi praedecessor pro denegata ei ab ipsis obedientia excommunicationem promulgaverat, ab hac sententia absolvat, *etc.* vii kal. Apr. a° 6°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 346; Fejér Cod. dipl. VII. iv. 123. — »Exposuit nobis tua.«

» 29 » (17821) (Rudolfo) episcopo Suerinensi mandat, ut laicos suae diocesis, qui castrum de Kopmannehafn ad Roskildensem ecclesiam pertinens funditus destruxerant, ad eius

1260.

		reaedificationem censura ecclesiastica compellat. IV kal. Apr. a° 6°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. I. 238; Nielsen Kjöbenhavns diplom. I. 22; *cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 404; Meklenb. UB. II. 151. n° 864. — »Sua nobis uenerabilis.«
Mart. 29	Anagniae	(17822) Potestati, capitaneo, consilio et communi Viterbiensibus mandat, ut fratri Andreae de ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in administratione b. Francisci contra haereticos *etc.*, specialiter contra Capellum de Chia, uxorem et filios ac terram ipsius auxilium exhibeant. IV kal. Apr. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 390. n° 544. — »Dum ad studium.«
» 30	»	(17823) Potestati, capitaneo, consilio et communi Sutrinis *in eundem modum.* III kal. Apr. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. n° 545.
		* *In eundem modum* Potestati, capitaneo et communi Castrensibus. ‖ Sbaralea l. c. n° 546.
		» » » Praefecto Urbis. ‖ Sbaralea l. c. n° 547.
» 31	»	(17824) Potestati, capitaneo, consilio et communi Urbevetanis *in eundem modum.* II kal. Apr. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. n° 548.
		* *In eundem modum* Episcopis ac abbatibus, prioribus .... ceterisque personis ecclesiasticis .... per provinciam Romanam constitutis. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 124; Sbaralea l. c. 391. n° 549.
		» » » Potestati, capitaneo, consilio et communi Tuscanensibus. ‖ Wadding l. c. 125; Sbaralea l. c. n° 540.
Apr. 1	»	(17825) Petro de Vico fideli suo *in eundem modum.* Kal. Apr. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 392. n° 541.
» 3	»	(17826) Iohannem de Sabello et Anibaldum nepotem suum et consilium Urbis, qui vicerectori, consilio et communi civitatis Terracinensis nuper iniunxerant, ut infra certum terminum per syndicum comparerent communi Urbis et quibusdam civibus Romanis in iudicio responsuri, »comminantes eisdem, quod si vestrum mandatum nullatenus adimplerent, adversus eos et civitatem praedictam ... hostiliter procedere curaretis«, monet et hortatur, ut ab huiusmodi et quibuscumque aliis eiusdem civitatis suorumque civium molestiis penitus desistant. III non. Apr. a° 6°. ‖ Contator Hist. Terracin. 69. — »Intellecto nuper quod.«
» 17	»	(17827) Edwardum dominum Iberniae primogenitum (Henrici) regis Angliae rogat et hortatur, ut Kerano decano ecclesiae Cassellensis, quem archiepiscopus Cassellensis decanatu indebite spoliavit, ad requisitionem certorum iudicum, quibus causa ab apostolica sede commissa sit, debitum auxilium largiatur. XV kal. Mai. a° 6°. ‖ Rymer Foed. I. II. 54. — »Ex zelo rectitudinis.«
» 17	»	(17828) (Ludovicum) regem Francorum rogat et monet, ut custodiam seu gardiam monasterii s. Remigii Remensis (Thomae) archiepiscopo Remensi, ad quem de antiqua et approbata consuetudine pertineat, ob reverentiam apostolicae sedis restituat. XV kal. Mai. a° 6°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 795. — »Ille sincerus paterne.«
» 17	»	(17829) (Brunoni) Olomucensi episcopo et abbati de Plaz Pragens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter Albertum episcopum quondam Ratisponensem et Conradum de Lerchenvelt ac quosdam alios laicos Ratisponensis civitatis et diocesis, qui nuntios episcopales quibusdam pecuniarum summis et litteris spoliaverant, debito fine decidant. XV kal. Mai. a° 6°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 455. n° 478. — »Conquestus est nobis.«
» 17	»	(17830) Episcopo, decano et capitulo Tornacensibus donat fructus perceptos ex decimis detentis a laicis in parochiis ecclesiarum illarum, in quibus ius patronatus aut altaria vel partem ipsarum decimarum obtinebant. XV kal. Mai. a° 6°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 170. n° 299, *male inscripta* Alexandro III. — »Ex parte vestra.«
» 17	»	(17831) Priori et conventui Cartusiae ac universis prioribus et fratribus Cartusiensis ordinis indulget, ut de pratorum suorum foeno nulli decimas solvere teneantur. XV kal. Mai. a° 6°. ‖ Tromby Storia V. app. 249. n° 86. — »Hoc sibi apud.«
» 19	»	(17832) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. divisionem terrae Curoniae seu Curlandiae ita factam, ut iidem fratres duas partes ipsius terrae et episcopus Curoniae tertiam partem obtineant, confirmat. XIII kal. Mai. a° 6°. ‖ Mittheil. aus d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands IV. 400; Bunge Livl. UB. I. 446. n° 351. — »Solet annuere sedes.«
» 20	»	(17833) Archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum mittit constitutionem, qua dissensionem inter canonicos tam saeculares quam regulares et monachos omnium parochialium ecclesiarum exortam de honoris gradu in praeferendis signis deque stipendiis exigendis pro annua supplicatione in festo s. Marci (*i. e.* Apr. 25) procedendo ad basilicam s. Petri dirimit. XII kal. Mai. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 140; *cf.* Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 393. n° 553. — »Iurgia litium quibus.«
» 20	»	(17834) Rectoribus Romanae Fraternitatis et clero Urbis *in eundem fere modum.* XII kal. Mai. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. II. 392. n° 552; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 671. n° 54; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1260 § 13. — »Iurgia litium quibus.«

1260.

Apr. 20	Anagniae	(17835) Priori et conventui heremi Camaldulensis concedit, ut de usuris, rapinis et alias malo acquisitis *etc.* usque ad summam 1000 librarum Senensium pro reparatione cellarum heremi suae recipere valeant. XII kal. Mai. a° 6°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 134. n° 91. — »Vestre meritis religionis.«
» 20	»	(17836) Archidiacono ecclesiae Spalatensis mandat, faciat ut sententia archiepiscopi Iadrensis contra archipresbyterum et clericos castri de Sybenico dioc. Traguriens. lata pro eo quod Traguriensi episcopo subiectionem, obedientiam et reverentiam denegabant, firmiter observetur. XII kal. Mai. a° 6°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 347, *cf.* 454. — »Exposuit nobis venerabilis.«
» 21	»	(17837) Episcopo Ambianensi mandat, compellat Iohannem Bogheum canonicum S. Quintini Viromandensis, qui licet in ecclesia sua moram non faciat, tamen ab aliis canonicis integritatem praebendae requirat et ipsos super hoc multipliciter inquietet, ut decanum vel alios canonicos super hoc ulterius molestare nulla ratione praesumat. XI kal. Mai. (a° 6°). ‖ Hemeraeus Augusta Virom. 243. — »Dilecti filii nostri.«
» 22	»	(17838) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui basilicam Principis apostolorum de Urbe in festo s. Marci (*i. e.* 25. Apr.) et litaniis maioribus visitaverint, duos annos et duas quadragenas indulgentiarum elargitur. X kal. Mai. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 141. — »Sanctorum meritis inclita.«
» 25	»	(17839) Abbatem et conventum monasterii de Novali s. Mariae [Marienrode] Cisterc. ord. Hildesemensis dioc. cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem terras, possessiones et alia bona, sicut ea iuste possident, eis confirmat. VII kal. Mai. a° 6°. ‖ UB. für Niedersachsen IV. 44. n° 27. — »Cum a nobis.«
» 25	»	(17840) Repetit Innocentii IV pp. n° 15425 d. d. 1254. Iun. 15: »VII kal. Mai. a° 6°« — »Noverit universitas vestra.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 391. n° 265.
» 26	»	* (17841) Henrico Gebennensi episcopo, antea priori Romani monasterii Cluniac. ord. Lausannens. dioc. concedit, ut eundem prioratum una cum episcopatu Gebennensi usque ad beneplacitum apostolicae voluntatis retinere possit. VI kal. Mai. a° 6°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 130. *Cf.* n° 17848.
» 27	»	(17842) (Belam) regem Ungariae requirit et rogat, compellat regia potestate Stephanum Matthey, ut villam de Tata abbati conventuique monasterii de Tata ord. s. Ben. restituat eosque illam de cetero possidere permittat. V kal. Mai. a° 6°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. III. 24; Fuxhoffer Monast. (ed. 2.) I. 197; Mon. Hungar. hist. Dipl. VII. 325. — »Cum illa que.«
» 28	»	(17843) Archiepiscopis et episcopis per Lombardiam et Romandiolam constitutis mandat, cogant praelatos et rectores ecclesiarum diocesium suarum, ne parochianis pro eo quod apud fratres Minores eligant sepulturam, in extremis ecclesiastica denegent sacramenta. IV kal. Mai. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 393. n° 555. — »Dilecti filii minister.«
» 30	»	(17844) Ministro provinciali Castellae, custodi et guardiano ac fratribus de S. Facundo ord. Minor. Legionens. dioc., quibus Nicolaus abbas monasterii s. Facundi ord. s. Ben. eiusd. dioc. locum, in quo illi morantur, situm ad portam s. Petri extra muros villae suae contulit, hanc collationem confirmat. II kal. Mai. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 497. n° 74; Sbaralea l. c. 394. n° 556. — »Petitio vestra nobis.«
» 30	»	(17845) Fratribus ordinis Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in terris subiectis dominio regis Franciae quaerentibus respondet, »quod deprehensis in abiuratam haeresim recidisse, etiamsi relinquendi sunt iudicio saeculari, si tamen postmodum poeniteant, nequaquam sunt sacramenta poenitentiae et eucharistiae deneganda.« II kal. Mai. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 391. n° 266. — »Super eo quod.«
» 30	»	(17846) Episcopo Legionensi mandat, ut excommunicationis sententias in priorem et fratres ord. Praed. Palentinos a magistro Gunsalvo canonico Palentino vicario episcopi Palentini prolatas denuntiet nullas esse. II kal. Mai. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. 392. n° 267. — »Petitio dilectorum filiorum.«
Mai. 4	»	(17847) Universis Christifidelibus de Congregatione b. Virginis ac de Societate seu schola fidelium Mediolanensibus indulget, ut tempore generalis interdicti divina in locis, in quibus ex indulto sedis apostolicae celebrantur, audire possint *etc.* IV non. Mai. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. 392. n° 268. — »De studio pie.«
» 6	»	(17848) Capitulo Gebennensi significat, se Gebennensi ecclesiae per cessionem Aymonis episcopi vacanti Henricum (de Bottis) tunc priorem prioratus S. Albani Basiliensis, Cluniacens. ord., in episcopum et pastorem praefecisse *etc.* II non. Mai. a° 6°. ‖ Mémoires et docum. de Genève II. I. (1843) 183; *cf. ibid.* XVI. 130. — »Recte tunc ecclesiarum.« *Cf.* n° 17841.
» 10	»	(17849) Abbatissae et conventui monialium S. Arentii de Frusinone ord. s. Dam. Verulan. dioc. indulget, ut pro redditibus et servitiis, quae Nicolaus dictus Capor, Iohannes Runolus et Ginna uxor eius de Castro Frusinone laici, qui possessiones et omnia bona

1260.

sua dictis monialibus obtulerant, ecclesiae Romanae annuatim tenentur exhibere, duas libras cerae dumtaxat eidem ecclesiae annis singulis exhibeant. vi id. Mai. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 498. n° 75; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 395. n° 557. — »Devotionis augmentum vobis.«

Mai. 11 Anagniae • (17850) Abbati et conventui S. Dionysii in Francia Parisiens. dioc. privilegium Nicolai I pp. d. d. 863. Apr. 28 (*cf.* Jaffé Reg. n° 2049) confirmat. v id. Mai. a° 6°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de S. Denys 586.

» 11 » • (17851) Repetit n° 14293 d. d. 1251. Apr. 9: »v id. Mai. a° 6°«. ‖ Doublet l. c. 587.

» 14 » (17852) Petro Iacobo Surdi civi Romano mandat, ut de defensione castri Collis Casalis ad perfidum Capellum de Chia nuper codemnatum de haeresi pertinentis se nullatenus intromittat. ii id. Mai. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 125. — »Licet universi mundi.«

» 15 » (17853) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Viterbienses rogat et hortatur, ut ad exterminium terrarum praedicti Capelli, non obstante mandato contrario Senatorum Urbis, hostiliter procedere studeant. Id. Mai. a° 6°. ‖ Wadding l. c. 126; Sbaralea l. c. 396. n° 559. — »Ex insinuatione dilecti.«

» 15 » (17854) Duci et communi Venetorum priorem ac fratres heremi sive monasterii s. Mathiae de Muriano Torcellanens. dioc. Camaldul. ord. commendat. Id. Mai. a° 6°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. iv. 131; Mittarelli Ann. Camald. V. 135. n° 92. — »Credentes apud vos.«

» 15 » (17855) Decano ecclesiae s. Gereonis Coloniensis mandat, ut causam inter decanam et capitulum saecularis ecclesiae Assindensis [Essen] ex parte una et abbatem monasterii Iburgensis ord. s. Ben., Burchardum de Broke et quosdam alios ex altera super terris, debitis, possessionibus *etc.* vertentem debito fine decidat. Id. Mai. a° 6°. ‖ Mitth. des histor. Vereins zu Osnabrück III. 214. — »Conqueste sunt nobis.«

» 15 » (17856) Priorissam et conventum monasterii de Wimental ord. s. Aug. Constantiens. dioc. secundum instituta fratrum Praedicatorum viventes hortatur, ut dictum ordinem inviolabiliter observent. Id. Mai. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 393. n° 269. — »Pro vite perennis.«

» 15 » (17857) Universis Christifidelibus, qui ad ecclesiam fratrum Praedicatorum Barchinonensium in singulis festivitatibus b. Mariae V. et bb. Martini ac Dominici confess. et s. Petri Martyris *etc.* accesserint annuatim, indulgentiam 100 dierum impertitur. Id. Mai. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. 393. n° 270. — »Vite perennis gloria.«

» 15 » (17858) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. a praestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante concilium generale, quam de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis, quae propriis manibus aut sumptibus excolant *etc.* omnino servent immunes. Id. Mai. a° 6°. ‖ Strehlke Tab. 408. n° 611. — »Cum abbates Cisterciensis.«

» 15 » (17859) Generali et provincialibus ministris ordinis fratrum Minorum inhibet, ne de cetero aliquibus sui ordinis licentiam transeundi ad s. Benedicti vel Carthusiensem ordines concedant, nisi sub ea conditione, quod in ordine, ad quem licentiantur, debeant remanere. Id. Mai. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 499. n° 76; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 396. n° 558. — »Cum et plantare.«

» 16 » (17860) Lincolniensi et Bathoniensi episcopis mandat, ut, postquam ad ipsorum notitiam pervenerit, provisionem suam de magistro Iohanne de Cheam Glasguensi episcopo factam (*vid.* 1259. Iun. 13. n° 17600) esse totaliter adimpletam, quicquid per litteras suas contra regem Scotiae aut regnum eius propter hoc fuerit attemptatum, penitus revocatum nuncient. xvii kal. Iun. a° 6°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 55. — »Diligenter auditis quae.«

» 18 » (17861) Priorissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Trinitatis de Lissomulin ord. s. Aug. Midens. dioc., quarum coenobium Avitia de Lacortiere vidua de propriis bonis suis fundarat, indulget ut de oblationibus dicto monasterio et eius ecclesiae proventuris minime teneantur alicui respondere nec aliquam impendere portionem. xv kal. Iun. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 86. n° 224. — »Cum sicut ex.«

» 18 » (17862) Abbatissae et conventui monasterii s. Silvestri de Ilreto ord. s. Dam. Urbinat. dioc. monasterium ipsum cum omnibus iuribus et pertinentiis de novo confert. xv kal. Iun. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 499. n° 78; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 397. n° 562. — »Speciali gratia et.«

» 18 » (17863) Universis Christifidelibus ecclesiam fratrum ord. Minor. de Taliacotio Marsican. dioc. certis diebus visitantibus indulgentiam 100 dierum concedit. xv kal. Iun. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 396. n° 560. — »Vitae perennis gloria.«

» 18 » (17864) Eisdem ecclesiam ord. Minorum de Aquaviva Firman. dioc. visitantibus idem promittit. xv kal. Iun. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 397. n° 561. — »Vitae perennis gloria.«

» 19 » • (17865) Eisdem ecclesiam ord. Minor. Civitatis Castellanae visitantibus idem elargitur. xiv kal. Iun. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 397. n° 563.

1260.

Mai. 20 Anagniae (17866) Civibus Vormatiensibus indulget, ut auctoritate litterarum sedis apostolicae, quae de hac indulgentia plenam et expressam mentionem non fecerint, trahi extra civitatem suam ad iudicium nequeant inviti, quamdiu parati fuerint coram suo ordinario de ipsis conquerentibus stare iuri. xiii kal. Iun. a° 6° (2° *Lud.*). ‖ Schannat Hist. ep. Wormat. II. 128. n° 146; Ludewig Reliq. mss. II. 229; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 637. n° 30. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 20 » (17867) Episcopo Aretino, cuius satellites non absque eius conniventia monachos heremi Camaldulensis atrociter percusserant et calices, libros, vestes, quandam pecuniae summam *etc.* secum exinde asportarant, mandat, ut praefatas res sine mora restitui faciat. xiii kal. Iun. a° 6°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 135. n° 93. — »Referentibus nobis dilectis.«

» 20 » (17868) Priori heremi Camaldulensis indulget, ut in monasterio s. Savini ord. Camald. Pisan. dioc. officium visitationis consuetum et debitum exerceat. xiii kal. Iun. a° 6°. ‖ Mittarelli l. c. 136. n° 94. — »Petitio tua nobis.«

» 20 » (17869) Universis Christifidelibus, qui ecclesiam s. Matthiae apostoli de Muranis ord. Camaldul. Torcell. dioc. in festivitate eiusdem sancti venerabiliter visitaverint, indulgentiam 100 dierum elargitur. xiii kal. Iun. a° 6°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. iv. 130. — »Licet is de.«

» 21 » (17870) (Alexandri) regis Scotiae gravamina, quae ob illam causam sibi et regno suo imminere dicebat, quia papa magistrum Iohannem de Cheam capellanum suum Glasguensi ecclesiae praefecerat in episcopum, reiicit et addit, se, ne aliquorum iura vel approbatas consuetudines laedat, duxisse providendum, »quod idem episcopus sub tuo conductu ad regalem praesentiam libere perveniat et secure, ac tibi praestet fidelitatis debitae iuramentum et ecclesiae suae regalia seu temporalia de manibus tuis recipiat subsequenter.« xii kal. Iun. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 86. n° 225; *sine signo chronol. et nonnisi fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1260 § 14. — »Celsitudinis tue nuntii.«

» 23 » (17871) De Ebersperch et de Aetel abbatibus Frising. dioc. mandat, ut causam inter abbatem conventumque monasterii de Rote et Hugonem de Stein super Retimo, Chunradum et Reymbertum de Wineke fratres laicos Trident. dioc. super terris, possessionibus et rebus aliis vertentem audiant et fine debito terminent. x kal. Iun. a° 6°. ‖ Mon. Boica I. 393. n° 38. — »Dilecti filii abbas.«

» 25 » (17872) Monasterium s. Stephani in Weihenstephan ord. s. Ben. Frisingens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. viii kal. Iun. indict. II (!). incarn. dom. a° 1260. pont. a° 6°. ‖ Mon. Boica IX. 404. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 26 resp. 27 » (17873) Abbatissae et capitulo saecularis ecclesiae in Quidelingeburg ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis Halberstad. dioc., ad quarum ecclesiam Halberstadenses episcopi in dominica in ramis Palmarum annis singulis accedere et ab istis tunc in victualibus provisionem et in festo purificationis b. Mariae V. annuatim septem candelas et unum fertonem auri accipere consueverunt, quae omnia autem Volradus episcopus et capitulum Halberstadenses istis pro quadam pecuniae quantitate totaliter remiserant, hanc remissionem confirmat. vii (vi *L.*) kal. Iun. a° 6°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 213; Kettner Dipl. Quedlinb. 241; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. Von Aebtiss. 216. n° 64. — »Inducunt nos vestre.«

» 27 » (17874) Priori et fratribus hospitalis s. Spiritus Ariminensibus ord. s. Aug., quibus Ariminensis episcopus plebem S. Laurentii in strata, s. Martini Barzog et s. Bartholomaei de Ladornaio ecclesias vacantes concessit, hanc concessionem confirmat. vi kal. Iun. a° 6°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 405. — »Exhibita nobis vestra.«

» 28 » (17875) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi deputatis quaerentibus, an excommunicati contra haereticos eorumque fautores iustitiam possint et debeant exercere, respondet. v kal. Iun. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 393. n° 271. — »Quesivistis an alicui.«

» 28 » (17876) Eisdem mandat, ut, si quis suspectus de haeresi vocatus, ut de fide respondeat, parere subterfugiat, ex tunc eum velut haereticum condemnent. v kal. Iun. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. 394. n° 272. — »Consultationi vestre breviter.«

» 30 » (17877) Eisdem consulentibus, utrum illos, qui ratione criminis haereseos vel alia de causa excommunicationis sententia sint ligati, contra haereticos eorumque fautores ad testimonium perhibendum admittere debeant, respondet. iii kal. Iun. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 394. n° 273. — »Consuluit nos discretio.«

» 31 » • (17878) (Iohanni) episcopo Pragensi scribit, fratrem Martinum, qui pastorem ordinis de Poenit. beat. martyrum se confingat, et nonnullos alios fratres eiusdem ordinis multas litteras falsas sub papae nomine fabricare, insuper praedicare populis atque confessiones temere audire *etc.* Mandat itaque, ut omnes huiusmodi litteras sibi faciat exhiberi prae-

1260.

dicationesque et confessiones in eorum ordine prohibeat omnino; litteras illas Romam, contravenientes vero de cetero in carceres mittat. II kal. Iun. a° 6°. ‖ Palacky Reise 37. n° 273; Erben Reg. Bohem. II. 96. n° 256.

(Mai. Iun.?) (Anagniae?) (17879) Potestati, consilio et communi Lucanis significat, se de civitatis Lucanae sinistris eventibus dolorem concepisse et moerorem, illud tamen ex hoc cordi suo valde turbato turbaciones accumulare, videl. quod per Manfredum quondam principem Tarentinum persecutorem ecclesiae manifestum tam dura illata fuerint eis eorumque civitati ac Guelfis Florentinis civibus nocumenta, *etc.* Monet et hortatur eos, ut propter adversitatem huiusmodi nullatenus in suae libertatis defensione torpeant, sed tanquam viri fortes contra memoratum Manfredum viriliter resistere procurent »scituri quod nos et praedicta Romana ecclesia . . . tam vobis quam praedictis Guelfis ad gremium ecclesiae redeuntibus potenter et patenter adversus eundem M. adesse proponimus« *etc. Sine signo chronol.* ‖ Gebauer Leben Richards erw. Römischen Kaysers 581. — »Dum illum gravem.«

Iun. 1 » (17880) Magistro et fratribus hospitalis Pisarum quod papae Alexandri dicitur concedit signum de panno rubeo ab eis eorumque successoribus in cappis floceis et mantellis perpetuo deferendum. Kal. Iun. a° 6°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 442. — »Ut fratres hospitalis.«

» 3 » (17881) Abbatem et conventum monasterii s. Gregorii ord. s. Ben. Basiliens. dioc. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras, domos *etc.* eis confirmat. III non. Iun. a° 6°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 1103. n° 16. — »Iustis petentium desideriis.«

» 3 (») (17882) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Alemannia significat, se mirantem audivisse, »quod quidam frater tui ordinis apud Viennam in Alemannia proponens verbum Dei contra b. Claram . . . in obsequia prophana prorumpens pollutis labiis praesumpsit exprimere, quod eadem sancta Clara . . . . sanctorum non erat aggregata collegio« *etc.* Mandat ei, compellat dictum fratrem, ut maledictum huiusmodi publice retractet *etc. Sine loco.* III non. Iun. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 146; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 398. n° 564. — »Profundi doloris aculeo.«

» 4 » (17883) Rectoribus Urbis mandat, ut canonicos s. Mariae maioris videlicet Philippum Paparonis, Iohannem Caputii presbyterum Romanum *etc.*, qui sanctionem a sede apostolica de solemni processione in festo s. Marci (*i. e.* 25. Apr.) editam violaverant, excommunicatos publice denuntient illosque citent, ut infra decem dies post citationem coram pontifice compareant. II non. Iun. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 142. — »Super orta olim.«

» 8 » (17884) Priori et capitulo ecclesiae Tudertinae concedit facultatem recipiendi Benedictum Caietani canonicum Anagninum in ecclesia sua in canonicum et providendi ei de praebenda. VI id. Iun. a° 6°. ‖ Tosti Storia I. 221. — »Volentes dilecto filio.«

» 9 » (17885) Decano Herefordensi scribit, se dedisse apostolicis litteris archiepiscopo Cantuariensi et eius suffraganeis in praeceptis, ut priorem et monachos prioratus de Durhurst ad monasterium s. Dionysii in Francia pertinentis, ord. s. Ben. Wigorniens. dioc., nullo modo impediat, quominus coram delegatis sedis apostolicae suam iustitiam prosequantur. Mandat ei, ut, si dicti archiepiscopus, suffraganei eorumque officiales praeceptum papale super hoc neglexerint adimplere, eos ad id districtione qua conveniat compellat. V id. Iun. a° 6°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de S. Denys 599. — »Credens dudum felicis.«

» 10 » (17886) Abbati et priori monasterii de Lapide S. Michaelis Cisterc. ord. committit, ut, cum ab abbatissa saecularis ecclesiae de Quidelingeburg Halberstad. dioc. fuerint requisiti, corrigant et reforment ibidem tam in capite quam in membris, quae correctionis et reformationis officio noverint indigere. IV id. Iun. a° 6°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 214; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 218. n° 65. — »Insinuante dilecta in.«

» 10 » (17887) Abbatissae saecularis ecclesiae de Quidelingeburg Halberst. dioc. indulget, ut de parochialibus ecclesiis, in quibus ius obtineat patronatus et aliis dictae ecclesiae pleno iure subiectis aliquibus per literas apostolicae sedis vel legatorum eius provideri non possit, nisi illi, quibus de ipsis provideri mandatur, in eisdem ecclesiis personaliter resideant. IV id. Iun. a° 6°. ‖ Erath l. c. 214; Lünig l. c. 219. n° 66. — »Tue meritis devotionis.«

» 10 (») (17888) Advocato, scabinis, ministerialibus et communitate Aquisgranensibus petentibus rationabiles eiusdem loci consuetudines pacifice observatas hactenus in eodem, quae libertati ecclesiasticae non obsistant, confirmat. IV id. Iun. a° 6°. ‖ Noppius Aach. Chronick 238. n° 6; Lünig Reichs-Arch. (XIV.) Pars spec. Cont. IV. 1441. — »Cum a nobis.«

» 10 » (17889) Eosdem Aquisgranenses Leodiens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. IV id. Iun. a° 6°. ‖ Quix Cod. dipl. Aquens. I. II. 127. n° 189. — »Solet annuere sedes.«

» 11 » (17890) Monasterii monialium s. Nicolai Iadrensis ord. s. Dam. patrocinium suscipit, omnia eius bona ac possessiones confirmat atque omnes libertates et immunitates, quas earum

1260.

monasterio Laurentius archiepiscopus Iadrensis indulsit, tenore litterarum eius inserto, communit. III id. Iun. indict. III. (II. IV.) incarn. dom. a° 1260. pont. a° 6°. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 79; Wadding Ann. Minor. IV. 500. n° 78; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 398. n° 565; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 87. n° 119; Mon. Hungar. hist. Dipl. XII. 525. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Iun. 12 Anagniae • (17891) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia Paris. dioc. confirmat et renovat privilegium eis a Zacharia I pp. concessum (741—752) Nov. 12 (*cf.* Jaffé Reg. 941. n° CCCI). II id. Iun. a° 6°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de S. Denys 586.

» 12 » • (17892) Eisdem renovat privilegium Nicolai I ad Karolum regem Franciae pro ipsis directum, d. d. 863. Apr. 28 (*cf.* Jaffé Reg. n° 2050). II id. Iun. a° 6°. ‖ Doublet l. c. 586.

» 12 » • (17893) Le pape défend aux archevêques, évêques et archidiacres d'excommunier les frères hospitaliers de Jérusalem *etc.* II id. Iun. a° 6°. ‖ Saint Genois Inventaire 37. n° 106.

» 13 » (17894) Abbati et conventui monasterii Pontiniacensis Cisterc. ord. Autissiodor. dioc. indulget, ut ad solutionem debitorum per Iacobum abbatem etiam de aliquorum ipsorum assensu contractorum minime teneantur. Idib. Iun. a° 6°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1253. — »Exposita coram nobis.«

» 13 » (17895) Ministros, custodes, guardianos et fratres ordinis Minorum in Magdeburgensi provincia constitutos rogat et hortatur, ut ibi crucem pro Livonia, Pruscia et Curonia diligenter praedicent. Id. Iun. a° 6°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 127. n° 128; Bunge Livl. UB. I. 447. n° 353; *cf.* Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 131. n° 126. — »Qui iustis causis.«

» 13 » (17896) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis notum facit, se ad pacem servandam et ne vinculum unitatis ordinis dirumpi possit, districtius inhibere personis ordinis, ne praetextu alicuius quaestionis vel difficultatis in eodem emergentis extra ipsum ordinem appellare praesumant, decernens eos, qui oppositum praesumerent, rigori ordinis contra tales inibi introducto subiacere, non obstante huiusmodi appellatione. Id. Iun. a° 6°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 24; Meschet Privil. 51. — »Virtutum meritis rutilans.«

» 17 » (17897) (Bartholomaeo) episcopo Cadurcensi omnes libertates et exemptiones saecularium exactionum a (Ludovico) rege Francorum et progenitoribus eius aliisque regibus et principibus ecclesiae Cadurcensi indultas confirmat. XV kal. Iul. a° 6°. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 122. — »Cum a nobis.«

» 17 » • (17898) Confirmat bullam Leonis IX pp. Regibus, ducibus *etc.* directam d. d. 1049. Oct. 5 (*cf.* Jaffé Reg. n° 3183). XV kal. Iul. a° 6°. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de S. Denys 586.

» 18 » (17899) (Bartholomaeo) episcopo Cadurcensi, qui statuerat, ut canonici Cadurcensis ecclesiae, quibus certa quantitas bonorum ipsius ecclesiae praeter quotidianas distributiones praebendae nomine deputata sit, quolibet anno, nisi fuerint in scholis, per quatuor menses continue vel divisim residentiam faciant in ecclesia memorata *etc.*, hoc statutum confirmat. XIV kal. Iun. a° 6°. ‖ La Croix l. c. 123. — »Iis quae ab.«

» 18 » (17890 a) Civibus Herbipolensibus indulget, ut auctoritate litterarum sedis apostolicae, quae de hac indulgentia mencionem non fecerint, trahi extra civitatem Herbipolensem ad iudicium nequeant inviti. XIV kal. Iul. a° 6°. ‖ Mon. Boica XXXVII. 393. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 19 » (17891 a) Civibus Spirensibus concedit idem. XIII kal. Iul. a° 6°. ‖ Lünig Reichs-Arch. (XV.) Pars spec. Cont. IV. Thl. II. 468. n° 12; Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 285. n° 315. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 20 » (17892 a) Ministro et vicario Sclavoniae ac guardiano ord. Minor. Iadrensi mandat, ut monialibus S. Nicolai Iadrensibus ord. s. Dam. quatuor fratres in earum obsequium concedat. XII kal. Iul. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 501. n° 79; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 398. n° 566. — »Quia personas religiosas.«

» 20 » • (17893 a) Abbatem monasterii Schönaugiensis instituit conservatorem privilegiorum civitatis Wormatiensis. ‖ Böhmer Regest. von 1246—1313. p. 326. n° 162.

» 21 » (17894 a) Civibus Spirensibus omnes libertates, immunitates, privilegia ac indulgentias confirmat. XI (II *Lün.*) kal. Iul. a° 6°. ‖ Lünig Reichs-Arch. (XV.) Pars spec. Cont. IV. Thl. II. 468. n° 11; Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 285. n° 316. — »Iustis petentium desideriis.«

» 21 » (17895 a) Abbati monasterii Limpurgensis mandat, ne cives Spirenses supra his contra confirmationis tenorem ab aliquibus indebite molestari patiatur. XI kal. Iul. a° 6°. ‖ Remling l. c. 286. n° 317. — »Cum dilectis filiis.«

» 21 » (17896 a) Generali et aliis prioribus ac fratribus Heremitis ord. s. Guillielmi supplicantibus inhibet, ne fratres huius ordinis domos ipsius alteri ordini praesumant submittere absque consensu sui capituli. XI kal. Iul. a° 6°. ‖ F. Samson De verit. vitae et ord. d. Guillelmi quond. Aquitan. principis 72; Mon. Boica XXVI. 10. — »Quanto contemplationi divine.«

1260.

Iun. 21	Anagniae	• (17897a) Confirmat bullam Alexandri II pp. Regibus et ducibus *etc.* directam d. d. 1065. Mai. 6 (*cf.* Jaffé Reg. nº 3400). xı kal. Iul. aº 6º. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de S. Denys 586.
» 22	»	• (17898a) Repetit nº 15119 d. d. 1253. Sept. 5: »x kal. Iul. aº 6º«. ‖ Doublet l. c. 587.
» 22	»	(17899a) Abbati et conventui Seligenstadensis monasterii ord. s. Ben. Magunt. dioc. omnes libertates et immunitates necnon bonas consuetudines et omnia iura confirmat. x kal. Iul. aº 6º. ‖ Weinckens Navarchia 122. — »Iustis petentium desideriis.«
» 22	»	(17900) Magistro Marcualdo capellano suo archidiacono Leodiensi mandat, ut, cum Aquisgrani una tantum matrix habeatur ecclesia curam obtinens animarum, et extra muros loci eiusdem sint tres capellae ab eadem ecclesia dependentes, parochiani autem capellarum ipsarum non possint semper, nocturno maxime tempore, pro recipiendis sacramentis ecclesiasticis habere recursum, disponat an capellanis dictarum capellarum licentia conferendi unctionem et baptisma concedenda sit necne. x kal. Iul. aº 6º. ‖ Quix Peter-Pfarrkirche 123. nº 7. — »Dilecti filii advocatus.«
» 22	»	(17901) Eidem mandat, ut, cum rector ecclesiae Aquensis ac eius vicarii ad audiendum confessiones parochianorum suorum *etc.* populi multitudini non sufficiant, super his provideat prout illorum viderit expedire saluti. x kal. Iul. aº 6º. ‖ Quix l. c. 124. nº 8. — »Exhibita nobis dilectorum.«
» 27	»	(17902) (Laurentio) archiepiscopo Antibarensi et Dioclenensi mandat, ut fratrem Petrum de Tybure ord. Minor. Sardiniensi ecclesiae praeficiat in episcopum. v kal. Iul. aº 6º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 400. nº 567; Farlati Illyr. sacr. VII. 273. — »Quoniam inter sollicitudines.«
» 27	»	(17903) Abbati et conventui monasterii de Eberbach Cisterc. ord. Magunt. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a liberis personis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus dumtaxat exceptis, petere, recipere ac retinere possint. v kal. Iul. aº 6º. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. ı. 117. — »Devotionis vestre precibus.«
» 27	»	(17904) Priorissae et conventui monialium inclusarum ecclesiae s. Catarinae Vesprimiensis ord. s. Aug. secundum instituta fratrum Praedicatorum viventibus annuum redditum 16 marcarum argenti, quem eis Bartholomaeus Vesprimiensis episcopus 1240. Iun. 27 iuxta insertum documentum donaverat, confirmat. v kal. Iul. aº 6º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 242. nº 456. — »Iustis petentium desideriis.«
» 27	»	(17905) Eisdem ecclesiam, quam eis idem Vesprimiensis episcopus fabricari fecerat, confirmat. v kal. Iul. aº 6º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 39. nº 313. — »Iustis petentium desideriis.«
» 30	»	Civibus Spirensibus: »ıı kal. Iul. aº 6º«. ‖ Lünig Reichs-Arch. (XV.) Pars spec. Cont. IV. Thl. II. 468. nº 11, *vid.* 1260. Iun. 21. nº 17894.
» 30	»	• (17906) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia Paris. dioc. confirmat privilegium eis a Stephano III pp. 757. Febr. 26 (*cf.* Jaffé Regest. nº 1783) concessum. ıı kal. Iul. aº 6º. ‖ Doublet Hist. de l'abbaye de S. Denys 586.
» 30	»	• (17907) Eisdem confirmat privilegium Hadriani I pp. aº 772. Iul. 1 ipsis concessum. ıı kal. Iul. aº 6º. ‖ Doublet l. c. 586.
Iul. 1	»	(17908) (Bartholomaeo) episcopo Caturcensi, cui capitulum Caturcense ius conferendi praebendas suae ecclesiae et instituendi canonicos in eadem ecclesia a. 1250 concesserat, hanc concessionem confirmat. Kal. Iul. aº 6º. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 119. — »Iustis petentium desideriis.«
» 1	»	(17909) Monasterium Wilthinense dioc. Brixinens. ord. canon. s. Aug. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Kal. Iul. indict. III. incarn. dom. aº 1260. pont. aº 6º. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 688. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 3	»	(17910) Ordinat, ut in insula Cypri de cetero infra Latinorum episcoporum dioceses et sub Nicosiensi metropoli quatuor dumtaxat existant Graecorum pontificales sedes et ecclesiae cathedrales olim per Petrum Albanensem episcopum locis specialibus assignatae, cum quatuor solummodo in eadem insula fore noscantur episcopales sedes et ecclesiae pontificum Latinorum: unam siquidem pontificalem sedem Graecorum in Nicosiensi apud Soliam, aliam in Paphena apud Arsino (Archinos *Rayn.*), tertiam vero in Famagustana apud Carpasium (Carpasiam *Rayn.*), et reliquam in Nimociensi diocesibus apud Lescaram (Letaracam *Rayn.*) consistere vult. Porro ordinat, ut, quoties unam praedictarum sedium Graecorum praesule vacare contigerit, alter a clericis sedis eiusdem in episcopum eligatur *etc.* v non. Iul. indict. II (!). incarn. dom. aº 1260. pont. aº 6º. ‖ Mansi Conc. XXIII. 1037; Reinhard Hist. de Chypre I. preuv. 53; Riccardi Constitutio Cypria. Romae 1636. fol.; *non integra* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1260 § 37—50. — »In perpetuum cultus.«

1260.

Iul. 5	Anagniae	(17911) Magistrum Raynerium de Viterbio capellanum suum rectorem patrimonii b. Petri in Tuscia rogat et monet, ut bona fratribus ord. Praedic. de Urbe veteri a Suanensi episcopo in ultima voluntate in pios usus erogata, sed ab eo occupata sine difficultate ac integre assignet. ııı non. Iul. aº 6º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 395. nº 274. — »Bone memorie Suanensis.«
» 5	»	(17912) Priori et fratribus Heremitis heremi Vallis Speciosae ord. s. Guilielmi Ratispon. dioc. concedit, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis ac de redemptionibus votorum usque ad summam 100 marcarum argenti recipere possint. ııı non. Iul. aº 6º. ‖ Mon. Boica XXVI. 11. — »Meritis uestre religionis.«
		• *In eundem modum* Priori et Heremitis heremi Rubri Montis ord. s. Guillelmi Paris. dioc. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 233; Samson De vita et ordine d. Guillelmi quond. Aquitaniae principis 73.
» 6	»	(17913) (Guidoni) episcopo Urbinati mandat, ut ea quae de bonis monasterii monialium s. Silvestri de Isketo ord. s. Dam. Urbinat. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. ıı non. Iul. aº 6º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 400. nº 568. — »Ex parte dilectarum.«
» 7	»	(17914) (Alberto) archiepiscopo Rigensi mandat, ut episcopo Vironensi paupertatis onere presso episcopatum alterum dimisso primo conferat. Non. Iul. aº 6º. ‖ Sbaralea l. c. 401. nº 569. — »Favoris nostri provenire.«
» 7	»	(17915) Priore et fratribus domus Eremitarum de Brictinis ord. s. Aug. Fanens. dioc. petentibus statuit, ut in ipsorum domo vita eremitica perpetuis temporibus observetur neque in ea alius ordo inducatur. Non. Iul. aº 6º. ‖ Empoli Bullar. 32. nº 32. — »Solet annuere sedes.«
» 7	»	(17916) Abbati et conventui monasterii de Otterburg Cisterc. ord. Mogunt. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus, rebus feodalibus duntaxat exceptis, valeant petere recipere ac etiam retinere. Non. Iul. aº 6º. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 102. nº 133. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 10	»	(17917) Abbati et fratribus S. Nicholai de Pratis prope Tornacum indulget, ut decimas novalium, quae propriis sumptibus colunt *etc.*, nulla ecclesiastica vel saecularis persona ab eis exigere audeat. vı id. Iul. *sine aº. Haec bulla scripta est* aº 1255, 1256, 1259 aut 1260. ‖ Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique VII. 489. nº 12. — »Iustis petentium desideriis.«
» 10	»	(17918) Praeposito ecclesiae s. Euphemiae Placentinae mandat, ut monasterium s. Sixti Placentin. ord. s. Ben., si in suo ordine reformari nequeat, abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Francisci ord. s. Dam. conferat. vı id. Iul. aº 6º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 402. nº 570. — »Ad nostram noveris.«
» 11	(»)	(17919) Archipresbytero ecclesiae Aquensis Leodiens. dioc. indulget, ut licite uti possit iurisdictione cognoscendi de causis spiritualibus in loco Aquensi, cum ab antiquo ad archipresbyteratum ecclesiae loci eiusdem pertineat. »Anconae« v id. Iul. aº 6º. ‖ Noppius Aach. Chronick 238. — »Cum sicut tua.«
» 11	»	(17920) Abbati et conventui Vallisumbrosae Fesulan. dioc. indulget, ut ad exhibendum extra monasterium legatis vel nunciis sedis apostolicae, exceptis Romanae ecclesiae cardinalibus, aliquas procurationes *etc.* minime teneantur. v id. Iul. aº 6º. ‖ Lami Delic. erudit. (III.) 317. — »Religionis vestrae meretur.«
» 12	»	(17921) Archiepiscopos et episcopos ac archidiaconos ad quos litterae istae pervenerint rogat et hortatur, ut fratres clericos hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitani praesentatos ad ecclesias patronatus eorum investiant. ıv id. Iul. aº 6º. ‖ Strehlke Tab. 409. nº 612. — »Ex parte dilectorum.«
» 15	»	(17922) (Theodoro) abbati et conventui monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. significat, se Tornacensi episcopo inhibere, ne eos ad exprimendum ipsi bonorum monasterii mobilium quantitatem compellat, »ne per hoc divitiae vestrae invidiis pateant ex cupiditatibus exactorum.« Id. Iul. aº 6º. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon I. 213. — »Significastis nobis quod.«
» 15	»	(17923) Fratri Raymundo de Pennaforti ord. Praed. concedit, ut a priore provinciali Hispaniae delegatus fratres ordinis sui annuntiaturos evangelium infidelibus Tunisium et ad alias barbaras nationes mittat. Id. Iul. aº 6º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 395. nº 275. — »Significasti nobis et.«
» 15	»	(17924) Episcopo et capitulo Parmensibus significat, se statuere, ut archipresbyter et custos Parmensis ecclesiae in proximis statutis temporibus per gradus ascendere ad sacerdotii ordinem teneantur et, si hoc implere distulerint, suas dignitates et praebendas amittant *etc.* Id. Iul. aº 6º. ‖ Affò Stor. di Parma III. 404. nº 89. — »Pastoralis officii generalis.«

1260.

Iul. 15	Anagniae	(17925) Fratribus Andreae et Gentili ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in Romana provincia et administratione b. Francisci mandat, ut tractatum cum Petro Iacobi Surdi cive Romano super Castro Collis Casalis et aliis ad complementum adducant. Id. Iul. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 403. n° 571. — »Litteras vestras solita.«
» 15	»	(17926) Repetit Gregorii IX n° 7919 d. d. 1227. Mai. 26: »Id. Iul. a° 6°« — »Nimis patenter patientiae.« ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 502. n° 80; Sbaralea l. c. 404. n° 572.
» 17	»	(17927) (Serloni) archiepiscopo et capitulo ecclesiae Nidrosiensis indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus seu aliis ecclesiasticis beneficiis auctoritate litterarum sedis apostolicae vel legatorum ipsius compelli minime possint. xvi kal. Aug. a° 6°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. II. 46; Lange Dipl. Norveg. III. i. 8. — »Exigentibus vestre deuotionis.«
» 17	»	(17928) Monasterium monialium s. Silvestri de Isketo ord. s. Dam. Urbinat. dioc. in ius et proprietatem b. Petri et apostolicae sedis assumit et ab omni iurisdictione episcopi ac capituli Urbinatium eximit. xvi kal. Aug. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 404. n° 574. — »Etsi universae orbis.«
» 17	»	• (17929) Monasterium s. Mariae de Civitate Austriae ord. s. Ben. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, libertates ac immunitates confirmat. ‖ Bianchi Docum. 81. n° 264.
» 19	»	(17930) Episcopo Parmensi significat, se praefecisse Cremonensi ecclesiae Cazacomitem electum in episcopum et cassavisse electionem factam de Iohanne de Giroldis archidiacono Cremonensi a capitulo dictae ecclesiae contra inhibitionem per G(regorium) patriarcham Aquilegensem tunc in Lombardia apostolicae sedis legatum auctoritate Innocentii pp. praedecessoris factam capitulis et collegiis locorum illorum quae quondam Friderico olim Romanorum imperatori contra Romanam ecclesiam adhaeserunt. Mandat ei, ut omnia praefatis archidiacono et canonicis Cremonensibus intimet. xiv kal. Aug. a° 6°. ‖ Böhmer Acta imperii II. 679. n° 974. — »Petitione dilecti filii.«
» 20	»	(17931) Abbati monasterii s. Luciani Belvacensis ord. s. Ben. eiusque successoribus in perpetuum concedit facultatem utendi mitra, annulo et baculo pastorali, benedicendi pallas altaris et alia ornamenta ecclesiastica, conferendi monachis suis primam tonsuram et quatuor minores ordines. xiii kal. Aug. a° 6°. ‖ Louvet Antiq. de Beauvoisis I. 421.
» 21	»	• (17932) Priorissam monasterii de Rotenburch eiusque sorores sub b. Petri et sua protectione suscipit. xii kal. Aug. indict. II (!). pont. a° 6°. ‖ Lang Regesta III. 153.
» 23	»	(17933) Capitulo et clero civitatis et diocesis Maguntinensis supplicantibus G(erhardi) archiepiscopi Maguntini statuta, quae ediderat contra illos, qui praelatos et clericos suae provinciae ausu sacrilego capere ac detinere captivos contra ecclesiasticam libertatem praesumebant, confirmat, tenore eorum inserto. x kal. Aug. a° 6°. ‖ Mone Zeitschr. IV. 260. — »Hiis que ab.«
» 23	»	(17934) Ludovico regi Franciae, qui domum ad opus coecorum Parisiensium et in ea ecclesiam in honore s. Remigii de novo construxerat, significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad eandem in die translationis praefati sancti *etc.* accesserint annuatim, indulgentiam unius anni elargiri. x kal. Aug. a° 6°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 269; Du Breul Theatre de Paris 722; Le Maire Paris ancien & nouveau III. 152; Malingre Antiq. de Paris 531. — »Licet is de.«
» 30	?	(17935) Monasterium s. Mariae de Rosenfelde ord. s. Ben. Bremens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. iii kal. Aug. a° 1260. ‖ Vogt Mon. ined. I. 149. — »Quoties a nobis.«
Aug. 3	Sublaci	(17936) Abbati monasterii de Schiren ord. s. Ben. Frisingens. dioc. eiusque successoribus concedit facultatem in perpetuum utendi mitra, annulo, tunica, dalmatica et sandaliis. iii non. Aug. a° 6°. ‖ Mon. Boica X. 469. — »Apostolice sedis benignitas.«
» 9	»	(17937) Generali et universis provincialibus ministris ord. Minorum intimat, se, cum iuxta regulae praescriptum eis iniungatur, ut unum ex cardinalibus S. R. E. in protectorem et patronum sui ordinis postulent, velle et decernere, eos ad hoc, dum sibi vita comes fuerit, ex praecepto huiusmodi non teneri, cum ipse ordinis protectionem retineat. v id. Aug. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 163; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 405. n° 575. — »Licet iniunctum nobis.«
» 10	»	(17938) Magistrum et fratres hospitalis s. Mariae Theuton. in Pruscia monet et hortatur, ut (Iohanni) archiepiscopo Gneznensi et suffraganeis eius necnon et ducibus terrae Poloniae potenter contra Tartaros assistant. iv id. Aug. a° 6°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 131. n° 130. — »Cum sitis christianitatis.«
» 11	—	Archiepiscopis, episcopis ... per regnum Franciae constitutis: »Anagniae iii id. Aug. a° 6°«. ‖ Achery Spicil. III. 634, *vid.* 1260. Ianr. 11. n° 17746.

1260.

Aug. 15	Sublaci	(17939) (Raynaldo) episcopo Esculano mandat, curet ne monasterium aut oratorium cuiusvis religionis intra spatium 300 cannarum circa omnes fines loco fratrum Minorum de Esculo contiguos aedificetur. xviii kal. Sept. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 405. n° 576. — »Paci et tranquillitati.«
» 29	»	(17940) (Fridericum) archiepiscopum Pisanum dure obiurgat et redarguit de persecutione et gravaminibus personis religiosis praesertim fratribus ord. Minor. et monialibus ord. s. Dom. irrogatis. Hortatur eum, ut resipiscat et in melius mores suos commutet. iv kal. Sept. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 406. n° 577. — »Dudum antequam promotus.«
Sept. 9	»	(17941) Marchioni Brandeburgensi scribit, se »ad precum instantiam, quas ... duces Poloniae pro te habendo in capitaneum exercitus christiani contra ferinam saevitiam Tartarorum nobis ... direxerunt«, ei misisse litteras, ut crucis assumpto signaculo christianorum exercitum ad proelium instruat et bellatorum acies, quandocunque Tartarorum ipsorum pestis ingruerit, dirigat et informet. Rogat eum et monet, ut praedicationi crucis »quam fieri mandavimus«, et »quam (Iohanni) Gnesnensi archiepiscopo et suffraganeis eius ac etiam archiepiscopis et episcopis per Alamanniam constitutis contra praefatos Tartatos . . de novo commisimus«, nullum prorsus opponat obstaculum nec opponi ab aliquo patiatur, sed potius efficacem det operam, ut praemissa praedicatio, quae fiat pro Livonia et Pruscia, proficere valeat iuxta votum. Ceterum provideat, ut Livoniam, Prusciam, Curoniam, Estoniam et quamcunque aliam terram spectantem ad fratres hospitalis s. Mariae Theuton. sine consensu et voluntate ipsorum nullatenus intret *etc.* v id. Sept. a° 6°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 132; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 66. n° 92; Bunge Livl. UB. I. 451. n° 355. — »Vix absque lacrimis.« • *In eundem modum* Regi Bohemiae (*fragm.* ap. David, Preuss. Chronik IV. 30); » » » Archiepiscopis Maguntino — Bremensi — Coloniensi — Trevirensi — Magdeburgensi — et Salzburgensi eorumque suffraganeis (Bunge l. c. 454. n° 357). » » » Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, prioribus, decanis . . . et aliis ecclesiarum praelatis seu clericis religiosis aut saecularibus ad quos istae litterae pervenerint (Bunge l. c. 454. n° 356).
» 9	»	(17942) Perusinae, Spoletanae et Assisiatis diocesum episcopis mandat, ut, cum in vigilia festi b. Francisci proxime venturi corpus b. Clarae debeat in maius altare transferri, translationi huiusmodi personaliter intersint *etc.* v id. Sept. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 407. n° 578. — »Cum in vigilia.«
» 10	»	(17943) Abbati et conventui monasterii Sublacensis ordinationem, quam Innocentius pp. III (1202. Sept. 4, *vid.* Addenda) pro reformatione eiusdem monasterii fecit, approbat et etiam innovat ac quaedam eidem ordinationi addit. iv id. Sept. a° 6°. ‖ Chronic. Sublac. ap. Muratori Scr. rer. Ital. XXIV. 958; *eiusd.* Antiq. Ital. IV. 1066. — »Etsi ad universa.«
» 24	Gennae	(17944) Fratribus Andreae, Gentili et Bartholomaeo ord. Minor. et aliis inquisitoribus haereticae pravitatis in Romana provincia et administratione b. Francisci concedit facultatem vendendi ac distrahendi libere bona haereticorum *etc.* publicata iam seu confiscata. »Genuae« *male Ch., W.,* »Ianuae« *Sb.* viii kal. Oct. a° 6°«. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 126; Cherubini Bullar. I. 117; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 408. n° 579; Bullar. Roman. ed. Taur. III. 672. n° 55. — »Discretioni vestrae de.«
» 26	?	• (17945) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in regno et dominio regis Aragonum deputatis concedit, ut nullus sedis apostolicae delegatus vel subdelegatus *etc.* in eos vel quatuor notarios sive scriptores eorum, quamdiu in prosecutione inquisitionis fuerint, possit excommunicationis vel suspensionis aut interdicti sententiam promulgare. vi kal. Oct. a° 6°. ‖ *Huius bullae dicto die datae meminit* Cherubini Bullar. I. 122. — »Ne inquisitionis negotium.«
(Sept. Oct.)	?	(17946) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Senarum acriter obiurgat, quod Manfredi quondam principis Tarentini militiam, quam sub specie sui contra Florentinos subsidii ad civitatem suam in eiusdem turbacionem et depossessionem patriae convocaverant, ad ulteriorem ipsius patriae et per consequens afflictionem ecclesiae Romanae retinere praesumpserunt, »acsi vobis nequaquam sufficeret, civitatem Florentinam ipsi Manfredi subiugasse dominio.« Monet et hortatur eos, ut infra mensem, iuramento fidelitatis, quod eidem Manfredo praestitisse dicantur, penitus abiurato, per nuncios in papae praesentia componere studeant nec aliquod deinceps praedicto Manfredo vel Iordano dicto Comiti consilium et auxilium praestare et praedictam miliciam in sua civitate retinere aut receptare quomodolibet praesumant. *Sine signo chronol.* ‖ Gebauer Leben Richards erw. Römischen Kaysers 584. — »Si exuberans apostolice.«
Oct. 6	Anagniae	(17947) (Iohanni) Pragensi et (Brunoni) Olomucensi episcopis mandat, ut (Przemislao Otakaro) regi Boemiae unctionem impendant et capiti eius imponant regale diadema, cum (Wernerus) electus Moguntinus nondum sit a sede apostolica confirmatus. Statuit autem, »ut nullum ex hoc in posterum pontificibus Maguntinis qui erunt pro tempore, et ecclesiae Maguntinae praeiudicium generetur, quin circa ipsius regis successores

1260.

		exequantur libere, quod ad eos pertinet in hac parte.« ii non. Oct. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1260. § 18–20; Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 206. n° 3; Goldast De regni Bohemiae iuribus. Suppl. Actor. publ. 257* n° 12; Dobner Monum. IV. 267; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 281; Jireček Cod. iur. Bohem. I. 148; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 102. n° 268; *cf.* Palacky Reise 37. n° 275. — »Quoniam ad subsistentiam.«
Oct. 6	Anagniae	(17948) Nicolaum natum (Przemislai Otakari) regis Boemiae legitimitatis titulo decorat conceditque, ut ad omnes dignitates honoresque saeculares assumi possit. ii non. Oct. a° 6°. ‖ Boczek l. c. 283; *fragm.* ap. Erben l. c. n° 269; *cf.* Palacky l. c. 37. n° 274. — »Sedes apostolica gratiarum.«
» 7	»	(17949) (Przemislao Otakaro) regi Boemiae petenti concedit, ut filiae eius duae e soluta genitae ad omnes honores saeculares assumi possint. Non. Oct. a° 6°. ‖ Boczek l. c. 284; *fragm.* ap. Erben l. c. n° 270; *cf.* Palacky l. c. 37. n° 276. — »Sedes apostolica gratiarum.«
» 7	»	(17950) Fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi repetit n° 17112 d. d. 1257. Dec. 15: »Non. Oct. a° 6°« — »Firmissime teneat prudentia.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 395. n° 276.
» 9	»	(17951) Eisdem repetit n° 15731 d. d. 1255. Mart. 10: »vii id. Oct. a° 6°« — »Cupientes ut inquisitionis.« ‖ Ripoll l. c. 396. n° 277.
» 10	»	• (17952) Ludovico regi Franciae significat, se, cum rex ecclesiam domus de Fonte Bliaudi ord. s. Trinitatis et Captivorum de novo fundarit et dotaverit, omnibus vere poenitentibus et confessis eandem ecclesiam die consecrationis *etc.* visitantibus indulgentiam 3 annorum et totidem quadragenarum *etc.* concedere. vi id. Oct. a° 6°. ‖ P. Dan Trésor des merveilles de Fontainebleau 77.
» 11	»	(17953) (Reginaldo) episcopo Parisiensi mandat, ut contra Gerardum fratrem domus de Vicenis Grandimontensis ordinis, qui homicidium in eius diocesi perpetravit, officii sui debitum exsequatur. v id. Oct. a° 6°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris III. 252. — »Tua nobis fraternitas.«
» 11	»	(17954) Praeposito S Euphemiae Placentino ord. s. Aug. mandat, ne permittat, ut monasterium, oratorium aut claustrum religiosarum vel saecularium personarum aedificetur aut ecclesia iam aedificata inibi in religiosum locum vel regularem domum transferatur infra spatium 300 cannarum circa omnes fines loco fratrum Praedicatorum Placentinorum contiguos. v id. Oct. a° 6°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 406. n° 109; Ripolli Bullar. Praed. I. 396. n° 278. — »Paci et tranquillitati.«
» 15	»	(17955) Fratribus ordinis Praedicatorum inquisitoribus pravitatis haereticae in Lombardia et marchia Ianuensi concedit, ut in causis fidei contra quoscumque etiam exemptos procedere et tabelliones saeculares etiam regulares, qui tabellionatus officium in saeculo habuerunt, eligere possint. Id. Oct. a° 6°. ‖ Cherubini Bullar. I. 117; Matthaeus Summa 13; Ripoll l. c. n° 279; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 672. n° 56. — »Ne commissae vobis.«
» 21	»	(17956) (Przemislao Otakaro) regi Boemiae per Berardum de Furcon(io) scriptorem suum latorem epistolae suae declarat, nequaquam intentionis suae esse, ut Nicolaus filius vel filiae eius titulo legitimitatis decoratae obtinere vel habere possint regnum Bohemiae vel eiusdem regni regiam dignitatem aut succedere in eisdem. xii kal. Nov. a° 6°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 289; Erben Reg. Bohem. II. 105. n° 274; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1260 § 21, *fragm.*; *cf.* Palacky Reise 38. n° 277. — »Ex parte tua.«
» 21	»	(17957) Magistro Berardo de Furconio mandat, ut regem Boemiae adiens mentem apostolici quoad filium filiasque eius coram testibus idoneis aperte declaret. xii kal. Nov. a° 6°. ‖ Boczek l. c. 290; Erben l. c. 106. n° 275; *cf.* Palacky l. c. n° 278. — »Ex parte carissimi.«
Nov. 1	»	• (17958) Inter Henricum episcopum Sedunensem et Petrum de Sabaudia factam pacem et permutationem dominiorum confirmat et approbat. Kal. Nov. a° (7°, *sed legas*) 6°. ‖ Zibaldone Pingoniniano Chronic. Sabaud. fol. 368; Wurstemberger Peter II. Bd. IV. 292. n° 566, *perperam ad* 1261.
» 6	»	• (17959) (Conrado) archiepiscopo Coloniensi, abbatibus, prioribus *etc.* per Coloniensem provinciam constitutis mandat, ut monasterium in Vlotho contra malefactores defendant. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. III. 149.
(Ianr.-Sept. Oc.-Nv.)	»	(17960) Priori et fratribus ecclesiae s. Elizabeth Bonorum puerorum Leodiensium privilegia eis concessa confirmat. A° 6°. ‖ *Non integra* ap. Zantfliet Chron. ed. Martene Ampl. collect. V. 152. — »Religiosam vitam eligentibus.«
Nov. 10	Laterani	(17961) Praeposito ecclesiae s. Euphemiae Placentinae, cui dederat in praeceptis, ut monasterium s. Xisti Placentinum ord. s. Ben. propter malitiam abbatis et conventus eiusdem collapsum abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Francisci

1260.

		Placentini ord. s. Dam. conferret, sub poena excommunicationis districte mandat, ut in eodem negotio efficaciter procedat. iv id. Nov. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 408. n° 580; Campi Hist. di Piacenza II. 406. n° 110. — »Intellecto dudum quod.«
Nov. 14	Laterani	(17962) Priori et fratribus ordinis Praedicatorum Pisanis concedit, ut sepultura in eorum monasterio libera sit. xviii kal. Dec. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 40. n° 314. — »Ea quae iudicio.«
» 16	»	(17963) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum in Alamannia concedit facultatem redimendi decimas de manibus laycorum. xvi kal. Dec. a° 6°. ‖ Strehlke Tab. 409. n° 613. — »Affectu sunt admittende.«
» 17	»	(17964) Eduardo primogenito (Henrici) regis Angliae scribit de terribilibus Tartaris, qui bella tulerunt a Baldach, Damasco atque Alapia per Ungariam atque Poloniam imperio Romano conterminas, ubique non parum christiani sanguinis profundentes. Rogat et hortatur eum, ut habito colloquio cum baronibus et magnatibus regni sui adversus tam dirae cladis perniciem fidelibus imminentem prospiciat, quo modo et quo ordine ad resistendum eisdem Tartaris conflentur in unum vires populi christiani; denique super omnibus deliberatione habita usque ad octavam apostolorum Petri et Pauli proximo futuram ad sedem apostolicam destinet nuncios suos, »per quos super his regiae circumspectionis voluntas et consilium innotescant.« xv kal. Dec. a° 6°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 60; Magnum Bullar. Roman. IX. (Luxemb. 1741. fol.) Addend. 12. n° 4; Fejér Cod. dipl. VII. i. 314. — »Clamat in auribus.«
		• *In eundem modum eodemque die* (Ludovico) regi Franciae. ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 442. n° 39.
		» » » » » Archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis eius. ‖ Ann. monast. Burton. ap. (Fell) Rer. Angl. scr. 444, *in* Ann. monast. I. 495, *sine signo chr.*
		» » » » » (Wernero) archiep. Maguntino eiusque suffraganeis. ‖ Mon. Boic. XXIX b. 168.
» 17	»	(17965) (Geraldum) archiepiscopum Burdigalensem monet et hortatur, ut suffraganeorum congreget concilium, in quo deliberetur de modo et subsidiis resistendi Tartaris tam in Terra sancta quam in regno Hungariae atque terra Poloniae aliisque locis. xv kal. Dec. a° 6°. ‖ Martene Ampl. collect. VII. 168; *repet.* Mansi Conc. XXIII. 1045 (*ubi etiam responsio concilii*). — (*Initium deest.*)
» 17	»	(17966) Priori S. Martini de Guazolongo Pisano et praeposito ecclesiae de Casulis Vulteran. dioc. mandat, curent ut sententia et declaratio, quas R(icardus) S. Angeli diaconus cardinalis in causa fratrum ord. Praed. Pisanorum et capituli maioris ecclesiae Pisanae super habenda libera sepultura tulerit, firmiter observetur. xv kal. Dec. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 397. n° 280. — »Exhibita nobis dilectorum.«
» 17	»	(17967) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Mariae matris Domini de Coneclano ord. s. Dam. Cenetens. dioc. indulget, ut privilegiis et indulgentiis ordini Minorum concessis libere uti possint. xv kal. Dec. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 409. n° 581. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 17	»	(17968) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam fratrum Minorum de Glemona Aquilegen. dioc. in festivitatibus ss. Francisci et Antonii confess. ac b. Clarae visitarint annuatim, indulgentiam 100 dierum elargitur. xv kal. Dec. a° 6°. ‖ Sbarelea l. c. 370. n° 520. — »Splendor paternae gloriae.«
» 18	Romae in basilica Principis apostolorum	(17969) In omnes praebentes Manfredo quondam principi Tarentino persecutori Romanae ecclesiae manifesto consilium, auxilium et favorem publicum vel occultum excommunicationis sententiam promulgat, Senenses et Florentinos tamquam manifestos ipsius Manfredi fautores et omnes illos de Tuscia seu Lombardia et aliis terris Romani imperii, qui dicti Manfredi nuncios et exercitum receperunt, quive ei obediunt et obedient in futurum *etc.*, eidem excommunicationis sententiae decernit subiacere; Senensem quoque et Florentinam et omnes alias civitates cunctaque castra et loca, quae iam se ipsius Manfredi dominio submiserunt *etc.*, districtissimo ecclesiastico subiicit interdicto. xiv kal. Dec. a° 6°. ‖ Gebauer Leben Richards erw. Römischen Kaysers 583. — »Olim discordia inter.«
» 20		»A° Di 1262 (*legas* 1260 xiii (*om. Martene*) kal. Dec. Alexander pontifex Romanus Henricum (de Finstinga) decanum Metensem, ecclesiae Trevirensis electum transmisit.« ‖ Gesta Trevir. ed. Martene Ampl. collect. IV. 258 (ed. Wyttenbach II. 10).
» 22	Laterani	(17970) Abbatissae et conventui monialium monasterii s. Clarae Wratislaviensis ord. s. Dam. concedit, ut tempore generalis interdicti divina in claustro ipso ianuis clausis et summissa voce celebrent. x kal. Dec. a° 6°. ‖ Knoblich Herzogin Anna von Schlesien. Dipl. 24. n° 20. — »Ut eo liberius.«
» 22	»	(17971) Easdem cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ortum et alia bona eis confirmat. x kal. Dec. a° 6°. ‖ Heyne Gesch. des Bisth. Breslau I. 470. not. 1; *cf.* Knoblich l. c. 25. not. 1. — »Sacrosanta Romana ecclesia.«

1260.

Nov. 24 Laterani (17972) Eisdem concedit, ut sepultura claustri libera sit et illorum extremae voluntati qui se illic sepelire deliberaverint, nullus obsistat. VIII kal. Dec. a° 6°. ‖ Knoblich l. c. 25. n° 21. — »Cum a nobis.«

» 24 » (17973) Ministro provinciali fratrum Minorum in Polonia mandat, ut, quotiens expedire viderit, officium visitationis, correctionis et reformationis monasterio praefato impendat. VIII kal. Dec. a° 6°. ‖ Knoblich l. c. 26. n° 22. — »Paci et saluti.«

» 24 » (17974) Elwini canonici Maguntini institutionem in ecclesia de Dyebach per verum eiusdem patronum archidiaconum Maguntinum canonice factam confirmat. VIII kal. Dec. a° 6°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 118. — »Cum a nobis.«

» 26 » (17975) Ministro generali ord. Minor. concedit, ut fratres cum excommunicatis conversantes, si censuras incurrant, per ministros, custodes vel guardianos absolvi possint. VI kal. Dec. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 409. n° 582. — »Contingit interdum sicut.«

» 27 » (17976) Magistro et prioribus ord. fratr. Praedic. petentibus inhibet, ne eiecti ex ordine vel egressi proprio motu praedicent, confessiones audiant aut doceant. V kal. Dec. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 398. n° 281. — »Cohiberi per nos.«

» 27 » (17977) Fratri Raynero et aliis fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in provincia Lombardiae et marchia Ianuensi mandat, ut contra illos Mediolanenses, qui perditionis filium Ubertum marchionem Pelavicinum in suae civitatis dominum seu rectorem praefecerant et fratrem R(aynerum) in publica praedicatione illis hoc opprobrantem depulerant, procedant prout expedire viderint. V kal. Dec. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. 398. n° 282. — »Ad audientiam nostram.«

» 28 » * (17978) Patriarchae Hierosolymitano ac priori et capitulo ecclesiae dominici Sepulcri ord. s. Aug. mandat, ut ea quae de bonis dicti ordinis per concessiones priorum sine speciali apostolicae sedis mandato factas illicite alienata invenerint, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. IV kal. Dec. a° 6°. ‖ Public. de la soc. hist. de Limbourg VI. 370.

» 29 » (17979) Ministro generali et fratribus ord. Minor. indulget, ne sedis apostolicae legati nisi a latere aut subdelegati sententias censurarum ecclesiasticarum in eos proferre valeant. III kal. Dec. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 409. n° 583. — »Exigentibus vestrae devotionis.«

Dec. 1 » (17980) Priori et fratribus Servorum s. Mariae Senarum ord. s. Aug. concedit, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis *etc.* usque ad summam 200 librarum provenien. senatûs recipere possint. Kal. Dec. a° 6°. ‖ Gianii Annal. I. 89. — »Vestrae meritis religionis.«

» 1 » (17981) Episcopis, abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis per marchiam Anconitanam constitutis mandat, ne a fratribus ordinis Minorum canonicam portionem de bonis, quae istis pro aedificiis, libris *etc.* donantur, petant. Kal. Dec. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 502. n° 81. — »De pia et.«

» 1 » (17982) Universis Christifidelibus ecclesiam fratrum ord. Praed. Syracusanorum in singulis festivitatibus gl. virginis Mariae et bb. Dominici conf. et Petri Mart. *etc.* visitantibus indulgentiam 100 dierum impertitur. Kal. Dec. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 399. n° 283. — »Vite perennis gloria.«

» 1 » (17983) Repetit n° 16135 d. d. 1255. Dec. 13: »Kal. Dec. a° 6°« — »De pia et.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 410. n° 584.

» 1 » »Alexander pont. Rom. Henricum decanum Metensem ..... transmisit.« ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 258, *vid.* 1260. Nov. 20.

» 2 » (17984) Priori provinciali fratrum Praedic. in Lombardia mandat, ut octo fratres ad negotium fidei prosequendum assumat, qui una cum fratre Rainerio de Placentia contra pravitatem haereticam in Lombardia et marchia Ianuensi illud prosequantur. IV non. Dec. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 399. n° 284. — »Cum super negotio.«

» 2 » (17985) Fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi mandat, curent ut constitutiones apostolicae et leges a quondam Frederico Romanorum imperatore contra haereticos latae observentur. IV non. Dec. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. 399. n° 285. — »Cupientes ut negotium.«

» 3 » (17986) (Reginaldo) episcopo Parisiensi concedit, ut a sententia excommunicationis aliquot clericos absolvat, qui libellos famosos contra Praedicatorum et Minorum ordinum fratres a magistro Guillelmo de S. Amore vel aliis editos publicare vel etiam retinere, non obstante interdicto papali, praesumpserant. III non. Dec. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Min. IV. 127; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 361; Ripoll l. c. 400. n° 286; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 410. n° 585. — »Tua nobis fraternitas.«

» 9 » (17987) Inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi mandat, ut Hubertum dictum marchionem Palavicinum, qui clavibus ecclesiae vilipensis excommu-

1260.

nicationes bibens ut aquas ad gremium sanctae matris ecclesiae redire pertinaciter contempserit, apud Mediolanensem, Papiensem *etc.* civitates citent, ut infra duos menses personaliter compareat coram pontifice maximo. V id. Dec. a° 6°. ‖ Ripoll l. c. n° 287. — »Precelsi dispositoris indicis.«

Dec. 9 Laterani (17988) Priori et conventui monasterii s. Mariae de Virginibus Venetiarum ord. s. Marci nunciat, se inhibere, ne quis de eorum terris decimas exigere vel extorquere praesumat. V id. Dec. a° 6°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 46. — »Monasterio vestro quod.«

» 11 » (17989) (Bernardo) episcopo Perusino mandat, citet Peruzolum Bonaefidantiae, Cinalliam M. et F. filios quondam Offedrucii Iacobi et quosdam alios laicos Perusinae civitatis et diocesis, qui abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Monte Lucido ord. s. Dam. super terris *etc.* iniuriantur, ut apostolico se conspectui repraesentent. III id. Dec. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 410. n° 586. — »Suam ad nos.«

» 11 » (17990) (Henricum) episcopum et capitulum Spirenses rogat et monet, ut, attendentes »quod fratrum de ordine Praedicatorum praesentia circa regimen animarum esse poterit fructuosa«, eos ad civitatem suam advocent et super assecutione alicuius loci eorum religioni congrui adiuvent. III id. Dec. a° 6°. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien II. 380. — »In generalem Christi.«

» 11 » (17991) Universis fratribus Praedic. et Minor. ord. inquisitoribus haereticae pravitatis per diversas Italiae partes a sede apostolica deputatis mandat, ut »circa extirpandam pravitatem cum omni vigilantia omnique studio« laborent. III id. Dec. a° 6°. ‖ Cherubini Bullar. I. 118; Ripolli Bullar. Praed. I. 402. n° 288; Sbaralea l. c. 411. n° 587; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 673. n° 57. — »Catholicae fidei negotium.«

» 13 » (17992) Abbati S. Dionysii Mediolanensi, archipresbytero de Fara et praeposito ecclesiae de Sterniano Pergamens. et Mediolan. diocc. quaestionem inter domum Humiliatorum de Ugligniate Mediol. dioc. ex parte una et Metellum dictum Moronum civem Mediolanensem ex altera super quadam pecuniae summa vertentem committit terminandam. Id. Dec. a° 6°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 297. — »Sua nobis dilecti.«

» 13 » (17993) Potestatem et capitaneum Ianuenses rogat et hortatur, ut (Waltero) archiepiscopo Ianuensi pro recuperatione pecuniae, quam Christifideles de Marochio in subsidium operis ecclesiae s. Francisci miserant, nuncii autem eandem deferentes propter viarum pericula custodiae Nicolai Calvi et Iohannis de Moniardino civium Ianuensium fiducialiter commiserant, auxilium impendant. Id. Dec. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 411. n° 588. — »In iis quae.«

» 18 » * (17994) Monachis Camaldulensibus concedit, ne procurationes solvant legatis, qui non sint de latere. XV kal. Ianr. a° 6°. ‖ Mittarelli Access. hist. Favent. 502.

» 22 » (17995) Praeposito ecclesiae Faesulanae mandat, compellat per censuram ecclesiasticam commune civitatis Aretii, qui priori et conventui heremi Camaldulensis quandam bladi quantitatem abstulerant ac plebem de Miciano ad illos pleno iure spectantem *etc.* nequiter combusserant, ut bladum praedictum restituant ac de dampnis huiusmodi plenariam satisfactionem ipsis impendant. XI kal. Ianr. a° 7°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 142. n° 97. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 23 » (17996) Plebano de Biblena Aretin. dioc. mandat, curet ne personae Camaldulensis ordinis ad contribuendum cum clericis Florentinae et Faesulanae diocesum in procurationibus legatorum et nunciorum sedis apostolicae, qui non fuerint de latere papae missi, contra tenorem indulgentiae eis concessae cogantur. X kal. Ianr. a° 7°. ‖ Mittarelli l. c. 98. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 28 » (17997) Universos archiepiscopos et episcopos, abbates .... et alios ecclesiarum praelatos hortatur, ut fratri Raynerio de Placentia ord. Praed. inquisitori haereticae pravitatis in certis provinciis deputato in eundo et redeundo de securo conductu provideant. V kal. Ianr. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 402. n° 289. — »De dilecti filii.«

» 28 (») * (17998) Le pape autorise les abbés à faire célébrer les offices divins par leurs chapelains dans leurs manoirs, qui sont éloignés des églises paroissiales et ce sans porter préjudice aux droits des curés ou de toute autre personne. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 328. n° 714.

» 31 » * (17999) Praelatos omnes hortatur, ne de piis legatis aliisque subsidiis ordini Praedicatorum deputatis detrahant portionem dictam canonicam. II kal. Ianr. a° 7°. ‖ Lang Regesta III. 163.

— — (18000) Abbatissam et sorores monasterii s. Mariae de Wehterswinkel Herbipolens. dioc. tuendas suscipit omnesque dicti coenobii possessiones ac bona, quorum 60 nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. *Absque nota chronol.* ‖ v. Schultes Histor. Schriften I. 176. n° 2. — »Religiosam vitam eligentibus.«

1261.

Ianr. 3 Laterani (18001) Archipresbyterum et capitulum ecclesiae Pisanae rogat, permittant ut fratres ord. Praed. Pisani in eorum ecclesia congruis temporibus verbum Dei libere proponant. III non. Ianr. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 403. n° 290. — »Ex commisso nobis.«

1261.

Ianr. 3 Laterani — (18002) Magistro et fratribus ord. Praedic. indulget, ut de his quae in ornamentis aut pro libris, fabrica, anniversario, septimo, vigesimo *etc.* ipsis legantur, nulli canonicam iustitiam aut portionem aliquam exhibere teneantur. III non. Ianr. a° 7°. ‖ Ripoll l. c. 403. n° 291. — »Pium est et.«

» 4 » — (18003) Magistro, prioribus ac universis fratribus ordinis Praedic. indulget, ut tempore generalis interdicti in vigiliis et festivitatibus b. Dominici conf. ac etiam s. Petri Martyris in ecclesiis suis apertis ianuis divina officia celebrare possint. II non. Ianr. a° 7°. ‖ Ripoll l. c. 403. n° 292. — »Pro reverentia beati.«

» 7 » — (18004) (Henrico) episcopo Sambiensi concedit, ut, ne neophiti in Prusciae partibus fidem catholicam relinquant, in bonis episcopatus sui aliqua feuda statuat ac de illis fideles infeudet. VII id. Ianr. a° 7°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 135. n° 133. — »Significasti nobis.«

» 8 » — (18005) Abbati et conventui monasterii de Welegrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, feudalibus exceptis, a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus petere recipere ac etiam retinere possint. VI id. Ianr. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 292; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 110. n° 290. — »Devotionis vestre precibus.«

» 8 » — (18006) Abbatissae et conventui monasterii de Porta Coeli [Tišnowice] Cisterc. ord. Olomucens. dioc. indulget, ut privilegiis et indulgentiis generaliter Cisterciensi ordini concessis libere uti possint. VI id. Ianr. a° 7°. ‖ Boczek l. c. 293; *cf.* Erben l. c. n° 291. — »Meritis sacre vestre.«

» 11 » — (18007) (Anselmum) episcopum Warmiensem iubet coercere fidei negotium in Livonia et Prussia promovendum inhibentes. III id. Ianr. a° 7°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 136. n° 134; Bunge Livländ. UB. I. 455. n° 358; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 77. n° 40; Erben l. c. 111. n° 293; *cf.* Strehlke Tab. 200. n° 209; Boczek l. c. VII. 763. n° 121. — »Pro fidei negotio.«

* *In eundem modum eodemque die* (Brunonem) episcopum Olomucensem. ‖ Strehlke l. c. n° 209.

» 11 » — (18008) (Wernero) archiepiscopo Maguntino et eius suffraganeis ac abbatibus ..... et aliis ecclesiarum praelatis per Maguntinam provinciam constitutis mandat, ut invasores, detentores *etc.* possessionum, rerum *etc.* monasterii de Wellegrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. excommunicent. III id. Ianr. a° 7°. ‖ Boczek l. c. III. 293; *cf.* Erben l. c. 112. n° 294. — »Non absque dolore.«

» 11 » — (18009) Hospitale s. Spiritus apud Soltwedele ord. s. Aug. Verdens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. III id. Ianr. indict. III. incarn. dom. a° 1260. pont. a° 7°. ‖ Lenz Brandenb. Urkunden II. 883; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XIV. 7. n° 11. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 12 » — (18010) (Magistro Raynerio) rectori patrimonii b. Petri in Tuscia mandat, ut fratri Andreae ord. Minor. eiusque collegis, quibus officium inquisitionis in illis partibus commiserit, praebeat auxilium, cum ab ipsis requisitus extiterit. II id. Ianr. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Praed. II. 412. n° 589. — »Ad expurgandum haeresis.«

(1260. Dec. 20–1261. Ianr. 13) » — (18011) A(ndreae) subdiacono et capellano suo marchiae Anconitanae (rectori) mandat, ut executionem mandati apostolici, quod nuper contra Fanenses pro eorum rebellione receperit, tam super 9000 libris quam etiam super cassatione sententiarum pro Fanensibus prolatarum suspendat. .... Ianr. a° 7°. ‖ Amiani Mem. di Fano II. somm. 56. — »Forosemproniensium infinita temeritas.«

» 14 » — (18012) De Siloa et de Ierus abbatibus necnon praeposito de Dubranik Pragens., Pataviens. et Olomucens. diocc. mandat, ut inter praepositum et sorores de Rusch Olomuc. dioc. et abbatem conventumque monasterii de Trebech super decimis in Sterici *etc.* litigantes iudicium faciant. XIX kal. Febr. a° (6°, *sed legatur*) 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 276. n° 285; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 92. n° 240. — »Exhibita nobis prepositi.«

» 14 » — (18013) Abbati et conventui monasterii de Welegrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. indulget, ut in civitatibus, villis, grangiis et domibus suis divina officia sine iuris praeiudicio alieni celebrare possint. XIX kal. Febr. a° 7°. ‖ Boczek l. c. 295; *cf.* Erben l. c. 112. n° 295. — »Devocionis vestre precibus.«

» 20 » — (18014) Repetit Innocentii IV pp. n° 11296 d. d. 1244. Mart. 22: »XIII kal. Febr. a° 7°« — »Caelestis amor patrie.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 404. n° 293.

» 23 » — (18015) Abbati et conventui S. Remigii Remensis concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, rebus feodalibus exceptis, petere recipere et etiam retinere possint. X kal. Febr. a° 7°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 803, *non integra.*

» 23 » — (18016) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in provincia Romana et administratione b. Francisci a sede apostolica deputatis consulentibus statuit, ut excommunicati eorumque complices in inquisitionis officio contra haereticos eorumque fautores ad testimonium admittantur. X kal. Febr. a° 7°. ‖ Bzovius Ann. ad a. 1261 § 3. XIII. 669; Wadding Ann. Minor. IV. 167; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 413. n° 590; Matthaeus Summa 14; *in* Septim. Decret. lib. 5. tit. 3 *de haeret.* c. 7 ap. Boehmer Corp. II. app. 142. — »Consuluit nos discretio.«

1261.

Ianr. 23 Laterani — (18017) Eisdem quaerentibus, an alicuius regni, provinciae aut loci regimini praesidentes excommunicati *etc.* iustitiam contra haereticos *etc.* possint et debeant exercere, respondet. X kal. Febr. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. n° 591. — »Quaesivistis an alicuius.«

(» 27) » — (18018) Thesauro abbati monasterii Vallisumbrosae indulget, ut ab abbatibus, conventibus, monachis et conversis sui ordinis extra Romanam curiam per litteras apostolicas nequeat conveniri. VI (kal.?) Febr. a° 7°. ‖ Lami Delic. erudit. (III.) 318. — »Desideriis tuis in.«

» 28 » — (18019) Confirmat compositionem inter abbatem conventumque monasterii de Wellegrad et Otakarum regem Boemiae, qui castrum seu munitionem in fundo monasterii de insula s. Georgii fecerat construi et incolas villarum campestrium de Conowicz ad eundem regem et de forensi Wellegrad ad dictum coenobium spectantium ad inhabitandum praefatum locum transferri, initam, qua statutum est ut ius patronatus ecclesiae ac decimae ipsius loci dicto monasterio cedant, et iurisdictio eidem remaneat, electio quoque iudicis in eodem loco iustitiam exercentis ad conventum pertinere debeat. V kal. Febr. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 763; *omisso initio* ap. Erben Reg. Bohem. II. 113. n° 300. — »Cum a nobis.«

» 28 » — (18020) Abbatissae et conventui monasterii Vallis s. Mariae de Ozlaua Cisterc. ord. Olomucens. dioc. ius patronatus in ecclesia s. Iacobi de burgo Brunnensi Olom. dioc., quod eis cl. m. Primisl rex Boemiae donaverat confirmat. V kal. Febr. a° 7°. ‖ Boczek l. c. III. 296; *cf.* Erben l. c. 112. n° 298. — »Devotionis augmentum vobis.«

» 28 » — (18021) Abbati et conventui monasterii de Welegrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. decimas, quas b. m. Robertus episcopus Olomucensis in villis, possessionibus *etc.* suae diocesis eis concesserat, confirmat. V kal. Febr. a° 7°. ‖ Boczek l. c. 297; *cf.* Erben l. c. n° 299. — »Solet annuere sedes.«

» 28 » — (18022) Praeposito et conventui monasterii in Caldenborn ord. s. Aug. Halberstad. dioc. omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus ac episcopis Halberstadensibus eis concessas confirmat. V kal. Febr. a° 7°. ‖ Schoettgen et Kreysig Dipl. et scr. rer. Germ. II. 709. n° 43. — »Solet annuere sedes.«

» 30 » — (18023) Abbati et conventui monasterii de Wellegrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. possessiones, quas eis Zmilo dominus Zdrilke Olomuc. dioc. ad opus cuiusdam monasterii eiusdem ordinis de novo fundandum concessit, apostolica auctoritate confirmat. III kal. Febr. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 298; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 113. n° 301. — »Iustis petentium desideriis.«

» 30 » — (18024) Abbatissae et conventui monasterii de Coeliporta [Tišnowice] Cisterc. ord. Olomuc. dioc. ius patronatus in ecclesia s. Petri de burgo Brunensi Olomuc. dioc., quod eis cl. m. W(enceslaus) rex Boemiae donaverat, confirmat. III kal. Febr. a° 7°. ‖ Boczek l. c. 299; *cf.* Erben l. c. n° 302. — »Devotionis augmentum vobis.«

Febr. 3 » — (18025) Magistro Isembardo notario suo de excommunicatione et interdicto prolatis in cives Placentinos pro eo, quod Catalanum civem Bononiensem in potestatem eligentes ipsum ad civitatis suae regimen postmodum admiserant, mandata dat. III non. Febr. a° 7°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 407. n° 111. — »Ad audientiam nostram.«

» 4 » — (18026) (Eberhardo) episcopo Constantiensi mandat, compellat clericos de Turego, ut fratres ord. Praedic. loci eiusdem super canonica portione eorum, quae illis in praedicta villa de Turego a Christifidelibus in ultima voluntate legantur, de cetero minime molestent. II non. Febr. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 404. n° 294. — »Sua nobis dilecti.«

» 4 » — (18027) (Philippo) electo Lugdunensi et suffraganeis ecclesiae Lugdunensis mandat, ut festum s. Edmundi conf. ad promerendum eius patrocinium per suas civitates et dioceses celebrent et faciant a populis subditis suis iuxta constitutionem Innocentii IV pp. solemniter celebrari. II non. Febr. a° 7°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 1925. — »Gloriosus Dei in.«

» 4 » — (18028) Abbatibus, prioribus, praepositis et conventibus monasteriorum s. Benedicti, Cisterc., s. Aug., Praemonstr., Camaldul. et Vallis Umbrosae ordinum mandat, ut, si quos fratres de ordine Minorum absque suorum ministrorum petita et obtenta licentia receperint, illos eidem ordini sine dilatione restituant. II non. Febr. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 179; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 414. n° 592. — »Vestram et vestrorum.«

» 4 » — (18029) Repetit n° 17347 d. d. 1258. Iul. 15: »II non. Febr. a° 7°« — »Pro fidei negotio.« ‖ Bunge Livl. UB. I. 457. n° 359.

» 5 » — (18030) (Brunoni) episcopo Olomucensi mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Vallegrande Cisterc. ord. Olomucens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Non. Febr. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 300. n° 309; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 114. n° 304. — »Ad audientiam nostram.«

1261.

Febr. 6 Laterani (18031) Cantori ecclesiae Constantiensis mandat, compellat (Radulphum) Briocensem episcopum, ne presbyteros et capellanos Briocensis civitatis et diocesis impediat, quominus mandata pro abbate et conventu monasterii de Bello Portu Praem. ord. exequantur et exequenda suscipiant. VIII id. Febr. a° 7°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 160. — »Dilecti filii abbas.«

» 7 » (18032) Provinciali ministro ac ceteris custodibus et guardianis eorumque vicariis ord. Minor. in Urbe ac administratione ipsius mandat, ut, ne fidei negotium propter personarum defectum quomodolibet impediatur, deputatis inquisitoribus duos socios assignent. VII id. Febr. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 168 § 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 414. n° 593. — »Ne catholicae fidei.«

» 7 » (18033) Clericis ecclesiae Parisiensis qui matutinales vulgariter nuncupantur significat, se (Reginaldi) episcopi Parisiensis ordinationem qua statuit, ut ex proventibus ecclesiae s. Nicholai in Cardineto Parisiensis viginti quinque libras Parisienses percipiant in perpetuum certis terminis annuatim, confirmare. VII id. Febr. a° 7°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 387. — »Significavit nobis venerabilis.«

» 7 » * (18034) Eisdem approbat et confirmat statutum capituli, ut quidquid canonicis, vicariis et matriculariis ecclesiae Parisiensis subtraheretur, quando horis canonicis non interessent, clericis matutinalibus distribueretur, iidemque clerici defuncto magistro Philippo capicerio S. Mederici ex redditibus capiceriae illius viginti libras Parisienses in perpetuum perciperent. VII id. Febr. a° 7°. ‖ Guérard l. c. 388.

» 8 » (18035) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis per diversas Italiae partes deputatis concedit, ut in quemcunque privilegiatum procedere et tabelliones sibi constituere eisque non extantibus duos viros scriptores assumere possint. VI id. Febr. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 415. n° 594. — »Ne commissae vobis.«

» 9 » (18036) (Bartholomaeo) episcopo Spoletano, qui, cum ecclesia s. Silvestri de Monte Subasio non reformanda in suo ordine a Gregorio IX clericis saecularibus tradita esset, de possessionibus eiusdem ecclesiae ordinationem certam fecerat, mandat ut suam ordinationem inviolabiliter observari faciat. V id. Febr. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. n° 595. — »Felicis record. Gregorius.«

» 9 » (18037) Cantori Constanciensi mandat, ut abbatem et conventum monasterii de Bello Portu Praem. ord. in ecclesiae de Ploaha, qua (Radulphus) episcopus Briocensis contra iustitiam illos spoliaverat, corporalem possessionem reducat. V id. Febr. a° 7°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 160. — »Dilecti filii abbas.«

» 9 » (18038) Abbatissae et conventui monasterii de Porta Coeli [Tišnowice] Cisterc. ord. Olomucens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, feudalibus exceptis, a liberis personis in earum coenobio professionem facientibus, petere recipere ac etiam retinere possint. V id. Febr. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 300. n° 310; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 114. n° 305. — »Deuotionis vestre precibus.«

» 9 » (18039) Abbati monasterii de Scotis Wiennensis Pataviens. dioc. mandat, ut disceptet controversiam inter abbatissam conventumque monasterii de Porta Coeli Cisterc. ord. et plebanum ecclesiae de Heinrichs super decimis *etc.* exortam. V id. Febr. a° 7°. ‖ Boczek l. c. 301. n° 311; *cf.* Erben l. c. n° 306. — »Conqueste sunt nobis.«

» 11 » (18040) (Maurino) archiepiscopo Narbonensi mandat, ut de criminibus, quibus episcopus Ruthenensis infamabatur, inquirat. III id. Febr. a° 7°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1109. — »Quoniam inter cetera.«

» 11 » (18041) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in Urbe et administratione ipsius repetit n° 17434: »III id. Febr. a° 7°«. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 406. n° 596. — »Ex parte vestra.«

» 13 » (18042) Abbati et conventui monasterii de Welegrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. indulget, ut corpora illorum, qui apud eorum monasterium elegerint sepulturam, sepulturae tradere possint. Id. Febr. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 302; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 114. n° 307. — »Solet annuere sedes.«

» 13 » (18043) Eisdem indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in beneficiis ecclesiasticis minime teneantur. Id. Febr. a° 7°. ‖ Boczek l. c. 302. n° 313; *cf.* Erben l. c. 115. n° 308. — »Meritis vestre sacre.«

» 13 » (18044) Generali et ministris universis, guardianis et fratribus de ordine fratrum Minorum significat, se districtius inhibere, ut nullus de cetero ecclesias aut loca eorum ausu temerario praesumat infringere aut in illis violentiam exercere. Id. Febr. a° 7°. ‖ Meklenb. UB. III. 364. n° 2044. — »In quibusdam locis.«

» 13 (») * (18045) (Theodoro) abbati S. Bavonis Gandensis concedit, ut priori sui monasterii confiteatur ab eoque absolutionem accipiat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 36.

» 15 » (18046) Abbatissae et conventui monasterii de Coeliporta Cisterc. ord. Olomucens. dioc. ius patronatus ecclesiae s. Wenceslai de Thusnawiz eiusd. dioc., quod eis cl. m. Con-

1261.

stantia regina Boemiae donaverat, confirmat. XV kal. Mart. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 303; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 115. n° 309. — »Devotionis augmentum.«

Febr. 15 Laterani (18047) Repetit n° 6134 Honorii III d. d. 1219. Oct. 19: »XV kal. Mart. a° 7°« — »Pie postulatio voluntatis.« ‖ Biancolini Chiese di Verona VII. 31.

» 17 » * (18048) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum Bituricensibus dat facultatem absolvendi canonicos illius urbis a censuris ecclesiasticis pro electione successoris Philippi Berrier archiepiscopi Bituricensis defuncti. XIII kal. Mart. a° 7°. ‖ Gallia christ. I. num. 72; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 421. n° 104.

» 20 » (18049) Abbati et conventui monasterii de Wellegrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. indulget, ut de bonis mobilibus et immobilibus, feudalibus duntaxat exceptis, quae Christifideles eis contulerint, nullam teneantur alicui solvere portionem. X kal. Mart. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 304; *cf.* Erben l. c. n° 310. — »Meritis vestre sacre.«

» 22 » (18050) (Wernero) archiepiscopo Moguntinensi et eius suffraganeis, abbatibus . . . . et aliis ecclesiarum praelatis per Moguntinam provinciam constitutis mandat, ut invasores *etc.* monasterii de Bredelare Cisterc. ord. Paderburnens. dioc., si laici fuerint, publice candelis accensis in diocesibus et ecclesiis suis excommunicationis sententia percellant, si vero clerici aut canonici regulares aut monachi, ab officio et beneficio suspendant. VIII kal. Mart. a° 7°. ‖ Schaten Ann. Paderborn. II. 197. — »Non absque dolore.«

» 25 » (18051) (Thesauro) abbati et conventui monasterii Vallisumbrosae Fesulan. dioc. significat, se univisse monasterium s. Hyllarii tunc ord. s. Ben. eiusdem dioc. eorum coenobio cum ecclesiis castris villis *etc.* perpetuo iure. »Sed licet diversae litterae pro his et super his emanarint a nobis, nullum tamen ex hoc estis adhuc commodum assecuti. Volentes igitur quod in hac parte pro vobis gratiose incepimus ad debitum effectum perduci, vobis auctoritate praesentium indulgemus, ut huiusmodi nostri gratia uti libere valeatis.« V kal. Mart. a° 7°. ‖ Soldani Hist. de Passiniano 141; Lami Delic. erudit. (III.) 319. — »Petitio vestra nobis.«

» 25 » (18052) Vulterano electo mandat, ut abbatem et conventum monasterii Vallisumbrosae in possessionem monasteri s. Hillari inducat, monialibus dicti S. Hillari quae ordinem Vallumbrosae profiteri noluerint per alia monasteria sui ordinis collocatis. V kal. Mart. a° 7°. ‖ Soldani l. c. 142; Lami l. c. 320. — »Petitio dilectorum filiorum.«

» 25 » (18053) Monasterium s. Mariae in Welegrad Cisterc. ord. Olomucens. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. V kal. Mart. indict. III (!). incarn. dom. a° 1260. pont. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 304. n° 316; Erben Reg. Bohem. II. 116. n° 313 *omisso initio.* — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 25 » * (18054) Archidiacono de Pago Castelli [Plougastel] mandat, moneat archiepiscopum Turonensem eiusque suffraganeos, ut monachis Belli Portus Praem. ord. liceat privilegio ab Innocentio pp. praedecessore eis concesso frui. V kal. Mart. a° 7°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 162.

(Febr. Mart.) (») (18055) Potestati, consilio et communi Pisanis acriter opprobrat, quod utique ecclesiae Romanae indignationem contra se et suam civitatem graviter provocant et nuper post debellationem exercitus Florentini cum Manfredo quondam principe Tarentino pravos coeperunt habere tractatus *etc.* Rogat et hortatur eos, ut a praedictis tractatibus totaliter desistant, quinimmo memoratae ecclesiae contra praedictum Manfredum eiusque fautores totis assistant viribus. *Sine nota chronol.* ‖ Gebauer Leben Richards erw. Römischen Kaysers 588. — »Si ad benignam.«

Mart. 1 » * (18056) Archiepiscopo Turonensi eiusque suffraganeis significat se confirmare litteras monasterio Belli Portus Praem. ord. ab Innocentio praedecessore pp. datas, »quod ordinarii non possunt compellere ad ostendere litteras apostolicas coram ipsis, nec possunt prohibere conveniendi adversarios nostros coram delegatis nostris. Habemus defensorem archidiaconum de Pago Castelli.« Kal. Mart. a° 7°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 161.

» 5 » (18057) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in Urbe ac eius provincia indulget, ut si eos excommunicationis sententiam et irregularitatem incurrere contingat, mutuo se super his absolvere ac secum dispensare possint. III non. Mart. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 168 § 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 416. n° 597. — »Ut negotium fidei.«

» 7 » (18058) Generali, provincialibus prioribus ac fratribus universis ordinis b. Mariae de Monte Carmeli indulget, ne ad recipiendum inquisitionis aut correctionis officia, executionem causarum, citationum *etc.*, aut ad suscipiendum curam monialium absque speciali mandato sedis apostolicae teneantur. Non. Mart. a° 7°. ‖ Bullarium Carmel. I. 20. n° 11. — »Paci et tranquillitati.«

» 7 » * (18059) Monasterio Ebracensi concedit sepulturam fundatorum suorum aliorumque fidelium, salvo iure ecclesiarum a quibus corpora mortuorum assumuntur. Non. Mart. (a° 7°). ‖ Lang Regesta III. 147, *perperam ad* a. 1260.

1261.

Mart. 8 — Laterani — (18060) Fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut in locis ubi habitant oratoria, ecclesias cum campanili et campana unica necnon coemiteria iuxta eas habere possint. VIII id. Mart. a° 7°. ‖ Bullarium Carmel. I. 20. n° 12. — »Speciali gratia et.«

„ 8 — „ — (18061) Praefatum ordinem eiusque bona protegendos suscipit, ac districte prohibet, ne quis ex hortis *etc.* eorum decimas exigere aut extorquere praesumat. VIII id. Mart. a° 7°. ‖ Bullar. Carmel. I. 21. n° 13. — »Speciali gratia et.«

„ 8 — „ — (18062) Universis Christifidelibus concedit indulgentiam unius anni et duarum quadragenarum visitantibus ecclesias Carmelitarum in partibus Syriae et Cipri existentes in die dedicationis earundem. VIII id. Mart. a° 7°. ‖ Bullar. Carmel. I. 21. n° 14. — »Vitae perennis gloria.«

„ 8 — „ — (18063) Patriarchae Hierosolymitano mandat, ut molestatores praefati ordinis in eius patriarchatu constituti censura ecclesiastica compellat. VIII id. Mart. a° 7°. ‖ Bullar. Carmel. I. 22. n° 15. — »Sub religionis habitu.«

„ 11 — „ — (18064) Generali et provincialibus prioribus memorati ordinis concedit, ut fratres, qui se invicem percusserint, absolvere possint. V id. Mart. a° 7°. ‖ Bullar. Carmel. I. 22. n° 16. — »Canonica constitutione cavetur.«

„ 11 — „ — (18065) Rectori ecclesiae s. Iacobi in burgo Brunnensi Olomucens. dioc. capellam s. Nicolai per cl. m. Robertum Olomucensem episcopum incorporatam confirmat. V id. Mart. a° 7°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 306; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 117. n° 313, *perperam ad* 1261. Febr. 25. — »Cum a nobis.«

„ 13 — „ — (18066) Abbati et conventui monasterii s. Gregorii ord. s. Ben. Basiliens. dioc. concedit ad ipsorum inopiam relevandam, ut ecclesiam s. Leodegarii, in qua ius patronatus obtinent, in usus proprios convertere possint. III id. Mart. a° 7°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 1103. n° 18. — »Iniuncti nobis officii.«

„ 13 — „ — (18067) Praeposito ecclesiae Columbariensis Basiliens. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ut, postquam abbas et conventus dicti monasterii consensum episcopi et capituli Basiliensium de applicando praedictam ecclesiam propriis usibus habuerint, in ipsius ecclesiae corporalem possessionem eosdem inducat. III id. Mart. a° 7°. ‖ Lünig l. c. 1104. n° 19. — »Sicut ex parte.«

„ 14 — „ — (18068) Archiepiscopis et episcopis universis per Alemanniam constitutis mandat, ne permittant ut monasteria vel domus monialium ord. s. Dam. construantur vel inchoentur sine sedis apostolicae assensu vel ministrorum provincialium ord. Minor. consensu. II id. Mart. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 417. n° 598. — »Licet piae mentis.«

„ 18 — „ — (18069) Fratribus ord. Praedic. Datiae Norwergiae Suetiae et Rigiae concedit, ut si ad domos aliquorum clericorum, qui pro detentione concubinarum sint excommunicati, declinare contigerit, licite cum eisdem clericis hospitari possint. XV kal. Apr. (Aug. *male Rörd.*) a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 404. n° 295; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. I. 20; Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 106. n° 34. — »Attendentes quod necessitas.«

„ 18 — „ — (18070) Universos archiepiscopos et episcopos ac ceteros praelatos per Alemanniam, Bohemiam, Moraviam et Poloniam constitutos rogat et hortatur, ut fratres Praedic. ord. verbum Dei proponere ac fidelium confessiones in diocesibus suis libere audire permittant. XV kal. Apr. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 405. n° 296. — »Plantatus olim in.«

„ 21 — „ — (18071) Repetit n° 15961 d. d. 1255. Iul. 30: »XII kal. Apr. a° 7°« — »Pro reverentia beati.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 417. n° 599; Köhler Cod. dipl. Lusat. super. I. 62, *perperam ad* 1257. Mart. 20.

„ 23 — „ — (18072) Potestati et communi Vicentinis significat, se abbatissam et conventum monasterii de Cela s. Mariae Vicentini ord. s. Dam. a solutione bladi, spatularum et vini, quam Ezelinus et Albericus de Romano fratres ab eis annis singulis contra iustitiam extorquebant, in perpetuum absolvisse, eosque hortatur, ut aeque dictas moniales ab huiusmodi solutione eximant. X kal. Apr. a° 7°. ‖ Verci Stor. degli Ecel. III. 446. — »Gratum Deo servitium.«

„ 23 — „ — (18073) Priori S. Salvatoris Camaldulensis Florentini mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Ilari ord. Vallisumbros. Fesulan. dioc. post unionem cum monasterio Vallisumbrosae per concessiones abbatissae et monialium alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. X kal. Apr. a° 7°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 144. n° 99; Soldani Hist. de Passiniano 143. — »Intellecto dudum quod.«

„ 23 — „ — • (18074) Capitulo Bisuntino indulget, ut de officiis Bisuntinensis ecclesiae ordinare possit. X kal. Apr. a° 7°. ‖ Pro capitulo Bisuntino imperiali super iure eligendi suos archiepiscopos commentarius. (1672. 4°) 60.

„ 25 — „ — (18075) Priori et fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli in Acon commorantibus concedit, ut ibidem oratorium et ecclesiam cum campanili et campana una necnon coemiterium iuxta ecclesiam ipsam habere ibique divina officia, non obstante contradictione

1261.

episcopi Aconensis, celebrare possint. VIII kal. Apr. a° 7°. ‖ Bullarium Carmel. I. 23. n° 17. — »Speciali gratia et.«

Mart. 28 — Laterani — (18076) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut, si ipsorum fratres se invicem percusserint, a priore ordinis sui adipisci possint absolutionem. V kal. Apr. a° 7°. ‖ Strehlke Tab. 410. n° 614. — »Canonica constitutione cavetur.«

„ 28 — „ — (18077) Magistro, prioribus et fratribus Praedic. ord. constitutiones et privilegia, quae enumerat, confirmat. V kal. Apr. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 405. n° 297. — »Virtute conspicuos sacri.«

„ 30 — „ — (18078) Generali et prioribus provincialibus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli indulget, ut professionem facientes in eorum ordine, cum suspensionis *etc.* sententiis ligati sint, absolvere et ipsos in fratres recipere possint. III kal. Apr. a° 7°. ‖ Bullarium Carmel. I. 23. n° 18. — »Quoniam ex apostolici.«

Apr. 1 — „ — (18079) Monasterium monialium Vallis Gratiae [Stetten prope Hechingen] Constantiens. dioc. ord. s. Aug. secundum institutionem fratrum Praedic. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. Kal. Apr. indict. III (!). incarn. dom. a° 1261. pont. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 408. n° 298; *cf.* Mon. Zollerana. Hrsggb. von R. v. Stillfried I. (Berlin 1852. 4°) 76. n° 191. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 2 — „ — (18080) Michaelem Palaeologum imperatorem Graecorum rogat et hortatur, ut Lanfranchinum et Ildebrandinum cives et mercatores Lucenses, quos detinebat captos, pristinae restituat libertati. IV non. Apr. a° 7°. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. mon. I.) 1345. n° 942. — »Ex parte dilectorum.«

„ 3 — „ — (18081) Archiepiscopis et episcopis per Lombardiam et Romandiolam constitutis mandat, cogant praelatos, rectores et clericos sibi subiectos, ut parochianis suis pro eo quod apud fratres Minores eligunt sepulturam, ecclesiastica sacramenta nullatenus subtrahant. III (?) Apr. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 503. n° 82. — »Dilecti filii minister.«

„ 5 — „ — (18082) Repetit n° 18076: »Non. Apr. a° 7°« — »Canonica constitutione cavetur.« ‖ Strehlke Tab. 410. n° 615.

„ 6 — „ — (18083) Abbatissae et conventui monasterii Domus Consilii [*i. e.* Rathhausen] Cisterc. ord. Constantiens. dioc. concedit, ut privilegiis et indulgentiis generaliter ordini ipsorum concessis uti valeant. VIII id. Apr. a° 7°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 55. — »Meritis sacre uestre.«

„ 7 — „ — (18084) Decano et archidiacono S. Margaritae et magistro Theobaldo le Feutrier canonico Trecensibus mandat, ut Nicolaum camerarium et alios monachos monasterii s. Remigii Remensis, qui (Thomam) archiepiscopum Remensem contra statuta ss. Patrum trahere praesumpserunt ad iudicium saeculare, pro tali excessu castigent. VII id. Apr. a° 7°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 805. — »Significavit nobis venerabilis.«

„ 7 — „ — (18085) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Alemannia capellam s. Iohannis iuxta flumen Feustricz, quam eis Saltzburgensis archiepiscopus concessit, auctoritate apostolica confirmat. VII id. Apr. a° 7°. ‖ Pusch Dipl. Styriae II. 186. — »Solet annuere sedes.«

„ 8 — „ — (18086) (Wolimiro) Cuiaviensi et (Heidenrico) Culmensi episcopis mandat, ut »si iam provenerit quod Tartari omnino de regionibus ipsis abierint« crucesignatos contra Tartaros inducant, ut fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. et aliis Christifidelibus in Livonia ac Pruscia contra paganorum saevitiam subveniant. VI id. Apr. a° 7°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 458. n° 360. — »Multi ex dilectis.«

„ 8 — „ — (18087) Abbate et conventu S. Mariae Montis Virginis postulantibus hoc monasterium ac ecclesias, grangias et loca ei subdita ad ius et proprietatem Romanae ecclesiae in perpetuum permanere sancit atque ab omnibus tam ecclesiasticae quam saecularis personae iugo ita omnino liberum permanere decernit, »ut sacrae Romanae ecclesiae cum omnibus ecclesiis, grangiis et locis ei subiectis subditum habeatur.« VI id. Apr. indict. IV. incarn. dom. a° 1261. pont. a° 7°. ‖ Mastrullo Monte Vergine sagro 455. — »Commissa nobis apostolica.«

„ 8 — „ — • (18088) Monasterium in Gars tuendum suscipit eiusque privilegia confirmat. VI id. Apr. indict. III (!). pont. a° 7°. ‖ Lang Regesta III. 166.

„ 10 — „ — (18089) Repetit n° 17216 d. d. 1258. Mart. 18: »IV id. Apr. a° 7°« — »Licet ad hoc.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 409. n° 299.

„ 10 — „ — (18090) Repetit n° 8067 d. d. 1227. Nov. 30: »IV id. Apr. a° 7°« — »Cum a nobis.« ‖ Ripoll l. c. n° 300.

„ 12 — „ — (18091) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ut in causis suis fratres suos possint ad testimonium ferendum producere nec pro eo, quod ipsorum fratres sunt, a ferendo testimonio repellantur. II id. Apr. a° 7°. ‖ Duellius Hist. ord. Theut. II. 15. n° 21; Strehlke Tab. 410. n° 616. — »Iustis petentium desideriis.«

1261.

Apr. 12	Laterani	(18091 a) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam fratrum Praedic. de Iglavia Olomucens. dioc. in die dedicationis eiusdem *etc.* visitarint, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. II id. Apr. a° 7°. ‖ Ripoll l. c. VIII. 449. n° 320. — »Vitae perennis gloria.«
» 13	(»)	(18092) Priorissam, sorores et ecclesiam de Michelvelt ord. canon. s. Aug. Herbipolens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit earumque privilegia ac bona confirmat. *Sine loco.* Id. Apr. indict. IV. pont. a° (8°, *sed legas*) 7° incarn. dom. a° 1261. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 181. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 13	»	(18093) Priori et fratribus ord. Praedic. Tolosanis, quibus b. mem. (Fulco) Tolosanus episcopus infra terminos parochialis ecclesiae s. Mariae quae Deaurata dicitur, ad monasterium Moisiacense ord. s. Ben. Caturcens. dioc. pertinentis terram ad ecclesiam et officinas construendum donaverat, hanc donationem confirmat. Id. Apr. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 410. n° 301. — »Petitio vestra nobis.«
» 16	»	(18094) Praeposito et capitulo ecclesiae s. Mariae Nyemburgensis [Klosterneuburg] ord. s. Aug. Pataviens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. XVI kal. Mai. a° 7°. ‖ Zeibig UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. X.) 12. n° 16. — »Cum a nobis.«
» 17	»	(18095) Monasterium monialium s. Felicis de Vada Pisan. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac privilegia confirmat. XV kal. Mai. indict. III (!). incarn. dom. a° 1262(!). pont. a° 7°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 40. n° 315. — »Etsi universe orbis.«
» 29	Romae ap. S. Petrum	(18096) Archiepiscopo Cantuariensi, episcopo Norwicensi et Iohanni Mansello thesaurario Eboracensi capellano suo mandat, ut praelatos, magnates ac se ipsos invicem si opus fuerit et omnes alios, qui ad observandum quaedam statuta, ordinationes et colligationes, quae nonnulli eorum sub praetextu reformandi statum regni Angliae in diminutionem potestatis et libertatis (Henrici) regis Anglorum fecerunt, se iuramentis propriis astrinxerunt, ab huiusmodi iuramentis prorsus absolvant. III kal. Mai. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. II. 62. — »Ad audientiam nostram.«
Mai. 1	»	(18097) Canonicis Bremensibus praecipit, ut — cum in Bremensi ecclesia ab antiquo fuerit statutum, ut canonico decedente stipendia ipsius et praebendae per annum pro debitis eius vel in causas pias pro salute illius expendantur — »quod a praeposito maiore vel ab aliquo obedientiario vestro de hac consuetudine ab illo die subtractum est, quo vobis consuetudinem illam Harduicus quondam archiepiscopus vester ... firmavit«, faciant restitui in causas dictas expendendum. Kal. Mai. (a° 7°). ‖ Lünig Spic. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 955. n° 70. — »Pervenit ad nos.«
» 7	Viterbii	(18098) Archiepiscopo Cantuariensi, episcopo Norwicensi et Iohanni Mansello thesaurario Eboracensi capellano suo mandat, moneant et inducant barones, proceres, magnates et alios tam clericos quam laicos regni Angliae — qui sub praetextu reformandi statum eiusdem regni quasdam constitutiones, ordinationes et colligationes in diminutionem et depressionem potestatis et libertatis regiae iureiurando firmarunt et ab eodem rege per quandam impressionis instantiam exegerunt — ut praefato regi tanquam principi suo fideliter adhaereant nec praetextu constitutionum *etc.* eundem impediant, quominus libere utatur pristina in omnibus plenitudine regiae potestatis. Non. Mai. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. II. 62. — »Rationabilibus sensibus materiam.«
• 11	»	(18099) Abbatissae monasterii de Monte Sancto ord. s. Dam. Tudertin. dioc. indulget, ut eius procurator aut syndicus in causis monasterii iuramentum calumniae praestare valeat. V id. Mai. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 418. n° 600. — »Illa tibi libenter.«
—	—	• (18100) Le pape Alexandre IV mande à l'archevêque de Trèves, aux suffragans, abbés ... et à tous autres prélats du diocèse de Trèves, de tenir la main à ce que le monastère de Differdange ne soit pas dépouillé de ses biens. III id. Mai. a° 7°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 89. n° 209.
—	—	(18101) Abbati et generali capitulo Cistercii significat, se septem monasteriis ipsorum ordinis, quae eligenda duxerint, indulgere, ut de terris ad illa spectantibus, quas abbates et conventus propriis manibus et sumptibus hactenus coluerunt et de quibus aliquis decimas non percepit, nullus ab eisdem abbatibus et conventibus vel cultoribus terrarum ipsarum decimas exigere aut extorquere praesumat. *Sine signo chronol.* ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 71. n° 76. — »Speciali gratia vos.«
—	—	• (18102) Littera papalis plumbea Alexandri papae bullata continens et narrans, quod dom. Guigo dalphinus existens extra terram suam ob timorem carceris sub districtu alterius constitutus contraxit matrimonium per verba de praesenti cum Sicilia filia domini Barralis domini de Baucio, nulla carnali copula subsecuta; attingens annum XV relaxatus ab ipso carcere protestatus fuit, quod sibi dictum matrimonium displicebat, et tunc contraxit matrimonium cum domina B(eatrice) de Sabaudia filia comitis Petri, et prolem ab ea suscepit, et dicta Sicilia contraxit cum Aymoneto comite Sabaudiae et ab ea prolem suscepit; ipseque dom. Guigo compunctus conscientia summum pontificem super hoc consuluit: qui per suas litteras mandavit abbati S. Theofredi

1261.

		Anisciensis dioc., quod super hoc inquireret veritatem et si ita esset, quod dict. matrimonium cum dicta domina B(eatrice) contractum legitimum pronunciare curaret. ‖ C. U. I. Chevalier Registrum instrumentorum delphinorum Viennensium (Novigentum 1871. 8°) 61. n° 317.
—	—	• (18103) Episcopo Bononiensi committit causam monialium inclusarum s. Mariae V. Faventiae, quam habebant cum clero Ravennate, cum Cavalcacomite, cum comitibus Bagnacavalli et aliis. *Sine nota chronol.* ‖ Mittarelli Access. hist. Favent. 502.

1254. Dec. 20 — 1261. Mai. 25.

—	—	(18104) Ordinatio Alexandri IV pp. de suffragiis faciendis pro summis pontificibus et cardinalibus defunctis. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1261 § 6; *cf.* Muratori Antiq. Ital. IV. 783, *ad* a. 1259. — »Cum fideles animas.«
—	—	(18105) Ludunensi (*i. e.* Lundensi) archiepiscopo et .... iniungit, ut, cum neophyti Estoniae, qui a barbaris circumstantibus multipliciter vexentur, populorum auxilio fidelium egeant ampliori, per religiosas personas per totam provinciam Datiae et ... civitates et dioceses proponant Christifidelibus contra huiusmodi infideles populos in dictorum neophytorum subsidium verbum crucis. *Sine nota chronol.* ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 102. n° 31. — »Princeps mundi huius.«
—	—	(18106) Ecclesiam s. Iohannis de Falesia ord. Praemonstr. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones, terras et bona confirmat. *Sine signo chronol.* ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 701. — »Apostolicum convenit adesse.«
—	—	(18107) Stephano Tyronensi abbate postulante confirmat possessiones monasterii Tyronensis nominatim recensitas. *Sine nota chronol.* ‖ Institut des provinces de France. Mém. 2e sér. I. (Paris 1845. gr. 4°) Instr. p. XC. *fragm.*
—	—	(18108) Archiepiscopis et episcopis *etc.* prohibet, ne ecclesiae fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. illis ab episcopis diocesanis confirmatae post decessum vel recessum vicariorum ab episcopis vel eorum officialibus occupentur, sed infra 40 dies ad praesentationem fratrum instituantur in eisdem ecclesiis personae idoneae. *Sine temporis nota.* ‖ Strehlke Tab. 410. n° 617. — »Cum dilectos filios.«
—	—	(18109) Magistro et fratribus antedicti hospitalis indulget, ut nequeant per apostolicas litteras conveniri, quae de eorum ordine non fecerint mentionem. *Absque nota chronol.* ‖ Strehlke l. c. 411. n° 618. — »Cum ordinis vestri.«
—	—	• (18110) Monasterium s. Mariae de Paradiso Montispessulani Magalonens. dioc. tuendum suscipit, statuens ut ibi ordo monasticus secundum b. Benedicti regulam atque institutionem monialium inclusarum s. Damiani et formulam vitae a Gregorio (IX) praedecessore ordini traditam, cum adhuc esset in minori constitutus, perpetuo observetur. *Sine nota chronol.* ‖ Gariel Idée de Montpelier III. 92, *fragm.*
—	—	• (18111) Archiepiscopo Coloniensi (*in aliis epistolis* Episcopo Olomucensi) mandat, ut eos, qui fratres hospitalis s. Mariae in suo sancto proposito turbare sibi praesumpserint *etc.*, coerceat .... ‖ Schiemann Regesten 3. n° 11.
—	—	• (18112) Rescribit, ut, cum ex constitutione canonica excessus regularium et canonicorum non ab ipso statim pontifice, nisi forte in causis gravissimis, sed ab ipsorum abbatibus vel episcopis iudicentur, ita etiam statutum illud ad fratres ordinis Teutonici extendatur et ipsorum etiam ordinis fratres presbyteri absolutionem dicere queant. ‖ Schiemann l. c. n° 12.
—	—	(18113) Statuit, ut, cum a iudicibus vel conservatoribus a sede apostolica deputatis contra praeditos pontificali dignitate ad coactiones sive poenas fuerit procedendum, ingressus primo ecclesiae vel sacerdotale interdicatur ministerium. *Sine nota chronol.* ‖ Sext. Decr. lib. 1. tit. 14 *de off. et pot. iud. del.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 921. — »Quia pontificali dignitate.«
—	—	(18114) Privilegium decimarum novalium declarat. *Absque nota chronol.* ‖ Sext. Decr. lib. 3. tit. 13 *de decim.* c. 2 ap. Boehmer l. c. 977 *ad* a. 1258. — »Statuto perpetuo declaramus.«
—	—	(18115) Excommunicat illos, qui haereticos eorumque fautores scienter praesumpserint ecclesiasticae tradere sepulturae *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Sext. Decr. lib. 5. tit. 2 *de haeret.* c. 2 ap. Boehmer l. c. 995 *ad* a. 1258. — »Quicumque haereticos credentes.«
—	—	(18116) Exponit, quomodo intelligatur privilegium, quod habent quidam abbates de populo benedicendo, et quibus possint abbates conferre tonsuram. *Sine signo chronol.* ‖ Sext. Decr. lib. 5. tit. 7 *de privil.* c. 3 ap. Boehmer l. c. 1010 *ad* a. 1260. — »Abbates quos apostolica.«
—	—	(18117) Statuit quod oratoria vel capellae in locis non exemptis sine diocesanorum locorum ipsorum licentia exempti construere non praesumant *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ *Ibid.* c. 4 ap. Boehmer l. c. 1010. — »Auctoritate sedis apostolicae.«
—	—	(18118) Decernit ut iudex ecclesiasticus compellat iudicem laicum repellere excommunicatos ab actibus iudiciariis ipsis prohibitis. *Sine nota chronol.* ‖ *Ibid.* lib. 5. tit. 11 *de sent. excomm.* c. 8 ap. Boehmer l. c. 1021 *ad* a. 1258. — »Decernimus ut iudices.«

1261.

Mai. 25 | Viterbii | Moritur. »Alexandro papa praedecessore nostro VIII kal. Iun., videl. in festo b. Urbani pp. et mart. de carnis nexibus soluto ....« ‖ Urbani IV pp. Ep. encycl. ad Archiep. Remens. d. d. mense Sept. a° 1261 ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1261 § 12. — »A° 1261 cum sex annis cum dimidio Romanam ecclesiam gubernasset, die septimo exeunte Madio vite sue cursum in civitate Viterbio terminavit.« ‖ Annal. S. Iustin. Patav. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 181. — »VIII kal. Iun. 1261 obiit.« Annal. Senens. ap. Pertz l. c. 230. — »Obiit VIII kal. Iun.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 190. — »VIII kal. Iun. diem clausit extremum.« ‖ Hermanni Altah. Ann. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 402. — »In festo s. Urbani obiit apud Viterbium.« ‖ Guillelmi de Nang. Gesta s. Ludov. IX ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 371 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1261 § 7). — »In festo s. Urbani pp. et mart., quod fuit VIII kal. Iun., obiit.« ‖ Matth. Westmonast. Flor. hist. ad a. 1261 (ap. Raynald. l. c.). — »Obiit in Viterbio in festo Urbani pp. scilic. VIII kal. Iun., et in ecclesia s. Laurentii tumulatur a° Di 1261, aliqui vero male tribuunt 1260.« ‖ Vita A-i IV ex ms. Bernardi Guid. ap. Muratori Rer. It. scr. III. I. 593. — »Moritur in festo s. Urbani VIII kal. Iunii, ut communiter historiae tradunt, et apud Viterbium in ecclesia s. Laurentii honorifice sepelitur.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. ap. Muratori l. c. XI. 1149 (ap. Raynald. l. c.). — »Obiit apud Viterbium VIII kal. Iunii.« ‖ Breviar. hist. Pisanae ap. Muratori l. c. VI. 193.

»Hoc a° scilicet XIV kal. Iun. obiit« (*i. e.* d. 19. Mai.) ‖ Ann. S. Benigni Divion. ap. Pertz l. c. scr. V. 50. — »Exeunte Madio obiit in Viterbio.« ‖ Ann. Ianuens. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 243. —

»Viterbii moritur et in ecclesia s. Laurentii honorifice sepelitur.« ‖ Nicol. Triveti Annal. ed. Hog 249. — »Sepultus est Viterbii in ecclesia cathedrali.« ‖ Brev. hist. ord. Praedic. ap. Martene Ampl. collect. VI. 363.

»Vir satis benignus et bene religiosus, assiduus in orationibus, in abstinentia strenuus, sed sibilis adulantium seducibilis et pravis avarorum suggestionibus inclinativus.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 897 (ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1254 § 2. II. 519). — »Fuit multum in beneficiis gratiosus et pius, pauperibus Praedicatoribus et Minoribus benigne favit et ipsos privilegiis munivit.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. 1147. — »Vir placidus, sanguineus, carnosus, humilis, iocundus, risibilis, affabilis et benignus.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. II. 732. — »Iste papa bonus et mansuetus ac timens Dominum, non tamen curans de negociis principum et regnorum, multa revocat et cassat, quae in gravamen multorum suus constituerat antecessor.« ‖ Herm. Altah. ap. Boehmer Fontes II. 510. — »Literatus homo fuit et studium theologiae diligens, et frequenter et libenter praedicabat et celebrabat et ecclesias consecrabat.... Non intromisit se iste papa de guerris, sed pacifice duxit dies suos. Grossus, id est corpulentus et crassus fuit sicut alter Eglon, benignus, clemens, pius, iustus et timoratus fuit et Deo devotus.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 232. — »Hic pontifex hanc famam habuit, quod fuerit vir magne humilitatis et pietatis.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. 1150 (ap. Raynald. l. c.).

» 25-Aug. 29 | | Vacatio. »Vacavit ecclesia Romana pastore usque ad decollationem s. Iohannis.« ‖ Annal. Ianuens. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 243. — »Vacavit sedes mensibus 3 propter dissidium cardinalium.« ‖ Florent. Wigorn. l. c. 190.

Symbolum Alexandri IV: **Suscipe, Domine, servum tuum in bonum.** (Psalm. 118, 122). **1255**. Apr. 9. n° 15784—n° 15792. 15919. 15962. 15970. 16002. 16115. 16422. 16712. 17341. 17352. 17552—**1259**. Oct. 11. n° 17676.

Bullis Alexandri IV subscripserunt:*)

Stephanus episcopus Praenestinus. (*Cf.* p. 1284.) **1255**. Apr. 10. n° 15792—n° 15919. 15936. 15962. 15970. 16002. 16036. 16090. 16091. 16185. 16368. 16411. 16413. 16422. 16429. 16443. 16481. 16507. 16666. 16693. 16698. 16712. 16740. 16985. 17079. 17234. 17252. 17310. 17329. 17330. 17341. 17352. 17457. 17488. 17504. 17552. 17606. 17639. 17676. 17783. 17799. 17872. 17910—**1261**. Apr. 1. n° 18079.

Odo (Otho) episcopus Tusculanus. (*Cf.* p. 1284.) **1255**. Apr. 10. n° 15792—n° 15919. 15936. 15962. 15970. 16002. 16091. 16115. 16185. 16368. 16411. 16413. 16422. 16429. 16443. 16481. 16507. 16603. 16640. 16666. 16693. 16698. 16712. 16740. 16985. 17079. 17234. 17252. 17310. 17329. 17330. 17341. 17457. 17488. 17504. 17552. 17606. 17639. 17783. 17799 (*ubi* episc. Cathelanus *legitur*). 17872. 17910—**1261**. Apr. 1. n° 18079.

Iohannes (de Tolleto) presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in lucina.**) (*Cf.* p. 1284.) **1255**. Apr. 9. n° 15784—n° 15792. 15919. 15936. 15962. 15970. 16002. 16036. 16090. 16091. 16185. 16219. 16368. 16411. 16413. 16422. 16429. 16443. 16481. 16507. 16603. 16640. 16666. 16693. 16698. 16712. 16740. 16985. 17079. 17234.

17252. 17329. 17330. 17341. 17352. 17440. 17457. 17488. 17552. 17606. 17616. 17639. 17676. 17783 (*ubi* Iacobus *legitur*). 17783. 17799. 17872. 17910. 18079—**1261**. Apr. 17. n° 18095.

Hugo (Ugo de S. Charo, Burgundus, fr. ord. Praed.) presbyter cardinalis tit. S. Sabinae. (*Cf.* p. 1284.) **1255**. Apr. 9. n° 15784—n° 15792. 15919. 15936. 15962. 15970. 16002. 16036. 16090. 16091. 16115. 16185. 16219. 16368. 16411. 16413. 16422. 16429. 16443. 16481. 16603. 16640. 16666. 16693. 16712. 16985. 17079. 17234. 17252. 17329. 17330. 17341. 17352. 17440. 17457. 17488. 17504 17552. 17616. 17676. 17783. 17872. 17910. 18079—**1261**. Apr. 17. n° 18095.

Ottobonus (de Flisco, comes Lavaniae) diaconus cardinalis tit. S. Adriani. (*Cf.* p. 1285.) **1255**. Iul. 30. n° 15962—n° 16002. 16090. 16091. 16185. 16219. 16411. 16413. 16422. 16481. 16507. 16603. 16985. 17079. 17234. 17310. 17329. 17330. 17341 (*ubi* Octavianus *legitur*). 17440. 17488. 17504 (*ubi* Orrolimus 17552. 17783. 17799. *legitur*). 17910—**1261**. Apr. 1. n° 18079. Fit postea papa Hadrianus V.

Riccardus (Hannibaldensis de Molaria) diaconus cardinalis tit. S. Angeli. (*Cf.* p. 1285.) **1255**. Apr. 9. n° 15784—n° 15792. 15919. 15936. 15962. 15970. 16002. 16036. 16090. 16091 (*ubi* Rizardus *scribitur*). 16115. 16185. 16219. 16368. 16411. 16413. 16422. 16429. 16443. 16481. 16507. 16640. 16666. 16693. 16698. 16712. 16740. 16985. 17079. 17234. 17252. 17310. 17329. 17330. 17341. 17352. 17440. 17457. 17488. 17504. 17552. 17606. 17616. 17639. 17676. 17783. 17799. 17872. 17910—**1261**. Apr. 17. n° 18095.

Willelmus (comes Lavaniae) diaconus cardinalis tit. S. Eustachii. (*Cf.* p. 1285.) **1255**. Apr. 9. n° 15784—n° 15792. 15962—**1255**. Aug. 28. n° 16002.

Petrus (Caputius) diaconus cardinalis tit. S. Georgii ad velum aureum. (*Cf.* p. 1285.) **1255**. Iul. 13. n° 15919—n° 15936. 15962. 15970. 16002. 16090. 16091. 16115. 16185. 16219. 16368. 16411. 16422. 16443. 16481. 16507. 16666. 16693. 16698. 16712. 16740. 16985. 17079. 17234. 17252. 17310. 17329. 17330. 17440. 17457—**1259**. Apr. 30. n° 17552.

Octavianus (Ubaldinus) diaconus cardinalis tit. S. Mariae in via lata. (*Cf.* p. 1285.) **1255**. Apr. 9. n° 15784—n° 15792. 16002. 16368. 16411. 16413. 16422. 16429. 16481. 16507. 16603. 16640 (*ubi* Ottonianus *legitur*). 16666. 16693. 16698. 16712. 16740. 16985. 17079. 17234. 17252. 17310. 17329. 17330 (*ubi* Ottomanus *scribitur*). 17341. 17352. 17440. 17457. 17488. 17504. 17552. 17606. 17616. 17639. 17676. 17783. 17799—**1260**. Iul. 3. n° 17910.

Iohannes (Gaietanus) diaconus cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. (*Cf.* p. 1285.) **1255**. Apr. 10. n° 15792—n° 15919. 15936. 15962. 15970. 16036. 16091. 16115. 16185. 16219. 16411. 16443. 16481. 16603. 16985. 17079. 17234. 17252. 17310. 17329. 17330. 17341. 17504. 17552. 17606. 17616. 17639. 17783. 17799—**1260**. Iul. 3. n° 17910.

Datae sunt bullae per manum

Guillelmi magistri scholarum Parmensium S. R. E. vicecancellarii. (*Cf.* p. 1285.) **1255**. Mart. 31. n° 15770—n° 15784. 15792. 15832. 15919. 15936. 15962. 15970. 16036. 16090. 16091. 16115. 16150. 16185. 16219. 16257. 16318—**1256**. Mai. 5. n° 16368.

magistri **Rolandi** S. R. E. vicecancellarii. **1256**. Iun. 12. n° 16411—n° 16443. 16481. 16507. 16510. 16603. 16666. 16693. 16698. 16740—**1257**. Mart. 16. n° 16787.

magistri **Iordani** subdiaconi et S. R. E. notarii. **1256**. Iun. 12. n° 16413—n° 16422. 16429. 16985—**1258**. Iul. 14. n° 17345.

magistri **Iordani** S. R. E. notarii et vicecancellarii. **1257**. Nov. 20. n° 17079—n° 17234. 17252. 17310. 17329. 17330. 17341. 17352. 17361. 17440. 17457. 17488. 17531. 17552. 17554. 17616. 17639. 17670. 17676. 17783. 17799. 17872. 17909. 17910. 18009. 18079—**1261**. Apr. 17. n° 18095.

*) »Alexander IV toto tempore sui regiminis nullum constituit cardinalem.« ‖ Ann. S. Iustin. Patav. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 181.

**) Vulgariter dictus *Cardinalis Blancus* eo quod erat ex ordine Cisterciensi in Italia vestibus albis utente.

SEDE VACANTE.

1261.

Iul. 4 | Viterbii | (18119) Episcopi, presbyteri et diaconi S. Rom. ecclesiae cardinales potestatem, capitaneum, consilium et commune Perusinos monent et hortantur, ut studeant ecclesiae matri suae assistere pravis et perversis Manfredi quondam principis Tarentini persecutoris ecclesiae manifesti conatibus resistendo et confidelibus suis de ducatu Spoletano adversus dictum Manfredum eiusque fautores tribuendo auxilium et favorem. IV non. Iul. ‖ Archiv. stor. Ital. XVI. II. 486. — »Illum ab antiquis.«

Iacobus, natione Gallus, oriundus humili genere, erat filius sutoris veteramentarii cui cognomen Pantaleo (Cerdo *habet* Series episc. Virdunens. ap. Schannat Vindem. lit. II. 104). Natus est Trecis (*vid.* nº 18135) in parochia monasterii s. Mariae ord. s. Ben. ibique per susceptionem lavacri baptismalis renatus (*cf. infra* 1263. Sept. 9). Mater eius in monasterio b. Mariae in Pratis iuxta Trecas Cisterc. ord. requiescit (*cf. ibid.*). Soror eiusdem, cui moniales nomen Agnetem imposuere, vivebat in monasterio s. Mariae Montis Lucidi Perusini ord. s. Dam. (*vid.* nº 18136). Num, quibusdam asserentibus, Parisius liberalium primam disciplinarum scientiam didicerit ibique postea iuris canonici peritiam et deinde theologicam adiunxerit, in medio relinquam. Ipse profitetur: Laudunensis »ecclesia statim nostrum primulum primo canonicatus praebendaeque beneficio et postea (aº 1249) archidiaconatus officio adauxit: ibi nostra studia suos primos habuere profectus, ibi suscepimus nostrorum honorum primitias indeque ad alias ecclesias processimus gradatim ascendendo.« Alio loco ibidem ait: Ecclesia Laudunensis »nos olim fovit ut mater .... educuit ut magistra et sicut benefica honoravit« (*vid.* 1262. Mai. 28. nº 18337). Mox factus est archidiaconus Leodiensis et capellanus apostolicae sedis. Hunc Polonia, Pruscia et Pomerania legatum poscunt ab Innocentio IV, qui 1247. Nov. 19 ei legationis officium in illis partibus commisit (*vid.* nº 12764; *cf.* nº 12763. 65. 12771. 72). Anno 1248. Oct. 9 Iacobus archidiaconus Leodiensis cum archiepiscopo Gneznensi, Wratislaviensi, Cracoviensi, Cuiaviensi, aliis episcopis Wratislaviae synodum celebravit, cuius constitutiones postmodum 1263. Iun. 3 confirmat (*vid. infra* nº 18553). Etiam primis anni 1249 mensibus in Silesia moram fecisse videtur (*vid.* Korn Regest. episcop. Vratislav. 39); reversus in Galliam Laudunensis archidiaconi honorem ante Iul. 3 promeruit, nam hoc die Iacobus de Trecis Laudunensis archidiaconus sororibus conventus Monstrolii sacram Christi effigiem misit (Gallia christ. X. instr. 198) et 1249. Oct. 22 (*vid.* nº 13840) in pontificio diplomate legitur: »mediante Iacobo capellano nostro tunc Leodiensi, nunc archidiacono Laudunensi olim in partibus illis (*i. e.* Pruscia *etc.*) apostolicae sedis legato.« 1252 post Aug. 10 in ecclesiae Virdunensis praesulem assumptus est. Ab Alexandro pp. IV patriarcha Hierosolymitanus creatur, ad quod munus ab Innocentio IV 1255. Dec. 7 (*vid.* nº 16101) vocatus fuerat. Casu in curia Romana existens pro Terrae sanctae negociis ad supremam apostolatus dignitatem ascendit. — Consilium et commune Trecenses 1864 saeculari die emortuali Urbano IV in patria urbe monumentum voverunt (Schlesisches Kirchenblatt, 1864. nº 45).

1261.

Aug. 29 — Viterbii — ELIGITUR. »Post cuius (*i. e.* Alexandri IV) obitum cardinales numero octo de summo pontifice eligendo magnam inter se discordiam tribus mensibus habuerunt. Tandem .... die tertio exeunte Augusto (Iacobum) patriarcham Ierosolimitanum, Gallicum natione, qui tunc temporis erat in curia pro negociis Terre sancte, concorditer elegerunt, qui Urbanus IV mutato nomine est vocatus.« ‖ Annal. S. Iustin. Patav. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 181. — »Vacavit ecclesia Romana .. usque ad decollationem s. Iohannis (*i. e.* d. 29. Aug.). Et tunc patriarcha Ierosolimitanus fuit electus in papam.« ‖ Annal. Ianuens. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 243. — »Natione Gallicus ex civitate Trecensi fuit electus in papam in festo decollationis s. Iohannis baptistae.« ‖ Vita U-i ex ms Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. It. scr. III. I. 593. — »Elegerunt magistrum Iacobum de Trecis patriarcham Hierosolym. IV kal. Sept.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 190. — »Dum collegium cardinalium ... habere inciperet de pastoris substitutione tractatum et inter eos vertiginis spiritu et invidiae livore suffuso non possent in aliquem de gremio convenire, contigit quod Hierosolymitanus patriarcha natione Burgundus, qui tunc ad curiam ipsam pro ecclesiae suae negotiis promovendis accesserat, concorditer est ad apicem apostolicae dignitatis assumptus. Sic itaque factus ... de subdito dominus, de filio pater patrum, Urbanus IV meruit nominari.« ‖ Sallas Malaspinae Res Sicul. ap. Baluze Miscell. VI. 227 (ed. Mansi I. 238; ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1261 §7. III [XXII.] 72).

»V kal. Sept. (*i. e.* d. 28. Aug.) 1261 fuit electus.« ‖ Annal. Senens. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 231. — »Eodem aº (*i. e.* 1261) factus est papa Urbanus IV apud Viterbium.« ‖ Annal. Urbevetan. ap. Pertz l. c. 270.

(Sept. 1) — » — (18120) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, decanis .... et aliis ecclesiarum praelatis significat, se ad culmen dignitatis apostolicae pervenisse. »Cum nos, sicut moris est, consecrationis insignia fuerimus assequuti, nostras habebitis litteras perfectae bullae appensione munitas.« Kal. (Mart., *sed legi debet*) Sept. »suscepti a nobis apostolatus officii aº 1º«. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 170. — »Postquam felicis recordationis.«

» 4 — » — CORONATUR. »Consecratus est die dominica proxima post decollationem s. Iohannis baptistae II non. Sept. litera dominicali *B.*« ‖ Annal. monast. Burton. ap. (Fell) Rer. Anglic. script. 446, *in* Ann. monast. I. 499. — »Consecratus est circa decollationem s. Iohannis.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Ann. mon. IV. 129. — »Fuit coronatus in ecclesia fratrum Praedicatorum Viterbii dominica prima Septembris aº Dⁱ 1261«. ‖ Vita U-i ex ms. Bernardi Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. I. 593 (ap. Raynald. l. c. 73. not. 1). *Cf.* nº 18121.

1261.

Sept. 12 — Viterbii — (18121) Priori et fratribus ord. Praed. s. Mariae ad gradus Viterbiensibus significat, se omnibus vere poenitentibus qui ad eorum ecclesiam, »cum nos quos tunc patriarchatus Ierosolimitani fungentes officio .... ad apostolicae dignitatis fastigium divina pietas evocavit, in eadem ecclesia .... prima dominica Septembris (*i. e.* d. 4. Sept.) fuerimus .... recepto benedictionis munere .... coronati«, in prima dominica mensis Septembris *etc.* accesserint annuatim, indulgentiam 3 annorum et totidem quadragenarum elargiri. II id. Sept. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 416. nº 1. — »Vestri ordinis preclara.«

» 13 — » — (18122) Priorissae et conventui monasterii s. Agnetis Bononiensis ord. s. Aug. secundum instituta fratrum Praedic. viventibus indulget, ut ad receptionem alicuius sororis auctoritate litterarum sedis apostolicae *etc.* cogi usque ad triennium minime valeant. Id. Sept. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. VII. 42. nº 57. — »Regularis observantia discipline.«

» 13 — » — * (18123) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam monasterii Brzewnowiensis in festo ss. Adalberti, Benedicti et Dionysii *etc.* causa devotionis accesserint annuatim, indulgentiam 100 dierum concedit. Id. Sept. aº 1º. ‖ Pitter Thesaurus 77; Erben Reg. Bohem. II. 149. nº 384, *perperam ad* a. 1262.

» 13 — » — * (18124) Sanctimonialibus in Medelingen ius patronatus in ecclesia ibidem confirmat. Id. Sept. aº 1º. ‖ Lang Regesta III. 173.

» 16 — » — (18125) Prioribus et fratribus ordinis gloriosissimae Dei Genitricis semperque Virginis Mariae de Monte Carmeli concedit, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis usque ad summam 100 marcharum argenti recipiant. XVI kal. Oct. aº 1º. ‖ Bullarium Carmel. I. 24. nº 1. — »Meritis vestrae religionis.«

» 17 — » — (18126) (Bartholomaeo) episcopo Cadurcensi, qui statuerat, ne recipiendi de cetero in ecclesia Cadurcensi in canonicos vocem haberent in capitulo nec ad tractatus communes eiusdem capituli admitterentur, quousque inibi praebendam fuerint assecuti, hoc statutum confirmat. XV kal. Oct. aº 1º. ‖ La Croix Series episc. Cadurc. 120. — »Ex parte tua.«

» 22 — » — (18127) Generalem ministrum ordinis fratrum Minorum rogat, ut fratres ordinis de Monte Carmeli efficaciter habeat commendatos *etc.* X kal. Oct. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 423. nº 2. — »Quanto inter religiones.«

» 23 — » — (18128) Cantori ecclesiae Iauriensis mandat, ut acceptis ad latus suum etiam aliis viris causam inter abbatem conventumque monasterii s. Martini supra Pannoniam ord. s. Ben. et praeceptorem fratresque hospitalarios Ierosolymitanos de Chirgo Vesprimiens. dioc. super quibusdam decimis et aliis rebus vertentem decidat. IX kal. Oct. aº 1º. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 7. — »Querelam dilectorum filiorum.«

» 24 — » — (18129) Episcopo et capitulo Virdunensibus significat, se omnibus Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Mariae Virdunensem in festivitatibus assumptionis et nativitatis b. V. Mariae annuatim visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere. VIII kal. Oct. aº 1º. ‖ Wassebourg Antiq. de la Gaule Belgicque II. 376; *fragm. in* Gallia christ. III. (Lut. Paris. 1656. fol.) 1168. — »Pro gratia dilectionis.«

» 24 — » — (18130) Monasterium in Insula b. Mariae [Mariënweerd] protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. VIII kal. Oct. indict. IV. incarn. dom. aº 1261. pont. aº 1º. ‖ Sloet Oorkondenb. van Gelre II. 831. nº 847, *non integra.* — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 26 — » — (18131) Magistro Petro de Pontecurvo archidiacono Gradicensi (apostolicae sedis legato *om. Erb.*) mandat, ut pecuniam omnem, quam in Ungaria, Boemia atque Polonia collegerit, Venetias mittat ibique apud ecclesiam s. Marci deponat. VI kal. Oct. aº 1º. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 125. nº 328; *cf.* Palacky Reise 38. nº 279; Fejér Cod. dipl. VII. v. 337 (*ad* Sept. 28). — »Cum de censibus.«

» 27 — » — (18132) Priorissae et conventui monasterii s. Dominici Imolensis ord. s. Aug. indulget idem, quod legitur in nº 18122. V kal. Oct. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 42. nº 58. — »Regularis observantia discipline.«

» — — » — (18133) Archiepiscopo Remensi et suffraganeis eius ac abbatibus, prioribus *etc.* per Remensem provinciam constitutis nunciat obitum Alexandri papae praedecessoris seque vocatum esse ad universalem speculam, ad suscipiendas apostoli Petri claves et gerendum ligandi atque solvendi pontificium super omnes. Exhortatur eos, ut assidua ipsum intercessione apud Deum adiuvent. Mense Sept. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1261 § 10–15; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 674. — »O altitudo divitiarum.«

(» —) — (») — (18134) Communitatibus scribit de electione sua in papam. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. Coll. II. 1250. — »Coelestis altitudo potentiae.«

(») — (») — (18135) (Ludovico) regi Francorum gratias agit, quod ipsi, qui de sua promotione ei decreverat apostolica providentia nuntiandum, devotae laudis iubilo praevenit. »Illud quoque in partem non modici gaudii tibi accessisse percepimus, quod civitas Trecensis

1261.

		in adhibito sibi concive summo pontifice, quem ipsa produxit, maioris solito rutilat radio claritatis, quodque patria quae nobis originem praebuit, in tanti patris et compatriotae magnificientia decoratur.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 1252. — »Vox exultationis et.«
(Sept.)	(Viterbii)	(18136) Agneti moniali monasterii s. Mariae Montis Lucidi Perusini ord. s. Dam. sorori in carne, quae ei exultans de eius promotione gratulata erat, respondens scribit de suis insufficientibus viribus ad tolerandam quotidianam universalis ecclesiae sollicitudinem. »Inter ipsa nostrae promotionis auspicia nos frequens turbatio negotiorum impedit, et difficultatum undique ingruentium involvit, ita quod nulla quietis nostrae vacua curis hora relinquitur, et cordi nostro tempestuoso sunt etiam dormientibus nobis noctis silentia intempesta. Itaque dolere super nos potius, quam laetari te convenit.« ... »Ergo, filia, quae tranquilla sedes ad pedes Domini extra tumultus saeculi, nos tam gravi occupatos ministerio ... adiuva quaesumus coram Deo suffragiis quibus potes.« *Absque nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1261 § 16, 17; Wadding Ann. Minor. IV. 170; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 422. nº 1; Ciaconii Vitae pontif. Romanor. II. 154. — »Mirandum forte aestimas.«
Oct. 1	»	(18137) Priori generali et universis fratribus Eremitarum ord. s. Aug. indulget, ut ad praestationem procurationum legatorum sedis apostolicae vel nuntiorum ipsius *etc.* minime teneantur *etc.* Kal. Oct. aº 1º. ‖ Empoli Bullar. 369. — »Quieti vestrae paterna.«
» 5	»	(18138) Episcopo Waciensi, praeposito S. Thomae Strigoniensi et cantori Iaurinensis ecclesiae mandat, ut controversiam inter abbatem conventumque monasterii s. Martini supra Pannoniam ord. s. Ben. et episcopum capitulumque Vesprimienses super quibusdam decimis litigantes diceptet. III (mensis, *sed legas*) Non. Oct. aº 1º. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 8. — »Querelam dilectorum filiorum.«
» 5	»	(18139) Cantori ecclesiae Iaurinensis mandat, ut inter abbatem conventumque s. Martini supra Pannoniam ord. s. Ben. et praepositum capitulumque ecclesiae Albensis Wesprimiens. dioc. super quibusdam decimis litigantes iudicium faciat. III non. Oct. aº 1º. ‖ Mon. Hung. hist. l. c. 9. — »Querelam dilectorum filiorum.«
» 13	»	(18140) (Ianusio) archiepiscopo Gneznensi, (Stephano) abbati S. Mariae Vratislaviensis et fratri Symoni priori provinciali ordinis Praed. Poloniae mandat, ut, si eis constiterit quod Boleslaus dux Slesiae (Thomam) episcopum Vratislaviensem necnon praepositum et Ecardum presbyterum plene restituerit libertati et eis de hac iniuria satisfactionem impenderit, praefato duci eiusque sociis absolutionis beneficium elargiantur. III id. Oct. aº 1º. ‖ Stenzel Urk. zur Gesch. d. Bisth. Breslau 24. nº 15. — »Oblata nobis ex.«
» 21	»	(18141) (Iohanni) episcopo Anagnino mandat, ut personaliter intersit solutioni 1600 librarum denariorum senatus Deutavivae de Senis faciendorum iussu fratris Raynaldi de Tocco *etc.* XII kal. Nov. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 424. nº 3. — »Ecce mittimus dilectum.«
» 25	»	(18142) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Monasteriensis, quibus b. mem. Wilhelmus Monasteriensis episcopus ius advocatiae, quod Rudolfus dictus de Meynhuuele miles Monasteriens. dioc. in ecclesia de Bilrebeke eiusdem diocesis obtinebat, ab eodem milite redimens concesserat, hanc concessionem confirmat. VIII kal. Nov. aº 1º. ‖ Niesert Beiträge I. I. 380. nº 130; Wilmans Westfäl. UB. III. 356. nº 681. — »Solet annuere sedes.«
» 25	»	(18143) Guardiano fratrum Minorum de Placza Cathaniens. dioc. mandat, ut, Iohanne Provinciali et Rogerio detentoribus a prioratu ecclesiae s. Andreae de Placza ord. s. Aug. prorsus amotis, Robertum de Venafro clericum procuratorem fratris Adam capellani apostolici canonici ecclesiae dominici Sepulchri Ierosolimit. ord. s. Aug. eius nomine in ipsius prioratus corporalem possessionem inducat. VIII kal. Nov. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 424. nº 4. — »Speciali gratia et.«
» 29	»	(18144) (Guillelmo) episcopo et archidiacono Agennensibus ac Raymundo Abbatis canonico ecclesiae de Manso Agenn. dioc. capellano suo mandat, ut Petro Ayquelini de S. Macario clerico ecclesiam de Lingonio Vasatens. dioc. conferant. IV kal. Nov. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 425. nº 5. — »Dilectus filius Petrus.«
Nov. 5	»	(18145) Henrico de Bollandia archidiacono Trevirensi mandat, ut (Henrico) electo Trevirensi, cui ab Alexandro pp. facultas concessa erat »conferendi personis idoneis, etiamsi alias beneficiatae non forent, abbatias, prioratus, dignitates et alia ecclesiastica beneficia, quae in civitate ac diocesi seu provincia Trevirensi tanto tempore vacaverant, quod ipsorum collatio erat ad sedem apostolicam secundum Lateranensis statuta concilii legitime devoluta,« inhibeat, ne per huiusmodi litteras, »quas penitus revocamus,« de cetero procedere praesumat. Non. Nov. aº 1º. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 322 (ed. Wyttenbach II. 104); Hontheim Hist. Trevir. I. 740. — »Felicis recordationis Alexander.«
» 5	»	(18146) Episcopo (?) Bononiensi mandat, ut pecuniam, in qua Iacobinus de Recorecto, Amadorus de Pizegotis et eorum socii cives et mercatores Bononienses b. mem. Zoennae

1261.

		episcopo Avenionensi tenentur, sibi nomine Romanae ecclesiae ab eisdem mercatoribus exhiberi faciat. Non. Nov. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 427. nº 6. — »Significantibus dilectis filiis.«
Nov. 11	Viterbii	* (18147) Episcopo Cenomanensi et abbati monasterii Fucardimontis Cisterc. ord. mandat, ut in ecclesia b. Martini Turonensis et aliis regni Franciae ecclesiis ad Romanam ecclesiam immediate spectantibus tam in capite quam in membris corrigant et reforment, quae corrigenda et reformanda invenerint. III id. Nov. aº 1º. ‖ Défense des privil. de l'égl. St. Martin de Tours, pr. 37.
» 12	»	(18148) (Henricum) regem Anglorum rogat et hortatur, ut iusticiarios et ballivos suos in Ibernia a violatione libertatis ecclesiasticae necnon ab usurpatione iurium divinorum ac molestatores personarum ecclesiasticarum regali auctoritate compescat. II id. Nov. aº 1º. ‖ Cherubini Bullar. magn. IX. addit. 18; Rymer Foed. I. II. 66. — »Prae ceteris rebus.«
» 12	»	(18149) Episcopo Drumorenci et priori fratrum Praedic. de Ponte Armachan. dioc. scribit, ad ipsum pervenisse »quod in civitate, diocesi et provincia Dubliniensi de antiqua ... consuetudine est obtentum, ut ... Dubliniensis archiepiscopus eiusque suffraganei et officiales ipsorum ac alii iudices ecclesiastici ..., ad quos de huiusmodi consuetudine causarum cognitio pertinet, de causis quas super pecuniarum summis seu possessionibus inter laicos sibi subditos verti contigerit, possint cognoscere ...., sed iusticiarii ... (Henrici) regis Angliae ac .. E(duardi) primogeniti eius domini Hiberniae, quominus archiepiscopus *etc.* de huiusmodi causis cognoscant et iudicent contra iustitiam impedire praesumant.« Mandat eis, compellant iusticiarios et ballivos praedictos, ut super praemissis ab indebita molestatione archiepiscopi *etc.* desistant. II id. Nov. aº 1º. ‖ Butler Registrum 129. — »Ad audientiam apostolatus.«
» 13	(»)	(18150) Monasterium de Corneolo Bizuntin. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. Id. Nov. indict. IV (!). incarn. dom. aº 1261. pont. aº 1º. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 456. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 17	»	(18151) (Iohannem) praepositum et capitulum monasterii s. Lucii Praemonstr. ord. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, nemora *etc.* ipsis confirmat. XV kal. Dec. aº 1º. ‖ Mohr Cod. dipl. I. 359. nº 238; *cf.* Eichhorn Episc. Cur. 320. — »Cum a nobis.«
» 17	»	(18152) Iacobo Filomarini civi Neapolitano et Maroctae uxori quarto consanguinitatis gradu coniunctis ad preces M(arini) electi Capuani indulget, ut in matrimonio contracto remanere possint, et prolem ex ipso susceptam fore legitimam decernit. XV kal. Dec. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 337. — »Licet in quarto.«
» 17	»	(18153) Abbatem et conventum monasterii de Ursin ord. s. Ben. Augustens. dioc. patrocinandos suscipit, specialiter autem terras, domos, decimas *etc.* eis confirmat. XV kal. Dec. aº 1º. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 321. nº 7. — »Cum a nobis.«
» 17	»	* (18154) Monasterium Fabariense ord. s. Ben. cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem ei terras, domos, decimas *etc.* confirmat, salva tamen in praedictis decimis concilii generalis moderatione. XV kal. Dec. aº 1º. ‖ Wegelin Regest. von Pfävers 15. nº 87.
» 20	»	(18155) Ludovico regi Francorum et omnibus aliis, qui cum eo praedicationibus verbi Dei intererunt, indulgentiam centum dierum concedit. XII kal. Dec. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1261 § 20; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 420; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 427. nº 7. — »Etsi firmi propositi.«
» 21	»	(18156) Eidem, quotiescumque eum ad alicuius ecclesiae vel capellae vel altaris dedicationem vel consecrationem ire vel interesse ibidem contigerit *etc.*, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargitur. XI (VI *Rayn.*) kal. Dec. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. § 18; Sbaralea l. c. 429. nº 10; Duchesne l. c. 418; *cf.* Du Breul Theatre 723. — »Personam tuam fili.«
» 22	»	(18157) (Eberhardo) Wormaciensi et (Henrico) Spirensi episcopis ac abbati monasterii de Rodinkirche Praemonstr. ord. Moguntin. dioc. mandat, ut Henricum Treverensem electum, qui pallio non obtento se praesumat in suis litteris archiepiscopum nominare, de novo quoddam pedagium seu thelonium in flumine Rheni proprio motu constituerit *etc.*, propter hoc excommunicatum singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis *etc.* publice nuncient. X kal. Dec. aº 1º. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 259 (ed. Wyttenbach II. 14); Hontheim Hist. Trevir. I. 741. — »Ad audientiam nostram.«
» 22	»	(18158) Michaelem Palaeologum imperatorem Graecorum rogat et hortatur, faciat ut balivus in eius terra quae Landrimitri vocatur Lanfranchino et Ildibrandino civibus Luccanis pecuniam quam eis captivatis abstulerit, restituat. X kal. Dec. aº 1º. ‖ Liber iurium reip. Genuens. (Hist. patr. mon. I.) 1397. nº 951. — »Ex parte dilecti.«
» 23	»	(18159) (Iohanni) episcopo Anagnino mandat, ut residuum pecuniae Deutaiuvae Senensi mercatori solutae (*vid.* nº 18141) fratri Raynaldo de Tocco capellano et poenitentiario

1261.

		suo assignet. IX kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 428. n° 8. — »Cum de pecunia.«
Nov. 23	Viterbii	(18160) Guardiano et conventui fratrum Minorum de Urbe mandat, ne praesumant pecuniam et alias res, quas frater Iacobus quondam rector hospitalis S. Thomae de Urbe in eorum domo deposuerit, eidem fratri aut alii exhibere. IX kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 9. — »Cum sicut nobis.«
» 24	»	(18161) Priori generali fratrum Eremitarum ord. s. Aug. concedit facultatem concedendi duodecim fratribus sui ordinis, qui post factam professionem se ad fratrum Minorum et s. Benedicti ordines transtulerant, sed ad ordinem eundem erant reversi, ut in eodem ordine possint licite remanere. VIII kal. Dec. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 370. — »Nonnulli fratres ordinis.«
» 25	»	(18162) (Annoni) magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Alamannia concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a liberis personis in eorum ordine professionem facientibus possint petere, recipere ac etiam retinere. VII kal. Dec. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 411. n° 619; de Geer Archieven I. 85. n° 96. — »Devocionis vestre precibus.«
» 26	»	(18163) Eisdem significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui, postquam in ecclesiis suis parochialibus sollemnia missarum audierint, ad ecclesias praedicti ordinis in nativitatis, resurrectionis dominicae *etc.* festivitatibus et in coena Domini accesserint annuatim, indulgentiam 40 dierum concedere, »praesentibus, fili magister, post obitum tuum minime valituris.« VI kal. Dec. a° 1°. ‖ Bunge Livländ. UB. I. 465. n° 364; Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 138. n° 136; Strehlke l. c. n° 620. — »Innocentis vite studium.«
» 26	»	(Ludovico) regi Franciae: »VI kal. Dec. a° 1°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1261 § 18, *vid.* 1261. Nov. 21. n° 18156.
» 29	»	(18164) Praepositum ecclesiae s. Thomae in Lipzh [Leipzig] Marseburgensis dioc. constituit iudicem inter (Albertum) episcopum Misnensem ex una parte et Henricum de Donin, Theodericum de Raten, Rulichonem de Biuerstein et quosdam laicos alios Wratislaviensis et Pragensis civitatum et diocesum ex altera, qui super terris et rebus aliis ad mensam ipsius episcopi spectantibus iniuriantur eidem. III kal. Dec. a° 1°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. I. 153. n° 190; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 129. n° 337. — »Conquestus est nobis.«
Dec. 1	»	(18165) Priori et fratribus extra portam Legatiae Pisarum ordinis s. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut sepultura in eorum ecclesia libera sit. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 24. n° 2. — »Devotionis vestrae supplicationibus.«
» 1	»	(18166) Decernit, sepulturam in ecclesia fratrum extra portam Senensium ord. s. Mariae de Monte Carmeli liberam esse. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 25. n° 3. — »Devotionis vestrae supplicationibus.«
» 1	»	(18167) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 64. n° 64; W. Corssen Alterthümer … des Cisterz.-Klosters St. Marien … zur Pforte (Halle 1868. gr. 4°) 285; *germanice* ap. Wolff Chron. des Klosters Pforta II. 112. — »Cum a nobis.«
» 2	»	(18168) Archiepiscopos per regnum Hispaniae constitutos rogat, ut, cum ad eorum notitiam pervenerit, quod Altissimus (Theobaldum) regem Navarrae comitem Campaniae et Briae ac reginam uxorem eius de terrenae servitutis ergastulo traxerit, pro ipsis exequias celebrent et faciant in omnibus ecclesiis suarum diocesum celebrari. (VI, *legatur*) IV non. Dec. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 1; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 505. n° 3244. — »Quia praesentis vitae.«
» 2	»	* (18169) Urbain IV confirme à Thibaut comte de Champagne les priviléges que ledit Th. a reçus des papes prédécesseurs dudit Urbain. ‖ Jubainville l. c. 504. n° 3242.
» 2	»	* (18170) Le même invite les archevêques de France à faire célébrer dans toutes les églises, dans tous les monastères et dans tous les lieux pieux de leurs provinces un service solennel pour le repos de l'âme de Thibaut et d'Isabelle femme de Th., aussitôt qu'ils recevront la nouvelle de leur décès. ‖ Jubainville l. c. n° 3243.
» 2	»	* (18171) Le même invite les abbés de l'ordre de Cluny en France à faire célébrer dans tous leurs monastères un service solennel pour le repos de l'âme de Th. et d'Isabelle femme de Th., aussitôt qu'ils recevront la nouvelle de leur décès. ‖ Jubainville l. c. n° 3245.
» 2	»	* (18172) Le même adresse la même invitation aux abbés de l'ordre de Prémontré en France. ‖ Jubainville l. c. n° 3246.
» 2	»	* (18173) Le même adresse la même invitation aux abbés de l'ordre de Cîteaux en France. ‖ Jubainville l. c. n° 3247.
» 2	»	* (18174) Le même accorde une indulgence de 10 jours à ceux qui prieront pour Th. et pour Isabelle femme de Th. ‖ Jubainville l. c. n° 3248.

1261.

Dec. 4	Viterbii	* (18175) Le même mande à l'abbé de Clairvaux de fixer le nombre maximum de religieuses de l'abbaye d'Argensolles, dont Thibaut comte de Champagne est le patron. ‖ Jubainville l. c. 505. n° 3249.
» 5	»	* (18176) Le même accorde à l'abbaye d'Argensolles le privilége de ne pouvoir être contrainte ni à recevoir une religieuse ni à payer une pension à qui que ce soit. ‖ Jubainville l. c. n° 3250.
» 5	»	(18177) Roberto comiti Atrebatensi nepoti Ludovici regis Francorum indulget, ut ipse et Amicia nata quondam Petri de Cortenayo possint ad invicem matrimonialiter copulari. Non. Dec. a° 1°. ‖ (Jean) du Bouchet Hist. geneal. de la maison royale de Courtenay (Paris 1661. fol.) preuv. 35, *omisso initio*; *cf.* Jubainville l. c. 506. n° 3251.
» 5	»	(18178) Fratri Iohanni de Cancia ord. Minor. denarium b. Petri ecclesiae Romanae in Anglia debitum committit colligendum. Non. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 429. n° 11. — »De sinceritate fidei.«
» 6	»	(18179) Abbatibus, prioribus et praepositis Praemonstratensis ordinis, qui decreverant canonicam vitam secundum b. Augustini institutionem ducere, hoc propositum confirmat, ac iura et privilegia eis concedit. VIII id. Dec. a° 1°. ‖ Dreger Cod. Pomer. dipl. I. 452. n° 342; Le Paige Bibl. Praemonstr. 687. n° 103; *cf.* Indice de los docum. I. I. 88. — »Quia igitur(?) vos.«
» 7	»	* (18180) Litterae Urbani IV. Continent causam quandam abbatiae et conventus S. Mariae Eboracensis. VII id. Dec. a° 1°. ‖ Analecta iuris pontific. Sér. XI. 1872. p. 1075.
» 9	»	(18181) Generali, provincialibus et conventualibus prioribus et universis fratribus ordinis Eremitarum s. Aug. concedit dispensationem super professionibus diversis factis a fratribus ante unionem universarum domuum et congregationum in unam ordinis s. Aug. professionem. V id. Dec. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 370. — »Desideriis vestris in.«
» 13	»	(18182) (Henricum) regem Angliae requirit et rogat, ut censum annuum 1000 marcarum sterlingorum ab eo ecclesiae Romanae debitum pro duobus annis transactis usque ad festum b. Michaelis proximo praeteritum computandis Iohanni de Cantia ord. fratr. Minorum has litteras praesentanti persolvat. Id. Dec. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 67; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 430. n° 12. — »Honorem tuum fili.«
» 13	»	(18183) Fratri Iohanni de Cancia ord. Minor. mandat, ut censum annuum 1000 marcharum ab Henrico rege Angliae ecclesiae Romanae debitum pro duobus annis transactis ab eo prudenter requirat. Id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 430. n° 13. — »Licet personae tuae.«
» 13	»	(18184) Eidem mandat, ut quae et qualia ei commissa fuerint ab apostolica sede tempore Alexandri papae, negotia, statum quoque et processum negotiorum ipsorum *etc.*, sibi pontifici intimet. Id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 431. n° 14. — »Cum negotia ecclesiae.«
» 13	»	(18185) Abbatissa et conventu monialium S. Mariae Nucerin. ord. s. Dam. postulantibus sepulturam monasterii liberam esse decernit. Id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 15. — »Cum a nobis.«
» 13	»	(18186) Praeceptoribus et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut, si fratres se invicem percusserint, nisi maioris sit providentia requirenda, a priore suo absolutionem adipisci possint. Id. Dec. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 412. n° 621. — »Canonica constitutione cavetur.«
» 13	»	* (18187) Urbain accorde une indulgence de 100 jours: 1° à Thibaut comte de Champagne toutes les fois qu'il assistera à la dédicace d'une église; 2° aux fidèles qui y assisteront en même temps que lui. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 506. n° 3252.
» 15	»	(18188) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut fratres clericos ordinis sui ad ecclesias, in quibus ius patronatus habent, diocesanis episcopis praesentare possint. XVIII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 412. n° 622. — »Signorum evidencia declarante.«
» 18	»	* (18189) Abbatibus de Tyrhaupten et Schiren mandat, ut transcripta privilegiorum et indulgentiarum Frisingensis ecclesiae Romam transmittant. XV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 174.
» 20	»	(18190) Philippo primogenito (Ludovici) regis Francorum, quotiescumque eum ad alicuius ecclesiae vel capellae vel altaris dedicationem vel consecrationem ire vel interesse ibidem contigerit *etc.*, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargitur. XIII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1261 § 21, *non integra*; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 419. — »Exulta proles regia.«
» 20	»	* (18191) Urbain accorde pour le même cas (*vid.* n° 18187) à Thibaut comte de Champagne et aux autres assistants une indulgence d'un an et de 40 jours. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 506. n° 3253.
» 20	»	* (18192) Le même accorde un indulgence de 100 jours à Thibaut toutes les fois qu'il assistera à un sermon; cette indulgence pourra être gagnée par les autres fidèles présents. ‖ Jubainville l. c. n° 3254.

1261.

Dec. 21 Viterbii (18193) Abbati S. Dionysii in Francia Parisiens. dioc. mandat, ne permittat, Ludovicum regem Francorum contra indulta privilegiorum et indulgentiarum ab aliquibus indebite molestari. xii kal. Ianr. aº 1º. ‖ Duchesne Hist. Franc. script. V. 864. nº 28. — »Cum sicut ex.«

» 21 » (18194) Abbati S. Benedicti Floriacensis Aurelian. dioc. mandat, ut abbati et conventui S. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. praesidio defensionis assistens nullatenus permittat eos contra indulta privilegiorum sedis apostolicae ab aliquibus indebite molestari. xii kal. Ianr. aº 1º. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 600. — »Pium esse dinoscitur.«

» 23 » (18195) Loderingo de Andalo, Gruamons de Caccianemicis (Gazanimicis *Rayn.*) civibus Bononiensibus, Sclancae (Selancae *R.*) civi Regiensi, Rainerio de Adelardis civi Mutinensi et aliis pluribus regulam studiose compositam concedit perpetuis temporibus observandam, eamque appellat »Ordinem militiae b. Mariae Virginis gloriosae«, ut qui professi fuerint hanc tamquam speciali et perpetuo ordine taliter nuncupentur videlicet »Fratres ordinis militiae b. Mariae V. gl.« *Tenor regulae insertus est.* x kal. Ianr. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 432. nº 16; Raynaldi Ann. ad a. 1261 § 36; Federici Istor. de' cav. Gaud. II. cod. dipl. 16; Savioli Ann. Bologn. III. ii. 368; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 676. — »Sol ille verus.«

» 27 » (18196) Ludovico regi Francorum significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui devotis orationibus divinam pro eo misericordiam implorabunt, singulis diebus quibus apud Deum huiusmodi orationes effuderint, indulgentiam 20 dierum largiri. vi kal. Ianr. aº 1º. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 418. — »Serenitatis regiae vota.«

» 27 » (18197) Archidiacono Marchiae et Carniolae Aquileiens. dioc. mandat, ut in causa Heinrici canonici ecclesiae s. Andreae Frisingae, quem ad ecclesiam vacantem de s. Petro episcopus Frisingensis verus patronus archiepiscopo Salzeburgensi praesentaverat, cuius autem institutioni episcopus Laventinensis ac eius vicarius se opponebant, decernat quod canonicum fuerit. vi kal. Ianr. aº 1º. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 56; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 315. nº 1276. — »Sua nobis dilectus.«

» 28 » (18198) Potestati consilio et communi Velletrensibus praescribit, ut homines castri Roccae seu Lariani in suis opportunitatibus prosequantur favore benevolo. v kal. Ianr. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 142. nº 264. — »Cum sitis ecclesie.«

» 28 » (18199) Populo civitatis et diocesis Panormitanae significat, se, cum Alexander pp. praedecessor Leonardum consanguineum et capellanum suum ecclesiae Panormitanae praefecerit in archiepiscopum, eidem munus consecrationis de manibus suis impendisse; hortatur eos, ut eundem devote suscipiant eiusque mandatis intendant. v kal. Ianr. aº 1º. ‖ Pirrus Sicil. sacra I. 148. — »Olim Panormitana ecclesia.«

» 29 » (18200) Transerico Magalotti et Spoletano mercatori Spoletanis, penes quos frater Andreas de Tuderto ord. Minor. inquisitor haereticae pravitatis 320 libras Lucen. minutorum de bonis condemnatorum haereticorum deposuit, mandat, ut hanc summam Lortherio Bonasii civi Urbevetano assignent. iv kal. Ianr. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 434. nº 17. — »Cum dilectus filius.«

» 31 » (18201) (Henricum) regem Anglorum rogat et hortatur, ut Raynerium Bonaccursi et Deutavivam Guidi socios Orlandi Bonsignoris, Bonaventurae Bernardini *etc.* mercatorum Senensium campsorum camerae apostolicae habeat commendatos illosque apud Londonias pacifice commorari permittat. ii kal. Ianr. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. ii. 68. — »Dilectis filiis Orlando.«

» — (») »Iste quarto mense sui pontificatus numerum cardinalium ampliavit praeclaros viros vita et scientia insignitos ad tam sanctum collegium promovendo, de quorum numero divina providentia faciente extitit vir benignissimus Simon de Monte Silice canonicus Paduanus, quem tam forma corporis, quam nobilitate generis et gratiosis moribus … decoravit. At cum nonnullae ad sedem apostolicam querelae de Simone, ut colligi videtur, delatae essent, sanxit Urbanus (*cf. infra* nº 18211) ut antequam in presbyterum promotus esset, nec cardinalatus insignia gestaret, nec consiliis cardinalium se immisceret. …. Ceterum discussa re Simonis famae pristinus splendor assertus est.« ‖ Annal. S. Iustin. Patav. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 181 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1261 § 26. III. 80. not.).

— — (18202) (Ludovico) regi Francorum significat, se ad eius vota (Petrum de Roscida Valle) camerarium et capellanum suum ecclesiae Burdegalensi in archiepiscopum praefecisse, regemque rogat ut eundem habeat commendatum. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. coll. II. 1259. — »Venerunt in apostolicae.«

— — (18203) Abbati Cisterciensi et capitulo generali, qui (aº 1257) statuerant »quod monachis liceat duodecies in anno rasuram celebrare barbarum, conversis ad huiusmodi statuti licentiam non admissis, ea ratione potissimum quod monachorum dumtaxat interesse dinoscitur, ut deiecta superfluitate pilorum possint mundius et liberius sumere corpus

1261.

et sanguinem domini Iesu Christi,« mandat, ut conversos eosdem non faciant gratiae dictae consolationis expertes. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 1259. — »In decore sanctae.«

— — (18204) N. N. gubernationem, protectionem et correctionem ordinis Minorum et totius fraternitatis eiusdem committit. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 1261. — »Agrum virtutum cui.«

• *In eundem modum eidem* Protectio sororum ordinis s. Damiani committitur.

— — (18205) (Simoni de Bria cardinali?) in regno Franciae plenae legationis officium committit, ut tam super reformatione pacis quam super omnibus aliis spiritualibus ac temporalibus velut papae vicarius et apostolicae sedis legatus agere, disponere … statuere ac praecipere possit. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 1262. — »Ad altitudinem cordis.«

— — (18206) Canonicos Laudunensis ecclesiae rogat, ut actus et mores suos de bono in melius reformantes sic in divinis obsequiis intendant, ut in eadem ecclesia placitum impendant virtutum Domino famulatum. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 1264. — »Laudunensem ecclesiam prosequimur.«

— — (18207) Filiae (Ludovici) regis (Francorum) indulget, ut, si ad patris placitum Cisterciensis ordinis habitum assumserit, ad saeculum redire possit, cum pervenerit ad tempora pubertatis. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 1265. — »Paterna domus tua.«

— — (18208) Indulgentia pro pauperibus magistris Parisius studentibus et in unum congregatis consortium. *Absque signo chronol.* ‖ Martene l. c. 1266. — »Parisiensis universitas velut.«

1262.

Ianr. 3 Viterbii (18209) A(nselmo) episcopo Warmiensi apostolicae sedis legato mandat, inducat crucesignatos, ut fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. et fidelibus Livoniae et Prusciae sine dilatione contra paganorum saevitiam subveniant. iii non. Ianr. aº 1º. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 139. nº 138; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 80. nº 43; *cf.* Bunge Livl. UB. VI. 20. nº 407a. — »Multi ex dilectis.«

» 5 » (18210) Decano, thesaurario et scolastico Coloniensibus mandat, procurent ut abbatissa et conventus monasterii de Seyne Cisterc. ord. Coloniens. dioc., iure decimarum resumpto et contractu super ipsa emptione inito sed auctoritate apostolica irritato, pecuniam pro eo acceptam integre magistro Burchardo de Mulberg et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonicorum Ierosolimitan. restituant. Non. Ianr. aº 1º. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 172. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 9 » (18211) Praesenti edicto statuit, licet magistrum Simonem canonicum Paduanum promovendum in presbyterum cardinalem ecclesiae Romanae duxerit evocandum, ut idem Simon, priusquam in presbyterum sit promotus, nequaquam in collegium seu consortium vel ad tractatus aut consilia cardinalium admittatur *etc.* v id. Ianr. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1261 § 23; Ciaconii Vitae pontif. Roman. II. 150. — »Licet dilectum filium.«

» 11 » (18212) Philippum episcopum Zagabriensem in procuratorem ecclesiae Strigoniensi concedit, curam et administrationem eiusdem in spiritualibus et temporalibus ipsi committit et mandat, ut infra festum s. Iacobi apostoli proximo futurum ad sedem apostolicam personaliter accedat. iii id. Ianr. aº 1º. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 25; Theiner Mon. Hungar. I. 243. nº 457. — »Praesentatam nobis postulationem.«

» 13 » (18213) Magistro, prioribus et universis fratribus ord. Praed. indulget, ut magister, priores ipsorumque vices gerentes eos, qui in praefato ordine professionem emittunt, a ceteris votis ac poenis solvere possint. Id. Ianr. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 416. nº 2. — »Qui ex apostolici.«

» 13 » (18214) Guardiano fratrum Minorum Anagninorum mandat, ut inquirat de scandalo Raynaldi de Sermineto canonici Anagnini, qui cum puella nata Petri de Acuto civis Anagnini contraxerat ac, matrimonio inter eos per carnalem copulam consummato, beneficia ecclesiastica postmodum plura receperat. Id. Ianr. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 435. nº 19. — »Ad audientiam nostram.«

» 13 » (18215) Monasterium s. Dionysii in Francia Parisiens. dioc. ord. s. Ben. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras *etc.* eidem confirmat. Id. Ianr. aº 1º. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St.-Denys 601. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 13 » (18216) Abbati et conventui eiusdem monasterii omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Id. Ianr. aº 1º. ‖ Doublet l. c. 601, *deficiente exordio.*

» 20 » (18217) (Otakaro) regi Bohemiae scribens laudat eius fidei zelum eumque hortatur ad crucem sumendam et, quidquid sibi terrarum apud Ruthenos et Lituanos subiugarit, auctoritate apostolica ei attribuit. xiii kal. Febr. aº (3º, *sed legas*) 1º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 249; Erben Reg. Bohem. II. 170. nº 438. — »In tui magnificentia.«

1262.

Ianr. 20	Viterbii	(18218) Episcopo et capitulo Virdunensibus significat, se decernere, ne, cum omnes ecclesiae s. Mariae Virdunensis servientes sub eorum iurisdictione consistant, aliquis alius iudex ecclesiasticus vel saecularis praesumat suae iurisdictioni eos aliquando vendicare. XIII kal. Febr. a° 1°. ‖ Wassebourg Antiq. de la Gaule Belgicque II. 376. — »Exhibita nobis.«
» 20	»	(18219) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia indulget, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus aut ecclesiasticis beneficiis cogi aliquatenus nequeant. XIII kal. Febr. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St.-Denys 600. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 23	»	(18220) Abbatem et conventum monasterii Sylonensis [Selau] Praemonstr. ord. Pragens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem decimas, terras et alia bona eis confirmat. X kal. Febr. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 764. n° 123; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 131. n° 344. — »Cum a nobis.«
» 23	»	(18221) Hospitale s. Mariae Theuton. Ierosol. cum omnibus possessionibus et bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit eiusque privilegia ac iura confirmat. X kal. Febr. indict. V. incarn. dom. 1261. pont. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 412. n° 623. — »Etsi neque qui.«
» 27	»	(18222) Priori et conventui monasterii s. Bartholomaei de Trisulto Cartusiens. ord. Alatrin. dioc. annuum redditum 10 librarum perven., quem ecclesia in civitate Anagniae obtinet *etc.*, concedit. VI kal. Febr. a° 1°. ‖ Tromby Storia V. append. 252. n° 89. — »Petitio vestra.«
» 31	»	* (18223) Abbati monasterii de Roth mandat, ut litem inter monasteria Seon, Kiemsee, S. Petri plebanum et Ortliebum de Wald super quibusdam possessionibus debito fine terminet. II kal. Febr. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 178.
(Ianr. Febr.)	(»)	(18224) Guidoni archiepiscopo Narbonensi, quem in episcopum Sabinensem elegerat, qui autem ab onere cardinalatus eximi cum instantia supplicaverat, mandat ut infra festum ..... ad curiam Romanam accedat, impositum sibi onus suscepturus. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. coll. II. 1256. — »Profundis meditationibus laboriosisque.«
Febr. 2	»	* (18225) Le pape Urbain IV déclare que Wiricus de Bettenberch, chevalier, ayant donné au couvent de Differdange le droit de patronage qu'il avait de l'église de Cuntsich, il ratifie et confirme cette donation. IV non. Febr. a° 1°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 90. n° 219.
» 4	»	(18226) Fratri Iohanni de Cantia ord. Minor. mandat, ut quidquid receperit de censu (Henrici) regis Anglorum, Deutavivae Guidi et Bonaccurso Raynerii mercatoribus Senensibus assignet. II non. Febr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 435. n° 20. — »Praesentium tibi auctoritate.«
» 7	»	(18227) Notum facit, se ad inquisitionem famae Simonis canonici Paduani, quem in presb. cardinalem evocaverit, duxisse procedendum, quia postmodum fuerint de ipso apud sedem apost. relata sinistra. »Et quia per inquisitionem huiusmodi ... ipsum de praedictis comperimus infamatum ... et negligere non possumus quin super his ulterius procedatur, ... inquisitionem super praemissis ... decernimus faciendam.« VII id. Febr. a° 1°. ‖ Ciaconii Vitae pont. Roman. II. 150. — »Licet dilectum filium.«
» 7	»	* (18227a) Mimatensi episcopo mandat, ut de criminibus, quibus episcopus Ruthenensis infamabatur, inquirat. VII id. Febr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1109.
» 9	»	(18228) Priori fratrum Praedicatorum Florentinorum mandat, ut Castrae Gualfredi civi Florentino eiusque familiae ex alias restituendis pecuniis pro sustentatione, ne mendicare cogantur, loco pauperum distribuat. V id. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 417. n° 3. — »Dilectus filius Castra.«
» 15	»	(18229) Iudicibus, scabinis, consulibus, iuratis, magistris et universitati civium Coloniensium concedit, ut per litteras apostolicae sedis aut legatorum eius extra civitatem suam in causam trahi nequeant. XV kal. Mart. a° 1°. ‖ Ennen Quellen II. 447. n° 430. — »Puritas fidei quam.«
» 18	»	(18230) (Brunoni) episcopo Olumucensi scribit, se priori et capitulo ecclesiae dominici Sepulchri Hierosolymitani ord. s. Aug. indulsisse, ut ipsi, priores aut rectores aut fratres prioratuum, ecclesiarum, domorum et membrorum suorum ad contribuendum in collectis, talliis aut pecuniae summis *etc.* minime teneantur nec ad id compelli aliquatenus possint. Mandat ei, ne permittat, ut illi contra huius concessionis tenorem indebite molestentur. XII kal. Mart. a° 1°. ‖ Nakielski Miechovia 184. — »Circa sanctam.«
» 20	»	(18231) Abbati et conventui monasterii de Garda Dei Cisterc. ord. Caturcens. dioc. concedit, ut possessiones ac bona a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus petere, recipere ac retinere possint, feudalibus duntaxat exceptis. X kal. Mart. a° 1°. ‖ Gallia christ. I. instr. 47. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 20	»	(18232) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis nunciat, se b. Riccardum quondam episcopum Cicestrensem mirabilem in festo b. Vincentii XI kal. Febr. (*i. e.* 19. Febr.) sanctorum catalogo »cum celebri gaudio« adscripsisse, eisque mandat, ut III non. Apr. (*i. e.* 3. Apr.) »celebriter eius festa celebria modulatis vocibus et cordibus annis singulis« celebrent. X kal. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. (ed. 1673) I. 149; Wilkins Concil. I. 743; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 682; Bzovius Ann. eccles. ad a. 1262

1262.

		§ 4. XIII. 676; Cherubini Bullar. I. 120; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1262 § 24—26. — »Exultet angelica turba.«
Febr. 22	Viterbii	(18233) Archiepiscopis et episcopis per Angliam constitutis mandat, ut fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli ecclesias construendi, divina officia celebrandi, necnon liberam habendi sepulturam concedant licentiam. VIII kal. Mart. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 26. n° 5. — »Pietatis opus agi.«
» 25	»	(18234) Archiepiscopo Cantuariensi, episcopo Norwicensi et Iohanni Mansell thesaurario Eboracensi capellano suo mandat, ut (Henricum) regem et (Alienoram) reginam Angliae, Edwardum et Edmundum eorum filios absolvant a iuramentis quoad observationem quorundam statutorum, ordinationum et colligationum factorum in diminutionem potestatis regiae. V kal. Mart. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 70. — »Cum olim ut.«
» 28	»	(18235) Archiepiscopo Bituricensi concedit, ut sex clerici eius obsequiis insistentes fructus et proventus praebendarum et beneficiorum suorum, exceptis duntaxat quotidianis distributionibus, percipiant nec ad residentiam coarctari possint. II kal. Mart. a° 1°. ‖ Gallia christ. III. animadv. ad tom. II. — »Etsi firmi propositi.«
» 28	»	(18236) Priori S. Michaelis de Bosco prope Bononiam et Iacobo Cathalani capellano suo canonico ecclesiae Bononiensis causam monialium monasterii s. Dominici Imolensis ord. s. Aug. secundum instituta fratrum Praed. viventium super earum immunitate solvendi nullum subsidium episcopo Imolensi vertentem committit decernendam. II kal. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 42. n° 59. — »Sua nobis dilecte.«
Mart. 1	»	(18237) Abbati monasterii Prüveningen Ratisbonens. dioc. mandat, ut causam inter monasterium s. Emmerami Ratisponensis et Rudigerum dictum Ungarum, Wernerum, Ulricum de Eckemill dapiferum et alios laicos super decimis, terris et rebus aliis vertentem debito fine decidat. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 184. n° 84. — »Conquesti sunt nobis.«
» 3	»	* (18238) Cantorem ecclesiae Pataviensis in causa monasterii Altahensis [Niederaltaich] contra Albertum de Hals et consortes eius super decimis ecclesiae s. Mauricii iudicem delegat. V non. Mart. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 178.
» 6	»	(18239) Episcopo Narniensi mandat, ut Narnienses ab occupando castro S. Gemini deterreat, potestatemque eorum et capitaneum personaliter, consiliarios autem et commune per syndicum coram papa comparere faciat. II non. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 142. n° 265; *sine nota chronol.* Schirrmacher Die letzten Hohenstaufen 628. n° 25. — »Quia nimis excresceret (exercetur« *Sch.*)
» 6	»	* (18240) Abbati monasterii Cluniacensis indulget, ut ipse et eius successores monachos ordinis sui fugitivos et apostatas capere et ad suum coenobium reducere possint, requisito super hoc, si opus fuerit, brachii saecularis auxilio. II non. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 131.
» 7	»	(18241) Monasterii Domus Consilii [Rathhausen] Constantiens. dioc. tutelam suscipit, eius possessiones ac bona confirmat eique aliquot privilegia concedit. Non. Mart. ind. V. incarn. dom. a° 1261. pont. a° 1°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 58. — »Religiosam uitam eligentibus.«
» 7	(»)	* (18242) Bulle du pape Urbain IV, ordonnant à l'abbé de St.-Arnold de pourvoir Jean de Corri (Koerich?) du premier bénéfice vacant en l'archevêché de Trèves, et de le nommer chanoine en cette église, et ce sur la demande des comtes de Bar et de Luxembourg. Non. Mart. a° 1°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 91. n° 222.
» 10	»	* (18243) Archiepiscopis et episcopis mandat, ne rectores ecclesiarum et diocesium suarum clericos deterreant a mandatis, quae a conservatoribus privilegiorum a sede apostolica ordini Cluniacensi concessorum implenda recipiunt. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 131.
» 11	»	(18244) Abbati S. Michaelis in Antwerpia Praemonstr. ord. Camerac. dioc. mandat, ut abbatissam et conventum monasterii in Reinsburch ord. s. Ben. Traiectens. dioc. defendat ab illis, qui eis super possessionibus et aliis bonis molestias et torturas inferunt. V id. Mart. a° 1°. ‖ Oorkondenb. van Holland II. 42. n° 84. — »Etsi quibuslibet ecclesiis.«
» 11	»	(18245) Hugoni abbati Praemonstratensi et ceteris abbatibus et canonicis Praemonstr. ord. universis regulares institutiones et dispositiones, quas de consensu communi fecerunt, confirmat. V id. Mart. indict. V. incarn. dom. a° 1261. pont. a° 1°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 685. n° 100, *ubi* Clementi pp. *erronee inscribitur.* — »In eminenti apostolicae.«
» 11	»	(18246) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliarum ecclesiarum praelatis praecipit, ut illos, qui possessiones *etc.* hospitalis s. Lazari leprosorum Ierosolimitani ord. s. Aug. irreverenter invaserint *cet.*, excommunicationis sententia percellant, aut ab officio et beneficio suspendant. V id. Mart. a° 1°. ‖ Der Geschichtsfreund XII. 6. — »Non absque dolore.«

		1262.
Mart. 12	Viterbii	(18247) Eisdem praecipit, ut fratres praefati hospitalis in ecclesiis ammonere populum et eleemosynas libere quaerere permittant *etc.* IV id. Mart. a° 1°. ‖ Der Geschichtsfreund XII. 7. — »Cum dilectis filiis.«
» 15	»	(18248) Decano ecclesiae Herefordensis mandat, ut ea quae de bonis prioratus de Durhurst, ad monasterium s. Dionysii in Francia pleno iure spectantis, ord. s. Ben. Wigorniens. dioc., alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. Id. Mart. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St.-Denys 602. — »Pervenit ad audientiam.«
» 15	»	(18249) Archiepiscopo Cantuariensi mandat, ut fratres ordinis b. Mariae de Monte Carmeli in Anglia constitutos opportuno favore prosequatur. Id. Mart. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 26. n° 6. — »Sub religionis habitu.«
» 18	»	(18250) Fratri Rorico de Wernesperg ord. Minor. in conventu Treverensi, Boemundo canonico Treverensi et magistro Alberto de Parma scriptori et nuntio suo mandat, moneant Henricum Treverensem electum, ut Petro Benencasae ac Dino Perini mercatoribus Florentinis 2000 marcarum sterlingorum nomine camerae apostolicae solvat infra octavas b. Iohannis bapt.; alioquin contra eum procedant ad excommunicationem. XV kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 435. n° 21. — »Intellecto quod Henricus.«
» 18	»	(18251) Archidiaconum et canonicos dictos Cardinales Ravennatis ecclesiae sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. XV kal. Apr. indict. V. incarn. dom. a° 1262(!). pont. a° 1°. ‖ Fantuzzi Mon. Ravenn. II. 215. n° 118. — »Quotiens illud a.«
» 18	»	(18252) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui in die dedicationis ecclesiae monasterii de Honore b. Mariae iuxta Felines Cisterc. ord. Atrebatens. dioc. *etc.* ad eam causa devotionis accesserint, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. XV kal. Apr. a° 1°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 154. n° 141. — »Vite perennis gloria.«
» 20	»	(18253) Fratribus ord. Praed. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi deputatis mandat, ut inquisitionis officium efficaciter prosequi et exequi studeant. XIII kal. Apr. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 119; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1262 § 3. XIII. 674; Matthaeus Summa 18; Ripolli Bullar. Praed. I. 417. n° 4; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 687. — »Licet ex omnibus.«
» 21	»	(18254) Fratribus ord. Minorum inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione b. Francisci deputatis formam praescribit, qua contra haereticos procedere debeant. XII kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 437. n° 22. — »Licet ex omnibus.«
» 23	»	(18255) (Guilelmo) magistro et fratribus ordinis s. Mariae de Mercede sub regula s. Aug. concedit, ut possessiones, terras et alia bona tam mobilia quam immobilia possint petere ac retinere vel vendere pretiumque in suam utilitatem convertere, non minus quam si in saeculo permansissent. X kal. Apr. a° 1°. ‖ Linàs Bullar. 13. — »Cum ex parte.«
» 23	»	(18256) Priori provinciali fratrum ord. Praedic. in Lombardia mandat, ut eligat octo fratres suae provinciae eisque praecipiat, ut inquisitionis officium in Lombardia et marchia Ianuensi diligenter exequantur. X kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 419. n° 5. — »Licet ex omnibus.«
» 23	»	• (18256a) Littera continens conditiones et modum, sub quibus regnum Siciliae, ducatus Apuliae, Capitanatae et Calabriae ac totius terrae, quae est citra Pharum, fuit Carolo Andegaviae et Provinciae comiti traditum et sub annuali censu, quem singulis annis facit et facere debet ecclesiae Romanae ratione dicti regni, videlicet 2000 unciarum auri ad pondus Romanum *etc.* X kal. Apr. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 105.
» 25	»	• (18257) Fratribus ordinis s. Mariae de Mercede sub regula s. Augustini omnia privilegia confirmat et plures indulgentias et gratias laicis habitum illorum in saeculo gestantibus et cum eo morientibus vel in mortis articulo saltem dictum habitum petendi intentionem habentibus noviter elargitur. VIII kal. Apr. a° (2°, *sed legas*) 1°. ‖ Linàs Bullar. 15.
» 27	»	(18258) Iohanni abbati monasterii Compendiensis Suessionens. dioc. concedit facultatem concedendi religiosis (apud S. Cornelium) hospitibus loquendi in mense. VI kal. Apr. a° 1°. ‖ Gallia christ. X. instr. 138. — »Sicut petitio tua.«
» 27	»	(18259) (Thomae) episcopo Castellano mandat, ut molestatores monialium inclusarum S. Mariae matris Christi de Venetiis ord. s. Dam. ab iniuriis desistere apostolica auctoritate compellat. VI kal. Apr. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 167; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 437. n° 23. — »Non absque dolore.«
» 30	»	(18260) Magistrum, fratres et hospitale s. Spiritus de Castro Monacensi ord. s. Aug. Frising. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum possessiones ac bona, domos, macella *etc.*, iura ac privilegia confirmat. III kal. Apr. indict. V. incarn. dom. a° 1262. pont. a° 1°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 58. — »Religiosam vitam eligentibus.«

		1262.
Mart. 30	Viterbii	(18261) Abbati de Prü-Uüngen Ratisbonens. dioc. mandat, ut abbatem et conventum monasterii s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. adversus praedonum et invasorum audaciam defendat. III kal. Apr. a° 1°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 185. n° 85. — »Pium esse dinoscitur.«
» 31	»	(18262) (Eberhardo) Wormaciensi et (Henrico) Spirensi episcopis et abbati de Rodinkirken Praemonstr. ord. Maguntinens. dioc. mandat, ut in negotio inquisitionis contra H(enricum) Treverensem electum simonia, sacrilegio, periurio, homicidio et aliis diversis criminibus irretitum sine difficultate et dilatione procedant. II kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene Ampl. collect. IV. 470. — »Contra H. Treverensem.«
» 31	»	(18263) Decano et thesaurario ecclesiae Frankinvordensis Magunt. dioc. mandat, ut causam inter Reinhardum dominum de Hagenowe [Hanau] patronum ecclesiae in Babenhusen ex parte una et Wigandum de Dudelnsheim et Geilingum milites ex altera super iure patronatus ipsius ecclesiae vertentem decidat. II kal. Apr. a° 1°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 127. — »Conquestus est nobis.«
» 31	»	• (18264) Monasterium in Sderaz tuendum suscipit, specialiter autem terras, vineas, domos *etc.* ei confirmat. II kal. Apr. a° 1°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 136. n° 352 *fragm.*
» 31	»	• (18265) Abbati Cluniacensi concedit licentiam construendi oratorium in domo, quam Cluniacense monasterium in civitate Parisiensi possidet, ita tamen ut episcopo Parisiensi vel parochiali ecclesiae nihil inde praeiudicii generetur. II kal. Apr. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 131.
Apr. 1	»	(18266) Monasterium b. Mariae V. ac s. Michaelis archangeli de Gerrot Mogunt. dioc. ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Kal. Apr. indict. V. incarn. dom. a° 1262. pont. a° 1°. ‖ Ioannis Tabular. spicileg. 460. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 5	»	(18267) Decano et capitulo Laudunensibus significat, se decernere, ut omnes personae, quae in diocesi Laudunensi in abbates monasteriorum ordinis Praemonstratensis eligantur, episcopo eiusdem diocesis subiectionem et obedientiam promittant. Non. Apr. a° 1°. ‖ Launoii Opp. V. 465. 542. 606.
» 6	»	(18268) Wilhelmo de Waltmanshuse gardiano fratrum Minorum in Wesel Treverens. dioc. et fratri Rorico de Warnesberch de ordine fratrum Minorum in conventu Treverensi scribit, se (Eberhardo) Wormaciensi et (Henrico) Spirensi episcopis et abbati monasterii de Rodinkirchen Praemonstr. ord. Mogunt. dioc. (d. 22. Nov. 1261) inquisitionem contra Henricum Treverensem electum super simonia, sacrilegio, periurio, homicidio *etc.* commisisse, illos autem hoc negotium neglexisse; mandat eis sub poena excommunicationis, ut in praefato negotio sollicite procedant. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 261 (ed. Wyttenbach II. 16); Hontheim Hist. Trevir. I. 743; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 437. n° 24. — »Venerabilibus fratribus nostris.«
» 6	»	(18269) Plebano ecclesiae s. Mariae in Confluentia Treverens. dioc. mandat, ut in negotio pedagii vel telonii, quod Henricus Treverensis electus de novo in flumine Rheni constituerat motu propriae voluntatis procedat, invocando ad hoc si opus fuerit auxilium brachii saecularis. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 474; Hontheim l. c. 745. — »Ad audientiam nostram.«
» 13	»	(18270) Magistrum, priores et fratres ordinis Praedicatorum in generali capitulo Bononiae congregatos obsecrat, ut piis orationum suarum praesidiis ei ipsi »qui regnantis in saecula per temporalem gladium vicarii facti sumus«, gratiae divinae suffragia impetrent, »humili supplicatione postulantes, ut eius admiranda potentia ... debilitatem nostram et robore fulciat et virtute perfundat.« Id. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 419; Gerbert Cod. epist. Rud. I. 25 (*ubi haec epistola male* Rudolfo I regi *tribuitur*); Martene Thes. anecd. IV. 1735; Fontana Monum. Dominic. 83; *absque not. chron.* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 251. — »In precelse (praeclarae *Mart., Font.*) dignitatis.«
» 13	»	(18271) Abbatibus, abbatissis et conventibus monasteriorum civitatis et diocesis Metensis ord. s. Ben. indulget, ut minime teneantur Philippo, qui se gerat pro episcopo Metensi, talleas vel exactiones aliquas aut quicquam aliud exhibere. Id. Apr. a° 1°. ‖ Tabouillot Hist. de Metz IV. I. 214. — »Vestrae pacis quaerentes.«
» 17	»	(18272) (Alphonso) regi Castellae et Legionis per magistrum R. notarium suum exposcenti, ut ad imperii Romani fastigium a papa evocetur eiusdemque coronam ex istius manibus suscipiat, rescribit perplexam admodum atque involutam causae aequitatem, cum ex adverso Richardus comes Cornubiae imperium sibi deberi contendat, nec summo in eum amori ita indulgere sibi non licere, ut inflexam iustitiae lancem non teneat; atque adeo de utriusque iure diligentius se cogniturum: »praesertium cum tam tui quam praefati comitis nuncii apud sedem apostolicam constituti se nolle in hoc ipsius sedis subire iudicium frequenter duxerint proponendum.« Dictum denique magistrum ad regem redeuntem ei commendat. XV kal. Mai. (a° 1°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 2;

1262.

cf. Böhmer Reg. a. 1246—1313. p. 326. nº 170; Dudík Iter Roman. 25. — »Cesserunt nobis ad.«

Apr. 17 Viterbii (18273) Generali et provincialibus prioribus presbyteris ordinis Eremitarum s. Aug. concedit facultatem, ut apostatas sui ordinis excommunicare aut capere possint. xv kal. Mai. aº 1º. ‖ Empoli Bullar. 366; Wilmans Westfäl. UB. III. 359. nº 689. — »Provisionis vestrae (nostre *Wilm.*) cupimus.«

» 18 » (18274) Revocat concessionem monasterii s. Sixti Placentini ord. s. Ben. abbatissae et conventui monasterii s. Francisci Placentin. ord. s. Dam. factam et monasterium ipsum monachis reddit. xiv kal. Mai. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 438. nº 25. — »Petitionis vestrae series.«

» 18 » (18275) Abbati monasterii s. Savini Placentini mandat, compellat conventum Damianitarum, ut abbati et conventui S. Sixti litteras Alexandri IV, confirmationem ac processum pro dicto monasterio editum continentes reddant. xiv kal. Mai. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 439. nº 26. — »Petitio dilectorum filiorum.«

» 19 » (18276) (Philippo) episcopo Mutinensi mandat, compellat b. m. Zoeni Avinionensis episcopi pecuniae detentores, ut eandem executoribus testamenti assignent, et faciat ut canonici Avinionenses instrumenta ea de re illis exhibeant. xiii kal. Mai. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 440. nº 27. — »Sua nobis dilecti.«

» 20 » (18277) Rato habito divortio Otacari regis Bohemiae atque Margaretae, cum eodem rege eiusque nova coniuge Kunigunda dispensat, ut consanguinitate et affinitate eorum non obstante in contracto matrimonio licite remaneant. xii kal. Mai. aº 1º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 332; Erben Reg. Bohem. II. 137. nº 355, *omisso initio*; *cf.* Palacky Reise 38. nº 280. — »Cum summus pontifex.«

» 22 » (18278) (Brunoni) episcopo et capitulo Olomucensibus privilegia antiqua a P(remyslao) rege Boemiae renovata, quibus eorum ecclesiae possessiones, sive sint in Boemia sive in Moravia, ab omni genere tributorum, vectigalium, collectarum *etc.* absolvuntur *etc.*, confirmat. x kal. Mai. aº 1º. ‖ Boczek l. c. 334; *cf.* Erben l. c. 138. nº 356. — »Iustis petentium desideriis.«

» 24 » (18279) Sepulturam ecclesiae in Sderacz liberam esse decernit. viii kal. Mai. aº 1º. ‖ Erben l. c. nº 357. — »Dilecti in Domino.«

» 25 » (18280) Praeposito et fratribus dominici Sepulchri de Sderaz ord. s. Aug. Pragens. dioc. indulget, ut ad exhibitionem procurationum vel cuiuscunque subsidii faciendam archiepiscopis vel episcopis *etc.* minime teneantur. vii kal. Mai. aº 1º. ‖ Dobner Monum. IV. 268; Erben l. c. nº 358 *fragm.* — »Pro re delectabili.«

» 26 » (18281) Eisdem indulget, ut in ecclesiis quas in Olomucensi civitate ac diocesi obtinent, per fratres domus suae presbyteros possint facere deserviri, non obstante contradictione (Brunonis) Olomucensis episcopi. vi kal. Mai. aº 1º. ‖ Dobner l. c. 267; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 309; Erben l. c. nº 360 *fragm.* — »Pro re delectabili.«

» 26 » • (18282) Ecclesiae Pragensi litteras ipsi a Premyslao Ottacaro rege Bohemiae aº 1221. d. 2. Iul. datas et iam aº 1222 ab Honorio pp. III confirmatas denuo confirmat. vi kal. Mai. aº 1º. ‖ Erben l. c. 139. nº 361.

» 26 » (18283) (Iacobo) Aragonum regi, qui ad tractandam concordiam inter Manfredum quondam principem Tarentinum et ecclesiam Romanam personaliter partes suas interpositurus erat, summotenus explanat eiusdem Manfredi multiplices ac importabiles offensas, quas contra Deum et matrem ecclesiam continuando multiplicet. Rogat et hortatur regem, ut suggestionibus sinistris eius, qui post Tarentinum principatum ipsi ab ecclesia nullis eius meritis concessum ecclesiae ditionem invasisset, Sarracenis se coniunxisset, ad catholicos ecclesiae studiosos proterendos Siciliam conficta Conradi nepotis sui morte occupasset, nonnullos barones praefati regni crudeliter interemisset, ecclesias vexasset, nec praestet auditum, nec ipsius fraudibus se patiatur involvi. Demum regem a contrahendo matrimonio inter primogenitum suum et filiam memorati Manfredi abducere nititur proponens, quantam labem suo generi ex eo inureret. vi kal. Mai. (aº 1º). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 9—15; *germanice* ap. v. Raumer Gesch. d. Hohenstaufen IV. (1857) 281. — »Dilectus filius frater.«

» 26 » (18284) (Iohanni) episcopo Pragensi committit, ut defendat fratres domus dominici Sepulchri de Sderaz contra decanum capitulumque Olomucenses, qui Brunensem, Znoemensem et Betonensem ecclesias ad dictam domum pleno iure spectantes indebitis exactionibus aggravant et molestant. vi kal. Mai. aº 1º. ‖ Dobner Monum. IV. 268; Boczek l. c. 310; Erben l. c. nº 359 *fragm.* — »Dilecti filii praepositus.«

» 27 » • (18285) Abbatissae et conventui monasterii s. Georgii in castro Pragensi libertates et exemptiones a saecularibus exactionibus monasterio eidem et eius hominibus a rege Wenceslao concessas confirmat. v kal. Mai. aº 1º. ‖ Erben l. c. nº 362.

» 27 » (18286) Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. concedit, ut illis privilegiis, quibus propter negligentiam uti hactenus omiserunt, dum-

1262.

modo non sit eis per praescriptionem vel alias legitime derogatum, uti de cetero libere valeant. v kal. Mai. aº 1º. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 193. nº 353, *ubi* Urbano III *perperam inscribitur.* — »Licet sicut lecta.«

Apr. 27 Viterbii • (18287) Urbain donne à Thibaut comte de Champagne pleine liberté dans le choix d'un confesseur. Ce confesseur pourra valablement absoudre Th. de tous les cas non réservés. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 509. nº 3270.

» 28 » (18288) Decano et capitulo ecclesiae Xanctensis Coloniens. dioc. omnes libertates, immunitates necnon bonas consuetudines confirmat. iv kal. Mai. aº 1º. ‖ Binterim Erzdiöcese Köln III. 289. nº 151. — »Iustis petentium desideriis.«

» 28 » (18289) Scolastico ecclesiae Coloniensis de superiore epistola significat eique mandat, ut illos a molestatoribus defendat. iv kal. Mai. aº 1º. ‖ Binterim l. c. 291. nº 153. — »Cum dilectis filiis.«

» 30 » • (18290) Urbain accorde à Thibaut comte de Champagne le privilége suivant: Personne ne pourra excommunier ledit Th., sa femme ou mettre sa terre en interdit sans mandat spécial du Siége apostolique. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 509. nº 3271.

Mai. 3 » (18291) Magistro Petro de Pontecurvo mandat, ut pecuniam in Ungaria et Polonia collectam (Brunoni) Olomucensi episcopo assignet. v non. Mai. aº 1º. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 140. nº 365; *cf.* Palacky Reise 38. nº 281. — »Praesentium tibi auctoritate.«

» 3 » (18292) (Brunoni) episcopo Olomucensi ad ea quae suadebat respondet mandatque, ut a magistro Petro de Pontecurvo pecuniam ecclesiae Romanae debitam recipiens Venetias transmittat. v non. Mai. aº 1º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 336; Erben l. c. 140. nº 364 *fragm.*; *cf.* Palacky l. c. nº 282. — »Litteras quas nuper.«

» 3 » (18293) Episcopo Segoviensi mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Mariae de Hortis Segov. dioc. Praemonstr. ord. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. iii die(?) Maii aº 1º. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 103. — »Ad audientiam nostram.«

» 4 » (18294) Decano et capitulo ecclesiae Xanctensis Coloniens. dioc. liberam concedit facultatem proferendi interdicti vel anathematis sententiam in raptores et iniuriatores ecclesiae suae et illos, qui possessiones et iura ipsius ecclesiae illicite praesumpserint detinere *etc.* iv non. Mai. aº 1º. ‖ Binterim Erzdiöcese Köln III. 290. nº 152. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 5 » (18295) Fratri Iohanni de Cancia ord. Minor. mandat, ut quidquid de censu ab (Henrico) rege Angliae ecclesiae Romanae debito vel etiam aliunde de pecunia Romanae ecclesiae receperit, Deutavivae Guidi et Raynerio Bonaccursi sociis Rollandi Bonsignoris *etc.* mercatorum Senensium assignet. iii non. Mai. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 441. nº 28. — »Discretioni tuae praesentium.«

» 5 » (18296) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, ut privilegia, indulgentias et libertates fratribus Cisterciensis ordinis a sede apostolica concessa de cetero observantes ab eorum coactione et molestia penitus quiescant. iii non. Mai. aº 1º. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 24ᵛ; Meschet Privil. 52; Fejér Cod. dipl. VII. v. 326; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561. — »Dilecti filii abbas.«

» 5 » (18297) Universis hominibus castri Ariciae Albanensis dioc. interdicit, ne ius vel iurisdictionem in ipso castro vendere, donare, in feudum concedere aut alienare quomodolibet praesumant. iii non. Mai. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 143. nº 266. — »Nolentes ut Romana.«

» 6 » (18298) Fratri Andreae de Tuderto ord. fr. Minor. inquisitori haereticae pravitatis praescribit, quomodo disponendae sint 240 librae novorum Senen. minutorum, quae ad eius manus de bonis Leonardi Vinigiani haeretici pervenerunt. ii non. Mai. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 441. nº 29. — »Cum sicut ex.«

» 6 » (18299) Abbati et conventui monasterii s. Crucis de Waltham ord. s. Aug. Londoniens. dioc. inhibet, ne ad aliquorum instantiam vel mandatum monasterium suum vel bona eius obligare aliquibus creditoribus de cetero praesumant. ii non. Mai. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. ii. 72. — »Ecclesiarum utilitatibus tunc.«

» 6 » (18300) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus universis Cisterciensis ordinis privilegia ab Honorio et Alexandro pp. praedecessoribus eis concessa confirmat ac indulget, ut per revocationem plurium privilegiorum ab Alexandro IV factam nullum libertatibus ordinis praeiudicium generetur. ii non. Mai. aº 1º. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 25ᵇ; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561. — »Sacre vestre religionis.«

» 7 » (18301) (Theobaldum) regem Navarrae hortatur, ut Felicium abbatem S. Petri de Cella Trecensi [Montier-la-Celle] ord. s. Ben. consanguineum suum et dictum monasterium cum membris, hominibus et rebus aliis eius habeat commendatos. Non. Mai. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 2; *cf.* Gallia christ. XII. 546B; Jubainville Comtes de Champagne V. 509. nº 3272. — »Circa curam quarumlibet.«

1262.

Mai. 7 Viterbii (18302) Priore et fratribus domus Eremitarum de Brictinis ord. s. Aug. Fanens. dioc. petentibus statuit, ut in eadem domo vita eremitica perpetuis temporibus observetur. Non. Mai. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 367. — »Solet annuere sedes.«

» 7 » (18303) Archiepiscopis et episcopis . . . et aliis ecclesiarum praelatis de epistola Generali et provincialibus prioribus ord. Eremit. s. Aug. data 1262. Apr. 17 (*vid.* n° 18273) significat eisque mandat, ut huiusmodi apostatas evitent et a suis subditis faciant evitari. Non. Mai. a° 1°. ‖ Empoli l. c. 367. — »Provisionis nostrae cupimus.«

» 7 » (18304) Abbatibus et praepositis ordinis Praemonstratensis notum facit, se statuere ut nullus Praemonstratensium sibi alium confessorem eligere possit praeter eum, qui vel ab abbate vel a visitatore vel circatore annuo designatus fuerit. Non. Mai. a° 1°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 686. — »Provisionis vestrae debet.«

» 7 » (18305) Eorundem arbitrio iudicium necessitatis fratrum circa esum carnis relinquit. Non. Mai. a° 1°. ‖ Le Paige l. c. 686. — »Cum sicut petitio.«

» 8 » (18306) Generali ac ceteris prioribus et fratribus presbyteris ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit facultatem audiendi confessiones suorum confratrum, familiarium aliorumque Christifidelium. VIII id. Mai. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 27. n° 7. — »Vobis ad hoc.«

» 9 » • (18307) Monasterio Brewnoviensi transsumptum litterarum regis Boemiae, in quibus tenor privilegii eidem monasterio a papa Iohanne concessi et largitio quarundam libertatum indultarum ab eodem rege nonnullis hominibus ipsius monasterii continentur, confirmat. VII id. Mai. a° 1°. ‖ Ziegelbauer Hist. monast. Brevnov. 261; Erben Reg. Bohem. II. 141. n° 366.

» 11 » (18308) Consules et communitatem Lubicenses, sperans quod ad eripiendos Ericum regem Daciae, Margaretam reginam matrem eius, episcopum Sleswicensem et alios captivos de manibus Gerardi et Iohannis comitum Holtsaciae necnon ad tuitionem regni praefati appositūri sint consilium et auxilium, rogat et hortatur, ut contra dictos comites ea facere studeant, quae huiusmodi negotio viderint profutura, exercitum etiam contra ipsos, si opus fuerit, congregando. V id. Mai. a° 1°. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 241. n° 262; Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 502. n° 20. — »Non sine mentis.«

» 11 » (18309) Capitulo Ratisponensi significat, se, cum Ratisponensis ecclesia per cessionem Alberti quondam episcopi vacet, maiorem praepositum magistrum Leonem electum eidem ecclesiae praefecisse in episcopum, eisque mandat, ut eidem electo obedientiam exhibeant. V id. Mai. a° 1°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 464. — »Cum instantia nostra.«

• *In eundem modum* Clero — Populo civitatis et diocesis — Ministerialibus et vasallis ecclesiae Ratisponensis.

» 11 » (18310) Ministro provinciali fratrum Minorum marchiae Tarvisinae mandat, ut miserabilem statum Terrae sanctae per dictam marchiam et alia loca, per quae eius administratio se extendat, Christifidelibus diligenter exponat eosque ad subventionem illius inducat *etc.* V id. Mai. a° 1°. ‖ Verci Marca Trivigiana II. docum. 53. n° 116. — »Clamat instanter ad.«

» 11 » (18311) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ne primitias aut decimas de terris suis ante concilium generale acquisitis, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, nec de hortis *etc.* persolvant. V id. Mai. a° 1°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 26 b; Meschet Privil. 55; Montanbon Des privil. de Cîteaux 304; Fejér Cod. dipl. IV. III. 85. — »Deuotionis augmentum vobis.«

» 11 » (18312) Repetit Innocentii IV pp. n° 15482 d. d. 1254. Aug. 8: »V id. Mai. a° 1°« — »Magna magnalia de.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 420. n° 7.

» 11 » • (18313) Decanum ecclesiae Ratisponensis in causa abbatis Waldsassensis contra monasterium de Reichenbach ius patronatus ecclesiae seu capellae in Hohenstein concernente iudicem delegat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 184.

» 11 (») • (18314) Urbano IV scrive una bolla al provinciale della religione Francescana in Lombardia, con cui lo esorta a pubblicar la crociata per Terra Santa. ‖ Manzano Annali del Friuli III. 47.

» 12 » (18315) Priori de Kylwynyn Glasguens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Passelet alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. IV id. Mai. a° 1°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 419. — »Ad audientiam nostram.«

» 14 » (18316) Castrum s. Gemini eiusque territorium, ecclesias et habitatores ab omni iurisdictione Narniensium eximit et sedi apostolicae submittit. II id. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 143. n° 267. — »De studio providentie.«

» 14 » (18317) Repetit mutato initio Innocentii IV pp. n° 14926 d. d. 1253. Mart. 25: »II id. Mai. a° 1°« — »Cum felicis recordationis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 420. n° 8.

1262.

Mai. 15 Viterbii (18318) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia concedit facultatem absolvendi a voto crucis omnes crucesignatos hactenus in subsidium Terrae sanctae et crucesignandos, qui propter infirmitatem aut debilitatem impotentes fuerint ad pugnandum vel transfretandum. Id. Mai. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 421. n° 9. — »Cum predicationem crucis.«

» 15 » (18319) Rodulpho de Vroburc mandat, ut »abbatissae et conventui monasterii de Orto Dei [Olsberg] Cisterc. ord. Basiliens. dioc. praesidio defensionis assistens non permittat, eas in personis et bonis suis ab aliquibus indebite molestari.« Id. Mai. a° 1°. ‖ Urkundio. Beitr. zur vaterländ. Geschichtforschung I. (Solothurn. 1857. 8°) 174, *perperam ad a.* 1261. — »Vacantibus sub religionis.«

» 15 » (18320) Abbatissis et conventibus monialium universis Cisterciensis ordinis concedit, ut privilegiis et indulgentiis generaliter ordini eorum ab apostolica sede concessis libere uti possint. Id. Mai. a° 1°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 26; Meschet Privil. 53; Liljegren Svenskt diplom. I. 408. n° 480; Der Geschichtsfreund II. 61; *cf.* Celse Appar. 81. n° 3; Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561. — »Meritis sacre vestre.«

» 15 » (18321) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Datia praecipit, ut mandatum apostolicum super colligenda pro subsidio Terrae sanctae pecunia, ne illius dilatione subsidium retardetur, celeriter exequatur. Id. Mai. a° 1°. ‖ Liljegren l. c. 409. n° 481. — »Cum tibi super.«

» 15 » (18322) Universis ecclesiarum praelatis et rectoribus magistrum Petrum de Pontecurvo clericum capellae suae archidiaconum Gradicensem iamdudum in Boemiae ac Poloniae partibus apostolicae sedis nuncium Romam redeuntem commendat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 141. n° 367; *cf.* Palacky Reise 38. n° 203. — »Cum dilectum filium.«

» 15 » (18323) Eisdem mandat, ut pecuniam, si quam magister Petrus de Pontecurvo eis transferendam assignaverit, recipiant et per securas fidelesque personas transferri faciant. Id. Mai. a° 1°. ‖ Erben l. c. n° 368 *fragm.*; *cf.* Palacky l. c. n° 204.

» 15 » (18324) Ministro provinciali fratrum Minorum Bononiensium repetit n° 18310 d. d. 1262. Mai. 11: »Id. Mai. a° 1°« — »Clamat instanter ad.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 442. n° 30.

» 15 » • (18325) A l'archidiacre de Ponthieu et à M. Girard de Goignely chanoine de Rheims demeurant à Paris, pour faire contraindre tous les maîtres, régents et écoliers de l'Université, laquelle s'était engagée pour la poursuite de ses affaires communes jusqu' à la somme de 600 livres, le tout par rigueur de censure et sans appel. Id. Mai. a° 1°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 28. n° 199.

» 17 » (18326) Generali, ceteris prioribus ac fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit facultatem recipiendi loca ubi eis fuerint collata, ibique exstruendi ecclesiam cum campanili, celebrandi divina officia ac habendi sepulturam. XVI kal. Iun. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 25. n° 4. — »Speciali gratia et.«

» 18 » (18327) (Iohanni) episcopo Paduano privilegium, quod Innocentius pp. II d. 28. Iun. 1133 Bellino Paduano episcopo de possessionibus et bonis Paduanae ecclesiae *etc.* concesserat, quod autem nimia incipiebat vetustate concidi, renovat eius tenorem de verbo ad verbum inserens. XV kal. Iun. a° 1°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 138. n° 121. — »Privilegium quod felicis.«

» 20 » (18328) Abbatissam et conventum S. Mariae ad moniales Trecenses ord. s. Ben. rogat, desiderans ad exemplum Gregorii Magni et Gregorii IX paparum ecclesiam in domo sua paterna aedificare illamque in honorem b. Urbani martyris cultui divini nominis deputare, ut hanc domum quam monasterio earum pro remedio animarum parentum multo ante donationis titulo concesserat, cum omnibus iuribus et pertinentiis Ioanni Garsiae capellano suo et Theobaldo de Acenai civi Trecensi procuratoribus suis vendant pro competenti pretio in alias possessiones ad opus dicti monasterii convertendo. XIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 3. — »Redemptor et salvator.«

» 21 » (18329) Priori provinciali fratrum Praedic. in Lombardia concedit facultatem absolvendi omnes illos, qui pro violenta iniectione manuum in viros religiosos et clericos saeculares inciderint in canonem sententiae promulgatae *etc.* XII kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 421. n° 10. — »Cum predicationem crucis.«

» 21 » (18330) Eidem mandat, ne permittat, ut crucesignati et crucesignandi pro Terrae sanctae subsidio contra privilegia eis a sede apostolica concessa ab aliquibus indebite molestentur. XII kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 421. n° 11. — »Cum predicationem crucis.«

» 21 » (18331) Ministro generali ordinis Minorum pro praedicatione crucis in subsidium Terrae sanctae amplas tribuit facultates absolvendi, dispensandi *etc.* XII kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 443. n° 31. — »Cum praedicationem crucis.«

» 21 » (18332) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Polonia mandat, inducat fideles per terram Poloniae exhortationibus, ut ad succurrendum Constantinopolitano imperio ac Latinis morantibus in eodem, quinimmo ad imperium ipsum eripiendum de manibus

1262.

adversariorum contra Palaeologum schismaticum, »qui Graecorum imperatorem vocari se facit,« et fautores ipsius festinanter exsurgant. xii kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 422. n° 12; A. Mosbach Wiadomości do dziejów Polskich z archivum prowincyi Szląskiéj. (Wrocław 1860. 8°) 23. — »Orta est nobis.«

(Mai. 21) (Viterbii) (18333) Ministro provinciali ordinis fratrum Minorum in regno Franciae *in eundem modum, verbis competenter mutatis. Sine temporis nota.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 34—37; Wadding Ann. Minor. IV. 175; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 444. n° 33. — »Orta est nobis.«

» 22 » (18334) Priori generali et fratribus Eremitarum de Monte Carmeli declarationem, correctionem et mitigationem regulae ab Innocentio praedecessore factam confirmat. xi kal. Iun. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 27. n° 8. — »Cum a nobis.«

» 23 » (18335) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Polonia concedit facultatem largiendi omnibus, qui de bonis suis pro subsidio Terrae sanctae congrue ministrabant, indulgentiam quae praedictae terrae succurrentibus in generali concilio est concessa. x kal. Iun. a° 1°. ‖ Mosbach l. c. 24. — »Discretioni tue de.«

» 25 » (18336) Priori et fratribus domus Eremitarum Senensibus ord. s. Aug. concedit, ut de usuris, rapinis et aliis male acquisitis usque ad summam 20 marcarum argenti recipere valeant. viii kal. Iun. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 368. — »Necessitatibus vestris benigno.«

» 28 » (18337) Decano et capitulo ecclesiae Laudunensis quae »nos olim per nostrae successus aetatis fovit ut mater, pavit ut nutrix, protexit ut tutrix, edocuit ut magistra et sicut benefica honoravit«, indulget ut in omnes, qui eiusdem ecclesiae bona invaserint vel occupaverint, *etc.*, possint libere censuram ecclesiasticam proferre. v kal. Iun. a° 1° (5° *Marl. perperam*). ‖ A. Bellotte Ritus eccles. Laudunensis redivivi (observ.) 853; Marlot Metrop. Remens. II. 550; Marlot Hist. de Reims III. 809; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1261 § 8. — »Laudabile reputantes non.«

» 28 » (18338) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Aragonia repetit n° 18332 d. d. 1262. Mai. 21: »v kal. Iun. a° 1°« — »Orta est nobis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 423. n° 13.

» 29 (») (18339) Generali ministro et fratribus ordinis Minorum omnes libertates, immunitates et alias indulgentias confirmat. iv kal. Iun. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 503. n° 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 446. n° 34. — »Cum a nobis.«

» 30 » (18340) Ministro provinciali fratrum Minorum in Polonia mandat, ut propter visitationem, altarium vel monialium consecrationes aut alias iustas causas monasterium s. Clarae Wratislaviensis ord. s. Dam. ingrediatur. iii kal. Iun. a° 1°. ‖ Knoblich Herzogin Anna von Schlesien. Diplom. 29. n° 24. — »Paci et saluti.«

» 30 » (18341) Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, feudalibus dumtaxat exceptis, a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus petere recipere ac retinere possint. iii kal. Iun. a° 1°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St.-Pierre 194. n° 354, *ubi* Urbano III *male tribuitur.* — »Deuotionis vestre precibus.«

» 31 » (18342) Ministro provinciali marchiae Tarvisinae Minorum et priori Praedicatorum et Iacobo canonico Veronensi mandat, ut in illis ecclesiis civitatis et diocesis Veronensis, quae sunt in eo statu, in quo erant ante dissensionem dudum inter Veronenses exortam restaurent antiquum servitorum numerum. ii kal. Iun. a° 1°. ‖ Biancolini Chiese di Verona IV. 708 bis. — »Ex parte cleri.«

Iun. 1 » (18343) Potestatem et commune Assisinates rogat, ne abbatissae et conventui monasterii de Panzo ord. s. Dam. domum, quam eis quondam Philippus de Assisio capellanus apostolicae sedis legavit, auferant. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 447. n° 35. — »A vestra sollicite.«

» 1 » (18344) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia mandat, ut omnes redemptiones votorum crucesignatorum omniaque legata subsidio Terrae sanctae in Lombardia colligat et in aliquo tuto loco deponat. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 423. n° 14. — »Volumus et presentium.«

» 2 » (18345) (Haquinum) regem Norwegiae et (Magnum) natum eius hortatur, ut circa negotium contra Tartaros tam in Terra sancta, quam in regno Ungariae atque terra Poloniae prosequendum cogitent et illud iuxta formam per litteras Alexandri pp. praedecessoris eis traditam dirigant. iv non. Iun. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 43. n° 55. — »Solium apostolici culminis.«

» 3 » (18346) (Przemislao Otakaro) regi Bohemiae intimat, se magistrum Petrum capellanum et nuncium eius et regias litteras recepisse eumque laudat, quod ea quae circa negotium imperii Romani in Alemanniae partibus disponuntur, praesentiens per eundem nuntium sedi apostolicae ad eius et ecclesiae praemunitionem atque cautelam significare decrevit, »qualiter (Wernerus) archiepiscopus tibi et aliis principibus regni Theutoniae, ad quos Romani regis in imperatorem promovendi spectat electio, certum de novo diem et locum praefigere ac assignare curavit, quo personaliter conveniatis in unum de

1262.

electione ac creatione futuri regis ad invicem tractaturi, et qualiter etiam ... rumor insonuit, quod ... ad hoc tendit intentio, ut videlicet Conradus puer natus quondam Conradi filii quondam Friderici olim Romanorum imperatoris ad Romani culmen imperii sublimetur.« Tum scribit de praedicti Friderici eiusque progenitorum et posterorum cum sanguine derivata malitia *etc.* Denique regem hortatur, ut, si ullo unquam tempore electioni faciendae de rege Romanorum eum interesse contigerit, attente provideat, ne nominando vel eligendo praedictum puerum excommunicationis sententia involvatur. iii non. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 5—8; Erben Reg. Bohem. II. 142. n° 370; *cf.* Palacky Reise 38. n° 285; Böhmer Regest. von 1246—1313. p. 327. n° 173. — »Dilectum filium magistrum.«

(Iun. 3) (Viterbii) (18347) (Eberhardum) episcopum Constantiensem reprehendit, quod Chunradum puerum filium quondam Chunradi Friderici filii absque licentia sedis apostolicae sub sua tutela et protectione assumserit et magnis laboribus procuret, ut idem puer ad Romani apicem imperii eligatur et ipsius obtineat principatum. Hortatur eum sub poena suspensionis et excommunicationis, »quas ex nunc in te proferimus et quas eo ipso te incurrere volumus si contra huiusmodi nostrum praeceptum venire temptaveris«, ut nullo unquam tempore procuret per se vel per alium, ut idem Chunradus puer in regem vel imperatorem eligatur, nominetur vel quomodolibet assumatur, et sub eadem poena ei prohibet, ne ipsi Chunrado circa occupationem aliquarum terrarum ad Romanum imperium pertinentium consilio vel auxilio assistat. *Sine nota chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 422; Böhmer Acta imper. II. 681. n° 977. — »Patens est et.«

» 3 » (18348) (Wernero) episcopo Maguntino sub poena excommunicationis mandat, ut Conradum puerum natum quondam Conradi filii Friderici olim Romanorum imperatoris nullo umquam tempore in regem eligat nec nominet neque consentiat in eundem, »ita quod excommunicatus existas si contra mandatum nostrum facere vel venire presumpseris.« Aliis vero principibus coelectoribus suis tam ecclesiasticis quam secularibus firmiter inhibeat, ne ipsum ad hoc nominent vel eligant nec in eum consentiant, promulgando in eos excommunicationis sententiam, si contra hanc suam inhibitionem venire temptaverint. iii non. Iun. a° 1°. ‖ Marini Diplom. pontific. 57. A; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 691. — »Postquam supernus ille.«

* *In eundem modum* Trevirensi et Coloniensi archiepiscopis. ‖ *Cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 4.

» 3 » (18349) Archidiacono de Pontivo in ecclesia Ambianensi et magistro Gerardo Goignelin canonico Remensi Parisius commorantibus mandat, ne permittant ut magistri et scolares Parisienses super bonis suis ab aliquo indebite molestentur. iii non. Iun. a° 1°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 27. n° 188. — »Ne perfectum illorum.«

» 5 » (18350) (Ludovico) regi Franciae notum facit, se, ut imperium Constantinopolitanum et per consequens Terra sancta celerem et optatum speratae subventionis consequatur effectum, cum et barones et proceres et magnates Latinae gentis, qui principatus Achaiae ac Moreae aliarumque terrarum et insularum eiusdem imperii dominium obtinent, cum strenua multitudine bellatorum per terram, et dux ac commune Venetorum cum magnifico stolio galearum per partes maritimas ad resistendum occupatoribus eiusdem imperii praecipites et ad exhibendum omnibus dicto imperio succurrentibus passagium sine naulo sint parati, mittere ad eum Andream de Spoleto archidiaconum Paphensem capellanum suum pro acceleratione subventionis procuranda. Hortatur regem, ut dicto imperio et Venetis et Latinis ibidem morantibus dexteram suae protectionis extendat *etc.* Non. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 39—43; *cf.* 28. — »Si mater ecclesia.«

» 5 » (18351) Universis praedicatoribus verbi crucis pro Terrae sanctae subsidio ac executoribus eiusdem crucis concedit veniam peccatorum et privilegia, quae Terrae dictae succurrentibus in generali concilio sunt concessa. Non. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 424. n° 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 447. n° 36. — »Volentes labores vestros.«

» 5 » (18352) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia concedit facultatem compellendi executores testamentorum, qui legata in Terrae sanctae subsidium habere noscuntur, ut eadem ipsi assignent. Non. Iun. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 424. n° 16. — »Cum predicationem crucis.«

» 9 » (18353) Ministro provinciali fratrum Minorum marchiae Tarvisinae mandat, ut redemptiones votorum omnes crucesignatorum omniaque legata necnon omnes subventiones ex quacunque causa provenientes subsidio Terrae sanctae in marchia Tervisina integre colligat *etc.* v id. Iun. a° 1°. ‖ Verci Marca Trivigiana II. doc. 54. n° 117, *omisso initio.*

» 9 » (18354) Eidem concedit facultatem absolvendi a voto crucis omnes crucesignatos hactenus in subsidium Terrae sanctae, qui propter infirmitatem *etc.* secundum proprias facultates velint redimere vota sua. v id. Iun. a° 1°. ‖ Verci l. c. n° 118. — »Cum predicationem crucis.«

» 9 » (18355) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ut in monasteriis suis, quae a saecularium habitationibus remota sint, divina

1262.

officia alta voce, apertis ianuis *etc.* tempore generalis interdicti celebrare possint. v id. Iun. a° 1°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 27; Montanbon Des privil. de Citeaux 303; Meschet Privil. 54; Fejér Cod. dipl. IV. III. 91; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561. — »Devotionis augmentum vobis.«

Iun. 9 | Viterbii | (18356) (Serloni) archiepiscopo Nidrosiensi ac (Petro) Bergensi, ... Asloensi, ... Orcadensi et ... Stawangrensi episcopis scribit, Alexandrum pp. praedecessorem a christianis principibus, praelatis atque collegiis inter alia requisivisse, ut providerent, quibus modis quibusve remediis atque subsidiis ad resistendum Tartaris tam in Terra sancta quam in regno Ungariae atque terra Poloniae aliisque locis conflarentur in unum vires populi christiani, et usque ad octavam apostolorum Petri et Pauli nunc proximo praeteritum procuratores et nuncios sufficienter instructos ad sedem apostolicam destinarent. Hoc factum esse addit. »Sed quia dictus praedecessor noster iussus a Domino migrare de saeculo isto nequam positam omnibus legem impleverat,« cardinales, tunc praedicta sede vacante, occupati circa tractatus qui tunc eis de substitutione Romani pontificis imminebant, cum procuratoribus et nuntiis efficaciter procedere nequiverunt eosque dimiserunt. »Licet vos nuncios et procuratores vestros propter hoc ad praedictam sedem tarde miseritis, quod opinamur ex multa locorum distantia ... contigisse, ... eosdem benigne admisimus ... et ad vos cum memoratae sedis gratia duximus remittendos.« Mandat archiepiscopo et episcopis antedictis, ut circa praedictum negotium contra Tartaros prosequendum prudenter cogitent *etc.* v id. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 29–32. — »Sibi et gregi.«

» 11 | » | (18357) Generalem ac ceteros priores ac fratres Heremitas ord. s. Aug. hortatur, ut universos fratres ordinis Praedic., quos contra inhibitionem apostolicae sedis receperint, a suo consortio penitus repellant. III id. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 424. n° 17. — »Felicis recordationis Alexander.«

» 13 | » | (18358) Repetit Alexandri IV n° 16348 d. d. 1256. Apr. 29: »Id. Iun. a° 1°« — »Caelestis amor patriae.« ‖ Empoli Bullar. 368.

» 15 | » | * (18359) Decano ecclesiae s. Petri Laudunensis significat, se omnes libertates, immunitates, iura ac privilegia scabinis et universitati Yprensibus a Romanis pontificibus, imperatoribus *etc.* concessa auctoritate apostolica confirmasse. XVII kal. Iul. a° 1°. ‖ Diegerick Invent. 89. n° 103.

» 17 | » | * (18360) Praepositum et fratres ecclesiae dominici Sepulcri de Denckendorf ad ecclesiam Hierosolymitanam immediate spectantis ord. s. Aug. Constanciens. dioc. ab omni episcopali iurisdictione eximit *etc.* XV kal. Iul. a° 1°. ‖ Public. de la soc. hist. de Limbourg VI. 371.

» 20 | » | (18361) (Balduino) imperatori Constantinopolitano concedit potestatem promittendi et dandi cum consilio archiepiscopi Rothomagensis et Agennensis episcopi quasdam pecuniarum summas principibus, ducibus *etc.* regni Franciae volentibus imperio Constantinopolitano succurrere. XII kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 448. n° 37; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 43. — »Cum nos necessitatibus.«

* *In eundem modum* Agennensi episcopo. ‖ Raynald. l. c.

» 20 | » | (18362) Abbati et conventui monasterii Viconiensis ord. Praemonstr. Atrebatens. dioc. indulget, ut per gratias et indulgentias ecclesiis aut ecclesiasticis saecularibusve personis ab apostolica sede concessas, non facientes de eorum monasterio et ordine mentionem expressam, nullum eis ac privilegiis apostolicis praeiudicium generetur. XII kal. Iul. a° 1°. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 43. — »Sacri vestri ordinis.«

» 21 | » | (18363) Ministro provinciali fratrum Minorum marchiae Tarvisinae mandat, ut mandatum apostolicum super colligenda pecunia pro subsidio Terrae sanctae celeriter ac efficaciter exequatur. XI kal. Iul. a° 1°. ‖ Verci Marca Trivigiana II. doc. 55. n° 119. — »Cum tibi supra.«

» 22 | » | (18364) Abbati Ducan Cisterc. ord. Vesprimiens. notum facit, se priori et fratribus dominici Sepulchri Hierosolymitani ord. s. Aug. indulsisse, ut ipsi vel fratres prioratuum *etc.* ad exhibitionem procurationum faciendam archiepiscopis et episcopis *etc.* minime teneantur. Mandat ei, curet ne illi super his ab aliquo indebite molestentur. X kal. Iul. a° (2°, *sed legas*) 1°. ‖ Nakielski Miechovia 184; *cf.* Public. de la soc. hist. de Limbourg VI. 371, *ubi inscriptio*: »Priori et fratribus dominici Sep. ord. s. Aug.« — »Pro re delectabili.«

» 22 | » | (18365) Universos Christifideles hortatur, ut magistris pauperibus Parisius commorantibus et in unum congregatis consortium manum porrigant charitatis, indulgentiam 100 dierum promittens. X kal. Iul. a° 1°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 27. n° 189. — »Parisiensis universitas velut.«

» 23 | » | (18366) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia indulget, ut crucesignati extra dioceses in causam trahi vel ad iudicem evocari nequeant. IX kal. Iul. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 425. n° 18. — »Volentes omnes crucesignatos.«

1262.

Iun. 23 | Viterbii | (18367) Eidem mandat, ut fratres sui ordinis omni cunctatione abiecta in subsidium Terrae sanctae pecuniam corrogent. IX kal. Iul. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 425. n° 19. — »Cum tibi super.«

» 23 | » | (18368) Eidem concedit, ut universis qui de bonis suis pro subsidio Terrae sanctae congrue ministrabunt, indulgentiam quae pro dictae Terrae succurrentibus in generali concilio sit concessa, largiatur. IX kal. Iul. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 426. n° 20. — »Discretioni tue de.«

» 25 | » | (18369) Priori (?) et conventui monasterii de Lo ord. s. Aug. Morinens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus rebus dumtaxat exceptis, petere recipere ac retinere possint. VII kal. Iul. a° 1°. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. de St.-Pierre de Loo 62. n° 58. — »Devotionis vestre precibus.«

» 25 | » | (18370) Abbatissae et conventui monasterii de Bosco iuxta Ypram ord. s. Ben. Morinens. dioc. facit eandem concessionem. VII kal. Iul. a° 1°. ‖ Malbrancq De Morinis III. 641; Sanderus Flandria illustr. II. 348; Hollebeke L'abbaye de Nonnenbossche .... près d' Ypres (Bruges 1865. 4°) 122. n° 55, *male ad* a. 1261. — »Deuotionis uestre precibus.«

» 27 | » | (18371) Procuratoribus (Otakari) regis Boemiae apud Venetias constitutis mandat, ut pecuniam ab ipso rege Dulci de Burgo eiusque sociis mercatoribus Florentinis debitam Venetiis in thesauraria S. Marci deponant. V kal. Iul. a° 1°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 146. n° 374; *cf.* Palacky Reise 38. n° 286. — »Licet carissimus in.«

Iul. 1 | » | (18372) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Lombardia mandat, moneat omnes comites, duces *etc.* qui pro Terrae sanctae subsidio crucis signaculum assumpserunt, ut se sic praeparent »quod ad aliud mandatum nostrum se personaliter conferant in succursum Terrae praedictae.« Kal. Iul. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 426. n° 21. — »Cum Terra sancta.«

» 1 | (») | * (18373) Le pape confirme les biens, dîmes, maisons *etc.* de l'abbaye de Saint-Aubin d' Angers. Kal. Iul. a° 1°. ‖ Bilard Docum. historiq. 53. n° 276.

» 5 | » | (18374) Praepositum, decanum et canonicos ecclesiae s. Vincentii Sonegiensis [Soignies] Camerac. dioc. protegendos suscipit eorumque possessiones ac bona, quorum plurima vocabulis propriis exprimit, confirmat. III non. Iul. indict. V. incarn. dom. a° 1262. pont. a° 1°. ‖ Anal. p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique V. 100. — »Quotiens a nobis.«

» 7 | » | (18375) (Ruperto) archiepiscopo Magdeburgensi et (Engelberto) electo Coloniensi mandat, faciant ut centesima omnium ecclesiasticorum proventuum regni Alemanniae usque ad triennium in Terrae sanctae subsidium concessa colligatur. Non. Iul. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 6. — »Clamat instanter ad.«

» 7 | » | (18376) Universa collegia Beghinarum et reclusarum Leodiensis diocesis sub b. Petri et sua protectione suscipit. Non. Iul. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. magn. IX. 53; Miraei Opp. dipl. I. 429. — »Sedes apostolica devotas.«

» 7 | » | (18377) Episcopo Reatino significat de epistola ad Generalem ac ceteros priores Heremitas ord. s. Aug. die 11. Iun. a° 1262 (*cf.* n° 18357) directa eique mandat, ut si illi praeceptum apostolicum adimplere neglexerint, eos ad id compellat. Non. Iul. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 426. n° 22. — »Felicis recordationis Alexander.«

» 9 | » | (18378) Potestatem, capitaneum, consilium et communitatem Bononiensium requirit et rogat, ut terras Argelatae et Medicinae ad demanium sedis apostolicae speciale pertinentes, quas »non solum sicut placuit occupatis, verum etiam iam per decem annos et amplius tenuistis,« in manu (Alberti) episcopi Mutinensis ecclesiae Romanae restituant. VII id. Iul. a° 1°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 374; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 143. n° 268. — »Inter civitates alias.«

» 9 | » | (18379) (Andreae Zenoni) potestati Bononiensi de superiore epistola significat eumque rogat, ut apud Bononienses partis suae consilium et studium interponat, »quod intentionis nostrae propositum super restitutione et satisfactione tempore tui regiminis consequamur.« VII id. Iul. a° 1°. ‖ Savioli l. c. 375. — »Bononienses in terris.«

» 11 | » | (18380) Decano Leodiensi mandat, ut Beghinis et reclusis Leodiensis diocesis adversus raptorum *etc.* audaciam efficaciter assistat. V id. Iul. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. magn. IX. 53; Miraei Opp. dipl. I. 430. — »Pium esse dignoscitur.«

» 13 | » | (18381) Ministro provinciali fratrum Minorum marchiae Tarvisinae mandat, ut comites duces barones *etc.* in marchia Tarvisina *etc.*, qui olim pro Terrae sanctae subsidio crucis signaculum assumpserunt inducat, ut se sic studeant praeparare »quod ad aliud ...« (*ut in* n° 18372). III id. Iul. a° 1°. ‖ Verci Marca Trivigiana II. doc. 55. n° 120. — »Cum Terra sancta.«

» 21 | » | (18382) (Thomae) episcopo Reatino mandat, ut tertiam partem bonorum credentium, fautorum *etc.* haereticorum ecclesiae Romanae nomine recipiat ac fideliter conservet. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 448. n° 38. — »Ad nostram noveris.«

1262.

Iul. 21	Viterbii	(18383) Fratri Raynerio Placentino ord. Praed. inquisitori haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi mandat, ut assumpto secum uno socio sui ordinis ad sedem apostolicam festinanter accedat. xii kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 427. n° 23; Touron Histoire I. 317. — »Cum super quibusdam.«
(Mrt. 26-Iul. 21)	»	• (18384) Monasterium Cimorrae ord. s. Ben. Auxitanens. dioc. tuendum suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. A° incarn. dom. 1262. indict. V. pont. a° 1°. ‖ Cl. de Brugelles Chronique ecclés. d'Auch II. pr. 18.
(»)	»	• (18385) Urbanus pp. indicit universitati clericorum crucis praedicationem pro liberanda Livonia, Curonia et Prussia e manibus hostilibus infidelium circumiacentium. A° 1°. ‖ Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 131. n° 129.
» 24	ap. Montem Flasconem	(18386) Abbatissae et conventui monasterii s. Laurentii Urbevetani ord. s. Dam. mandat, ut bona pertinentia ad castrum Radicophani, quae eis Alexander pp. IV dicitur concessisse, castellano eiusdem castri libere dimittant. ix kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 449. n° 39. — »Olim felicis recordationis.«
» 28	»	(18387) Fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in regno regis Aragonum deputatis varia privilegia elargitur. v kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 427. n° 24. — Pre cunctis nostre.«
Aug. 1	»	(18388) Priori provinciali Praedicatorum in Hispania concedit, ut fidei censores creare ipsosque a munere dimovere possit. Kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 429. n° 25. — »Pre cunctis nostre.«
» 4	»	(18389) Fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in regno et dominio regis Aragonum concedit, ut nullus sedis apostolicae delegatus *etc.* in eos vel quatuor notarios sive scriptores eorum, quamdiu in prosecutione inquisitionis fuerint, possit excommunicationis sententiam promulgare. ii non. Aug. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 122; Ripoll l. c. 430. n° 27; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 694; *cf.* Bzovius Ann. eccles. ad a. 1262 § 3. XIII. 676. — »Ne inquisitionis negotium.«
» 4	»	(18390) Eisdem concedit, ut mutuo se possint ab excommunicatione absolvere *etc.* ii non. Aug. a° 1°. ‖ Cherubini l. c. 126; Ripoll l. c. 430. n° 26; Bull. Rom. l. c. 694. n° 7; *cf.* Bzovius l. c. 676. — »Ut negotium fidei.«
» 5	»	(18391) Provincialem, priores et fratres ordinis b. Mariae de Monte Carmelo in Terra sancta ab omni diocesanorum iurisdictione eximit. Non. Aug. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 523. n° 1. — »Ex vestrae religionis.«
» 5	»	(18392) Eosdem in patriarchatu Ierosolymitano ab omni diocesanorum iurisdictione eximit dirimens conventionem super subiectione inter eos et b. mem. archiepiscopum Tyrensem factam. Non. Aug. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 523. n° 2. — »Ex vestrae religionis.«
» 11	»	(18393) Archiepiscopis et episcopis ac prioribus, ministris *etc.* Praedicatorum et Minorum ordinum necnon universis aliis praedicantibus pro Livonia et Pruscia concedit, ut illis, qui voluerint assumere crucem in subsidium terrarum dictarum, ad manendum ibidem praefigant terminum, prout secundum distantiam locorum viderint expedire. iii id. Aug. a° 1°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 141. n° 140; Bunge Livl. UB. I. 468. n° 366. — »De salute dilectorum.«
» 18	»	(18394) Priore et capitulo ecclesiae dominici Sepulchri Hierosolymitani ord. s. Aug. petentibus inhibet, ut nullus eos in saeculari foro convenire praesumat. xv kal. Sept. a° 1°. ‖ Nakielski Miechovia 183. — »Licet ex privilegio.«
» 21	»	(18395) Fratribus ord. Praed. inquisitoribus haereticae pravitatis in regno regis Aragonum ex diplomate Alexandri IV declarat, quinam ad testimonium contra suspectos haereseos sint vocandi. xii kal. Sept. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 430. n° 28. — »Olim ex parte.«
» 21	»	(18396) Eisdem transmittit responsionem ab Alexandro IV pp. sub d. 1260. Ianr. 10 (*vid.* n° 17745) inquisitoribus pravitatis haereticae in partibus Tolosanis super quibusdam fidei articulis datam ac mandat, ut eam fideliter exequantur. xii kal. Sept. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 431. n° 29. — »Consultus felicis recordationis.«
» 28	»	(18397) Priori generali ordinis b. Mariae de Monte Carmeli facultatem concedit absolvendi fratres, qui pro iniectione manuum in seipsos excommunicationis laqueum incurrerunt *etc.* v kal. Sept. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 28. n° 9. — »Exigentibus sacrae tui.«
» 31	»	(18398) Archiepiscopos et episcopos, abbates, priores *etc.* hortatur, ut compellant subiectos suos, ne a magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. vel eorum hominibus de victualibus, vestimentis *etc.* pedagium, passagium, caucagium, theloneum aut aliam quamlibet consuetudinem exigere vel extorquere praesumant. ii kal. Sept. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 412. n° 624. — »Ex parte dilectorum.«
(Iun. 15-Sept. 1)	—	(18399) Palaeologo imperatori Graecorum significat, se eius nuncios laetanter recepisse moxque etiam se missurum apocrisiarios unionis ecclesiarum tractandae causa. *Sine*

1262.

		nota chronol. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 181; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 449. n° 40. — »Tantae sinceritatis affectum.«
Sept. 13	ap. Montem Flasconem	(18400) Iacobo nato quondam Guitti de Bisentio Urbevetan. dioc. praecipit, ut a contractu, in tenimentis Quintemiani seu Montisbelli quoddam castrum construendi, cum Tuscanensibus facto utpote iuribus ecclesiae contrario resiliat. Id. Sept. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 144. n° 269. — »Iuxta commissi nobis.«
» 13	»	(18401) Abbati et conventui Vallisumbrosae et universis abbatibus, prioribus et conventibus ordinis Vallisumbrosae praedictae indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. Id. Sept. a° (1°, *sed legas*) 2°. ‖ Lami Delic. erudit. (III.) 324. — »Exigentibus religionis ac.«
(Iul. 24-Sept. 13)	(»)	(18402) (Ludovico) regi Francorum scribit, eius puritatis constantiam papam et fratres suos immensa nimium iucunditate perfudisse eique summas tribuit laudes, quod, licet ad regni sui quasi partes ultimas accessisset pro matrimonio inter (Philippum) primogenitum suum et (Isabellam) filiam (Iacobi) regis Aragonum contrahendo, comperto tamen quod idem rex filiam Manfredi quondam principis Tarentini persecutoris ecclesiae primogenito suo matrimonialiter copularat, omnino ab ipsius matrimonii prosecutione destitit. Testatur, regem esse prosecutorem honoris ecclesiae et libertatis ecclesiasticae protectorem assiduum. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 17—19; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 865. n° 30. — »Nuper de Viterbio.«
» 14	»	(18403) Decano, praeposito et capitulo Olomucensibus concedit facultatem providendi Petro de Olomuz nepoti custodis ecclesiae Olomucensis de praebenda. xviii kal. Oct. a° 2°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 341. n° 345; Erben Reg. Bohem. II. 150. n° 385. — »Ex parte vestra.«
» 26	»	(18404) Praeposito et fratribus ecclesiae s. Sepulchri de Miechovia ad Hierosolymitanam ecclesiam spectantis, ord. s. Aug. Cracoviens. dioc., petentibus inhibet, ne quis archiepiscopus *etc.* in ecclesias eis pleno iure subiectas per Poloniam constitutas, canonicos *etc.* excommunicationis sententias promulgare *etc.* praesumat. vi kal. Oct. a° 2°. ‖ Nakielski Miechovia 187. — »Desideriis vestris in.«
» 26	»	(18405) Eisdem indulget, ut in ecclesiis per Poloniam constitutis, in quibus ius patronatus habent, possint per fratres suos in sacerdotii vel aliis ordinibus constitutos facere deserviri, etiamsi earum alicui cura sit animarum annexa. vi kal. Oct. a° 2°. ‖ Nakielski l. c. 187. — »Ecclesiae vestrae indemnitati.«
» 27	»	(18406) Eisdem indulget, ut tempore generalis interdicti canonici et fratres illorum corpora, qui decedentes elegerint apud eos sepeliri, possint in suis cimiteriis ecclesiasticae tradere sepulturae. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Nakielski l. c. 188. — »Desideriis vestris in.«
Oct. 2	»	(18407) Eisdem indulget, ut decimas in et de Miechovia, de Scressour, de Zagorić, de Coccza, de Jacziz *etc.* etiam in posterum libere percipere possint. vi non. Oct. a° 2°. ‖ Nakielski l. c. 188. — »Solet annuere sedes.«
» 2	»	(18408) Eisdem concedit facultatem habendi altare portatile ac in eo libere celebrandi. vi non. Oct. a° 2°. ‖ Nakielski l. c. 189. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 2	»	(18409) Eisdem hospitale de Nissa, quod Wratislaviensis episcopus eis contulit, authoritate apostolica confirmat. vi non. Oct. a° 2°. ‖ Nakielski l. c. 190. — »Consuevit sedes apostolica.«
» 2	»	(18410) Eisdem ius patronatus in ecclesia et hospitali s. Sepulchri Gnesnensis, quod dux Gnesnensis et mater ipsius eis contulerant, et ecclesiam et hospitale praedicta quae b. mem. archiepiscopus Gnesnensis eis in proprios usus deputaverat, confirmat. vi non. Oct. a° 2°. ‖ Nakielski l. c. 191. — »Consuevit sedes apostolica.«
» 3	»	° (18411) Urbain, sur la plainte de Thibaut roi de Navarre, interdit à (Guillaume) archevêque de Sens et à (Nicolas) évêque de Troyes, de prendre la défense des clercs commerçants qui veulent jouir du bénéfice de clergie et ne pas payer les redevances usitées dans le pays. ‖ Jubainville Comtes de Champagne V. 511. n° 3282.
» 5	»	(18412) Priori et fratribus dominici Sepulchri Hierosolymitani immunitates et libertates, quibus per 40 annos ante concilium generale gavisae sunt ecclesiae eis subiectae, confirmat. iii non. Oct. a° 2°. ‖ Nakielski Miechovia 185. — »Dei ac Domini.«
» 10	»	• (18413) Abbati et conventui monasterii Cluniacensis indulget, ut ad solutionem quorumvis debitorum nullatenus teneantur, nisi ea in utilitatem ipsorum conversa fuisse a creditoribus legitime probatum fuerit. vi id. Oct. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 132.
» 18	ap. Urbem veterem	• (18414) Le pape Urbain IV, considérant qu'on donnait aux filles de Ste.-Claire divers noms et que les règles prescrites étaient diversement observées, leur en prescrit de nouvelles. xv kal. Nov. a° 2°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 95. n° 245, *perperam ad* a. 1263.
» 21	»	(18415) Ludovico regi Franciae qui petiverat ut concederet (Henrico) Ebredunensi et (Guidoni) Narbonensi archiepiscopis, ut in Gallia pro sopienda discordia inter reginam

1262.

Franciae uxorem et Carolum Andegaviae et Provinciae comitem fratrem suos exorta agerent, comiter respondet, se istos Narbonensem videlicet ad Sabinensis et Ebredunensem ad Ostiensis ecclesiarum regimen duxisse evocandos atque sperare, per tantos viros meliora non solum Romanae, sed etiam universali ecclesiae commoda esse proventura. xii kal. Nov. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 45—51. — »Scripsisti pridem nobis.«

Oct. 22 — ap. Urbem veterem — (18416) Procuratoribus (Otakari) regis Boemiae mandat, ut, non obstante inhibitione quam per alias litteras dederit, Dulci de Burgo eiusque sociis pecuniam in epist. d. d. 27. Iun. (*vid.* n° 18371) memoratam persolvant. xi kal. Nov. a° 2°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 151. n° 389; *cf.* Palacky Reise 38. n° 287. — »Licet per alias.«

» 25 — » — (18417) Priori Praedicatorum Romanorum mandat, ut fratres, qui hospitalis ex testamento bo. mem. P(etri) S. Georgii ad velum aureum diaconi cardinalis construendi curam suscipiant, deleget eisque iniungat, ut absque dilatione qualibet ad constructionem hospitalis praedicti procedatur. viii kal. Nov. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 431. n° 30; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 450. n° 41. — »Significaverunt nobis venerabilis.«

» 26 — » — (18418) Provinciali ac ceteris conventualibus prioribus eorumque vicariis ordinis Praedic. Lombardiae ac marchiae Ianuensis mandat, ut fidei censoribus fratres socios ad merito consolandum assignent. vii kal. Nov. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. 433. n° 31. — »Ne catholice fidei.«

» 28 — » — (18419) Universis fratribus Praedicatorum et Minorum ordinum inquisitoribus haereticae pravitatis per diversas Italiae partes deputatis mandat, ut in negotio fidei intrepide procedant, eisque inhibet, ne, si forsan magistri et ministri generales *etc.* negotio praefato se immisceant, ipsis obediant. v kal. Nov. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. n° 32; Sbaralea l. c. 452. n° 42. — »Catholice fidei negotium.«

» 31 — » — (18420) Provincialibus et conventualibus prioribus ac supprioribus ordinis Praedic. in Alamania Dacia Boemia et Polonia mandat, praedicent ut fideles »se viriliter et potenter accingant tanquam zelum Dei habentes ad ampliandam gloriam crucifixi et liberandum proximos de manibus paganorum« in Livonia Curonia et Pruscia. ii kal. Nov. a° 2°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 174; *cf. argum.* ap. Boczek Cod. dipl. Morav. VI. 364. n° 5; ap. Erben Reg. Bohem. II. 151. n° 391. — »Gementibus olim dilectis.«

Nov. 1 — » — (18421) Hospitale s. Lazari Aveniense ab omni iurisdictione et dominio archiepiscoporum et episcoporum omnium, et specialiter episcopi Aveniensis eximit statuens, ut hospitale et membra istius in spiritualibus et temporalibus soli Ierosolimitanae ecclesiae sint subiecta. Kal. Nov. a° 2°. ‖ Der Geschichtsfreund XII. 10. — »Circa praelaturam Ierosolomitanarum.«

» 2 — » — (18422) Fratribus ordinis Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuensi mandat, ut in negotio catholicae fidei periculosa impedimenta tit. S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali significent. iv non. Nov. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 434. n° 33; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 452. n° 43. — »Cupientes ut negotium.«

» 3 — (») — * (18423) Urbano IV concede al monastero di s. Agata l'esenzione dai Carichi delle procure. ‖ Robolini Notizie IV. ii. 272.

» 4 — » — (18424) Decano ecclesiae s. Mauricii Augustensis mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae de Vndistorf (ord. s. Aug.) Frising. dioc. illicite alienata invenerit vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. ii non. Nov. a° 2°. ‖ Hundt Urk. des Klosters Indersdorf I. 34. n° 74; *cf.* Lang Regesta III. 190. — »Ad audientiam nostram.«

» 4 — » — (18425) Praeposito et fratribus ecclesiae dominici Sepulchri de Miechovia ord. s. Aug. dioc. Cracoviens. petentibus ecclesiam eorum de Miechovia et omnia ipsius membra existentia in Polonia, Bohemia, Sclavonia, Russia, Ungaria et Teutonia ab omni iurisdictione ac dominio archiepiscoporum omnium *etc.* eximit. ii non. Nov. a° 2°. ‖ Nakielski Miechovia 189. — »Cum ad sanctam.«

» 7 — » — (18426) (Henrico) regi Angliae indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus *etc.* auctoritate litterarum sedis apostolicae in eum et (Alienoram) reginam excommunicationis, vel in terras *etc.* eiusdem interdicti sententias promulgare valeat absque speciali mandato sedis eiusdem. vii id. Nov. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 74. — »Inclita serenitatis tuae.«

» 8 — » — (18427) Priorem et fratres Heremitarum ecclesiae s. Euphemiae Veronensis ord. s. Aug. tuendos suscipit omniaque eorum bona confirmat. vi id. Nov. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 843. — »Iustis petitionum desideriis.«

» 11 — » — (18428) Universis suis et ecclesiae Romanae ceterisque Christifidelibus notum facit, se in die Coenae Domini proxime praeterito Manfridum quondam principem Tarentinum super certis articulis citavisse, ut in kal. Aug. coram papa compareat recepturus super illis quod iustitia suaderet, illum autem appropinquante termino iudicem Aitardum de Venusio et Iohannem de Brundusio notarium familiares suos ad sedem apostolicam destinasse, ut, cum velit personaliter apostolico se conspectui praesentare, ei securitas

1262.

plenaria veniendi ad papam tute per terram et districtum ecclesiae largiatur. Addit, se illi dedisse licentiam postulatam, et inhibet, ne quis illum ad papam accedentem in persona vel rebus offendere vel turbare praesumat *etc.* iii id. Nov. a° 2°. ‖ Tutini Discorsi I. 66; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 411. n° 9; Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 65—71; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 453. n° 44. — »Olim in die.«

Nov. 15 — ap. Urbem veterem — (18429) Populum insulae Marthanae ab obligationibus tam communi civitatis Urbevetanae quam Iacobo eiusque fratribus natis quondam Guitti de Bisentio factis absolvit. xvii kal. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 144. n° 270. — »Sicut insenescente iam.«

» 28 — » — (18430) Papiensi et Placentino episcopis, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis per Papiensem et Placentinam civitates et dioceses constitutis mandat, ut invasores et detentores bonorum monialium S. Agathae Papiensis ord. s. Dam. excommunicent *etc.* iv kal. Dec. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 200; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 455. n° 45. — »Non absque dolore.«

» 30 — » — (18431) Wilhelmo de Waltmanshusen gardiano fratrum Minorum de Wezele Treverens. dioc. et fratri Rorico (Roberto *W.*) de Warnesberch de ordine fratrum Minorum in conventu Trevirensi iterum mandat, ut in negotio contra Henricum Treverensem electum saltem nunc (*cf.* n° 18268) tanta sollicitudine procedant, »quod praecedentem inobedientiam improbasse probemini per obedientiam subsequentem.« ii kal. Dec. a° 2°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 264 (ed. Wyttenbach II. 20); Hontheim Hist. Trevir. I. 747; Wadding Ann. Minor. IV. 504. n° 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 456. n° 46. — »Per exigentiam sollicitudinis.«

» 30 — » — (18432) Armachano archiepiscopo mandat, ut quandam pecuniae summam, quam mercatoribus Florentinis debeat, tandem eisdem persolvat. ii kal. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 87. n° 226. — »Cum dilecti filii.«

Dec. 3 — » — (18433) (Henrico) episcopo Lincopensi mandat, ut contra eos, qui paganis impugnantibus fratres hospitalis s. Mariae Theutonicorum et alios Christifideles in Livonia ac Pruscia constitutos arma ferrum lignamina et alia in concilio Lateranensi prohibita deferunt, secundum statuta concilii praedicti procedat. iii non. Dec. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 410. n° 484; Bunge Livl. UB. I. 473. n° 371; *cf.* Celse Appar. 81. n° 4. — »Quosdam iniquitatis filios.«

» 12 — » — (18434) (Heidenrico) episcopo Culmensi scribit de lacrimabili statu fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. in Livoniae, Curoniae ac Prusciae partibus, eumque instruit, quomodo illis subsidium et subventionem exhibere possit. ii id. Dec. a° 2°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 142. n° 141; Bunge l. c. 474. n° 372. — »Gementibus olim dilectis.«

» 13 — » — (18435) (Smaragdo) archiepiscopo Colocensi mandat, ut Oliverio Sirmiensi episcopo tribuat licentiam transeundi ad Minorum ordinem. Id. Dec. a° 2°. ‖ Wadding Ann. IV. 504. n° 3; Farlati Illyr. sacr. VII. 550; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 457. n° 47; Fejér Cod. dipl. IV. iii. 93; Theiner Mon. Hungar. I. 243. n° 458. — »Significavit nobis venerabilis.«

» 13 — » — (18436) (Petro Corrario) plebano S. Apollinaris de Venetiis committit, ut bona illicite distracta ad monasterii s. Matthaei de Constancia ord. Cisterc. ius et proprietatem revocet. Id. Dec. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. i. 325. — »Pervenit ad audientiam.«

» 13 — » — (18437) (Iohanni) archiepiscopo Biturricensi mandat, ut (Bernardo) episcopo Albiensi ineundi compositionem super temporali iurisdictione civitatis Albiensis cum (Ludovico) rege Franciae, si ecclesiae ipsi expedire viderit, licentiam largiatur. Id. Dec. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 94; Auriac Hist. d'Alby 214. — »Significavit nobis (*om. Mart.*) venerabilis.«

» 18 — » — (18438) Visitatoribus ordinis s. Marci Mantuani concedit facultatem revocandi ad monasteria sua illos fratres, qui causa studii ad civitates se transtulerunt alienas ibique dissolutam vitam ducunt. xv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. IV. app. 645. n° 24. — »Licet sicut ex.«

» 20 — » — (18439) (Brunoni) episcopo Olomucensi mandat, disceptet controversiam inter abbatem conventumque monasterii in Gleuinc [Gleink] ord. s. Ben. et plebanum ecclesiae de Sirnich [Sierning], qui ecclesiam de Tuudich in eorum praeiudicium occupaverat. xiii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Frz. Kurz Beytr. z. Gesch. des Landes Oesterreich ob d. Enns III. (Linz 1808. 8°) 347; UB. ob der Enns III. 297; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 153. n° 398. — »Conquesti sunt nobis.«

(Oct.-Dec.) — — — (18440) Magistro Alberto notario suo significat, se eius litteras recepisse inter cetera continentes »quod (Ludovicus) rex Francorum — verbis procul dubio subdolis aliquorum intendentium ipsum avertere a negotio, ad quod cum ipso tractandum te misimus (*i. e.* ad tractandum de Siciliae regno Francis deferrendo), aures credulitatis inclinans et eorundem fingentium, Conradinum nepotem quondam Friderici olim Romanorum imperatoris, vel si dictus Conradinus, ut eorum verbis utamur, a suo iure cecidit, nob. virum Edmundum natum . . . regis Angliae per concessionem sedis apostolicae in regno Siciliae ius habere, suggestionibus informatus« — licet ad Constantinopolitani subven-

1262.

tionem imperii ac Terrae sanctae subsidium prudenter attendat, tamen dubitet ius invadere alienum. Docet nullam religionis causa in re Sicula subesse *etc.* Laudat Alberti industriam serenandi animum Ludovici regis eique mandat ut tractatum coeptum promoveat. *Sine nota chron.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 21; (St. Borgia) Difesa del dominio temp. Append. 8. — »Tuas nuper recepimus.«

— — (18441) Guidoni archiepiscopo Narbonensi scribit, se quidem eum elegisse in episcopum Sabinensem, eum autem ab onere cardinalatus eximi postulavisse. »Intendentes commoda publica praeferre privatis, et nolentes quod praetextu Narbonensis ecclesiae sedis apostolicae, quae omnium ecclesiarum caput est et magistra, derogetur honori, supplicationibus tuis non duximus annuendum.« *Sine nota chronol.* ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 167. — »Profundis meditationibus.«

— — (18442) Rescriptum de lite inter capitulum Remensis ecclesiae et Ottobonum S. Adriani diaconum cardinalem archidiaconum Remensem vertente super iure synodi convocandae sede episcopali vacante. *Absque nota chronol.* ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 554; Marlot Hist. de Reims III. 811. — »Capituli Remensis nova.«

— — (18443) Nicolaum de Morrone canonicum Casertanum ecclesiae s. Agathae praeficit in episcopum. *Sine signo chronol.* ‖ Ughelli Ital. sacra VIII. 348 ex Marini de Ebulo formul. — »Cunctis ecclesiis praelatorum.«

— — (18444) N. N. episcopo mandat, ut (Nicolao) electo S. Agathae, cum eius metropolitanus (archiepiscopus Beneventanus) dicatur esse vinculo excommunicationis affectus, munus consecrationis impendat. *Sine signo chronol.* ‖ Ughelli l. c. 349. — »Ex parte dilecti.«

— — (18445) Priores et fratres Eremitarum ord. s. Aug. in regno Hungariae constitutos suscipit tuendos omnesque eorum possessiones, iura ac privilegia confirmat. *Sine signo chronol.* ‖ Empoli Bullar. 371; Schier Memoria provinciae Hungar. Augustinianae 19; Fejér Cod. dipl. IV. III. 87. — »Religiosam vitam eligentibus.«

— — (18446) Domum hospitalem s. Stephani regis sitam Strigonii cum omnibus bonis protegendam suscipit eiusque iura ac privilegia confirmat, meritis cl. mem. Geysae regis Hungarorum, qui Hierosolymis domum et ecclesiam in honorem b. Mariae V. et s. Stephani regis pro peregrinis construxerat, celebratis. *Sine signo chronol.* ‖ Fejér l. c. IV. III. 81; *cf.* Pray Hierarch. II. 384. — »Religiosa loca divino.«

— — * (18447) (Iohanni) abbati S. Bavonis Gandensis concedit, ut in monasterio doctorem theologiae recipiat, pro illo autem sumptus suppeditet. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 37.

— — * (18448) Da Urbano IV viene concessa alle monache del Senatore la facoltà di eleggere la loro abbadessa la di cui elezione per l'addietro erasi fatta dai delegati o conservatori apostolici. ‖ Robolini Notizie IV. II. 272.

1263.

Ianr. 2 ap. Urbem veterem * (18449) Abbati monasterii Cluniacensis concedit, ut circa correctionem monachorum et conversorum sui ordinis tam in Francia quam in Anglia commorantium libere exequatur officii sui debitum. IV non. Ianr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 132.

» 4 » (18450) Episcopo Narniensi mandat, faciat ut Theobaldus nepos Urbevetani episcopi in ecclesia Narniensi ab ipsius capitulo recipiatur in canonicum. II non. Ianr. a° 2°. ‖ Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 30. — »Volentes dilectum filium.«

» 4 » (18451) Priore et fratribus ord. Praed. Tolosanis petentibus id confirmat, quod Tolosanus episcopus super novo ab eis Tolosae construendo coenobio fecerat. II non. Ianr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 434. n° 34. — »Petitio vestra nobis.«

» 5 » (18452) (Philippo) archiepiscopo Ravennati sub poena excommunicationis mandat, ut, cum ipse papa nuper contra Ubertum Pelavicinum necnon et adversus quasdam civitates et quosdam nobiles ac magnates provinciae Lombardiae duxerit procedendum, processum ipsum quem transmittat solemniter publicet. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Rubei Histor. Ravenn. 438; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1263 § 23. XIII. 697. — »Cum nos nuper.«

» 6 » (18453) Abbatem et conventum monasterii Prumiensis ord. s. Ben. Treverens. dioc. hortatur, ut, cum Machtildis uxor Walrami germani comitis Iuliacensis quoddam feudum, quod ab eorum monasterio pro se et suis heredibus perpetuo obtinebat, Coloniensi ecclesiae donaverit, huic donationi assensum praebeant. VIII id. Ianr. a° 2°. ‖ Günther Cod. dipl. Rheno-Mosell. II. 311. — »Cum sicut venerabilis.«

» 8 » (18454) (Engelberto) archiepiscopo, decano et capitulo ecclesiae Coloniensis castra de Wide, Windecke et Renemberk, villas de Linsa, de Lupstorp, de Nuwenstatt *etc.*, quas Matthildis vidua quondam comitissa Seinensis cum vasallis, servis, wilthbannis *etc.* eidem ecclesiae contulit, confirmat. VI id. Ianr. a° 2°. ‖ Günther l. c. 312; Ennen Quellen II. 462. n° 445. — »Lecta coram nobis.«

» 8 » (18455) Eidem archiepiscopo concedit, ut decem illorum suae diocesis, qui pro violenta manuum iniectione in personas ecclesiasticas in canonem inciderint sententiae promulgatae et propter senectutem *etc.* non possint ad apostolicam sedem accedere pro absolutionis beneficio obtinendo, absolvat. VI id. Ianr. a° 2°. ‖ Lacomblet UB. II. 296. n° 526; Ennen l. c. 463. n° 446. — »Cum sicut nobis.«

1263.

Ianr. 8 ap. Urbem veterem (18456) Eidem indulget, ut de pecuniae summis, in quibus laicis teneatur, eisdem deducere possit, quae ipsi et praedecessoribus per usurariam pravitatem extorserunt, »ita quod de hiis ipsis satisfacere minime tenearis nec ad ea solvenda compelli possis invitus.« VI id. Ianr. a° 2°. ‖ Lacomblet l. c. 296. n° 527. — »Sicut petitio tua.«

» 9 » (18457) Priori de Cardineto Parisiensi ad quinquennium concedit facultatem absolvendi tam magistros quam scholares Parisienses, qui pro violenta iniectione manuum in clericos et personas ecclesiasticas sententiam excommunicationis incurrerint, dummodo passis iniuriam competenter satisfecerint. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 370. — »Scientiarum fontem irriguum.«

» 9 » (18458) Archidiacono Meldensi de taxatione hospitiorum universitatis Parisiensis mandata dat. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Bulaeus l. c. 367. — »Scientiarum fontem irriguum.«

» 9 » (18459) Episcopo Meldensi scribit de iuramento a quibuscumque episcopo Parisiensi, S. Genovefae et S. Germani abbatibus subditis praestando, quod aliquem universitatis non offendant. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Bulaeus l. c. 368. — »Scientiarum fontem irriguum.«

» 9 » (18460) (Otakarum) regem Bohemiae rogat et monet, ut fratres ord. s. Aug. commendatos habeat neque permittat, ut in personis et bonis ab aliquibus laicis molestentur. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 157. n° 407. — »Cum dilecti filii.«

» 9 » (18461) (Aegidio) archiepiscopo Tyrensi mandat, ut centesimam omnium ecclesiasticorum proventuum in regno Franciae ac diocesi Cameracensi ad quinquennium pro succursu Terrae sanctae concessam colligat. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 7. — »Clamante instanter ad.«

» 9 » (18462) Monasterii s. Dei genitricis et Virginis Mariae ac s. Matthaei de Constantiaco Torcellan. dioc. tutelam suscipit eiusque possessiones, bona ac iura confirmat. V id. Ianr. indict. VI. incarn. dom. a° 1262. pont. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. I. 322. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 9 » (18463) Abbatem et conventum monasterii Montis Virginis ord. s. Ben. Avellonae dioc. ab onere praestationis et exsolutionis cuiuslibet canonis liberat et eximit, eisque omnes immunitates et libertates confirmat. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Cherubini Bullar. I. 122; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 694. n° 8; Costo Istor. dell' orig. di Monte Vergine (Vinezia 1591. 4°) 59; *cf.* Mastrullo Monte Vergine 457. — »Cum a nobis.«

» 9 » * (18464) Defend sous peine d'excommunication de tirer en cause aucun maître ou écolier de l'Université hors la ville de Paris en vertu des lettres du saint-Siége ou de ses nonces et légats pour raison de contrats du délits par eux passez ou commis en ladite ville, ou pour raison des choses qu'ils possèdent. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 28. n° 194.

» 12 » (18465) Balium ac universos barones ceterosque nobiles regni Cypri hortatur, ut caveant insidias Palaeologi scismatici asserentis regnum Cypri ad suum imperium pertinere. II id. Ianr. a° 2°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre III. 653; *cf.* II. 69; Raynaldi Ann. eccles. ad a. 1263 § 18. — »In supremo speculationis.«

» 28 » (18609) (Guillelmo de Villarduin) principi Achaiae ac universis baronibus illarum partium de nuntiis ad Palaeologum missis significat eosque hortatur, ut illis fratribus in negotii prosecutione efficaciter assistant. v kal. Aug. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 212; Sbaralea l. c. 495. n° 82. — »Inter alias sollicitudinis.«

» 29 » (18610) Archiepiscopo Messanensi in Urbe commoranti mandat, moneat eos, qui redditus, decimas, census, domos et alia bona ad basilicam Principis apostolorum pertinentia occultent et detineant, ut priori et capitulo dictae ecclesiae debitam de his satisfactionem impendant; alioquin in illos generalem excommunicationis sententiam proferat. iv kal. Aug. a° 2°. ‖ Bullar. Vatic. I. 143. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 30 » (18611) Capitulo Abulensi significat, se ecclesiae Abulensi fratrem Dominicum ord. Minor. praefecisse in episcopum. iii kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 496. n° 83. — »Cunctarum ecclesiarum regimini.«

» 30 » (18612) Fratri Mansueto capellano et poenitentiario ac nobili viro Ligerio (Sigero *al.*) de Sassetta marescallo suis mandat, ut pacis inter Pisanos et Lucanos restaurandae tractatui ferventius insistant. iii kal. Aug. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 506. n° 6; Sbaralea l. c. 497. n° 84. — »Receptis vestris litteris.«

» 30 » (18613) Potestati, capitaneo, antianis, consilio et communi Pisanis de superiore epistola significat eosque monet, ut a bello cessent et tractatui pacis diligentius insistere studeant; nam et idem mandasse Lucanis scribit. iii kal. Aug. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 515. n° 8; Sbaralea l. c. 497. n° 85; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 75. — »Cupientes inter vos.«

» 31 » (18614) Priori fratrum Praedicatorum in Tuscia mandat, insistat apud commune ac cives Lucanos, ut a castri Aginulphi Lunens. dioc., quod Pisani possident, obsidione recedant *etc.* ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 437. n° 39; Sbaralea l. c. 498. n° 86; *cf.* Raynald. l. c. — »Dilecti filii frater.«

Aug. 1 » (18615) Guillelmo de Villarduin principi Achaiae significat, se nuncios mittere ad Michaelem Palaeologum, qui pro Graecorum imperatore se gerat, ut ipsum ad unitatem ecclesiae reducant. Monet Guillelmum, ut, si dictus Palaeologus haec, quae ei super hoc scribantur, duxerit adimplenda, ab ipsius impugnatione desistat. Kal. Aug. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 212; Sbaralea l. c. 499. n° 87. — »Cum nos dilectos.«

» 4 » (18616) Helyae canonico Belvacensi capellano suo mandat, ut in castro de S. Gemino aream inveniat, in qua arx fundanda ac erigenda sit. ii non. Aug. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 153. n° 284. — »Cum te ad diocesim.«

» 5 » (18617) Abbati S. Petri in Coelo Aureo Papiensi, de Ferranea et de Bavenno Aquens. et Novariens. diocc. ecclesiarum praepositis mandat, ut inter fratres primi et secundi ordinis Humiliatorum civitatis et diocesis Mediolanensis et (Ottonem) archiepiscopum Mediolanensem, qui iniunxit eisdem, ut sibi quandam summam pecuniae infra certi temporis spatium exhiberent, iudicium faciant. Non. Aug. a° 2°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 299. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 5 » (18618) Abbati et conventui monasterii de Nonantula ord. s. Ben. inhibet, ne castrum s. Mariani situm in valle Arni vendere, distrahere, permutare, infeudare *etc.* praesumant.

1263.

Non. Aug. a° 2°. ‖ Tiraboschi Storia di Nonantola II. 386. n° 474. — »Volumus et universitati.«

Aug. 7 | ap. Urbem veterem | (18619) Decernit tam Richardum comitem Cornubiae quam (Alphonsum) regem Castellae in suis litteris nominandum »in Romanorum regem electum.« VII id. Aug. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 40—42; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 698. n° 13. — »Ordinato nuper imperii.«

„ 8 | „ | (18620) Magistro et fratribus hospitalis pauperum scholarium s. Nicolai de Lupara: »VI (id.) Aug. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 370, *vid.* 1263. Iul. 27. n° 18601.

„ 11 | „ | (18621) Alberto sedis apostolicae notario scribit, se Carolo Andegaviae ac Provinciae comiti in senatorem Urbis vel dominum ab illis bonis hominibus qui Urbem ad praesens regere ipsiusque statum reformare dicantur electo per suas litteras suadere, ut in omnem eventum oblatum sibi eiusdem Urbis regimen recipiat et assumat. »Verumtamen quia ipsius Urbis dominium et electio senatoris ad nos et Romanam ecclesiam plene pertinere dignoscitur — propter quod nullatenus pateremur, quod aliquis dictam Urbem perpetuo vitae suae tempore gubernaret — dicto comiti per easdem litteras intimamus, quod omnino volumus, ut si eiusdem Urbis gubernacula ab ipso gerenda toto tempore vitae suae sibi forsitan offerantur, ipse tibi secrete corporale exhibeat iuramentum, quod ipsius Urbis regimen geret et exercebit usque ad nostrae beneplacitum voluntatis illudque ad requisitionem et mandatum nostrum dimittet.« Praecipit Alberto notario, requirat eundem comitem, ut hoc iuramentum secrete exhibeat, si ei eadem dignitas ad vitam suam oblata sit. III id. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 26. — »Intelleximus quod illi.«

„ 11 | „ | (18622) Eidem concedit plenam et liberam potestatem absolvendi Carolum dictum a iuramento, si quod ipse communi eiusdem Urbis vel ipsius communis syndico de retinendo vel exercendo huiusmodi dictae Urbis regimine vita sua iam praestitit. III id. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 28. — »Intellecto quod illi.«

„ 13 | „ | (18623) Episcopo Anagnino mandat, ut sententiam contra Mathiam de Anagnia eiusque complices, qui territorium castri Frusinonensis invaserant, latam solemniter promulget eosque excommunicatos denuntiet. Id. Aug. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 153. n° 285. — »Intellecto nuper quod.«

„ 20 | „ | (18624) (Ludovicum) regem Francorum rogat et hortatur, ut auxiliatricem dexteram suam extendat ad praestandum Terrae sanctae subventionis celeris ac opportunae remedium. XIII kal. Sept. (a° 2°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 2—11; *sine nota chronol.* Duchesne Hist. Franc. scr. V. 867. n° 32. — »Vocem terroris audivimus.«

„ 21 | „ | (18625) (Alphonso) regi Castellae et Legionis concedit, ut mortuus in insula Gadicensi apud ecclesiam s. crucis, quam in ipsa insula loco dicto Caliz miro facit opere fabricari et papa pontificalis cathedrae titulo decorat, sepeliri possit. XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 61; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 700. n° 14. — »Excelsum fecit in.«

„ 21 | „ | (18626) Potestates, consilia et civitates Reatinam, Interamnensem ac de Nursia et Cassia necnon universos homines terrae monasterii de Ferentillo ceterosque per vallem Spoletanam constitutos hortatur, ut magistrum Guillelmum praepositum ecclesiae s. Antonini Placentini capellanum suum adiuvent ad defendendum dominos castri de Arrone contra hostiles insultus Spoletanorum. XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 154. n° 286. — »Intellecto quod cives.«

„ 23 | „ | (18627) Abbati S. Mariae Wratislaviensis ord. s. Aug. mandat, faciat ut Iohannes de Wratislavia canonicus Poznaniensis, capellanus Kasimiri ducis Lancitiae et Cuiaviae »qui olim circa nos tunc fungentes legationis officio in Prusciae partibus sinceram devotionem gerere studuit,« in cathedrali ecclesia Pragensi in canonicum recipiatur et fratrem. X kal. Sept. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 76. n° 147; Erben Reg. Bohem. II. 165. n° 429; *cf.* Palacky Reise 39. n° 289. — »Sincere devotionis affectum.«

„ 25 | „ | (18628) Archiepiscopo Ebredunensi concedit facultatem, si Guigo dalphinus Viennensis et Albonensis comes feudum quod ab Ebredunensi ecclesia teneat, ulterius tenere deneget, transferendi idem (*i. e.* comitatum Ebredunensem) in alium. VIII kal. Sept. a° 2°. ‖ Valbonnays Hist. de Dauphiné II. pr. 81. — »Sicut te accepimus.«

„ 26 | „ | (18629) (Guillelmo) episcopo Anteradensi petente ecclesiam s. Mariae Anteradensem tuendam suscipit eique locum, qui vulgariter Rafania dicitur et quem civitatis et episcopalis dignitatis titulo insignitum aliquando fuisse quorundam habet assertio, perpetuo unit. VII kal. Sept. indict. VI. incarn. dom. a° 1263. pont. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 499. n° 88. — »In eminenti apostolicae.«

„ 26 | „ | (18630) (Henricum) regem Angliae requirit et rogat, ut censum annuum 1000 marcarum sterlingorum pro tribus annis praeteritis fratri Iohanni de Cancia ord. Minorum nuncio suo persolvat. VII kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 501. n° 89. — »Si quod iuste.«

„ 26 | „ | (18631) Fratri Iohanni de Cancia ord. Minor. nuntio suo in Anglia de superiore epistola significat. VII kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 90. — »Si carissimus in.«

1263.

Aug. 27 | (ap. Urbem veterem) | * (18632) Florentinos a societate Manfredi principis Tarentini recedere admonet. ‖ Pertz Archiv VII. 32.

„ 31 | „ | (18633) Richardum in Romanorum regem electum, quem pontificia sententia d. d. Aug. 7 (*vid.* n° 18619) in Alphonsi regis Castellae gratiam edita admodum pupugit, mulcere litteris suis nititur, aspersam sibi invidiam ac suspicionem detergit; Alphonso electi regis titulum deferendum fuisse ostendit; Alexandri pp. IV exemplo, qui rem non contulerit cum cardinalibus, sibi non fuisse insistendum docet et addit, cur ipsum coronatum non appellarit. Denique ait, se urgente Alphonso aequitati deesse non potuisse. »Quaesumus itaque, fili, non accommodes aures malevolis, qui suam forte quaererent in tua turbatione quietem, et in alienis dispendiis sua lucra venantur« *etc.* II kal. Sept. (a° 2°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 43—45. — »Utinam fili charissime.«

„ 31 | „ | (18634) Eidem significat, ecclesiam non immerito vacationem deplorare imperii. Addit, cur sedes apostolica inter eum et Alphonsum regem partes assumere distulerit; commemorat studium suum indefessum pro pace inter eos concilianda, exponit Richardi iura ad imperium; profitetur Alphonsi electionem posteriorem esse Richardi electione, sed Alphonsum a maiore principum parte vocatum esse ad imperium, et declarat istius iura ad imperium. Pontifex invitus descendit ad litem difiniendam optatque, ut electi tractent inter se pacem, ideoque legatos ad utrumque mittit. Ne desit iustitiae, Richardum citat ut 2. die Maii primo venturi apostolico conspectui se per procuratores praesentet. II kal. Sept. (a° 2°). ‖ Raynald. l. c. § 46—52; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 502. n° 91. — »Qui coelum terramque.«

„ 31 | „ | (18635) Eidem iterum, sed accuratius scribit de suscitata contentionis materia inter eum et (Alphonsum) regem Castellae ac Legionis in Romanum regem electum circa obtinendam eiusdem imperii dignitatem...... »Et quidem venerabilis frater noster Laurentius episcopus et dilectus filius Willelmus archidiaconus Roffensis ac Robertus de Baro procuratores et nuntii tui a te plenariam potestatem habentes, ut in nostro consistorio tua proponerent negotia et peterent cum solemnitate qua conveniret vocationem tuam solemniter ad coronam, ... coram nobis ... proponere curaverunt, quasdam consuetudines circa electionem novi regis Romanorum in imperatorem postea promovendi apud *principes vocem in huiusmodi electione habentes, qui sunt septem numero,* pro iure servari et fuisse hactenus observatas a tempore, cuius memoria non existit: secundum quas infra annum et diem, postquam vacat imperium, talis decet electio celebrari...... Nos pacis cogitationes solicite cogitantes .... pacis tractatibus providimus insistendum. Et ideo ... tam ad magnificentiae tuae praesentiam quam ad ipsum regem Castellae nuntios deliberavimus destinandos, qui vos ad pacem invitent.... Nihilominus .... te ac eundem regem Castellae citandos decrevimus et peremtorie praesentium tenore citamus, ut secunda die Maii primo venturi apostolico conspectui per procuratores idoneos te praesentes, qui legitimum et plenum a te mandatum habeant ad pacis tractatum ineundum.« II kal. Sept. (a° 2°). ‖ Raynald. l. c. § 53—60; Leibnitz Cod. iur. gent., prodrom. 12; Sbaralea l. c. 506. n° 92; Surita Indices rerum ab Aragoniae regibus gestarum II. 131: Olenschlager Erläut. der goldenen Bulle 46; Rymer Foed. I. II. 77; Dumont Corps univ. dipl. I. 216. n° 416 *et* 404. n° 45 (*hic autem* Urbano III *adscripta*); Lünig Reichs-Arch. IV. Pars gener. Cont. II. 173. n° 131; Bullar. magn. Rom. (Luxemb.) IX. Addit. 19. n° 2; *sine signo chronol.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1263 § 2. XIII. 681; *cf.* Böhmer Reg. imp. ab a. 1246—1313. p. 328. n° 181; A. Busson Doppelwahl des Jahres 1257 (Münster 1866. 8°) 125—130. — »Qui coelum terramque.«

* *In eundem modum* Alphonso regi Castellae in Rom. regem electo. ‖ Bzovius l. c. § 3. XIII. 686.

Sept. 1 | „ | (18636) Priorissam et conventum monialium monasterii de Volchardighusen ord. s. Aug. Padeburnens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem decimas, terras *etc.* eis confirmat. Kal. Sept. a° 2°. ‖ Varnhagen Grundlage. UB. 100. n° 43. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 3 | „ | (18637) Abbati S. Martini Glandariensis et (Iohanni) cantori ecclesiae Treverensis mandat, ut (Theodericum) abbatem monasterii s. Mathiae, priorem et monachos in possessionem eiusdem quantocius reducant, Aegidium ac Wilhelmum (de Meysenburch) intrusum et occupatores ab ipsis prorsus amoveant *etc.* III non. Sept. a° 2°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 282 (ed. Wyttenbach II. 45). — »Quam sit mundus.«

„ 5 | „ | (18638) (Guillelmo) episcopo Grassensi supplicante ecclesias Antipolitanam et de Lobeto cum omnibus iuribus et pertinentiis suis usibus episcopalis mensae Grassensis applicat. Non. Sept. a° 3° (*al.* 4°). ‖ Gallia christ. III. instr. 218. — »Desideriis tuis in.«

„ 8 | „ | (18639) Magistro Raynerio de Viterbio capellano suo mandat, ut Viterbienses ab omni confoederatione cum Tudertinis inita seu ineunda desistere iubeat. VI id. Sept. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 155. n° 287. — »Quia Viterbiensis civitas.«

„ 9 | „ | (18640) Episcopo Trecensi quadringentas marchas sterlingorum ad fundationem anniversarii sui mittit eique mandat, ut »ecclesiae cathedrali, in qua conversati a pueritia no-

1263.

stra fuimus, et ecclesiae s. Stephani et monasterio b. Mariae Trecensis ord. s. Ben., in cuius monasterii parochia nati sumus et per susceptionem lavacri baptismalis renati, necnon et monasterio b. Mariae in Pratis iuxta Trecas Cisterc. ord. ubi matris nostrae sepultum est corpus» cuilibet centum marchas pro redditibus emendis assignet. v id. Sept. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 28; Duchesne Hist. des card. franç. II. 199. — »Cum nihil sit.«

Sept. 9 — ap. Urbem veterem — (18641) (Henrico) regi Angliae nunciat, Rogerium de Nortone monachum a priore et conventu monasterii s. Albani ord. s. Ben. Lincoln. dioc. canonice esse electum in abbatem seque hanc electionem confirmasse. Rogat eum et hortatur, ut eundem abbatem propensius commendatum habeat. v id. Sept. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 82. — »Rationis oculis intuentes.«

» 9 — » — (18642) Omnes fideles ecclesiae Trevirensis, scabinos et universitatem Trevirenses requirit et rogat, ut abbati S. Martini Glandariensis Metens. dioc. et cantori Trevirensi contra excessus per Henricum se pro electo Trevirensi gerentem adversus S. Mathiae et S. Mariae ad martyres monasteriorum Trevirensium abbates ausu superbae temeritatis commissos auxilium largiantur. v id. Sept. a° 3°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 287 (ed. Wyttenbach II. 54). — »Quoniam timorem Domini.«

• *In eundem modum eodemque die* Magistro scabino et tredecim iuratis Metensibus.

» 9 — » — (18643) (Henricum) comitem Luzenburgensem requirit et rogat, ut abbati S. Martini Glandariensis Metens. dioc. et cantori Trevirensi ad eorum requisitionem contra Henricum se pro electo Trevirensi gerentem auxilium largiatur. v id. Sept. a° 3°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene l. c. 302 (ed. Wyttenbach II. 75). — »Quoniam timorem Domini.«

• *In eundem modum eodemque die* Duci Lotharingiae — Scabinis et universitati Trevirensibus.

» 9 — » — • (18644) Le pape Urbain écrit à Henri comte de Luxembourg sur la demande de Théodoric abbé de St.-Maximin près de Trèves de faire restituer à ladite abbaye les objets mobiliers enlevés de l'abbaye par Guillaume de Meisenburg et transportés à Falkenstein. v id. Sept. a° 3°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 101. n° 276.

» 10 — » — (18645) Florasio ord. Minor. capellano suo mandat, ut Crassum civem Tudertinum, qui pro capitaneo civitatis Reatinae se gerat, iussa pontificia contemnentem et alia contra Romanam ecclesiam machinantem excommunicet et ab officio deturbet. iv id. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 507. n° 93. — »Quia omnes fere.«

» 11 — » — • (18646) Clero civitatis et diocesis Revaliensis significat, se Thrugotum electum in episcopum Revaliensem constituere. iii id. Sept. a° 3°. ‖ Porthan Bullar. access. 49. n° 2.

• *In eundem modum eodemque die* Populo civitatis et diocesis Revaliensis.

» 12 — » — (18647) Abbati monasterii Montis Virginis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ord. s. Ben. Avellanae dioc., eiusque successoribus concedit usum mitrae, baculi, annuli, sandaliorum, chirothecarum, tunicae, dalmaticae, benedictionem solemnem ad populum, ordinationem minorum ordinum, elargitionem indulgentiae 40 dierum, facultatem benedicendi calices et omnia alia ornamenta ecclesiastica, et cognoscendi de matrimonio inter vasallos, in quibus habent spiritualia. ii id. Sept. a° 3°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 347; Cherubini Bullar. I. 122; Mastrullo Monte Vergine 317; Costo Istor. dell'orig. di Monte Vergine (Vinezia 1591. 4°) 59; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 708. n° 20. — »Ecclesia Romana veluti.«

» 12 — » — (18648) Abbatissae et conventui S. Mariae [Ueberwasser] Monasteriensis ord. s. Ben. indulget, ut a personis liberis in earum monasterio professionem facientibus possessiones et alia bona mobilia et immobilia, exceptis feudalibus, petere recipere ac retinere libere valeant. ii id. Sept. a° 3°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 918. n° 1753. — »Devotionis vestre precibus.«

» 13 — » — (18649) Thrugoti electi Revaliensis electionem per M(argaretham) reginam Daciae »quae (Ericum VI) regem Daciae natum suum tunc impuberem et regnum Daciae gubernabat« factam, »si electio dici possit«, cassam et irritam nuntiat, sed ipse, cum et doctrina et vita commendabilem eum cognoscat, eidem ecclesiae de apostolicae potestatis plenitudine necnon de speciali gratia praeficit istum in episcopum et pastorem. Id. Sept. a° 3°. Skandin. Litterat. Selsk. Skrift. XXI. 48; Bunge Livl. UB. I. 483. n° 379; *cf.* Porthan Bullar. access. 48. n° 1. — »Ecclesia Revaliensi dudum.«

» 13 — » — (18650) Universis episcopis suffraganeis Trevirensis ecclesiae gratiam et communionem apostolicae sedis habentibus ac abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, conventibus et capitulis, rectoribus, canonicis et clericis ecclesiarum provinciae Trevirensis praecipit, ut ad requisitionem iudicum, quibus denuntiationem excommunicationis Henrici gerentis se pro electo Trevirensi committendam duxerit, dictum Henricum tamquam excommunicatum arctius evitent et faciant a subditis suis evitari. Id. Sept. a° 3°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. coll. IV. 285 (ed. Wyttenbach II. 51); Hontheim Hist. Trevir. I. 751. — »Henricus gerens se.«

1263.

Sept. 16 — ap. Urbem veterem — (18651) Richardum in Romanorum regem electum hortatur, ut in Henrici regis Anglorum auxilium potenter et patenter exsurgat. xvi kal. Oct. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 81. — »Habentes recta consideratione.«

» 17 — » — • (18652) (Esgero) episcopo Ripensi mandat, ut adscitis (Nicolao) episcopo Viburgensi et (Arnefasto?) Arhusiensi munus consecrationis T(hrugoto) electo Revaliensi impendat, iniungens eidem, ut se postmodum ad metropolitanum suum conferat ipsi fidelitatis iuramentum solite praestiturus. xv kal. Oct. a° 3°. ‖ Porthan Bullar. access. 49. n° 4.

» 22 — » — (18653) Praepositum et capitulum Zagabrienses rogat et hortatur, ut magistrum Timotheum, quem ecclesiae Zagabriensi praefecit in episcopum, admittentes eidem reverentiam et obedientiam debitam impendant. x kal. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. hist. Ungar. illustr. I. 245; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 46. — »Rationis oculis intuentes.«

• *In eundem modum* Clerum Zagabriensis civitatis et diocesis.

» 22 — » — (18654) Abbatissa et conventu monasterii s. Clarae Avenionensis ord. s. Dam. petentibus sepulturam in earum ecclesia liberam esse decernit. x kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 508. n° 94. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 22 — » — • (18655) Decano et capitulo ecclesiae b. Martini Turonensis significat, se statuere ut nulli de cetero liceat nisi unicum beneficium, sive praepositura sit seu administratio vel officium aut quocumque alio nomine censeatur, cum praebenda in praedicta ecclesia obtinere. x kal. Oct. a° 3°. ‖ Défense des privil. de St.-Martin de Tours, pr. 38.

» 24 — » — (18656) Electionem Philippi tunc thesaurarii in episcopum Metensem, quam Henricus Treverensis electus confirmare praesumserat, cassat annullat irritat declarans, Philippo memorato uti pontificalibus vel exercere pontificale officium aut administrationem Metensis ecclesiae gerere non licere. viii kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene Ampl. collect. IV. 473; Hontheim Hist. Trevir. I. 754. — »Metensis ecclesia pastoris.«

» 24 — » — (18657) Timotheum electum Zagrabiensem, quem tunc archidiaconum de Zala in ecclesia Vesprimiensi et canonicum Zagrabiensem (Stephanus) episcopus Penestrinus commissione sedis apostolicae ecclesiae Zagrabiensi providerat, eidem ecclesiae praeficit in episcopum et pastorem. viii kal. Oct. a° 3°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 44; Theiner Mon. Hungar. I. 245. n° 460. — »Rationis oculis intuentes.«

» 24 — » — (18658) Vasallis ecclesiae Zagrabiensis (Clero Zagrabiensi *etc.*) mandat, ut universi et singuli Timotheo electo vel procuratoribus eius in his, in quibus tenentur intendere ac de suis iuribus integre respondeant. viii kal. Oct. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 246; Mon. Hungar. hist. l. c. 46. — »Rationis oculis intuentes.«

» 25 — » — (18659) (Stephano) episcopo Penestrino conferendi personis idoneis beneficia ecclesiastica, personatus et dignitates cum cura et sine cura, quae Timotheus Zagrabiensis electus promotionis suae tempore in regno Ungariae obtinebat *etc.* concedit facultatem. vii kal. Oct. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. iii. 220; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 108. 110. 113. — »Tuam volentes honorare.«

» 27 — » — (18660) Arnoldum archidiaconum Trevirensem monet et hortatur, ut illis subditis suis, qui a sede apostolica vel eius delegatis mandata recipiant, in causa Henrici »qui pro Treverensi electo se gerit«, faveat et assistat. v kal. Oct. a° 3°. ‖ Gesta Trevir. ed. Martene Ampl. collect. IV. 323 (ed. Wyttenbach II. 105). — »Sicut nolumus indigna.«

• *In eundem modum eodemque die* Theoderico archidiacono Trevirensi.

» 27 — » — (18661) Abbati S. Martini Glandariensis Metens. dioc. mandat, moneat et inducat Arnoldum et Theodericum archidiaconos Trevirenses, »ut subditos suos non solum permittant exsequi libere directa eis a sede apostolica mandata vel eius delegatis super his aut aliis qui monasterium s. Mathiae Trevirensis reforment; verum etiam ipsis favorabiliter super huius negotii prosecutione assistant tamquam iustitiae zelatores.« v kal. Oct. a° 3°. ‖ Gesta Trevir. ed. Martene l. c. 324. — »Sicut nolumus indigna.«

(» —) — (») — (18662) Henricum regem Anglorum hortatur, ut ad sedandos tumultos in Angliae regno excitatos operam navet, eumque ad constantiam erigit. Promittit, se ad eius prosperitatem et memorati regni pacem libenter apostolicae partes solicitudinis appositurum esse. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 80, *omisso initio incip.* — »Fili charissime confide.«

Oct. 1 — » — (18663) Patriarchas, archiepiscopos et episcopos ac electos, abbates, priores, capitula, conventus et collegia s. Benedicti vel cuiuslibet alterius ordinis, necnon decanos, archidiaconos, praepositos, archipresbyteros et alios ecclesiarum praelatos ac praeceptores seu administratores domorum Hospitalis et Templi ac s. Mariae Theutonicorum exemptos et non exemptos monet et rogat, ut archiepiscopo Strigoniensi, cui negotium Terrae sanctae in regno Ungariae specialiter commiserit, extra suam civitatem et diocesim personaliter in praedicto negotio laboranti pro se, 16 equitaturis et 25 personis in necessariis necnon in securo conductu liberaliter provideant. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 246. n° 461; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 47. — »Cum negotium Terrae.«

1263.

Oct. 1	ap. Urbem veterem	(18664) Universos patriarchas, archiepiscopos *etc.* rogat et hortatur, ut, cum negotium Terrae sanctae (Tuchoni) episcopo Arusiensi in regno Daciae specialiter commiserit, eundem omni auxilio sublevent, nullis obstantibus privilegiis. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Skandin. Litterat. Selsk. Skrift. XXI. 17. — »Cum negotium Terrae.«
» 1	»	* (18665) Universis patriarchis *etc.* bulla commendatia pro (Ulphone) episcopo Scarensi. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Porthan Bullar. access. 50. n° 7; Liljegren Svenskt diplom. I. 411. n° 486. — »Cum negotium Terre.«
» 1	»	(18666) (Tuchoni) episcopo Arusiensi notum facit, se indulgere omnibus crucesignatis in Dacia pro subsidio Terrae sanctae, ut per litteras apostolicae sedis vel legatorum eius extra dioceses, in quibus ipsi et eorum bona consistant, in causam trahi vel ad iudicium evocari minime possint. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 393. — »Volentes omnes cruce.«
» 1	»	(18667) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut in fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol., clericos aut ecclesias eorum, »in quibus auctoritatem nequaquam habetis«, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare nullatenus praesumant. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 413. n° 628. — »Cum dilecti filii.«
» 1	»	(18668) Magistro et fratribus hospitalis eiusdem indulget, ut nemini liceat, sine speciali mandato Romani pontificis in eos *etc.* excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Strehlke l. c. 414. n° 629. — »Cum vos tanquam.«
» 3	»	(18669) Archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut, cum centesimam omnium ecclesiasticorum proventuum regni Ungariae usque ad quinquennium Terrae sanctae concesserit, hanc centesimam annuatim usque ad praedictum quinquennium colligat et, quicquid collectum fuerit, nuntiis eiusdem terrae vel eorum procuratoribus absque diminutione assignet. v non. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 246. n° 462; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 48. — »Inter occupationes multiplices.«
» 3	»	(18670) (Tuchoni) episcopo Arusiensi concedit facultatem per censuram ecclesiasticam compescendi, interdicta suspendendi, absolvendi ab excommunicationis vinculo *etc.* ad negotium Terrae sanctae promovendum. v non. Oct. a° 3°. ‖ Skandin. Litterat. Selsk. Skrift. XXI. 24. — »Inter occupationes multiplices.«
» 3	»	(18671) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut, si quis fratrum hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. post factam professionem habitum ordinis abicere vel ad aliud monasterium in eorum parochiis invitis suis fratribus transmigrare praesumpserit, tam ipsum quam qui eum retinere temptaverit, excommunicationis vinculo astringant. v non. Oct. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 414. n° 630; de Geer Archieven I. 86. n° 97. — »Dilectorum filiorum fratrum.«
» 4	»	(18672) Eosdem rogat et hortatur, ut fratribus hospitalis memorati, quibus indulta sit facultas praesentandi clericos ordinis sui ad vacantes ecclesias, in quibus ius obtineant patronatus, diocesanis episcopis, in praemissis nullius difficultatis opponant obstaculum. IV non. Oct. a° 3°. ‖ Strehlke l. c. 414. n° 631; de Geer l. c. n° 98. — »Ex parte dilectorum.«
» 4	»	(18673) (Tuchonem) episcopum Arusiensem ad negotium Terrae sanctae promovendum magnopere instigat et maxima auctoritate instruit. IV non. Oct. a° 3°. ‖ Skandin. Litterat. Selsk. Skrift. XXI. 19. — »De summis coelorum.«
» 4	»	(18674) Archiepiscopum Strigoniensem rogat, ut Terrae sanctae statum miserabilem Christifidelibus in regno Ungariae exponat eosque exhortetur ad subventionem eius. Ut circa id eo libentius intendant, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui huiusmodi laborem in propriis personis subierint et expensis, plenam suorum peccaminum veniam indulget *etc.* IV non. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 249. n° 463; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 54. — »De summis celorum.«
» 4	»	(18675) (Ulphoni) episcopo Scarensi praedicationem crucis per regnum Suetiae committit *etc., ut in* n° 18674. IV non. Oct. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 411. n° 487; *cf.* Porthan Bullar. access. 49. n° 5. — »De summis celorum.«
» 4	»	(18676) Eidem mandat, ut centesimam omnium ecclesiasticorum proventuum regni Suetiae pro subsidio Terrae sanctae ad quinquennium concessam colligat *etc., ut in* n° 18669. IV non. Oct. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. 413. n° 488; *cf.* Porthan l. c. 50. n° 6. — »Inter occupationes multiplices.«
» 14	»	(18677) (Smaragdum) archiepiscopum Colocensem eiusque suffraganeos, electos, abbates, priores, praepositos ... et alios ecclesiarum praelatos necnon .... capitula exempta et non exempta provinciae Colocensis a subventione praestanda imperio Constantinopolitano, pro qua Angelum clericum capellae papalis ad partes regni Hungariae transmiserat, absolvit. II id. Oct. a° 3°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 173; Fejér Cod. dipl. IV. III. 167; Theiner Mon. Hungar. I. 250. n° 464. — »Sine tristitia vix.«

1263.

Oct. 15	ap. Urbem veterem	(18678) Fratrem Bonaiunctam (Bonavitam *U.*) episcopum Recanatensem ad ecclesiam Aesinam transfert. Id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 508. n° 95; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 1219. — »Debitum nostri requirit.«
» 15	»	(18679) Capitulo Aesino mandat, ut praefatum episcopum devote suscipientes obedientiam ei debitam impendant. Id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 509. n° 96. — »Debitum nostri requirit.« * *In eundem modum* Clero et populo civitatis et diocesis Aesinae. ‖ Sbaralea l. c. n° 97.
» 18	»	(18680) Universis abbatissis et sororibus inclusis ordinis s. Clarae nunciat, se decrevisse, ordinem earum, »qui in b. Clara foelicia suae institutionis sumpsit auspicia,« de cetero ordinem s. Clarae uniformiter nominandum esse, et regulam sive formam vivendi eis a (Gregorio IX) praedecessore tunc Ostiensi episcopo datam confirmat. (*Tenor regulae annexus est.*) xv kal. Nov. a° 3°. ‖ Cherubini Bullar. I. 123; Sbaralea l. c. 509. n° 98; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 709. n° 21, *perperam ad* a. 1264; *omissa nota chronol.* Wadding Ann. Minor. IV. 518; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 90. — »Beata Clara virtute.«
» 18	»	(18681) (Iohanni) episcopo Pragensi et decano Olomucensi mandat, ut inquirant, a quibus et quantam pecuniam Petrus de Pontecurvo pro camera apostolica receperit. xv kal. Nov. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. III. 360; Erben Reg. Bohem. II. 168. n° 433; *cf.* Palacky Reise 39. n° 291. — »Cum Petrus de.«
» 20	»	(18682) Abbati monasterii de Pelys Cisterc. ord., custodi ecclesiae Albensis Wesprimiens. dioc. ac priori provinciali fratrum Praedicatorum Ungariae mandat, ut in Iobi episcopi Quinqueecclesiensis, qui famam suam diversis sceleribus commaculare non metuat, insolentias et crimina inquirant. XIII kal. Nov. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. III. 168. — »Ad felicitatem et.«
» 20	»	(18683) Universis Christifidelibus, qui ad ecclesiam hospitalis s. Mariae Theotonicorum civitatis Treverensis, in honore s. Mariae V. et s. Elisabeth constructam, causa devotionis in die dedicationis accesserint, unum annum et 40 dies de iniuncta poenitentia relaxat. XIII kal. Nov. a° 3°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 152. — »Vitae perennis gloria.«
» 21	»	(18684) Magistro Alberto de Parma scriptori suo concedit facultatem petendi, exigendi et recipiendi ecclesiae Romanae nomine in Alemannia ea omnia, quae de censibus et denario b. Petri *etc.* sedi apostolicae a quibuscumque personis debentur *etc.* XII kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 521. n° 99. — »De fidei ac.«
» 21	»	(18685) Abbati S. Martini Glandariensis mandat, ut omnes venditiones, obligationes, distractiones *etc.* a Wilhelmo intruso per Henricum, qui pro Trevirensi electo se gerat, abbate monasterii s. Mathiae Trevirensis ord. s. Ben. factas vel faciendas denuntiet nullius omnino existere firmitatis. XII kal. Nov. a° 3°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 286 (ed. Wyttenbach II. 53). — »Res nimis horrida.«
» 21	»	(18686) Archiepiscopis et episcopis ac ceteris ecclesiarum praelatis per regnum Norwegiae constitutis significat, se (Einaro) archiepiscopo Nidrosiensi praedicationem crucis pro Terrae sanctae subsidio in regno Norwegiae commisisse, eosque rogat, ut illi *etc.* ferventer assistere studeant. XII kal. Nov. a° 3°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 45. n° 56. — »Terram sanctam quam.«
» 23	»	(18687) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum ac officiali Parisiensibus mandat, ut quandam pecuniae summam solvendam et in custodiam tradendam curent. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 437. n° 40; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 522. n° 100. — »Super exigenda summa.«
» 23	»	(18688) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi significat idem, quod legitur *in* n° 18666. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 250. n° 465; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 57. — »Volentes omnes crucesignatos.«
» 23	»	(18689) Archiepiscopis et episcopis ac ceteris ecclesiarum praelatis per Ungariam constitutis significat, se (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi *etc., ut in* n° 18686. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 251. n° 466; Mon. Hungar. hist. l. c. 57. n° 39. — »Terram sanctam quam.«
» 23	»	(18690) (Ulphoni) episcopo Scarensi significat, se concedere, ne crucesignati Suetiae *etc., ut in* n° 18666. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 414. n° 489; *cf.* Porthan Bullar. access. 50. n° 8. — »Volentes omnes crucesignatos.«
» 23	»	(18691) Archiepiscopis et episcopis ac ceteris ecclesiarum praelatis per Suetiam constitutis mandat, ut (Ulphoni) episcopo Scarensi in crucis praedicationis officio assistant. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. n° 490; *cf.* Porthan l. c. 51. n° 9. — »Terram sanctam quam.«
» 23	»	(18692) (Einaro) archiepiscopo Nidrosiensi et suffraganeis eius mandat, ut in negotio praedicandi pro Terrae sanctae subsidio verbum crucis opere ac sermone potenter procedant. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 46. n° 57. — »In universitate fidelium.«

1263.

Oct. 23	ap. Urbem veterem	(18693) (Gilliberto) episcopo Hamarensi et magistro Andreae canonico Stawangrensi mandat, ut Admundo rectori ecclesiae de Stranwic presbytero Bergensis diocesis unam praebendarum in ecclesia Osloensi vacantium conferant. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Lange l. c. 48. n° 58. — »Sicut dilectus filius.«
" 28	"	(18694) Fratri Antonio de Celano ord. Praedicat. mandat, ut in Nicolaum de Fossa, qui pro episcopo Theatino se gerat, inquirat et provisionem de eo factam casset et irritet. v kal. Nov. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 438. n° 41. — »Olim felicis recordationis.«
" 29	"	(18695) (Simeoni) episcopo Albensi mandat, ut Henrico de Ast(a) clerico et familiari O(ttoboni) S. Adriani diaconi card. ecclesiam s. Germani de Brayda Taurin. dioc. conferat. iv kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 522. n° 101. — »Dilectus filius Henricus.«
" 30	"	(18696) (Thomae) episcopo Reatino mandat, ut Reatinos absolvat ab excommunicatione, quam incurrerant pro eo, quod Gravum civem Tudertinum in capitaneum assumpserant eumque a capitaniae regimine amovere contemnebant. iii kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 523. n° 102. — »Olim dilectus filius.«
" 31	"	(18697) Fratrem Antonium de ord. Minor., quem (Pantaleo) patriarcha Constantinopolitanus in suo discessu de Romania ibidem suum in spiritualibus et temporalibus vicarium instituit generalem, confirmat. ii kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 524. n° 103. — »Venerabili fratre nostro.«
" 31	"	(18698) Archidiacono Midensi mandat, faciat ut sententia excommunicationis, quam (Patricius) archiepiscopus Armachanus in magistrum Iohannem de Dubiltum promulgaverit pro eo quod se collationi ecclesiae de Martiri ad magistrum Matthaeum de Salerno subdiaconum et capellanum pontificium temere opposuerat, inviolabiliter observetur. ii kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 89. n° 230. — »Petitio dilecti filii.«
" 31	"	(18699) Archipresbytero Civitatis Novae mandat, faciat, ut Henricus dictus Contarenus plebanus ecclesiae s. Silvestri de Venetiis in ecclesia Tarvisina recipiatur canonicus. ii kal. Nov. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIV. 217. — »Probitatis et scientiae.«
(" —)	(")	(18700) Senatum populumque Pisanos graviter increpat, quod cum capitaneo et aliis complicibus Manfredi quondam principis Tarentini Lucanos et alios Romanae ecclesiae fideles studuerunt semper nec adhuc desinunt impugnare. Monet eos, ut cum eisdem Lucanis in aliquos probos viros infra instantes octavas b. Martini compromittere studeant et a praedictorum fidelium molestatione quomodolibet desistant. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 75. — »Considera considera, popule.«
Nov. 3	"	(18701) Magistro Matthaeo de Salerno subdiacono et capellano suo, cui ecclesiam de Martiri (Patricius) archiepiscopus Armachanus canonice contulit, hanc collationem confirmat. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 89 in n° 230. — »Ex tuorum exigentia.«
" 6	"	(18702) Malatestae et Concordiae uxori eius civibus Ariminensibus concedit, ut »postquam bona, quae ad vos et etiam ad patrem tuum per rapinam et alios modos illicitos devenerunt, de consilio (Iohannis) episcopi Ariminensis in sustentationem pauperum et alios pios usus integre duxeritis convertenda«, ad restitutionem aliam faciendam minime teneantur. viii id. Nov. a° 3°. ‖ Baluze Misc. ed. Mansi III. 406; Tonini Rimini 566. — »De fervore sincerissime.«
" 6	"	(18703) (Iohanni) episcopo Ariminensi mandat, ut Iohanni et Paulo filiis Malatestae (de Veruculo) civibus Ariminensibus 20 libras ab aliquibus monasteriis et ecclesiis provinciae Romaniolae faciat exhiberi. viii id. Nov. a° 3°. ‖ Baluze l. c. 406; Tonini l. c. 567. — »Significarunt nobis dilecti.«
" 7	"	(18704) G(ottifredo) S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali correctionem et reformationem monasterii Sublacensis ord. s. Ben. committit. vii id. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 524. n° 104. — »Olim intellecto quod.«
" 8	"	(18705) Iohanni de ordine Minorum in Anglia commoranti mandat, ne contra archiepiscopum Tuamensem ob debitum mille marcarum sterlingorum camerae apostolicae solvendum procedat, cum Dulcis et Noctius de Burgo mercatores Florentini hanc summam dictae camerae solverint. vi id. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 525. n° 105; Theiner Mon. Hibern. 90. n° 231. — »Venerabili fratri nostro.«
" 8	"	• (18706) Sanctimoniales de Medelingen ex monasterio de Medingen propter abundantiam monialium ibidem receptas et a Walthero de Femingen dotatas subdit magistro generali et priori provinciali fratrum Praedicatorum in Alemannia. vi id. Nov. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 213.
" 8	"	• (18707) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Alemannia commendat monasterium de Medelingen ord. s. Aug. vi id. Nov. a° 3°. ‖ Lang l. c. 215.
" 9	"	(18708) Guardiano fratrum Minorum Osnaburgensium et priori Praedicatorum Mindensium mandat, ut de excessibus Idae abbatissae saecularis ecclesiae Hervordensis Padebur-

1263.

		nens. dioc., quae bona ipsius ecclesiae enormiter dilapidet et consumat *etc.*, sollicite inquirant *etc.* v id. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 525. n° 106. — »Circa curam quarumlibet.«
Nov. 11	ap. Urbem veterem	(18709) Universis suis et ecclesiae Romanae ceterisque Christifidelibus notum facit, se Manfredum quondam principem Tarentinum super certis articulis citavisse, ut in kal. Aug. proximo praeteritis coram papa compareret, recepturus super illis, quod iustitia suaderet, videl. super destructione civitatis Arianensis, super interfectione Thomasii de Oria et Thomasii de Salice ac super crudeli occisione Petri de Calabrea comitis Cataneani *etc.*, illum autem proposuisse, oratorum opera velle se in tanto negotio non procuratorio nomine, sed praesentem respondere. Papa addit, se Manfredo leges, si accederet, praescripsisse et, quas si infringeret, denunciavisse tutum iter ei non futurum, aliarumque poenarum minas incussisse. Concludit, se fratrem Gualascum de ord. Minor. poenitentiarium et Iacobum praepositum Ebredunensem capellanum suos ad eundem Manfredum misisse, ut ipsum ad servandas propositas leges, antequam se itineri accingeret, iuramento adigerent. iii id. Nov. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1262 § 65–71; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 411. n° 9. — »Olim in die.«
" 11	"	(18710) Potestatem, consilium et communitatem Bononienses hortatur, ut omnes suos concives, qui rectorias, potestarias aut capitanarias in terris ecclesiae Romanae rebellibus et specialiter in Anchonitana marchia receperunt, ab eis sine dilatione qualibet revocent. iii id. Nov. a° 3°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 394; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 155. n° 288. — »In decore fidei.«
" 11	"	(18711) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut magistro Mathiae Bisseno clerico Vesprimiens. dioc., doctori nepotum (Stephani) episcopi Penestrini de praebenda vel beneficio ecclesiastico, cuius proventus valorem annuum 15 marcarum argenti attingant, provideat. iii id. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 251. n° 467; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 59. — »Apostolice benignitatis affectum.«
" 13	"	(18712) Archiepiscopos et episcopos ac ceteros ecclesiarum praelatos per Suetiam constitutos vehementer hortatur, ut (Ulphoni) episcopo Scarensi et aliis, quos ipse cooperatores elegerit circa praedicationis crucis pro subsidio Terrae sanctae prosecutionem, ferventer assistant. Id. Nov. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 414. n° 491; *cf.* Porthan Bullar. access. 51. n° 10. — »Terram sanctam quam.«
" 13	"	• (18713) Monasterium s. Mariae situm in insula Pomposia tuendum suscipit eiusque vetera iura corroborat. Id. Nov. indict. VII. incarn. dom. a° 1263. pont. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 90.
" 17	"	(18714) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut 150 libras Turonenses, quas ab ecclesiis ac monasteriis in Strigoniensi provincia, Cisterciensis et s. Damiani ordinum dumtaxat exceptis, usque ad triennium de speciali mandato sedis apostolicae R(iccardus) S. Angeli diaconus cardinalis annis singulis ordinavit provideri episcopo Aquinati, qui ab ecclesia sua per inimicos Romanae ecclesiae fugatus experiri cogatur insolita incommoda paupertatis, praefatis ecclesiis et monasteriis imponat ac colligat easque praedicto episcopo faciat assignari. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 252. n° 468; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 60. — »Cum nos dilecto.«
" 18 resp. 19	"	• (18715) Literae Urbani IV. Continent modificationem quorundam articulorum super regno Siciliae et quarundam admonitionum tempore Caroli Andegaviae ac Provinciae comitis tamquam regis futuri eiusdem regni. xiii (xiv *Mur.*) kal. Dec. a° 3°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 105. Analecta iuris pontific. Sér. XI. 1872. p. 1075.
" 21	"	(18716) Abbatissae et conventui S. Mariae Suessionensis ord. s. Ben. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, feudalibus duntaxat exceptis, a personis liberis in earum monasterio professionem facientibus recipere, petere ac libere retinere possint. xi kal. Dec. a° 3°. ‖ (Germain) Hist. de l'abb. de Notre-Dame de Soissons 463. — »Devotionis vestrae precibus.«
" 22	"	(18717) Universos archiepiscopos et episcopos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos per regnum Angliae constitutos monet et hortatur, ut G(uidonem) episcopum Sabinensem, cui plenae legationis officium inibi ac in Wallia et Hibernia commiserit, honorificentia debita tractent eique tamquam apostolicae sedis legato humiliter intendant. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 85. — »Licet cunctis Christicolis.«
" 22	"	(18718) Guidonem episcopum Sabinensem, ei commisso in Anglia, Wallia et Hibernia plenae legationis officio, ad partes Angliae destinat ac huiusmodi negotio instruit. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 169. — »Cum te ad.«
" 22	"	(18719) Archiepiscopo Armachano et episcopo Midensi mandat, ut de quibusdam pecuniarum summis et aliis pluribus bonis ecclesiae Romanae debitis et a magistro Iohanne de Frusinone capellano suo in partibus Yberniae collectis inquirant et referant. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 90. n° 232. — »Ad aures nostras.«

1263.

Nov. 24 ap. Urbem veterem (18720) Archiepiscopo Armachano iterum scribit de pecunia a magistro Iohanne de Frusinone in Ybernia collecta eumque hortatur, ut »huiusmodi negotia acceptissima cordi nostro, ad quorum executionem te ... specialiter duximus eligendum, affectu prompto assumas« *etc.* viii kal. Dec. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 91. n° 233. — »Firmam olim cum.«

» 24 » (18721) Episcopo Lingonensi mandat, ut Berctholdum monasterii Morbacensis ord. s. Ben. Basileens. dioc. electum abbatem statutis temporibus rite promoveat in presbyterum et tandem ei munus benedictionis impendat. viii kal. Dec. a° 3°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 225. — »Dilectorum filiorum Berctholdi.«

» 24 » (18722) Abbati monasterii s. Amandi ord. s. Aug. Petragoricens. dioc. concedit facultatem recipiendi propter sacerdotum defectum quatuor clericos in canonicos. viii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 526. n° 107. — »Ex parte tua.«

» 25 » (18723) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in Provinciae et Folcalcarii comitatibus mandat, ut Guillelmum de Inqueriis civem Arelatensem, qui a matre sua seductus haereticos de secta Valdensium frequentavit *etc.*, absolutionis beneficium impendant, si ad fidei catholicae unitatem revertatur. vii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 527. n° 108. — »Dilectus filius Guillelmus.«

» 26 » (18724) Guidoni episcopo Sabinensi legato apostolicae sedis in Anglia *etc.* concedit facultatem dispensandi cum ecclesiarum praelatis et personis ecclesiasticis suae legationis super irregularitate. vi kal. Dec. a° 3°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 170; Sbaralea l. c. 528. n° 109. — »Cum te ad.«

» 27 » (18725) Eidem mandat ut, si rebellionem archiepiscoporum, episcoporum et aliorum praelatorum ecclesiarum ac comitum, baronum et aliorum regni Angliae requirere viderit, contra illos qui ei vel regi Angliae rebelles fuerint, praedicet verbum crucis. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Baluze l. c. 171. — »Ex iniuncto nobis.«

» 27 » (18726) Abbatem et conventum monasterii Murbacensis ord. s. Ben. Basiliens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem terras, domus *etc.* eis confirmat. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 976. n° 45. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 29 » (18727) Quaestionem inter episcopum capitulumque Anteradenses ex parte una et executores testamenti b. mem. G(uillelmi) praedecessoris ipsius episcopi, et priorissam conventumque monialium S. Pauli in Tervisio *etc.* ex altera super quibusdam possessionibus, quas idem praedecessor emerat de bonis Anteradensis ecclesiae in marchia Tervisina, ac aliis rebus subortam decidit. iii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 528. n° 110. — »Dudum inter venerabilem.«

Dec. 1 » (18728) Petro dicto Capretio canonico Bononiensi et Francisco de Baxis archipresbytero de Salustra Imolens. dioc. scribit de thesauro ecclesiae Bononiensis depraedato eisque mandat, ut scelestos fures inquirant ac inventos ad Urbem quamprimum transmittant. Kal. Dec. a° 3°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. ii. 134; Savioli Ann. Bologn. III. ii. 395. — »Olim ad audientiam.«

» 1 » (18729) (Bonaiunctae) episcopo Aesino mandat, ut monasterio s. Mariae de Plano ord. s. Ben. Aesinae dioc. personam idoneam consilio Manfredi Veronensis electi, capitanei et rectoris ducatus Spoletani et marchiae Anconitanae, in abbatem praeficiat eique munus benedictionis impendat. Kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 529. n° 111; Baldassini Città di Jesi. Append. 45; Colucci Antichità Picene IV. app. 17. n° 10. — »Cum sicut per.«

» 1 » (18730) (Henrico) episcopo Traiectensi mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Horst Cisterc. ord. Traiect. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Kal. Dec. a° 3°. ‖ Sloet Oorkondenb. van Gelre II. 848. n° 868, *omisso exordio.*

» 1 » (18731) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis, rectoribus ac universis clericis per Hiberniam constitutis inhibet, ne alter alium super decimis, testamentis ac rebus aliis et actionibus personalibus, quae ad forum ecclesiasticum dumtaxat pertinent, relicto ecclesiastico iudice in foro saeculari convenire praesumat *etc.* Kal. Dec. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 92. n° 234; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 701. n° 15. — »Provisionis nostrae provenire.«

» 3 » (18732) Iohannem de Alneto fratrem ordinis Minorum Rathbothensi ecclesiae in episcopum et pastorem praeficit. iii non. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 530. n° 112; Theiner l. c. n° 235. — »Cum nos simus.«

* *Eodem die* Capitulo ecclesiae Rathbothensis, — Clero et populo civitatis et diocesis Rathbothensis — Armachano archiepiscopo *de hac confirmatione significat.* ‖ Sbaralea l. c. n° 113. 114.

» 4 » (18733) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum Reginis mandat, ut inquirant contra G. abbatem monasterii s. Prosperi Reginensis, qui plurima illius beneficia nimis indigne

1263.

suscepisse convincatur. ii non. Dec. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 439. n° 42; Sbaralea l. c. 531. n° 115. — »Iudicium apostolice sedis.«

Dec. 9 ap. Urbem veterem (18734) Praeposito et fratribus domus Miechoviensis ad ecclesiam dominici Sepulchri Hierosolymitani spectantis, ord. s. Aug. Cracoviens. dioc., quibus Boleslaus et quondam frater Praemislai ducis Gnesnensis de consensu b. mem. Fulconis archiepiscopi Gnesnensis ius patronatus in hospitali in Gnesna et idem archiepiscopus dictum hospitale cum decimis *etc.* concesserant, hanc concessionem confirmat. v id. Dec. a° 3°. ‖ Nakielski Miechovia 192. — »Iustis petentium desideriis.«

» 10 » (18735) Prohibet, ne castra feuda et possessiones in Campania et Maritima personis ex eis non oriundis donentur vel locentur. iv id. Dec. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 156. n° 289; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 702. n° 16. — »Romane ecclesie cuius.«

» 10 » (18736) Potestati, consilio et communi Fuliginatibus mandat, ne facientibus communantiam in praeiudicium ecclesiae praestent auxilium. iv id. Dec. a° 3°. ‖ Theiner l. c. n° 290. — »Cum sicut intelleximus.«

» 13 » (18737) Guidoni episcopo Sabinensi legato apostolicae sedis in Anglia, Wallia ac Hibernia, cui quamplurima per speciales litteras concesserat, scribit, se ut legationis officii executio ei sit libera et submotis difficultatibus expedita declarare, »quod nostrae intentionis et voluntatis existit quod per praedicta quae tibi specialiter sunt concessa, eis quae tibi ratione legationis competunt, in nullo penitus derogetur.« Id. Dec. a° 3°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 172. — »Pro sedanda discordia.«

» 13 » (18738) Eidem concedit, ut in magnis colloquiis et congregationibus, quae occasione negotiorum, pro quibus eum in Angliam destinet, fieri contigerit, et in festis solemnibus *etc.* omnibus vere poenitentibus et confessis indulgentiam unius anni et 40 dierum largiatur. Id. Dec. a° 3°. ‖ Baluze l. c. 173. — »Cum te ad.«

» 13 » (18739) Monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. tutelam suscipit, specialiter autem ei terras et alia bona confirmat. Id. Dec. a° 3°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 65. n° 65. — »Iustis petentium desideriis.«

» 15 (») * (18740) Praeposito ecclesiae Olomucensis scribit de controversia inter fratres hospitalis Hierosolimitani et rectorem ecclesiae s. Iacobi in Brunna super quibusdam decimis et iuribus parochialibus loci de Cunigesuelt actitata. ‖ Palacky Reise 39. n° 292; Erben Reg. Bohem. II. 169. n° 435.

» 18 » (18741) (Nicolao) episcopo Wibergensi mandat, ut Magno de Datia clerico Burgalensis dioc. ecclesiam de Snestath eiusdem dioc. conferat et assignet. xv kal. Ianr. a° 3°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 107. n° 35. — »Cum sicut dilectus.«

» 18 » * (18742) Le pape autorise la cathédrale de Liége à excommunier ceux qui s'emparent des biens du chapitre si, étant avertis, ils ne réparent pas, dans le temps fixé, les dommages causés par leur injustice. xv kal. Ianr. a° 3°. ‖ Schoonbroodt Invent. des chartes de Saint-Lambert 74. n° 279.

» 20 » (18743) Episcopo Caiacensi, priori Praedicatorum Neapoli et guardiano Minorum in Capua mandat, ut monasterio s. Mariae Calinensi ord. s. Ben. Mathiam de Colomentis monialem monasterii s. Mariae in Capua ord. eiusdem in procuratricem praeficiant. xiii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 532. n° 116. — »Qui omnium ecclesiarum.«

» 20 » (18744) Abbati monasterii de Wernivilerio Cisterc. ord. Metens. dioc. mandat, faciat ut sententia excommunicationis a magistro Dithero canonico Spirensi contra Bertham, Adelheidim et quasdam alias mulieres religiosas Spirens. dioc. falso dicentes, sibi esse a sede apostolica indultum ut oratorium et officinas possint ubi velint erigere *etc.* exigente iustitia promulgata inviolabiliter observetur. xiii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Würdtwein Monast. Palat. III. 46. — »Sua nobis dilecti.«

» 21 » (18745) M(ariae) reginae Ungariae, cui B(ela) rex Ungariae vir eius castrum Wissegrad cum comitatu et districtu de Pelys titulo donationis perpetuo valiturae tradiderat, hanc donationem confirmat. xii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 252. n° 469; Mon. Hung. hist. Dipl. XIII. 70. — »Iusta desideria tue.«

» 21 » (18746) Eidem castrum de Possega in ducatu Sclavoniae constitutum confirmat. xii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 254. n° 470; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 62. — »Iusta desideria tue.«

» 21 (») * (18747) Theoderico episcopo Gurcensi mandat, ut abbatem conventumque monasterii in Rein propensius commendatos habeat. ‖ A. v. Muchar Gesch. des Herzogth. Steiermark V. (1850) 303; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 325. n° 1297.

» 21 » (18748) B(elae) duci Sclavonie castra de Nitria, de Posonio, de Musum et de Suprunio in confinio regni Ungariae sita, quae B(ela) rex Ungariae pater ei donavit, auctoritate apostolica confirmat. xii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 254. n° 471; Fejér Cod. dipl. VII. v. 339; Mon. Hungar. hist. l. c. 63; *cf.* Palacky Reise 39. n° 293. — »Pro fidei meritis.«

1263.

Dec. 21 — ap. Urbem veterem — (18749) Eundem cum ducatu Sclavoniae ac de Olcha, de Bragna, Symigio, Sala et Ferreo castris necnon salibus aquaticis ad ducatum ipsum spectantibus sub protectione apostolicae sedis suscipit. xii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 255. n° 472; Mon. Hungar. hist. l. c. 64; *fragm.* ap. Fejér l. c. 339. n° 205. — »Pro fidei meritis.«

» 22 — » — (18749 a) Manfredo Veronensi electo marchiae Anconitanae rectori mandat, ut de excessibus Gerardi Firmani episcopi inquirat et quae invenerit per fidelem nuncium transmittat. xi kal. Ianr. a° 3°. ‖ (Catalani) De ecclesia Firman. 368. n° 70. — »Nuper fama imo.«

» 25 — » — (18750) Alberto notario (suo) mittit certas cautiones, sub quibus Carolus comes Provinciae senatoriam Urbis dignitatem acceptare debeat. viii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 30. — »Cum regni negotium.«

(» 25) — » — (18751) Diffinitio inter fratres cardinales super Senatu Urbis et regno Siciliae. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 3. — »Prima forma cautionis.«

» 31 — (») — (18752) Episcopo Cracoviensi mandat, ut precibus ducis Cracoviensis satisfaciens viros idoneos ad Lituanos »qui venire cupiant ad christianae fidei unitatem«, mittat ac in eisdem partibus ecclesias ad opus huiusmodi conversorum fundet. ii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Raynald. l. c. ad a. 1263 § 88; Theiner Mon. Polon. I. 76. n° 148. — »Cum sicut lecta.«

(Sept.-Dec.) — (») — (18753) Lucanos ad constantiam confirmat, ne eorum susurris subornari se patiantur, qui ipsos in Manfredi quondam principis Tarentini partes student dolo pellicere, ut miserae mancipent servituti. *Sine signo chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 77, *fragm. incip.* — »Prospera quae de.«

— — (») — (18754) Potestatem, capitaneum, antianos, commune et consilium Senenses hortatur, ut captivos Lucanos omnino libertati reddant vel saltem benigne et humane tractent. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 73. — »Non sine turbatione.«

— — (») — (18755) Abbati et generali capitulo Cistercii significat, se Guidonem a Cisterciensis ordinis generali regimine absolutum praeclaro cardinalium collegio tit. S. Laurentii in lucina presbyteri aggregasse. Hortatur eos, ut dicto cardinali talem concedant provisionem, de qua possit honorifice sustentari. *Sine nota chronol.* ‖ Ughelli Ital. sacra I. 263. — »Processit olim de.«

— — (») — (18756) Decano Laudunensi confert decanatum, quem Guilelmus tit. S. Marci presb. cardinalis in ecclesia Laudunensi obtinuerat, sed libere ad papae votum resignaverat. ‖ *Sine nota chronol.* ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 557. — »Memores uberum Laudunensis.«

— — (») — * (18757) Monasterii Broburgensis tutelam suscipit eiusque possessiones ac privilegia confirmat. ‖ Coussemaker Notice sur les archives de l'abbaye de Bourbourg (Dunkerque 1859) 13. n° 13.

1262. 1263. — — — * (18758) (Ulrico) episcopo Radzeburgensi mandat, ut eos qui summas pecuniarum ex redemptionibus votorum fratribus hospitalis s. Mariae papali auctoritate concessas non diversa legata ipsis debita iniuria detineant occultentque, monitis imprimis ad satisfactionem compellat vel et excommunicationis vinculo tergiversantes adigat pro rerum exigentia. A° 2°. ‖ Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 131. n° 132.

1264.

Ianr. 2 — ap. Urbem veterem — (18759) S. Andreae et Aberdonensi episcopis ac abbati de Dunfermelin controversiam inter Walterum Bulloc et Mariam comitissam de Manethet uxorem eius ex parte una et Iohannem Russel Eliens. dioc. et Isabellam uxorem eius ex altera vertentem super comitatu de Manethet regni Scotiae, quem utraque pars a rege Scotiae asserebat in feudum se debere tenere, audiendam et decidendam committit. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 93. n° 237. — »Ex parte carissimi.«

» 2 — » — (18760) Irenaeo canonico Iauriensi ordinationem, reservationem et decretum per S(tephanum) Praenestinum episcopum in causa vertente inter eum ex parte una et episcopum et magistrum Petrum nepotem et procuratorem eius canonicum Iaurienses ex altera super vacante archidiaconatu Supruniensi in ecclesia Iauriensi edita, in hiis quae Irenaeum contingunt, confirmat. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 255. n° 473; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 74. — »Ea que iudicio.«

» 2 — » — (18761) Abbati S. Martini de Pannonia ord. s. Ben. Iauriens. dioc. mandat, ut ordinationem *etc.* S(tephani) Praenestini episcopi in his, quae pro magistro I(renaeo) canonico Iauriensi faciunt, executioni demandet. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 258. n° 474; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 76. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 2 — » — (18762) E(rico) regi Daciae ac (Margarethae) reginae matri eius concedit, ne (Iacobus) Lundensis archiepiscopus et (Petrus) episcopus Roskildensis, qui se illis publicos aemulos et inimicos constituerant manifestos ac exiverant occasione huiusmodi regnum eorum, inimicitiis durantibus inter utramque partem possint in personas eorum excommunicationis aut terras eorum interdicti sententias promulgare. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 416. n° 493; *cf.* Porthan Bullar. access. 51. n° 12. — »Pro sincere devotionis.«

» 2 — » — (18763) Eisdem concedit, ut tempore generalis vel specialis terrae interdicti liceat eis in capellis suis per capellanos proprios, ianuis clausis *etc.* celebrari et audire divina, et

1264.

ecclesiastica percipere sacramenta, dummodo ipsi causam non dederint interdicto, vel id ipsis non contingat per alios quam per (Iacobum) Lundensem archiepiscopum et (Petrum) episcopum Roskildensem durantibus huiusmodi inimicitiis interdici. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. 417. n° 494; *cf.* Porthan l. c. n° 13. — »Pro sincere devotionis.«

Ianr. 2 — ap. Urbem veterem — (18764) (Nicolao) episcopo Wibergensi mandat, ut, cum (Iacobus) archiepiscopus Lundensis culpis exigentibus plures annos a civitate ac diocesi Lundensi iam absit eamque ob rem nullus fuerit, qui in praedicta diocesi crisma conficeret, crismaret pueros et subditis ecclesiae Lundensis exhiberet ecclesiastica sacramenta, ibi ea quae sint episcopalis ordinis exerceat. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. n° 495; *cf.* Porthan l. c. 52. n° 14. — »Ad audientiam nostram.«

» 2 — » — * (18765) Episcopo Arusiensi simile dat mandatum respectu episcopi Roskildensis, qui propter graves excessus quos commiserat, per triennium absentavit. iv non. Ianr. a° 3°. ‖ Porthan l. c. n° 15.

» 4 — » — (18766) Iohanni archidiacono Iauriensi indulget, ut praeter archidiaconatum Iauriensis ecclesiae curam animarum annexam habentem unicum aliud beneficium ecclesiasticum, etiamsi sit personatus vel dignitas, cum praedicto archidiaconatu retinere possit. ii non. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 258. n° 475; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 78. — »Volentes tibi tue.«

» 4 — » — (18767) (Petro) episcopo Bergensi mandat, ut ecclesiam s. Mariae de Slidrum Stawangrens. dioc., cuius collatio sit ad sedem apostolicam legitime devoluta, Thostano pauperi clerico, »quem per magistrum Petrum archidiaconum Bruliensem in ecclesia Agennensi socium magistri Michaelis S. R. E. vicecancellarii examinari fecimus,« cum omnibus iuribus et pertinentiis suis conferat. ii non. Ianr. a° 3°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. i. 30. n° 32. — »Cum sicut accepimus.«

» 7 — » — (18768) Alberto (sedis apostolicae) notario significat, Carolum Andegaviae ac Provinciae comitem per magistrum Iohannem de Monciaco capellanum nuntium suum quasdam misisse additiones factas ad conditiones super negotio regni Siciliae ei propositas, seque quasdam ex eisdem adiectionibus, tenore earum inserto, »quas rationabiles fore decrevimus,« duxisse admittendas. vii id. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 33. — »Olim cum te.«

» 7 — » — (18769) (Ludovicum) regem Franciae rogat, ut centesimam, quam papa in Gallia pro Terrae sanctae subsidio colligi iusserat, in usus pro tuendo christiano nomine impendat *etc.* vii id. Ianr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1263 § 12, *omisso exordio.*

» 8 — » — (18770) (Columbano) episcopo Traguriensi mandat, ut terras *etc.* quas Desa Lucae civis Traguriensis fratribus de ordine Minorum in civitate Traguriensi legavit vendere studeat et de pretio quod ex eis provenerit dictis Minoritis locum aptum emat ac in ipso ecclesiam, domos et officinas construi ad opus faciat eorundem. vi id. Ianr. a° 3°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 347; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 532. n° 117; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 89. n° 120; Mon. Hung. hist. Dipl. XIII. 98. — »Sua nobis dilecti.«

» 9 — » — (18771) Palmerio et Huguicioni civibus Faventinis natis Martini de Fano iuris professoris civilis bona et iura, quae Fransimundus miles eorumque concivis, sed persecutor Romanae ecclesiae in castro Marci et comitatu Senogaliae habebat, concedit. v id. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 156. n° 291. — »Pro devotione paterna.«

» 9 — » — (18772) (Iohanne) episcopo Paduano petente confirmat statutum rectorum universitatis magistrorum scolarum (et scholarium *Lün.*) Paduanae, »quod scolares ipsius universitatis, qui debent in magistros assumi, coram episcopo Paduano praesentibus doctoribus universitatis eiusdem examinari debeant diligenter, et idem episcopus eis, si reperiantur idonei, debet docendi licentiam concedere.« v id. Ianr. a° 3°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 369; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 143. n° 124; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 1961. n° 11. — »Lecta coram nobis.«

» 9 — » — (18773) Alberto (sedis apostolicae) notario respondet de modificatione quatuordecim articulorum super conditionibus negotii regni Siciliae, quam Carolus Andegaviae et Provinciae comes sub certa forma postulabat. v id. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 35. — »Nuper nobis quandam.«

» 9 — » — (18774) Eidem scribit rationes responsionum suarum in superiori epistola expressarum, »non ut cuilibet quaerenti respondeas nec ut praevenias non quaerentes, sed ut in singulis factus instructior respondere non timeas, quibus, ubi et quando pro utilitate negotii tibi crediti videris respondendum.« v id. Ianr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 43. — »Tuis nuper receptis.«

» 10 — » — (18775) Fratri Bartholomaeo de Amelia ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis Romanae provinciae mandat, ut Guiscardo de Petrasca rectori patrimonii b. Petri in Tuscia efficaciter assistat in eos, qui isti istiusque regimini contradictores fuerint et rebelles. iv id. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 533. n° 118. — »Volentes personam aliquam.«

» 12 — » — (18776) Episcopo Vesprimiensi mandat, ut Robertum subdiaconum suum, cantorem ecclesiae de Possega Quinqueecclesiens. dioc., capellanum (Stephani) episcopi Penestrini vel

1264.

		eius procuratorem in corporalem possessionem archidiaconatus et praebendae de Uulto [Walkó] inducat. II id. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 260. n° 477; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 79. — »Dilectus filius Robertus.«
Ianr. 12	ap. Urbem veterem	(18777) Robertum eundem in dignitate archidiaconi de Wlco [Walkó] confirmat. II id. Ianr. a° 3°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 181; Fejér Cod. dipl. IV. III. 219; Theiner l. c. I. 258. n° 476. — »In nostra proposuisti.«
» 13	»	(18778) Potestati, consilio et communitati Terracinensibus nunciat, se Iacobum Cantelmi vicarium in Urbe Caroli Andegaviae ac Provinciae comitis senatoris Urbis, qui eis de facto iniunxerat, ut dohanam salis totaliter devastarent, hortatum esse, ut illud mandatum revocans permittat libere civitatem ipsam huiusmodi habere dohanam, sicut eam habere ab antiquis temporibus hactenus consueverit. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Contator Hist. Terracin. 195; Vitale Senatori di Roma 136. — »Intellecto nuper quod.«
» 13	»	(18779) Ad certitudinem praesentium et memoriam futurorum decernit modum dicendi officia divina in terris strictissimo interdicto suppositis, ad quas Manfredus quondam princeps Tarentinus eiusque asseclae pervenerint. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 94; Ripolli Bullar. Praed. I. 439. n° 43; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 534. n° 119. — »Dudum felicis recordationis.«
» 13	»	(18780) Monasterium s. Mariae Montis Virginis in dioc. Avellin. tuendum suscipit, ab omni iurisdictione, potestate ac dominio tam episcopi Avellini quam quorumlibet aliorum praelatorum perpetuo eximit, possessiones ac bona, privilegia ac iura eius confirmat. Id. Ianr. indict. VII. incarn. dom. a° 1264(!). pont. a° 3°. ‖ Mastrullo Monte Vergine 457. — »Et si universae.«
» 13	»	(18781) (Alberto) Ferrariensi et (Alberto) Tervisino episcopis mandat, faciant ut patriarcha Aquileiensis et nonnulli suffraganei eius *etc.*, quibus Renaldus, Bernardinus *etc.* cives et mercatores Senenses quasdam pecuniarum summas mutuarunt, infra tres menses debitam eis satisfactionem impendant. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 535. n° 120. — »Dilecti filii Renaldus.«
» 13	»	• (18782) Thrugoto episcopo Revaliensi, cui propriis manibus munus consecrationis impenderat (*cf.* n° 18652), diplomate hoc confirmatorio officium episcopale mandat. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Porthan Bullar. access. 52. n° 16.
» 16	»	(18783) Eventio presbytero canonico Zagrabiensi, cui (Stephanus) episcopus Praenestinus canonicatum et praebendam, quos Timotheus Zagrabiensis episcopus tempore suae promotionis in Zagrabiensi ecclesia obtinuerat, cum domibus, curia *etc.* contulit, de ipsis providit eumque praesentialiter investivit per suum annulum de eisdem, hanc concessionem confirmat. XVII kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 260. n° 478; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 80. — »Que de sedis.«
» 16	»	(18784) Archiepiscopo Colocensi et abbati de Toplica Cisterc. ord. Zagabriens. dioc. mandat, ut Eventium eundem capellanum S(tephani) episcopi Praenestini in possessionem canonicatus *etc.* inducant. XVII kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 261. n° 479; Mon. Hung. hist. l. c. 82. — »Que de sedis.«
» 18	»	(18785) Praeposito et capitulo Zagrabiensibus notificat, se Tymotheum archidiaconum de Zala in ecclesia Vesprimiensi subdiaconum et capellanum suum Zagrabiensi ecclesiae praefecisse in episcopum et pastorem ac eidem consecrationis munus impendisse. Hortatur illos, ut eundem devote suscipiant ac nihilominus fratri Gualterio poenitentiario papali, cui idem episcopus et sedes apostolica curam praedictae ecclesiae circa spiritualia et temporalia commiserint, consilium et auxilium exhibeant. XV kal. Febr. a° 3°. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 373; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 536. n° 121; Katona Hist. crit. VI. 405; Fejér Cod. dipl. IV. III. 223; Theiner l. c. 262. n° 480. — »Gratiae divinae praemium.«
» 20	—	(Otakaro) regi Bohemiae: »Viterbii XIII kal. Febr. a° 3°« — »In tui magnificentia.« ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 249, *vid.* 1262. Ianr. 20. n° 18217.
» 21	ap. Urbem veterem	(18786) Archiepiscopo Iadrensi mandat, ut cum Praestantio de Cotopagna et Stana muliere de matrimonio contracto dispenset. XII kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 89. n° 121; Mon. Hung. hist. Dipl. XIII. 100. — »Per tuas nobis.«
» 23	»	(18787) Fratri Gualtero ord. Minor. poenitentiario capellano et nuntio suo procurationis officium a Timotheo episcopo Zagrabiensi ei commissum (*vid.* n° 18785) approbat. X kal. Febr. a° 3°. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 373; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 536. n° 122; Fejér Cod. dipl. IV. III. 224; Theiner Mon. Hungar. I. 282. n° 481. — »Inter alias sollicitudines.«
» 26	»	(18788) E(gidio) archiepiscopo Tyrensi et Iohanni de Valencenis domino Caiphae mandat, ut pecuniaria subsidia subventioni Terrae sanctae deputata ab eorum collectoribus recipiant ac in utilitatem praedictae terrae fideliter convertant. VII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 47. — »Cum nos diversa.«
» 26	»	(18789) Universis archiepiscopis et episcopis ac abbatibus . . . . ceterisque personis ecclesiasticis vel religiosis per omnia christiana mundi regna et provincias ad crucis nego-

1264.

		tium et ad colligenda subsidia pecuniaria pro Terrae sanctae subsidio deputatis et in posterum deputandis praecipit, ut in iniuncto sibi commisso diligenter strenueque se gerant et omnem pecuniam cunctaque alia collecta de huiusmodi subsidiis E(gidio) archiepiscopo Tyrensi et Iohanni de Valencenis domino Cayphae, Terrae sanctae nunciis integre ac fideliter assignent. VII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 48; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 538. n° 123; *cf.* MasLatrie Hist. de Chypre II. 70. — »Etsi ad universas.«
Ianr. 28	ap. Urbem veterem	(18790) Alphonsum Pictaviae et Tolosae comitem rogat, ut Narbonensi archiepiscopo, Magalonensi episcopo ac priori de Neraco ord. s. Ben. Agennens. dioc. inquisitoribus nominatis in causa Tolosani episcopi prosequenda faveat. V kal. Febr. a° 3°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 570. — »Fili, quia ascendit.«
» 28	»	(18791) Archiepiscopis et episcopis aliisque praelatis ecclesiarum per regnum Ungariae constitutis inhibet, ut parentelis et confederationibus cum regibus Tartarorum ineundis vel habendis tractatibus super his et similibus inter illos et Belam Ungariae regem Stephanumque primogenitum eius suam omnino praesentiam adimant ac nullum super his praestent auxilium vel consilium. V kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 265. n° 484; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 84. — »Per facti evidentiam.«
» 28	»	(18792) Belam regem Ungariae ab affinitate ac omni foedere cum Tartaris ineundo dehortatur. V kal. Febr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 48; Katona Hist. crit. VI. 409; Fejér Cod. dipl. IV. III. 226; Theiner l. c. 264. n° 483. — »Per facti evidentiam.«
» 30	»	(18793) Hospitale s. Mariae Theuton. Ierosol. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit eiusque privilegia ac iura confirmat. III kal. Febr. indict. VII. incarn. dom. a° 1263. pont. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 415. n° 632. — »Etsi neque qui.«
» 31	»	(18794) Magistrum Adam de Kirkuchbrich rectorem ecclesiae de Baltano Glasguens. dioc. in capellanorum suorum consortium admittit. II kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 93. n° 236. — »Scientia mores et.«
Febr. 1	»	(18795) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum Metensibus mandat, ut, cum Henricus archipresbyter ecclesiae de Theonis Villa rector ecclesiae de Haeng Metens. dioc. dictam ecclesiam resignare proponat, eandem Iacobo de Vozelburgh presbytero, pro quo Henricus comes Luozelburgh affectuose rogaverit, conferant. Kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 440. n° 44; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 538. n° 124. — »Cum sicut intelleximus.«
» 2	»	(18796) B(elae) regi Ungariae scribit, se audivisse, »quod inter te ac Stephanum regem primogenitum tuum materia dissensionis exorta ipse te contra Cumanorum tuque contra eum paganorum de Livonia et aliorum infidelium vicinorum auxilium intenditis invocare ac hostilem congressum ad invicem experiri.« Obsecrat eum ac etiam sub poena excommunicationis ei inhibet, quominus ad tam crudele propositum exequendum aliquo modo procedat. IV non. Febr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 52; Fejér Cod. dipl. IV. III. 211; Theiner Mon. Hungar. I. 265. n° 485. — »Nimis aliquando fuit.«
» 4	»	(18797) Decano ecclesiae Sutvaniensis Traiectens. dioc. mandat, ut Henrico rectori ecclesiae de Arnhem contra molestatores praesidio defensionis efficaciter assistat. II non. Febr. a° 3°. ‖ Sloet Oorkondenb. van Gelre II. 841. n° 860, *perperam ad* a. 1263. — »Ne devotos filios.«
» 12	»	(18798) Magistro Forcasio electo in praepositum ecclesiae Albensis, aulae (Belae) regis Ungariae vicecancellario ad veniendum ad sedem apostolicam pro confirmationis suae munere postulando quatuor mensium spatium indulget. II id. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 266. n° 486; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 86. — »Tue devotionis puritas.«
» 13	»	(18799) Magistro Ladislao archidiacono S. Eustachii in ecclesia Strigoniensi clerico (Belae) Ungariae regis concedit, ut praeter hunc archidiaconatum possit in Iauriensi vel Vesprimiensi aut Quinqueecclesiensi diocesibus aliud beneficium ecclesiasticum cum animarum cura recipere. Id. Febr. a° 3°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 359; Fejér Cod. dipl. IV. III. 228; Theiner l. c. 266. n° 487. — »Adiutos virtutum meritis.«
» 14	»	(18800) Manfredo (de Robertis) Veronensi electo ducatus Spoletani et marchiae Anconitanae rectori mandat, ut precibus Assisinatum annuens aliquem in excambium pro liberatione Benelli Martini ab hostibus ecclesiae capti tradat. XVI kal. Mart. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 156. n° 292. — »Apostolici pietas nos.«
» 17	»	(18801) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Suessionensis ord. s. Ben. significat, se decernere et firmare, ut nulli canonicorum S. Petri Suessionensis, qui iuxta antiquas observantias altari b. Mariae in propriis teneantur deservire personis, liceat transire ad curam parochialem, nisi praebenda ecclesiae monialium dimissa, aut alium titulum suscipere, pro quo servitium eius praedicto debeat altari deesse. XIII kal. Mart. a° 3°. ‖ (Germain) Hist. de l'abb. de Notre-Dame de Soissons 462. — »Ea quae ad.«
» 18	»	(18802) Arnoldo comiti de Los praeposituram ecclesiae Coloniensis confert. XII kal. Mart. a° 3°. ‖ Ennen Quellen II. 493. n° 464. — »Hanc spem de vestre.«

1264.

Febr. 18 — ap. Urbem veterem — (18803) Fratrem Bartholomaeum de Benevento ord. fratr. Praed. episcopum quondam Alerinum Ameliensi ecclesiae praeficit in episcopum. xii kal. Mart. aº 3º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 440. nº 45; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 299, *perperam ad* a. 1263. — »Debitum officii nostri.«

» 18 — » — (18804) Capitulo Ameliensi de superiore epistola significat. xii kal. Mart. aº 3º. ‖ Ripoll l. c. 441. nº 46. — »Debitum officii nostri.«
* *In eundem modum* Clero civitatis et diocesis Ameliensis.
» » » Populo » » » »

» 20 — » — (18805) Gaufridum (de Montenario) capellanum suum, praeceptorem domorum hospitalis s. Antonii Viennensis (Vercellensis *Ugh.*) in Wasconia, praeficit Taurinensi ecclesiae in episcopum. x kal. Mart. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 539. nº 125; *cf.* Ughelli Ital. sacra IV. 1055. — »Apostolicae dignitatis deposcit.«

» 20 — » — (18806) Elfinensi et Cloanfertensi episcopis et archidiacono Cloanfertensi mandat, ut Iohannem Aladensem episcopum, qui, cum defectum natalium patiatur, a sede apostolica non sine importuna instancia obtinuerit licentiam cedendi regimini pastorali, sed adhuc cedere praetermiserit, ad cedendum moneant et inducant. x kal. Mart. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 94. nº 238. — »Insinuavit nobis venerabilis.«

» 23 — » — (18807) Priori provinciali Praedicatorum in Lombardia et guardiano Minorum fratrum Astensi mandat, ut de gestis (Philippi) Placentini episcopi, qui Placentinam civitatem Uberto Pelavicino persecutori ecclesiae manifesto dedit *etc.*, inquirant et referant. vii kal. Mart. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 540. nº 126. — »Eo solertius insequi.«

» 26 — » — (18808) Ducem et commune Venetorum, Ferrarienses, Mantuanos, Paduanos, Ariminenses, archiepiscopum Ravennatem et capitaneos in Mutina, Parma et in Regio hortatur, ut Opizonem marchionem Estensem foveant et in defendendis ecclesiae iuribus contra rebelles presto sint. v kal. Mart. aº 3º. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 406; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 158. nº 295. — »Gustavimus amaritudinis calicem.«

» 26 — » — (18809) De Bugiano et de Cantignano abbatibus et plebano plebis de Lamari Lucan. dioc. mandat, faciant ut, cum commutatio inter episcopum Lucanum et monasterium Gattaiolae de monasterio Ficeclensi cum ecclesia s. Petri maioris secuta non sit, monialibus Gattaiolae monasterium Ficeclense reddatur. v kal. Mart. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 541. nº 127. — »Insinuavit nobis venerabilis.«

» 27 — » — (18810) Anagnino, Ferentinati, Alatrino, Verulano et Terracinensi episcopis mandat, ut inhibeant, ne diocesani sui per Campaniam et Maritimam matrimonia ineant cum hominibus regis Siciliae aliisque sub tyrannide Manfredi quondam principis Tarentini morantibus sub poena excommunicationis et amissionis omnium bonorum. iv kal. Mart. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 157. nº 293; *cf.* Pertz Archiv VII. 32. — »Cum homines regni.«

» 28 — » — (18811) Clero civitatis et diocesis Auximanae significat, se castrum Recanati et ipsius homines propter indevotionem et ingratitudinem episcopali dignitate privavisse eamque dignitatem Auximanae ecclesiae restituisse eandem ecclesiam ab omni iurisdictione episcopi et ecclesiae Humanatensium penitus eximendo. Addit, se Benvenutum capellanum suum archidiaconum Anconitanum Auximanae ecclesiae in episcopum praefecisse *etc.* iii kal. Mart. aº 3º. ‖ Acta Sanct. Bolland. ad Mart. 22; Ughelli Ital. sacra I. 501; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 543. nº 128. — »Recti statera iudicii.« *Cf.* nº 18825.

» 29 — » — (18812) Potestati, consilio et communi Terracinensibus sub debito fidelitatis et poena 1000 marcarum argenti districte mandat, ut omnes illos suae civitatis, qui in regnum Siciliae stipendia Manfredi quondam principis Tarentini contra Romanam ecclesiam suscepturi accesserunt, personaliter capiant ac sub arcta teneant custodia »quousque de ipsis aliter disponamus,« et domos eorum ex toto diruant necnon bona eorundem omnia confiscent. ii kal. Mart. aº 3º. ‖ Contator Hist. Terracin. 72. — »Res incredibilis, res.«

Mart. 3 — » — (18813) Universos archiepiscopos et episcopos, abbates, priores .... et alios ecclesiarum praelatos necnon capitula ... per regnum Franciae ac terras ad comitissam Flandriae ratione dominii vel feudorum suorum in Cameracensi et Tornacensi diocesibus pertinentes, per comitatum etiam Provinciae et alias Caroli Andegaviae et Provinciae comitis et vassallorum suorum terras, ac per Lugdunensem, Viennensem, Ebredunensem, Tarentasiensem et Bisuntinam provincias constitutos hortatur, expositis damnis et iniuriis a Manfredo ecclesiae illatis, ut Carolo comiti Andegaviae ac Provinciae ad ultionem iniuriarum se paranti decimas redditsuum ecclesiasticorum per triennium solvant. v non. Mart. aº 3º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 54. — »Dolorum urgentium multitudo.«

» 3 — (») — * (18814) Urbain, s'adressant à Thibaut roi de Navarre, renouvelle, en le développant, le privilége précédemment accordé aux clercs attachés à la personne dudit Th. Les clercs pourront, sans résider, toucher les revenus de leurs bénéfices, sauf les distributions manuelles. ‖ Jubainville Comtes de Champagne VI. 6. nº 3331, *male data* »Rome«.

» 3 — (») — * (18815) Le même notifie la même bulle à l'archidiacre *Camerae* dans l'église de Pampelune. ‖ Jubainville l. c. nº 3332, *perperam data* »Rome«.

1264.

Mart. 5 — ap. Urbem veterem — (18816) Opizoni marchioni Estensi de morte avi Azonis condolet eumque hortatur, ut illum in devotione erga ecclesiam imitetur. iii non. Mart. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 157. nº 294. — »Fili, gustavimus amaritudinis.«

» 7 — » — (18817) Episcopo Pictaviensi concedit facultatem permutandi partem fundi, quem iuxta fundum fratrum Minorum de Niorto habet, pro redditibus quos Amabilis dicta Anglica vidua relicta quondam Savarici de Malo Leone cum ipso permutare affectet, ut necessitatibus dictorum fratrum subveniat. Non. Mart. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 544. nº 129. — »Locus dilectorum filiorum.«

» 8 — » — (18818) (Engelbertum) archiepiscopum Coloniensem, in quem invasione temeraria subito venientes cives Colonienses sacrilegas manus iniecerant quemque captum et probris contumeliosis illusum veluti reum mortis deduxerant per plateas et demum in quadam turri captivum, domino de Falkember(g) germano eius in augmentum sceleris nichilominus captivato, tamdiu sub arcta detinuerant custodia, donec praestitit corporaliter iuramentum »quod super hiis per te vel per alium querimoniam non deponeres contra eos, ... quinimmo ad ipsorum absolucionem pro posse tuo fideliter laborares,« ab huiusmodi iuramento absolvit. viii id. Mart. (aº 3º). ‖ Böhmer Acta imper. II. 682. nº 978; *nonnisi pars extrema* ap. Raynald. Ann. ad a. 1264 § 41. — »Coloniensium civium nimis.«

(» 8) — (») — (18819) (Henricum) episcopum Leodiensem, (Gerhardum) Monasteriensem episcopum ac ducem Luczeburgensem et comitem Guelrensem ac plures alios, qui circa liberationem (Engelberti) archiepiscopi Coloniensis sollicitos Coloniae impenderant labores, absolvit a praestitis pro eodem liberando iuramentis. *Sine signo chronol.* ‖ Böhmer l. c. 683. nº 979; Sloet Oorkondenb. van Gelre II. 851. nº 872; Raynald. l. c. § 42. — »Coloniensium civium.«

» 10 — » — (18820) Repetit nº 17594 Alexandri IV d. d. 1259. Iun. 8: »vi id. Mart. aº 3º« — »Decet et expedit.« ‖ Lami Delic. erudit. (III.) 324.

» 11 — » — (18821) Iohanni archidiacono Iauriensi capellano suo nepoti (Stephani) episcopi Praenestini archidiaconatum Zaladiensem necnon canonicatum et praebendam, quos Timotheus Zagabriensis episcopus promotionis suae tempore in Vesprimiensi ecclesia obtinebat, nunc autem ei contulit, confirmat. v id. Mart. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 263. nº 482; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 83. — »In nostra proposuisti.«

» 11 — » — (18822) Abbati monasterii de Cremismunster et praeposito ecclesiae s. Floriani Pataviens. dioc. mandat, faciant ut sententia excommunicationis, quam Fredericus abbas monasterii de Gleuniaco [Gleink] in Eberhardum de Waidhouen et Henricum de Hollenstein ecclesiarum presbyteros promulgaverit pro eo, quod ipsi praefatas ecclesias cum iuribus et pertinentiis ad abbatem et conventum monasterii s. Mariae de Sitansteten ord. s. Ben. Pataviens. dioc. spectantes per violentiam occupaverint easque restituere contumaciter denegaverint, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observetur. v id. Mart. aº 3º. ‖ Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 68. — »Petitio dilectorum filiorum.«

» 12 — » — (18823) Benvenutum capellanum suum archidiaconum Anconitanum praeficit ecclesiae Auximanae in episcopum et pastorem. iv id. Mart. aº 3º. ‖ Compagnoni Mem. di Osimo V. 77. nº 51. — »Recti statera iudicii.«

» 13 — » — (18824) Reatino et Assisinati episcopis mandat, ut hominibus Nursiae, Cassiae et Montis s. Martini castrorum, durante inter eos et cives Spoletanos discordia, tribuant sacramenta ecclesiastica, quae tantum per episcopum conferuntur. iii id. Mart. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 545. nº 130. — »Ob puritatem devotionis.«

» 13 — » — (18825) Clero civitatis et diocesis Auximanae [Osimo] notum facit, se Auximanae ecclesiae episcopalem dignitatem integre restituisse, eumque hortatur, ut Benvenutum Auximanensem electum episcopum, antea capellanum suum et archidiaconum Anconitanum, devote suscipiant eique reverentiam debitam impendant. iii id. Mart. aº 3º. ‖ Domen Pannelli Memorie istor. de' s. Vitaliano e Benvenuto vescovi d'Osimo (1763. 4º) 145. Acta Sanct. Boll. Mart. III. 393; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 702. nº 17. — »Recti statera; indicii.« *Cf.* nº 18811.

» 13 — » — (18826) Magistro Ioanche archidiacono de Sassvar in Ultrasilvana ecclesia concedit, ut, cum redditus archidiaconatus valorem annuum novem marcarum argenti non excedant, parochialem ecclesiam seu plebaniam de Winch [Winz] curam habentem animarum, quam ei episcopus Ultrasilvanus canonice contulit, libere possit retinere. iii id. Mart. aº 3º. ‖ Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 81. nº 82. — »Meritis laudabilis conversationis.«

» 15 — » — (18827) Permutationem inter Anteradensem et Crapulensem episcopos super tribus mansis terrae sitis in territorio Moelli dioc. Tervisin. factam confirmat. Id. Mart. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 545. nº 131. — »Lecta coram nobis.«

» 15 — » — (18828) Patriarchae Ierosolimitano apostolicae sedis legato de superiore epistola significat eique mandat, ut episcopum Anteradensem in possessionem inducat. Id. Mart. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 548. nº 132. — »Lecta coram nobis.«

1264.

Mart. 15	ap. Urbem veterem	* (18829) Nicolao capellano suo scolastico Cracoviensi confert canonicatum in Pragensi ecclesia, eumque de illo per annulum suum investit. Id. Mart. a° 3°. ‖ Palacky Reise 39. n° 294; Erben Reg. Bohem. II. 173. n° 444.
» 15	»	* (18830) (Willelmo) episcopo Lubucensi collationem modo relatam notam faciens mandat, ut magistrum Nicolaum in ecclesia Pragensi in canonicum recipi procuret. Id. Mart. a° 3°. ‖ Palacky l. c. n° 295; Erben l. c. n° 445.
» 16	»	(18831) (Henrico) regi Anglorum significat, se ordinationem a (Ludovico) rege Francorum, in quem partes compromiserant, factam apud civitatem Ambianensem in discordia suscitata inter regem Angliae ex parte una et quosdam episcopos et nonnullos barones regni eius ex altera praetextu provisionum, ordinationum, statutorum et obligationum omnium Oxoniensium ratam habere et confirmare. xvii kal. Apr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 84. — »Licet ea quae.«
» 17	»	(18832) Archiepiscopo Cantuariensi et abbati S. Dionysii in Francia de superiore ordinatione significat eisque mandat ne permittant, ut rex Angliae super his contra confirmationis apostolicae tenorem ab aliquibus molestetur. xvi kal. Apr. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 85. — »Licet ea quae.«
» 18	»	(18833) Urbacio praeposito ecclesiae de Posega canonicatum ecclesiae Paduanae cum plenitudine iuris canonici ac praebendam nulli alii de iure debitam, si qua ibidem vacet ad praesens, confert eumque de ipsis per annulum investit. xv kal. Apr. a° 3°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 186; Fejér Cod. dipl. IV. ii. 229. — »Non est inconveniens.«
» 18	»	* (18834) (Bertholdo) episcopo et capitulo Bambergensibus confirmat statutum olim ab eis latum et iuramento roboratum, »ut si castrum Gich cum iuribus et pertinentiis suis et quaedam alia bona, quae dux Moraviae (*leg.* Meraniae), qui esset pro tempore, ab ecclesia Bambergensi tenebat in feudum, ad eam redire contigeret, in feudum nulli concederentur in posterum *etc.* xv kal. Apr. a° 3°. ‖ Palacky Reise 39. n° 296.
» 20	»	(18835) Episcopo Interamnensi facultatem concedit quosdam Spoletanos ab excommunicatione absolvendi. xiii kal. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 158. n° 296. — »Cum Collemstactum.«
» 21	»	(18836) (Bonifacio) archiepiscopo Cantuariensi et abbati S. Dionysii in Francia mandat, praecipiant universis praelatis et magnatibus ac aliis regni Angliae personis ecclesiasticis, saecularibus et regularibus, ut diversas coniurationes, obligationes et conspirationes, quas ad invicem fecerunt vallantes eas iuramentis propriis et diversarum adiectione poenarum, pro cassis et irritis penitus habeant. xii kal. Apr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 86. — »Cum olim ad.«
» 23	»	(18837) Kaleritano et Arborensi archiepiscopis mandat, faciant ut ab ecclesiis et monasteriis suarum diocesum ac provinciarum Gottifredo olim de ord. Minor. episcopo Agrigentino, qui Agrigentinae ecclesiae possessionem secure introire non possit, in 50 libris Turonen. annis singulis provideatur. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 550. n° 136. — »Ad haec Deus.«
» 23	»	(18838) Universis Christifidelibus significat, se diversas provisiones, ordinationes, obligationes, coniurationes, colligationes, conspirationes et statuta, quae magnates et alii regni Angliae ad invicem apud Oxoniam fecerint, cassare et irritare, cassa et irrita nunciare. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 86. — »Carissimum in Christo.«
» 24	»	(18839) (Bonifacio) archiepiscopo Cantuariensi et abbati S. Dionysii in Francia Parisiens. dioc., condemnans omnia statuta et conspirationes magnatum regni Angliae apud Oxoniam facta, mandat ut provisiones, ordinationes, coniurationes *etc.* publice cassata et irrita nunciantes universis archiepiscopis, episcopis *etc.* firmiter praecipiant, ut provisiones, colligationes et statuta praemissa pro cassis et irritis penitus habeant. ix kal. Apr. a° 3°. ‖ Wilkins Concil. I. 760; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 704. — »Charissimum in Christo.«
» 27	»	(18840) Priori et conventui monasterii de Monte Herili ord. s. Ben. Clusin. dioc., quibus Alexander IV dederat in mandatis, ut Balbinae relictae quondam Guitti de Bisentio ecclesiam s. Silvestri di Bisentio pro constituendo in ea monasterium ord. s. Dam. conferrent, significat, se concessionem huiusmodi, etiamsi sit per sedem apostolicam confirmata, revocare *etc.* vi kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 549. n° 133. — »Ex parte vestra.«
» 27	»	(18841) Priori S. Viti de Montali Perusin. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ut priorem conventumque monasterii de Monte Herili ord. s. Ben. in possessionem praefatae ecclesiae inducat. vi kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 134. — »Ex parte dilectorum.«
» 28	»	(18842) Episcopo Concordiensi mandat, ut inquirat in decanum Tergestinum et alios clericos, qui fratribus ord. Praed. Iohanni Ursi et Castellano mandatum papale super praedicatione crucis contra Tartaros in festo b. Stephani prothomartyris in ecclesia

1264.

		Tergestina exequi volentibus iniurias intulerant, eosque ad comparendum coram sede apostolica citet. v kal. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 89. n° 122. — »Horribile seu nefandum.«
Mart. 28	ap. Urbem veterem	(18843) Abbati et priori Gloverniae Wigorniens. dioc. mandat, compellant Londoniensem episcopum, ut priori et conventui ecclesiae s. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. hospitale s. Katharinae iuxta Turrim Londonien. positum cum integritate restituat. v kal. Apr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 87; Dugdale Monast. Anglic. VI. 163. n° 23. — »Dilecti filii prior.«
» 29	»	(18844) Episcopo Anagnino mandat, ne castra feuda et possessiones in provinciis Campania et Maritima, nisi ex eis oriundis, conferri sinat, utque omnes contractus contra hanc inhibitionem factos rescindi iubeat. iv kal. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 158. n° 297. — »Romane ecclesie cuius.«
» 31	»	(18845) Episcopo Anteradensi indulget, ut patriarcham Antiochenum metropolitanum, nisi personaliter officium visitationis exerceat, ad visitandum admittere *etc.* minime teneatur. ii kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 550. n° 135. — »Tuae pacis quaerentes.«
Apr. 1	»	(18846) (Alienoram) reginam Angliae monet et hortatur, faciat ut hospitale s. Katarinae iuxta Turrim Londonien. positum et omnes pertinentiae eius, »quae in manibus tuis detineri dicuntur« et quibus »de mandato tuo, quod vix credimus« prior et conventus S. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. spoliati sunt, eisdem restituantur ac ipsi pacifica praedictorum possessione gaudeant. Kal. Apr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 87; Dugdale Monast. Anglic. VI. 164. n° 24. — »Dilecti filii prior.«
» 1	»	(18847) Priori et conventui ecclesiae s. Trinitatis Londoniensibus ord. s. Aug. indulget, ut liceat eis in causis ecclesiae suae verum testimonium ferre, dummodo unus vel duo ex eis ad agendum et respondendum fuerint instituti. Kal. Apr. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 87; Dugdale l. c. n° 25. — »Etsi superfluum videatur.«
» 1	»	(18848) Universis Christifidelibus per Moguntinenses, Babenbergenses, Numburgenses et Ratisbonenses civitates et dioceses constitutis, qui fratribus hospitalis pauperum de Curia Regniz Babenbergens. dioc. ad construendum hospitale praedictum manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 20 dierum largitur. Kal. Apr. a° 3°. ‖ Ussermann Episc. Bamberg. Cod. prob. 169; J. E. Ch. Dietsch Die christl. Weihestätten in u. bei der Stadt Hof (Hof 1856. 4°) 58. — »Quoniam ut ait.«
» 4	»	(18849) Iacobum archiepiscopum Lundensem hortatur, ut propter multa ab eo maligne et perverse facta quae diligenter enumerantur (*exempli gratia* quod nobili mulieri Mechtildi Abelis regis viduae auctor fuerit, ut voto viduitatis, quo se coram Othoniensi episcopo obstrinxerat, violato [Birgeri] ducis Suecorum amplexibus illa se dederit) Lundensis ecclesiae regimini infra octo dies post receptionem harum litterarum in manibus prioris de Halmstadia Lundens. dioc. et subprioris fratrum Praedicatorum Lundensium sponte cedat. ii non. Apr. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. I. 418. n° 496; *sine nota chronol.* Langebek Scr. rer. Dan. V. 609; *danice* ap. Hvitfeldt Danm. riges krön. 266; *germanice* ap. Pontoppidan Ann. eccl. Dan. I. 714; *epit.* ap. Holberg Danm. Hist. I. 347; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 43; Skandin. Litterat. Selsk. Skrift. XXI. 97; Porthan Bullar. access. 53. n° 17; Celse Appar. 81. n° 6. — »Ad audientiam nostram.«
» 4	»	(18850) Priori de Halmstadio Lundens. dioc. et subpriori fratrum Praedic. Lundensium mandat, moneant Iacobum Lundensem archiepiscopum, ut infra octo dies post literarum apostolicae sedis receptionem regimini Lundensis ecclesiae in ipsorum manibus cedat. »Sed si elegerit perire potius quam parere, nos . . . dissimulare ulterius non poterimus, quin ad indagandum et puniendum in eo graviter eius excessus exigente iustitia constanter . . . . procedamus.« ii non. Apr. a° 3°. ‖ Liljegren l. c. I. 421. n° 497. — »Quoniam ad hoc.«
» 5	»	(18851) Pipiono de Petrasancta rectori patrimonii b. Petri in Tuscia mandat, ut magistro Raynerio de Viterbio custodiam Roccae de Orcia tradat. Non. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 159. n° 298. — »De fidelitate ac.«
» 7	»	* (18852) Monasterium in Katelenburg protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. vii id. Apr. (a° 3°). ‖ Leuckfeld Antiq. Katelenb. 29.
» 9	»	(18853) Decano ecclesiae s. Castoris in Confluentia mandat, ut causam inter abbatem Wilhelmum monasterii s. Mathiae Trevirensis ord. s. Ben. et Theodericum quondam abbatem dicti monasterii vertentem fine canonico decernat. v id. Apr. a° 3°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 292 (ed. Wyttenbach II. 61). — »Sua nobis abbas.«
» 12	»	(18854) Urbacio praeposito ecclesiae de Posega Quinqueeccl. dioc., nepoti (Stephani) episcopi Praenestini, s. Crucis in Susol et s. Mariae Magdalenae ecclesias curam animarum non habentes, quas quondam magister Gerardus de Parma obtinuit, confert. ii id. Apr. a° 3°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 188; Fejér Cod. dipl. IV iii. 231; Theiner Mon. Hungar. I. 267. n° 488. — »Adiutos morum et.«

1264.

Apr. 12	ap. Urbem veterem	• (18855) Decano et capitulo ecclesiae b. Martini Turonensis indulget, ne archiepiscopus, archidiaconus, archipresbyter Turonenses vel eorundem officiales excommunicationis, interdicti vel suspensionis sententiam in eos promulgare possint. II id. Apr. a° 3°. ‖ Défense des privil. de St.-Martin de Tours, pr. 38.
» 12	»	(18856) Magistro Roberto subdiacono suo archidiacono Quinqueecclesiensi in Wlko capellano (Stephani) episcopi Praenestini canonicatum Strigoniensis ecclesiae et praebendam, quos quondam magister Gerardus de Parma obtinuit, necnon redditus et portiones, quos idem magister in ecclesia s. Nicolai de Pispucki in Collutkuz [Csallóköz] Strigon. dioc. habuit, confert. II id. Apr. a° 3°. ‖ Koller l. c. 189; Fejér l. c. 232. — »Adiutos morum et.«
» 13	»	(18857) Episcopo Ultrasilvano mandat, ut cum Stephano presbytero, qui laicum cultello vulneravit, ex quo ille diem clausit extremum, si aliud canonicum non obstet, dispenset, ut in suis ordinibus ministrare possit et obtinere beneficium ecclesiasticum, quod curam animarum nullatenus habeat. Id. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 267. n° 489; Mon. Hung. hist. Dipl. VIII. 87. — »Accedens ad praesentiam.«
» 25	ap. Urbem vet. in camera palatii episcopalis	(18858) Allocutio ad cardinales de dignitate senatoria Urbis, et praescribit conditiones, sub quibus Carolus comes Andegaviae ac Provinciae in senatorem Urbis assumi debeat. VII kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 49; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 159. n° 299; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 10. — »Dicit Ieremias quod.«
» 27	ap. Urbem veterem	(18859) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit, ut absolutionis beneficium impertiat infractoribus statutorum Gualonis tit. S. Martini presbyteri cardinalis olim in regno Franciae apostolicae sedis legati, quae hic nonnullis monasteriis praecepit. V kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 52. — »Cum sicut accepimus.«
» 28	»	(18860) Praepositi et conventus ecclesiae de Ranshouen ord. s. Aug. Pataviens. dioc. patrocinium suscipit eisque decimas, terras, vineas *etc.* suas confirmat. IV kal. Mai. a° 3°. ‖ Mon. Boic. III. 333; UB. ob der Enns III. 303, *perperam ad* a. 1263. — »Cum a nobis.«
» 28	»	(18861) Potestati, consilio et communi Calliensibus — quibus tunc adhaerentibus nunciis Manfredi quondam principis Tarentini certum terminum assignaverat, infra quem curarent ad apostolicae sedis mandata redire, alioquin eos et civitatem Calliensem ex tunc episcopali privaret dignitate — significat, suae intentionis non extitisse privare eos huiusmodi dignitate, sed tantum comminari eis, ut per hoc redirent ad devotionem ecclesiae; se nolle per privationem eis praeiudicium generari. IV kal. Mai. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 819. — »Sedes apostolica interdum.«
» 28	»	(18862) Abbati S. Pauli Praemonstr. ord., decano et guardiano fratrum Minorum Virdunensibus mandat, faciant ut Iacobo de Elasto presbytero canonicatus et praebenda in ecclesia Virdunensi conferantur. IV kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 551. n° 137. — »Nuper quondam Iuliano.«
» 30	»	(18863) Praeposito Strigoniensis ecclesiae mandat, ut Andream clericum, natum Andreae de Meniis laici in ecclesia Albensi Vesprimiens. dioc. recipi faciat in canonicum. II kal. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 267. n° 490; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 88. — »De dilecto filio.«
» 30	»	(18864) Praeposito ecclesiae s. Leonardi Basiliensis mandat, ut ea quae de bonis hospitalis s. Lazari in Alamannia ord. s. Aug. alienata illicite vel distracta invenerit, ad ius et proprietatem eiusdem revocare studeat. II kal. Mai. a° 3°. ‖ Der Geschichtsfreund XII. 13. — »Pervenit ad audientiam.«
» 30	»	(18865) Cantori, scholastico et magistro Henrico de Hegendorf canonico Basiliensibus mandat, cognoscant de causa versante inter fratres domus s. Lazari Ierosolomitani in Urania et Rudolphum de Kussenacht militem Constantiens. dioc. super quibusdam possessionibus. II kal. Mai. a° 3°. ‖ Der Geschichtsfreund XII. 12. — »Sua nobis dilecti.«
Mai. 1	»	(18866) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit facultatem condendi testamentum de bonis ecclesiasticis mobilibus quae habet ac disponendi et ordinandi de ipsis. Kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 53. — »Precibus tuis benignum.«
» 1	»	(18867) Eidem concedit facultatem instituendi duos vel tres tabelliones ad opus suae legationis. Kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 53. — »Cum te quem.«
» 1	»	(18868) Eundem dispensat a numero evectionum ultra numerum in concilio Lateranensi taxatum. Kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 53. — »Cum te quem.«
» 2	»	(18869) Potestati, consilio et communi Callensibus donationem castri Carticeti destructi per P(etrum) cardinalem S. Georgii ad velum aureum apostolicae sedis legatum factam confirmat. VI non. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 162. n° 302. — »Attendentes fidei vestre.«
» 3	»	(18870) Carolum Andegaviae et Provinciae comitem hortatur, ut Urbis senatoriam dignitatem toto vitae suae tempore retineat. V non. Mai. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 161. n° 301; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 10. — »Fili, ab illis.«

1264.

Mai. 3	ap. Urbem veterem	(18871) Universos archiepiscopos et episcopos, abbates .... et alios ecclesiarum praelatos necnon capitula *etc.* per regnum Franciae ac terras ad comitissam Flandriae ratione dominii vel feudorum suorum in Cameracensi et Tornacensi diocesibus pertinentes, per comitatum etiam Provinciae et alias Caroli Andegaviae ac Provinciae comitis et vassallorum suorum terras, ac per Lugdunensem, Viennensem, Ebredunensem, Tarentasiensem et Bisuntinam provincias constitutos monet, rogat et hortatur, ut S(imonem) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatum honorifice suscipiant. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 62. — »Desideravit et desiderat.«
» 3	»	(18872) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit facultatem absolvendi praelatos et alias personas ecclesiasticas suae legationis ab irregularitate. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 63. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18873) Eidem concedit, ut illis qui per delegatos apostolicae sedis vel subdelegatos eorum excommunicationis sunt sententia innodati et absolvi non possunt, cum huiusmodi iudices viam sint universae carnis ingressi, absolutionis beneficium impertiatur. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 63. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18874) Eidem concedit, ut cum personis ecclesiasticis suae legationis, quae vinculo interdicti *etc.* astrictae sacros susceperunt ordines vel ministrarunt in illis, super hac irregularitate dispenset. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 64. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18875) Eidem concedit facultatem dispensandi cum ordinandis super defectu aetatis, dummodo 20. annum attingant. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 64. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18876) Eidem concedit facultatem dispensandi cum clericis suae legationis defectum natalium patientibus. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 65. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18877) Eidem concedit potestatem dispensandi cum quinque personis utriusque sexus suae legationis, etiamsi magnates fuerint, ut earum quaelibet cum alia quarto sibi consanguinitatis vel affinitatis gradu coniuncta matrimonium licite contrahere possit. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 65. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18878) Eidem concedit facultatem faciendi recipi quinque ex clericis suis in totidem ecclesiis suae legationis cathedralibus vel aliis et providendi eis de praebendis *etc.* V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 66. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18879) Eidem concedit facultatem assumendi et retinendi ad sua obsequia quotcumque voluerit de fratribus Praedicatorum et Minorum ordinum suae legationis *etc.* V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 66; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 552. n° 138. — »Discretioni tuae assumendi.«
» 3	»	(18880) Eidem concedit facultatem concedendi trium annorum indulgentiam in diebus dedicationum ecclesiarum Carnotensium, Rotomagensium et Laudunensium, si earum dedicationibus eum interesse contigerit. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 67. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18881) Eidem concedit facultatem instituendi in ecclesiis suae legationis cathedralibus et aliis collegiatis clericos idoneos et faciendi eos recipi in canonicos. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 67. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18882) Eidem mandat, exhortetur archiepiscopos et episcopos aliosque praedictos ad solvendas per triennium Carolo Andegaviae ac Provinciae comiti decimas. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 59. — »Cum nos venerabiles.«
» 3	»	(18883) Eidem in regno Franciae et aliis terris, ad quas ratione negotii regni Siciliae eum devenire contigerit, plenae legationis officium committit. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 60. — »Desideravit et desiderat.«
» 3	»	(18884) Eidem concedit facultatem dispensandi cum quinque clericis suae legationis, quod eorum quilibet plura ecclesiastica beneficia licite recipere ac libere retinere possit. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 68. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18885) Eidem committit, ut si post eius ab apostolica sede discessum aliquem clericorum suorum decedere vel beneficiis suis ecclesiasticis, etiamsi sint personatus vel dignitates et curam habeant animarum, in eius manibus cedere forte contigerit, possit huiusmodi beneficia conferre personis idoneis et facere illos, quibus ea contulerit, in ecclesiis cathedralibus vel aliis in quibus beneficia ipsa consistunt, in canonicos admitti *etc.* V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 69. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18886) Eidem concedit libertatem faciendi clericos, quamdiu cum eo fuerint, gaudere beneficiorum redditibus perinde acsi residerent. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 70. — »Ut eo efficacius.«
» 3	»	(18887) Eidem concedit potestatem exercendi libere censuram ecclesiasticam in omnes praelatos, in universa quoque capitula, conventus, duces, marchiones *etc. etc.* V non. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 552. n° 139. — »Ut eo efficacius.«

1264.

(Mai. 3) ap. Urbem veterem — (18888) Magistrum et fratres Templi Hierosolymitani hortatur, ut de creando Americo Franciae praeceptore (Ludovici) regis Francorum vota obsecundent. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 31; Sbaralea l. c. 553. n° 140. — »Habet universalis ecclesia.«

» 3 » — (18889) Ludovico regi Francorum significat Manfredi quondam principis Tarentini insultus in ecclesiam et ecclesiasticos viros, eumque rogat et hortatur, ut S(imonem) tit. S. Caeciliae presbyt. cardinalem ad eius christianissimum regnum pro negotio regni Siciliae promovendo destinatum, cui plenae legationis officium sit commissum, commendatum habeat eique prompta exhibitione consilii et auxilii assistat. v non. Mai. a° 3°. ‖ Raynald. l. c. § 13; Sbaralea l. c. n° 141; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 873. n° 38; Graevius Thes. antiquit. Sicil. V. Pars: Descript. victor. obt. per Carol. Sicil. reg. 39; *sine loco et a°* Lünig Cod. Ital. dipl. II. 934. n° 38. — »Ecce, fili carissime.«

» 3 » — (18890) Eidem scribit de dignitate senatoria Urbis et regno Siciliae Carolo Andegaviae ac Provinciae comiti dando. v non. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 161. n° 300; *cf.* Raynald. l. c. § 7. — »Ab illis christianissimis.«

» 4 » — (18891) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut contra Manfredum et Sarracenos per regnum Franciae et alias terras suae legationis verbum crucis praedicari faciat. iv non. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 70. — »Pia matris ecclesiae.«

» 4 — »1264. Ecclesia s. Dominici de Urbeveteri fratrum Praedicatorum prima dominica Maii per domnum papam Urbanum consecrata fuit.« ‖ Annal. Urbevetani ap. Pertz M. G. H. scr. XIX. 270.

» 5 » — (18892) Monasterium s. Mariae Niemburgensis ord. s. Ben. Magdeburg. dioc. patrocinandum suscipit, specialiter autem decimas, terras *etc.* ei confirmat. iii non. Mai. a° 3°. ‖ Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt I. 444. — »Cum a nobis.«

» 6 » — (18893) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato plenam concedit potestatem faciendi et promittendi in negotiis regni Siciliae ac Senatus Urbis secundum cautiones praescriptas (*vid.* n° 18858). ii non. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 74. — »Super regni Siciliae.«

» 7 » — (18894) (Amanevum) archiepiscopum Auxitanum rogat et hortatur, ut facilem se praebeat in solvenda Carolo Andegaviae et Provinciae comiti decima et praelatos alios suae provinciae ad solvendum inclinet. Non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 75. — »Dolores, afflictiones, angustias.«

» 7 » — (18895) Fratri Maurino ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in civitate Massiliensi mandat, ut processum contra Bernardum Cornutum haereticum habitum transmittat. Non. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 555. n° 142. — »Guillelmus dictus Cornutus.«

» 7 » — (18896) Abbati de Monte s. Iohannis iuxta muros Magdeburgenses, decano et scolastico Halberstadensibus mandat, ut causam inter praepositum conventumque monasterii s. Wicperti in Quedelingeburc et Ulricum comitem de Regenstein Halberstad. dioc. super terris, debitis et rebus aliis vertentem fine debito terminent. Non. Mai. a° 3°. ‖ Kettner Antiq. Quedlinb. 244; Erath Cod. dipl. Quedlinb. 218. — »Conquesti sunt nobis.«

» 7 » — (18897) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato plenam concedit facultatem procedendi libere ad modificationes in negotio regni Siciliae ac Senatus Urbis faciendas cum consilio Ludovici Francorum regis. Non. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 76; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 9. — »Cum in diffinitione.«

» 7 » — (18898) Eidem indulget, ut tempus quo clerici eius durante legationis officio obsequiis ipsius institerint, computetur ita ut pro residentibus habeantur et proventus beneficiorum percipiant. Non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 76. — »Cum te in.«

» 8 » — (18899) Eidem mittit modificationes, quas Carolus Andegaviae ac Provinciae comes super negotio regni Siciliae et Senatus Urbis magistro Alberto notario sedis apostolicae proposuit. viii id. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 77. — »Cum in diffinitione.«

» 9 » — (18900) Caesariensis et de Hailsprun monasteriorum abbatibus Augustens. et Eystettens. diocc. mandat, ut, cum Hainricus de Chunring marschalcus Austriae monasterium sororum Cisterciensis ordinis in fundo proprio construere proponat, ei aliquot fratres, quos ab ipsis pecierit, ad constructionem dicti monasterii concedant. vii id. Mai. a° 3°. ‖ Zeibig Stiftungsbuch 150. n° 3, *perperam ad* a. 1263. — »Attendens dilectus filius.«

» 10 » — (18901) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit facultatem convocandi suae legationis, cum expedire viderit, generale concilium. vi id. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 79. — »Ut commissum tibi.«

» 10 » — (18902) (Raynaldo) episcopo Esculano mandat, faciat ut Roberto nato quondam Munaldi comitis Aprutini, qui cum uxore ac quatuor filiis cogatur extra regnum Siciliae exulare, ab ecclesiis suae diocesis in victu et vestitu usque ad triennium provideatur. vi id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 555. n° 143. — »Etsi passim sit.«

1264.

Mai. 10 ap. Urbem veterem — (18903) Guardiano fratrum Minorum Papiensium mandat, ut ecclesiam s. Mariae de Bregundis personae idoneae conferat. vi id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 556. n° 144. — »Cum sicut intelleximus.«

» 11 » — (18904) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato tribuit facultatem, ut fratribus ordinum Praed. et Minor. quos ad sua obsequia duxerit retinendos, concedat licentiam equitandi et ingrediendi monasteria monialium. v id. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 79; Sbaralea l. c. n° 145. — »Cum te in.«

» 11 » — (18905) Eidem tribuit facultatem, ut nobilibus mulieribus suae legationis ingrediendi semel in anno monasteria Cisterciensis et s. Clarae ordinum concedat licentiam. v id. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 80; Sbaralea l. c. 557. n° 146. — »Cum te in.«

» 11 » — (18906) Potestati, consilio et communi de S. Genesio notum facit, se, sinistro rumore qui de captione Manfredi Veronensis electi capitanei et rectoris ducatus Spoletani et marchiae Anconitanae suis insonuerit auribus intellecto, statim convocavisse cardinales et coepisse tractare cum eis, qualiter marchiae de rectore ac defensore idoneo utilius providere posset *etc.* Monet eos, ut adversariorum incursibus viriliter resistant. v id. Mai. a° 3°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 47. n° 37. — »Per alias nostras.«

» 11 » — * (18907) Praeposito Salisburgensi mandat, ut bona alienata monasterii Raitenhaslacensis ord. Cisterc. ad ius et proprietatem eius revocet. v id. Mai. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 224.

» 12 » — (18908) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato repetit n° 18887. iv id. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 80. — »Ut eo efficacius.«

» 13 » — (18909) Traiectensi episcopo committit partes indicendi belli sacri contra Graecos schismaticos, qui ex captione Constantinopolitanae civitatis elati vento superbiae ad terram principatus Achaiae depopulatrices manus extendunt. iii id. Mai. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 56, *omisso exordio.*

* *In eundem modum* Coronensi et Argolicensi episcopis. ‖ Raynald. l. c. § 57.
* » » » Burgundiae duci, ut ad imperium orientale ecclesiae restituendum copias comparet. ‖ Raynald. l. c.

» 14 » — (18910) (Lanfranco) episcopo Albinganensi mandat, ut Arnaldum dictum Qualea de Diano clericum in ecclesia s. Nicolai de Diano recipi faciat in canonicum. ii id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 557. n° 147. — »Cum ex officii.«

» 14 » — * (18911) Priori et fratribus Carthusiensibus monasterii Gyriensis diploma, quod Liupoldus dux Austriae et Styriae eis iv id. Sept. 1209 dederat, confirmat. ‖ Pusch Dipl. Styriae II. 158. n° 53.

» 15 » — (18912) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, inhibeat archiepiscopo Tyrensi, ne praetextu negotii Terrae sanctae, quod in partibus illis gerat, procurationes ab ecclesiis et monasteriis regni Franciae recipere ulterius attentet. Id. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 81. — »Cum ecclesia Gallicana.«

» 15 » — * (18913) Eidem cardinali et ecclesiae s. Martini Turonensis thesaurario indulget, ut, licet Gaufridus episcopus Cenomanensis et Philippus abbas Fucardimontis in dicta ecclesia thesaurario ipso absente et minime requisito auctoritate apostolica inter alia statuissent ut nulla domus claustri eiusdem ecclesiae duo ostia haberet, ex huiusmodi statuto nullum in ipsius thesaurariae iurisdictionem praeiudicium generetur. Id. Mai. a° 3°. ‖ Défense des privil. de St. Martin de Tours, pr. 37.

» 15 » — (18914) Abbate et conventu monasterii de Altorff ord. s. Ben. supplicantibus unionem monasterii s. Trinitatis extra muros Argentinenses tunc ord. s. Aug. cum dicto monasterio de Altorff inducendo ibidem ordinem s. Benedicti factam confirmat. Id. Mai. a° 3°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 447. n° 622. — »Religionis vestre meretur.«

» 15 » — * (18915) Monasterio s. Mariae in Pettendorf ord. s. Aug. secundum instituta fratrum Praedicatorum Ratispon. dioc. ius patronatus in ecclesia Pettendorf, quod ei Ludovicus dux contulerat, confirmat. Id. Mai. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 224.

» 18 » — (18916) Alphonso Pictaviae et Tolosae comiti mandat, faciat ne Raymundus Tolosanus episcopus, clerici et laici ei adhaerentes occasione inquisitionis contra eos directae in personis, ecclesiis, villis, castris aut aliis bonis indebite molestentur. xv kal. Iun. a° 3°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 571. — »Quoniam intelleximus quod.«

» 21 » — (18917) Symoni tit. S. Martini presb. cardinali rectoriam ducatus Spoletani, marchiae Anconitanae, Massae Trabariae ac Perusinae, Castellanae, Tudertinae, Narniensis, Interamnensis et Reatinae civitatum et diocesum committit. xii kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 162. n° 303. — »Exequentes apostolicum servitutis.«

» 21 » — (18918) Eidem concedit facultatem, ut commissa sibi officia utilius exequi possit, iniungendi fratribus Praedicatorum et Minorum quaecumque negotia. xii kal. Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 558. n° 148. — »Cum te ad.«

		1264.
Mai. 21	ap. Urbem veterem	(18919) Eidem concedit facultatem permittendi Bonaevoluntati Theutonico, Guillelmo de Rocca Contratae ac Simoni de Caesis fratribus ord. Minor., ut ad Cistercienses transeant. XII kal. Iun. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 149. — »Cum sicut accepimus.«
» 21	»	(18920) Ottobonum S. Adriani diaconum cardinalem in Perusino comitatu cum amplissima legatorum potestate praeficit eumque, propositis indulgentiarum praemiis ac dato crucis symbolo, fideles ad sacram militiam pro tuenda adversus crudelissimos hostes ecclesia iubet accendere. XII kal. Iun. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 16, *fragm.*
» 22	»	(18921) Praeposito et decano Hildesemensibus mandat, cogant comitem Landulfum de Eversten, Vollimarum dictum de Brunesvich et Rodulfum Long burgenses in Huxar(ia) Padeburnens. dioc., qui b. mem. Henrico Osiliensi episcopo, dum viveret, 40, 70 argenti et 12 auri marcas debebant, ut pecuniam ipsam eis sine difficultate persolvant ecclesiae Romanae vel Terrae sanctae utilitatibus applicandam. XI kal. Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 559. n° 150. — »Ex litteris dilecti.«
» 22	»	(18922) Abbatibus de Rinkstadio et de Nestwet de coercendis iniuriis, quas T(ucho) episcopus Arusiensis Th(uroni) abbati Carae Insulae Cisterc. ord. Arusiens. dioc. intulerat, mandata dat. XI kal. Iun. a° 3°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. V. 282. — »Multum per hoc.«
» 22	»	(18923) Eisdem de lite inter monasterium Carae Insulae et (Tuchonem) episcopum Arusiensem exorta mandata dat. XI kal. Iun. a° 3°. ‖ Langebek l. c. V. 283. — »Sua nobis dilecti.«
» 22	»	(18924) T(uchoni) episcopo Arusiensi mandat, ut ab indebitis exactionibus, quibus abbatem conventumque Carae Insulae aggravet, desistat. XI kal. Iun. a° 3°. ‖ Langebek l. c. V. 284. — »Multum per hoc.«
» 22	»	(18925) Praeposito et archidiacono Slesswicensibus mandat, ut Th(uroni) abbati et conventui monasterii Carae Insulae adversus praedonum et invasorum audaciam assistant. XI kal. Iun. a° 3°. ‖ Langebek l. c. V. 283. — »Obviare maliciis perversorum.«
» 24	»	(18926) Episcopo Camerinensi mandat, ut episcopo Humanati ecclesiam s. Flaviani Racanaten. et bona alia sita in territorio castri Racanatensis in perpetuum conferat et assignet. IX kal. Iun. a° 3°. ‖ Compagnoni Mem. di Osimo V. 79. n° 52. — »Apostolice dignitatis officium.«
» 25	»	(18927) (Guillelmo) episcopo Anteradensi indulget, ne fratres Hospitalis et Templi Ierosol. aut alii quidquam sibi vindicent in ecclesia Anteradensi ratione donationis, compositionis *etc.* initarum, antequam sedes apostolica locum, ecclesiam et diocesim Raffanienses Anteradensi ecclesiae uniret. VIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 559. n° 151. — »Lecta coram nobis.«
» 27	»	(18928) Chunrado converso monasterii in Hailsprunn Cisterc. ord. Eystetens. dioc. scribit, Hainricum de Chunring marschalcum Austriae proponere, monasterium in quo sint moniales Cisterciensis ordinis in fundo proprio constituere ad honorem b. Mariae V., ad cuius construccionem eius praesentiam asserat non modicum opportunam; rogasse se abbatem de Hailsprunnen, ut eum ipsi nobili pro huiusmodi opere concedat. Hortatur eum, ut post licentiam ab abbate acceptam ad nobilem accedat et moretur cum eodem. VI kal. Iun. a° 3°. ‖ Zeibig Stiftungsbuch 149, *perperam ad* a. 1263. — »Attendens dilectus filius.«
» 27	»	(18929) Universis Christifidelibus per Pataviensem, Olomuscensem et Ratisponensem dioceses constitutis, qui ad reaedificationem ecclesiae vetustate consumptae monasterii s. Mariae de Sitansteten ord. s. Ben. Pataviens. dioc. manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum elargitur, »praesentibus post triennium minime valituris.« VI kal. Iun. a° 3°. ‖ Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII) 69. — »Quoniam ut ait.«
» 30	»	(18930) Iacobo Gantelimi vicario in Urbe Caroli Andegaviae ac Provinciae comitis senatoris Urbis significat, se destinasse ad eum Heliam capellanum suum et Sinitium camerae suae clericum, ut cum his de machinis et aliis instrumentis bellicis faciendis pro expellendo Petro de Vico ex castro de Vico colloquatur. III kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 163. n° 304. — »Fili, gaudemus.«
(» —)	(»)	(18931) Notum facit, se, cum inter Alphonsum regem Castellae ac Legionis et Richardum in Romanorum regem per electiones varias electos super obtinenda imperii dignitate contentionis materia suscitata sit, distulisse inter eos iudicis partes assumere; sed tandem procuratores regis Castellae cum instantia postulasse, ut ipsi regi in hoc negotio iustitia exhibeatur, procuratores vero Richardi obtulisse eius nomine se paratos ecclesiae Romanae subire iudicium. Addit, se, ut illos ad pacis unitatem induceret, eosdem per nuncios citari fecisse, ut 2. die mensis Maii apostolico conspectui se praesentarent; sed neminem termino memorato comparuisse. Prorogat terminum usque ad annum, computandum a festo b. Andreae apostoli venturo proximo. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 37. — »Inter charissimos in.«

		1264.
Iun. 2	ap. Urbem veterem	(18932) (Benvenuto) episcopo Auximano et archidiacono Spoletano capellano suo mandat, ut Venturam canonicum ecclesiae s. Venantii Esculan. capellaniae apostolicae clericum in corporalem possessionem ecclesiae s. Mariae de Monte sitae extra Castrum de Racanato Humanat. dioc. inducant. IV non. Iun. a° 3°. ‖ Compagnoni Mem. di Osimo V. 80. n° 53. — »Petitio dilecti filii.«
» 3	»	(18933) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Narnienses hortatur, ne fideles castrorum de Struncone et de Utriculo ad milites sibi mittendos obligent. III non. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 164. n° 305. — »Intelleximus quod vos.«
» 4	»	(18934) Fratri Rufino ord. Minor. capellano et poenitentiario suo mandat, moneat potestatem, Viginti quatuor, consilium et commune Senenses, qui apud Campiliam in exercitu commorantes iniunxerant hominibus castri papalis de Radicofano quaedam ab eis requisita adimplere, ut infra octo dies ecclesiae Romanae de hac iniuria emendam plenariae satisfactionis impendant. II non. Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 560. n° 152; Theiner l. c. n° 306. — »Quia sicut intelleximus.«
» 4	»	(18935) Caesariensis et de Hailsprunna monasteriorum abbates hortatur, ut Hainrico de Chunring marschalco Austriae, qui monasterium in quo sint sorores Cisterciensis ordinis de bonis suis in fundo proprio iam incoeperit construere (in Maylan), aliquas sorores monasteriorum suorum ad serviendum Deo concedant. II non. Iun. a° 3°. ‖ Zeibig Stiftungsbuch 150. n° 2 (*cum falsa reductione:* Rom. 6. Mai. 1263). — »Attendens dilectus filius.«
» 4	»	(18936) (Octaviano) episcopo Bononiensi mandat, moneat Bononienses cives, ut villas Medicinam et Argelatam Romanae ecclesiae liberas dimittant et de perceptis fructibus ex eisdem satisfactionem impendant. II non. Iun. a° 3°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 403. — »Cum duas villas.«
» 4	»	(18937) (Przemislaum Otakarum) regem Boemiae rogat et hortatur, ut contra Ruthenos scismaticos et Lituanos potenti manu procedat, eique concedit, ut terrae Ruthenorum et Lituanorum, quas per ministerium suum ad christianam fidem converti vel expugnari contigerit, dummodo fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. ius in terris eisdem non competat, in suo et heredum suorum dominio perpetuo debeant permanere. II non. Iun. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 44; Turgenevii Russ. monim. II. 350; Balbinus Misc. Dec. I. lib. 18. p. 16. n° 16; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 47; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 367; Theiner Mon. Polon. I. 77. n° 149; Erben Reg. Bohem. II. 176. n° 453; *cf.* Palacky Reise 39. n° 297. — »Agimus Deo laudes.«
» 4	»	(18938) Abbati monasterii de Cremismunster et praeposito ecclesiae s. Floriani Pataviens. dioc. mandat, faciant, ut sententiae excommunicationis et ecclesiastici interdicti, quas Fredericus abbas de Cleuniaco et Otto decanus christianitatis Laureacensis in Heberhardum et Henricum presbyteros pro eo, quod ecclesias de Waidhouen et de Hollestain ad abbatem conventumque de Sitansteten spectantes per violentiam occupaverunt ac sententiam excommunicationis contemnentes in eisdem ecclesiis interdictis divina officia celebrare praesumunt, et in Ulricum militem, Conradum, Henricum et alios parochianos praedictarum ecclesiarum in eis ab eisdem presbyteris divina huiusmodi audientes promulgaverunt, usque ad satisfactionem inviolabiliter observentur. II non. Iun. a° 3°. ‖ Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 70. — »Sua nobis abbas.«
» 4	(»)	* (18939) Magistro Petro canonico ecclesiae Pragensis et notario regis Boemiae indulget, ne ad faciendam personalem in ecclesia sua residentiam cogi possit. ‖ Palacky Reise 39. n° 298; Erben Reg. Bohem. II. 176. n° 452.
» 4	(»)	* (18940) Praepositum ecclesiae Nyemburgensis Pataviens. dioc. praedictae indulgentiae executorem et conservatorem instituit. ‖ Palacky l. c. n° 299.
» 5	»	(18941) Falconerio civi Florentino mercatori, qui iam per 60 annos et amplius mercationem pannorum ultramontanorum exercuerat, sed aliquamdiu dolum in emptione et venditione illorum commiserat, concedit, ut id quod ei ex dolo huiusmodi provenerit, ecclesiae Servorum s. Mariae iuxta Florentiam ord. s. Aug. eroget in fabricam vel aliam utilitatem ipsius ecclesiae convertendum. Non. Iun. a° 3°. ‖ Gianii Annal. I. 92. — »Sicut ex parte.«
» 5	»	(18942) Potestati, capitaneo, priori Viginti quatuor et eisdem Viginti quatuor, consilio et communi Senensibus in exercitu apud Campiliam existentibus, ni ab infestando castro de Radicofano desistant, minatur multa in spiritualibus et temporalibus mala. Non. Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 560. n° 153. — »Licet multa enormia.«
» 5	»	* (18943) Monasterium b. Mariae V. in Medelingen tuendum suscipit eiusque dotationes et immunitates confirmat. Non. Iun. indict. VII. pont. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 227.
» 12	»	(18944) Priori Praedicatorum Wormaciensium mandat, ut Henricum rectorem ecclesiae in Cundhenein Spirens. dioc. notarium comitis Gemini in ecclesia s. Germani extra muros Spirenses recipi faciat in canonicum. II id. Iun. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 441. n° 49. — »Volentes dilectum filium.«

1264.

Iun. 18 — ap. Urbem veterem

(18945) De Villario et de Gorzia Cisterc. et s. Ben. ord. Metens. dioc. abbatibus exponit de novo causam inter monasterium s. Mathiae Trevirensis ord. s. Ben. et Henricum Trevirensem electum iam diu agitatam eisque mandat, ut subreptitias vel falsas litteras ad decanum S. Castoris in Confluentia directas, quae a Wilhelmo, quem praefatus Henricus dicto monasterio praefecerat in abbatem, emanarunt, sibi exhiberi faciant easdemque curiae transmittant. »Faciatis nihilominus Theodericum abbatem interim pacifica ipsius monasterii et omnium pertinentiarum eiusdem possessione gaudere.« xiv kal. Iul. aº 3º. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 303 (ed. Wyttenbach II. 77). — »Dilecti filii Theodericus.«

» 19 — »

(18946) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato notificat, »quod vicarius populusque Romanus post recuperationem civitatis Sutrinae, quam Petrus de Vico invaserat, ad obsidendum castrum Vici viriliter et unanimiter processere: sed propter frequentes pluviarum inundationes et quia tempus instabat messium, obsidionem ipsius castri firmare, donec laberetur tempus huiusmodi, distulerunt, sicque ad Urbem, maxime pro colligendis messionibus sunt reversi.« xiii kal. Iul. aº 3º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 81. — »Volentes certificare te.«

» 20 — »

(18947) (Rupertum) archiepiscopum, decanum et capitulum Magdeburgenses rogat et hortatur, ut Enricum canonicum Alberstadensem, filium I(ohannis) marchionis Brandeburgensis recipiant in canonicum eique de praebenda liberaliter provideant. xii kal. Iul. aº 3º. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 85. nº 112. — »Apostolicae benignitatis affectum.«

» 20 — »

(18948) Giroldo de Owad [Ovár?], cui (Stephanus) episcopus Penestrinus capellas s. Laurentii de villa Files, s. Demetrii de Boren, Omnium Sanctorum de Nigwan et s. Martini de Minore Mortin, quas Tymotheus Zagabriensis episcopus tempore suae promotionis in diocesi Iauriensi habuerat, canonice contulit, hanc collationem confirmat. xii kal. Iul. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 268. nº 491; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 89. — »Hiis que nostra.«

» 20 — »

(18949) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut Geroldum de Owad clericum Iauriens. dioc. in corporalem dictarum capellarum possessionem inducat. xii kal. Iul. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 269. nº 492; Mon. Hung. hist. l. c. 90. — »Hiis que nostra.«

» 20 — »

(18950) Ministro provinciali ordinis fratrum Minorum administrationis Coloniae committit, ut sorores Poenitentes loci S. Spiritus de Luxemburgo »si sub clausura consistunt et facultates habent de quibus possint commode sustentari,« ordini s. Clarae incorporet. xii kal. Iul. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 519. nº 11; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 562. nº 154; Miraei Opp. dipl. IV. 241; *cf.* Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 100. nº 272. — »Pia vota personarum.«

» 22 — »

(18951) Michaeli Palaeologo imperatori Graecorum unionem ecclesiarum orientalium cum occidentalibus desideranti mittit ad illam ad effectum perducendam Nicolaum Crotonensem episcopum, Gerardum de Prato et Raynerium de Senis fratres ord. Minor., illos commendat eumque hortatur, ut »consurgens in ecclesiae firmamento patefacias toti mundo tuae bonae super hoc intentionis splendorem tuique laudabilis propositi charitatem.« x kal. Iul. aº 3º. ‖ Bzovius Ann. eccles. ad a. 1264 § 2. XIII. 700; Wadding l. c. 225; Sbaralea l. c. 564. nº 157; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 61. — »Mediator Dei et.«

» 22 — »

(18952) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Cerco plano iuxta civitatem Massanensem ord. s. Dam., ad quas nonnulla de bonis quondam Dulcebenae civis Massanensis quandoque usurarii ex successione Danielae natae ipsius et dicti coenobii monialis legitime pervenerant, concedit, ut illa libere retinere possint. x kal. Iul. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 563. nº 155. — »Meritis vestrae religionis.«

» 22 — »

(18953) Abbatissae et conventui sororum Minorum inclusarum monasterii b. Catarinae iuxta Provinum Senonens. dioc. concedit facultatem ex duabus regulae ord. s. Dam. formulis parum inter se differentibus assumendi et observandi quam velint. x kal. Iul. aº 3º. ‖ Wadding l. c. 519. nº 12; Sbaralea l. c. 563. nº 156. — »Carissimi in Christo.«

» 24 — »

(18954) S(ymoni) tit. S. Martini presb. cardinali mandat, ut condemnationes pecuniarias per Manfredum Veronensem electum in ducatu Spoletano et Anconitana marchia factas exigat et colligat. viii kal. Iul. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 164. nº 307. — »Cum dilectus filius.«

» 24 — »

(18955) Monasterium s. Mariae V. in Raitenhaslach Salzburgens. dioc. Cisterc. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. viii kal. Iul. indict. VII. incarn. dom. aº 1264. pont. aº 3º. ‖ Mon. Boica III. 160. nº 59. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 24 — »

(18956) Vicario Manfredi electi Veronensis, priori fratrum Praedicatorum et Iacobo canonico Veronensi ordinationem ac provisionem ecclesiarum civitatis et diocesis Veronensis committit. viii kal. Iul. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 568. nº 158. — »Ex parte dilectorum.«

1264.

Iun. 25 — ap. Urbem veterem

(18957) (Raynerio) episcopo Maginensi Papiae commoranti mandat, ut abbatissae monasterii Senatoris Papiensis ord. s. Ben. benedictionis munus impendat. vii kal. Iul. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 569. nº 159. — »Ex parte dilectarum.«

» 25 — »

(18958) Episcopo Dumblanensi et Petro Leti canonico basilicae Principis apostolorum de Urbe in Anglia commoranti mandat, curent ut Petro de Curia capellano I(ohannis) S. Mariae in Cosmidin diaconi card., libere resignare parato ecclesiam de Kastelter, de aliqua praebendarum antiquarum Glasguensis ecclesiae provideatur. vii kal. Iul. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 94. nº 239. — »Dilectus filius Petrus.«

» 26 resp. 27 — »

(18959) De Villario et de Gorzia Cisterc. et s. Ben. ordinum Metens. dioc. abbatibus mittit transscriptum litterarum, quas sub nomine papae confectas Wilhelmus monachus S. Maximini qui falso se abbatem monasterii s. Mathiae Trevirensis dicebat, ad decanum ecclesiae s. Castoris in Confluentia dicitur reportasse; mandat eis, ut praefatas litteras sibi exhiberi faciant, ne falsariorum culpa remaneat impunita. vi (v *Mart.*) kal. Iul. aº 3º. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 295 (ed. Wyttenbach II. 65). — »In scripto transscripto.«

» 27 — »

• (18960) (Volradum) episcopum Halberstadensem admonet, ut magistrum Herbertum de Halis (Brunonis) episcopi Olomucensis clericum ab eoque commendatum in civitate vel diocesi sua ad beneficium aliquod ecclesiasticum promoveri faciat. v kal. Iul. aº 3º. ‖ Palacky Reise 40. nº 300; Erben Reg. Bohem. II. 178. nº 455.

Iul. 4 — »

(18961) Eidem mandat, ut, cum Hermannus scolasticus Halberstadensis ecclesiae, capellanus Iohannis marchionis Brandeburgensis scolastriam suam velit libere resignare, isti de alio personatu vel dignitate provideat. iv non. Iul. aº 3º. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 86. nº 113. — »Laudabilis conversationis et.«

» 4 — (»)

• (18962) Fridericum ex dominis Frontis et comitibus S. Martini, cathedralis ecclesiae Eporediensis canonicum, electum episcopum aº 1264 iv non. Iul. ob defectum aetatis huic ecclesiae praeficit in administratorem. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 1075.

» 4 — »

• (18963) Commission donnée par Urbain à l'évêque de Cambrai à l'effet 1º d'établir la valeur des biens que l'évêché de Verdun possède a Jupille, et que l'évêque de cette dernière ville veut, à cause de leur éloignement et encore pour d'autres inconvénients rendre en heritage au chapitre de St. Lambert au prix de 100 marcs liégeois; 2º d'accorder l'autorisation de faire ce rendage, s'il le reconnaît avantageux à l'évêché de Verdun. iv non. Iul. aº 3º. ‖ Schoonbroodt Invent. des chartes de Saint-Lambert 73. nº 276, *perperam ad* a. 1263.

» 5 — »

(18964) Ministro et fratribus ac sororibus de Poenitentia coniugatorum Castri s. Geminiani Wulteran. dioc. indulget, ut tempore interdicti divinis officiis interesse possint. iii non. Iul. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 520. nº 13; Sbaraleae Bullar. Praed. II. 570. nº 160. — »Pium arbitrantes et.«

» 7 — »

(18965) Ludovico rege Francorum petente concedit, ut fratres Praedicatorum Ambianenses ad locum qui dicitur Coquerel, in Ambianensi civitate situm se transferant. Non. Iul. aº 3º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 442. nº 50. — »Per tuas nuper.«

» 7 — »

(18966) G(*male, legas* Simoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, curet ut fratres ord. Praed. Ambianenses in locum commodiorem transferantur. Non. Iul. aº 3º. ‖ Ripoll l. c. 443. nº 51. — »Significantibus nobis olim.«

» 7 — »

(18967) (Nicolao) Wibergensi et (Tuchoni) Arusiensi episcopis mandat, curent ut Petrus subdiaconus Lundensis in ecclesia Lundensi ab eiusdem capitulo in canonicum recipiatur. Non. Iul. aº 3º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 422. nº 498; *cf.* Porthan Bullar. access. 53. nº 19. — »Volentes dilectum filium.«

» 7 — »

• (18968) (Brunoni) episcopo Olomucensi mandat, ut Chunrado rectori ecclesiae s. Martini in Hartperch Salzeburg. dioc. notario (Przemyslai Otakari) regis Boemiae auxilio adsit ad obtinendum beneficium aliquod ab abbate monasterii Metlicensis ord. s. Ben. Patav. dioc., de quo olim Alexander pp. IV eidem Chunrado providerat, abbas vero id implere non curabat. Non. Iul. aº 3º. ‖ Palacky Reise 40. nº 301; Erben Reg. Bohem. II. 179. nº 457.

» 9 — »

(18969) Priori fratrum Praedicatorum in Confluentia Treverens. dioc. committit, ut Ermannum iuniorem de Willemsdorp, Conradum et Evеardum de Bicken ab excommunicationis sententia, quam pro eo quod papam, cum archidiaconatus Laudii officio fungeretur, captivatum detinebant, incurrerant, prorsus absolvat. vii id. Iul. aº 3º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 444. nº 52; Ciaconii Vitae pontif. Roman. II. 154; Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 30. — »Gemma nulla splendidior.«

» 14 — »

(18970) (Philippo) Strigoniensi et (Smaragdo) Colocensi archiepiscopis mandat, moneant universos Cumanos, ut illi ex eis, quibus provenit perceptio gratiae baptismalis, fidem catholicam firmiter et reverenter observent, reliqui vero infra terminum eis praefigendum sacramentum baptismatis iuxta conditionem praescriptam suscipiant. »Si vero ipsi cor suum posuerint adamantem, ita ut nec igne caritatis nec divini verbi malleo

1264.

confringantur, vos ex tunc contra huiusmodi baptizatos Cumanos ... de regno ipso eiusque finibus penitus expellendos .... verbum crucis tam in Ungaria, Polonia et Boemia, quam in Austria ... praedicetis» *etc.* II id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hung. I. 269. n° 493; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 91. — »Pre nostris humiliter.«

Iul. 15 — ap. Urbem veterem — (18971) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi notificat, B(elam) regem Ungariae M(ariae) reginae uxori suae castrum Wyssegrad cum comitatu et districtu de Pelys donasse et statuisse, ut regina ipsa praedictum castrum uni ex dictorum regis et reginae liberis, qui magis eidem reginae fuerit obsecutus, in vita donare vel in morte legare possit. Mandat ei, curet ne regina super praemissis ab aliquibus indebite molestetur. Id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 271. n° 494; Mon. Hung. hist. l. c. 94. — »Iusta desideria carissime.«

» 15 — » — (18972) B(elae) duci Sclavoniae castra de Nitria, de Posonio, de Musum, de Supprio et Ferreum in confinio regni Ungariae sita, quae ei B(ela) Ungariae rex pater eius donavit, confirmat. Id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 272. n° 496; Mon. Hung. hist. l. c. 96. — »Pro fidei meritis.«

» 15 — » — (18973) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat, ut praefatus dux super praemissis indebite molestetur. Id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 272. n° 497; Mon. Hungar. hist. l. c. 97. — »Pro fidei meritis.«

» 15 — » — (18974) B(elae) duci Sclavoniae castra de Baragna, Vulco, Simigio, Zala et Olcha necnon sales aquaticos ad ducatum Sclavoniae pertinentes confirmat. Id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 273. n° 498; Mon. Hungar. hist. l. c. 98. — »Quia Deo et.«

» 15 — » — (18975) Agneti viduae ducissae Galitiae, de Bosna et de Mazo dominae ac Michaeli et Belae natis eiusdem terras et possessiones quae Belin et de S. Demetrio nuncupantur, confirmat. Id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 273. n° 500; Mon. Hungar. hist. l. c. 99; *cf.* Palacky Reise 40. n° 302. — »Cum a nobis.«

» 15 — » — (18976) (Paulo) episcopo Vesprimiensi scribit, se B(elae) duci Sclavoniae castra de Baragna, Wlco, Simigio, Zala et Olcha confirmasse. Mandat ei, ne permittat praefatum ducem super praemissis ab aliquibus indebite molestari. Id. Iul. a° 3°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 191; Fejér Cod. dipl. IV. III. 234; Theiner l. c. 273. n° 499. — »Quia dilectus filius.«

» 15 — » — (18977) Priori provinciali fratrum Praedic. de Hungaria notificat, se Agneti viduae ducissae Galliciae, de Bosna et de Mazo dominae eiusque filiis Michaeli et Belae terras et possessiones, quas Bela Hungariae rex pater ipsius ducissae quondam Radizlao duci Galatiae eius viro ac ipsi ducissae eorumque haeredibus in proprium dederit, confirmasse. Mandat ei, faciat ut praefati ducissa et filii super praemissis minime ab aliquibus molestentur. Id. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 444; Theiner l. c. 273. n° 501; *non integra* ap. Fejér Cod. dipl. IV. III. 235. — »Exhibita nobis dilecte.«

(» 15) — » — (18978) Eidem mandat, curet ne (Maria) regina Ungariae super castro de Possega in ducatu Sclavoniae sito, quod ei (Bela) rex eius vir donavit, ab aliquo indebite molestetur. *Sine signo chronol.* ‖ Ripoll l. c. 446; Theiner l. c. 272. n° 495; *non integra* ap. Fejér l. c. 237; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 51. — »Iusta desideria carissime.«

» 15 — » — (18979) Episcopo Nitriensi mandat, ut magistro Sisto capellano suo scolastico Strigoniensi clerico et nuntio B(elae) Ungariae regis in Zagabriensi vel alia ecclesia provinciae Strigoniensis de personatu vel dignitate et etiam de praebenda provideat. Id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 274. n° 502; Mon. Hungar. hist. l. c. 100. — »Apostolice benignitatis affectum.«

» 15 — » — (18980) Decano et conventui ac universis vasallis S. Pauli de Urbe significat, se propter Friderici abbatis excessus administrationem dicti coenobii fratri Florasio ord. Minor. capellano suo committere. Mandat eis, ut illi tamquam administratori seu procuratori praefati monasterii humiliter pareant. Id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 571. n° 162. — »Cum nuper contra.«

» 16 — » — (18981) Stephanum regem primogenitum B(elae) regis Ungariae hortatur et monet, ut Agneti viduae, sorori suae, ducissae Galitiae ac de Bosna et de Mazo dominae et Michaeli et Belae orphanis natis eius de Berez (Bercz *Fej.*) et Fizer (Figed *Fej.*) castra ac Solomon et de Borsna (Borsua *Fej.*) villas, quae eis rapuerat, cum iuribus et pertinentiis suis restituat. XVII kal. Aug. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. III. 210; Theiner Mon. Hung. I. 276. n° 506; Mon. Hung. hist. Dipl. VIII. 101. — »Mente vigili et.«

» 16 — » — (18982) (Paulo) episcopo Vesprimiensi mandat, ut eundem Stephanum regem ad ea restituenda compellat. XVII kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 276. n° 507. — »Mente vigili et.«

» 16 — » — (18983) Priori provinciali fratrum Praedicatorum de regno Hungariae mandat, moneat episcopos et ecclesiarum praelatos eiusdem regni, qui dissensiones ac iurgia inclinato regno damnabiliter seminant, ut a culpis et excessibus tam indignis penitus desistentes B(elae) regi honorem debitum impendant ac fidelitatis plenitudinem circa ipsum observent. XVII kal. Aug. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. I. 445; Katona Hist. crit. VI. 419; Fejér Cod. dipl. IV. III. 213; Theiner l. c. 274. n° 503. — »In gravem nostri.«

1264.

Iul. 16 — ap. Urbem veterem — (18984) Stephanum iuniorem regem Hungariae monet, ut terras Bistichae [Bistritz], Rodana [Rodna], Zolosum [Szőlősum] et Querali [Király] vulgariter nuncupatas et Mariae reginae matri suae ablatas eidem restituat. XVII kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 275. n° 504; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 55; ap. Katona l. c. 417; ap. Fejér l. c. 216; ap. Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV.) 80. n° 80. — »A tua sollicite.«

» 16 — » — (18985) (Philippo) Strigoniensi archiepiscopo, [(Omodeo) Iaurinensi et (Paulo) Vesprimiensi episcopis *om. Mon. Hung.*] imperat, ut Stephanum regem ad restituendum matri iura erepta flectant. XVII kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 276. n° 505; Mon. Hung. hist. Dipl. XIII. 101; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 55. — »Debet ab excellentia.«

» 17 — » — (18986) S(imonem) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatum certiorem facit de rebus in Italia ab eius discessu a Carolo Andegaviae ac Provinciae comite, Iacobo Gantelino eius in Urbe vicario *etc.* gestis: »ut laboriosus et taediosus status ecclesiae in Italiae partibus, et pericula quibus nos et eadem ecclesia hoc tempore subiacemus, ac ea quae postquam recessisti a nobis in eisdem partibus acciderunt, tibi plenius innotescant.« XVI kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 82. — »Fili nobis tot.«

» 17 — » — (18987) (Otakarum) regem Boemiae rogat et hortatur, ut praeposito et capitulo Salzeburgensis ecclesiae exhibens se favorabilem et benignum eis ad defensionem libertatis ecclesiasticae et iurium suorum favorem et auxilium regium largiatur. XVI kal. Aug. a° 3°. ‖ Chmel *in* (Wiener) Jahrb. der Literat. CVIII. (1844) 174. not.; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 179. n° 459. — »Celsitudinem regiam in.«

» 17 — » — (18988) Fratri Florasio ord. Minor. capellano suo administrationem monasterii s. Pauli de Urbe propter Frederici abbatis excessus committit. XVI kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 570. n° 161. — »Cum nuper contra.«

» 17 — » — * (18989) (Brunoni) episcopo Olomucensi commendat Iohannem de Ponte clericum Treverensis diocesis, qui in diocesi Olomucensi mansionem elegerat, ut, si nil canonicum obsistat, ei de aliquo ecclesiastico beneficio ad collationem vel praesentationem abbatissae et conventus monasterii de Tusnewiz pertinente, consueto clericis saecularibus assignari, provideri procuret. XVI kal. Aug. a° 3°. ‖ Palacky Reise 40. n° 303; Erben l. c. n° 458.

» 19 — (») — (18990) (Favo) abbati S. Martini de sacro Monte Pannoniae, decano et thesaurario ecclesiae Vesprimiensis mandat, inquirant num Bosnensis ecclesia metropolitanae Colocensi ecclesiae subiicienda sit, et rescribant quod invenerint. XIV kal. Aug. a° 3°. ‖ Pray Hierarch. II. 425; Katona Hist. crit. VI. 430; Fejér Cod. dipl. IV. III. 217 (*apud quem datum: Lugduni*). — »Ex parte venerabilis.«

» 23 — » — * (18991) (Nicolao) Wibergensi et (Tuchoni) Arusiensi episcopis mandat, ut magistrum Iohannem de Hethe regis et reginae Daciae capellanum Burglaniensi ecclesiae in episcopum praeficiant ac ipsum, cum (Iacobus) archiepiscopus Lundensis vinculo excommunicationis sit adstrictus, promoveant ad ordines et consecrent, salvo ceterum iure Lundensis ecclesiae. X kal. Aug. a° 3°. ‖ Porthan Bullar. access. 54. n° 20.

» 27 — » — (18992) (Alberto) episcopo Aquensi mandat, ut priorem et fratres Eremitarum de Alexandria ord. s. Aug. in corporalem possessionem ecclesiae s. Martini de Gamundio de Alexandria, in qua ob causas varias canonici non potuerint residere, inducat et defendat inductos. VI kal. Aug. a° 3°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 239. — »Meritis religionis dilecti.«

» 28 — » — (18993) Carolo Andegaviae ac Provinciae comiti significat, Manfredum quondam principem Tarentinum iam transmisisse in Franciam quendam apostatam ordinis militiae s. Iacobi nomine Cavalcantum cum duobus asisinis et 50 generibus venenorum seu toxicorum insidiaturum vitae eius sub spe et conductu ducis Burgundiae; monet eum, ut a talibus insidiis sibi cautius praecaveat *etc.* »Ceterum quia propter occupationes multas oblivioni tradidimus illa secreta vocabula, sub quibus tibi scribere debebamus; ideo si tibi sub praedictis vocabulis non scribimus, non mireris.« V kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 86. — »Fili per quosdam.«

» 28 — » — (18994) Guardiano fratrum Minorum Fuliginatum in Fuligino et quondam Fuliginat. diocesis mandat, ut contra Manfredum quondam principem Tarentinum eiusque fautores crucem praedicari faciat. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 571. n° 163. — »Ascendente ac diffundente.«

* *In eundem modum* Ministris fratrum Minorum Romanae et b. Francisci provinciarum.
» » » Assisinati, Ortano et Viterbiensi episcopis.

» 30 — » — (18995) Prioribus fratrum Praedicatorum et S. Michaelis de Bosco et guardiano fratrum Minorum Bononiensium mandat, ut centum libras monetae ex his, quae Z. Avenionensis episcopus legaverit, Bonae Tabellioni civi Bononiensi exhibeant. III kal. Aug. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 446. n° 55; Sbaralea l. c. 573. n° 167. — »Exposuit nobis dilectus.«

(» —) — (») — (18996) Manfredum quondam principem Tarentinum hortatur, ut post tot iniurias et damna Romanis pontificibus et Romanae ecclesiae illata rediens ad cor M(anfredum) Vero-

1264.

		nensem electum ab eius exercitu detentum in vinculis libertate donet. *Sine signo chronolog.* ‖ Martene Thes. anecd. II. 90; Sbaralea l. c. 572. nº 166. — »Licet enormes iniurias.«
Aug. 9	(ap. Urbem veterem)	(18997) Matthaeo S. Mariae in porticu diac. card. apostolicae sedis legato scribit de excursionibus Petri e Vico, qui Germanicum equitatum ad redigendum in servitutem b. Petri patrimonium a Manfredo acceperat, et de rebellium perfidia tristes querelas. v id. Aug. (aº 3º). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 19, *fragm.*
(» 11)	(»)	(18998) Patriarchis, archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis significat, se ad exaltationem catholicae fidei annuam festivitatem cum octava sanctissimi corporis et sanguinis statuendam duxisse et ad hoc designasse feriam quintam proximam post octavam pentecostes; cunctosque hortatur, ut eam devote celebrent singulis annis, ac plures indulgentias concedit missae et divino officio interessentibus sive in die sive in decursu octavae. *Sine signo chronol.* ‖ Magnum bullar. Rom. III. I. (Romae 1740.) 414; Bzovius Ann. eccles. ad a. 1264 § 4. XIII. 703; Duchesne Hist. de cardin. franç., preuv. 191; Labbe Conc. XI. I. 817; Cherubini Bullar. I. 118; Mansi Conc. XXIII. 1077; Matthaeus Summa 15; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 705. nº 19; Bullar. Carmel. III. 2; Zvinger De festo corp. Christi 13 (*cum permultis additis lectionib. var.*); *deficiente fine* ap. Nakielski Miechovia 192; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1264 § 27. — »Transiturus de hoc.«
» 11	»	(18999) Universis archiepiscopis et episcopis per patriarchatum Ierosolymitanum constitutis significat, se, »ut de Sacramento corporis et sanguinis Iesu Christi praeter quotidianam commemorationem, quam de ipso facit ecclesia, specialior et solemnior annuatim memoria celebretur«, certum ad hoc designare et describere diem, videlicet feriam quintam proximam post dominicam festum pentecosten primo sequentem; eosque monet et hortatur, ut »tam excelsum et tam gloriosum festum praedicta quinta feria singulis annis cum novem lectionibus *etc.* celebrent.« III id. Aug. aº 3º. ‖ Spl. Andr. Pennazzi Istor. dell' ostia sacr., che stillo sangue in Bolsena sopra il ss. corporale (Montefiascone 1731. 4º) 354. — »Transiturus de mundo.«
» 16	»	(19000) (Iringo) episcopo Herbipolensi mandat, ut Fridericum de Husen presbyterum fratrem hospitalis s. Mariae Theutonicorum Culmensi ecclesiae praeficiat in episcopum eique munus consecrationis impendat. XVII kal. Sept. aº 3º. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 153. nº 148; Theiner Mon. Polon. I. 77. nº 150. — »Significarunt nobis olim.«
» 18	»	(19001) (Octaviano) episcopo Bononiensi mandat, ut Iohannem de Vercellis capellanum suum, quem episcopus occasione alicuius homicidii ad suum episcopale palatium deduxerat illumque ibi detinebat carcerali custodia mancipatum, ad sedem apostolicam transmittat, »cum noster capellanus et familiaris existat et nobis tamquam suo domino stet.« XV kal. Sept. aº 3º. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 404. — »Intelleximus quod magna.«
» 19	»	(19002) Iohanni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali et fratri Bonaventurae ministro generali ordinis Minorum de concordia inter ordines et Minorum et s. Damiani conservanda mandata dat. XIV kal. Sept. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 516. nº 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 574. nº 168. — »Inter personas sub.«
» 20	»	(19003) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theutonic. in Livonia et Estonia terras et possessiones, quas eis Constantinus rex Ruthenorum in suo regno Rusciae donavit, confirmat. XIII kal. Sept. aº 3º. ‖ Bunge Livl. UB. I. 484. nº 380. — »Cum a nobis.«
» 21	»	(19004) Abbati de Pelys, priori provinciali fratrum Praedicatorum in Ungaria et custodi ecclesiae Albensis mandat, faciant ut Andreae praeposito S. Iohannis, Trystayn cantori et Gregorio canonico Quinqueecclesiensibus, quibus inquisitio facienda super diversis criminibus contra Iob Quinqueecclesiensem episcopum commissa sit, ad prosequendum hoc negotium de bonis episcopalibus Quinqueecclesiensis ecclesiae expensae ministrentur necessariae. XII kal. Sept. aº 3º. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. III. 238; Theiner Mon. Hungar. I. 277. nº 508. — »Dilecti filii Andreas.«
» 23	»	(19005) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. confirmat concessionem Honorii papae, qui eis indulsit, ne quis eis aut eorum ecclesiis pro reparatione murorum, pontium, vallorum aut pro quibuslibet publicis functionibus aliquas exactiones imponat. X kal. Sept. aº 3º. ‖ Strehlke Tab. 415. nº 633; de Geer Archieven I. 87. nº 99. — »Vestre meritis devocionis.«
» 23	»	(19006) Praeposito ecclesiae s. Georgii Strigoniensis mandat, faciat ut Egidius presbyter Iauriensis diocesis, si idoneus sit, in ecclesia Budensi Vesprimiens. dioc. in canonicum recipiatur. X kal. Sept. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 277. nº 509; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 103. — »Apostolicae benignitatis affectum.«
» 23	»	(19007) Valentino diacono Strigoniensi indulget, ut, defectu natalium eius non obstante, in susceptis ministrare ordinibus et in presbyterum provenire ac beneficium ecclesiasticum obtinere possit. X kal. Sept. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 278. nº 510; Mon. Hungar. hist. l. c. 104. — »Exemplo Domini qui.«
Sept. 1	»	• (19008) Decano et Bartholomaeo canonico Olomucensibus mandat, ut magistrum Stephanum subdiaconum et capellanum suum, archidiaconum Wratislaviensem, procurent

1264.

		recipi in ecclesia Cracoviensi in canonicum et fratrem. Kal. Sept. aº 3º. ‖ Palacky Reise 40. nº 304; Erben Reg. Bohem. II. 179. nº 461.
Sept. 2 resp. 3	ap. Urbem veterem	(19009) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut in negotio provisionis episcopi Bisinanensis in sua provincia ulterius nec procedat nec super ipsa provisione permittat praelatos collegia vel alias personas monasteriorum et ecclesiarum eiusdem provinciae aliquatenus molestari. III (IV *Sb.*) non. Sept. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 575. nº 169; Theiner Mon. Hungar. I. 278. nº 511; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 105. — »Olim tibi et.«
» 4	»	(19010) S(imonis) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legati prudentiam laudat in prosequendo et promovendo tractatum negotii regni Siciliae inter ipsum et Carolum Andegaviae ac Provinciae comitem; mandat ei quatinus indefessa sollicitudine laborare non desinat. II non. Sept. aº 4º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 87. — »Fili, receptis tuis.«
» 5	»	(19011) Eidem mandat, praecipiat statim receptis praesentibus magistro Alberto notario suo districte, ut executione quorumlibet negotiorum nequaquam obstante protinus ad papae praesentiam revertatur. Non. Sept. aº 4º. ‖ Martene l. c. 89. — »Fili quia gravia.«
» 5	»	(19012) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut praedicationi crucis pro fidei negotio in Livoniae, Curoniae et Prusciae partibus nullum opponant obstaculum. Non. Sept. aº 4º. ‖ Bunge Livl. UB. I. 485. nº 381. — »Vix absque lacrimis.«
» 8	»	(19013) Manfredo Veronensi electo omnia iura omnesque iurisdictiones, fructus, redditus et cetera quae ecclesia Romana in castro de Carpo eiusque territorio obtinet et quae quondam Bertolinus Tabernerius civis Parmensis ab eadem tenebat ecclesia, confert. VI id. Sept. aº 4º. ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 97. nº 22. — »Fili dum angustias.«
» 8	»	(19014) Episcopo Ferrariensi et magistro Bernardo canonico Bononiensi mandat, ut Manfredum Veronensem electum in possessionem castri de Carpo Mutinens. dioc. quam citissime inducant. VI id. Sept. aº 4º. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 128. — »Dum angustias et.«
» 8	»	(19015) (Hugoni) episcopo et sacristae Caesaraugustanis mandat, faciant ut Enetus Petri de Roda canonicus Ilerdensis nepos fratris Velasci capellani et poenitentiarii sui possessione praebendae ipsi in ecclesia Ilerdensi collatae pacifica gaudeat, nequaquam obstante Ilerdensis episcopi contradictione. VI id. Sept. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 576. nº 170. — »Dilecti filii Eneti.«
» 8	»	(19016) Evae reclusae S. Martini Leodiensis, quae desideravit magno desiderio ut solemne festum sanctissimi corporis Iesu Christi institueretur in ecclesia, significat, se ad memoriam tam mirabilis sacramenti solemnius celebrandam feriam quintam proximam post octavas festi pentecostes proxime sequentes designasse *etc.* VI id. Sept. aº 4º. ‖ Mansi Conc. XXIII. 1076; Hardouin Conc. VII. 547; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1230 § 17. XIII. 367; Labbe Conc. XI. I. 817; Lünig Spicil. eccl. II. (Reichs-Arch. XVII.) 506. nº 43; Zvinger De festo corp. Christi 18. — »Scimus o filia.«
» 9	»	(19017) Potestati, consilio et communi Cornetanis interdicit, ne sine beneplacito sedis apostolicae ad electionem potestatis et capitanei procedant. V id. Sept. aº 4º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 165. nº 308. — »Cum iam tempus.«
(Sept. 4-Oct. 2)	(—)	(19018) Capitulis Pennensis et Hadriensis ecclesiarum ac clero civitatis et diocesis Pennensis notum facit, se G(ualderium) Ameliensem episcopum ad Pennensem et Hadriensem ecclesias transferre. Aº 4º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1146. — »In superna specula.«
—	(—)	(19019) Repetit nº 19005. *Absque temporis signo.* ‖ Strehlke Tab. 416. nº 634. — »Iustis petentium desideriis.«
—	—	(19020) Capitulo Camerino concedit, ut vocatis illis, qui vocem in electione habent et volunt ac possunt commode interesse, sibi de persona idonea, per quam ecclesia Camerinensis possit salubriter gubernari, per electionem aut postulationem canonicam consulant. *Sine nota chronol.* ‖ Ughelli Ital. sacra I. 559. — »Olim cum bonae.«
—	—	(19021) (Margaretam) reginam Francorum monet et hortatur, ut suum animum cum Carolo comite Provinciae germano suo ad concordiam et pacem inclinet ipsumque sibi seque ipsi studeat in unitate solidae charitatis unire, ne per scissuram hanc ipsorum in partes scissa minuatur potentia. *Sine signo chronol.* ‖ Duchesne Hist. Franc. script. V. 869. nº 33; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1264 § 2. — »Cum simus pacifici.«
—	—	(19022) (Ludovicum) regem Francorum rogat et hortatur, ut (Carolo) comiti Provinciae ac Andegaviae germano suo pro negotio regni Siciliae celerius prosequendo pecuniam usque ad quantitatem decimae prosecutioni huius negotii deputatae nomine mutui concedat. *Sine signo chronol.* ‖ Duchesne l. c. 870. nº 34; Graevius Thes. antiq. Sicil. V. Pars: Descript. victor. obt. per Car. Sicil. reg. 37; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 935. nº 39. — »Etsi sufficere soleat.«

1264.

— — (19023) Eundem rogat, ut Gaufrido de Sarcenis in Terra sancta commoranti subveniat. *Sine signo chronol.* ‖ Duchesne l. c. 870. nº 35. — »Quam utiliter circa.«

— — (19024) Eundem rogat et obsecrat, ut Carolo Siciliae regi germano suo contra Manfredum quondam principem Tarentinum succurrat. *Sine nota chronol.* ‖ Duchesne l. c. 871. nº 36; Graevius l. c. 37; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 935. nº 40; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1264 § 14. — »Ad serenitatis tuae.«

— — (19025) Eundem monet et rogat, faciat ut querelae Provinciae praelatorum, qui pressuris baillivorum regiorum opprimuntur, promptitudine celeri finiantur, praeterita tollantur gravamina et futuris via quantum honeste fieri poterit praecludatur. *Sine nota chronol.* ‖ Duchesne l. c. 872. nº 37. — »Privilegium amoris.«

1261—1264.

— — (19026) Eundem rogat et hortatur, ut ad reformandam pacem et concordiam inter Carnotense capitulum ex parte una et comitem Blesensem ex altera super advocatione servientium ipsius capituli et canonicorum eiusdem et aliis articulis litigantes diligenter intendat. *Sine nota chronol.* ‖ Duchesne l. c. 866. nº 31. — »Dum commoda pacis.«

— — (19027) Philippi primogeniti (Ludovici) regis Franciae laudat modestiam et humilitatem. »Ad nos prompta securitate recurre, preces nobis porrige ad exauditionis gratiam, quantum cum Deo possumus admittendas.« *Absque nota chronol.* ‖ Duchesne l. c. 864. nº 29. — »Dilectus filius magister.«

— — (19028) Capitulo S. Petri inhibet, ne contra canonicas sanctiones in Principis apostolorum basilica, »in qua vix passus pedis vacat sepultura sanctorum«, aliquam ecclesiasticam saecularemve personam deinceps sepeliant vel permittant ab aliis sepeliri absque licentia sedis apostolicae speciali. *Sine nota chronol.* ‖ Martene Ampl. coll. II. 1258. — »Existentes in principis.«

— — • (19029) Urbani pp. IV duo mandata unius tenoris de praedicatione crucis in subsidium Livoniae, Curoniae et Prussiae ad ministros provinciales fratrum ordinis Minorum in Alamannia, Datia et Polonia. ‖ Schiemann Regesten 4. nº 15.

— — • (19030) Eiusdem adhortatio generalis ad omnes episcopos per Alemanniam, Prussiam et Livoniam constitutos, in subsidium vero in hac postrema deputat Poloniam, Boemiam, Moraviam, Pomeraniam. ‖ Schiemann l. c. nº 16.

1264.

Oct. 2 Perusii — MORITUR. »Urbano pp. praedecessore nostro VI non. Octobr. viam universae carnis ingresso . . .« ‖ Clementis IV Ep. encycl. d. d. 1265. Febr. 22 ap. Raynald. Ann. ad a. 1265 § 3. — »Cum 3 annis et uno mense ac 3 diebus b. Petri naviculum gubernasset, apud Perusium de medio est sublatus.« ‖ Annal. S. Iustin. Patav. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 186 (*sub tit.:* Monach. Patav. ap. Muratori Rer. Ital. scr. VIII. 723). — »In Perusio VI non. Oct. obiit.« ‖ Ann. Admunt. Cont. Sancruc. II ap. Pertz l. c. scr. IX. 646; Ann. Admunt. ann. 12⁶⁴/₇₉ *ibid.* p. 650. —

»Lectica vehitur in burgum Perusii, quo
Ecclesia sancti ponitur ipse Petri.
Ecclesiae sumpsit ibi sacramenta diemque
Extremum clausit luce sequente Iovis« (*i. e.* Oct. 2). Theodoricus Vallicolor ap. Raynald. l. c. ad a. 1264 § 69.

»Kal. Oct. (*i. e.* d. 1. Oct.) obiit 1264.« ‖ Ann. Senens. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 231. — »Obiit apud Perusium kal. Oct.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 193. — »Circa festum s. Remigii (*i. e.* d. 1. Oct.) Urbano pp. defuncto.« ‖ Guil. de Nangiaco Chronic. ap. Achery Spicil. III. 40. — »Circa festum s. Remigii obiit et apud Perusium est sepultus.« ‖ Guilelm. de Nang. Gesta s. Ludov. IX ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 374.

»Moritur in mense Octobri et aput Perusium sepelitur.« ‖ Hermanni Altahens. Ann. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 403. — »Mense . . . . . obiit morte communi et sepultus fuit apud Perusium.« ‖ Ann. Ianuens. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 248. — »Obiit de mense Septembris.« ‖ Chronica Parmens. 27. — »Circa festum b. Michaelis diem clausit extremum.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Annal. monast. IV. 157.

»Eodem aº (*i. e.* 1264) pp. Urbanus IV recessit de Urbeveteri et mortuus est in via.« ‖ Annal. Urbevetani ap. Pertz l. c. scr. XIX. 270. — »Perusii moritur et tumulatur.« ‖ Ricobaldi Hist. pontif. Roman. ap. Muratori l. c. IX. 180. — »Dominus Urbanus apud Perusium coecae mortis morsibus expiravit.« ‖ Sallas Malaspinae Res Sic. ap. Baluze Miscell. VI. 245 (ap. Muratori l. c. VIII. 813). — »Obiit Perusii et sepultus est ibidem.« ‖ Nic. Triveti Annal. ed. Hog 262. — »Urbanus . . in civitate Perusina ad Christum migravit et ibi in ecclesia cathedrali s. Laurentii a clero et populo honorifice fuit sepultus.« ‖ Vitae Roman. pontif. ap. Muratori l. c. III. II. 405. — »Obiit Parisiis (!) et ibidem sepultus est.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 999.

1264.

VACATIO. »Sedes post eius obitum 18 septimanis vacavit.« ‖ Annal. Admunt. Cont. Sancruc. II. ap. Pertz l. c. scr. IX. 646. — »Post cuius obitum 4 mensibus et 5 diebus elapsis cardinales . . . .« ‖ Annal. S. Iustin. Patav. l. c. 186 (ap. Muratori l. c. VIII. 723). — »Vacavit 5 diebus.« ‖ Martinus Polon. — »Vacavit sedes mensibus 4«. ‖ Florent. Wigorn. l. c. 193. — »Vacavit ecclesia tunc post mortem Urbani mensibus 5«. ‖ Ptolem. Lucensis lib. 22. c. 29 (ap. Raynald. l. c. ad a. 1265 § 1).

Sententia Urbani IV: **Fac mecum Domine signum in bonum.** (Psalm. 85, 17.) **1262.** Mart. 7. nº 18241—nº 18251. 18266. 18492—**1264.** Ianr. 13. nº 18780.

Urbani IV bullis subscripserunt:

Rodulphus (Radulphus de Chevrières) episcopus Albanensis. **1263.** Ianr. 9. nº 18462—nº 18492. 18713—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

Henricus (de Bartholomaeis, Gallus) episcopus Hostiensis et Velletrensis. **1263.** Ianr. 9. nº 18462—nº 18713. 18780—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

frater **Iohannes** (de Tolleto) episcopus Portuensis tit. S. Rufinae. **1263.** Ianr. 9. nº 18462—nº 18492. 18713—**1264.** Ianr. 30. nº 18793. Antea »presb. card. tit. S. Laurentii in luc.«

Stephanus episcopus Praenestinus. (*Cf.* p. 1472.) **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18266. 18462. 18492. 18713. 18780—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

Guido (Grossus, LeGros) episcopus Sabinensis. **1263.** Nov. 13. nº 18713—nº 18780—**1264.** Ianr. 30. nº 18793. Fit papa Clemens IV.

Odo (Otho de Castro Radulphi) episcopus Tusculanus. (*Cf.* p. 1472.) **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18462. 18492. 18713. 18780—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

Annibaldus (Ambaldus de Molaria, fr. ord. Praed.) presbyter cardinalis basilicae XII apostolorum. **1263.** Nov. 13. nº 18713—**1264.** Ianr. 13. nº 18780.

Symon (de Mompis e Bria civit. Galliae) presbyter cardinalis tit. S. Caeciliae. **1263.** Nov. 13. nº 18713—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

Iohannes (de Tolleto) presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in lucina. (*Cf.* p. 1472.) **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18260—**1262.** Apr. 1. nº 18266. Fit episcopus Portuensis.

frater **Guido** (antea abbas Cistercii) presbyter cardinalis tit. S. Laurentii in lucina. **1263.** Ianr. 9. nº 18462—nº 18492. 18713—**1264.** Ianr. 30. nº 18793 (*ubi* Guillelmus *legitur*).

Guillelmus (de Braio) presbyter cardinalis tit. S. Marci (*al.* Marcelli). **1263.** Ianr. 9. nº 18462—nº 18492. 18713—**1264.** Ianr. 13. nº 18780.

Symon (Paltinerius) presbyter cardinalis tit. S. Martini. **1263.** Ianr. 9. nº 18462—nº 18492. 18713. 18780—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

Ancherus (Pantaleo) presbyter cardinalis tit. S. Praxedis. **1263.** Ianr. 9. nº 18462 (*ubi* Andreas *legitur*)—nº 18492. 18713—**1264.** Ianr. 13. nº 18780 (*ubi* Antherus).

Hugo (de S. Charo, fr. ord. Praed.) presbyter cardinalis tit. S. Sabinae. (*Cf.* p. 1473.) **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18260. 18266. 18462—**1263.** Febr. 16. nº 18492.

Ottobonus (de Flisco) diaconus cardinalis tit. S. Adriani. (*Cf.* p. 1473.) **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18260. 18266. 18462. 18492. 18713. 18780—**1264.** Ianr. 30. nº 18793. Fit papa Hadrianus V.

Riccardus (Hannibaldensis de Molaria) diaconus cardinalis tit. S. Angeli. (*Cf.* p. 1473.) **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18260. 18266. 18713 (*ubi* Bardus *legitur*)—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

Iordanus (Piruntus de Comitibus, Tarracinensis) diaconus cardinalis tit. SS. Cosmae et Damiani. **1263.** Ianr. 9. nº 18462—nº 18492—**1264.** Ianr. 30. nº 18793. Erat antea S. R. E. vicecancellarius.

Ubertus (ex Comitibus de Ulcio) diaconus cardinalis tit. S. Eustachii. **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18260. 18266. 18462. 18492. 18713—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

Gottifridus (Gothifredus de Alatro) diaconus cardinalis tit. S. Georgii ad velum aureum. **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18260. 18266. 18462—**1263.** Febr. 16. nº 18492.

Iacobus (Sabellus) diaconus cardinalis tit. S. Mariae in Cosmidin. **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18260. 18266. 18462. 18492. 18713. 18780—**1264.** Ianr. 30. nº 18793. Fit papa Honorius IV.

Matthaeus (Rubeus Ursinus) diaconus cardinalis tit. S. Mariae in porticu. **1263.** Ianr. 9. nº 18462—**1264.** Ianr. 30. nº 18793.

Octavianus (Ubaldinus) diaconus cardinalis tit. S. Mariae in via lata. (*Cf.* p. 1473.) **1262.** Ianr. 23. nº 18221 (*ubi* Ottomarus *legitur*)—nº 18241. 18251. 18260. 18266. 18462—**1263.** Febr. 16. nº 18492.

Iohannes (Gaietanus Ursinus) diaconus cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. (*Cf.* p. 1473.) **1262.** Ianr. 23. nº 18221—nº 18241. 18251. 18260. 18266. 18713. 18780—**1264.** Ianr. 30. nº 18793. Fit papa Nicolaus III.

Datae sunt bullae per manum

magistri **Iordani** S. R. E. notarii et vicecancellarii. (*Cf.* p. 1473.) **1261.** Sept. 24. nº 18130—nº 18221. 18241. 18251. 18260. 18266—**1262.** Iul. 5. nº 18374. Fit Diaconus card. tit. SS. Cosmae et Dam.

magistri **Michaelis de Tholosa** S. R. E. vicecancellarii. **1263.** Ianr. 9. nº 18462—nº 18467. 18492. 18713. 18780. 18793. 18942—**1264.** Iun. 24. nº 18954.

1264.

(Oct. Nov.) (Perusii) (19031) Albanensi episcopo apostolicae sedis legato Collegium cardinalium committit ad instantiam Ludovici regis Francorum, ut (Michaelem Palaeologum) imperatorem Graecorum, clerum et populum ad fidei orthodoxae professionem et acceptandum et recipiendum Romanae ecclesiae primatum iuxta subscriptam formam, idoneis cautelis adhibitis, admittat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. VII. 208. — »Inter cetera quae.«

(») (») (19032) (Ludovico) regi Francorum de superiore epistola Collegium cardinalium significat eumque monet, ut sollicite circa negotium reconciliationis Graecorum commissum episcopo Albanensi intendat. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 214. — »Inter cetera quae.«

Nov. 2 » (19033) Episcopi, presbyteri et diaconi S. Rom. ecclesiae cardinales potestatem, consilium et commune Senenses Manfredi factione infectos increpant, quod, dum ecclesia ad suam et totius orbis necessariam provisionem enititur et pro generalis pastoris substitutione laborat, eam ad alia consideranda et tractanda distrahunt et tam necessarios conatus ipsius quam periculosissime impediunt impugnando patrimonium eius in Tuscia et civitatem Urbevetanam ipsius ecclesiae specialem ac districtum ipsius guerra infestando *etc.* Hortantur eos, ut a praedictis desistant et de cetero similia nullatenus attemptent. IV non. Nov. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 70. — »Queritur mater ecclesia.«

CLEMENS IV. 1265–1268.

G u i d o G r o s s u s (Le Gros), cui villa s. Aegidii (St. Gilles) ad Rhodani ripam ortum dedit (*vid. infra* 1266. Iul. 18), patre F u l c o d i o natus est. Utrique iuri operam dedit et in advocationis officio Parisius tempus iuventutis expendit (Malaspina ap. Baluze Miscell. VI. 245). Fuit famosissimus advocatus et Ludovici IX regis Franciae consiliarius (Guil. de Nangiaco Chron. ap. Achery Spicil. III. 40; *eiusd.* Gesta s. Ludov. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 374). Uxorem duxit nobilem virginem, ex qua filias duas suscepit, quarum una Deo se consecravit, altera virum duxit. Post illius mortem Guido vitam assumpsit clericalem. Hoc circa a. 1247 factum esse videtur; eodem enim tempore scribit Priori et fratribus Praedic. in Montepessulano eisque narrat, quomodo, cum ad dictam civitatem cum sorore sua Maria domina de Tarascone venisset, soror in ecclesia eiusdem ordinis orans, hymnum *Veni Creator* inchoante cantore, flammam magnam de supremis descendentem vidit, qua chorus usque ad hymni consummationem totus involvebatur (Touron Hist. des hommes illustr. de l'ordre de s. Dominique I. 116). — 1251. Iun. 21 Guido Fulcodii clericus una cum Raimundo episcopo Biterrensi apud Narbonam inter Guilelmum Narbonensem archiepiscopum et Amalricum Narbonensem vicecomitem concordiam restituit (Baluze Conc. Galliae Narbon. 118). Iidem aliis in causis Guidonem habuerunt arbitrum 1251. Iul. 6 (Baluze l. c. 131), 1251. Sept. 20 (Baluze l. c. 148). Anno 1253. Apr. 8 Tolosae cum quibusdam aliis statutum contra haereticorum machinationes edidit (Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 502). Ad mandatum Ludovici regis a° 1254. Nov. 24 cum Philippo Aquensi archiepiscopo *etc.* civitati Nemausensi liberam consulum suorum electionem restituit (Vaissète l. c. 511). 1255. Apr. 15 clericus Guido intererat recognitioni cuidam a Petro Magalonensi episcopo in capella castri Suidri factae (Gall. christ. VI. instr. 370).

Propter vitam et scientiam laudabilem a° 1256 aut 1257 e p i s c o p u s A n i c i e n s i s fieri promeruit. 1258. Iul. 6 Guidonem Fulcodii Aniciensem episcopum in consilio regis Franciae praesentem invenimus (Duchesne Hist. des chanceliers de France 232). Eidem Alexander pp. 1259. Sept. 30 mandat, ut archiepiscopi Narbonensis negotia apud eundem regem foveat (*vid.* n° 17673).

Anno 1259. Oct. 10 a capitulo e c c l e s i a e N a r b o n e n s i s in a r c h i e p i s c o p u m eligitur (Baluze l. c. 161), de quo praesulatu eum Urbanus IV pp. a° 1262 (*vid.* n° 18441) ad c a r d i n a l a t u s apicem evocat. Idem pontifex 1263. Nov. 22 Guidoni episcopo Sabinensi legationis officium in Anglia, Wallia et Hibernia committit (*vid.* n° 18718), ut discordias inter regem Henricum et Simonem comitem Montisfortis aliosque regni proceres ortas sedet. Quibus rebus egregie constitutis, cum ad curiam ex legatione rediret, universalis antistes designatus est.

1265.

Febr. 5 » E l i g i t u r. »Post cuius (*i. e.* Urbani IV) obitum 4 mensibus et 5 diebus elapsis cardinales papam Clementem IV concorditer elegerunt.« ‖ Annal. S. Iustin. Patav. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 186. — »In die b. Agathe (*i. e.* d. 5. Febr.) creatus est in papam dominus archiepiscopus Narbonensis nomine Clemens.« ‖ Annal. Admunt. Contin. Sancruc. II. ap. Pertz l. c. scr. IX. 646. — »(Sedes) cessavit a fine Septembris usque ad 5. diem Februarii, successitque illi Clemens IV natione Provincialis de villa s. Aegidii.« ‖

1265.

Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 740. — »In festo Agathae fuit electus, ut Gesta Gallicorum tradunt.« ‖ Ptolemaeus Lucens. Hist. eccl. ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1156. — »Factus est papa non. Febr. et dictus est Clemens.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 193. — »Non. Febr. in festo s. Agathae virg. consecratus.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Annal. monast. IV. 157.

»Dominus Gwido, quondam miles uxoratus habens duas filias per uxorem, postea Sabinensis episcopus cardinalis, III non. Febr. (*i. e.* d. 3. Febr.) eligitur in Romanum pontificem et dictus est Clemens pp. IV.« ‖ Hermanni Altahens. Ann. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 403.

»A° D[i] 1265 indictione VIII electus fuit dominus papa Clemens IV apud Perusium. Et ipse erat in ultramontanis partibus t u n c, et erat de collegio cardinalium; et noluit ire ad accipiendum papatum, nisi prius visitaret ecclesiam b. Francisci de Assisio.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 243. — »A b s e n s a cardinalibus Perusii in papam electus« (est Clemens IV). ‖ Salimbene l. c. 249. — »A papa Urbano in Angliam legatus mittitur propter turbationem inter regem Henricum et comitem Simonem Montisfortis. Existens in Francia, quia in Angliam transire non potuit, eligitur in papam; sed s c r u t i n i o r e t e n t o mittitur pro ipso a collegio.« ‖ Ptolemaei Lucens. Hist. eccl. lib. XXII. c. 30 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1265 § 1; ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1157). *)

*) Omnibus his praemissis facile congruunt verba M a r t i n i P o l o n i, sedem apostolicam nonnisi 5 diebus vacasse, Clementem igitur IV[um] d. 8. Oct. 1264 electum esse, et verba S. M a l a s p i n a e (Res Sicul. ap. Baluze Miscell. VI. 245, ap. Muratori l. c. VIII. 813): »Et dum ecclesiae Deo volente c e l e r i provisione succurritur, eligitur in summum pontificem dominus Guido Fulcodii Sabinensis episcopus«, si cum Mansio (Not. ad Raynaldi Ann. l. c. III [XXII] 157) dissidium scriptorum sic componamus, ut inter electionem ipsam (d. 8. Oct. 1264) et assensum electioni praestitum (d. 5. Febr. 1265) distinguamus. »Martinus diem et tempus electionis indicat, reliqui omnes diem produnt qua electus palam renunciatur.«

(Fbr. 15 Perusii C o r o n a t u r. *Hanc coniecturam ex sequentibus regestis depromptam veram esse mihi persuasum habeo.* — Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1265 § 54 *coronationis diem esse* 22. Febr. *perperam asserunt.*)

(» 22) » (19034) Richardo regi Romanorum nunciat obitum Urbani papae praedecessoris additque, cardinales habito super futuri pontificis electione tractatu in ipsum de legatione in Angliam suscepta redeuntem suos oculos iniecisse »nos in ecclesiae Romanae pontificem eligentes. Cumque demum Perusium venissemus . . ., ad concordem (concordiam *Rayn.*) fratrum instantiam tanto supposuimus oneri humeros imbecilles.« Rogat et obsecrat eum, ut cor papale filialis devotionis exhibitione laetificet et sic »iniuncti nobis allevies oneris potestatem seu etiam gravitatem.« (VIII kal. Mart. a° 1°). ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 145. — »Plenus dulcedine ac.«

» 22 » (19035) N. N. scribit in eundem modum eosque rogat et per Dei misericordiam obsecrat, ut circa ipsum generalis ecclesiae regimini praesidentem plenae devotionis studium exponant atque a Deo impetrent orationum auxilio, »ut solicitudinem nobis ab ipso creditam exequamur exemplis et meritis.« VIII kal. Mart. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 3–5; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 721, *deficientibus et initio et inscriptione incip.* — »His diebus felicis.«

» 24 » (19036) (Iacobum) regem Aragonum rogat et hortatur, ut vices suas ad liberationem (Manfredi) electi Veronensis in vinculis a Manfredo nato quondam Frederici olim Romanorum imperatoris detenti interponat. VI kal. Mart. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 98. — »Quod negotium pro.«

» 26 » (19037) Declarat, manifestat, notificat et denuntiat, Henricum regem Angliae ac filium eius Eadmundum regni Siciliae veros nunquam fuisse possessores; »nec ipse Eadmundus nec memoratus pater eius nec aliquis alius possunt nos et Romanam ecclesiam quomodolibet impedire nec aliquod unquam interponere obstaculum, quin de ipsis regno et terra pro nostro beneplacito libere ordinemus.« IV kal. Mart. a° 1°. ‖ Achery Spicil. III. 648; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 941. n° 42; Bullar. magn. Rom. (Luxemb.) IX. 54. n° 1; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 722; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 105. — »Olim regno Siciliae.«

» 26 » (19038) Carolo comiti Andegaviae et Provinciae regnum Siciliae confert in feudum eique ob illius collationem 35 conditiones imponit, quarum totus tenor est insertus. IV kal. Mart. a° 1°. ‖ Achery l. c. 650; Lünig l. c. 946. n° 43; Bullar. magn. Rom. (Luxemb.) IX. 56. n° 2; Saint Priest Hist. de la conquête de Naples II. 332. — »Cum iam dudum.«

» 26 » (19039) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostol. sedis legato, quem ad Franciae ac nonnullas partes alias destinat promotioni negotii, quod cum Carolo Andegaviae ac Provinciae comite super Siciliae regno inchoaverat ecclesia, vacaturum, mandat, conferat se absque ullo dilationis medio in Provinciam, »ut nuntii per nos illuc pro saepe dicto negotio in proximo destinandi cum praelibato comite ibidem inveniant te paratum.« IV kal. Mart. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 101. — »Summa rei ecclesiasticae.«

» 28 » (19040) Eidem Facium Iuncte, Hugonem Iacobi et alios socios mercatorum cives et mercatores Senenses, qui in terris et locis eius legationis existunt, inter familiares Urbani IV

1265.

pp. fuerant et pro causa comitis Provinciae multam pecuniam mutuaverant, commendat. II kal. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 101. — »Tuae circumspectionis industriam.«

Febr. 28 Perusii (19041) Eidem mandat, ut de decima proventuum ecclesiasticorum pro negotio regni Siciliae in Francia collecta 7000 librarum Turonensium Facio Iuncte, Hugoni Iacobi et Lotto Hugolini Senensibus mercatoribus persolvat. II kal. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 103. — »Ex devotione sincera.«

Mart. 1 » (19042) Eidem concedit, ut cum personis ecclesiasticis suae legationis, quae interdicti, suspensi vel excommunicati sacros susceperunt ordines, possit super hac irregularitate dispensare. Kal. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 104. — »Ut eo efficacius.«

» 1 » (19043) Eidem concedit, ut in monasteriis suae legationis violantes statuta Gregorii papae (IX) et Gualae tit. S. Martini presb. card. tunc in regno Franciae apostolicae sedis legati ab excommunicatione absolvat. Kal. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 105. — »Cum sicut accepimus.«

» 1 » (19044) Eidem concedit potestatem dispensandi cum quinque personis utriusque sexus suae legationis, ut in quarto consanguinitatis gradu matrimonium contrahere possint. Kal. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 105. — »Ut eo efficacius.«

» 2 » (19045) Potestati, capitaneo et ancianis prope Pisanos promittit, se, si ad ecclesiae gremium redierint, quicquid contra eos actum iniuste viderit, amoturum esse. VI non. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 106. — »Litteras vestras recepimus.«

» 2 » (19046) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit facultatem, ut permittat fratribus Praedicatoribus et Minoribus quos secum habeat equitare et monasteria monialium ingredi. VI non. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 110. nº 17. — »Cum te in.«

» 2 » (19047) Eidem concedit, ut illis qui per delegatos apostolicae sedis vel subdelegatos eorum excommunicati sint, absolutionem impertiatur. VI non. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 110. nº 18. — »Ut eo efficacius.«

» 4 » (19048) Eidem concedit, ut innodatos irregularitate pro indebita ordinum susceptione solvat. IV non. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 110. nº 19. — »Ut eo efficacius.«

» 4 » (19049) Eidem concedit facultatem condendi testamentum de bonis suis ecclesiasticis mobilibus ac disponendi et ordinandi de ipsis. IV non. Mart. aº 1º. ‖ Martene l. c. 110. nº 20. — »Precibus tuis benignum.«

» 5 » (19050) Eidem concedit potestatem absolvendi omnes illos de regno Franciae et aliis terris suae legationis, qui votum crucis emiserunt in Terrae sanctae succursum, a voto huiusmodi illudque in susceptionem et executionem negotii regni Siciliae committendi. III non. Mart. aº 1º. ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes IV. 521. — »Cum promotio negotii.«

» 7 » (19051) Petro Grosso de S. Aegidio fratris sui filio scribit inter alia: »Nec ad nos te vel fratrem tuum vel ex aliis nostris aliquem venire volumus sine nostro speciali mandato. Nec in tuae sororis nuptiis gradum quaeras propter nos altiorem, nec enim nos haberes propitios nec in aliquo adiutores. Si tamen eam filio simplicis militis desponsaveris, in 300 libris Turonensibus tantum tibi promittimus subvenire« *etc.* »Non scribimus tibi nec familiaribus nostris sub bulla, sed sub piscatoris sigillo, quo Romani pontifices in suis secretis utuntur. In festo ss. Perpetuae et Felicitatis.« (Aº 1º). ‖ Martene Thes. anecd. II. 110. nº 21; Vaissète Hist. de Languedoc III. pr. 502; Labbe Conc. XI. I. 830; Bzovius Ann. ad a. 1265 § 2. XIII. 713; Ciacconius Vitae pontif. Roman. II. 170; Massonus De episcopis Urbis fol. 247; Mansi Conc. XXIII. 1124; Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 61; Duchesne Hist. des card. franç. II. 208; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1265 § 10; Matthaeus Summa 24; *cf.* v. Raumer Gesch. d. Hohenstaufen IV. (1857) 294. — »Multis de nostra.«

» 7 » (19052) Archiepiscopos et episcopos ac electos, abbates, priores *etc.*, Cisterc., Cluniac., Praemonstr., S. Ben., s. Aug. et alios ordines, necnon magistros et praeceptores domorum militiae Templi, hospitalis s. Iohannis Ierosol. et s. Mariae Theuton. monet et hortatur, ut magistrum Regnaldum canonicum Theracinensem, quem ad partes Ungaricae, Boemiensis, Poloniensis, Moraviensis, Sclavoniensis et Saltzburgensis provinciarum pro quibusdam ecclesiae Romanae negotiis Urbanus pp. IV destinavit, cum quatuor equitaturis et 6 vel 7 personis familiaribus, cum per eorum loca transitum faciat, benigne recipiant *etc.* Non. Mart. aº 1º. ‖ Duellius Miscell. II. 447; Fejér Cod. dipl. VII. I. 325. — »Cum felicis recordationis.«

» 7 » (19053) Episcopum et priorem Praedicatorum Vercellenses in executione testamenti magistri Gualonis apostolicae sedis notarii in locum Henrici fratris notarii praefati magistri et (Ottoboni) S. Adriani diac. card. subrogat. Non. Mart. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 449. nº 1. — »Olim bone memorie.«

» 11 » (19054) Potestati et consilio civitatis Camerinensis interdicit, ne bona communis alienent vel in feudum dent sine licentia sedis apostolicae. V id. Mart. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 166. nº 310. — »Quia intelleximus, quod.«

1265.

Mart. 12 Perusii (19055) (Henrico) praeposito, Erboni et Calhoho canonicis ecclesiae Ratisponensis mandat, faciant ut excommunicatio et interdictum in Heberhardum et Henricum presbyteros »qui se gerunt pro rectoribus de Waidhouen et de Holenstein ecclesiarum Pataviens. dioc.« ac Ulricum militem, Wolferum, Henricum et alios parochianos praedictarum ecclesiarum promulgatae (*vid.* nº 18938) inviolabiliter observentur. IV id. Mart. aº 1º. Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 73. — »Dilecti filii abbas.«

» 15 » (19056) Cantori ecclesiae s. Gereonis Coloniensis mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae Xanctensis Colon. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. Id. Mart. aº 1º. ‖ Binterim Erzdiöcese Köln III. 304. nº 162. — »Pervenit ad audientiam.«

» 16 » (19057) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, si contigerit Carolum Andegaviae ac Provinciae comitem scandalizari forsitan vel turbari eo, quod Cistercienses, Hospitalarii et alii a praestatione decimae ecclesiasticorum proventuum pro negotio regni Siciliae colligendae liberi sint, eum animet et confortet et sedet. XVII kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 111. nº 22. — »Quia Cistercienses ac.«

» 18 » (19058) De Lysa Cisterc. et de Holm s. Ben. ordinum monasteriorum abbatibus Bergens. et Nidrosiens. dioec., priori Praedic. Nidrosiensium et guardiano Minor. Bergensium significat, Birgerum abbatem monasterii Tautrensis Cisterc. ord. in Nidrosiensem archiepiscopum postulatum esse, se autem postulationem eandem pro eo, quod dictus abbas defectum natalium patiatur, non admisisse; mandat eis, ut in praedicta Nidrosiensi ecclesia personaliter convenientes personam idoneam de gremio eiusdem ecclesiae vel etiam aliunde praeficiant eidem in archiepiscopum et pastorem. XV kal. Apr. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 1. nº 1; Lange Dipl. Norveg. VI. I. 31. nº 33. — »Suscepti cura regiminis.«

» 18 » (19059) Morhardo canonico ecclesiae Frisingensis mandat, faciat ut diffinitiva sententia, quam archidiaconus Carnioliae et Marchiae pro Henrico rectore ecclesiae s. Petri Salzburgens. dioc., quem archiepiscopus Salzburgensis ad eandem ecclesiam admittere denegaverat, promulgaverit, firmiter observetur. XV kal. Apr. aº 1º. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. I. 62; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 326. nº 1300. — »Sua nobis Heinricus.«

» 19 » (19060) S(ymoni) tit. S. Martini presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut omnes concessiones in marchia Anconitana, ducatu Spoletano et Massa Trabaria quibuscunque personis de castris, feudis, iuribus *etc.* ad ecclesiam Romanam spectantibus factas revocet. XIV kal. Apr. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 166. nº 311. — »Licet ex officii.«

» 19 » (19061) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit facultatem libere disponendi de rebus suis. XIV kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 111. nº 23. — »Devotioni tuae benignum.«

» 19 » (19062) Eidem concedit facultatem dispensandi cum clericis, qui suspensi pro eo quod sine scriptis in aliquos promulgarunt excommunicationis sententiam, divinis se immiscuerunt officiis *etc.* XIV kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene l. c. 112. nº 24. — »Ut commissum tibi.«

» 19 » (19063) Eidem concedit, ut cum personis ecclesiasticis, qui suspensi pro eo, quod pro alienis debitis se vel proprias obligantes ecclesias suas litteras vel instrumenta publica propriis munita sigillis dederunt, vel sacros susceperunt ordines, disponset. XIV kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene l. c. 112. nº 25. — »Ut commissum tibi.«

» 19 » (19064) Archidiacono Stampensi in ecclesia Senonensi mandat, ut S(imonem) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatum, qui ratione praebendae et thesaurariae quas in ecclesia s. Martini Turonensis obtineat, a malignis molestetur, a molestatoribus defendat. XIV kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene l. c. 112. nº 26. — »Dolentes bona quae.«

» 20 » (19065) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato ad efficacius promovendum negotium regni Siciliae concedit, ut quinque ex clericis suis beneficia in totidem ecclesiis suae legationis cathedralibus vel aliis impertiri possit. XIII kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene l. c. 113. nº 27. — »Ut eo efficacius.«

» 20 » (19066) Eidem concedit facultatem permittendi quatuor nobilibus mulieribus, ut earum quaelibet semel in anno monasteria Cisterc. et s. Clarae ordinum intrare possit. XIII kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene l. c. 113. nº 28; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 2. nº 2. — »Consuevit interdum apostolica.«

» 20 » (19067) Eidem concedit, ut clerici qui cum ipso sint beneficiorum suorum proventibus gaudeant perinde ac si fecerint residentiam personalem. XIII kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene l. c. 113. nº 29. — »Ut eo efficacius.«

» 20 » (19068) Eidem mandat, ut verbum crucis contra Manfredum Friderici olim Romani imperatoris filium et Sarracenos in sua legatione praedicari faciat. XIII kal. Apr. aº 1º. ‖ Martene l. c. 113. nº 30. — »Pia matris ecclesiae.«

1265.

Mart. 20 — Perusii — (19069) Eidem tribuit facultatem concedendi in dedicationibus ecclesiarum suae legationis, in translationibus quoque reliquiarum sanctorum *etc.* unius anni indulgentiam. xiii kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 114. n° 31. — »Ut eo efficacius.«

» 21 — » — (19070) Eidem concedit ad melius exequendum in terris suae legationis praedicationem crucis contra Manfredum quondam principem Tarentinum, ut ipse unius anni, illi vero quibus idem officium commiserit centum dierum indulgentias ad concionem accedentibus largiri possint. xii kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 114. n° 32. — »Cum tibi a.«

» 23 — » — (19071) Reginae Angliae se legatum in Angliam missurum esse promittit eamque monet, ut dilationem huiusmodi »quae mensis unius spatium non excedit«, aequanimiter toleret. x kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 115. n° 33. — »Cum sit nobis.«

» 23 — » — (19072) (Henrico) praeposito, Erboni et Kalhoho canonicis ecclesiae Ratisponensis mandat, ut Heberardum et Henricum presbyteros, quos iam abbas monasterii de Cremsmunster et praepositus S. Floriani Pataviens. dioc. ad mandatum Urbani pp. praedecessoris excommunicarant, qui autem »maledictionem bibentes ut aquam ac sententiam ipsam per duos annos et amplius dampnabiliter tolerantes redire ad mandatum ecclesiae parvipendunt«, usque ad satisfactionem condignam singulis diebus festivis et dominicis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nuncient et ab omnibus faciant arctius evitari. x kal. Apr. a° 1°. ‖ Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 74. — »Sua nobis dilecti.«

» 26 — » — (19073) (Henrico) episcopo Havelbergensi et (Ludolfo) abbati monasterii in Riddageshusen Halberstadens. dioc. mandat, ut inter (Ulricum) episcopum Raceburgensem et consules communitatemque Lubicenses de ponte super fluvium Stubenic, decimis, terris *etc.* litigantes iudicium faciant. vii kal. Apr. a° 1°. ‖ Cod. dipl. Lubec. Abth. 1. Bd. III. 14 in n° 10; Meklenb. UB. II. 268. n° 1042. — »Conquestus est nobis.«

» 27 — » — (19074) Martino ordinis militiae Templi, castellano Roccae de Trebis Anagnin. dioc. mandat, ut Raynaldo de Genna (Genua *male Th.*) nepoti Alexandri IV pp. bona, quae in castris de Trebis, de Felettino et de Valle Petrae acquisiverit, restituat. vi kal. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 166. n° 312. — »Accedens ad presentiam.«

» 27 — » — (19075) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut C(arolo) Andegaviae ac Provinciae comiti de decima ecclesiarum Franciae ac Provinciae collecta subsidium ministret, si eo Siciliae negotium felicem sortiatur exitum. vi kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 115. n° 34. — »Cum dilecto filio.«

» 27 — » — (19076) Eidem mandat, ut ab eodem Carolo patentes et authenticas litteras de negotio regni Siciliae requirat illasque faciat duplicari: »ita quod earum alteras ad nos mittas, reliquas vero nostro et ipsius ecclesiae nomine deponas in aliquo tuto loco ad opus nostrum et eiusdem ecclesiae inibi fideliter conservandas.« vi kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 116. n° 35. — »Cum secundum tenorem.«

» 28 — » — (19077) Eidem mandat, ut ab eodem comite super negotio senatus Urbis duplicatas litteras de iuramento ab ipso praestito requirat. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 116. n° 36. — »Cum in ordinatione.«

» 28 — » — (19078) Carolum Andegaviae ac Provinciae comitem rogat et hortatur, ut praefato cardinali super negotio senatus Urbis patentes et authenticas litteras exhibeat. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 117. n° 37. — »Cum secundum tenorem.«

» 28 — » — (19079) Abbati et conventui monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasguens. dioc. indulget, ut nullus super terris, possessionibus et aliis bonis in elemosynam collatis eos coram saeculari iudice convenire possit. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 418. — »Desideriis vestris in.«

» 28 — » — (19080) Archidiacono Pergamensi mandat, ut statuta, quae a Pergamensibus in Pergamo eiusque districtu in derogationem fidei catholicae facta sunt, ad moderamen reducat. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 449. n° 2. — »Multorum detestanda presumptio.«

» 30 — » — (19081) Archipresbyterum, capitulum et ecclesiam Nidrosienses cum omnibus bonis protegendos suscipit. iii kal. Apr. a° 1°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 52; Lange Dipl. Norveg. II. i. 10. n° 11. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 30 — » — (19082) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, »quia negotium regni Siciliae videtur iam in consummatione consistere«, a Cisterciensibus, Templariis *etc.* decimas ecclesiasticorum proventuum exigat. iii kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 118. n° 38. — »Quia Cistercienses ac.«

» 30 — » — (19083) Eidem mandat, ut Carolo Andegaviae ac Provinciae comiti factum cum ipso tractatum implenti subsidium de proventibus decimae collectae congruum subministret. iii kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 118. n° 39. — »Cum in diffinitione.«

» 31 — » — (19084) Eidem concedit facultatem obligandi decimam eiusque proventus (Ludovico) regi Francorum, si eandem C(arolo) Andegaviae ac Provinciae comiti ad grande regni Sici-

1265.

liae negotium celerius prosequendum duxerit mutuandam. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 119. n° 40. — »Novit tua prudentia.«

Mart. 31 — Perusii — (19085) Repetit n° 19044. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 120. n° 41. — »Ut eo efficacius.«

» 31 — » — (19086) Eidem mandat, ut praelatis ecclesiarum in Venesino »quod est Arelatensis provinciae« intimet, gratam sibi fore eorum praestationem decimae pro regni Siciliae negotii promotione. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 120. n° 42. — »Olim felicis recordationis.«

» 31 — » — (19087) Civitati et ecclesiae Fulginatensibus propter rebellionem et pertinaciam incolarum, qui quondam Friderico olim Romanorum imperatori contra Romanam ecclesiam adhaerere praesumpserant, episcopali dignitate privatis eandem dignitatem de gratia speciali restituit. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 726. n° 3. — »Sicut magni beneficii.«

(» —) — (») — (19088) Carolum comitem Provinciae de damnis et spoliationibus Astensi ecclesiae illatis arguit, eumque hortatur, ut Dei negotium in regno Siciliae promoturus in his et aliis suae consulat puritati. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. II. 105. — »Quanto te Dominus.«

Apr. 9 — » — (19089) S(imone) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato petente declarat, officium plenae legationis tam in regno Franciae quam in quibusdam aliis partibus ei ab Urbano pp. praedecessore commissum nequaquam per istius obitum expirasse. v id. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 121. n° 43; *fragm.* Sext. Decr. lib. 1. tit. 15 *de offic. leg.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 924. — »Ex parte tua.«

» 11 — » — (19090) Eidem declarat, praelatos, capitula, collegia et conventus in comitatu Flandriae et Hainoniae et in ceteris locis, quae ad comitissam Flandriae ratione dominii et feudorum suorum pertineant et sint infra Cameracensem et Tornacensem dioceses constituta, solvendae in subsidium negotii regni Siciliae decimae esse astrictos. iii id. Apr. a° 1°. ‖ Martene l. c. n° 44. — »Felicis recordationis Urbanus.«

» 13 — » — (19091) Reginaldum, qui pro Dunensi episcopo se gerebat, recepta ab eo resignatione iuris, si quod ei in Dunensi ecclesia competebat, Clonensi ecclesiae praeficit in episcopum et pastorem. Id. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 95. n° 240. — »In dispensatione ministeriorum.«

* *Eodem die* Decano et capitulo Clonensibus — Clero et populo civitatis et diocesis Clonensis — Archiepiscopo Cassellensi *de superiore epistola significat.*

» 14 — » — (19092) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, inducat efficaciter Carolum comitem Provinciae, ut ad Urbem paratam excidio festinatum studeat subsidium destinare. xviii kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 122. n° 45. — »Quantum est de.«

» 16 — » — (19093) (Henrico) praeposito, Herboni et Kalhocho canonicis ecclesiae Ratisponensis mandat, ut, cum Rudolfus abbas monasterii de Sitansteten ord. s. Ben. excommunicationis sententiam in ipsum promulgatam vilipendens divina officia celebrare, immo verius prophanare praesumat, faciant dictam sententiam per censuram ecclesiasticam usque ad satisfactionem observari; super eo autem, quod praedictus Rudolfus sic ligatus divina officia temere celebrare praesumat, quod canonicum fuerit statuant. xvi kal. Mai. a° 1°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. i. 63; Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 76. — »Transmissa nobis venerabilis.«

» 17 — » — (19094) Abbatem et conventum S. Severi Urbevetani ord. Praemonstr. rogat et monet, ne, cum fratres Servorum s. Mariae ord. s. Aug. Urbevetani in terra posita in parochia ecclesiae s. Martini ad s. Severi monasterium spectantis et ab ipsis emta velint oratorium et habitationem pro se construere, eisdem inferant impedimentum aliquod vel gravamen. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Gianii Annal. I. 95. — »Ad pietatis opera.«

» 17 — » — (19095) Universis Christifidelibus ecclesiam fratrum Minorum de Certomundo Aretin. dioc. ad gloriam Mariae V. iam constructam et in proximo dedicandam in die dedicationis visitantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum largitur. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 3. n° 3. — »Splendor paternae gloriae.«

» 17 — » — (19096) Eisdem praefatam ecclesiam in anniversario dedicationis *etc.* visitantibus 100 dies de iniuncta poenitentia relaxat. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 4. — »Splendor paternae gloriae.«

» 17 — » — (19097) Episcopis et abbatibus Cisterciensis et Praemonstratensis, necnon provincialibus et conventualibus, prioribus et subprioribus Praedicatorum *etc.* mandat, ut in Boemiae, Daciae, Sveciae ac Norvegiae regnis et in Frisiae, Poloniae, Pomeraniae et Gotlandiae regionibus *etc.* verbum crucis in subsidium Livoniae, Curoniae ac Prusciae praedicent. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Turgenevii Russ. monim. Suppl. 283. n° 106; Bunge Livl. UB. I. 488. n° 384. — »Gementibus olim dilectis.«

» 17 — » — * (19098) Episcopis et abbatibus in provincia Gneznensi constitutis mandat idem. ‖ Korn Regesta episc. Vratislav. 58.

1265.

Apr. 20	Perusii	(19099) (Ludovico) regi Francorum indulget, ne latis a sede apostolica sententiis generalibus astringatur, nisi de eius persona expressis nomine proprio et regia dignitate fiat mentio in eisdem. xII kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 122. n° 46. — »Ne generales sententiae.«
» 21	»	(19100) (Henrico) praeposito, Erboni et Kalhoho canonicis ecclesiae Ratisponensis mandat, ut, cum finem litibus imponi velit, causam super iure patronatus ecclesiarum in Aspach, Waidhouen et Holensteyn vertentem inter episcopum Frisingensem et abbatem conventumque monasterii s. Mariae in Sytansteten ord. s. Ben. Patav. dioc., quae per tot annorum spatium indecisa remanserit, decidant. »Alioquin ex tunc eam ad examen apostolicum destinare curetis.« xI kal. Mai. a° 1°. ‖ Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 78. — »Sua nobis dilecti.«
» 22	»	(19101) Priorissae et sororibus inclusis monasterii s. Dominici de Imola ord. s. Aug. omnes libertates, immunitates *etc.* confirmat. x kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 43. n° 97. — »Cum a nobis.«
» 23	»	(19102) Magistrum et fratres ord. Praed. apud Montem Pessulanum convenientes in capitulo generali rogat et obsecrat, ut »apud illum, qui suo sanguine fundavit ecclesiam, devotis precibus insistatis, ut ipse nos et ipsam suam ecclesiam in tantis angustiis constitutos suae potentiae dextera protegat et defendat.« Ix kal. Mai. n° 1°. Ripoll l. c. I. 450. n° 3. — »Splendor paterne glorie.«
» 24	»	Henrico (Theobaldi) regis Navarrae germano: »vIII kal. Mai. a° 1°«. ‖ Launoii Opp. II. 793, *vid.* 1265. Apr. 27. n° 19110.
» 25	»	(19103) Magistro Petro notario suo mandat, ut scribat sibi, ubi et quando (Carolum) comitem (Provinciae) invenerit, et an venerit in partem Provinciae S(imon) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatus, et quid ipse egerit cum alterutro vel utroque. vII kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 123. n° 47. — »Habuisse te iter.«
» 25	»	(19104) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Iacobo Ricomanni et Albertino Rota civibus et mercatoribus Florentinis, a quibus pro C(arolo) comite Provinciae in Urbe 3000 librarum Turonensium mutuo receperit, memoratam summam de pecunia collectae vel colligendae decimae persolvat. vII kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene l. c. n° 48. — »Cum pro expensarum.«
» 25	»	(19105) Archiepiscopo Cassellensi mandat, ut cessionem Mauritii episcopi Rossensis, qui propter defectum scientiae ac debilitationem proprii corporis inhabilis sit ad Rossensem ecclesiam gubernandam, recipiat. vII kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 521. n° 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 4. n° 5; Theiner Mon. Hibern. 95. n° 241. — »Ex parte venerabilis.«
» 26	»	(19106) Episcopo Aberdonensi concedit facultatem conferendi canonicatus cum praebendis, ecclesias et ecclesiastica beneficia personis ecclesiae Romanae devotis. vI kal. Mai. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 96. n° 242. — »Devotionis sinceritas quam.«
» 26	»	(19107) (Guillelmo) episcopo Anteradensi significat, se inhibere, ne quis ad diruendum ecclesiam b. Mariae Anteradensem aut illam b. Andreae apostoli, infra cuius ambitum dicta ecclesia b. Mariae dicatur contineri, absque legati apostolicae sedis aut episcopi assensu manum apponere praesumat. vI kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 4. n° 6. — »Quoniam frequenter committitur.«
(» 27)	(»)	(19108) Reginam Navarrae propter pium erga ecclesiam affectum laudibus extollit eamque Domino commendat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. II. 109. n° 16; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 7. — »Tuae serenitatis apices.«
» 27	»	(19109) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut, cum fratres militiae hospitalis s. Lazari Hierosolymitani loca eorum pro eleemosynis colligendis accesserint, illos benigne recipiant *etc.* v kal. Mai. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 127; Matthaeus Summa 22; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 727. — »Cum dilectis filiis.«
» 27	»	(19110) Henrico (Theobaldi) regis Navarrae germano concedit facultatem contrahendi matrimonium cum qualibet muliere nobili in quarto gradu consanguinitatis, filiabus Simonis Lycestriae et omnium adhaerentium ei dumtaxat exceptis. v (vIII *Laun.*) kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 124. n° 49; Launoii Opp. II. 793; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne VI. 11. n° 3355. — »Etsi coniunctio copulae.«
(» 27)	(»)	(19111) (Theobaldo) regi Navarrae dispensationem petitam pro (Henrico) fratre suo mittit eumque monet, ut illam eidem eligat in uxorem »quae Deo placeat, regnum Francorum diligat atque tuum et sit de genere nobis et nostris fratribus non suspecto.« ‖ *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 125. n° 50 *et* 109. n° 15; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 7; *cf.* Jubainville l. c. 16. n° 3385. — »Si tu nostro.«
» 27	»	(19112) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Bonaventurae Bernardini, Raynerio Iacobi et Francisco Guidi civibus et mercatoribus Se-

1265.

		nensibus, qui nuper 2000 librarum Turonensium C(arolo) comiti Provinciae in Urbe liberaliter mutuarint, praefata 2000 Facio Iunctae, Hugoni Iacobo *etc.* sociis praedictorum mercatorum persolvat. v kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene l. c. 125. n° 51. — »Urgente necessitate negotii.«
Apr. 27	Perusii	(19113) (Aegidio) archiepiscopo Tyrensi mandat, ut ad collectionem centesimae omnium ecclesiasticorum proventuum pro subsidio Terrae sanctae in civitate ac diocesi Cameracensi procedat. v kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene l. c. 126. n° 52. — »Felicis recordationis Urbanus.«
» 28	»	(19114) Iohannem de Alneto ord. Minor. in Ybernia commoranti, quem f. rec. Urbanus pp. Ratbotensi (Rapotensi *W.*) ecclesiae praefecerat in episcopum (*vid.* n° 18732), qui autem antequam ad ipsum huiusmodi litterae pervenirent infirmitatem incurabilem incurrerat, a provisione huiusmodi absolvit, sibi provisionem praefatae ecclesiae reservando. Iv kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 522. n° 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 5. n° 7; Theiner Mon. Hibern. 96. n° 243. — »Ratbotensi (Rapotensi *W.*) ecclesia pastoris.«
» 28	»	(19115) Aegidio archiepiscopo Tyrensi et Iohanni de Valencenis domino Cahiphae mandat, ut expensas suas recipiant de proventibus centesimae ecclesiasticorum proventuum regni Franciae et de aliis etiam subsidiis, quae Terrae sanctae deputanda sint. Iv kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 127. n° 53. — »Cum sedes apostolica.«
» 28	»	(19116) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut 4000 librarum Turonensium a mercatoribus Florentinis pro C(arolo) comite Provinciae in Urbe mutuata solutionem Senensium mercatorum minime impediant. Iv kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene l. c. 127. n° 54. — »Praeter illa septem.«
» 29	»	(19117) Eidem mandat, ut Bindo Galiarii de Maccis, Circulo, Girardino *etc.* civibus et mercatoribus Florentinis et Perusinis, a quibus mille libras Turonenses pro C(arolo) comite Provinciae in Urbe mutuo receperit, hanc summam de pecunia collectae decimae persolvat. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Martene l. c. 128. n° 55. — »Cum pro expensarum.«
» 29	»	(19118) Ministris, provincialibus et custodibus ac guardianis fratrum Minorum in Alamania, Datia, Suetia, Boemia et Polonia *repetit* n° 19097 d. d. 1265. Apr. 15: »III kal. Mai. a° 1°« — »Gementibus olim dilectis.«
» 30	»	(19119) Reginaldo episcopo Clonensi, qui lite pendente inter ipsum qui tunc pro Dunensi episcopo se gerebat et Thomam dictum Lidel clericum super episcopatu Dunensis ecclesiae, aliqua ecclesiastica beneficia ad collationem episcopi Dunensis qui est pro tempore spectantia personis idoneis contulerat, has collationes confirmat. II kal. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 96. n° 244. — »Tue devotionis promeretur.«
Mai. 1	»	(19120) Ludovico regi Francorum varia privilegia ac indulgentias ratificat et confirmat, quibus apostolica sedes personam eius insignivit, in quibus autem tempus praefixum non est. Kal. Mai. a° 1°. ‖ Achery Spicil. III. 659. — »Regalis excellentiae zelum.«
» 1	»	(19121) S. Dionysii in Francia Parisiens. dioc. et S. Germani de Pratis iuxta Parisius monasteriorum ord. s. Ben. abbatibus mandat, ne permittant ut praefatus rex super privilegiis *etc.* in superiore epistola memoratis ab aliquibus indebite molestetur. Kal. Mai. a° 1°. ‖ Achery l. c. 659. — »Regalis excellentiae zelum.«
» 3	»	(19122) Episcopum Anitiensem rogat, ut fratribus Minoribus Anitiensibus certam portionem de prato suo liberaliter concedat. v non. Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 522. n° 4; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 5. n° 8. — »Spiritu beatae considerationis.«
» 4	»	(19123) O(ttobono) S. Adriani diacono cardinali in regno Angliae, in regno Scotiae, Wallia et Ybernia plenae legationis officium committit. Iv non. Mai. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 61; Theiner Mon. Hibern. 96. n° 245. — »Ad regnum Anglie.«
» 4	»	(19124) Eidem mandat, ut si rebellionem archiepiscoporum et aliorum praelatorum ac comitum baronum et aliorum regni eiusdem requirere viderit, contra illos qui ei ipsi vel (Henrico) regi Angliae rebelles fuerint, in praedictis et Daciae et Norwagiae regnis, Wallia, Ibernia, Wasconia et omnibus civitatibus, castris, villis et locis maritimis Britanniae, Normanniae, Flandriae, Picardiae, Pictaviae ac Xanctonensis diocesium, necnon et in regno Alamanniae ac aliis imperii partibus praedicet verbum crucis. Iv non. Mai. a° 1°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. I. 20. — »Ex iniuncto nobis.«
» 4	»	(19125) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. concedit, ut de usuris et alias male acquisitis necnon de redemptionibus votorum, Ierosolimitano duntaxat excepto, usque ad summam 100 marcarum argenti recipere possint. Iv non. Mai. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 416. n° 635. — »Vestre meritis religionis.«
» 4	»	(19126) (Priori) Cartusiae ac aliis prioribus et fratribus universis Cartusiensis ordinis indulget, ut extra suas civitates vel dioceses trahi nequeant in causam. Iv non. Mai. a° 1°. ‖ Tromby Storia V. app. 258. n° 93. — »Speciali gratia et.«
» 5	»	(19127) Rogerio (de Frescobaldis) priori saecularis ecclesiae s. Laurentii Florentini sententiam, qua G(ottifredus) S. Georgii ad velum aureum diaconus card. ei prioratum

1265.

eiusdem ecclesiae contra Iacobum clericum natum Abbatis de Abbatibus civis Florentini adiudicavit, confirmat. III non. Mai. a° 1°. ‖ Cianfogni Ambros. basilica di Firenze 214; Lami Eccl. Florent. mon. III. 1796. — »Ea quae iudicio.«

Mai. 5 Perusii (19128) Abbati monasterii de Septimo Florent. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ut dictam sententiam et declarationem executioni debitae demandet. III non. Mai. a° 1°. ‖ Lami l. c. 1798. — »Exhibita nobis dilecti.«

„ 5 „ (19129) Priori et conventui prioratus S. Mauritii Silvanectensis statuta a R(oberto) Silvanectensi episcopo eis data confirmat. III non. Mai. a° 1°. ‖ Gallia christ. X. instr. 235. — »Meritis vestrae religionis.«

„ 7 „ (19130) Priorem et fratres monasterii de Ukermunde ord. s. Victoris Parisiensis Caminens. dioc. cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem terras, decimas et alia bona eis confirmat. Non. Mai. a° 1°. ‖ Dreger Cod. Pomer. dipl. I. 496. n° 389. — »Cum a nobis.«

„ 7 „ (19131) Abbati et conventui monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasguens. dioc., quibus b. m. Guilelmus episcopus Glasgwensis ecclesias de Sanchar et de Awchinlec concesserat, hanc concessionem confirmat. Non. Mai. a° 1°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 230. — »Inducunt nos vestrae.«

„ 7 „ Magistro et fratribus ord. Praedic.: »VII die Maii a° 1°«. ‖ Mém. et docum. de Genève XIV. 75. n° 89, *vid.* 1265. Mai. 9. n° 19137.

„ 8 „ (19132) (Ludovico) regi Franciae significat, se eius nuncios magistrum Iohannem de Trecis archidiaconum in ecclesia Baiocensi et fratrem Rogerium priorem Vallis Viridis Carthus. ord. laete recepisse, in eiusque memoriam verba sub compendio reducit, »quae tecum familiariter pridie quam Parisius exiremus, habuimus circa tria, libertatem videlicet ecclesiasticam conservandam, et praelatorum scandala praescindenda, pacem etiam inter coniugem et (Carolum) comitem Provinciae fratrem tuum amicabiliter et utiliter reformandam, necnon et ea salubriter complananda, quae circa terram tuam et confinia terrae Provinciae inter te et fratrem tuum eundem dissensionis spiritum et materiam ministrabant,« *etc.* VIII id. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 128. n° 56; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 8. — »Illa solidae dilectionis.«

„ 8 „ (19133) Eidem queritur de gravaminibus illatis (Maurino) Narbonensi archiepiscopo a regio in Carcassonae partibus senescallo, qui castrum Quillani et quandam domum sitam in civitate Carcassonensi ab eo nitatur vendicare. Rogat eum, ut dictum faciat senescallum sua sorte contentum, neque permittat ut archiepiscopum de cetero molestet. VIII id. Mai. a° 1°. ‖ Martene l. c. 130. n° 58. — »Caritas insolubilis quae.«

„ 8 „ (19134) (Priorem) Cartusiae ac universos priores et fratres Cartusiensis ordinis a collectis, subsidiis et exactionibus exceptos declarat. VIII id. Mai. a° 1°. ‖ Tromby Storia V. app. 258. n° 94. — »Religionis vestrae meretur.«

„ 9 — (19135) Archipresbyterum et capitulum Modoetienses protegendos suscipit, specialiter autem omnes possessiones, iura, libertates et consuetudines eis confirmat. »Laterani« VII id. Mai. a° 1°. ‖ Frisi Mem. della chiesa Monzese (Milano 1774. 4°) III. 57; Frisi Mem. stor. di Monza e sua corte II. 131. n° 153; Marimonti Monza 411. n° 47. — »Monet nos apostolice.«

„ 9 Perusii (19136) Abbate et conventu monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasguens. dioc. supplicantibus inhibet, ut nulli saeculares infra septa coenobii tenere placita vel facere congregationes praesumant. VII id. Mai. a° 1°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 428. — »Desideriis vestris in.«

„ 9 „ (19137) Magistro, prioribus et fratribus ord. Praedic. concedit, ne quis de cetero ecclesias aut loca eorum ausu temerario praesumat infringere, aut in illis violentiam exercere. VII id. (die *Mém.*) Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 451. n° 4; Liber colleg. N. Domine 149: Liljegren Svenskt diplom. I. 425. n° 502; Mém. et docum. de Genève XIV. (1862) 75. n° 89. — »In quibusdam locis.«

„ 9 „ (19138) Generali, prioribus ac fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ne ultra duas diaetas a domibus suis in iudicium trahi possint. VII id. Mai. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 29. n° 1. — »Meritis vestrae religionis.«

„ 11 „ (19139) Regis Franciae in partibus Carcassonae senescallum hortatur, ut a (Maurini) Narbonensis archiepiscopi et ecclesiae vexatione et molestia conquiescat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 131. n° 59. — »Etsi generalis ecclesiarum.«

„ 11 „ (19140) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato in regno Scotiae ac in Wallia et Ibernia pro reformatione status regni Angliae mandat, ut decimam omnium proventuum ecclesiasticorum in praedictis et Norwagiae regnis ac in Ibernia et Wallia ab ecclesiis tam cathedralibus quam aliis, ac monasteriis et domibus ac locis religiosis — Cisterc., Carthus., militiae Templi, hospitalis Ierosol., s. Mariae Theuton. et s. Clarae

1265.

ordinum monasteriis dumtaxat exceptis — colligi faciat et de illa subveniat eis qui negotium pro quo mittatur prosecuturi sint. V id. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 98. n° 246; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VII. I. 21. — »De circumspectione tua.«

Mai. 11 Perusii (19141) Abbati monasterii s. Michaelis Hyldesemensis ord. s. Ben. mandat, ut praeposito et conventui monasterii s. Wiperti apud muros in Quidelingemburch Praemonstrat. ord. Halberstad. dioc. contra praedonum et invasorum audaciam efficaciter assistat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Kettner Antiq. Quedlinb. 245; Erath Cod. dipl. Quedlinb. 226. — »Pium esse dinoscitur.«

„ 11 „ (19142) Abbati et conventui monasterii de Passelet indulget, ut, diocesani episcopi statuto contrario non obstante, proventus decimarum ad monasterium spectantium personis idoneis ad firmam concedere valeant conditionem. V id. Mai. a° 1°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 421. — »Etsi superfluum videatur.«

„ 11 „ (19143) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Alemannia omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 416. n° 636. — »Cum a nobis.«

„ 11 „ (19144) Magistro et universis prioribus ac vices priorum gerentibus ord. Praed. concedit facultatem, ut fratribus suis absolutionis beneficium a censuris ecclesiasticis impertiri possint. V id. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 451. n° 5. — »Licet ad hoc.«

„ 12 „ (19145) Guillelmo Bertrandi ord. Minor. inquisitori in comitatibus Provinciae et Fulcalquerii haereticae pravitatis, officiali Massiliensi et priori Montis Draconis Aurasicens. dioc. mandat, ut magistrum Berengarium de Secureto canonicum ecclesiae Massiliensis camerae apostolicae clericum in possessionem canonicatus et praebendae vulgariter *Opera* nuncupatae inducant. IV id. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 6. n° 9. — »Circa personam dilecti.«

„ 15 „ (19146) Episcopo Insulae s. Mariae [Marienwerder] in Pomerania de Pruscia committit, ut in Bohemiae, Daciae, Succiae ac Norwegiae regnis et in Frisiae, Poloniae, Pomeraniae et Gotlandiae regionibus et in Bremensi provincia pro fidei negotio in Livoniae, Curoniae et Prusciae partibus crucem praedicari faciat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 489. n° 385; *cf.* Schirren Verz. livländischer Gesch.-Quellen 131. n° 133. — »Gementibus olim dilectis.«

„ 17 — Episcopo Albanensi: »Viterbii XVI kal. Iun. a° 1°«. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 300, *vid.* 1266. Mai. 17. n° 19643.

„ 18 Perusii (19147) Abbati et conventui monasterii de Claustro (in Hemmenrode) ord. Cisterc. Trevirens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. XV kal. Iun. a° 1°. ‖ (Nicol. Hees) Manipulus Hemmenrodensis *post* Jongelini Notit. abbatiar. ord. Cisterc. libr. 10mum. p. 47. — »Deuotionis vestrae meretur.«

„ 19 „ (19148) Magistrum Thomam de Lydel rectorem ecclesiae de Rathlonge Carnotens. dioc. a criminationibus, quibus occasione electionis suae ad sedem Dunensem impingebatur, absolvit. XIV kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 98. n° 247. — »Verbum evangelice veritatis.«

„ 19 „ (19149) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato significat, se eius litteras d. 16. Mai. accepisse et adventum (Caroli) comitis Provinciae de die in diem exspectasse, A(nnibaldo) SS. Apostolorum presbytero et aliis cardinalibus destinatis ad Urbem in occursum et receptionem ipsius. Eum excitat, ut circa decimam colligendam dies laboriosos noctesque pro tempore ducat insomnes: »apud nos siquidem difficilis admodum et fere penitus facta est impossibilis pecuniarum inventio.« Mandat ei iterum, ut creditoribus sedis apostolicae satisfaciat de primiceriis decimae supradictae. XIV kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 132. n° 60. — »Secunda feria post.«

(„ 19) „ (19150) A(nnibaldo) SS. Apostolorum presbytero, R(iccardo) S. Angeli, I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano et I(acobo) S. Mariae in Cosmedin diaconis cardinalibus notum facit, se »hac die Martis« (*i. e.* 19. Mai.) a mercatoribus Lucanis comperisse, »quod in crastino ascensionis dominicae (*i. e.* 15. Mai.) (Carolus) comes (Provinciae) cum 80 lignis connumeratis parvis et magnis venit ad Portum Veneris summo mane. Unde iuste eum cito praesumimus venturum ad Urbem. Vos igitur quantumcunque poteritis, accelerate.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 130. n° 57. — »Hac die martis.«

„ 19 „ Carolo comiti Provinciae: »XIV kal. Iun. a° 1°« — »Attentasti sane.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 12, *vid.* 1265. Iun. 18. n° 19213.

„ 20 „ (19151) Nobili viro Fortibrach de Romagnola scribit: »Ubi comitem (Provinciae) advenisse noverimus, super his sibi scribere secreto curabimus, cum eidem assistere totis viribus proponamus; . . . tuum in hac parte quaeremus commodum et honorem.« XIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene l. c. 133. n° 61. — »Si parentum exempla.«

„ 20 „ (19152) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. ducatus Spoleti et marchiae Anchonensis rectori apostolicae sedis legato scribit, se de adventu comitis Provinciae praenuntios

1265.

multos habuisse illumque magnam militiam secum ducere et militiae partem aliam per Italiam velle transire. »Cum igitur in eius auxilium, ex quo pendet nostri negotii consummatio, vires nostras excedere non oporteat, preces tuas super addendis stipendiis ad praesens non possumus exaudire, nec timeas hostes tuos. Nam sicut militia Petri de Vico et alia, quae cum Annibaldensibus Sabiniam iam invaserat, ad odorem adventus comitis recesserunt; sic potes confidere, quod in Marchia nulla morabitur, cum Manfredus intra regnum suos colligat quantum potest.« XIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene l. c. 134. n° 62; Giudice Cod. dipl. I. 3. — »De adventu comitis.«

Mai. 20 | Perusii | (19153) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Alemannia repetit n° 19143. XIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 417. n° 637. — »Cum a nobis.«

» 20 | » | (19154) Universos Christifideles per Florentinam, Fesulanam et Pistoriensem civitates et dioceses constitutos hortatur, ut Manetto priori et fratribus domus Servorum de Caphagio iuxta Florentiam ord. s. Aug., qui in domo ipsa ecclesiam aedificare de novo incoeperint, ad hoc grata charitatis subsidia erogent. XIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Gianii Annal. I. 93. — »Quoniam ut ait.«

» 21 | » | (19155) Regi Cypri indulget, ut cum una ex filiabus quondam viri nobilis Iohannis domini Beriti quarto ei consanguinitatis gradu coniunctis contrahat matrimonium. XII kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 135. n° 63. — »Etsi coniunctio copulae.«

» 23 | » | (19156) Archiepiscopo Terraconensi et episcopo Valentino praedicationem crucis in Aragoniae, Valentiae ac Maioricarum regnis contra Hispaniae ac Africae Saracenos committit. X kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 32. — »Visio dura nuntiata.«

» 23 | » | (19157) Praelatis quorum in diocesibus sunt fratres b. Mariae de Monte Carmelo mandat, ut ab ipsorum molestiis desistentes permittant, ipsos in eorum diocesibus divina officia libere celebrare. X kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 135. n° 64; Bullar. Carmel. I. 29. n° 2. — »Ad audientiam nostram.«

» 23 | » | (19158) Repetit n° 19131 d. d. 1265. Mai. 7: »X kal. Iun. a° 1°« — »Inducunt nos vestrae.« ‖ Registrum monasterii de Passelet 231.

» 25 | » | • (19159) Repetit n° 9841 Gregorii IX d. d. 1235. Febr. 10: »VIII kal. Iun. a° 1°« — »Cum dilectis filiis.« ‖ Napiersky Index I. 48. n° 194.

» 26 | » | (19160) Universis Christifidelibus ecclesiam fratrum Praedicatorum Mediolanensium in festo b. Petri Martyris, cuius corpus in ipsa requiescit, venerabiliter visitantibus indulgentiam unius anni concedit. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 451. n° 6. — »Licet is de.«

» 27 | » | (19161) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. ducatus Spoleti et marchiae Anchonensis rectori apostolicae sedis legato nunciat, (Carolum) comitem Provinciae die Iovis ante pentecosten (*i. e.* d. 21. Mai.) venisse ad S. Paulum, et in festi vigilia (*i. e.* d. 23. Mai.) ad ecclesiam et palatium s. Petri. Porro scribit eidem de crudeli malitia, quam Forosimphronenses in viros nobiles Guidonem et fratres eius transacta die Veneris (*i. e.* 22. Mai.) consummarunt. »Episcopum Forosimphronensem vocavimus, quem stolida verba proferentem custodiae dedimus carcerali.« VI kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 135. n° 65; *fragm.* ap. Giudice Cod. dipl. I. 3. nota 3. — »Die Iovis ante.«

» 28 | » | (19162) In R(iccardum) S. Angeli diaconum cardinalem invehitur, quod in litteris quas misit, fideles nominat manifestos ecclesiae proditores, et falsum esse credit, quod esse notorium communis relatio asseverat. »Ne tuis precibus deesse totaliter videremur, M(atthaei) S. Mariae in porticu diaconi cardinalis patrimonii b. Petri rectoris suique vicarii processum suspendimus usque ad nostrae beneplacitum voluntatis, et interim ad civitatem Castellanam mittemus inquisituri super obiectis plenius veritatem.« V kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene l. c. 138. n° 67. — »Nec nostrum nec.«

» 30 | » | (19163) Universis Christifidelibus in subsidium Livoniae, Curoniae et Prusciae crucesignatis et crucesignandis indulget, ut extra civitates vel dioceses, de quibus existunt, conveniri super bonis, quae infra illas habent, per litteras sedis apostolicae aut legatorum eius minime possint, praesentibus post triennium minime valituris. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 155. n° 149; Bunge Livl. UB. I. 490. n° 386. — »Studentes illa prosequi.«

» 31 | » | (19164) Ministris, custodibus, guardianis et fratribus ord. Minor. praedicantibus pro subsidio Terrae sanctae mandat, ut vota crucis emissa in auxilium Livoniae, Curoniae et Prusciae necnon redemptiones votorum ipsorum inter vota, quae Terrae sanctae sint deputata succursui, nullatenus includant. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Voigt l. c. 156. n° 150; Bunge l. c. 491. n° 387. — »De quibusdam sequentibus.«

» 31 | » | (19165) Magistro et fratribus domus hospitalis Iherosol. indulget, ut in causam trahi per litteras apostolicas, nisi expressam de hac indulgentia et ordine fecerint mentionem, minime possint. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 417. n° 638. — »Devocionis vestre promeretur.«

» 31 | » | (19166) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. supplicantibus omnes terras, regiones *etc.* et quaecunque loca, quae subsidio exercitus christiani eripere po-

1265.

tuerint de manibus paganorum, in ius et proprietatem b. Petri suscipit et illa sub speciali protectione ac defensione apostolicae sedis, postquam ad christianum cultum reducta fuerint, perpetuis temporibus permanere sancit. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Strehlke l. c. 417. n° 639; *cf.* Inventar. privileg. in archiv. Cracov. (1862) p. 66. — »Operis evidentia declarante.«

Mai. 31 | Perusii | (19167) Magistro et fratribus ord. Praedic. indulget, ut de his, quae in ornamentis, vel pro libris, fabrica, pitantiis, victu, aut de his, quae pro domibus, praediis *etc.* emendis ipsis legantur, nulli canonicam iustitiam aut portionem exhibere teneantur. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 452. n° 7. — »Pium est et.«

(» –) | (») | (19168) (Ludovicum) regem Francorum hortatur, ut (Henrico) regi Angliae contra eius barones assistat, qui post graves iniurias tam ipsi regi et reginae ac Richardo in Romanorum regem electo fratri et Eduardo primogenito regis eiusdem, quam ecclesiis et praelatis regni praedicti illatas ad formam pacis procul dubio nimis informem eosdem regem et primogenitum coegerunt *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 66; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 7. n° 10. — »Occurrunt frequenter considerationis.«

(Mai. Iun.) | (») | (19169) Patriarchae Hierosolymitano apostolicae sedis legato et ceteris archiepiscopis et episcopis, domus militiae Templi et domus hospitalis s. Mariae Theuton. magistris ac Gaufrido de Sarzenis ceterisque magnatibus et comitibus in Syria constitutis scribit gravissime dolens de soldano Babyloniae, qui Peregrinum et Caiphae castra violenter invasit, postmodum castrum Arsur cepit *etc.* Erigit eorum animos ad constantiam additque, (Aegidium) Tyrensem archiep. ad instruendas crucesignatas copias missum in Gallias seque Galliae proceres et alios ad bellum sacrum esse concitaturum. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 37. — »Amara est potio.«

(Mai. 27–Iun. 1) | (») | (19170) Archiepiscopo Hispalensi quaedam negotia super tertia fabricabili, quam (Alphonsus) rex Castellae et Legionis in regem Romanorum electus annis pluribus subtraxit ecclesiae terrae suae, super decima *etc.* cum dicto rege tractanda committit. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. II. 137. n° 66. — »Cum sit nobis.«

Iun. 1 | » | (19171) Iohanni Armundi de Confinio s. Salvatoris Veneto mandat, ut 30 libras Venetorum crossorum de pecunia camerae apostolicae, quas ei Simon de Alvernia ord. Minor. tunc apostolicae sedis nuncius in partibus Romaniae tradiderit nomine mutui, Iacobo Gregorii Venetiis commoranti persolvat. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 9. n° 11. — »Cum quondam frater.«

» 2 | » | (19172) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, iniungant universis presbyteris suae potestati subiectis sub poena officii et beneficii, ut fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in ecclesiis suis ad opus pauperum praedicare et elemosinas libere quaerere permittant *etc.* IV non. Iun. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 418. n° 640. — »Querelam gravem recepimus.«

» 2 | » | (19173) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae in Pruscia concedit, ut fratres presbyteri crucesignatis in Lyvoniae subsidium ad ipsorum requisitionem crucis signaculum tollere valeant. IV non. Iun. a° 1°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 180. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 2 | » | (19174) Generali, prioribus et fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli indulget, ut missarum sollemnia aliaque divina officia in altare portatili propriisque locis celebrare possint. IV non. Iun. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 30. n° 3. — »Devotionis augmentum Deo.«

» 3 | » | (19175) Repetit Alexandri IV n° 18077 d. d. 1261. Mart. 28: »III non. Iun. a° 1°« — »Virtute conspicuos sacri.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 452. n° 8.

» 3 | » | (19176) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato in Anglia concedit facultatem iniungendi fratribus Praedic. et Minor. et aliorum ordinum quaecunque prosecutioni officii vel utilitati negotiorum sibi commissorum viderit expedire. III non. Iun. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 453. n° 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 9. n° 12. — »Cum te ad.«

» 3 | » | (19177) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato scribit: »Carolum senatorem Urbis, Andegaviae ac Provinciae comitem ad Urbem venisse noveris pecunia carentem et equis.« Monet eum, ut colligendae decimae vigilem se exhibeat, »cum nec persona comitis nec negotium quod agitur sit in tuto, nisi ei pecunia celeriter ministretur.« III non. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 138. n° 68. — »Nobilem virum Carolum.«

» 3 | » | (19178) Eidem mandat, ut 20 000 librarum Turonensium mercatoribus Senensibus, quas illi praefato Carolo mutuaverant, ante festum b. Michaelis proximum solvat. III non. Iun. a° 1°. ‖ Martene l. c. 139. n° 69. — »Dilectus filius nobilis.«

» 6 | » | (19179) (Brunoni) episcopo Olomucensi mandat, ut ea quae de bonis cathedralis ecclesiae Secowensis ord. s. Aug. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. VIII id. Iun. a° 1°. ‖ Chmel Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth.) I. 62; *cf.* Styria sacra I. 224. not.; Erben Reg. Bohem. II. 187. n° 487. — »Pervenit ad audientiam.«

1265.

Iun. 7 | Perusii | (19180) Praepositum et capitulum Seccowenses cum omnibus bonis tuendos suscipit eisque omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. vii id. Iun. a° 1°. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 223, *fragm.*

» 7 | » | (19181) (Brunoni) episcopo Olomucensi et praeposito ecclesiae s. Virgilii Frisacensis mandat, ut controversiam inter praepositum capitulumque ecclesiae Seccowensis et Wigandum de Messenberch, Heinricum, Wigandum, Albertum et Ulkerum (Ottokarum *legas*) filios eiusdem super quibusdam terris, decimis *etc.* vertentem disceptent. vii id. Iun. a° 1°. ‖ Pusch l. c. n° 81. — »Conquesti sunt nobis.«

» 8 | » | (19182) Guidoni tit. S. Laurentii in lucina presb. card. legationis officium in Dacia et Suecia committit specialiter ei iniungens, ut discordias inter (Margaretam) Danorum reginam et praelatos regni Danici ortas et ab inimico quodam homine nutritas sedet. vi id. Iun. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 425. n° 503; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 51; *cf.* Porthan Bullar. access. 54. n° 1. — »Summi regis magisterio.«

» 8 | » | (19183) Priori fratrum Praedicatorum et guardiano fratrum Minorum Placentinis mandat, ut fratri Guillelmo de Viculo canonico Placentinae ecclesiae curam et administrationem eiusdem ecclesiae in spiritualibus et temporalibus committant. vi id. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 453. n° 10; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 10. n° 13. — »Cum sicut dilecti.«

» 8 | » | (19184) Universis prioribus et fratribus Servorum s. Mariae ord. s. Aug. concedit, ut celebrare generale capitulum dicti ordinis ac eligere in eodem generalem priorem possint, qui si in loco distante a curia Romana ultra quinque dietas, ab ipsius loci diocesaneo, si vero in loco infra dictas dietas consistente electus fuerit, a pontifice Romano eiusque successoribus electionis suae confirmationem accipiat. vi id. Iun. a° 1°. ‖ Gianii Annal. I. 96. — »Inducunt nos opera.«

» 9 | » | (19185) Publicat determinationem multarum difficultatum tunc in Cisterciensi ordine pendentium, in qua eundem post gravissimam processuum involutionem in summa pace restituit his octo capitulis: 1° Excellens commendatio sacri huius ordinis et detestatio praedictarum difficultatum; 2° De cura vacantis monasterii necnon de electione et confirmatione abbatis Cistercii, qui facta electione concordi administrare possit, etiam a nemine confirmatus; 3° De remissione statutorum concilii generalis de electionibus et electoribus ordinis; 4° De capitulo generali et diffinitoribus, de litteris capitulo missis, de iudicibus ab eo datis et de elemosynis recipiendis; 5° De visitatione domus Cistercii et proclamationibus in ea faciendis; 6° De visitationibus et visitatoribus ordinis, de eorum potestate, evectionibus, emissionibus fratrum *etc.*; 7° De punitionibus in visitatione faciendis, de donis suspectis, de protelatione visitationum; 8° De depositione abbatum, de male depositis *etc.* v id. Iun. a° 1°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 28; *nonnisi pars prima* ap. Meschet Privil. 56; Cherubini Bullar. I. 128; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 729; Yepes Coronica VII. apend. 6 v. — »Parvus fons qui.«

» 9 | » | * (19186) Abbati ac conventui monasterii in Langheim privilegium amplum toti ordini Cisterciensi concessum communicat. v id. Iun. a° 1°. ‖ Schweitzer Copialbuch der Cisterc.-Abtei Langheim 65.

» 10 | » | (19187) Abbati et conventui Monasterii Maioris Turonensis ord. s. Ben. omnes libertates, immunitates et exemtiones confirmat. iv id. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 140. n° 70. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 11 | » | (19188) Decano et capitulo Osnabrugensibus significat, se postulationem Engelberti comitis de Marcha nunc clerici, sed tunc temporis laici in episcopum Osnabrugensem non admisisse. Mandat eis, ut suae ecclesiae de alia quam comitis persona de consilio abbatis monasterii in Lotha (Latha *Sb*) Cisterc. ord. Mindens. dioc., prioris fratrum Praedic. Mindensis et guardiani fratrum Minor. Osnabrugensis per electionem canonicam aut postulationem concordem provideant. iii id. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 10. n° 14; Sandhoff Antist. Osnabr. II. cxxxviii. — »Ecclesia vestra pastoris.«

» 11 | » | (19189) (Margaretham) reginam Daciae rogat et hortatur, ut G(uidonem) tit. S. Laurentii in lucina presb. card., quem ad ipsam et Daciae regem eius filium tamquam pacis angelum pro eiusdem regni reformatione destinet, in omni reverentia suscipiat. iii id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 108. n° 36. — »Si que tuam.«

» 11 | » | (19190) G(uidoni) tit. S. Laurentii in lucina presb. card. apostolicae sedis legato in regno Daciae concedit facultatem invocandi contra eos, qui ipsius institutis rebellare aut refragari praesumpserint, auxilium brachii saecularis. iii id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 109. n° 37. — »Cvm te plenam.«

» 12 | » | (19191) (Waldemaro) regi Suetiae significat, se Guidonem praefatum destinasse legatum sedis apostolicae in eiusdem regno et rogat, ut illi favorabilem se impendat. ii id. Iun. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 427. n° 504; *cf.* Porthan Bullar. access. 55. n° 4. — »Summi regis magisterio.«

* *In eundem modum* (Erico) Daciae regi. ‖ Rördam l. c. 110. n° 38; *omisso exordio in* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 53.

1265.

Iun. 12 | Perusii | (19192) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis, necnon et capitulis, conventibus, collegiis aliisque personis ecclesiasticis in regno Suetiae constitutis significat, se Guidoni memorato commisisse tam in praedicto et Daniae regno, quam in Bremensi, Magdeburgensi, Saltzburgensi et Gneznensi provinciis legationis officium, eosque rogat, ut legatum debita cum reverentia recipiant eiusque mandatis obediant. ii id. Iun. a° 1°. ‖ Liljegren l. c. n° 505; *cf.* Porthan l. c. 54. n° 2; Raynald. l. c. § 52. — »Summi regis magisterio.«

* *In eundem modum eodemque die* Ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus et universis Christifidelibus in Daciae ac Svetiae regnis, nec non et Bremensi, Magdeburgensi, Saltzburgensi et Gueznensi provinciis constitutis. ‖ Liljegren l. c. 428; Porthan l. c. 55. n° 3.

» 12 | » | (19193) Abbati et conventui S. Audoeni Rothomagensis omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. ii id. Iun. a° 1°. ‖ Dumonstier Neustria pia 18. — »Devotionis vestrae praecibus.«

» 12 | » | * (19194) Guidoni cardinali tit. S. Laurentii in lucina apostolicae sedis legato ad reges Daniae et Sueciae et ad provincias Bremensem, Magdeburgensem et Gneznensem destinato mandat, ut suppetias crucigeris contra Lithuanos, Livones paganosque impetret. ii id. Iun. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 264.

» 13 | » | (19195) Eidem concedit, ut omnibus vere poenitentibus et confessis, qui celebrationi missarum et praedicationi verbi Dei intererunt in praecipuis festivitatibus *etc.*, indulgentias elargiri possit. Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 112. n° 39. — »Cum de tue.«

» 13 | » | (19196) Eidem concedit facultatem dispensandi cum illis in suae legationis locis, qui excommunicationis *etc.* ligati sunt sententiis *etc.* Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 113. n° 40. — »Cvm de tue.«

» 13 | » | (19197) Eidem concedit, ut cum tribus nobilibus viris et totidem mulieribus de suae legationis partibus dispensare valeat, ut ad invicem non obstante consanguinitatis vel affinitatis gradu matrimonium contrahere *etc.* possint. Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 114. n° 41. — »Cvm de tue.«

» 13 | » | (19198) Eidem concedit, ut si ex aliqua causa fines suae legationis exire eum contingat, libere ad legationem eandem redire possit *etc.* Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 115. n° 43. — »Cum de tue.«

» 13 | » | (19199) Eidem indulget, ne per hoc, quod plures personas et evectiones in sua forsan habuerit comitiva, quam in constitutione generalis concilii super hoc edita sint taxatae, ad transgressionis culpam valeat imputari. Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 115. n° 44. — »Cvm de tue.«

» 13 | » | (19200) Eidem indulget, ut illam clausulam »non obstante constitutione de duabus diaetis« cum moderamine litteris suis inserere possit. Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 116. n° 45. — »Cvm de tue.«

» 13 | » | (19201) Eidem concedit facultatem puniendi poena canonica litterarum abusores apostolicarum, sed cum moderamine. Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 116. n° 46. — »Cvm de tue.«

» 13 | » | (19202) Eidem indulget, ut eius capellani, quamdiu eius institerint obsequiis, beneficiorum suorum percipere valeant cum ea integritate proventus, cum qua illos perciperent, si personaliter residerent. Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 116. n° 47. — »Cvm de tue.«

» 13 | » | (19203) Eidem de capellanis cum ipso in legatione huiusmodi existentibus concessiones tribuit. Id. Iun. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 117. n° 48. — »Cvm de tue.«

» 13 | » | (19204) Eidem concedit, ut fratres Praedicatores et Minores ac quoscunque alios religiosos ad suum assumere possit servitium. Id. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 454. n° 11; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 11. n° 15; Rördam l. c. 114. n° 42. — »Cum de tue.«

» 13 | » | (19205) Abbati et conventui de Passeleth Cluniac. ord. Glasguens. dioc. indulget, ut proventus ecclesiarum quas in usus proprios obtinent, per ordinarios ipsos nequeant sequestrari. Id. Iun. a° 1°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 341. — »Desideriis vestris in.«

» 13 | » | (19206) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. Id. Iun. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 65. n° 66. — »Cum a nobis.«

» 15 | » | (19207) G(uidoni) tit. S. Laurentii in lucina presb. card. apostolicae sedis legato concedit, ut cum 50 clericis defectum natalium patientibus in terris suae legationis dispensare possit. xvii kal. Iul. a° 1°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 118. n° 49. — »Cvm te ad.«

» 15 | » | (19208) Eidem concedit, ut circa regulares personas in monasteriis vel ecclesiis mediante symoniaca pravitate receptas providere valeat, quod remotae de monasteriis et ecclesiis in aliis locis eiusdem ordinis collocentur. xvii kal. Iul. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 119. n° 50. — »Cum te ad.«

1265.

Iun. 15	Perusii	(19209) Magistro et fratribus ord. Praedic. indulget, ne ab aliquo legato, nisi de latere apostolicae sedis misso, vel delegato aut subdelegato excommunicari, suspendi vel interdici possint. xvii kal. Iul. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 454. nº 13. — »Exigentibus vestre devotionis.« • *In eundem modum* Ministro generali et fratribus ord. Minor. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 525. nº 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 12. nº 16.
» 15	»	(19210) Eisdem concedit, ut patriarchis et aliis ecclesiarum praelatis decedentibus possint uti tam diu libere licentia audiendi confessiones, praedicandi et aliqua vota in alia pietatis opera commutandi in eorum diocesibus, donec viduatis ecclesiis provisum fuerit de pastore. xvii kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 141. nº 71; Ripoll l. c. 454. nº 12; Liljegren Svenskt diplom. I. 428. nº 506. — »Exigentibus vestre devocionis.« • *In eundem modum* Ministro generali et universis fratribus ord. Minor. ‖ Sbaralea l. c. 13. nº 17.
» 16	»	(19211) Magistro Alberto de Parma scriptori et nuncio suo mandat, moneat Guntherum comitem de Reverenberc, qui quatuor marchas et dimidiam auri communis ponderis a quodam cive in civitate Salevelt praesente fratre Bernardo de conventu fratrum Minorum in Salevelt Maguntin. dioc. Terrae sanctae legatas violenter abstulerat, ut praedictam auri quantitatem restituat. xvi kal. Iul. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. nº 18. — »Ex litteris dilecti.«
» 17	»	(19212) Praeposito et capitulo Seccowensibus parochialem ecclesiam in Gradwein, quam eis (Ulricus) archiepiscopus Salzeburgensis contulerat, auctoritate apostolica confirmat. xv kal. Iul. aº 1º. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 225. — »Exhibita siquidem nobis.«
» 18	»	(19213) (Carolum) comitem Provinciae obiurgat de ingressu suo in palatium Lateranense: »attentasti sane, quod nullus principum devotorum hactenus attentavit, dum gens tua Lateranense palatium tuo mandato indecenter intravit.... Constitutus in Urbe, quae tot abundat domibus spatiosis, ad locum alium conferre te satage, nec te dicas de domibus nostris inhoneste deiectum.« xiv kal. Iul. (Iun. *Rayn.*) aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 141. nº 72; Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 12 *fragm.*; Vitale Senatori di Roma 140 *fragm.*; Giudice Cod. dipl. I. 4. — »Etsi personam tuam.«
» 20	»	(19214) Sicardi Alemanni indicia veteris affectionis certa gratanter accipit. xii kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 142. nº 73. — »Tuae devotionis litteras.«
» 20	»	(19215) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. ducatus Spoleti et marchiae Anconitanae rectori apostolicae sedis legato scribit: »Multum de Recanato gaudemus, sed non minus de Firmani episcopi proditione detecta. Mitte igitur ad nos capellanum eiusdem episcopi, et tu sub firmis vinculis tene eum, tuam etiam auge mainatam, et nos tibi Perusii de paupertate nostra faciemus 4000 librarum huius monetae tenuis assignari.« xii kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 143. nº 74. — »Inter laeta et.«
» 20	»	(19216) Magistro et fratribus ordinis Praedic. significat, se declarare, »quod, si vobis detur licentia ... a legatis apostolicae sedis aut ordinariis locorum, ... libere praedicare potestis, audire confessiones« *etc.* xii kal. Iul. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 455. nº 14. — »Quidam temere sentientes.« • *In eundem modum* Generali ministro et fratribus ord. Minor. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 523. nº 5; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 14. nº 19.
» 21	»	(19217) Ambaldo (*leg.* Annibaldo) basilicae XII apostolorum presbytero, Riccardo S. Angeli, Iohanni S. Nicolai in carcere Tulliano et Iacobo S. Mariae in Cosmidin diaconis cardinalibus concedit auctoritatem, ut ad consummationem negotii regni Siciliae et ad collationem et investituram de praedicto regno Carolo Andegavensi et Provinciae comiti faciendam iuxta conditiones et formam eidem comiti per magistrum Petrum notarium apostolicum novissime praesentatas efficaciter procedant, »nobis tamen receptione homagii specialiter reservata.« xi kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 223; Rousset Suppl. au (Dumont) Corps diplom. I. i. 118; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 421. in nº 11; Borgia Istoria del dominio tempor. Append. 55. — »Plene vos scire.«
» 21	»	(19218) R(iccardum) S. Angeli diaconum card. rogat, ut redeat ad collegium »daturus consilium quod tibi magni consilii angelus inspirabit.« xi kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 143. nº 75. — »Quatuor angulis domus.«
» 22	»	(19219) (Tuchoni) episcopo et capitulo Arusiensibus omnes libertates et immunitates ecclesiae Arusiensi concessas confirmat. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 394; *cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 540. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 22	»	(19220) Fratri Iohanni Martini de ord. Minorum committit praedicationis crucis negotium contra Saracenos in regnis Hispaniae et Ianuensi et Pisana civitatibus et diocesibus. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 250; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 14. nº 20. — »Circa tutelam terrae.«

1265.

Iun. 22	Perusii	(19221) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus .. et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut in fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol., eorum clericos et ecclesias, in quibus auctoritatem praelati nequaquam habeant, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare nullatenus praesumant. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Strehlke Tab. 418. nº 641. — »Cum dilecti filii.«
» 22	»	(19222) Magistro et prioribus universis ac eorum vices gerentibus ordinis Praedic. indulget, ut volentibus eorum aggregari collegio, qui suspensionis *etc.* sententiis a iure vel a iudice promulgatis generaliter sunt ligati, absolutionis beneficia impertiri possint. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 144. nº 76; Ripolli Bullar. Praed. I. 455. nº 16. — »Caelestis amor patriae.«
» 22	»	(19223) Generali et ceteris prioribus et fratribus Eremitis ord. s. Aug. indulget, ut de eis, quae in ornamentis vel pro eis, aut fabrica, luminaribus *etc.* ipsis aut ipsorum ecclesiis legantur, nulli portionem canonicam teneantur exhibere. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Empoli Bullar. 61. — »Devotionis augmentum vobis.«
» 22	»	(19224) Abbati et conventui monasterii de Passelet inhibet, ne pro alienis debitis aut negotiis se, monasterium vel eius bona obligare praesumant. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Registrum monasterii de Passelet 421. — »Volentes vos et.«
» 22	»	(19225) Repetit Gregorii IX nº 8067 d. d. 1227. Nov. 30: »x kal. Iul. aº 1º« — »Cum a nobis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 455. nº 15.
» 22	»	• (19226) Conventui monasterii de Valle S. Crucis facultatem succedendi in haereditatibus professarum concedit. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Lang Regesta III. 247.
» 24	»	(19227) Iohanni Armundi de Confinio S. Salvatoris Veneto significat, 30 libras in nº 19171 memoratas esse solutas *etc.* viii kal. Iul. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 15. nº 21. — »Cum triginta libras.«
» 24	»	(19228) Archiepiscopo Hispalensi committit, ut decimam omnium ecclesiasticorum proventuum tam in subiectis (Alphonso) regi Castellae ac Legionis, quam in Portugalliae regnis usque ad certum tempus colligat ac eidem regi contra Sarracenos insidiosos assignet. viii kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 144. nº 77. — »Desiderantes carissimo in.«
» 24	»	(19229) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. apostolicae sedis legato ducatus Spoleti et marchiae Anconitanae rectori mandat, ut I. episcopum Firmanum tanquam periurum, inobedientem et contumacem excommunicatum per omnia loca suae legationis faciat nunciari. viii kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 145. nº 78. — »Discretioni tuae praesentium.«
» 24	»	(19230) Abbati et conventui monasterii Eberbacensis Cisterc. ord. Magunt. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. viii kal. Iul. aº 1º. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. i. 157. — »Cum a nobis.«
» 24	»	(19231) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. ad eorum loca pro elemosinis accesserint colligendis, eosdem benigne recipiant et in ecclesiis suis ammonere populum et elemosinas libere quaerere permittant *etc.* viii kal. Iul. aº 1º. ‖ Strehlke Tab. 418. nº 642. — »Cum dilectis filiis.«
» 25	»	(19232) (Smaragdo) Strigoniensi et (Philippo) Colocensi (Coloniensi *male Riedel*) archiepiscopis mandat, ut in Ungaria, Bohemia, Polonia, Stiria, Austria, Carinthia et marchionatu Brandenburgensi contra Tartarorum saevitiam et aliorum paganorum eis adhaerentium verbum crucis praedicent. vii kal. Iul. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 49; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 87; Theiner Mon. Hungar. I. 280. nº 513; Fejér Cod. dipl. IV. iii. 299; *cf. ibid.* VII. v. 344 (*ubi* d. 23. Iun. *tributa*); Erben Reg. Bohem. II. 189. nº 491; *cf.* Palacky Reise 40. nº 305. — »In generalem mundi.«
» 25	»	(19233) (Iohanni) archiepiscopo Bituricensi et eius suffraganeis ad instantiam abbatis et conventus monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Parisiens. dioc. mandat, faciant ut constitutio generalis concilii, per quam praecipiatur tam diocesanis episcopis quam personis quae praesunt capitulis celebrandis, ut per censuram ecclesiasticam compescant advocatos, patronos, vicedominos, rectores *etc.*, ne monasteria in personis aut rebus praesumant offendere et, si forte offenderint, eos ad satisfactionem compellant, a suis subditis usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observetur. vii kal. Iul. aº 1º. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 603. — »Sua nobis dilecti.«
» 27	»	(19234) A(nnibaldo) basilicae XII apostolorum presbytero, I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano et I(acobo) S. Mariae de Cosmedin diaconis cardinalibus permittit Romae remanere, ut consiliis suis C(arolum) Andegavensem ac Provinciae comitem adiuvant. v kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 146. nº 79. — »Affectantes vos personaliter.«
» 27	»	(19235) Magistro et prioribus provincialibus ord. Praed. concedit, ut in propriis conventibus cum fratribus ibidem constitutis super irregularitate dispensent. v kal. Iul. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 456. nº 17. — »Exigentibus vestre devotionis.«

1265.

Iun. 27 — Perusii — (19236) Repetit nº 19131 d. d. 1265. Mai. 7 et nominatis ibidem indulget, ut sicut hactenus iuxta hanc concessionem sic et in posterum possint per capellanos in praefatis ecclesiis facere deserviri. v kal. Iul. aº 1º. ‖ Registrum monasterii de Passelet 231. — »Meritis vestre religionis.«

„ 28 — „ — (19237) Olivarii de Terminis [Termes] propositum adeundi Terram sanctam laudat. iv kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 147; Mahul Cartul. III. 462. — »De igne torris.«

„ 28 — „ — * (19238) Littera bullata, prout apparet, continens conditiones et modos nobiles et utiles, super quibus Carolo filio b. Ludovici regnum Siciliae per dominum papam et Romanam ecclesiam assignatur. iv kal. Iul. aº 1º. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 106.

„ 29 — „ — (19239) Lodovensi episcopo mandat, ut cessionem Hugonis abbatis Conchensis dioc. Ruthenens. recipiat. iii kal. Iul. aº 1º. ‖ Gallia christ. I. 246. — »Dilectus filius Hugo.«

„ 29 — „ — (19240) Inhibet, ut nullus de cetero ecclesias aut loca ordinis fratrum Minorum praesumat infringere aut in illis violentiam exercere. iii kal. Iul. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 523. nº 6; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 15. nº 22. — »In quibusdam locis.«

„ 30 — „ — (19241) M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. card. patrimonii b. Petri in Tuscia rectori apostolicae sedis legato scribit de Tudertinis pertractandis, de Hortanis a Bertoldo eius vicario male tractatis *etc.* ii kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 147. nº 81. — »Cum Tudertinis agere.«

„ 30 — „ — * (19242) Repetit nº 18521 Urbani IV d. d. 1263. Apr. 20: »ii kal. Iul. aº 1º« — »Ut erga sedem.« ‖ (Gentilis) Lettera 110.

(„ —) — („) — (19243) Carolo comiti Provinciae salubria et utilia dat praecepta pro felici regimine. *Sine nota chronol.* ‖ Duchesne Hist. des cardin. franç. II. 209. — »Urget nos Christi.«

Iul. 1 — „ — (19244) Castellanensibus potestati, consilio et comitatui mandat, ut infra diem Iovis proximam ad treugam faciendam personas mittant idoneas. Kal. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 148. nº 82. — »Cum nos diu.«

„ 3 — „ — (19245) Guidoni tit. S. Laurentii in lucina presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut ad instans proxime capitulum generale Cisterciensium se conferat lites inter patres abbates exortas compositurus. v non. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. nº 83. — »Inter dilectos filios.«

„ 6 — „ — (19246) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut praeter 9000 librarum Turonensium, quarum Bonaventura Bernardini, Raynerius Iacobi et Franciscus Guidi cives et mercatores Senenses partem de mandato Urbani pp. praedecessoris, partem ad instantiam C(aroli) comitis Provinciae, nunc Siciliae ac Apuliae regis, liberaliter mutuarunt, etiam 20 000 librarum Turonensium, pro quibus decima et Romana ecclesia obligatae noscuntur, quantocius solvat Senensibus mercatoribus. ii non. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 149. nº 84. — »Miramur nec immerito.«

„ 7 — „ — (19247) M(anfredo) Veronensi electo scribit, quid praestiterit »ut tuam possemus personam squalore carceralis custodiae relevare.« Non. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 150. nº 85. — »Inter cetera quae.«

„ 7 — „ — (19248) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato nunciat, regnum Siciliae Carolo regi Siciliae esse collatum, ipso de eo solenniter investito. »Cum idem rex succursu militum et aliis subventionibus egeat«, mandat Simoni, ut »ad hoc totum illud, quod collectum est vel colligetur de decima ecclesiae Romanae pro negotio regni Siciliae concessa, eidem regi ... faciat omni mora et occasione postpositis assignari.« Non. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 151. nº 86. — »Magnificet anima tua.«

„ 7 — „ — * (19249) Abbati Fructuariensi bonorum omnium antiquas possessiones ac iura confirmat. Non. Iul. aº 1265. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 498. nº 69.

„ 9 — „ — (19250) Ricco Bonaguide, Nero Fornarii et Angelerio Bonelle mercatoribus Florentinis significat, se mutuum 4000 librarum Turonensium, quod Petrus camerarius suus archidiaconus Senonensis a Lottherio de Bonasce cive et mercatore Urbevetano nomine sedis apostolicae receperit, ratum habere et gratum. vii id. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 152. nº 87. — »Cum dilectus filius.«

„ 10 — „ — (19251) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut 4000 librarum Turonensium, quam summam Petrus archidiaconus Senonensis camerarius suus a Lottherio Bonasce cive et mercatore Urbevetano mutuante pro se, Ricco Bonaguide, Nero Fornarii et Angelerio Bonelle mercatoribus Florentinis nomine Romanae ecclesiae receperit nomine mutui, sine difficultate persolvat. vi id. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. nº 88. — »Cum urgente necessitate.«

„ 10 — „ — (19252) Universis prioribus Praedicatorum et guardianis Minorum fratrum per marchiam Anconitanam constitutis mandat, ut crucem praedicent contra Manfredum quondam principem Tarentinum, cuius dira facinora enumerat. Promittit indulgentias ea de

1265.

causa multas. vi id. Iul. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 16. nº 23. — »De venenoso genere.«

Iul. 11 — Perusii — (19253) C(arolo) regi Siciliae gratulatur de regia ipsius dignitate eumque hortatur ad omnes difficultates superandas. »Quod postulasti de vicario in Campania novo creando, iuxta tuum beneplacitum adimpletur, mutuum quaeri fecimus quantum possumus. Vide fili, quid in Urbe poteris reperire, ubi sunt plures abundantes in saeculo multas divitias obtinentes,« *etc.* v id. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 153. nº 89; Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 21; Giudice Cod. dipl. I. 29. — »Tuae magnitudinis nobis.«

„ 11 — „ — (19254) M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. card. patrimonii s. Petri in Tuscia rectori apostolicae sedis legato scribit, se transacta proxima die Veneris Silvestri de Carbonagio, procuratoris P(etri) de Vico, recepisse iuramentum in forma, quam ei mittat, ut dictus nobilis vir P(etrus) de Vico ipse in eius manu idem faciat iuramentum. »Scire autem te volumus, nostrum esse propositum dare ei mandata de abiurando Manfredo quondam principe Tarentino, et omnes conventiones cum eo habitas, quas denunciabimus nullas esse, penitus abrumpendo« *etc.* v id. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 154. nº 90. — »De nostrorum fratrum.«

„ 11 — „ — (19255) (Otakarum) regem Bohemiae rogat, ut praepositum, capitulum ac ecclesiam Seccowenses commendatos habeat neque permittat ipsos a Philippo quondam Salzeburgensi electo, qui eos multipliciter persequatur, vel etiam ab aliis molestari. v id. Iul. aº 1º. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 226; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 190. nº 493. — »Piis meritis apud.«

„ 11 — „ — (19256) (Tuchoni) episcopo et capitulo Arusiensibus omnes libertates et immunitates confirmat. v id. Iul. aº 1º. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 394; *cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 540. — »Cum a nobis.«

„ 11 — „ — (19257) (Columbano) episcopo Traguriensi mandat, permittat ut fratres ord. Praedic. Spalatenses capellam in fundo Nicolai Albertini civis Tragurii sitam eisque ab illo concessam pacifice possideant. v id. Iul. aº 1º. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 349. — »Ex parte dilectorum.«

„ 11 — „ — (19258) Abbate et conventu Cistercii Cabilonens. dioc. consulentibus decernit, indulgentias omnes et litteras per quascumque personas Cisterciensis ordinis contra communia statuta ipsius a sede apostolica vel eius legatis de cetero impetrandas esse irritas et inanes. v id. Iul. aº 1º. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 32 b; Meschet Privil. 58; Montanbon Des privil. de Citeaux 305. — »Ne propter insolentias.«

„ 11 — „ — (19259) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus in generali capitulo apud Cistercium congregatis mandat edicto perpetuo statuens, ut tales qui de cetero singulis annis non venerint ad capitulum generale, nisi legitima causa fuerint impediti, sine poenarum relaxationibus puniant secundum ipsius ordinis instituta. v id. Iul. aº 1º. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 27. — »Licet ex statutis.«

„ 11 — „ — (19260) Petro priori S. Pastoris Cisterc. ord. committit, ut Philippi de Marerio recipiat iuramentum de parendo mandatis sedis apostolicae, etiam eum a vinculo excommunicationis absolvat eique crucem propria manu tradat, »quam contra Manfredum quondam principem Tarentinum, Sarracenos Luceriae et alios fautores eiusdem facimus praedicari.« v id. Iul. aº 1º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 155. nº 91. — »Cum in conversione.«

„ 12 — „ — (19261) P(hilippum) de Marerio hortatur, ut in se Dei spiritum non extinguat, sed bonum sibi divinitus inspiratum laetanter suscipiens fideliter promoveat. iv id. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 156. nº 92. — »Per dilectum filium.«

(„ 12) — „ — (19262) Guidinum Adillanum iuvenem ducem Sueviae praepositum Wissegrandae invitat, ut sine morae dispendio papae et fratrum oculis se praesentet. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 156. nº 93. — »Cum nostris fratribus.«

„ 13 — „ — (19263) Decanis et capellanis ecclesiae et provinciae Remensis respondet ad multa gravamina, quae per magistrum Petrum Ambianensis ecclesiae praecentorem in papae praesentia proposuerant, quibusque ille vehementer asseruerat, illos esse per sedem apostolicam oneratos. iii id. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 157. nº 94. — »Dilectum filium magistrum.«

(„ 13) — „ — (19264) N. N. in provincia Lugdunensi scribit inter cetera: »Solvite in pace decimam, solvite pariter et centesimam. Alioquin latas et ferendas sententias in rebelles ... usque ad satisfactionem condignam cum debito rigore iustitiae inviolabiliter observari praecipimus.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 159. nº 95, *fragm.*

„ 13 — „ — (19265) Carolum regem Siciliae hortatur, ut Manfredo ecclesiae inimico, civitati Tiburtinae insidianti in Campaniae et Maritimae gravissimum periculum, cum festinantia occurrat. iii id. Iul. aº 1º. ‖ Martene l. c. 160. nº 96. — »Gravis et ex.«

„ 14 — „ — (19266) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. ducatus Spoleti et marchiae Anconitanae rectori apostolicae sedis legato mandat, ut clericum Firmani episcopi in Monte sancto detentum

1265.

		ad suam mittat praesentiam et articulos de praefati episcopi malitiis, proditionibus et dolis. II id. Iul. a° 1°. ‖ Martene l. c. 160. n° 97. — »Succedentibus prosperis congaudemus.«
Iul. 14	Perusii	(19267) Archiepiscopo Cusentino et (Bertrando) episcopo Avinionensi concedit facultatem capiendi in Urbe adversarios ecclesiae et C(arolo) comiti Provinciae senatori Urbis ac faciendi eosdem in arto carcere. II id. Iul. (*num* Iun. *legendum?*) a° 1°. ‖ Martene l. c. 161. n° 98. — »Cum nonnulli filii.«
» 14	»	(19268) Episcopo Aretino mandat, ut ecclesiae hostibus de Cortona et alia terra sua in armis vel victualibus vel quibuslibet rebus aliis nullum impendat auxilium vel favorem. II id. Iul. a° 1°. ‖ Martene l. c. 161. n° 99. — »Cum hostes ecclesiae.«
» 14	»	(19269) Abbati et conventui monasterii s. Laurentii in Hildesleve ord. s. Ben. Halberstad. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. II id. Iul. a° 1°. ‖ Riedel Beiträge I. 45. n° 29; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXII. 435. n° 33. — »Cum a nobis.«
» 14	»	• (19270) Clemente IV incarica il vescovo Equillino di por termine alle differenze vertenti tra l'abate di Moggio e varii castellani del Friuli. ‖ Manzano Annali del Friuli III. 61.
» 16	»	(19271) M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. card. patrimonii b. Petri in Tuscia rectori apostolicae sedis legato mandat, ut solum factum Cornetanorum prosequatur iuxta traditam formam, contra Ortanos autem et Tudertinos ulterius minime procedat. XVII kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 162. n° 100. — »Cum hostis erectis.«
(» 16-18)	»	(19272) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. ducatus Spoleti et marchiae Anconitanae rectori apostolicae sedis legato mandat, ut, cum hoc tempore novae guerrae non placeant, convertat gladium in vaginam neque Urbinatibus bellum inferat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 162. n° 101. — »Intelleximus et non.«
(»)	»	(19273) Potestatem, capitaneum et commune Urbinates hortatur, ut, si S(imonem) cardinalem S. Martini in aliquo offenderint, eidem humiliter satisfaciant. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 162. n° 102. — »Quia ea de.«
» 18	»	(19274) M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. card. *etc.*, significat, se (Carolo) regi scribere, ut animositatis suae progressum freno reprimat rationis, et se cardinalibus in Urbe morantibus dare litteris in mandatis, ut ad id eum inducant. »Excusamus apud eundem Urbevetanorum angustias, Tuscanensium paupertatem *etc.*, et ex istis concludimus non mirandum, si de terra ecclesia minus habet auxilii quam speraret.« XV kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 163. n° 103. — Metuimus quod tu.«
» 18	»	(19275) Quinque cardinales qui sunt in Urbe rogat et hortatur, moneant et inducant C(arolum) regem Siciliae, ne se ipsum praecipitet, in hostes irruat et papam universalemque ecclesiam huic exponat discrimini, sed superveniens auxilium exspectans suam audaciam freno prudentiae interim cohibeat. XV kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 163. n° 104; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 25. — »Carissimi in Christo.«
» 18	»	(19276) (Ludovicum) regem Franciae hortatur, ut Carolo Siciliae regi germano suo, qui Romam sine pecunia et equis, cum decenti tamen comitiva pervenit, contra Manfredum quondam principem Tarentinum qui per repulsae opprobrium ipsum regem in sinu ecclesiae confundere satagat, subsidia conferat ac mutuum concedat integre ac sine damno aliquo ex decima in subsidium negotii solvenda rehabendum. XV kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 165. n° 105; Giudice Cod. dipl. I. 34; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 18. n° 24; *sine nota chronol.* Graevius Thesaur. antiq. Sicil. V. Pars: Descript. victor. per Carolum contra Manfred. 37, *perperam* Urbano IV *tributa.* — »Ad serenitatis tuae.«
» 19	»	(19278) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato mandat, caveat ne cum Anglicis sub praetextu mansuetudinis indiscrete falsae pacis tractatus admittat, »cum nulla Deo placere possit vel nobis, nisi dictus vir pestilens cum tota sua progenie de regno Franciae evellatur.« XIV kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 166. n° 106; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 25. 72. — »Benedictus Deus qui.«
» 20	»	• (19279) Archiepiscopis et episcopis, decanis et archidiaconis mandat, ut, cum fratres Hierosolymitani hospitalis nullum habeant episcopum et praelatum praeter Romanum pontificem et speciali praerogativa gaudeant libertatis, in praedictos fratres secundum Innocentii pp. IV privilegium (*vid.* n° 15277) excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare nullatenus praesumant. ‖ Solothurn. Wochenbl. f. 1828. p. 346.
» 21	»	(19280) Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus Minoribus omnia ordinis privilegia confirmat. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 130; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 19. n° 25; Pontoppidan Ann. eccles. Dan. I. 507; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 736. — »Virtute conspicuos sacri.«
» 22	»	(19281) I(ohannem) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. apostolicae sedis legatum hortatur, ut usque ad plenam convalescentiam Viterbii moram trahat. XI kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 167. n° 107. — »Qui tuas nobis.«

1265.

Iul. 22	Perusii	(19282) (Maurino) archiepiscopo Narbonensi opprobrat, quod sic sententias suas praecipitet, ut »nec cum laicis pacem habeat, nec cum fratribus et coepiscopis suis unitatem.« Miratur, quod Tolosanum episcopum ab eius et aliorum sententiis absolutum, cum in Narbonensem provinciam rediisset, nec citatum nec monitum innodare denuo attentavit. Rogat eum et hortatur, ut de cetero facta sua ponderet et verba dispenset. XI kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 167. n° 108; Gallia christ. VI. 78. — »A nostra non.«
» 23	»	(19283) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Thomasio Spiglati, Facio Iunctae *etc.* mercatoribus 2932 libras Turonenses ex decima collecta solvat. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 168. n° 109. — »Olim dilecti filii.«
» 23	»	(19284) Priori et fratribus ecclesiae b. Mariae V. Tolosanae ord. b. Mariae de Monte Carmeli donationem quarundam domorum ab Arnaldo dicto Vascofrenarius de Puteo clauso aliisque factam confirmat. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 31. n° 4. — »Cum a nobis.«
» 23	(»)	• (19285) Fratrem Sanguineum constituit primum rectorem hospitalis s. Andreae iuxta ecclesiam s. Mariae maioris, quod Petrus olim S. Georgii ad velum aureum diac. cardinalis suis opibus exstruxit. X kal. Aug. (a° 1°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 76.
» 25	»	(19286) Barcilionem Petri Bentevennae Tronalveri et Orlandinum Bonaventurae Perusinos fratrum Minorum provinciae s. Francisci procuratores et syndicos constituit. VIII kal. Aug. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 524. n° 7; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 24. n° 26. — »Cum dilecti filii.«
» 25	»	(19287) Patriarchae Ierosolymitani, archiepiscoporum et episcoporum, filiorum hospitalis s. Iohannis et domus militiae Templi Ierosolymitani magistrorum necnon et nobilium virorum Gaufredi de Sarginis et aliorum universorum baronum regni Ierosolymitani animos erigit eisque promittit auxilium ex parte (Ludovici) regis Franciae et O(ttonis) marchionis Brandeburgensis. VIII kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 169. n° 110; Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 39; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 88. n° 116. — »Quod permittente Domino.«
» 26	»	(19288) Regi Armeniorum ordinem hospitalariorum s. Iohannis commendat. VII kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 170. n° 111; Raynald. l. c. § 40. — »Quanto te Dominus.«
» 27	»	(19289) Abbati et capitulo generali Cisterciensi praecipit, ut corrigant quae in ordine Calatravensi monasterio Morimundi subiecto emendanda invenerint. VI kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 171. n° 112. — »Conquerente dilecto filio.«
» 30	»	(19290) G. marchioni Montisferrati significat, se, cum requirant expensas innumerabiles Hispania, Constantinopolis, Terra sancta, Prussia, Livonia et multae aliae regiones, et ipse in patrimonio et marchia ab hostibus suis continuo inquietetur, et fere totus sit orbis sub gladio, postulatum ab eo subsidium in militia vel pecunia dare non posse. III kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 172. n° 113; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 29. — »Etsi pia mater.«
» 31	»	(19291) Potestati, consilio et communi Radicofanensibus contra Senenses perfidos auxilium promittit. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 172. n° 114. — »Antiquae fidei quae.«
» 31	»	(19292) M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. card. patrimonii b. Petri in Tuscia rectori apostolicae sedis legato mandat, ut quicquid auxilii et consilii Radicofanensibus impendere poterit, ministrare nec differat nec postponat, »ne tam nobilis thesaurus ecclesiae negligi videatur.« II kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 173. n° 115. — »Eiulantibus coram nobis.«
» 31	»	(19293) Stephano de Vlastino (Vastino *G. chr.*) ord. Praed. inquisitori haereticae pravitatis in provincia Narbonensi significat, se (Guilelmo) Carcassonensi episcopo dedisse in mandatis, ut Arnaldo abbati monasterii s. Hilarii ord. s. Ben. Carcass. dioc. munus benedictionis impendat, eique praecipit ne praedictum Arnaldum propter haeresim in aliquo molestet. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 457; Mahul Cartul. V. 75. — »Constitutus in praesentia.«
» 31	»	(19294) Abbatissae et conventui monasterii s. Clarae Assisinat. ord. s. Clarae de indulgentia concessa earum ecclesiam in festo ipsius sanctae visitantibus significat. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 25. n° 27. — »Licet is de.«
(» —)	(»)	(19295) Priori provinciali Praedicatorum et ministris fratrum Minorum ordinum per regnum Franciae constitutis crucem contra soldanum Babyloniae praedicandam committit. *Absque nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 43; Ripolli Bullar. Praed. I. 467. n° 36; Sbaralea l. c. 26. n° 28. — »Expansis in cruce.«
Aug. 1	»	(19296) (Carolo) regi Siciliae significat, se ei subsidium ferre non posse; »necessarium igitur iudicamus, quod personas discretas duas mittas festinanter in Franciam ad (Ludovicum) regem et comitem fratres tuos nostrumque legatum, quae defectus tuos et nostros exponant diligenter eisdem, ut quicquid sit de exercitu, quem sine pecunia ne-

1265.

quis aliquatenus expectare, pecunia tibi sufficiens destinetur, et exprimas necessariam tibi summam.« Kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 173. n° 116; Giudice Cod. dipl. I. 36. — »Frequens nos et.«

Aug. 1 Perusii (19297) Archiepiscopo Cusentino concedit facultatem absolvendi ab excommunicatione redeuntes ad ecclesiae unitatem, qui prius M(anfredo) quondam principi Tarentino adhaerebant, necnon et illos qui in comitiva sunt vel erunt C(aroli) regis Siciliae, et qui pro violenta manuum iniectione in clericos religiosasque personas in canonem latae sententiae inciderunt. Kal. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 175. n° 117. — »Excommunicatis pro auxilio.«

» 3 » (19298) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano et M(atthaeo) S. Mariae in porticu diaconis cardinalibus scribit de obligandis pro C(arolo) Siciliae rege ecclesiarum Urbis possessionibus, exceptis tamen ecclesiis Lateranensi, s. Petri aliisque nonnullis basilicis; eorum consilium enixe postulat. III non. Aug. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 144; Martene l. c. 176. n° 118. — »Post recessum venerabilis.«

» 4 » (19299) Rectori, fratribus et sororibus hospitalis de Stendal Halberstadens. dioc. indulget, ut in capella sua absque alicuius contradictione sibi et familiae suae duntaxat possint facere celebrari divina, salvo in omnibus iure parochialis ecclesiae. II non. Aug. a° 1°. ‖ Lenz Brandenb. Urkunden I. 441, *male ad* a. 1378; Beckmann Beschreibung V. 1. c. 2 Sp. 125; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XV. 17. n° 22. — »Vestris supplicationibus inclinati.«

» 4 » (19300) Praeposito Havelbergensi de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat, ut fratres et sorores dicti hospitalis super his ab aliquibus molestentur. II non. Aug. a° 1°. ‖ Lenz l. c. 442; Riedel l. c. 1. Hauptth. XVI. 175. n° 619. — »Dilectorum filiorum fratrum.«

» 4 » (19301) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut 3000 librarum Turonensium Peregrino Sassinii *etc.* mercatoribus Florentinis, a quibus P(etrus) archidiaconus Senonensis camerarius papalis hanc summam pro necessitate negotii quod per C(arolum) Siciliae regem agatur, nomine mutui receperit, persolvat. II non. Aug. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 177. n° 119. — »Cum dilectus filius.«

» 5 » (19302) Eidem anxietatem suam in subventione C(aroli) regis Siciliae ministranda significat. Addit se non intelligere, cur consilia regis Francorum secutus decimam ad stipendiandos milites converterit; prius enim ordinandum fuisset, unde se rex Siciliae equis instrueret, unde se et suos stipendiarios in victualibus sustentaret, unde in Lombardia sibi amicos faceret, qui ei transitum praepararent. Non. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 178. n° 120. — »Visae tuae litterae.«

» 5 » (19303) Abbatissae et conventui monasterii s. Clarae Assisinat. ord. s. Clarae indulget, ne quis prope earum coenobium infra spatium 300 cannarum aedificet locum sacrum aut religiosum. Non. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 27. n° 29. — »Paci et quieti.«

» 5 » (19304) Generali, prioribus ac fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut nulli canonicam iustitiam seu portionem et quartam funeralem solvere teneantur. Non. Aug. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 31. n° 5. — »Necessitatibus vestris paterno.«

» 5 — Magistro et fratribus hospitalis s. Lazari Hierosol.: »Viterbii Non. Aug. a° 1°«. ‖ Cherubini Bullar. I. 132, *vid.* 1266. Aug. 5. n° 19790.

» 6 Perusii (19305) Episcopum Aretinum gaudere iubet, quod (Carolus) rex Siciliae eum nec plene visum nec cognitum in sui partem corporis et propter eum alios tam liberaliter admisit. Rogat eum, ut manum mittat ad fortia et utatur temporis opportunitate. VIII id. Aug. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 180. n° 121. — »Gaudium et exultatio.«

» 11 » (19306) Eidem mandat, ut Martinum iudicem de Reate de quadam cum eo materia locuturum cum mansuetudine suscipiat. III id. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 181. n° 122. — »Venientem ad tuam.«

» 11-13) (») (19307) Episcopum Baiocensem hortatur, ut in negotio quod inter ipsum et Robertum Maltum vertatur, cautum se reddat et sibi in eodem provideat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 181. n° 123. — »Ad scribendum fraternitati.«

(») (») (19308) Episcopo Atrebatensi mandat, ut litteras facultatis pro quodam magni usurarii filio ei missas respuat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 181. n° 124. — »Missas tuae fraternitati.«

(») (») (19309) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. ducatus Spoleti et marchiae Anconitanae rectori apostolicae sedis legato scribit, se nullum ei posse mittere subsidium: »quod si credis nos fontem habere pecuniae, qui quasi semper scaturiens nequeat exhauriri, falleris.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 182. n° 125. — »Litteras tuas vidimus.«

» 13 » (19310) (Iacobo) regi Aragonum gratias agit pro missis muneribus eumque hortatur, ut a cleri et ecclesiarum oppressionibus abstineat. Id. Aug. a° 1°. ‖ Martene l. c. 182. n° 126; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 31. — »Missa nobis tuae.«

1265.

Aug. 15 Perusii (19311) M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. card. patrimonii b. Petri in Tuscia rectori apostolicae sedis legato scribit, se scire pro certo, quae de subsidio Radicofani, de expeditione celeri negotii Cornetani, de civitate Reatina a reatu perfidiae praeservanda diversis temporibus ei scripserit. »Mentiti siquidem sunt nobis Radicofani dicentes, quod cum eis ab initio misisses aliquos in auxilium, omnes recesserant, adhuc stante exercitu contra ipsos« *etc.* XVIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 183. n° 127. — »Ex tuarum serie.«

» 15 » (19312) Eidem mandat, ut a Petro de Vico sub debito praestiti iuramenti requirat, ut arcem Vici vel Bletae [Bieda] ipsi reddat papae nomine expeditam et vacuam a suis hominibus. XVIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 184. n° 128. — »Satis hactenus nostrum.«

» 15 » (19313) (Ludovicum) regem Francorum rogat et hortatur, ut excessus, quos quidam homines castri Calvitionis senescalliae Bellicadri in Ranulphum Stephanum canonicum Nemausensem ord. s. Aug. priorem de Olonzanicis commiserunt, corrigat. XVIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 184. n° 129. — »Ad aures nostras.«

» 18 » (19314) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. committit ponderandum, an congruant tempori rigores circa factum Viterbiensium adhibiti, »cum vicinus sit hostis et circumvolet aurum eius, et sint homines modicae fidei in contractu.« XV kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 185. n° 130. — »Et processus et.«

» 19 » (19315) Philippo de Monte forti suum apud C(arolum) regem Siciliae patrocinium opportunis temporibus promittit. XIV kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 185. n° 131; Giudice Cod. dipl. I. 249. nota 3. — »Si hactenus tibi.«

» 20 » (19316) (Carolo) regi Siciliae formam mittit, sub qua pro eo possessiones ecclesiarum Urbis, licet non omnium, creditoribus obligari possunt. XIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 186. n° 132. — »Tuis nuntiis saepe.«

» 20 » (19317) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. significat, se propter pauperem statum suum S(imonem) tit. S. Martini presb. et M(atthaeum) S. Mariae in porticu diac. cardinales ad suum consilium revocaturum esse, et iam militiam quaerere ad terras proprias defendendas, donec (Carolo) regi Siciliae meliorem exitum, quam ostendat initium, videat. Addit, comitem Anguilariae captum esse. XIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 186. n° 133. — »Angit nos cogitatus.«

» 20 » (19318) C(arolo) regi Siciliae elargitur plenam et liberam licentiam ingrediendi regnum Siciliae et apprehendendi possessionem ipsius. XIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 187. n° 134; Giudice Cod. dipl. I. 44. — »Cum in te.«

» 20 » (19319) Universis Christifidelibus ecclesiam fratrum Minorum Veronensium in festo ss. martyrum Firmi et Rustici, quorum in dicta ecclesia corpora requiescunt, annuatim visitantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. XIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Biancolini Chiese di Verona VIII. 152; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 28. n° 30. — »Licet is de.«

» 21 » (19320) Fratribus ecclesiae s. Clarae de Assisio mandat, ut, cum ecclesiam eandem in die dominico videl. III kal. Sept. consecraturus sit, necessaria praeparent. XII kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 31. — »Cum in septimana.«

» 23 » (19321) (Ludovico) regi Franciae angustias (Caroli) regis Siciliae exponit enumerans, quid pro illo iam praestiterit; rogat eum, ut dicto fratri suo per inopiam in tam glorioso bello deficienti de pecunia subveniat. X kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 187. n° 135. — »Et temporis qualitas.«

» 23 » (19322) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato suas et ecclesiae occasione stipendiandorum militum angustias, camerae papalis tenuitatem pro negotio regni Siciliae exponit *etc.* X kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 189. n° 136. — »Tenoris eiusdem diversas.«

» 25 » (19323) Ottobono S. Adriani diac. card. inter alia significat: »Senenses abstulerant Urbevetanis duo castra et per biduum fuerunt ante Radicofanum. Postea retrocesserant, et audito quod rex Siciliae misit Urbevetanis auxilium, recessere confusi, et Urbevetani castris recuperatis intraverunt terram Senensium usque ad octo milliaria prope civitatem, et magna praeda abducta et villis campanis consumptis incendio redierunt« *etc.* VIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1264 § 71, *fragm.*

» 25 » (19324) Eidem scribit, Manfredum ecclesiae persecutorem usque ad Cellas venisse et civitatem Tiburtinam anhelare, proditores Cassianos se eidem reddidisse *etc.* »Rex autem Siciliae moratur in Urbe, cui necessitate urgente concessimus possessiones ecclesiarum Urbis pro mutuo obligare, ecclesiis s. Petri et Lateranensi et cardinalium et moniallium et hospitalium pauperum et castrorum arcibus dumtaxat exceptis; sed an inveniat dictum mutuum ignoramus. Brixia reddi debuit Mediolanensibus, ... Vitterbienses inquisitionem haereticae pravitatis male seu pessime tolerantes seditionem fecerunt rectore praesente *etc.* VIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 190. n° 137; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 29. n° 32; Giudice Cod. dipl. I. 45; *fragm.* ap. Raynald. l. c. ad a. 1265 § 25. — »In confectione praesentium.«

1265.

Aug. 27 Perusii (19325) (Theoderico) episcopo Gurcensi mandat, ut electionem Friderici de Walhen canonici Salzburgensis ecclesiae ord. s. Aug. in praepositum eiusdem, si canonice celebratam repererit, confirmet; alioquin *etc.* VI kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 30. n° 33. — »Rectae considerationis oculis.«

» 27 » (19326) Statuit, ut ecclesias, personatus, dignitates et beneficia, quae apud sedem apostolicam deinceps vacare contigerit, aliquis praeter Romanum pontificem conferre nullatenus praesumat. VI kal. Sept. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 743. n° 8. — »Licet ecclesiarum, personatuum.«

» 30 » (19327) Archiepiscopis et episcopis per Alemaniam constitutis mandat, ut asserentes non posse fratres Praedicatores et Minores sine parochorum assensu audire confessiones et populis praedicare, coerceant. III kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 31. n° 34. — »Ad audientiam nostram.«

» 30 » • (19328) Carolo regi Siciliae significat, se ei regnum Siciliae ad honorem Dei et sacrosanctae Romanae ecclesiae duxisse conferendum eumque de eodem solemniter per vexillum investiri fecisse. III kal. Sept. a° 1°. ‖ Galland Du franc-aleu 333, *fragm. teste* Bréquigny Table chronol. VI. 459.

» 31 Assisii (19329) (Guilelmo) episcopo Magalonensi mandat, ut partes suas interponat ad pacem et concordiam inter (Maurinum) archiepiscopum Narbonensem et (Raimundum) episcopum Biterrensem reformandam. II kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 191. n° 138. — »Cum sicut intelleximus.«

Sept. 1 » (19330) Guardiano fratrum Minorum Barchinonensium mandat, ut cum Geraldo de Monte Syrico et Laura filia Bertrandi de Villario ipsum quarto consanguinitatis gradu contingente dispenset, ut in contracto matrimonio remanere possint. Kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 32. n° 35. — »Apostolicae sedis providentia.«

» 1 (») • (19331) Udalrico Salzeburgensi indulget, ut ab excommunicatione absolutus archiepiscopatum cedat et episcopatum Seccowensem cum ecclesia in Piber retineat. Kal. Sept. a° 1°. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 229. n° 87.

» 2 — Bituricensi, Narbonensi ac Senonensi archiepiscopis: »Perusii IV non. Sept. a° 1°« — »De venenoso genere.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 26, *vid.* 1265. Nov. 2. n° 19429.

» 4 Assisii (19332) (Iacobo) regi Aragoniae gratias agit de liberatione Manfredi electi Veronensis, quem Manfredus quondam princeps Tarentinus persecutor ecclesiae detinuerat, eique R. archidiaconum Vicen(tinum) commendat. II non. Sept. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 192. n° 139. — »Devotionis tuae promptitudinem.«

» 4 » • (19333) Magistri et fratrum hospitalis Hierosolymitani ad instar Urbani pp. IV precibus inclinatus inhibet, ut ad contribuendum in aliquibus talliis, collectis aut pecuniae summis *etc.* minime teneantur nec ad id compelli possint. II non. Sept. a° 1°. ‖ K. v. R. Regest. der Iohann.-Comthurei Tobel 35. n° 8.

» 5 » (19334) M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. card. patrimonii s. Petri in Tuscia rectori apostolicae sedis legato excusat se, quod non possit facere quae ille petierat: »nec ad danda stipendia nunc sufficimus, nec C(arolum) regem Siciliae super dandis militibus duximus requirendum, quoniam si facultas adesset, a nobis potius adiuvari deceret. Per consequens non possumus ergo facere quod petisti.« Non. Sept. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 192. n° 140. — »Si ad omnem.«

» 6 » (19335) (Alphonso) regi Castellae et Legionis se excusat, quod non potuerit concedere, quae circa provisionem Toletanae ecclesiae postulaverat. VIII id. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 193. n° 141. — »Laeta nobis tuae.«

» 11 Perusii (19336) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut inquirat de statu monasterii Virziliacensis ord. s. Ben. Aeduens. dioc., quod in spiritualibus et temporalibus graviter collapsum ferebatur. III id. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 194. n° 142; Quantin Recueil 304. n° 622. — »Etsi nobis ex.«

» 12 » (19337) Carolum regem Siciliae, cum se contra Manfredum quondam principem Tarentinum persecutorem ecclesiae ac Sarracenos Luceriae magnifice accingat, totam eius terram necnon et terras eorum qui cum ipso contra Manfredum accesserint, sub b. Petri et sua protectione suscipit. II id. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 195. n° 143; Giudice Cod. dipl. I. 49. — »Cum tu fili.«

» 13 » (19338) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato scribit, episcopos et alios ecclesiarum praelatos Angliae, turbatione per Symonem de Monteforti comitem de Leicestria et alios magnates eiusdem regni suscitata, decimam ecclesiasticorum proventuum unius anni pro defensione regni eiusdem ac ecclesiae Anglicanae collegisse. Mandat ei, moneat episcopos et alios praefatos, ut aliquid de dicta decima disponere nullatenus praesumant, sed eam sine contradictione duobus praelatis assignent in defensionem huiusmodi secundum »tuam et ipsorum providentiam« convertendam. Id. Sept. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 97. — »Per nobilem virum.«

1265.

Sept. 13 Perusii (19339) Episcopos et alios ecclesiarum praelatos regni Angliae monet et hortatur, ut de decima in superiore epistola memorata nullo modo aliquid disponere praesumant, sed eam duobus praelatis, quos ad hoc O(ttobonus) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legatus duxerit deputandos, assignent *etc.* Id. Sept. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 98. — »Per nobilem virum.«

» 13 » (19340) Cassat, irritat et viribus decernit omnino carere confoederationes, promissiones, conventiones, permutationes et pacta omnia per (Henricum) regem Angliae et Edwardum primogenitum ipsius detentos in suae libertatis, dignitatis et iurium suorum praeiudicium cum Symone de Monteforti Leicestriae comite, complicibus vel fautoribus eius aut aliis eorum nomine inita sive apud Ossonias sive alibi, etiamsi sint iuramento vel quacumque alia firmitate vallata. Id. Sept. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 98; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 70. — »Olim in minori.«

» 13 » (19341) E(dwardo) primogenito (Henrici) regis Angliae scribit de eodem argumento eumque hortatur, ut ad eundem regem de tam detestandae servitutis ignominia liberandum omni studio innitatur. Addit, se O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato mandasse, ut archiepiscopos, episcopos *etc.* necnon barones, comites *etc.* et incolas regni Angliae moneat, »quod praedictorum Symonis et complicium sequela relicta praefato regi, cum liberatus fuerit, et tibi eius nomine interim plene obediant.« Id Sept. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 98. — »Gravi diutius regnum.«

» 13 » (19342) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato memorata in superiore epistola mandata dat et praecipit, ut praedictos Symonem, barones, magnates et alios eorum complices et fautores, donec in huiusmodi malitia sua perstiterint, pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis denunciet. Id. Sept. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 99. — »Gravi diutius regnum.«

» 13 » (19343) Eidem mandat, faciat ut episcopi et clerici, magnates, nobiles et locorum communitates a dicto Symone omnino recedant ac Edwardo primogenito regis Angliae, donec dictus rex suae antiquae et solitae libertati ac regiae dignitatis integritati fuerit restitutus, adhaereant et intendant. Id. Sept. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 100. — »Per nobilem virum.«

» 13 » (19344) Eidem mandat, moneat et inducat Leolinum principem Walliae, ut nonnulla castra et villas (Henrici) regis Angliae ac pupillorum in eiusdem regis custodia existentium, quae occupasse et etiam destruxisse dicatur, restituat et plenariam damna et iniurias passis de ipsis satisfactionem impendat, a Symone quoque de Monteforti comite eiusque complicibus sine dilatione recedat. Id. Sept. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 100. — »Per nobilem virum.«

» 13 » • (19345) Yvonem abbatem monasterii Cluniacensis absolvit a violatione iuramenti ab eo praestiti de eundo Romam singulo biennio. Id. Sept. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 132.

» 14 » (19346) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut praedicationi crucis in subsidium negotii regni Siciliae intendat. XVIII kal. Oct. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 196. n° 144. — »Rationem quare praedicationi.«

» 15 » (19347) Eidem scribit, se necessitatibus (Caroli) regis Siciliae subvenire non posse: »quomodo possit subsistere non videmus, nisi (Ludovicus) rex Franciae fratri suo subveniat dando mutuum sibi de decima suo tempore solvenda. XVII kal. Oct. a° 1°. ‖ Martene l. c. 199. n° 146. — »Considerato carissimi in.«

» 17 » (19348) Fratribus ordinis Minorum inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione Romaniae amplissimas concedit facultates contra haereticos eisque procedendi modum praescribit *etc.* XV kal. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 244; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 33. n° 36. — »Licet ex omnibus.«

» 17 » (19349) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Alamania omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. XV kal. Oct. a° 1°. ‖ De Geer Archieven I. 88. n° 100. — »Cum a nobis.«

(» 15-19) (») (19350) (Guidonem) Altissiodorensem episcopum monet et hortatur, ut cum (Carolo) rege Siciliae crucem sumere ac viriliter pro ipsius negotio laborare velit. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. II. 200. n° 147; Quantin Recueil 303. n° 619. — »Si ecclesiae Dei.«

» 19 » (19351) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato de sua in Angliam legatione, de crucis ibidem praedicatione et de Londonensis, Wigorniensis, Lincolniensis et Eliensis episcoporum absolutione mandata dat. XIII kal. Oct. a° 1°. ‖ Martene l. c. 200. n° 148. — »Laeta nobis et.«

» 20 » (19352) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Petro de Cassillaco mercatori de Montepessulano mille libras Turonenses, quas pro negotio regni Siciliae mutuaverat, persolvat. XII kal. Oct. a° 1°. ‖ Martene l. c. 201. n° 149. — »Contrahendi mutuum usque.«

» 20 » (19353) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis mandat, ut domum hospitalem, quam in honorem b. Remigii ad

1265.

sustentationem coecorum pauperum Ludovicus rex Francorum Parisius de novo construxerit, commendatam habeant eiusque nuntiis, cum pro requirendis fidelium eleemosynis ad partes ipsorum accesserint, consilium et iuvamen ministrent. xii kal. Oct. a° 1°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 269; Du Breul Theatre de Paris 723; Malingre Theatre de Paris 531. — »Circa opera pietatis.«

Sept. 21 Perusii (19354) Petro de S. Ylario ord. Praed. mandat, ut curam ecclesiae episcopalis Laodiciensis suscipiat. xi kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 456. n° 18. — »Commoda varia que.«

» 21 » (19355) Capitulo Laodiciensi mandat, ut praefatum Petrum de S. Ylario Laodiciensem episcopum devote suscipiant eique debitam obedientiam impendant. xi kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 457. n° 19. — »Ad honoris vestri.«

* *In eundem modum* Clero civitatis et diocesis Laodiciensis / » » » Populo » » » } ‖ Ripoll l. c. n° 20. 21.

» 21 » (19356) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Monte Lucido Perusin. ord. s. Dam. indulget, ut pro molendinis et aliis bonis suis, quae ecclesiastica debent immunitate defendi, ad subeundum onera publica et praestationes exhibendum minime teneantur vel compelli possint. xi kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 36. n° 37. — »Personis quae mundo.«

» 21 » (19357) Universis Christifidelibus, qui ad praefatum monasterium in vigilia et festo assumptionis b. Virginis causa devotionis accesserint, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. xi kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 38. — »Splendor paternae gloriae.«

» 22 » (19358) Abbati monasterii de Gozzich [Goseck] Halberstadens. dioc. mandat, ut praeposito et conventui monasterii s. Thomae in Lipz ord. s. Aug. Merseburgens. dioc. adversus praedonum et invasorum audaciam assistat. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. II. Hauptth. IX. 16. n° 20. — »Pium esse dinoscitur.«

» 22 » (19359) Monasterium Roskildense ord. s. Clarae sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Suhm Hist. af Danmark X. 984. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 22 » (19360) B. domino Baucii potestati Mediolanensi significat, se eum, etsi nec Pelavicini fautor nec damnorum ecclesiae a clero Mediolanensi illatorum autor extiterit, absolvere non posse. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 202. n° 150. — »Ad confusionem tibi.«

» 23 » (19361) C(arolo) regi Siciliae nunciat, se decrevisse, mittendum archiepiscopum Cusentinum in Lombardiam, ut eius auxilio et consilio militia de Galliarum partibus expectata et per Lombardiae fines transitura adiuvetur. ix kal. Oct. a° 1°. ‖ Martene l. c. 203. n° 151. — »Lombardiae statu tempestatibus.«

» 23 » (19362) Archiepiscopo Cusentino mandat, ut ad sedem apostolicam veniat iter suum exinde versus Lombardiae partes directurus et in occursu venientis militiae consolatione sua laetificaturus eandem. ix kal. Oct. a° 1°. ‖ Martene l. c. 203. n° 152. — »Lombardiae statu tempestatibus.«

» 24 » (19363) Ecclesiam s. Urbani Trecensis, quae ecclesiae Romanae constructa sumptibus et dotata est, in ius et proprietatem b. Petri et sedis apostolicae assumit eamque ab omni iurisdictione ac dominio episcopi Trecensis, archiepiscopi Senonensis et cuiuslibet alterius totaliter et perpetuo eximit, *etc.* viii kal. Oct. indict. IX. incarn. dom. a° 1265. pont. a° 1°. ‖ Martene l. c. 204. n° 153; Duchesne Hist. de cardin. franç. II. 194. — »Etsi universae orbis.«

» 24 » (19364) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Gilbertum Gloverniae comitem excommunicatum, cum Edwardo (Henrici) regis Anglorum primogenito, rege ipso per comites et magnates Angliae adhuc pro eorum voluntate detento, contra Symonem de Monteforti Leycestriae comitem eiusque complices constanter adhaeserit et ad liberationem ipsius regis viriliter laboraverit, absolvat. viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 100. — »Sicut tua discretio.«

» 24 » (19365) Eidem mandat, deputet duos praelatos ad decimam ecclesiasticorum proventuum unius anni, quam episcopi et alii ecclesiarum praelati Angliae pro defensione regni ac ecclesiae Anglicanae collegerunt, recipiendam de (Henrici) regis Anglorum voluntate, ut ipsorum providentia in defensionem et ad obtinendas restitutiones quas E(dwardus) regis primogenitus constanter prosequatur, utiliter convertatur. viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 101. — »Per quondam Symonem.«

» 26 » (19366) Fratrum ordinis b. Mariae de Monte Carmeli protectionem suscipit eosque a solutione decimarum eximit. vi kal. Oct. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 32. n° 6. — »Speciali gratia et.«

» 27 » (19367) (Henrico) episcopo Brandenburgensi mandat, ut inquirat, an praepositus et capitulum ecclesiae Lyzekensis in electione pontificis Brandenburgensis ecclesiae ius ha-

1265.

beant, et decernat, quod canonicum fuerit. v kal. Oct. a° 1°. ‖ Gercken Stifts-Historie 472. n° 58; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VIII. 166. n° 92. — »Dilecti filii praepositus.«

Sept. 27 Perusii (19368) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Albertino Rote, Lotterio Ferucii et aliis nominatis mercatoribus Florentinis 5000 librarum Turonensium, quae P(etrus) archidiaconus Senonensis camerarius papalis pro necessitatibus ecclesiae Romanae ab eis receperit, de decima ecclesiasticorum proventuum regni Franciae persolvat. v kal. Oct. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 208. n° 154. — »Cum dilectus filius.«

» 27 » (19369) Magistro, prioribus et fratribus ordinis Praedic. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesias in dedicationibus ipsarum et anniversario dedicationum earum die necnon in b. Mariae V., ss. Dominici conf. et Petri Martyris *etc.* visitaverint, indulgentiam 100 dierum concedere. v kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 457. n° 22. — »Loca sanctorum omnium.«

» 28 » (19370) Monasterio s. Georgii maioris de Venetiis ord. s. Ben. concedit, ne quis decimas emortuales exigat ab ipso pro eis, qui ibidem se ac bona sua Deo obtulerunt et in eodem monasterio defuncti sunt. iv kal. Oct. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 250. — »Religionis vestre favor.«

» 29 » (19371) Ministro provinciali ord. Minor. in administratione b. Francisci mandat, ut eligat duos fratres, quibus inquisitionis officium in Spoletana, Fulginate, Assisinate *etc.* civitatibus et diocesibus conferat. iii kal. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 248; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 37. n° 40. — »Licet ex omnibus.«

» 29 » (19372) Ministro provinciali ord. Minor. in administratione Provinciae mandat, ut in partibus comitatus Provinciae et Forcalquerii terrisque K(arolo) regi Siciliae et etiam in civitate Avenionensi duos constituat inquisitores contra haereticam pravitatem. iii kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 38. n° 41. — »Prae cunctis nostrae.«

» 30 » (19373) Ecclesiam monasterii s. Clarae Wratislaviensis ord. s. Dam. qui in anniversario die dedicacionis eiusdem et in festo b. Clarae *etc.* nec non in festivitatibus s. Crucis visitaverint annuatim, eis indulgentiam 100 dierum concedit. ii kal. Oct. a° 1°. ‖ Knoblich Herzogin Anna von Schlesien. Diplom. 31. n° 25. — »Consecrationes ecclesiarum in.«

» 30 » (19374) Abbati et conventui monasterii de Melros Cisterc. ord. Glasguens. dioc. mandat, ne de cetero fratres ord. Praedic. recipere praesumant. ii kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 458. n° 23. — »A vestra sollicite.«

• 4	•	Episcopo Albanensi, Archerio tit. S. Praxedis *etc.* »IV. Ianr. a° 1°«. ‖ Tutini Discorsi I. 80, *vid.* 1265. Dec. 29. n° 19495.
• 5	•	(19513) Berengario electo in abbatem monasterii s. Aegidii ord. s. Ben. Nemausens. dioc. eiusque successoribus concedit licentiam, ut ecclesias in villa de s. Aegidio eiusque suburbiis constitutas, cum per effusionem sanguinis vel seminis eas violari contingat, aqua per episcopum benedicta reconciliare possit. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 86. — »Ex parte tua.«
• 7	•	(19514) R(adulfo) episcopo Albanensi et A(nchero) tit. S. Praxedis presb., G(ottifredo) S. Georgii ad velum aureum et M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. cardinalibus vel illis, qui ex eis reperientur in Urbe, mandat, inducant C(arolum) regem Siciliae, ut Urbis vicario iniungat, ne de cetero inquietet fideles ecclesiae Romanae qui in Castro Asperae habitant. VII id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 263. n° 214; Giudice Cod. dipl. I. 93. nota 2. — »Cum quidam ex.«
• 7	•	(19515) C(arolum) regem Siciliae obiurgat de excessibus ab eo eiusque officialibus commissis. »Quotiens ista (scandala tibi) scribimus, tuo negas facta mandato, nihil tamen revocas nec excessum punis mandantium, nec eos, quibus iniusta sub tui nominis terrore mandantur, de voluntati tuae contrario verbo vel litteris certioras .... Scire te volumus, non ad hoc te vocatum, ut aliorum imiteris errores, non ut ecclesiae ius absorbeas, sed tuo iure contentus et Romanam primo et principaliter et alias consequenter defendas ecclesias.« Porro queritur de eius in Urbe vicario, qui fideles sedis apostolicae in Castro Asperae in Sabinia inquietet. VII id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 264. n° 215; Giudice l. c. 92; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 6. — »Saepe nobis immo.«
• 9	•	(19516) Consulibus et universitati hominum Montispessulani Magalon. dioc. indulget, ut extra diocesim super eis quae infra eandem habent aut super actionibus personalibus, dummodo infra diocesim ipsam parati extiterint de ipsis conquerentibus coram competenti iudice iustitiae plenitudinem exhibere, nequeant ad iudicium evocari. V id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 265. n° 216. — »Sincerae devotionis integritas.«
• 10	•	(19517) C(arolum) regem Siciliae monet et hortatur, ut abbatem S. Polycarpi Narbonens. dioc. et eius familiam, qui sub sedis apostolicae securitatis fiducia ad eum venerant, sed ab eo iniuste detinebantur, ad curiam Romanam remittat liberos et securos. IV id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 266. n° 217. — »Dilectum filium abbatem.«
• 10	•	(19518) Archiepiscopo Cusentino mandat, ut liberationem abbatis S. Polycarpi et eius familiae per censuram ecclesiasticam procuret. IV id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 266. n° 218. — »Miramur plurimum te.«
• 11	•	(19519) C(arolo) regi Siciliae consulit, ut prudentibus utatur consiliariis, et specialiter inter illos (Guidoni) Altissiodorensi episcopo et P. Cambellano milite, »qui te nunquam decipient.« Porro ei scribit de querela L(udovici) regis (Franciae), quem gabella, quam Carolus percipiebat de sale terrae ipsius, graviter scandalizabat. III id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 267. n° 219; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 68. n° 62; Giudice Cod. dipl. I. 94; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 7. — »Profecturum ad bellum.«

		1265.
		Matthaeo S. Mariae in porticu diaconis cardinalibus significat, se eos ad peragenda Caroli regis Siciliae et Beatricis reginae uxoris eiusdem coronationis et inunctionis solemnia elegisse, committens eis, ut episcopus Albanensis regem et reginam inungat, alii autem eisdem coronas regni Siciliae tribuant. IV kal. (*om. Tut., Rayn.*) Ianr. a° 1°. ‖ Coquelines Bullar. III. 444; Giudice Cod. dipl. I. 81; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 760; *omisso initio* Tutini Discorsi I. 80; Raynaldi Ann. ad a. 1266. § 2. — »Rex regum et.«
Dec. 30	Perusii	(19496) Carolo regi Siciliae, qui petiverat ut ipsum et reginam uxorem suam coronaret, significat, se Rodulphum Albanensem episcopum *etc.* ad huiusmodi coronationis et inunctionis solemnia peragenda in urbem, in qua rex moretur, duxisse destinandos. III kal. Ianr. a° 1°. ‖ Coquelines l. c. 448; Giudice l. c. 83; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 762. n° 14. — »Odorem agri pleni.«
» 30	»	(19497) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Hugoni Iacobi, Reustauro Iuncte *etc.* mercatoribus Senonensibus 500 libras Turonenses, quas Petrus archidiaconus Senonensis nomine Romanae ecclesiae a Bonaventura Bernardini eiusque sociis mutuaverat, de pecunia ex proventibus decimae, quae in regno Franciae pro regni Siciliae negotio colligatur, persolvat. III kal. Ianr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 258. n° 208. — »Cum dilectus filius.«
» 30	»	(19498) Abbati S. Ruffini et priori fratrum Praedicatorum Mantuanis mandat, ut in Gerardum abbatem monasterii s. Benedicti de Padoliron ord. s. Ben. Mantuan. dioc. propter dilapidationem bonorum praefati monasterii diffamatum inquirant. III kal. Ianr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 467. n° 35. — »Commissi nobis cura.«
» 31	»	(19499) G(uidoni) tit. S. Laurentii in lucina presb. card. apostolicae sedis legato opprobrat, quod non contentus provinciis Alemanniae ei et S(imoni) S. Adriani diacono cardinali distributis nunc ad Angliam anhelat. »Petitionem tuam ad praesens non duximus admittendam. Illud quidem te decet attendere, quod ad regnum Daciae principaliter destinatus ex quadam necessitate sortitus es alia, quae ad regnum pertinent excellentius, nec oportet totam Germaniam adiici Dacorum negotio, quod sine tanto terrarum numero feliciter poterit expediri.« II kal. Ianr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 259. n° 209. — »Visis tuae dilectionis.«
» 31	»	(19500) C(arolo) regi Siciliae scribit, se, ut eius possit necessitatibus aliquatenus subveniri, ad obtinendum maiorem pecuniae quantitatem mercatoribus vasa aurea et argentea cum pretiosis lapidibus et generaliter totum thesaurum ecclesiae obligavisse pro 50000 libris Turonensibus. »Venit demum ad nos secretissimus, qui nobis dixit, quod acriores solito parantur insidiae vitae tuae, quas parant illi quorum non vitas accessum. Conservet ergo te Dominus.« II kal. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 260. n° 210; Giudice Cod. dipl. I. 85. — »Quamdiu super mutuo.«
» 31	»	(19501) Archiepiscopo Ravennati mandat, ut ad vendicandam necem sui spiritualis filii G(uidonis) Saxenatensis episcopi Cisterc. ord. et iniuriam illatam Saxenatensi ecclesiae ulciscendam viriliter et potenter se accingat. II kal. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 662. — »Exitiale facinus, piaculare.«
» 31	»	(19502) Simoni tit. S. Martini presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut adversus sacrilegos, qui G(uidonem) Saxenatensem episcopum immaniter iugulaverunt eiusque corpus crudeliter in frusta diviserunt, insurgens ad sumendum vindictam de ipsis debitam (poena sanguinis prorsus excepta) devotos ecclesiae in exercitum congreget et ad profligationem illorum destinet. II kal. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli l. c. 663. — »Vox horroris et.«
—	»	• (19503) Potestati, universitati et communi Firmanis praecipit, ut nullo modo adhaereant Manfredo quondam principi Tarentino manifesto ecclesiae Romanae persecutori et ipsius fautoribus *etc.* A° 1°. ‖ Cronache della città di Fermo 430. n° 298.
—	—	(19504) Ludovico regi Francorum Narbonensem ecclesiam commendat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 30. — »Privilegium amoris praecipui.«
—	—	(19505) Nobiles Urbis laudat, quod in tantae persecutionis instantia, exterius hostibus debaccantibus et in Urbe forte latentibus, ad defensionem Urbis (Carolum) comitem Provinciae elegerunt. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. II. 106; Vitale Senatori di Roma 138. — »Devotionem et fidem.«
—	—	(19506) Vicario Urbis opprobrat, quod ecclesiam Lateranensem effregit et quendam tenet presbyterum compeditum. Litteris eius respondet, »quod presbyterum illum restitui nobis volumus vel rectoribus nostris in Urbe nostro custodiendum nomine, cum nobis de ipsius excessu constiterit pro meritis recepturum.« Praeterea ei omnem spem obtinendae a se pecuniae praescindit et dicit, se nolle ut Romana ecclesia pro subventione procuratoris (Caroli) comitis Provinciae (cui 5000 librarum Turonensium mutuavit) obligetur. Ceterum »ad praesens tibi parcere volumus, cum nobis iam aliter sufficienter duxerimus providendum.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 107. n° 13. — »Scripsimus tibi nuper.«

		1265.
—	—	(19507) Capitaneo, ancianis, consulibus et collegio mercatorum Lucensium spem offert propinqui subsidii, »quia scimus angustias quae vos obsident.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 108. n° 14. — »Pium propositum quod.«
—	—	(19508) K(arolo) Siciliae regi commendat reaedificationem civitatis Aquilae, quae »propter colligationes impietatis ut firmiter creditur, redacta est in cinerem et favillam.« *Sine nota chronol.* ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 524. — »Clamant ad aures.«
		1266.
Ianr. 1	Perusii	(19509) Manetto generali ministro et fratribus Servis s. Mariae matris Christi ord. s. Aug. concedit facultatem capiendi apostatas sui ordinis et eos subdendi disciplinae rigori. Kal. Ianr. a° 1°. ‖ Gianii Annal. I. 97. — »Vestrae devotionis preces.«
» 1	»	(19510) Archiepiscopo Tyrensi apostolicae sedis legato mandat, ut nullum Senensem, Florentinum vel Italicum alium excommunicationis sententia innodatum sine speciali mandato ab eadem absolvat. Kal. Ianr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 261. n° 211. — »Cum Senenses prae.«
» 1	»	(19511) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut de proventibus decimae *etc.* Hugoni et Raynerio Iacobi, Facio, Ristauro et Guidoni Iuncte *etc.* mercatoribus Senensibus 10500 libras ac 50000 libras persolvat. Kal. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 262. n° 212. — »Cum dilectus filius.«
» 3	»	(19512) Gaufrido de Bello Monte cancellario Baiocensi apostolicae sedis legato mandat, ut a suscepto in Lombardia legationis officio propter statum terrae instabilem et ecclesiarum paupertatem ad curiam redeat inde se translaturus ad regem (Siciliae). III non. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 263. n° 213; *cf.* Lello Hist. di Monreale (II.) 20. — »Lombardiae status si.«
» 4	»	Episcopo Albanensi, Archerio tit. S. Praxedis *etc.* »IV. Ianr. a° 1°«. ‖ Tutini Discorsi I. 80, *vid.* 1265. Dec. 29. n° 19495.
» 5	»	(19513) Berengario electo in abbatem monasterii s. Aegidii ord. s. Ben. Nemausens. dioc. eiusque successoribus concedit licentiam, ut ecclesias in villa de s. Aegidio eiusque suburbiis constitutas, cum per effusionem sanguinis vel seminis eas violari contingat, aqua per episcopum benedicta reconciliare possit. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 86. — »Ex parte tua.«
» 7	»	(19514) R(adulfo) episcopo Albanensi et A(nchero) tit. S. Praxedis presb., G(ottifredo) S. Georgii ad velum aureum et M(atthaeo) S. Mariae in porticu diac. cardinalibus vel illis, qui ex eis reperientur in Urbe, mandat, inducant C(arolum) regem Siciliae, ut Urbis vicario iniungat, ne de cetero inquietet fideles ecclesiae Romanae qui in Castro Asperae habitant. VII id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 263. n° 214; Giudice Cod. dipl. I. 93. nota 2. — »Cum quidam ex.«
» 7	»	(19515) C(arolum) regem Siciliae obiurgat de excessibus ab eo eiusque officialibus commissis. »Quotiens ista (scandala tibi) scribimus, tuo negas facta mandato, nihil tamen revocas nec excessum punis mandantium, nec eos, quibus iniusta sub tui nominis terrore mandantur, de voluntati tuae contrario verbo vel litteris certioras .... Scire te volumus, non ad hoc te vocatum, ut aliorum imiteris errores, non ut ecclesiae ius absorbeas, sed tuo iure contentus et Romanam primo et principaliter et alias consequenter defendas ecclesias.« Porro queritur de eius in Urbe vicario, qui fideles sedis apostolicae in Castro Asperae in Sabinia inquietet. VII id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 264. n° 215; Giudice l. c. 92; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 6. — »Saepe nobis immo.«
» 9	»	(19516) Consulibus et universitati hominum Montispessulani Magalon. dioc. indulget, ut extra diocesim super eis quae infra eandem habent aut super actionibus personalibus, dummodo infra diocesim ipsam parati extiterint de ipsis conquerentibus coram competenti iudice iustitiae plenitudinem exhibere, nequeant ad iudicium evocari. V id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 265. n° 216. — »Sincerae devotionis integritas.«
» 10	»	(19517) C(arolum) regem Siciliae monet et hortatur, ut abbatem S. Polycarpi Narbonens. dioc. et eius familiam, qui sub sedis apostolicae securitatis fiducia ad eum venerant, sed ab eo iniuste detinebantur, ad curiam Romanam remittat liberos et securos. IV id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 266. n° 217. — »Dilectum filium abbatem.«
» 10	»	(19518) Archiepiscopo Cusentino mandat, ut liberationem abbatis S. Polycarpi et eius familiae per censuram ecclesiasticam procuret. IV id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 266. n° 218. — »Miramur plurimum te.«
» 11	»	(19519) C(arolo) regi Siciliae consulit, ut prudentibus utatur consiliariis, et specialiter inter illos (Guidoni) Altissiodorensi episcopo et P. Cambellano milite, »qui te nunquam decipient.« Porro ei scribit de querela L(udovici) regis (Franciae), quem gabella, quam Carolus percipiebat de sale terrae ipsius, graviter scandalizabat. III id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 267. n° 219; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 68. n° 62; Giudice Cod. dipl. I. 94; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 7. — »Profecturum ad bellum.«

1266.

Ianr. 11 — Perusii — (19520) Eundem rogat et hortatur, ut Senensibus et aliis extrinsecis fidelibus et Marchianis militiam aliquam dimittat ad tempus, si possit. III id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 268. n° 220. — »Vexamur a Senensibus.«

„ 12 — „ — (19521) Eundem rogat, ut Barralum Baucii dominum eius lateri assistere aut 200 militibus praefici cupientem ab officio potestatis Mediolanensis revocet. II id. Ianr. a° 1° ‖ Martene l. c. 268. n° 221. — »Longis attritos laboribus.«

„ 13 — „ — (19522) Repetit Alexandri IV n° 17536 d. d. 1259. Apr. 18: »Id. Ianr. a° 1°.« — »Ne inquisitionis negotium.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 469. n° 37.

„ 18 — „ — (19523) Repetit n° 14592: »XV kal. Febr. a° 1°.« — »Ad extirpanda de.« ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 257; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 69. n° 63; Cherubini Bullar. I. 132; Ripoll l. c. n° 38; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 763. n° 15.

„ 19 — „ — (19524) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut mercatoribus Se(no)nensibus 60500 libras Turonenses persolvat et provideat de 55000 libris Turonensibus ad tardius citra festum s. Iohannis bapt. persolvendis. XIV kal. Febr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 269. n° 222. — »Nuper tibi nostris.«

„ 21 — „ — (19525) Belam regem Hungariae rogat, ut Timotheum Zagabriensem episcopum, cui hactenus adversarius fuit, episcopatu pacifice frui sinat, licet ignobili loco natus sit. XII kal. Febr. a° 1°. ‖ Martene l. c. 271. n° 223; Theiner Mon. Hungar. I. 281. n° 515. — »Rerum providus omnium.«

(„ 21) — („) — (19526) C(arolo) regi Siciliae scribit, Senenses pro eo pecuniam congregavisse »quam parati invenient tui nuncii quos expectant.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 273. n° 224. — »Non negamus quam.«

(„) — („) — (19527) Eidem se excusat de impotentia maiora subministrandi subsidia. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 274. n° 225; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 9. — »Nec montes nec.«

(„) — („) — (19528) Custodem carceris Tulliani verbis exhortatoriis ad prudentiam incitat, *e. g.*: »Praesides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales non admittant; nam ex conversatione aequalis contemtus nascitur dignitatis« *etc.* *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 275. n° 227. — »Scribit piscator custodi.«

„ 21 — „ — (19529) Timotheum Zagabriensis ecclesiae praelatum, quem (Bela) rex Ungariae ob ignobilitatem reiiciendum censuit, acriter tuetur. XII kal. Febr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 38 *non integra*; Katona Hist. crit. VI. 448; Fejér Cod. dipl. IV. III. 358. — »Rerum providus omnium.«

„ 22 — „ — (19530) Gaufredo de Bellomonto cancellario Baiocensi scribit, Raymundi Bertrandi haeretici et mendacis relatibus non facile credendum esse. XI kal. Febr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 276. n° 228; *cf.* Lello Hist. di Monreale (II.) 20. — »Per Raymundum Bertrandum.«

„ 23 — „ — • (19531) Fratribus Praedicatoribus S. Vincentii in Castris dioc. Albiensis ecclesiam s. Vincentii de Castris, quam eis Bernardus de Combreto episcopus Albiensis V kal. Iun. 1258 perpetuo concessit, auctoritate apostolica confirmat. X kal. Febr. pont. a° 1°, verbi autem incarnati a° 1265. ‖ Bern. Guidonis Hist. fund. convent. Praedic. ap. Martene Ampl. collect. VI. 500.

„ 28 — „ — (19532) Abbatibus S. Pauli Carinthiensis et de Raitenhaslach mandat, moneant ac inducant Pernhardum et Hainricum de Phanneberch comites et alios nobiles et milites, qui »nonnulla castra, praedia et decimas ad ecclesiam Salzeburgensem spectantia detinent contra iustitiam occupata et praeter hoc ipsi ecclesiae per incendia et rapinas ac alias etiam damna gravia .... irrogarunt«, ut illa Wlodizlao electo Salzeburgensi restituant et de damnis eidem ecclesiae irrogatis plenam satisfactionem impendant. V kal. Febr. a° 1°. ‖ Chmel *in* (Wiener) Jahrb. d. Literat. CVIII. (1844) 177. — »Petitio dilecti filii.«

„ 30 — „ — (19533) (Guillelmo) archiepiscopo Senonensi et eius suffraganeis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis per Senonensem provinciam constitutis praecipit, ut illos, qui possessiones monasterii Vallis Sarnaii ord. Cisterc. Parisiens. dioc. invaserint *etc.*, excommunicent. III kal. Febr. a° 1°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. II. 616. — »Non absque dolore.«

Febr. 2 — „ — (19534) (Dominico) episcopo Abulensi mandat, ut episcopalem sedem, quae apud civitatem Sydonam in regno Ispalensi fuit antiquitus, transferat ad insulam Gadicensem ad locum Galiz dictae civitati vicinum ac ecclesiam s. Crucis loci eiusdem in cathedralem erigat. IV non. Febr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 70. n° 64; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 34. — »Cum tibi ad.«

„ 4 — „ — (19535) Priori et conventui monasterii de s. Aegidio ord. s. Ben. Nemausens. dioc. sigillum donat argenteum. II non. Febr. a° 1°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 203; Ménard Hist. de Nismes I. pr. 87. — »Etsi ecclesiarum omnium.«

1266.

Febr. 5 — Perusii — (19536) B(erengario) abbati eiusdem monasterii concedit facultatem absolvendi clericos et laicos in villa s. Aegidii commorantes, qui pro violenta in religiosas personas aut clericos saeculares manuum iniectione excommunicationis sententiam incurrerunt *etc.* Non. Febr. a° 1°. ‖ Ménard l. c. pr. 87. — »Ut eo gratiosior.«

„ 6 — „ — (19537) Episcopo Dunblanensi et abbati monasterii de Driburg S. Andreae dioc. et magistro Rogero de Derby praecentori ecclesiae Aberdonensis causam vertentem inter abbatem conventumque monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasguens. dioc. et episcopum capitulumque Glasguenses super potestate et iurisdictione exercenda in monasterio quod Crosragmol vocatur, committit inquirendam et terminandam. VIII id. Febr. a° 1°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 422. — »Sua nobis dilecti.«

„ 9 — „ — (19538) (Iohanni) episcopo Pragensi mandat, moneat et inducat Henricum comitem palatinum Reni ducem Bavariae, ut terras et possessiones ad Salzeburgensem sedem spectantes, quas occupaverit et detineat occupatas, Wlodizlao electo Salzburgensi sine difficultate restituat, eum ad id si necesse fuerit per excommunicationis et interdicti sententias compellendo. V id. Febr. a° 1°. ‖ Chmel *in* (Wiener) Jahrb. der Literat. CVIII. (1844) 176; Erben Reg. Bohem. II. 197. n° 510. — »Significavit nobis dilectus.«

„ 9 — „ — (19539) (Ottakaro) Boemiae regi de superiore ad episcopum Pragensem epistola significat eumque rogat, ut memorato episcopo super hoc auxilium et consilium largiatur. V id. Febr. a° 1°. ‖ Chmel l. c. 176; Erben l. c. n° 511. — »Pro favore regio.«

„ 9 — „ — (19540) Episcopo Caesaraugustano mandat, ut causam inter priorem capitulumque saecularis ecclesiae s. Mariae maioris Calataiubi et universitatem hominum de Villiella Tirasonens. dioc. super quodam furno, molendino et rebus aliis vertentem fine debito decidat. V id. Febr. a° 1°. ‖ España sagr. XLIX. 435. — »Conquesti sunt nobis.«

„ 11 — „ — (19541) Episcopis ac abbatibus, prioribus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Remensem provinciam constitutis praecipit idem, quod legitur in n° 19533. III id. Febr. (a° 1°). ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. II. 618. n° 664. — »Non absque dolore.«

„ 11 — — — Stephanum Colocensem electum: »Viterbii III id. Febr. a° 1°«. ‖ Katona Hist. crit. VI. 452, *vid.* 1268. Febr. 11.

„ 12 — Perusii — (19542) Ministro et fratribus ord. Praedic. necnon ministro generali ord. Minor. concedit, ut in temporalibus bonis, in quibus succederent in saeculo existentes, licite possint succedere et bonorum ipsorum possessionem apprehendere. II id. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 470. n° 39; Wadding Ann. Minor. IV. 521. n° 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 71. n° 65; Cherubini Bullar. I. 127; Liljegren Svenskt dipl. I. 424. n° 501; *cf.* Celse Appar. 82. n° 5; Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 106. n° 309; Manzano Annali del Friuli III. 62. — »Obtentu divini numinis (nominis *Rip.*).«

1265. Febr. 15 — 1266. Febr. 14.

„ — • (19543) Archiepiscopo Bremensi mandat, curet ut fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. elemosynas recipiant, quae eis ab apostolica sede concessa sint. *Sine die et mense.* A° 1°. ‖ Schirren Verz. livländ. Gesch.-Quellen 132. n° 136.

1266.

„ 15 — — — Nicolao capellano: / R(adulfo) episc. Albanensi: } »Viterbii XV kal. Mart. a° 2°«. ‖ Martene Thes. anecd. II. 450. n° 440, p. 451. n° 441, *vid.* 1267. Febr. 15. n° 19946 et n° 19947.

„ 17 — Perusii — (19544) C(arolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut quibusdam Avenionensibus et Arelatensibus in Urbe, qui equis quos adduxerant vel morte sublatis vel ob vitae necessitatem distractis res suas necessario vendiderant, subveniat aut saltem redeundi licentiam det. XIII kal. Mart. a° 2°.*) ‖ Martene Thes. anecd. II. 276. n° 229. — »Quia iuxta sapientis.«

*) Cum nota: *Al.:* 1°.

„ 17 — „ — (19545) (Iacobi) regis Aragoniae et Terisiae matrimonium, quod »licet verum non fuerit matrimonium, sic tamen initiatum extitit, ut verum et consummatum fieret carnali copula subsequuta,« solvere recusat. »An credis quod si omnes reginae per mundi climata constitutae leprosae fierent, daremus regibus ob hanc causam licentiam cum aliis mulieribus contrahendi?« XIII kal. Mart. a° 2° (1° *Rayn.*). ‖ Martene l. c. 277. n° 230; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 27, *omisso exordio*; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1266 § 12. XIII. 724. — »Quanto personam tuam.«

„ 17 — „ — (19546) Eidem ad triennium decimas contra Sarracenos concedit. XIII kal. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 278. n° 231. — »Cum grassantibus in.«

1266.

Febr. 18 | Perusii | (19547) (Rodulpho) episcopo Albanensi in regno Siciliae apostolicae sedis legato concedit facultatem, ut in suae legationis officio uti possit ope fratrum Praedicatorum et Minorum. XII kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 72. n° 66. — »Desiderantes ut negotium.«

» 18 | » | (19548) Hugoni comiti Ruthenensi concedit, ut eius capellanus secum possit habere altare portatile. XII kal. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 1812. n° 1; Bullar. magn. Roman. (Luxemb.) IX. 73. n° 4. — »Quia Deo et.«

» 19 | » | (19549) Abbati et conventui Vallium Sarneii omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. XI kal. Mart. a° 2°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. II. 635 *perperam ad* a. 1267. — »Cum a nobis.«

» 20 | (») | * (19550) Confirmat Gratiam ex archidiacono Ravennatensi ab archiepiscopo Ravennate tamquam capituli compromissario electum in Sassenatensem episcopum. X kal. Mart. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 663.

» 20 | » | * (19551) Canonicis Pinguensis ecclesiae ordinationes eis ab Arnaldo et Wernhero archiepiscopis Moguntinis a° 1264 Apr. 17 factas confirmat. X kal. Mart. (a° 2°). ‖ Würdtwein Nova subsid. IV. praef. XXXII. nota.

» 21 | » | (19552) S(imonis) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoletani rectoris apostolicae sedis legati poscit suffragium de M(anfredo) quondam principe Tarentino et Uberto Pelavicino marchione eiusdem socio et sequace, an contumaces haberi debeant *etc.* IX kal. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 279. n° 232. — »Vidisti pariter et.«

(» 21) | (») | (19553) M(anfredo) quondam principi Tarentino scribit, Carolum non venisse ut sibi ius rapiat alienum, sed ut ecclesiae iura prosequens honorem eius promoveat et suum pariter inquirat commodum iuxta providentiam ei factam ex indulgentia apostolicae largitatis; Manfredum autem gratiam repulisse, »cui parata per omnia videbatur et quae postmodum haberi non potuit tempore minus opportuno quaesita.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 274. n° 226; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 8; Giudice Cod. dipl. I. 101. — »Lecta nuper littera.«

» 23 | » | (19554) Archiepiscopum Bracarensem, episcopos, archidiaconos et alios ecclesiarum praelatos ac rectores regni Portugalliae hortatur, ut a molestiis, pressuris et iniuriis fratrum ord. Praedic. penitus desistant. VII kal. Mart. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 470. n° 40. — »Ab omnibus Christi.«

» 24 | » | (19555) C(arolum) regem Siciliae arguit, quod plus aequo fideles Marchianos affligat; mandat ei, ut Foro-Simpronienses ad sedem apostolicam redire paratos benigne recipiat. VI kal. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 280. n° 233. — »Audimus quotidie quae.«

» 24 | » | (19556) Episcopo Esino mandat, ut statuta cleri Senogalliensis diocesis privilegiis fratrum ord. Minor. Roccaecontratae contraria declaret irrita et, ne similia de cetero fiant, districtius inhibeat. VI kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 73. n° 67. — »Pertulerunt ad audientiam.«

» 24 | » | (19557) Diffinitoribus capituli generalis ordinis Praedic. scribit de pluribus ordinis gloriam et disciplinam spectantibus. VI kal. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 281. n° 234; Ripolli Bullar. Praed. I. 471. n° 41. — »Circa curam gregis.«

» 24 | » | (19558) Capitulum generale ordinis Praedic. (apud Treverim congregatum) rogat et obsecrat, ut verbum Domini in gentibus effundant et misericordiam Dei implorent, ut ecclesia, tempestuosa porcellarum turbine quiescente, ad tranquilla tempora felicis auris serenitatis perveniat et ab hostium formidine liberata respiret. VI kal. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 282. n° 235; Fontana Monum. Dominic. 91; Ripoll l. c. n° 42. — »Innuit sacrae lectionis.«

» 26 | » | (19559) Priori fratrum ord. Praedic. Parisiensium mandat, ut quatuor fidei censores in regno Franciae constituat. IV kal. Mart. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. 472. n° 43. — »Pre cunctis nostre.«

» 27 | » | (19560) Repetit n° 19210 d. d. 1265. Iun. 15: »III kal. Mart. a° 2°« — »Exigentibus vestrae devotionis.« ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 527. n° 13; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 73. n° 68.

» 28 | » | (19561) Ministro provinciali, custodi et conventui ecclesiae s. Francisci Assisiatis ac fratribus universis administrationis ipsius ordinis Minor. indulget, ut tempore generalis interdicti praefata ecclesia exempta sit pro omnibus, excommunicatis demptis, in die s. Francisci *etc.* II kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 74. n° 69. — »Desideriis vestris affectu.«

Mart. 1 | » | (19562) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. in marchia Anconitana et ducatu Spoleti rectori apostolicae sedis legato mandat, videat ne conditiones reversuris Marchianis vel reversis concedat, quae curiae contrahant libertatem. »Illud quidem placere non potest, quod ad beneplacitum Marchianorum, quantumcunque fideles fuerint, in puniendis procedatur excessibus; sed simpliciter redeuntes recipias absque pacto, nec permittas ab ipsis

1266.

fidelibus in personis vel rebus damnificari reversos.« Kal. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 285. n° 237. — »Nosti fili quantum.«

Mart. 5 | Perusii | (19563) Eidem mittit tenorem litterarum, quas de gloriosa victoria, quam C(arolus) rex Siciliae a Manfredo quondam principe Tarentino nuper reportavit, III kal. instantis mensis Martii ab eodem rege recepit. III non. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 286. n° 238; Giudice Cod. dipl. I. 115. — »Offerimus in sacrificium.«

» 6 | » | (19564) Eidem mandat, ut exponat utilitatem generalis colloquii, quod in octava paschae cum Marchianis de exactione poenarum habiturus sit. Cum tempus immineat revertendi ad eum »qui te misit, volumus, quod a vacantium et vacaturorum beneficiorum collationibus et procurationibus exigendis ab ecclesiis, quas non visitas, ex nunc abstineas.« Demum de suis proditoribus, qui in civitate Firmanensi sibi praesidium elegerunt, breviter ei scribit. II non. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 286. n° 239; *fragm.* Giudice l. c. 115. not. — »Quod scripsisti dilecte.«

» 7 | » | (19565) (Iohanni Bono) episcopo Anconitano mandat, ut quaedam statuta cleri Firmani contra privilegia fratrum Minorum de Monte Sancto Firman. dioc. irrita declaret. Non. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 74. n° 70. — »Pertulerunt ad audientiam.«

» 8 resp. 9 | » | (19566) (Maurinum) archiepiscopum Narbonensem et eius suffraganeos monet, ut Deo vivo auctori victoriae, quam C(arolus) rex Siciliae ex M(anfredo) quondam principe Tarentino retulit, gratias agant. VIII (VII *R.*) id. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 287. n° 240; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 15; ap. Giudice Cod. dipl. I. 115. not. — »Missam de caelo.«

» 9 | » | (19567) (Ludovico) regi Franciae fidem suam obligat, se semper paratum esse iuste postulata ei concedere. VII id. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 288. n° 241. — »Hanc in nobis.«

» 9 | » | (19568) Repetit n° 19137 d. d. 1265. Mai. 9: »VII id. Mart. a° 2°« — »In quibusdam locis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 473. n° 44.

» 10 | » | (19569) Barralo domino Baucii potestati Mediolanensi consulit, ut nuncium ad C(arolum) regem Siciliae mittat optatam ab eo gratiam petiturum; »dabit tibi fortasse licentiam, eo viso, ad propria redeundi.« VI id. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 289. n° 242. — »Carissimo in Christo.«

» 11 | » | (19570) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, cum C(arolus) Siciliae rex de pecunia Iohannis Toque ac Iohannis Calixti eorumque sociorum civium et mercatorum Romanorum gratum in sua receperit opportunitate succursum, et propter hoc bona ecclesiarum Urbis sub duris et gravibus conditionibus sint eisdem mercatoribus obligata, eisdem 6500 libris Turonensibus debitam satisfactionem impendat. V id. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 289. n° 243. — »Attendentes quod carissimus.«

» 11 | » | (19571) Abbati et conventui monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasgwens. dioc., quibus b. m. Walterus Glasgwensis episcopus ecclesiam de Cragyn in usus proprios deputaverat, hanc concessionem confirmat. V id. Mart. a° 2°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 235. — »Cum a nobis.«

» 12 | » | (19572) Magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis Ierosol. significat, se fratri Ferrando priori S. Aegidii, quem illi ad suam praesentiam revocaverant, praecepisse, ut ad suum prioratum regrediatur. IV id. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 291. n° 246. — »Regionum magna distantia.«

» 12 | » | (19573) Comiti Augi [Eu] felicem victoriam, quam C(arolus) rex Siciliae VI. feria ante dominicam, qua cantatur *Oculi mei semper ad Dominum,* a M(anfredo) quondam principe Tarentino adeptus est, annunciat. IV id. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 290. n° 244; Giudice Cod. dipl. I. 115. not. *fragm.*; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 15. — »A carissimo nostro.«

» 12 | » | (19574) Comiti Pictaviensi et Tholosano circa eius subsidium pro negotio Terrae sanctae decimam ecclesiae Gallicanae recusat. IV id. Mart. a° 2°. ‖ Martene l. c. 291. n° 245. — »Per dilectos filios.«

» 13 | » | (19575) Maiori et fratribus ordinis Militiae b. Mariae Virginis glor. indulget, ut coram saeculari iudice contra sanctiones canonicas conveniri minime valeant et quibuscunque angariis et pangariis saecularium personarum exempti sint penitus et immunes. III id. Mart. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 473. n° 45; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 74. n° 71; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 81. n° 22. — »Desideriis vestris in.«

» 14 | » | (19576) Ferrando priori S. Aegidii hospitalis S. Iohannis Ierosolym. mandat, ut, cum curia eum in cismarinis partibus duxerit retinendum, ad praedictum prioratum redeat et ad ipsius negotia utiliter promovenda studiose intendat. II id. Mart. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 292. n° 247. — »Cum dilecti filii.«

» 15 | » | (19577) Archipresbyteris plebium de Sacco et de Montesilice Paduan. dioc. in causa prioris et conventus monasterii s. Benedicti Novelli Paduani ord. s. Ben. super prioratu ipsius monasterii mandata dat. Id. Mart. a° 2°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 170 in n° 115; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 148. n° 129. — »Significarunt nobis dilecti.«

1266.

Mart. 15 Perusii (19578) Universos Christifideles rogat et hortatur, ut fratribus ord. Praedic. Iadrensibus »propter Christum extremae ferentibus sarcinam paupertatis« ad extruendam ibidem ecclesiam pias eleemosynas erogent. Id. Mart. a° 2°. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 78; Mon. Hung. hist. Dipl. XIII. 148. — »Quoniam ut ait.«

„ 15 — * (Reginaldo) episcopo Parisiensi: »Viterbii id. Mart. a° 2°«. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris III. 252, *vid.* 1267. Mart. 15. n° 19965.

„ 17 Perusii (19579) Patriarchae Ierosolymitano committit, ut cum filia regis Armeniae et Balduino de Bilmo, qui consanguinitatis et affinitatis tertio et quarto gradibus invicem se contingant, dispenset, ut matrimonialiter copulari possint. XVI kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 293. n° 248. — »Providentia sedis apostolicae.«

„ 17 resp. 18 „ (19580) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Francisci Ravennatis ord. s. Clarae omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. XVI (XV *F.*) kal. Apr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 74. n° 72; Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 270. n° 181. — »Cum a nobis.«

„ 18 „ (19581) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectori apostolicae sedis legato inter alia mandat, ut sic Raynaldum, qui per ignem et gladium cives Callenses molestare praesumat, cohibeat, sic eius frangat superbiam, ut et damna data restituat et similia nullatenus attentet. XV kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 293. n° 249. — »Licet nuntii Firmanorum.«

„ 19 „ (19582) Priori S. Sophiae Paduanae ord. s. Aug. mandat, ut ea quae de bonis monasterii ss. Hilarii et Benedicti ord. s. Ben. Castellan. dioc. illicite alienata invenerit vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. XIV kal. Apr. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IX. 396. — »Ad audientiam nostram.«

„ 19 „ (19583) Capitulum Narniense rogat et hortatur, ut Massaronum clericum filium Radi civis Narniensis recipiant in canonicum eique de praebenda provideant. XIV kal. Apr. a° 2°. ‖ Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 32. — »Dignum est ut.«

„ 20 „ (19584) Scabinos et milites ac communitatem de Confluentia Treverens. dioc. rogat et hortatur, ut ad liberationem Theoderici abbatis monasterii s. Mathiae Trevirensis, quem Dethardus et Henricus de Phaffendorf fratres milites in castro Thurum detinent captivum, subsidium impendant. XIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Günther Cod. dipl. Rheno-Mos. II. 301. — »Implacida de actibus.«

„ 20 „ (19585) Archiepiscopo Bracharensi et episcopis per regnum Portugalliae constitutis iniungit, ut festum b. Dominici conf. nonis Augusti ac solemnitatem b. Petri Mart. ord. Praedic. III kal. Maii celebrent annis singulis. XIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 294. n° 250; Ripolli Bullar. Praed. I. 473. n° 46. — »De meritorum excellentia.«

„ 22 „ (19586) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut contractis pro regni Siciliae negotio debitis solvendis omnem adhibeat diligentiam. XI kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 295. n° 251. — »Excitati ab intimis.«

„ 23 „ (19587) Eidem mandat, ut F. de Baratio priorem domorum hospitalis Ierosol. in Provincia habens propensius commendatum sententias quaslibet, si quas in eum vel personas *etc.* hospitalis eiusdem occasione decimae C(arolo) regi Siciliae concessae forsitan protulerit, absque difficultate relaxet. X kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 297. n° 252. — »Cum dilectus filius.«

„ 23 „ (19588) Monasterium monialium Montis Lucidi Perusinense ord. s. Clarae tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. X kal. Apr. indict. IX. incarn. dom. a° 1266 (!). pont. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 75. n° 73. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 24 „ (19589) Priori S. Mariae de Tabulis de Montepessulano Magalonens. dioc. mandat, ut contra priorem et conventum monasterii Montis maioris ord. s. Ben. Arelatens. dioc. abbatis regimine destitutos non procedat, donec praefato monasterio fuerit de pastore provisum. IX kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 298. n° 253. — »Nuper ad nostrum.«

„ 25 „ (19590) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato queritur de excessibus ab exercitu C(aroli) regis Siciliae apud Beneventum commissis, eique mandat ut illum ad restitutionem compellat. VIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 298. n° 254; Giudice Cod. dipl. I. 131. not. 1; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 15. — »Antequam a nobis.«

„ 25 „ (19591) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Albertino Rotae et sociis eius civibus et mercatoribus Florentinis 5000 librarum Turonensium persolvat, quae pro negotio Caroli regis Siciliae mutuaverant. VIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 300. n° 255. — »Quondam Albertinus Rota.«

„ 25 „ (19592) Alphanto de Terrascone militi licentiam postulanti adeundi papam respondet: »Consideravimus quod tibi circa nos nullus est status, quia nullum habemus officium, quod tibi possimus committere, ut vellemus; nec est nostra curia militum, sed tantum

1266.

clericorum; et si nos videre desideras, venire poteris protinus rediturus« *etc.* VIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 300. n° 256. — »Peremto Manfredo et.«

Mart. 25 Perusii (19593) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato scribit de victoria quam C(arolus) Siciliae rex a Manfredo quondam principe Tarentino apud Beneventum die Veneris ante *Oculi mei* reportavit et de felicibus eius successibus. VIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 301. n° 257; Giudice Cod. dipl. I. 122. — »Excitatus a somno.«

„ 28 „ (19594) (Henrico) abbati Sanctae Crucis Cisterc. ord. et praeposito S. Ipoliti ord. s. Aug. et decano Znoymensi ecclesiarum Pataviens. et Olomuc. dioec. mandat, ut controversiam inter abbatem conventumque monasterii s. Mariae Scotorum ord. s. Ben. et magistrum G(erardum) plebanum plebis in Vienna super iuribus parochialibus in Lauben *etc.* exortam decidant. V kal. Apr. a° 1°. ‖ Pez Thesaur. VI. II. 113 in n° 197; Hauswirth Urk. (Fontes rer. Austr. 2. Abth. XVIII). 49 in n° 41. — »Dilecti filii abbas.«

„ 28 „ (19595) Custodi et fratribus hospitalis leprosorum s. Lazari de Valle Collis ord. Minor. Spoletan. dioc. indulget, ut ad praestationem procurationum legatorum sedis apostolicae *etc.* minime teneantur. V kal. Apr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 76. n° 74. — »Paupertati vestrae quam.«

„ 28 „ (19596) Magistro et praeposito operis ecclesiae s. Francisci Assisinatis ord. Minor. indulget, ut per alios viginti annos oblationes in pecunia ad altaria ipsius ecclesiae pro eiusdem opere valeant recipere. V kal. Apr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 75. — »Decet et expedit.«

„ 31 „ (19597) (Alphonso) regi Castellae et Legionum in regem Romanorum electo scribit, se pro promotione ecclesiae Toletanae esse facturum, quod Deo ipsique ecclesiae et eius regno utile crediderit. Denegat ipsi dispensationem pro matrimonio inter filium B(alduini) imperatoris Constantinopolitani et filiam ipsius. II kal. Apr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 303. n° 258. — »Mirari possumus immo.«

Apr. 2 „ (19598) Abbati et conventui monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasguens. dioc. indulget, ut per praesentationem magistri Willelmi de Bosco clerici ad ecclesiam de Cragyn et institutionem eiusdem nullum eis praeiudicium generetur, quominus eandem ecclesiam cedente vel decedente dicto clerico in proprios usus convertant. IV non. Apr. a° 2°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 235. — »Vobis ad hoc.«

„ 3 „ (19599) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut ad decimae in subsidium negotii regni Siciliae persolvendae exactionem, quantum ad personas et loca Cisterciensis ordinis, usque ad octavas festi b. Iohannis bapt. venturi proximo nullatenus procedat. III non. Apr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 304. n° 259. — »De religiosorum decima.«

„ 6 „ (19600) A(lphonsum) comitem Pictaviensem et Tholosanum rogat et hortatur, ut excessus in Vasionensem ecclesiam a ballivis suis commissos compescat. VIII id. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 305. n° 260. — »Quanto sinceriori personam.«

„ 10 „ (19601) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut, cum Conradus de Antiochia fuerit ecclesiae instantissimus persecutor in Marchia, ab eodem sufficientem et idoneam suscipiat cautionem de mandatis curiae Romanae plenarie observandis, et eidem terminum praefigat certum, quo se vel personaliter vel per procuratorem papali conspectui praesentet. IV id. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 305. n° 261. — »Interpellati saepius ut.«

„ 12 („) (19602) C(arolo) regi Siciliae scribit, gaudium suum quod de victoria in Campo Florido prope civitatem Beneventanam relata susceperit, turbatum esse excessibus ab ipsius exercitu in eandem civitatem commissis eumque rogat, ut eidem civitati de damnis datis satisfieri faciat. II id. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 306. n° 262; Giudice Cod. dipl. I. 129. — »Ex grandi ac.«

„ 12 „ (19603) S(imonis) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectoris apostolicae sedis legati acta approbat et addit: »De privilegiis et libertatibus reddendis rebellibus, quibus pro meritis sunt privati, tenere te nolumus, quod tenendi sunt in suspenso, donec id solverint in quo fuerint condemnati. De muris locorum certorum et turribus diruendis adhuc credimus differendum, non tamen omittendum in tempore opportuno.« II id. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 309. n° 263. — »Tam memoriale quam.«

„ 13 „ (19604) C(arolum) regem Siciliae certum facit, civitatem Florentinam, datis cautionibus sufficientibus, se beneplacitis et mandatis apostolicae sedis subiecisse, et ianuam ad salutem totius Tusciae se pandere; praeterea ei O(ctavianum) S. Mariae in via lata diac. card. cum domo istius commendat. Id. Apr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 310. n° 264. — »Dudum floruerat, sed.«

„ 14 „ (19605) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut a crucis praedicatione desistens praedicantes crucem in Terrae sanctae praesidium prosequatur, eisdem totiens auxilium et consilium praebiturus, quotiens fuerit requisitus. XVIII kal. (Mart., *falso, legas*) Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 312. n° 266. — »Qui verbum olim.«

1266.

Apr. 14	Perusii	(19606) (Alfonso) comiti Pictaviensi et Tolosano significat, se viam invenire non posse ad subsidium competens pro Terrae sanctae praesidio ei ministrandum: »Angliam regi suo multis attritam molestiis, exhaustam sumptibus dudum decrevimus subvenire; Francia vero pro regno Siciliae triennali gravata est decima; Hispania suis regibus distributa nec sibi nec eis sufficit; Alemannia variis lacerata scissuris languet et deficit, et cum sit magni supercilii, nec tibi nec alii exterae nationi aliquatenus subveniret« *etc.* xviii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 313. n° 267. — »Novit altissimus cuius.«
» 14	»	(19607) (Aegidio) archiepiscopo Tyrensi qui ab Urbano papa et postmodum ab eius successore receperat in mandatis, ut in Europa Terrae sanctae necessitatibus subveniret, concedit, ut onere tanto deposito ad Tyrensem ecclesiam remeat diem ibi clausurus extremum. xviii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 313. n° 268. — »Dum labores intendimus.«
» 15	»	(19608) Repetit Gregorii IX n° 8536 d. d. 1230. Apr. 22: »xvii kal. Mai. indict. IX. incarn. dom. a° 1266. pont. a° 2°« — »Is qui ecclesiam.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 77. n° 76.
» 17	»	(19609) Priori provinciali et fratribus ord. Praedic. translationem monasteriorum de Gandavo et de Brugis e provincia Theutoniae in provinciam Franciae confirmat. xv kal. Mai. a° (2°). ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 499. n° 95. — »Circa ea debemus.«
» 19	»	(19610) [Ermengaudo (Ermergano *Sb.*) de Melgorio *om. W.*] militi respondet ad quaestionem, quem ei ipsi ex fratrum Praedicatorum et Minorum ordinibus praeeligendum credat. xiii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 314. n° 269; Martene Ampl. collect. VI. 366 (*sed directa ad* P. militem); Ripolli Bullar. Praed. I. 474. n° 47; Wadding Ann. Minor. IV. 258; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 79. n° 77. — »Quaeris a nobis.«
» 19	»	(19611) Petro Raymbaldo de Carumbo respondet, a quo cingulum militiae recipiat. xiii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 315. n° 270. — »Iam sero super.«
» 24	ap. Urbem veterem	(19612) (Radulfo) episcopo Albanensi mandat, ut cum Roberto de Baro super receptoribus auri Manfredini retroactis temporibus conferat et, si quid invenire potuerit, saltem de patrimonii aut Marchiae hominibus, quid, quantum et per cuius manum receperint, rescribat. viii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 315. n° 271. — »Statum nostrum et.«
» 24	»	(19613) Eidem mandat, ut cum comitibus et aliis familiaribus quondam M(anfredi) principis Tarentini inquirat, an episcopus Firmanus in curia fuerit personaliter dicti nobilis, et an nuntios vel litteras ei miserit. viii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 316. n° 272. — »Nosti super gravem.«
» 25	»	(19614) Capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe concedit facultatem vendendi quasdam possessiones positas iuxta Montem malum et de pretio ipsarum emendi quandam domum sitam in porticu s. Petri. vii kal. Mai. a° 2°. ‖ Bullar. Vatic. I. 145. — »Ex parte vestra.«
» 29	ap. Montem Flasconis	(19615) S(imonis) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectoris apostolicae sedis legati prudentiae committit, quomodo et qualiter adversus Anconitanos se gerere debeat. »Tu qui sensisti Anconitarum aculeos, qui probasti eorum insidias, longe potes procedere confidentius, quam nos tibi consulere, quid agere debeas cum eisdem.« iii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 316. n° 273. — »Licet interdum materiam.«
» 30	Viterbii	(19616) O(ctaviano) S. Mariae in via lata diac. card. mandat, procuret ut comes Guido Novelli filios Petri Tholomei et castra, quae tenet in Lucana diocesi, ad imperium pertinentia in aliam viam non transferat. ii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 317. n° 274. — »Licet comitem Guidonem.«
» 30	»	(19617) Consules villae Montispessulani rogat et hortatur, ut mercatores Lucanos nunc ad gratiam ecclesiae reduces tam in personis quam in bonis eorum habeant commendatos. ii kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 317. n° 275. — »Clara devotio communis.«
(» —)	—	(19618) S(imoni) tit. S. Martini diac. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoletani rectori apostolicae sedis legato varias praescribit regulas, quas in legatione sua sequi debeat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 311. n° 265. — »Quia linguis loquuntur.«
(»)	—	(19619) Octavianum Ubaldinum S. Mariae in via lata diaconum card. iubilans certiorem facit, quod Dominus civitatem et populum Florentinos, qui quasi cum morte foedus pepigerant diuque de via recta deviaverant quondam Manfredo olim principi Tarentino pertinaciter adhaerendo, ad devotionem ecclesiae Romanae revocavit. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 22. — »Ingenti iubilo exultamus.«
Mai. 2	Viterbii	(19620) I(ohannem) tit. S. Nicolai in carcere Tulliano (diac. card.) apostolicae sedis legatum hortatur, ut sanitati conservandae invigilet. vi non. Mai. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 318. n° 276. — »A Perusio venientes.«
» 7	»	(19621) Ordinat et constituit, quod in ecclesia Nazareth privilegia, dignitates et indulgentiae a praedecessoribus suis concessa perpetuo et inviolabiliter observentur *etc.* vii. Mai. (*sic!*) a° (1°, *sed legas*) 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 771. — »Ineffabili providentia summi.«

1266.

Mai. 8	Viterbii	(19622) Consilium et commune Lucanos rogat et hortatur, ut Guidonem Guerram comitem palatinum Tusciae ad civitatis suae regimen assumant. viii id. Mai. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 318. n° 277. — »Quam fideliter, quam.«
» 8	»	(19623) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato scribit, se eius litteras accepisse de statu regni Angliae, de concordia inter regem et maris latrunculos reformanda et de processu inter Londoniensem et Cicestrensem episcopos versato. Deinde narrat de felici C(aroli) regis Siciliae successu. »Carolus rex Siciliae tenet pacifice totum regnum, illius hominis pestilentis (*i. e.* Manfredi principis Tarentini) cadaver putridum, uxorem, liberos obtinens et thesaurum. Marchia ad nos rediit. Florentini, Pistorienses, Senenses et Pisani ad mandata venerunt. Uberti Pelavicini et Placentinorum habemus nuntios et Cremonensium exspectamus, et de Ianuensibus aliquam spem habemus,« *etc.* viii id. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 319. n° 278; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 23. — »Litteras tuas pluries.«
(» 8-12)	(»)	(19624) C(arolum) regem Siciliae rogat, ut Rogerio et Grimaldo regni exulibus nobilibus, quos patriarcha Hierosolymitanus sedi apostolicae recommendavit, se exhibeat favorabilem. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 320. n° 279. — »Venerabilis frater noster.«
(»)	(»)	(19625) Eidem M. Salernitanum archiepiscopum commendat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 320. n° 280. — »Accedentem ad tuam.«
(»)	(»)	(19626) Eundem hortatur, ut Philippum de Marcerio, qui a servitio Manfredi quondam principis Tarentini persecutoris ecclesiae Romanae se retraxerit, benigne recipiat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 320. n° 281. — »Dilectus filius nobilis.«
» 12	»	(19627) Vicario Urbis et consilio generali scribit: »Guido de Pileo Suessionensis archidiaconus et patrimonii nostri rector commissam sibi nuper provinciam visitans in aliquibus municipiis ab eorundem incolis fidelitatis, quam Romanae debent ecclesiae, iuramenta recepit, et quodcunque aliud iuramentum Romano populo vel cuilibet alii praestitum abiurare fecit eosdem.« Significat eis, se abiurationem hanc revocare. iv id. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 321. n° 282. — »Dilectus filius Guido.«
» 12	»	(19628) Lotaringo et Cathalano ordinis militiae Virginis gloriosae mandat, ut regimen civitatis Florentinae assumentes ad praesens in pace et iustitia gubernent eandem, donec ei provideatur aliter, inter cives pace salubriter reformata. iv id. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 321. n° 283; Savioli Ann. Bologn. III. ii. 409; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 82. — »Si saecularibus implicari.«
» 13	»	(19629) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut si electionem (Oddonis) abbatis in monasterio s. Genovefae Parisiensis ord. s. Aug. canonice celebratam invenerit, illam confirmet. iii id. Mai. a° 2°. ‖ Martene l. c. 322. n° 284. — »Cunctas ecclesias ad.«
» 13	»	(19630) Priori et fratribus b. Mariae de Areno Massiliens. dioc., qui vulgariter nuncupantur Servi b. Mariae matris Christi, ord. s. Aug. litteras Alexandri IV d. d. 1257. Sept. 26 (*vid.* n° 17013) eis regulam s. Benedicti concedentes confirmat. iii id. Mai. a° 2°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 234; F. Samson De veritate vitae d. Guilelmi Aquitan. princ. 38; *fragm.* ap. Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 231. not. — »Cum a nobis.«
» 13	»	(19631) (Friderico) abbati et conventui S. Emmerami Ratisponae concedit, ut, cum eorum monasterium magna paupertatis sarcina prematur, parochialem ecclesiam s. Emmerami Ratisponae, cuius sint patroni, in perpetuum in usus sui coenobii deinceps habeant *etc.* iii id. Mai. a° 2°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 187. — »Monasticam et religiosam.«
» 13	»	(19632) Abbati monasterii in Ebersperg Frisingens. dioc. de superiore epistola significat eique mandat, ut cedente vel decedente praefatae ecclesiae rectore dictos abbatem et conventum inducat in possessionem eiusdem ecclesiae corporalem. iii id. Mai. a° 2°. ‖ Ratisb. monast. l. c. 188. — »Venerabilis fratris nostri.«
» 15	»	(19633) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano, I(acobo) S. Mariae in Cosmedin et M(atthaeo) S. Mariae in porticu diaconis cardinalibus scribit de tribus quae nuntii C(aroli) regis Siciliae ab ipso petebant. »Primum fuit, ut, cum non tam ipsi quam imposito sibi negotio, et ecclesiae Romanae per consequens, esset omnimodis necessarium adhuc Urbis dominium ab eodem rege diutius obtineri, super hoc taliter provideremus eidem, ut sine periurii, excommunicationis et aliarum poenarum discrimine posset de gratia speciali ad tempus aliquod obtinere senatum. Secundum fuit, ut de 50000 marcharum, ad quorum se solutionem adstrinxit, ei gratiam faceremus. Tertium, ut daremus ipsi consilium, qualiter erga Sarracenos Luceriae se haberet.« Id. Mai. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 324. n° 285; Giudice Cod. dipl. I. 141. — »Venientes ad nostram.«
» 15	»	(19634) (Guidone) Autissiodorensi episcopo postulante Autissiodorensem ecclesiam suscipit patrocinandam omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis exprimit vocabulis, iura ac privilegia confirmat. Id. Mai. indict. IX. incarn. dom. a° 1266. pont. a° 2°. ‖ Gallia christ. XII. instr. 170. — »In eminenti sedis.«

1266.

Mai. 15	Viterbii	(19635) Abbati et conventui monasterii Uterinae Vallis [Eusserthal] Cisterc. ord. Spirens. dioc. advocatiam in Spehtesbach confirmat. Id. Mai. a° 2°. | Würdtwein Monast. Palat. III. 50. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(19636) Eisdem, quorum quondam O. abbati ac fratribus b. mem. Raboto Spirensis episcopus et quondam Hartmannus de Lobedenburc et Otdo de Alreheim comites fratres ipsius episcopi Uterinam Vallem, in qua eorum monasterium est constructum, et quaedam alia iura pro suarum remedio animarum contulerant, hanc donationem confirmat. Id. Mai. a° 2°. ‖ Würdtwein l. c. 51. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(19637) Decano Spirensi mandat, faciat ut compromissum ab abbate et conventu monasterii Uterinae Vallis ex parte una et rusticos de Gotramstein et Nosdorf eorumque complices qui Heingereide volgariter appellantur Spirens. dioc. ex altera super usuagio silvae quod volgariter dicitur Almeinde, receptum inviolabiliter observetur. Id. Mai. a° 2°. ‖ Würdtwein l. c. 53. — »Exhibita nobis dilectorum.«
» 15	»	(19638) Friderico abbati monasterii s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. usum annuli et mitrae, quem Innocentius IV antecessori eius concesserat ad vitam, ei eiusque successoribus perpetuo confirmat. Id. Mai. a° 2°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 186. — »Devotionis tuae precibus.«
(» 15)	(»)	(19639) Abbati monasterii s. Aegidii mandat, ut, vocatis illis quos in suo crediderit monasterio zelum verae religionis habere, colligat quae viderit cum eisdem ad reformationem eiusdem sufficere. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. II. 325. n° 286. — »Si vocationem tuam.«
(»)	(»)	(19640) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectori apostolicae sedis legato mandat, ut nobilem virum Raynaldum civitatem Callensem et cives eius molestantem compescat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 326. n° 287. — »Quam sit impudens.«
» 16	»	(19641) L(udovicum) regem Franciae de prospero suo et ecclesiae statu, de Angliae, Hispaniae, Germaniae et Terrae sanctae periculis certum facit; »sicque risus dolore miscetur, sicque extrema gaudii luctus occupat, ut flere libeat, gaudere vix liceat.« XVII kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 327. n° 288; *omisso exordio in* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 23. — »Quod de statu.«
» 16	»	(19642) O(ttobonum) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legatum hortatur, ut in negotio quod suscepit perseveret. »Patet siquidem universis, quod hoc tempore terram deseri, quam eandem reformaturus intrasti, nihil aliud esset penitus nisi totum everti negotium, regem, reginam ac liberos tradi morti, et ecclesiae Romanae feudum tam nobile sine spe qualibet recuperationis amitti.« XVII kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 328. n° 289. — »Dum tuum ac.«
» 17	»	(19643) Episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut A(ngelum) archipresbyterum ecclesiae Rossanensis eidem ecclesiae in archiepiscopum praeficiat, si tanto congruat oneri. XVI kal. Iun. a° (1°, *sed legas*) 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 300. — »Dilecti filii capitulum.«
» 20	»	(19644) (Rodulpho) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut Lucam Treventinum episcopum professorem ord. Minor., qui licet coronationi vel potius maledictioni olim Manfredi quondam principis Tarentini minime interfuerit eiusque pedi non dederit osculum *etc.*, expulsus bonisque omnibus spoliatus erat, alio intruso, restitui faciat *etc.* XIII kal. Iun. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 79. n° 78. — »Venerabilis frater noster.«
» 20	»	(19645) Episcopo et Bartholomaeo dicto Terto canonico Anagninis mandat, ut Mathiam civem Anagninum ecclesiae Romanae in castro Porciano feudatarium a molestandis hominibus dicti castri arceant. XIII kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 166. n° 313. — »Gravem ad nos.«
» 22	»	(19646) S(imoni) S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut capitulum ecclesiae s. Petri de Curia Cenomanensi et episcopum capitulumque Cenomanenses ad pacem et concordiam efficaciter moneat et inducat. XI kal. Iun. a° 2°. ‖ Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 594. n° 85; *cf.* Bilard Docum. historiq. 11. n° 64, *perperam ad* a. 1267. — »Sua nobis capitulum.«
» 23	»	(19647) Fratri Iohanni de Cantia ord. Minor. capellano suo mandat, ut (Henricum) Angliae regem ad solvendum ecclesiae Romanae censum annuum 1000 marcharum sterlingorum disponat, et magistro Sinicio camerae apostolicae clerico in hoc et aliis negotiis assistat. X kal. Iun. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 80. n° 79. — »Laudabilis honestatis et.«
» 25	»	(19648) Praeposito et capitulo ecclesiae Uticensis ord. s. Aug., qui, cum (Bertrandus) episcopus Uticensis vacantes archidiaconatum et praecentoriam eis irrequisitis pro suae voluntatis libito contulisset, negotium huius collationis per appellationem ad Narbonensem curiam devolverant, confirmat ordinationem eandem, quam, dum adhuc Narbonensi ecclesiae praeesset, super hoc et super declaratione seu determinatione sub qua

1266.

		personatus et beneficia ipsius ecclesiae Uticensis forent in posterum conferenda, fecerat, tenore ipsius instrumenti inserto. VIII kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 329. n° 290. — »Ea quae iudicio.«
Mai. 26	Viterbii	(19649) Abbati Sewensis monasterii ord. s. Ben. Salzburg. dioc. mandat, ut abbatem Rotensem in possessionem terrarum petitarum et rerum inducat et defendat inductum contra abbatem Chotwicensem Pataviens. dioc. VII kal. Iun. a° 2°. ‖ Mon. Boica I. 399; Karlin Saalbuch von Göttweig (Font. rer. Austr. 2. Abth. VIII.) 307. — »Sua nobis dilectus.«
» 26	»	(19650) Decano et capitulo ecclesiae s. Petri de Curia Cenomanensis omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. VII kal. Iun. a° 2°. ‖ Piolin Hist. de l'égl. du Mans IV. 595. n° 86; *cf.* Bilard Docum. historiq. 11. n° 63, *perperam ad* a. 1267. — »Cum a nobis.«
» 27	»	(19651) (Reginaldo) episcopo Parisiensi concedit, ut a nullo per litteras apostolicae sedis privilegiorum conservatore vel executore excommunicatio aut interdictum immittatur contra ipsum aut ecclesiam Parisiensem. VI kal. Iun. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 370. — »Exigentibus tuae devotionis.«
» 27	»	(19652) Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. conqueritur vehementer de eis, qui privilegiis a sede apostolica concessis perverse utuntur, sive magistri sint aut scholares Parisienses, sive se Parisius studere mentiantur, privilegia ista ad tempus suspendi iubet. VI kal. Iun. a° 2°. ‖ Bulaeus l. c. 371. — »Iniuncta nobis quanquam.«
» 28	»	(19653) Decano et capitulo ecclesiae Cellensis Mogunt. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. V kal. Iun. a° 2°. ‖ Würdtwein Nova subsid. IX. 181. — »Cum a nobis.«
» 28	»	(19654) Magistro et praeceptoribus ac fratribus universis hospitalis s. Mariae Theuton. ab Urbano pp. IV concessam exemtionem de procurationibus pecuniariis legatis et nuntiis apostolicae sedis solvendis in alterum triennium prorogat. V kal. Iun. a° 2°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 501. n° 397; Strehlke Tab. 418. n° 643; *cf.* Mitth. a. d. livländ. Gesch. II. 145. n° 200b. — »Affectu benivolentie specialis.«
» 28	»	(19655) Eisdem in Livonia, quibus b. mem. (Henricus) Osiliensis episcopus ad prosperandum circa suorum subditorum proterviam ac tuendum sui episcopatus iura, de consensu b. mem. G(uilelmi) tunc Mutinensis episcopi in partibus illis apostolicae sedis legati, certam partem bonorum in loco suae diocesis Maritima nuncupato sub certis conditionibus concesserat, hanc concessionem confirmat. V kal. Iun. a° 2°. ‖ Mittheil. aus d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands IV. 402. n° 23; Bunge l. c. 502. n° 398. — »Cum a nobis.«
» 28	»	(19656) Eisdem in Livonia et Estonia, quibus b. mem. (Willelmus) Sabinensis tunc Mutinensis episcopus apostolicae sedis legatus concesserat, ut, si in flumine vel iuxta flumen quod Semigaller Aa dicitur Semigallens. dioc. castrum vellent construere, terras eidem castro contiguas possent ad duo milliaria obtinere, hanc concessionem confirmat. V kal. Iun. a° 2°. ‖ Mitth. a. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands VI. 230; Bunge l. c. 501. n° 396. — »Cum a nobis.«
» 28	»	(19657) Barralo domino Baucii significat, se (Radulfo) Albanensi episcopo scribere ut ipsum absolvat. Monet eum, ut in C(aroli) regis Siciliae confidat bonitate et in illius fide perseveret. V kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 334. n° 291. — »Pro absolutione tua.«
» 28	»	(19658) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato Barralum dominum Baucii absolvendum committit. V kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 335. n° 292. — »Nota est nimis.«
» 28	»	(19659) Universos regni Galliae nobiles, infelici Terrae sanctae statu exposito, hortatur, ut ad redimendam hereditatem dominicam viriliter se accingant, ita ut in mense Martio proximo venturo transfretare possint. V kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 335. n° 293. — »De partibus Orientis.«
» 28	»	(19660) (Theobaldum) regem Navarrae monet et obsecrat, ut Terrae sanctae remedium celeris ac opportunae subventionis impendat. V kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 337. n° 294. — »De partibus Orientis.«
» 29	»	(19661) Archiepiscopo Compostellano mandat, moneat episcopum Abulensem, ut infra 20 dies 100 marchas sterlingorum, quas camerae fel. rec. Urbani pp. exhibere promiserit, Francisco Guidi et eius sociis mercatoribus Senensibus persolvat. IV kal. Iun. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 81. n° 80. — »Olim venerabilis frater.«
(» 30)	»	(19662) Archiepiscopis et episcopis per Alamanniam, Livoniam, Curoniam et Prusciam constitutis adinstar Urbani pp. (IV) mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. non possint sine peregrinorum auxilio in Livoniae, Curoniae ac Prusciae partibus subsistere vel se a mortis discrimine praeservare, si forte aliqui hoc pium et sanctum negotium impedire aut turbare aut peregrinos avertere a subsidio praedictarum Livoniae *etc.* vel in praeceptores et fratres praefati hospitalis aut peregrinos eosdem ex-

1266.

communicationis vel suspensionis aut interdicti sententias praesumpserint promulgare, illos ab huiusmodi praesumptione compellant et sententias easdem in irritum revocent. III kal. (Iun.?) a° (2°). ‖ v. Goetze Albert Suerbeer 202. n° 20; *cf.* Napiersky Index I. 50. n° 201. — »Pro fidei negotio.«

Mai. 31 Viterbii (19663) Episcopum Ebroicensem commonet, quod non debeat conqueri de gravamine. »Sane interdum cogimur et te rogare et alios pro clericis bene meritis, nonnunquam ad instantiam venientium; quod praecipue nobis contigit in occursu exercitus euntis in Apuliam et de Apulia redeuntis,« *etc.* II kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 337. n° 295. — »Non te nec.«

» 31 » (19664) I(ohanni) tit. S. Nicolai in carcere Tullianensi diac. card. de sanitate recuperata gratulatur eumque de regula sororibus ordinis s. Clarae danda consulit. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 338. n° 296; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 82. n° 81. — »De statu tuo.«

Iun. 1 » (19665) Abbati et conventui monasterii s. Viti de Piscaria Cisterc. ord. Pennens. dioc. confirmat ecclesias s. Martini de Palleto et s. Iohannis de Arelan, quas eis N(icolaus) episcopus Teatinus contulerat. Kal. Iun. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 729. — »Meritis vestrae religionis.«

» 3 » (19666) Abbati et conventui monasterii s. Wallerici supra Mare [Saint-Valery-sur-Somme] ord. s. Ben. Ambian. dioc. indulget, ut de possessionibus suis sitis in Camberon et de Quent ecclesiarum parochiis eiusdem diocesis decimas sicut hactenus sic et in posterum percipere possint, non obstante quod in illis per maris inundationem saepe solet terrae superficies immutari. III non. Iun. a° 2°. ‖ Beauvillé Docum. inéd. conc. la Picardie II. 44. n° 55. — »Ut favorem apostolicum.«

» 4 » (19667) Praeceptore et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Livonia supplicantibus inhibet, ut nullus redemptiones votorum crucesignatorum in subsidium Livoniae absque papali assensu recipere ac retinere praesumat. II non. Iun. a° 2°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 503. n° 399. — »Propter dispendia rerum.«

» 4 » • (19668) Le pape Clément IV concède à l'abbesse et au couvent des religieuses du monastère du St.-Esprit à Luxembourg de l'ordre de St.-Claire, que les personnes libres qui font profession audit couvent, puissent par droit de succession demander, recevoir et aussi retenir ce qu'elles auraient eues, si elles étaient demeurées dans le monde. A° 2°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 106. n° 312.

» 5 » • (19669) Le même confirme le privilége que ses prédécesseurs avaient octroyé au couvent du St.-Esprit à Luxembourg. A° 2°. ‖ Public. l. c. n° 313.

» 5 » (19670) Priori Cartusiae ac universis prioribus et fratribus Cartusiensis ordinis concedit licentiam petendi et recipiendi partem mobilium et immobilium, quae eis competerent, si in saeculo remansissent. Non. Iun. a° 2°. ‖ Tromby Storia V. app. 260. n° 96. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 5 » (19671) Eisdem concedit facultatem absolvendi monachos eiusdem ordinis noviter professos *etc.* Non. Iun. a° 2°. ‖ Tromby l. c. 260. n° 97. — »Ut ordinem vestrum.«

» 5 » (19672) Eisdem concedit facultatem capiendi, custodia detinendi *etc.* monachos et conversos suos fugitivos aut inobedientes. Non. Iun. a° 2°. ‖ Tromby l. c. 261. n° 98 et 262. n° 100. — »Ut ordinem vestrum.«

» 5 » (19673) Eisdem concedit, ut cum fratribus sui ordinis defectum natalium patientibus dispensent, quod possint ad omnes ordines promoveri et administrationes. Non. Iun. a° 2°. ‖ Tromby l. c. 261. n° 99. — »Regularis ordinis professoribus.«

» 5 » (19674) Abbatem monasterii s. Iohannis Angeliacensis propter diligentiam laudat, qua se occupat in R(adulfi) Albanensis episcopi obsequiis eique pro missis muneribus gratias agit. Non. Iun. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 339. n° 297. — »Studium diligens et.«

» 5 » (19675) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato scribit de revocatione indulgentiarum et potestate absolvendi concessa quibusdam fratribus laborantibus cum exercitu christiano in regno Siciliae. Non. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 340. n° 299. — »Ad exercitus christiani.«

» 5 » (19676) Eidem communicat: »Si pro aliquibus tibi scribimus sapidiores litteras quam oporteat, habet hoc stilus dictantium, non scribentis intentio; quamquam si bene recolimus, si quid habet excessus narratio, conclusio provida moderetur. Quod si forsan omissum fuerit, semper tua fraternitas fixum teneat, nostri nunquam fuisse propositi, postquam tantum tribunal ascendimus, personas honorare reprobas, vel indigne pollicere dignitates indignis. Per hoc sane soluta est quaestio de Iacobo monasterii de Wulturno ..., per hoc tollitur quod miraris de Iohanne de Procida...... Libros quos remisisti recepimus et tibi mittimus quem petisti.« Non. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 339. n° 298. — »Si pro aliquibus.«

» 6 » (19677) S(imonem) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatum hortatur, ut conquesto nunc Siciliae regno Christifidelibus suae legationis pro Terrae sanctae sub-

1266.

sidio crucem praedicet, et enumerat indulgentias quas illis qui istum laborem subierint *etc.* pollicetur. VIII id. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 341. n° 300. — »De summis caelorum.«

Iun. 8 Viterbii (19678) R(iccardo) S. Angeli diac. card. mandat, ne permittat ut prior provincialis et fratres Eremitarum ord. s. Aug. provinciae Pisanae ab aliquo indebite molestentur. VI id. Iun. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 62. — »Sub religionis habitu.«

» 8 » (19679) (Henrico) regi Angliae decimam partem omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum Angliae, Walliae ac Yberniae usque ad triennium concedit, ut utilius regimini sui regni et ecclesiarum ipsius possit defensioni vacare. VI id. Iun. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 98. n° 248. — »Quanta inclitum Anglie.«

» 8 » (19680) O(ttobono) S. Adriani diac. card. sedis apostolicae legato scribit de eodem argumento eique mandat, ut ad colligendum huiusmodi decimam in regno Scotiae minime procedat, nisi ad id regis Scotiae assensus accedat. VI id. Iun. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 99. n° 249. — »Licet nos carissimo.«

» 9 » (19681) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Laurentio Odonis Serroniani civi et mercatori Romano 1500 libras Turonenses, quas Iacobo canonico et custodi basilicae Principis apostolorum pro negotio regni Siciliae mutuaverat, solvat. V id. Iun. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 343. n° 301. — »Dilectus filius Laurentius.«

» 9 » • (19682) Eidem mandat, ut Iohanni Pantaleonis de S. Angelo 1700 libras Turonenses persolvat. V id. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 343. n° 302.

» 9 » • (19683) Eidem mandat, ut 500 libras Leonardo Pauli Cuithii de Turre, totidem Nicolao Muto de Papazuris, totidem Lucae Petri de Cicca solvat. V id. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 344. n° 303.

» 9 » (19684) Eidem mandat, faciat ut Barducio Friscobaldi et eiusdem sociis mercatoribus Florentinis de 11000 libris Turonensibus quas ecclesiae Romanae sub variis contractibus et diversis temporibus mutuarunt, satisfiat. V id. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 344. n° 304. — »Dilectus filius Barducius.«

» 9 » (19685) Monasterium s Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exprimit, iura ac privilegia confirmat. V id. Iun. indict. IX. incarn. dom. a° 1266. pont. a° 2°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 190. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 9 (») • (19686) Thomam episcopum Bituntinum transfert ad Cerviensem ecclesiam. V id. Iun. 1266. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 473.

» 9 » • (19687) Provinciali Hispaniae ord. Praed. et ministro Minorum in regno Castellae committit, ut postulatis Alphonsi regis satisfaciant, civitatis titulum castro Soriano donent *etc.* V id. Iun. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1266 § 15. XIII. 725.

» 11 » (19688) Abbatem monasterii de Arnesburg Cisterc. ord. Magunt. dioc. monet et hortatur, ut abbatissam et conventum monialium monasterii de Corona Virginum opportunis temporibus visitet aut ipsas faciat visitari. III id. Iun. a° 2°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 750. n° 5. — »Vota personarum humilium.«

» 11 » (19689) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectori apostolicae sedis legato concedit facultatem remittendi alia 5000 Anconitanis, *etc.* III id. Iun. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 345. n° 305. — »Scripsimus tibi nuper.«

» 11 » (19690) Episcopo Calaguritano [Calahorra] mandat, ut (Theobaldum) regem Navarrae comitem Campaniae ex una parte et episcopum capitulumque Pampilionenses ex altera super quibusdam castris, villis et rebus aliis litigantes ad concordiam revocet. III id. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 345. n° 306; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne V. 18. n° 3390bis. — »Quanto carissimus in.«

» 12 » (19691) (Guillelmo) archiepiscopo Aquensi mandat, ut Massiliam se conferat et fratribus Minoribus a fratribus Praedicatoribus iniuria affectis satisfactionem fieri procuret. II id. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 346. n° 307; Ripolli Bullar. Praed. I. 474. n° 48; Wadding Ann. Minor. IV. 262; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 82. n° 82; *non integra* ap. Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 261. — »Paupertatis altissimae professoribus.«

• *In eundem modum* Avenionensi et Carpentoratensi episcopis. ‖ Ripoll l. c. 475. n° 49; Sbaralea l. c. 84. n° 83.

(» 12) (») (19692) Magistro B. Languiselli archidiacono Lantarensi in ecclesia Tolosana capellano suo mittit formam, sub qua cives Senenses reconciliari possint. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 350. n° 308. — »A longis retro.«

» 13 » (19693) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, procuret ut ecclesiarum et monasteriorum Urbis possessiones, quae pro diversis pecuniarum summis Carolo regi Siciliae pro negotio regni Siciliae traditis obligatae sint mercatoribus Romanis, quantocius ab hac obligatione solvantur. Id. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 352. n° 309. — »Cum ecclesia Romana.«

1266.

Iun. 13 Viterbii (19694) Ecclesiam episcopalem s. Laurentii Traguriensem patrocinandam suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Id. Iun. indict. IX. incarn. dom. a° 1266. pont. a° 2°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 350. — »Apostolicae sedis specula.«

» 13 » (19695) Decano, thesaurario et officiali Meldensibus committit dirimendam secundum iuris canonici praescriptiones litem exortam inter (Reginaldum) episcopum Parisiensem ex parte una et abbatem S. Genovefae Parisiensis, priores S. Martini de Campis, S. Dionysii de Carcere ac S. Iuliani Pauperis ord. Cluniacens., magistros et fratres hospitalis Hierosolymitani ex altera, qui divina officia publice celebraverant tempore, quo dictus episcopus omnibus Parisiorum ecclesiis sacris interdixerat. Id. Iun. a° 2°. ‖ Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 174; *cf.* Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris III. 252. — »Sua nobis venerabilis.«

» 15 » (19696) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato aperit anxietatem suam de duobus Urbis senatoribus scribens: »Duo facti sunt consules praedones et fures, intus et extra libere debacchantur; angimur enim ab eisdem praecipue propter debita quae tu nosti, pro quibus obligatae possessiones ecclesiarum Urbis existunt. Si qua ergo tibi compassio, patri subveni, matri succurre et de ore leonum nos libera rugientium.« Addit, alibi omnia prospere succedere, Pelavicinum cum Cremona, Placentia et nobilibus plurimis mandata curiae sine conditione qualibet iurasse; denique, I(ohannem) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. cardinalem gravi languore nuper laborantem iam convaluisse. xvii kal. Iul. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 24; Vitale Senatori di Roma 141; Martene Thes. anecd. II. 353. n° 310. — »Ecce Romana ecclesia (Roma suae« *Mart.*)

» 16 » (19697) Priori provinciali fratrum Praedic. Provinciae vel eius locum tenenti scribit de excessibus a fratre Benedicto subpriore domus Massiliensis et Iohannis Guidonis de conventu eiusdem ordinis in fratrem Maurinum de ordine Minor. inquisitorem haereticae pravitatis commissis, eique mandat ut fratrem Benedictum in provinciam Franciae et duos alios in provinciam Narbonensem mittat *etc.* xvi kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 353. n° 311; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 87. n° 85. — »Graves fratrum tuorum.«

» 16 » (19698) B(alduinum) imperatorem Constantinopolitanum laudat, quod auxilium ad negotium Romanae ecclesiae spondeat. xvi kal. Iun. a° 2°. ‖ Martene l. c. 354. n° 312; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 23. — »Commune gaudium Deum.«

» 16 » (19699) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut universa quae b. mem. E(gidius) Tyrensis archiepiscopus pro subsidio Terrae sanctae collegit ubilibet constituta et a quibuscunque personis debita exigat et recipiat. xvi kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 355. n° 313. — »Discretioni tuae per.«

» 16 » * (19700) Compositionem inter capitulum de Hauge Herbipoli et nobiles viros Albertum et Craftonem fratres ac Godfridum de Hohenloch initam super damnis quibusdam illatis ratam habet. xvi kal. Iul. a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 267.

» 18 » (19701) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut electionem de Guillelmo de Maleberge in abbatem monasterii de Evesham factam confirmet et ei munus benedictionis impendat. xiv kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 355. n° 314. — »Olim in minori.«

» 20 » (19702) (Mariae) reginae Ungariae cameram Syrmiensem et quasdam alias terras regni Ungariae, quas ei ratione dotis B(ela) rex eius vir donaverat ac cui donationi Stephanus rex ipsius Belae primogenitus a. 1256 suum praestiterat consensum, confirmat, diploma Stephani praefati transumens. xii kal. Iul. a° 2°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccles. II. 194; Fejér Cod. dipl. IV. iii. 364; Theiner Mon. Hungar. I. 283. n° 517. — »Consuevit interdum sedes.«

» 20 » (19703) Abbati et conventui monasterii s. Iacobi Maguntini ord. s. Ben. ecclesiam in Gensim Magunt. dioc., quam eis (Wernerus) archiepiscopus Maguntinensis considerans, quod facultates eiusdem monasterii propter guerrarum discrimina valde erant diminutae, in perpetuos usus concesserat, confirmat. xii kal. Iul. a° 2°. ‖ Würdtwein Dioec. Mogunt. I. 479. — »Cum a nobis.«

» 20 » (19704) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato scribit, se Casertanum et Acerrarum comites recepisse, »non ut comites, sed ut vere vel ficte conversos«, eisque ammonitionem fecisse salutarem. »Provisionem in tua legatione vacantium ecclesiarum cathedralium nobis duximus reservandum. ... De clericis concubinariis, quorum premeris multitudine, certum tibi non possumus dare consilium« *etc. etc.* xii kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 356. n° 315. — »Casertanum et Acerrarum.«

» 20 » (19705) Priorem et fratres Heremitas de Monte Rubiano ord. s. Aug. Firman. dioc. hortatur, ut a construendo sibi locum infra spatium 300 cannarum ab ecclesia fratrum Minorum desistant. xii kal. Iul. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 88. n° 86. — »Vestram et vestri.«

1266.

Iun. 22 Viterbii (19706) (Henrico) episcopo Belvacensi respondet ad eius litteras »genus mirabile querimoniae continentes« super collatione praebendarum per sedem apostolicam. »Ceterum tuas et tuae pressuras ecclesiae, quas scripsisti, diligenter evolvimus et, querelis generalibus expeditis, super illis quae tuam singulariter tangunt et angunt ecclesiam, omne remedium quod honeste poterimus apponemus.« x kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 357. n° 316. — »Tuae litteras fraternitatis.«

» 22 » (19707) O(ttobono) S. Adriani diac. card. sedis apostolicae legato mandat, ut, si Scotorum regis obtento assensu ad exactionem decimae ad subventionem (Henrici) regis Anglorum usque ad triennium deputatae procedatur, de ipsa primo Angliae reginae, quae gravi debitorum sarcina opprimatur, debita exsolvantur. x kal. Iul. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 89. n° 88; Theiner Mon. Hibern. 99 in n° 249. — »Per varias nostras.«

» 22 » (19708) Rogerio dicto Baccon ord. Minor. mandat, ut, non obstante praecepto praelati cuiuscumque contrario vel sui ordinis constitutione quacumque, opus illud »quod te Raymundo de Lauduno communicare rogavimus in minori officio constituti,« mittat quam citius poterit. x kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 358. n° 317; Wadding Ann. Minor. IV. 265; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 89. n° 87. — »Tuae devotionis litteras.«

» 22 » (19709) Episcopum Vicentinum hortatur, ut in episcopatu perseveret eique gratias agit pro libro misso. x kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 358. n° 318. — »Consideratis omnibus quae.«

» 22 » (19710) (Stephano) archiepiscopo Colocensi mandat, ut ea quae de bonis ad episcopalem sedem Zagabriensem spectantibus per concessiones praedecessorum Tymothei Zagabriensis episcopi alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem sedis legitime revocet. x kal. Iul. a° 2°. ‖ Tkalčič Mon. episc. Zagrab. I. 131. n° 119. — »Ad nostram noveris.«

» 22 » (19711) Certa pacta, quae inita sunt inter Belam et Stephanum primogenitum ipsius ducem Transilvanum reges Ungariae, qui tandem inter se ad pacem et concordiam devenerunt, rata habet et confirmat, tenores litterarum inde confectarum inserens. x kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 284. n° 518; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 144; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1266 § 18. XIII. 726; Palacky Reise 41. n° 308. — »Regis eterni filius.«

» 24 » (19712) Priori et lectori fratrum Praedic., gardiano et lectori fratrum Minorum in Montepessulano mandat, ut fratres suos in Carcassonensi et Bellicadri senescalliis, vel Provinciae et Folcalqueriae comitatibus, Arelatensi et Avinionensi civitatibus et alibi in Arelatensi provincia, qui invicem se occulte mordent et etiam in sermonibus ad clerum habitis vel ad plebem verba effundere praesumpserunt detractoria in alterutrius praefatorum ordinem non levem infamiam, censura ecclesiastica compescant. viii kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 359. n° 319; Ripolli Bullar. Praed. I. 476. n° 50; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 90. n° 89. — »Aegre ferimus et.«

» 27 » (19713) (Rodulpho) episcopo Albanensi sedis apostolicae legato mandat, ut fratrem Theobaldum dictum Sarracenum ord. Minor. ecclesiae Cannensi praeficiat in episcopum. v kal. Iul. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 90. n° 90. — »Dilecti filii archidiaconus.«

» 29 » (19714) Theobaldum regem Navarrae rogat et hortatur, ut filiis et heredibus Martini Sancii baptizati Saraceni bona, quae ei senescallus regius ad instantiam Fortunii abbatis saecularis ecclesiae s. Benedicti de Miranda rapuerat, restituantur. iii kal. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 360. n° 320; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne VI. 18. n° 3391. — »Dilecti filii Iohannes.«

» 29 » (19715) Abbati et conventui monasterii s. Walerici supra Mare [Saint-Valery-sur-Somme] ord. s. Ben. Ambian. dioc. indulget, ut in parochiis illis, in quibus veteres decimae eis sint concessae, novalium quoque decimas pro ea portione, qua veteres ipsos contingant, percipere possint *etc.* iii kal. Iul. a° 2°. ‖ Beauvillé Doc. inéd. conc. la Picardie II. 45. n° 56. — »Vestre merita devotionis«.

» 30 » (19716) Abbati et conventui monasterii Indensis [Kornelimünster] ord. s. Ben. Coloniens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. ii kal. Iul. a° 2°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 730. n° 12; Quix Cod. dipl. Aquens. I. ii. 133. n° 200. — »Cum a nobis.«

» 30 » * (19717) Le pape Clément IV ratifie l'incorporation de l'église de Keyl au couvent de Differdange. ii kal. Iul. a° 2°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 107. n° 314.

» 30 » * (19718) Le même ratifie l'incorporation de l'église de Kar au couvent de St.-Marie à Differdange. ii kal. Iul. a° 2°. ‖ Public. l. c. n° 315.

Iul. 3 » (19719) Rectori et populo Beneventanae civitatis privilegium Caroli Siciliae regis aurea bulla munitum super certis libertatibus et gratiis eis concessum »quod in archivo sedis apostolicae facimus conservari,« confirmat et transcriptum mittit. v non. Iul. a° 2°. ‖ Borgia Istor. del dominio tempor. Append. 69. — »Sub dominio sedis.«

1266.

Iul. 4 Viterbii (19720) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi et Tymotheo Zagrabiensi episcopo mandat, ut magistrum Farchasium vicecancellarium B(elae) regis Ungariae a capitulo Albensis ecclesiae in praepositum ipsius ecclesiae electum confirment. IV non. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 287. n° 519; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 146. — »Ad nostrum pervenit.«

» 4 » (19721) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectori apostolicae sedis legato mandat, det Malatestae (de Veruculo) 600 libras Ravennenses tam secrete, »ut te et ipso dumtaxat consciis ad aures non transeat aliorum.« Addit, quomodo se erga Anconitas gerere debeat. IV non. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 361. n° 321; Tonini Rimini 574. — »Dilecti filii nobilis.«

» 5 » (19722) Lotheringo et Cathalano ordinis militiae Virginis gloriosae rectoribus, consilio et communi civitatis Florentinae concedit propter reddituum paucitatem, ut pro suis et suorum officialium ac ambaxiatorum expensis necessariis ac castrorum et civitatis honesta custodia collectae civibus interioribus imponantur. Mandat eis, ut omnes Teutonicos ibidem in armis morantes aut consuetos morari tamquam perfidos et excommunicatos et persecutores ecclesiae manifestos licentiant et a se abiiciant omnino. III non. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 361. n° 322; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 83. n° 24. — »Certificati per litteras.«

» 5 » (19723) I(acobo) regi Aragonum gratulatur, quod »Murciam famosam satis inter alias civitatem« sua potestate perdomuit et ad (Alphonsi) regis Castellae dominium reduxit, eumque hortatur, ut ad carnis propriae victoriam mulierem moecham abiiciat. III non. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 362. n° 323; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 25; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1266 § 12. XIII. 724. — »Datam tibi de.«

» 5 » (19724) (Magistrum) Thomam (de Lydel rectorem ecclesiae de Rathlonge Carnotens. dioc.), quem prior et conventus cathedralis ecclesiae s. Patricii Dunensis ord. s. Ben. in suum episcopum elegerunt, dictae ecclesiae praeficit in episcopum, cassato processu ab archiepiscopo Armachano contra eandem electionem facto. III non. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 100. n° 250. — »Dudum cathedrali ecclesia.«

» 8 » (19725) Magistrum Demetrium archidiaconum in ecclesia Strigoniensi subdiaconum suum capellanorum suorum consortio aggregat. VIII id. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 288. n° 520; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 147. — »Gratum sentientes de.«

» 8 » (19726) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. scribit de provisione castri Collis nigri, quod Richardus Petri et Petrus Richardi sororius et nepos illius ad vitam habuerant. VIII id. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 363. n° 324. — »Dudum tibi de.«

» 10 » (19727) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato transmittit nomina mercatorum Urbis, qui pro negotio C(aroli) Siciliae regis sub papae et ecclesiae Romanae nomine pecuniam mutuarunt, et quantitatem mutuatae pecuniae. Mandat ei, ut omnibus in cedula contentis, quibus non sit satisfactum, satisfaciat, ut eis ecclesia Romana et alia loca ecclesiastica Urbis propter hoc non remaneant obligata. VI id. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 364. n° 325. — »Pluries nobis tuis.«

» 10 » (19728) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectori apostolicae sedis legato mandat, ut in Urbinates faciat quod iuris fuerit; an apud Forosimphronium fortalitia sint facienda, eius relinquit iudicio. VI id. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 365. n° 326. — »Plus quam multis.«

» 11 » (19729) Abbati monasterii s. Iohannis Angeliacensis scribit de solvendo eius debito. V id. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 365. n° 327. — »Si melius aestimas.«

» 11 » (19730) Priori Cartusiae et universis prioribus et fratribus Cartusiensis ordinis indulget, ut nullus in eos excommunicationis sententiam promulgare possit. V id. Iul. a° 2°. ‖ Tromby Storia V. app. 262. n° 101. — »Quanto studiosius divinis.«

» 13 » (19731) (Guillelmo) abbati et conventui S. Victoris Massiliensis concedit facultatem uniendi ecclesiam de Rosseto prioratui SS. Trinitatis in valle de Tritis, ut ibidem conventus institui possit et facilius extirpari haeresis ex valle illa. III id. Iul. a° 2°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1353; *fragm.* ap. Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 254. not. — »Commissum sollicitudini nostrae.«

» 13 » (19732) Eidem abbati concedit, ut omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad eius solemnem praedicationem certis diebus solemnibus accesserint, indulgentiam 40 dierum elargiri possit. III id. Iul. a° 2°. ‖ Belzunce l. c. 255. not., *omisso initio.*

» 13 » (19733) Eidem eiusque successoribus concedit facultatem primam tonsuram et omnes minores ordines conferendi monachis sui monasterii et membrorum pleno iure ipsi subiectorum infra septa eiusdem monasterii. III id. Iul. a° 2°. ‖ Belzunce l. c. 255. not. — »Ut erga sedem.«

» 13 » (19734) Generali et universis prioribus atque fratribus Eremitarum ord. s. Aug. indulget, ut nequeant universaliter aut singulariter super aliquibus negotiis per apostolicae sedis litteras conveniri, quae de eorum ordine specialem non fecerint mentionem. III id. Iul. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 61. — »Pacis vestrae quaerentes.«

1266.

Iul. 13 Viterbii (19735) M(argarethae) reginae Franciae scribit, inter conditiones quibus viro magnifico datus sit nobilis principatus, illam pluribus fuisse adstrictam funiculis, quam videatur regina habere suspectam. »Scire te volumus, quod nec tibi nec alii superest aliquid ex illa parte timendum.« III id. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 366. n° 328. — »Inter conditiones ceteras.«

» 14 » (19736) S(imonem) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatum rogat et hortatur, ut Thomae de Cociaco ad Terrae sanctae defensionem se praeparanti de centesima et redemtione votorum collectis in regno Franciae subveniat. II id. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 366. n° 329. — »Clara merita dilecti.«

» 14 » (19737) (Berengario) abbati monasterii s. Aegidii Nemausens. dioc. eiusque successoribus indulget, ut, cum per villam s. Aegidii eiusque territorium iter faciant, dummodo episcopus aliquis vel sedis apostolicae legatus praesens non existat, benedictionem super populum more pontificum elargiri possint. II id. Iul. a° 2°. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 88. — »Dilectionis quam a.«

» 14 » (19738) Eisdem concedit facultatem conferendi omnes minores ordines. II id. Iul. a° 2°. ‖ Ménard l. c. 88. — »Ab olim dum.«

» 14 » (19739) Eisdem concedit in perpetuum, ut, quoties eos in praedicto monasterio vel in villa s. Aegidii verbum Dei proponere contigerit, omnibus vere poenitentibus et confessis qui ad hanc praedicationem accesserint, indulgentiam 40 dierum elargiantur. II id. Iul. a° 2°. ‖ Ménard l. c. 88. — »Monasterium tuum quod.«

» 15 » (19740) Eidem abbati concedit facultatem absolvendi illos sui monasterii monachos, qui propter violentam manuum iniectionem in clericos *etc.* in villa s. Aegidii ac eius territorio commorantes sententiam excommunicationis incurrerint. Id. Iul. a° 2°. ‖ Ménard l. c. 88. — »Ex parte tua.«

» 15 » (19741) (Iohanni) electo Remensi significat, se eius electionem confirmavisse eumque Remensi ecclesiae praefecisse in archiepiscopum et pastorem. Id. Iul. a° 2°. ‖ Martene Ampl. collect. II. 1267. — »Nobilis et veneranda.«

» 15 » (19742) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Gaufrido dicto Forrier de Vernolio Andegavens. dioc. crucesignato de centesima reddituum ecclesiasticorum regni Franciae in subsidium Terrae sanctae crucesignatis concessa provideat. Id. Iul. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 367. n° 330. — »Zelo devotionis accensus.«

» 15 » (19743) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato Arnulphum capellanum suum »spiritum promptum habentem, carnem autem infirmam« transmittit, ut si forsitan illuc eum duxerit retinendum, eum benigne promoveat. Id. Iul. a° 2°. ‖ Martene l. c. 368. n° 331. — »Sicut omnes quadam.«

» 15 » (19744) Transsumit Alexandri IV n° 16834 d. d. 1257. Apr. 28 et Innocentii IV n° 14060 d. d. 1250. Sept. 20: »Id. Iul. a° 2°« — »Quasdam litteras felicis.« ‖ Empoli Bullar. 63.

» 15 » (19745) Archiepiscopis et episcopis praecipit, ut per censuram ecclesiasticam compescant eos, qui contra indulta Cartusiensibus privilegia eos molestare praesumpserint. Id. Iul. a° 2°. ‖ Tromby Storia V. app. 263. n° 102. — »Cum dilectos filios.«

(» 15) (») (19746) C(arolum) regem Siciliae laudibus effert, quod ad regni custodiam argumentosa solertia diligenter intendat. »Sed si latera tua respexeris, hinc Saracenos, hinc Graecos, hinc civitates maritimas magni nominis, hinc Teutonicos, hinc multos barbaros circumiacere reperies, qui nec te possunt, nec tuam diligere nationem. Quaesumus igitur, ut cumulans tibi potentiam subiectorum tecum plurimos retinere studeas, de quorum probata fidelitate confidis, et etiam de aliis revoces quos strenuos et fideles tibique devotos recedere permisisti, nec eisdem bona feuda ac pinguia distribuere verearis.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene Thes. anecd. II. 368. n° 332; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 17; Duchesne Hist. des card. franç. II. 209; Loisel Opuscules 691. — »Favus paternae dulcedinis.«

» 16 » (19747) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. significat, se Ia(cobum) Neapolionis et fratrem eius ac R. interfectorem quondam Busardi absolvisse, iuramentis eorum receptis de sedis apostolicae parendo mandatis super his pro quibus excommunicati erant et super offensis in papam et eum in Sabinia commissis. XVII kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 370. n° 333. — »Venientes ad nostram.«

» 16 » (19748) C(arolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut quaestionem gabellae Rhodani cum (Ludovico) rege Franciae germano suo per viam amicabilem ad finem perducat congruum. XVII kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 371. n° 334. — »Quanto carissimo in.«

» 18 » (19749) Prioribus et fratribus Cartusiensis ordinis concedit, quod, si duae fiant simul electiones priorum, quamvis una sit vitiata, alteri non praeiudicet, etiamsi de forma consilii generalis aliquid fuerit praetermissum. XV kal. Aug. a° 2°. ‖ Tromby Storia V. 264. n° 103. — »Ex illo specialis.«

» 18 » (19750) Ludovico regi Francorum villam s. Aegidii »quae nobis ortum dedit« et monasterium inibi situm commendat. XV kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 371. n° 335. — »Nostram non praeteriit.«

1266.

Iul. 18 Viterbii (19751) Eundem deprecatur, ut Carthusiensem ordinem, specialiter autem domum Vallis viridis prope Parisius oculo pietatis respiciat eisque sit benevolus et beneficus. xv kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 372. n° 336; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 371; Félibien Hist. de Paris III. 230; Gallia christ. IV. 969; Levasseur Annal. de l'égl. de Noyon III. 973; Tromby Storia V. app. 265. n° 104. — »Cartusiensis ordinis, cuius.«

» 19 » (19752) Magistro Heliae capellano suo mandat, ut Pisanos sub certis conditionibus ab excommunicatione et interdicto absolvat. xiv kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 373. n° 337. — »Ad nostram nuper.«

» 22 » (19753) S(imonis) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae rectoris apostolicae sedis legati prudentiae committit, quid ei cum civitate Firmanensi videatur agendum. xi kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 374. n° 338. — »In nostra praesentia.«

» 22 » (19754) Eidem significat, se eius litteras per Iohannem de Valencenis militem missas accepisse eique mandat, ut per se et alios crucis negotium diligenter prosequatur, »sic tamen ut, quando et quotiens tibi placuerit, subducere possis humeros oneri, si te gravet: quod apud te volumus et praecipimus esse secretum.« xi kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 375. n° 339. — »Quae nobis per.«

» 25 » (19755) Guillelmi de Portu iurisperiti senioris sententiam in quaestione inter eum, Petrum Raybaldum *etc.* ex una parte et monasterium s. Aegidii ex altera super quadam insula nata in Rodano latam confirmat. viii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 375. n° 340. — »Quaestionem de finibus.«

» 26 » (19756) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. significat, se (Vivianum) Rutinensem episcopum, »quem detestabilis turpitudinis urgent indicia«, ad suam praesentiam duxisse per latorem praesentium advocandum et praefigere ei terminum, quo coram examinatoribus personaliter compareat. »In hoc tamen tibi gerimus morem, quod si lectis praesentibus litteris differri aliquantulum tibi placuerit citationem eiusdem, quod tibi conscientia dictaverit in hac parte, sustinebimus patienter.« vii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 375. n° 341; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 91. n° 91. — »Aequanimiter moram tulimus.«

» 26 » (19757) Fratrem Leonardum de Esculo ord. Minor. Eugubino episcopo qui morbo paralytico est gravatus in coadiutorem destinat. vii kal. Aug. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 267; Sbaralea l. c. 92. n° 93. — »Sicut nostris auribus.«

* *In eundem modum* Episcopo, capitulo et clero civitatis et diocesis Eugubinae, *verbis competenter mutatis.* ‖ Wadding l. c.; Sbaralea l. c. 93. n° 94.

» 26 » (19758) Abbati monasterii s. Aegidii Nemausens. dioc. eiusque successoribus indulget, ut ad provincialia concilia seu synodos episcopales personaliter accedere aut pro se alium destinare possint. vii kal. Aug. a° 2°. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 89. — »Paci et quieti.«

» 26 » (19759) Repetit Alexandri IV n° 18093 d. d. 1261. Apr. 13: »vii kal. Aug. a° 2°« — »Petitio vestra nobis.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 476. n° 51.

» 26 » (19760) (Viviano) episcopo Rutenensi mandat, ut infra dies octo post receptionem praesentium personaliter coram papa compareat. vii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 376. n° 342; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 92. n° 92. — »Cum dilecti filii.«

» 26 » (19761) Iohanni electo Remensi concedit, ut ad receptionem vel provisionem alicuius in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis minime teneatur nec ad id invitus compelli possit. vii kal. Aug. a° 2°. ‖ Varin Archiv. adm. I. ii. 891. — »Personam tuam sincera.«

» 27 » (19762) C(arolum) regem Siciliae consolatur de fuga Galvani (Lanceae) eumque monet, ut inimicos redeuntes ad gratiam prosequatur pietate. vi kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 377. n° 343; Giudice Cod. dipl. I. 232. not. 3. — »Si Galvanus factus.«

» 27 » (19763) R(adulfo) episcopo Albanensi committit, ut abbatem Florentinum et coabbates eius destitutos ad sua claustra reducat aut transponat, et etiam monasterio s. Mariae de Capua provideat. vi kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 377. n° 344. — »Abbatis Florentini et.«

» 27 » (19764) Rectoribus et communi Florentiae mandat, ut concives suos, quos in confinibus aliquamdiu tenuerint, receptis idoneis cautionibus de parendo sedis apostolicae mandatis et civitate minime perturbanda, ad sua domicilia tute et libere remittant. vi kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 378. n° 345. — »Ex partibus concivium.«

» 27 » (19765) Potestati et communi Reatinensibus mandat, ut Galiotum Galvani Lanceae filium, qui cum argento et auro et mobilibus paternis aliis a regno Siciliae fugiens ad eos transfugit, detineant. vi kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 378. n° 346. — »Per carissimum in.«

» 28 » (19766) Patriarchae Gradensi et eius suffraganeis mandat, ut molestatores monasterii s. Georgii maioris de Venetiis ord. s. Ben. coerceant. v kal. Aug. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 251. — »Non absque dolore.«

1266.

Iul. 30 Viterbii (19767) C(arolo) regi Siciliae mittit P. Cambellanum militem, ut ipsius consilio utatur. iii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 378. n° 347; *cf.* Lello Hist. di Monreale (II.) 20 [ed. a[i] 1702 (II.) 12]. — »Dilectum filium nostrum.«

» 30 » (19768) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Terrae sanctae statum Christifidelibus in regno Franciae necnon in Cameracensi, Tullensi, Leodiensi, Metensi et Virdunensi civitatibus ac diocesibus diligenter exponat, eis proponat sollicite verbum crucis ac eos hortetur, ut ad subventionem eius promptis attendant animis. iii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 379. n° 348. — »De summis caelorum.«

» 30 » (19769) Eidem mandat, ut G(uidoni) comiti Flandriae ad transfretandum se accingenti 20000 librarum Turonensium assignet. iii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 381. n° 349. — »Apostolicae sedis ampla.«

» 31 » (19770) Eidem collectionem centesimae omnium ecclesiasticorum proventuum regni Franciae et in Cameracensi .... (*ut in* n° 19768) civitatibus et diocesibus committit. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 382. n° 350. — »Dudum felicis recordationis.«

» 31 » (19771) Eidem mandat, ut centesimam ecclesiasticorum proventuum, legata et omnia alia ad Terrae sanctae subsidium spectantia in terris suae legationis necnon in Cameracensi .... civitatibus et diocesibus colligat et in aliquo loco tuto deponat. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 383. n° 351. — »Quia pro firmo.«

» 31 » (19772) Eidem mandat, ut de bonis mobilibus quae Ae(gidius) Tyrensis archiepiscopus habuit in partibus cismarinis, tantum sibi assignari faciat, quantum tempore quo sedes apostolica concessionem eidem factam pro relevandis ecclesiarum regni Franciae gravaminibus revocaverat, praefato archiepiscopo de procurationibus suis remansisse invenerit idque in Terrae sanctae succursum convertat. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 383. n° 352. — »Licet bonae memoriae.«

» 31 » (19773) Decano Parisiensi mandat, compellat Guillelmum de Rampillione archidiaconum Parisiensem, ut 100 libras Turonenses, quas Simon de Rali miles Senonensis pro Terrae sanctae subsidio legavit, Oddoni de Corpelay militi crucesignato exhibeat. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 384. n° 353. — »Oddo de Corpelay.«

» 31 » (19774) S(imoni) praefato mandat, ut cum (Ludovico) rege Franciae de subsidio Pictaviensi comiti ad sui promotionem itineris in Terram sanctam conferat tribuendo. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 385. n° 354. — »Saepe et saepius.«

» 31 » (19775) A(lfonso) comiti Pictaviensi et Tolosano se de subsidii ipsi tribuendi impotentia excusat. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 385. n° 355. — »Erubescere nos fatemur.«

» 31 » (19776) Ludovico regi Francorum, cui olim indultum erat, ne a quoquam iudice delegato vel ordinario terra eius posset ecclesiastico subiici interdicto, scribit de interpretatione et revocatione huius indulgentiae. ii kal. Aug. a° 2°. ‖ Laurière Rec. des ordonnances des rois de France V. (Paris 1736. fol.) 101; *textus est corruptus.* — »A felicis recordationis.«

Aug. 1 » (19777) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut de centesima ecclesiasticorum proventuum, legatis *etc.* ad Terrae sanctae succursum spectantibus, quae in Coloniensi, Treverensi et Maguntina provinciis et aliis locis extra regnum Franciae collecta sunt et ad eius manus perveniunt, usque ad summam 20000 librarum Turonensium (Ottoni) comiti Guelrensi in suarum expensarum subsidium tribuat. Kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 386. n° 356; Sloet Oorkondenb. van Gelre II. 871. n° 895. — »Ad consequendam gloriam.«

» 1 » * (19778) Eidem mandat, ut H(enrico) comiti Luccelburgensi 15000 librarum Turonensium in suarum expensarum subsidium solvat. Kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 387. n° 357. — »Ad consequendam gloriam.«

» 1 » (19779) Eidem mandat, ut detentores bonorum defuncti (Aegidii) archiepiscopi Tyrensis per censuras ecclesiasticas ad restitutionem compellat. Kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 387. n° 358. — »Sicut ex insinuatione.«

» 1 » * (19780) Eidem mandat, ut comiti Iuliacensi ad transfretandum se praeparanti 10000 librarum Parisiensium persolvat. Kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 388. n° 359. — »Ad consequendam gloriam.«

» 1 » * (19781) Eidem mandat, ut domino de Heufalise 1000 librarum Turonensium pro itinere in Terram sanctam tribuat. Kal. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 388. n° 360. — »Ad consequendam gloriam.«

» 2 » (19782) R(adulfum) episcopum Albanensem apostolicae sedis legatum hortatur, ut in sua Siciliae legatione patienter perseveret, eique significat, Sancium filium regis Aragonum advenisse. iv non. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 388. n° 361. — »Quamvis tuis compatiamur.«

» 2 » (19783) Electo Veronensi concedit facultatem confirmandi postulationem fratris D. Acoliti in priorem ecclesiae s. Georgii Veronensis ord. s. Aug., si ei admittenda videbitur. iv non. Aug. a° 2°. ‖ Biancolini Chiese di Verona V. ii. 159. — »Discretionem tuam dignis.«

1266.

Aug. 2 Viterbii — • (19784) Le pape Clément IV confirme les priviléges accordés par ses prédécesseurs au couvent du St.-Esprit à Luxembourg. A° 2°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 107. n° 317.

» 3 » — (19785) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut (Ludovicum) regem Franciae consulat de subsidio Petro comitis Britanniae filio ad Terram sanctam transfretare se disponenti concedendo. III non. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 389. n° 362. — »Volens ut asserit.«

» 3 » — (19786) (Bertholdo) episcopo Babenbergensi et (Wladislao) electo Salzeburgensi mandat, ut, cum Philippus quondam Salzeburgensis electus, in quem tenentem Salzeburgensem archiepiscopatum occasione dissensionis propter hoc inter ipsum et Ulricum Secowensem episcopum in Salzeburgensem archiepiscopum postulatum suscitatae diversae excommunicationum sententiae promulgatae erant, munitiones quas tenebat Salzeburgensi ecclesiae restituerit et ad apostolicae sedis reverentiam redierit, eundem ab huiusmodi excommunicationis et suspensionis sententiis absolvant. III non. Aug. a° 2°. ‖ Chmel in (Wiener) Jahrb. der Literat. CVIII. (1844) 178. not. — »Significavit nobis Philippus.«

» 3 » — (19787) Priori fratrum Praedic. et decano Coloniensi committit, ut interdictum, quod Urbanus pp. in cives Colonienses promulgavit pro eo, quod quidam ex ipsis in archiepiscopale palatium manus iniecerant, et cum inter (Engelbertum) archiepiscopum ac memoratos cives ad invicem tam super iniuriis huiusmodi quam super aliis discordiis et dissentionibus compositio amicabilis intervenerit, relaxent. III non. Aug. a° 2°. ‖ Lacomblet UB. II. 329. n° 564; Ennen Quellen II. 540. n° 491. — »Insinuarunt nobis dilecti.«

» 4 » — • (19788) Le pape écrit à Guy comte de Flandre et marquis de Namur croisé, qu'étant instruit qu'il a l'intention de partir pour la Terre-Sainte, il le prend, lui, sa famille et tous ses biens sous sa protection spéciale. II non. Aug. a° 2°. ‖ Saint Genois Inventaire 42. n° 127, *perperam ad* a. 1267.

» 5 » — (19789) I(ohannem) S. Nicolai in carcere Tulliano et M(atthaeum) S. Mariae in porticu diaconos cardinales consulit, an Sanctio regis Aragonum filio ecclesiae Toletanae cathedra sit concedenda, an eo dimisso ad alium aliquem suos oculos dirigant. Non. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 389. n° 363. — »A vestra non.«

» 5 » — (19790) Magistro et fratribus hospitalis s. Lazari Hierosolymitani notum facit, se archiepiscopis episcopis et universis ecclesiarum praelatis mandasse, ut tam mares quam mulieres clerici et laici religiosi et saeculares morbo leprae laborantes inventi per fratres eiusdem hospitalis et procuratores eorum capiantur et eiiciantur extra loca cum omnibus bonis suis ad habitationem cum infirmis aliis domorum eiusdem ordinis. Non. Aug. a° 2° (1° *male Cherub.*). ‖ Matthaeus Summa 23; Cherubini Bullar. I. 132; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 742. n° 7. — »Venerabilibus fratribus nostris.«

» 7 » — (19791) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut Odoni episcopo Minorensi consecrationis munus impendat vel exigente iustitia eum prorsus amoveat ab ecclesia Minorensi. VII id. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 390. n° 364. — »Ad nostram nuper.«

» 7 » — (19792) Universis Christifidelibus, qui ecclesiam monasterii de Felines Cisterc. ord. Atrebatens. dioc. in quatuor festivitatibus b. Mariae V. venerabiliter visitaverint, indulgentiam 100 dierum *etc.* largitur. VII id. Aug. a° 2°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 163. n° 152. — »Licet is de.«

» 7 » — Omnes indulgentias et privilegia ... revocat. VII Aug. (*sic!*) a° 2°. ‖ Bürger Hist. Nachricht von Dr. M. Lutheri Münchs-Stand (1719. 8°) 193, *vid.* 1266. Aug. 13. n° 19797.

» 11 » — (19793) (Iacobo) regi Aragonum suum scribit consilium super matrimonio contrahendo inter Ia(cobum) ipsius filium et B. filiam b. mem. comitis Sabaudiae. III id. Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 391. n° 365. — »Si serenitati tuae.«

» 11 » — (19794) Iacobo (Iacobi) regis Aragonum filio consulenti respondet de matrimonio inter ipsum et B. filiam b. mem. comitis Sabaudiae contrahendo. III id. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 392. n° 366; Achery Spicil. III. 659; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1266 § 12. XIII. 724. — »Si nobilitati tuae.«

» 12 » — (19795) Patriarcham Ierosolymitanum, hospitalis et Templi praeceptores ac Gaufridum de Sarginis regis Ierosolymitani senescallum consolatur de irruptione soldani Babyloniae eosque ex diversis orbis partibus auxilia sperare iubet. II id. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 392. n° 367; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 45. — »Succensa velut ignis.«

» 12 » — (19796) Ecclesiam s. Spiritus Ariminensem abbatem proprium non habentem, sed per priorem solitam gubernari protegendam suscipit eiusque possessiones ac bona, iura et privilegia confirmat. II id. Aug. indict. IX. incarn. dom. a° 1266. pont. a° 2°. ‖ Tonini Rimini 577. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 » — (19797) Omnes indulgentias et privilegia, in quantum per ipsa ordinariorum iudicum iurisdictio tangitur, penitus revocat, nihilominus locorum diocesanis et quibusvis aliis ordi-

1266.

nariis iudicibus ut in suos subditos iurisdictionem suam et censuram ecclesiasticam exercere libere valeant concedens. Id. (VII *leg. Bürg.*) Aug. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 393. n° 368; Joh. QuodVultDeus Bürger Histor. Nachricht von D. Mart. Lutheri Münchs-Stand u. Kloster-Leben (Leipz. & Merseburg 1719. 8°) 193; Dumonstier Neustria pia 19; Mon. Boica XXVIII. II. 397; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 764. — »Sedes apostolica interdum.«

Aug. 13 Viterbii — (19798) Episcopo Urbevetano significat, se ad honorem Mariae V. in instanti festo assumptionis istius et per dies octo sequentes interdictum, cui Urbevetani sint suppositi, suspendere, et mandat, ut nisi interim sedis apostolicae satisfecerint beneplacitis, dictum ex tunc interdictum observet et ab omnibus faciat observari. Id. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 394. n° 369. — »Quanto cives Urbevetani.«

» 13 » — (19799) Fratri Raymundo de Acbran ord. Minor. mandat, ut Iohanni de Crusol civi Montispessulano, qui admodum iuvenis religionem ingredi promiserat, si stare nolit promissis, licentiam matrimonium licite contrahendi det. Id. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 395. n° 370; Sbaraleae Bullar. Francisc. II. 93. n° 95. — »Sua nobis dilectus.«

» 13 » — (19800) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato scribit de censu a (Carolo) rege Siciliae solvendo, de suspensis episcopis, de vacantibus ecclesiis cathedralibus, de electis *etc.* Id. Aug. a° 2°. ‖ Martene l. c. 395. n° 371. — »Duo nobis scripsisti.«

» 14 » — (19801) Statuit, ut abbates et praelati mitra et aliis pontificalibus decorati ab episcopis rite discerni possint. XIX kal. Sept. a° 2°. ‖ Mon. Boica XXVIII. II. 393; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 764. n° 17. — »Exigit nostri officii.«

» 18 » — (19802) Abbatissae et conventui monasterii monialium Caesaraugustani mandat, ut 695 duplas auri et 16 vel 17 anulos aureos ac quaedam instrumenta super eis confecta *etc.* episcopi Marrochitani defuncti episcopo Caesaraugustano assignent. XV kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 93. n° 96. — »Cum nuper bonae.«

• *In eundem modum* Praeceptori et fratribus domus Templariorum Caesaraugustanis, ut 200 duplas auri *etc.* ‖ Sbaralea l. c. 94. n° 97.

» 21 » — (19803) (Gaufrido) episcopo Cenomanensi mandat, ut Iohannis de Mosnilio presbyteri elemosynarii C(aroli) regis Siciliae receptionem in canonicum ecclesiae Cenomanensis differat. XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 398. n° 374. — »Sicut noster exultat.«

» 21 » — (19804) Episcopo Caesaraugustano de epistola ad abbatissam et conventum monasterii monialium Caesaraugustani directa significat. XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 94. n° 98. — »Cum nuper bonae.«

» 21 » — (19805) Guardiano et fratribus de ord. Minor. Ulixbonensibus mandat, ut 43 marchas argenti *etc.* ad episcopum Marrochitanum defunctum pertinentes episcopo Caesaraugustano tradant. XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 95. n° 99. — »Cum nuper bonae.«

» 21 » — (19806) Episcopo Caesaraugustano de superiore epistola significat. XII kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 100. — »Cum nuper bonae.«

» 29 resp. 30 » — (19807) Sententiam arbitralem latam (d. 31. Iul. 1266) super quadam contentione orta inter eremitas ordinis s. Guillermi et eremitas ordinis s. Augustini confirmat. III (IV *Fej.*) kal. Sept. a° 2°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 234; Fejér Cod. dipl. IV. III. 347. — »Ea quae iudicio.«

Sept. 1 » — (19808) Bernardo Languiscelli archidiacono Lauterensi in ecclesia Tholosana capellano suo mandat, ut a potestate, consilio et communi Castri s. Geminiani Vulterran. dioc. de parendo apostolicis mandatis tam super reformatione et conservatione pacis, quam etiam super eo quod quondam Manfredo dudum principi Tarantensi contra Romanam ecclesiam adhaeserunt, per syndicum eorum iuramento recepto, faciat sibi super hoc ab eis idoneos fideiussores de civitate Senensi exhiberi. Kal. Sept. a° 2°. ‖ Coppi Annali di San Gimignano 121. — »Ut status provinciae.«

» 4 » — (19809) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut Iohannem de Doaco perfidum et gyrovagum alicubi detrudat in carcerem, de bonis quae (Carolus) rex (Siciliae) receperit ab officialibus quondam Manfredi, »licet nostra sint et non sua«, dissimulet; scribit ei de restitutione electionum in regno, de monasterio s. Trinitatis *etc.* II non. Sept. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 400. n° 375. — »Qui exoculari aut.«

» 13 » — (Ludovico) regi Francorum: »Id. Sept. a° 2°«. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 372, *vid.* 1267. Sept. 13. n° 20122.

» 15 » — (19810) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato scribit, se, cum in minori officio constitutus esset et in regno Angliae legationis officio fungeretur, in quendam Symonem de Monteforti comitem Leycestriae ac nonnullos alios comites et barones eiusdem regni ac omnes turbatores ipsius excommunicationis sententiam protulisse, et addit, se de novo in omnes illos qui contra praefatum regnum arma sustulisse ceperint *etc.*, similem excommunicationis sententiam promulgare. Mandat ei, ut illam

		1266.
		in solemnibus parlamentis, quibus Parisius et alibi eum interesse contigerit, sollemniter publicet et in omnibus locis et praecipue in locis maritimis faciat publicari. xvii kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 105. — »Olim dum essemus.«
Sept. 15 resp. 16	Viterbii	(19811) (Ludovico) regi Franciae requirenti, quid de comitatu Melgoriensi, quem Magalonensis episcopus possideat, sentiret, respondet: »Comitatus praedictus feudum est Romanae ecclesiae censuale, quod iuste tenuit aliquo tempore b. m. Bertrandus comes abavus P. Peleti domini Alesci, sed et comites Tolosani, iuste ut et ipsi dicebant, iniuste ut plurimi sentiebant, illud diversis temporibus tenuerunt« *etc.* »Quocirca nemo tibi suadeat praeiudicium in his omnibus vel eorum aliquo tibi factum. Nisi forsan ad id se velint convertere, qui de sede apostolica male sentiunt, ut inquirant, quomodo Romana ecclesia in regno Franciae feuda habere potuerit, sicut aliquos interdum audivimus susurrantes. Quibus diximus, quod haec utique et alia, nec est aliquid quod impediat, cum nec regnum cum regibus natum fuerit, nec a solis regibus acquisitum. Et si veteres legant historias de Narbonensis acquisitione provinciae, personales labores invenient Romanorum pontificum et sudores..... Tuis ergo contentus iuribus et regni latitudine, dictum episcopum et in ipso Romanam ecclesiam non perturbes et susurronum somniis irriteris.« xvi (xvii *Mart.*) kal. Oct. a° 2°. ‖ 1-i III Ep. ed. Bosquet, notae p. 191; Vaissète Hist. de Languedoc III. 508; Martene Thes. anecd. II. 401. n° 376; Gallia christ. VI. instr. 373; *cf.* III. 581; Caseneuve Le Franc-alleu de Languedoc 287. — »Quia quidam ex.«
» 16	»	(19812) (Guillelmo) episcopo Magalonensi scribit, nil ab eo timendum esse ex parte regis Franciae pro comitatu Melgorii, eique mandat, ut monetas Miliarenses cum titulo Machometi cudere cesset. xvi kal. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 403. n° 377; d'Aigrefeuille Hist. de Montpellier II. 437; Gallia chr. l. c. 374; Constant Traité de la cour des monnaies, pr. 5. — »Irritatus a susurronibus.«
» 17	»	(19813) Praeceptorem et fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Traiectenses cum omnibus bonis tuendos suscipit, specialiter autem terras, nemora *etc.* eis confirmat. xv kal. Oct. a° 2°. ‖ De Geer Archieven I. 305. n° 247. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 17	»	(19814) Decano et capitulo Aquileiensibus, quibus b. m. Bertholdus Aquileiensis patriarcha pro sua sepultura annuum redditum 11 marcharum Aquil. monetae, 10 videl. pro sua anniversario faciendo et unam pro festivitate b. Elisabeth suae consanguineae celebranda, concessit, hanc concessionem confirmat. xv kal. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 91; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 95. n° 101. — »Cum a nobis.«
» 18	»	(19815) (Wernhero) archiepiscopo Moguntino mandat, ut excommunicationis sententiam, quam in omnes qui Conradini Siciliae regnum affectantis promotionem in Romanorum regem vel imperatorem procurabunt, et in omnes qui ad id procurandum vel agendum convenerint; in omnes, qui praedicto Conradino astiterint aut impenderint consilium aut auxilium contra Karolum regem Syciliae a sede apostolica constitutum; in omnes quoque qui cum eodem Conradino vel pro ipso aut in eius auxilium contra ecclesiam vel praefatum Karolum, in regnum Syciliae vel quaecumque eius loca vel in Italiam accedere aut ibi dictum Conradinum adiuvare praesumpserint, promulget, in suis civitate, diocesi et provincia convocatis clero et populo faciat singulis mensibus vel pluries publicari. xiv kal. Oct. a° 2°. ‖ Schannat Vindem. I. 207; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 971; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 765. n° 18. — »Fundata domus Domini.«
		* *In eundem modum eodemque die* (Hildeboldo) archiepiscopo Bremensi. ‖ Sudendorf Registr. I. 111. n° 61.
» 19	»	(19816) Praecentori et sacristae Vivariensibus mandat, ut in causa abbatis conventusque monasterii s. Theofredi [Saint-Chaffre] ord. s. Ben. Aniciens. dioc. contra Ademarum de Pictavia comitem Valentinum, qui prioratum de Clivo Valentinens. dioc. ad monasterium dictum de iure spectantem occupabat et eum conventui restituere denegabat, statuant quod canonicum fuerit. xiii kal. Oct. a° 2°. ‖ (Chevalier) Docum. inéd. relat. au Dauphiné II. livr. 6. 44. — »Nobilis vir Ademarus.«
» 20	»	(19817) Inquisitoribus contra Tolosanum episcopum deputatis mandat, ut ad reprobationem testium, quos inquisitione completa tam super infamia, quam super criminum veritate recipiunt contra dictum episcopum, usque ad centum testes recipiant pro ipso. xii kal. Oct. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 404. n° 378. — »Querulas venerabilis fratris.«
» 20 resp. 21	»	(19818) L(udovico) Francorum regi indulget, ut in portu qui Aquarum Mortuarum vulgariter appellatur, in Nemausensi diocesi villam aedificare et ibidem moderatum vectigal imponere possit. xi (xii *Cat.*) kal Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 405. n° 379; Acta s. Ludov. ed. Stilting 211; Catel Mém. de Languedoc 339. — »Cum in portu.«
» 22	»	(19819) C(arolo) regi Siciliae acriter scribit de castris restituendis canonicis Piniani et monachis S. Victoris Massiliae, de iuribus reddendis Arelatensi et Astensi ecclesiis, de gabellis salis »quarum originem vidimus vitiosam«, de filio Iordani de Insula Mediolani detento in carcere, de eis qui eius lateri assistunt, de eius consiliariis, de ipsius domo

		1266.
		adeo deordinata in omnibus, »ut tot in ea sint domini, quot sunt capita« *etc.* x kal. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 406. n° 380; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 19; Giudice Cod. dipl. I. 179. — »Cum omnia quae.«
Sept. 24	Viterbii	(19820) S. tit. S. .... presbytero cardinali apostolicae sedis legato intimat, se ad summi apicem pontificatus assumptum communi Eugubinae civitatis privilegium eidem ab Urbano pp. praedecessore (*vid.* n° 18521) concessum confirmasse. Mandat ei, ut super hoc dictum commune nullatenus molestet. viii kal. Oct. a° 2°. ‖ (Gentilis) Lettera 110. n° 35. — »Ut devotio communis.«
» 24	»	(19821) Archipresbytero et capitulo ecclesiae Nidrosiensis episcopales decimas ecclesiarum s. Crucis, s. Olaui, s. Clementis Nidrosiensis ac s. Michaelis de Steini (Steny *Thork.*), quas eis propter tenuitatem praebendarum b. mem. S(erlo) Nidrosiensis archiepiscopus ad communem mensam concesserat, confirmat. viii kal. Oct. a° 2°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 54; Lange Dipl. Norveg. III. i. 11. — »Cum a nobis.«
» 24	»	(19822) Fratri Eneco de ordine Minorum capellano et poenitentiario suo mandat, ut denuo de criminibus et excessibus Iobi Quinqueecclesiensis episcopi inquirat. viii kal. Oct. a° 2°. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 197; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 96. n° 102; Fejér Cod. dipl. IV. iii. 367; Theiner Mon. Hungar. I. 288. n° 521; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 37. — »Olim felicis recordationis.«
» 30	»	(19823) Patriarchae Hierosolymitani, magistrorum Hospitalis et Templi, Gaufridi de Serginis et aliorum Christifidelium in transmarinis partibus in negotio fidei laborantium tribulationes commiseratur: »toto studio laboramus, ut maturum et commodum habeatis auxilium.« ii kal. Oct. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 408. n° 381; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 45. — »Nec aures surdae.«
Oct. 1	»	(19824) C(arolo) regi Siciliae significat, se ei indulgentiam pro iuvandis filiis excommunicatissimi quondam Philippi Chonardi concedere non posse. Kal. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 409. n° 382. — »Nec colorem habet.«
» 1	(»)	* (19825) Confirmat Hugolinum electum Calliensem episcopum. Kal. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 818.
» 3	»	(Conrado) episcopo Iustinopolitano: »iii Oct. (*sic!*) a° 2°«. ‖ Ughelli l. c. 385, *vid.* 1266. Oct. 13. n° 19832.
» 4	(»)	* (19826) Transfert Morandum Calliensem episcopum ad Fanensem episcopatum. iv non. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli l. c. 818.
» 6 resp. 7	»	(19827) Iohanni electo Remensi, qui Remensem ecclesiam in 10000 libris Turonensibus obligavit, strictissime mandat, ut hac de re papae soli veritatem revelet; alioquin eum excommunicationis vinculo innodat. ii (*om. Mart.*) non. Oct. a° 2°. ‖ Du Bouchet Hist. de la mayson roy. de Courtenay (Paris 1661. fol.), pr. 46; Martene Thes. anecd. II. 409. n° 383. — »In odore tui.«
» 11	»	(19828) Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato committit, ut, si viderit expedire, postulationem Guidonis de Alvernia praepositi Insulensis in archiepiscopum Viennensem admittat et promotum per singula ordinationum tempora successive in episcopum faciat consecrari. v id. Oct. a° 2°. ‖ Baluze Hist. de la maison d'Auvergne II. 93. — »Vacante nuper ecclesia.«
» 11	»	(19829) Guidonis de Alvernia praepositi Insulensis Morinens. dioc. postulationem in archiepiscopum Viennensem non admittit; »eandem tamen non reprobavimus, sed ex causa teneri placuit totum negotium in suspenso ... Ut autem ad nostram gratiam pro loco et tempore reddaris habilior«, mandat ei, ut in ordinibus proximis in subdiaconum se faciat promoveri. v id. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 411. n° 385; Baluze l. c. 93; Gallia christ. I. 805; Justel Hist. gén. de la mais. d'Auvergne, pr. 49. — »Vacante nuper ecclesia.«
» 11	»	(19830) O(ttobonum) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legatum adiurat, ut secretissime notitiam bonarum personarum de regno Angliae, quae et Romanae ecclesiae sint devotae et in persecutionis instantia magis commendabiles vel magis excusabiles extiterint, mittat. v id. Oct. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 411. n° 384. — »Cum multum nobis.«
» 11	»	* (19831) Richardum archidiaconum Squillacensem ad episcopalem dignitatem Squillacensem vocatum confirmat. v id. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 435.
» 13	»	(19832) (Conrado) episcopo Iustinopolitano guardianum et fratres Minorum Iustinopolitanos, quibus transferendi se ad locum Caprile vulgariter appellatam concesserat licentiam, denuo commendat. iii (id. *add. Sb.*) Oct. a° 2°. ‖ Ughelli l. c. II. 385; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 98. n° 104; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1266. — »Exultante spiritu de.«
» 13	»	(19833) Fratri Eneco de ordine Minorum capellano et poenitentiario suo mandat, ut, si invenerit Andream praepositum S. Iohannis, Tristanum cantorem, Buzam archidiaconum de Osseag et alias personas ecclesiasticas Quinqueecclesiensis diocesis a Iacobo Quin-

1266.

		queecclesiensi episcopo occasione inquisitionis contra ipsum suis beneficiis spoliatos esse contra iustitiam, ipsis beneficia ipsa restituat. III id. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 98. n° 103; Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 201; Fejér Cod. dipl. IV. III. 371; Theiner Mon. Hungar. I. 289. n° 522; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 37. — »Olim felicis recordationis.«
Oct. 13	Viterbii	(19834) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut L(udovico) rege Franciae penitus ignorante decimam fratrum Praedicatorum Fontis Bleaudi et S. Mauritii solvat, quam ille relaxari petebat. III id. Oct. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 412. n° 386. — »Litteras carissimi in.«
» 14	»	(19835) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut ex officio statum ecclesiae Wintoniensis, cum Iohannes Wintoniensis episcopus pro voto mutaverit officia, destituerit quos voluerit et instituerit, hoc autem non ad ipsum, sed ad capitulum seu conventum eiusdem ecclesiae pertineat, per se vel per alium studeat reformare. II id. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 413. n° 387. — »Inter cetera quae.«
» 14	»	(19836) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut Gravinensem episcopum denunciet depositum et degradatum cum spe restitutionis aliquorum ordinum, si claustrum ingressus per biennium post professionem emissam laudabiliter fuerit conversatus. II id. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 414. n° 388. — »Gravinensem episcopum lapsum.«
» 14	»	(19837) Eidem mandat, ut restitutiones patienter admittat, si in inquisitione exceptiones obiici viderit, quae de iure non possent respui, si ordinarie actum esset. II id. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 414. n° 389. — »Circa restitutionis negotium.«
» 14	»	(19838) (Ludovico) regi Francorum laetitiam de nunciorum eius adventu aperit et scriptas antea ad eum litteras revocat. II id. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 415. n° 390. — »Secundo idus Octobris.«
» 14	»	(19839) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mittit litteras ad praelatos et clerum Franciae, »quas servabis in tempore quo (Ludovici) regis intentio in effectum publice exibit, et ex tunc convocatis illis ad quos litterae diriguntur, nostrum eis affectum et intentionem exponas.« II id. Oct. a° 2°. ‖ Martene l. c. 415. n° 391. — »Licet carissimus in.«
» 14	»	(19840) Repetit n° 11866 de 1245. Sept. 12: »II id. Oct. a° 2°« — »Querelam gravem accepimus.« ‖ De Geer Archieven I. 88. n° 101.
» 14	»	* (19841) Archidiacono Carcassonensi mandat, curet ne abbas et conventus monasterii Caunensis propter bona sua ab aliquo molestentur. II id. Oct. a° 2°. ‖ Mahul Cartul. IV. 90.
» 15	(»)	* (19842) Leonardum a capitulo Neocastrensi concorditer electum episcopum confirmat. Id. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 404.
» 16	»	(19843) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectori apostolicae sedis legato scribit de »stultis et miseris« Marchianis, qui suspicentur C(arolum) regem Siciliae regnum plenissime possidentem uni puero nudo et pauperi scilicet Corradino facile non posse resistere. »Frange Firmanorum superbiam et nihilominus satage ut Urbinatibus melius resistatur, qui collectis undique viribus contra fideles ecclesiae nimis libere debacchantur et usque ad collem de Pegula stratas faciunt esse suspectas.« XVII kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 416. n° 392. — »Quae de statu.«
» 17	»	(19844) S(imonem) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatum arguit, quod legationi praedicationem crucis praeferat. XVI kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 416. n° 393. — »Cum praedicandae crucis.«
» 18	»	(19845) A(ldobrandino) priori provinciae Romanae et priori fratrum Praedic. Florentiae committit, ut cives Florentinos, qui contra mandatum apostolicum P. Bernardini civem Urbevetanum in capitaneum nuper receperant eamque ob causam excommunicationis sententiam incurrerant, absolvant. XV kal. Nov. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 477. n° 52. — »Cum cives Florentini.«
» 18	»	(19846) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus *etc.* praecipit, ut illos qui possessiones vel domus *etc.* fratrum hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. invaserint *etc.*, excommunicent vel ab officio et beneficio suspendant. XV kal. Nov. a° 2°. ‖ Strehlke Tab. 419. n° 644; de Geer Archieven I. 90. n° 102. — »Non absque dolore.«
» 18	»	(19847) Magistro (Guillelmo) de S. Amore scribit de ipsius libro. »Libellum novum legere coepimus quem misisti, qui licet interdum alias auras circinet, veterem tamen multum sapit, et cum excussus et discussus, licet coloratior in aliquo videatur, totam primi substantiam comprobabitur retinere« *etc.* XV kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 417. n° 394; Wadding Ann. Minor. IV. 263; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 382; Ripolli Bullar. Praed. I. 477. n° 53; L'Oisel Mém. de Beauvais 288; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 99. n° 105. — »Si circa veritatis.«

1266.

(Oct. 18)	(Viterbii)	(19848) Fratribus civitatis Florentinae regentibus vel eorum alteri consilio, prioribus artium et communi civitatis eiusdem mandat, ut infra decem dies a perceptione praesentium, sceleratis Theutonicis eiectis de civitate et diocesi coram sede apostolica compareant per syndicum ad audienda et fideliter adimplenda eius mandata »quae super articulis pro quibus generaliter vel specialiter excommunicati fuistis proferenda duximus.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 418. n° 395. — »Multis nos aliis.«
» 19	»	(19849) R(iccardo) S. Angeli diac. card. mandat, ut cum C(arolo) rege Siciliae de subsidio Terrae sanctae tribuendo conferat. XIV kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 419. n° 396; *omisso exordio in* Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 43. — »Ad tuam credimus.«
» 19	»	(19850) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut centesimam omnium proventuum ecclesiasticorum Terrae sanctae subsidio a sede apostolica deputatam in regno Franciae colligat, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo. XIV kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 419. n° 397. — »Cum negotium crucis.«
» 20	»	(19851) Eidem mandat, ut centesimam in subsidium Terrae sanctae collectam de consilio (Ludovici) regis Franciae convertat. XIII kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 420. n° 398. — »Cum negotium crucis.«
» 21	»	(19852) Eidem mandat, ut crucesignatis in regno Franciae in Terrae sanctae subsidium, necnon in Cameracensi, Tullensi, Leodiensi, Metensi et Virdunensi civitatibus et diocesibus certum terminum ad transfretandum statuat. XII kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 420. n° 399. — »Cum terra sancta.«
» 21	»	(19853) Eidem concedit facultatem committendi vices suas in toto vel in parte in omnibus pro collectione centesimae et praedicatione crucis ei commissis alicui personae idoneae, quam ad totum negotium duxerit eligendam. XII kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 421. n° 400. — »Bonae memoriae Aegidio.«
» 21	»	(19854) Fratri Eneco de ordine Minorum capellano et poenitentiario suo mandat, ut, si Iobus Quinqueecclesiensis episcopus in negotio inquisitionis contra ipsum faciendae ad reprobationem testium contra se productorum testes forte produxerit, ex officio unum fide dignum virum de Ungaria eligat et constituat, qui, si contra testes producendos aliqua scire poterit, per quae ipsorum testium detrahatur fidei, super illos reprobatorios testes producat, quos ipse recipiat et sapienter examinet, *etc.* XII kal. Nov. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 100. n° 106; Koller Hist. episc. Quinqueeccles. II. 203; Fejér Cod. dipl. IV. III. 373; Theiner Mon. Hungar. I. 290. n° 523. — »Olim felicis recordationis.«
» 21	»	(19855) Archidiacono et capitulo ecclesiae Upsalensis scribit, se omnibus qui ecclesiam eorum, in qua corpus b. Erici martyris requiescat, in festivitate ipsius sancti cum debita reverentia visitaverint annuatim, 40 dies de iniuncta poenitentia relaxare. XII kal. Nov. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 438. n° 523; *cf.* Celse Appar. 83. n° 17. — »In festivitatibus sanctorum.«
» 21	»	* (19856) Bertholdo Babenbergensi episcopo remittit censum annuum unius palafredi albi cum sella 12 marcarum pro praedecessorum suorum tempore effluxo. XII kal. Nov. a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 273.
» 21	(»)	* (19857) Volendo provedere alla Chiesa di Monreale ... promosse Gaufrido (di Bellomonte) à quell' arcivescovato ... et n' haveva scritto tre giorni avanti al Priore et convento di Monreale. ‖ Lello Hist. di Monreale (II.) 21.
» 21	»	* (19858) Garverum decanum S. Petri de Cuna Cenomanens. dioc. Melphiensi ecclesiae praeficit in episcopum. XII kal. Nov. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 929.
» 22	»	(19859) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit, ut omnibus qui ad eius praedicationem pro Terrae sanctae subsidio accesserint, indulgentiam unius anni et 40 dierum largiatur. XI kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 421. n° 401. — »Cum negotium crucis.«
» 23	»	(19860) Yvoni abbati Cluniacensi concedit, ut omnibus qui ad eius praedicationem in ecclesiis et locis monasterio Cluniacensi subiectis accesserint, indulgentiam 40 dierum elargiatur. X kal. Nov. a° (2°). ‖ Duchesne Bibl. Cluniac. 1524. — »Attendentes quod propter.«
» 25	»	(19861) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato infelicem Terrae sanctae statum exponit eique mandat, ut denuo crucis praedicationi ferventius instet. VIII kal. Nov. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 44, 42; Martene Thes. anecd. II. 422. n° 402; *absque nota chron.* Pauli Cod. dipl. I. 325. n° 45. — »Crucifixi negotium in.«
» 25	»	(19862) Abbati et conventui monasterii Sanctae Crucis Cisterc. ord. Pataviens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. VIII kal. Nov. a° 2°. ‖ Pez Thesaur. VI. II. 114. n° 200; Weis Urk. des Cisterc.-Stiftes Heiligenkreuz I. 165. — »Cum a nobis.«

1266.

Oct. 26 Viterbii — (19863) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. ad eorum loca pro elemosinis accesserint colligendis, eosdem benigne recipiant *etc.* VII kal. Nov. a° 2°. ‖ Strehlke Tab. 419. n° 645. — »Cum dilectis filiis.«

» 28 » — • (19864) Scrisse al Rè Carlo, che haveva ricevuto lettere dal Duca di Borgogna et da Gaufrido (arcivescovo di Monreale), per le quali lo pregavano gli ordinasse, che senza il parer loro, et de i nobili non s'avvicinasse a' i Sarracini, et cosi l'eshortava à sodisfare al loro desiderio. ‖ Lello Hist. di Monreale (II.) 21.

» 29 » — (19865) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato scribit de collectione centesimae in civitate et diocesi Cameracensi pro subsidio Terrae sanctae. IV kal. Nov. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 424. n° 404. — »Dudum felicis recordationis.«

» 29 » — (19866) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus Cisterc. ord. in generali capitulo constitutis mandat, ut abbatissam et conventum monasterii de Maylan Pataviens. dioc. ordini suo incorporent. IV kal. Nov. a° 2°. ‖ Zeibig Stiftungsbuch 151. n° 4. — »Cum sicut ex.«

» 29 » — • (19867) Incorporationem ecclesiae in Medelingen monasterio sororum ord. s. Aug. ibidem factam confirmat. IV kal. Nov. a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 275.

» 29 » — Raymundo Alfredi canonico Aniciensi: »IV kal. Nov. a° 2°«. ‖ Martene Thes. anecd. II. 423. n° 403, *vid.* 1266. Nov. 2. n° 19869.

Nov. 2 » — (19868) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, si G(ilo) archiepiscopus Senonensis cedere sit paratus, cessionem eius admittat eique de bonis archiepiscopatus Senonensis provisionem statuat competentem. IV non. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 424. n° 405. — »Venerabili fratre nostro.«

» 2 » — (19869) S. Floriani et Werdensis Pataviens. et Salzburgens. dioec. ecclesiarum praepositis et magistro Ulrico de Nertingen canonico Pataviensi causam inter abbatem conventumque monasterii de Sitansteten ord. s. Ben. eiusd. dioc. ex parte una et episcopum Frisingensem ex altera super iure patronatus ecclesiarum in Waidhouen, Aspach et Holenstain vertentem committit decernendam. IV non. Nov. a° 2°. ‖ Meichelbeck Histor. Frising. II. II. 52. n° 82; Raab UB. von Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 82. — »Sua nobis venerabilis.«

» 2 resp. 3 » — (19870) Raymundo Alafredo (Alfredi *Mart.*) canonico Aniciensi (Raymundo de Engoyssoliis clerico *Baluze*) scribit, se nec reprobare posse nec probare, eum »velle studere Bononiae. Tuae igitur te deliberationi committimus, ut vires tuas fideliter metiaris. Nec enim ut papae nepos ibi vivere poteris. Et si vixeris ut Raymundus, forsan a pluribus contemneris..... Consultius tibi credimus alium locum eligere.« III (IV *Bul.*) non. Nov. (IV kal. Nov. *Mart.*) a° 2°. ‖ Baluze Miscell. VI. 439 (ed. Mansi III. 23); Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 374; Martene Thes. anecd. II. 423. n° 403. — »Quod te scripsisti.«

» 3 » — (19871) Comiti Anguilariae exponit, quanta pro ipso sedes apostolica fecerit. »Haec si diligenter attendas, petitionibus non insisteres, quae nullum habent iustitiae fundamentum, quamquam sperare debeas, quod, si in ecclesiae devotione perstiteris, eam invenies gratiosam, prout Romanis pro tempore pontificibus offeret se facultas.« III non. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 425. n° 406. — »Receptis litteris quas.«

» 5 » — (19872) Universis Christifidelibus, qui ad consummationem ecclesiae fratrum ord. Minor. Messanae subsidia erogarint, indulgentiam 100 dierum impertitur. Non. Nov. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 100. n° 107. — »Quoniam ut ait.«

» 8 » — (19873) (Ludovico) regi Francorum scribit, se Petro Cambellario militi ad reditum aspiranti assensum praebuisse, »quia consideravimus eius praesentiam fore magis in hoc tempore apud te fructuosam. Super negotiis Terrae sanctae diffuse tractavimus cum eodem, qui et nostrum studium circa subventionem eiusdem serenitati tuae diligenter exponet.« Monet eum, ut pacem inter (Theobaldum) Barrensem et (Henricum) Luceburgensem comites, inter quos guerra gravis sit orta, celeriter componat. VI id. Nov. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 426. n° 407; Ernst Hist. du Limbourg IV. 79; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1266 § 16. XIII. 726; Lello Descriz. ... di Morreale (Palermo 1702. fol.) II. 12. — »Licet dilectum filium.«

» 13 » — (19874) A(lfonso) comiti Pictaviensi et Tolosano excusat se, quod instantissima Terrae sanctae necessitate impeditus ipsi subsidium tribuere non potuerit; sed »scire te volumus, cordi nobis esse, etiam te tacente tuum procurari subsidium suo tempore.« Id. Nov. a° 2°. ‖ Martene l. c. 427. n° 408. — »Tuae devotionis laudabilis.«

» 20 » — (19875) Rectores, capitaneos, priores artium et populum Florentinos hortatur, ut inter se pacis vinculum insolubile roborent, eisque promittit se missurum esse capellanum qui sciat eorum solidare constantiam ac dirigere civitatem, »donec vobis miserimus potestatem.« XII kal. Dec. a° 2°. ‖ Martene l. c. 427. n° 409. — »Si iam vestris.«

» 22 » — (19876) Scolastico et Walungo canonico ecclesiae Wrzinensis [Wurzen] Misnensis dioc. mandat, ut controversiam inter Theodericum de Indagine et ... de Weldericheswalde [Wellerswalde], ... de Peritz et ... de Lutanewitz [Leutewitz] ecclesiarum rectores

1266.

eiusdem dioc. super quibusdam libris componant. X kal. Dec. a° 2°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 160. n° 199. — »Theodericus de Indagine.«

Nov. 22 Viterbii — (19877) (Iohanni) episcopo, capellano ac universo clero Florentinis mandat, ut Heliae Peleti capellano suo generali causarum papalis palatii auditori super his quibus ab eo requisiti fuerint, consilium et auxilium impendentes mandatis eius devote pareant. X kal. Dec. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 428. n° 410. — »Cum dilectum filium.«

» 22 » — (19878) Universis civibus Florentinis intrinsecis et extrinsecis idem mandat. X kal. Dec. a° 2°. ‖ Martene l. c. 428. n° 411. — »Reformatione civitatis Florentiae.«

» 22 » — (19879) Lotharingo et Cathalano rectoribus civitatis et universis civibus Florentinis mandat, ut Heliae Peleti capellani sui praeceptis obediant usque ad potestatis »quam proxime vobis mittimus« adventum. Lotharingo et Cathalano »qui ex nostro mandato in Florentinae civitatis regimine per tempus aliquod laborastis,« saepe petitam recedendi licentiam concedit. X kal. Dec. a° 2°. ‖ Martene l. c. 429. n° 412; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 83. n° 25. — »Verbi memores in.«

» 22 » — (19880) Compositionem inter praepositum conventumque monasterii in Varlare ord. Praemonstr. Monasteriens. dioc. ex parte una et Fretheriсum comitem de Retberg dominum de Horstmare Monaster. dioc. ex altera super advocatia praefati monasterii factam confirmat. X kal. Dec. a° 2°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 655; Niesert Beiträge I. I. 387. n° 134; *cf.* Wilmans Westfäl. UB. III. 399. n° 770. — »Ea quae iudicio.«

» 23 » — (19881) Iacobo de Collemedio mandat, ut omnibus aliis negotiis sequestratis protinus ad curiam accedat, inde Florentiam profecturus. Sciat hanc esse rectorum consuetudinem, »quod secum duos vel tres adducant milites et sex iudices et 12 tabelliones« *etc.* IX kal. Dec. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 429. n° 413. — »Divina providentia reproborum.«

» 24 » — »Anno 1266. VIII kal. Dec. fuit chanonizata b. Hedwigis per dominum papam Clementem IV.« ‖ Epitaphia ducum Silesiae ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 551. — »Hic etiam papa canonizavit Viterbii in ecclesia fratrum Praedicatorum Edroigam quondam ducissam Poloniae, mirae sanctitatis viduam.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 249; Ptolem. Lucens. Hist. eccles. ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1161. — *Cf.* n° 19971.

» 26 » — (19882) De Bellicadro et de Gordanicis ord. s. Ben. Arelatens. et Uticens. dioec. prioribus et sacristae minori saecularis ecclesiae s. Pauli Narbonensis iterum iniungit inquisitionem de factis et excessibus (Viviano) episcopo Ruthenensi imputatis. VI kal. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 101. n° 108. — »Cum olim venerabilis.«

» 27 » — (19883) S(anctium) Toletanum electum increpat, quod iniquis commerciis honorem sui nominis infecerit, famam papae violentis suspicionibus denigraverit et ecclesiae suae bona effuderit. Inhibet ei, ne immensam summam pecuniae, quam, cum Montempessulanum venisset et rex Aragonum pater eius Petrum Raymbaldi fecisset militem, eidem dandam se obligaverit in certo termino, solvat. V kal. Dec. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 430. n° 414. — »Cogis nos fili.«

» 29 » — (19884) Episcopo Firmano postulante declarat, exemptionem omnium ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum castri Ripraetransonis a iurisdictione et subiectione episcopi per Alexandrum IV pp. factam expirasse per mortem ipsius. III kal. Dec. a° 2°. ‖ Catalanus De ecclesia Firman. 369. n° 71; *cf.* Cronache della città di Fermo 430. n° 302. — »Significasti nobis quod.«

Dec. 3 » — (19885) De Bellicadro et de Gordanicis ord. s. Ben. prioribus Arelatens. et Uticens. dioec. et sacristrae minori saecularis ecclesiae s. Pauli Narbonensis significat, se (Viviano) Ruthenensi episcopo festum purificationis b. Mariae V. proximo venturum terminum peremptorium assignavisse, quo coram eis inquisitoribus se debeat praesentare *etc.* III non. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 102. n° 109. — »Ad notitiam vestram.«

» 4 » — • (19886) Magistro generali et priori provinciali fratrum Praedicatorum in Alemannia mandat, ut curas monasterio capituli sororum in Medingen hactenus impensas ad monasterium filiale in Medelingen extendant. II non. Dec. a° 2°. | Lang Regesta III. 277.

» 6 » — (19887) Armanno Asturicensi electo [Bertrando Aurelianensi clerico*) *Baluze*] concedit »magis intendens providere ecclesiae quam personae,« ut, licet de sacerdote genitus sit et soluta, ad episcopalem et archiepiscopalem dignitatem assumi possit, in remissione peccaminum ei iniungens, ut Asturicensis (Aurelianensis *Bal.*) ecclesiae regimen mente prompta suscipiat. VIII id. Dec. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 431. n° 415; Baluze Miscell. VI. 438 (ed. Mansi III. 23). — »Cum vacante Asturicensi.«

*) Error est Baluzii, cum hoc anno Aurelianensis sedes non vacaret, sed eam Robertus de Curtenaco occuparet. Martenii codd. mss. legunt *Asturicensi.*

» 9 » — (19888) Magistro Heliae de Caturco canonico Parisiensi mandat, ut electionem Beatricis de Sarquex monialis in abbatissam monasterii s. Trinitatis de Cadomo ord. s. Ben. Baiocens. dioc. confirmet. V id. Dec. (a° 2°). ‖ Martene l. c. 1813. n° 2. — »Monasterio s. Trinitatis.«

1266.

Dec. 11 Viterbii (19889) Stephanum Colocensem et Bachiensem electum Colocensi et Bachiensi ecclesiis in archiepiscopum praeficit et pastorem. III id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 291. n° 524; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 148. — »Colocensi et Bachiensi.«

» 11 » (19890) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi et (Heimoni) episcopo Waciensi significat, Stephanum tunc capellanum suum et Posoniensem praepositum, Bononiae litterarum studio insistentem in Colocensis et Bachiensis ecclesiarum pastorem concorditer electum esse seque eum eisdem ecclesiis praefecisse in archiepiscopum. Mandat eis, ut illum in earundem ecclesiarum ac iurium et pertinentiarum possessionem inducant et inductum defendant. III id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 292. n° 525; Mon. Hung. hist. l. c. 150. — »Colocensi et Bachiensi.«

» 11 » (19891) Abbati et conventui monasterii s. Trudperti ord. s. Ben. Constantiens. dioc., quibuscum (Eberhardus) episcopus Constantiensis decimas spectantes ad ipsum in villis et bannis de Krozzingen et Tonsol de quarto in quartum annum pro quibusdam decimis sitis in parochia ecclesiae de Wintertur, quas conventus S. Trudperti ab Armanno comite seniore de Kiburg, qui eas ab eodem episcopo in feodum detinebat, redemerat, consensu capituli permutaverat, hanc permutationem confirmat. III id. Dec. a° 2°. ‖ Mone Zeitschr. XXI. 469. — »Cum a nobis.«

» 11 » (19892) (Viviano) episcopo Ruthenensi de superiore epistola n° 19885 significat eique mandat, ut praedicto termino occasione negotii inquisitionis contra eum super certis articulis faciendi compareat. III id. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 103. n° 110. — »Dilectis filiis de.«

» 12 » (19893) (Witegoni) episcopo Misnensi mandat, ut denuntiet, Theodericum de Indagine clericum, qui infra tempus probationis ex ordine Praedic. exiverit, per praemissum statum novitii ad regularem observantiam non teneri, nisi evidenter appareat, quod absolute voluerit vitam mutare ac in religione perpetuo Domino deservire. II id. Dec. a° 2°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 161. n° 200. — »Sua nobis Theodericus.«

» 13 » (19894) (Philippo) archiepiscopo Ravennatensi, abbati S. Iustinae ac Andreae Causono canonico Paduano controversiam inter vicepotestatem, consilium et commune Ymolenses ex parte una et (Thomam) Ymolensem episcopum ex altera super quibusdam decimis agitatam committit decidendam. Id. Dec. a° 2°. ‖ Series episc. Forocorn. II. 107. — »Sua nobis vicepotestas.«

» 14 » (19895) C(arolum) regem Siciliae hortatur, ut fidem a suo marescallo datam Galvano (Lanciae) servet. XIX kal. Ianr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 431. n° 416; Giudice Cod. dipl. I. 232. — »Ex tuis litteris.«

» 16 » (19896) Repetit Urbani IV n° 18418 d. d. 1262. Oct. 26: »XVII kal. Ianr. a° 2°« — »Ne catholice fidei.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 478. n° 54; *sine signo chronol.* Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 104. n° 113.

» 18 » (19897) (Ludovicum) regem Franciae rogat, ut G(uilelmo) S. Marci presb. cardinali in ecclesia Remensi illam praebendam procuret, quam I(ohannes) Remensis electus habuit. XV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 432. n° 417; *omisso initio* Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 372. — »Latere tuam nolumus.«

» 18 » (19898) Magistro B. etc. (Inquisitori Tolosano *al.*) mandata dat de testibus audiendis in defensionem R(aymundi) episcopi Tolosani. XV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 433. n° 418. — »Tua nobis venerabilis.«

» 19 » (19899) Capitulo Placentino, universis capitulis et collegiis seu conventibus ecclesiarum tam saecularium quam regularium necnon et monasteriorum exemptorum et non exemptorum Placentinae civitatis et diocesis atque districtus concedit, ut deinceps sibi providere de pastoribus libere valeant, non obstante quod f. r. Urbanus pp. capitulis, collegiis *etc.* in terris quondam Manfredo principi Tarentino et Uberto marchioni Pellavicino adhaerentibus prohibuit, ne sibi de pastoribus praesumerent providere. XIV kal. Ianr. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 407. n° 112. — »Cum ad devotionem.«

» 20 » (19900) (Maurino) archiepiscopo et capitulo Narbonensibus concedit, ut per actum unicum (Sanctii) Toletani electi, qui rediens Roma ad sedem Toletanam per Narbonensem provinciam ante se crucem deferri fecerat pro suae libito voluntatis, ipsis et ecclesiae suae suisque libertatibus nullum in posterum praeiudicium generetur, nec dictus electus vel successores eius propter hoc in ipsos vel successores ius primatiae vendicare possint. XIII kal. Ianr. a° 2°. ‖ P. de Marca De concordia Append. auct. vet. 123; *eiusd.* Dissert. tres 374. — »Natalis dulcedo patriae.«

» 20 » (19901) (Sanctium) electum Toletanum hortatur, ut adversus Narbonensem ecclesiam et provinciam similia attentare in posterum minime praesumat. XIII (XII *Diss.*) kal. Ianr. a° 2°. ‖ P. de Marca l. c. 125; *eiusd.* Dissert. tres 377. — »Illam dudum concepimus.«

» 22 » (19902) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectori apostolicae sedis legato scribit de proditione Laurentii Teupoli. XI kal. Ianr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 434. n° 419. — »Prodit in publicum.«

1266.

Dec. 23 Viterbii (19903) De Bellicadro et de Gordanicis ord. s. Ben. prioribus Arelatens. et Uticens. dioc. et sacristae minori saecularis ecclesiae s. Pauli Narbonensis mandat, ut in causa (Viviani) Ruthenensis episcopi contra eum inquirendo iuxta posteriores litteras procedant. X kal. (Dec., *sed legas*) Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 103. n° 111. — »Nuper vobis per.«

» 27 » (19904) Lotheringo et C(athalano) rectoribus, 38 personis communibus et universis civibus Florentinis mandat, ut ad relegandos de suis finibus Theutonicos maledictos totis viribus dent opem et operam efficacem. »Quod si factum infra octo dies a praesentium receptione non fuerit, solvemus vincula manus regiae, mitti militiam procurabimus, quae fidelibus in auxilio et infidelibus in excidio . . . respondebit.« Demum eis inhibet, ne ad novi ordinationem regiminis sine partis Guelforum procedant assensu. VI kal. Ianr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 436. n° 421; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 84. n° 26. — »Pacis bonum quod.«

» 28 » (19905) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione marchiae Anconitanae deputatis mandat, ut officia contra haereticos strenue peragant. V kal. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 104. n° 112. — »Licet ex omnibus.«

» 30 » (19906) Abbati Psalmodiensi ord. s. Ben. Magalonens. dioc. mandat, ut Aptensem episcopum aliosque fratrum Minorum persecutores inducat ad satisfaciendum de iniuriis eisdem illatis et sese ab illis temperandum *etc.* III kal. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 105. n° 115. — »Inter quoslibet pauperes.«

» 31 » (19907) Abbatissae aliisque sororibus monasterii s. Clarae Assisinatis vitae formulam eis a b. Francisco traditam ad instar Innocentii pp. IV confirmat. II kal. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 107. n° 116. — »Solet annuere sedes.«

» 31 » (19908) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato flebilem Terrae sanctae statum exponit eique mandat, ut de centesima ipsius terrae subsidio deputata necnon de redemptionibus votorum crucesignatorum, obventionibus quoque ac legatis *etc.* in locis legationis suae procuret eidem in instanti passagio mensis Martii subventionem uberiorem. II kal. Ianr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 434. n° 420. — »Si salvator humani.«

— — (19909) Bergensi et Stavangrensi episcopis mandat, ut palleum quod per Io(hannem) canonicum Nidrosiensem latorem praesentium eis transmittat, Iohanni episcopo quondam Escol. (*leg.* Osloensi) nunc Nidrosiensi electo assignent. *Sine nota chronol.* ‖ Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VIII. I. 17. n° 10. — »Cum de venerabili.«

— — (19910) (Erico) regi Daciae opprobrat, quod libertatem ecclesiasticam in regno suo conculcari, quin potius adnichilari patitur et ipse annichilat et conculcat nonnullos praelatos et alias personas ecclesiasticas per continuatae spoliationis iniuriam affligendo. Monet et hortatur eum, ut sedis apostolicae et Guidonis tit. S. Laurentii in lucina presb. card. et legati monitis et consiliis pareat et errata in praemissis emendet. *Sine nota chronol.* ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 120. n° 51. — »Quam bonus et.«

— — (19911) Iacobum regem Aragonum monet, ut Saracenos ex Hispania effuget, Iudaeorum malitiam reprimat et conculcet ac illius praecipue castiget audaciam, qui de disputatione quam in regis praesentia cum fratre Paulo de ord. Praed. habuerat, multis confictis abiectisque mendaciis librum composuit, quem per regiones varias destinavit. *Absque signo chronol.* ‖ Bzovius Ann. eccles. ad a. 1266 § 10. XIII. 723; Ripolli Bullar. Praed. I. 478. n° 55; Raynaldi Ann. ad a. 1266 § 29. — »Agit (Ait *Bz.*) nec immerito.«

1267.

Ianr. 5 Viterbii (19912) C(arolum) regem Siciliae hortatur, ut ad consummationem matrimonii inter H(enricum) cl. mem. F(erdinandi) regis Castellae filium et filiam viri nobilis Micalipii totis viribus opem et operam efficacem det. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 437. n° 422; Giudice Cod. dipl. I. 194. nota. — »Ut ad matrimonium.«

» 5 » (19913) H(enrico) filio F(erdinandi) quondam regis Castellae significat, se C(arolo) regi scripsisse, ut ad matrimonium inter eum et filiam viri nobilis Micalipii (Michelicii, Mitalipsii *al.*) contrahendum det operam efficacem. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 438. n° 423; Cod. dipl. Sardin. I. 386. n° 106; Giudice l. c. 194. nota. — »Ad tuae claritatem.«

» 5 (») »Pontificatus domini Clementis papae IV anno 2° nonis Ianr. idem dominus papa (Henrico) Treverensi electo in ipsius praesentia constituto fecit interrogationes subscriptas: Quantum temporis est quod fuit provisum de eo ecclesiae Trevirensi? Respondit quod sex anni« *etc. etc.* ‖ Declaratoriae contra Henricum Trever. praesulem electum ap. Martene Ampl. collect. IV. 476; Hontheim Hist. Trevir. I. 765.

» 8 resp. 9 » (19914) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat, ut, cum fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. ad eorum loca pro elemosinis accesserint colligendis, eosdem benigne recipiant et in ecclesiis ammonere populum et elemosinas libere quaerere permittant *etc.* VI (V) id. Ianr. a° 2°. ‖ Strehlke Tab. 419. n° 646; de Geer Archieven I. 91. n° 103. — »Cum dilectis filiis.«

		1267.
Ianr. 9	Viterbii	(19915) (Dominico) priori provinciali Praedicatorum in Hispania et (Dominico) ministro Minorum fratrum in regno Castellae mandat, ut castrum de Soria civitatis vocabulo insigniant, ecclesiam ord. s. Aug. in cathedralem erigant ac eam ecclesiae Oxomensi eiusdem ordinis couniant, ita ut sit de cetero unus episcopus utriusque. v id. Ianr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Min. IV. 266; Ripolli Bullar. Praed. I. 480. n° 56; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 107. n° 117; Loperraez Descripc. de Osma III. 200. — »Castrum de Soria.«
» 11	»	(19916) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus *etc.* mandat, inducant in praedicationibus, quas pro Terrae sanctae subsidio faciunt ad requisitionem nuntiorum hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. Christifideles, ut necessitati fratrum eiusdem hospitalis de suis facultatibus studeant liberaliter subvenire, »ita quod iidem fratres talibus adiuti remediis dictae terrae negotium magnanimiter promovere valeant iuxta votum.« III id. Ianr. a° 2°. ‖ Duellius Hist. ord. Teut. II. 15. n° 23; Hennes UB. I. 183. n° 207; Strehlke Tab. 419. n° 647. — »Plus lugendum quam.«
» 11	»	(19917) Monasterium de Tykhon Wesprimiens. dioc. ord. s. Ben. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, libertates et immunitates, iura ac privilegia confirmat. III id. Ianr. indict. X. incarn. dom. a° 1266. pont. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. VI. II. 87; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 140. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 12	»	(19918) Statuit ut praelati, rectores et clerici litterarum et indulgentiarum, quas sedes apostolica religiosis domibus, hospitalibus et aliis piis locis pro eorum subventionibus ab olim concessit, baiulos cuiuscumque religionis fuerint, in hospitiis suis inviti recipere illosque procurare minime teneantur. II id. Ianr. a° 2°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 767. n° 19. — »Sedis apostolicae circumspecta.«
» 12	»	(19919) Patriarchae Constantinopolitano scribit de deploranda Terrae sanctae miseria »quam soldani Babilonici rabies sic oppressit, ut ab illo relicta videatur aliquibus, qui eam suo sanguine consecravit.« Addit, se ad eiusdem terrae subsidium populum christianum excitare. II id. Ianr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 439. n° 425. — »Ex abysso divini.«
» 13	»	(19920) Monasterium s. Clarae Assisinatis in ius et proprietatem b. Petri et sedis apostolicae suscipit idemque ab omni iurisdictione, potestate ac dominio Assisinatis episcopi eximit. Id. Ianr. indict. X. incarn. dom. 1267 (!). pont. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 108. n° 118. — »Etsi universae orbis.«
» 13	»	(19921) Abbati et conventui monasterii s. Victoris Massiliensis ord. s. Ben., qui prioratui monialium s. Zachariae ord. s. Ben. Massil. dioc. ad eorum monasterium immediate spectanti prioratum s. Maximini univerant, hanc unionem confirmat. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Faillon Mon. inéd. II. 687. — »Cum a nobis.«
» 16	»	(19922) (Iacobum) regem Aragonum rogat et monet, ut Berengariam, quam in carnale commercium non absque nota incestus admiserit, a se prorsus abiiciat. »Alias enim complacere non poteris Crucifixo.« XVII kal. Febr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 440. n° 426; Raynaldi Ann. ad *a.* 1267 § 33. — »Tuae serenitatis litteras.«
» 18	»	(19923) Capitaneo Guelforum significat, se ad C(arolum) regem Siciliae nuntium misisse consulentem eidem, ut ad partes Tusciae dirigat militiam competentem: »alioquin denuntiamus eidem, grave sibi periculum imminere, cui forsitan non valebit occurrere, quando volet«, *etc.* XV kal. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 440. n° 427. — »Quarta dies est.«
» 28	»	(19924) Repetit Urbani IV n° 18388 d. d. 1262. Aug. 1: »V kal. Febr. a° 2°« — »Pre cunctis nostre.« ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 480. n° 57.
» 29	»	(19925) C(arolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut cives Pisanos, qui nuper ad ecclesiae gremium redierunt, ad suum favorem admittens se illis reddat favorabilem et benignum. IV kal. Febr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 441. n° 428. — »Licet transeuntium mutatio.«
» 30	»	(19926) Eundem, qui edictum publicaverat, ut omnes cives Pisani qui sint in suo regno vel districtu, cum omnibus mercimoniis et aliis bonis suis exeant nec ultra proximas kalendas Martii ibidem remanere praesumant, rogat et hortatur, ut, si eos ad suum favorem non velit admittere, praefixum saltem terminum in ulteriorem proroget. III kal. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 441. n° 429. — »Nuper edictum, prout.«
(» —)	(»)	(19927) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato concedit facultatem tam amovendi abbates ordinis s. Guillelmi et ordinis s. Benedicti, quam alios substituendi eisdem, qui vitiosum habuerunt ingressum. »Idem etiam per omnia dicimus de Neapolitanis abbatibus, qui in tuis manibus resignaverunt,« *etc.* *Absque nota chronol.* ‖ Martene l. c. 438. n° 424. — »De abbatibus Florinensis.«
Febr. 3	»	(19928) M. ord. Minor. capellano suo mandat, ut, si inter Pisanos et Lucanos plenam pacem fieri non contigerit, interponat sollicitudinis suae partes ad treugam saltem firmandam ad quadriennium inter eos, eisque iniungat ut decem ad minus galeas bene paratas mittant instanti mense Martii in subsidium Terrae sanctae. III non. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 442. n° 430; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 110. n° 120. — »Mandatum Pisanis dedimus.«

		1267.
Febr. 3	Viterbii	(19929) Odonem Gualducii civem Pisanum hortatur, ut periculosum statum Terrae sanctae attendens ad illius iniuriam ulciscendam virtuose personaliter laboret. III non. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 442. n° 431. — »Devotionem quam ad.«
» 3	»	(19930) Ambrosio de ordine Praedicatorum communicat mandata, quae Bernardo Languselli dedit (*vid.* n° 19808). Itaque ei praecipit, ut a potestate, consilio et communitate S. Geminiani de parendo apostolicis mandatis triginta fideiussores idoneos nomine ecclesiae Romanae sibi faciat exhiberi. III non. Febr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 481. n° 58; Coppi Annali di San Gimignano 122. — »Olim dilecto filio.«
» 4	»	(19931) Magistro Bernardo de Castaneto canonico Aurelianensi et Bartholomaeo abbati saecularis ecclesiae de Trebis capellanis et nuntiis suis mandat, ut, a Tancredo abbate monasterii s. Thomae Cremonensis ord. s. Ben. libera resignatione recepta, eidem coenobio praeficiant personam idoneam in abbatem. II non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 110. n° 121. — »Dilectus filius Tancredus.«
» 5	»	(19932) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato scribit, se collectam quam in regno (Carolus) rex Siciliae vel proprio motu vel suorum consilio fecerit, improbare. »Non immerito formidamus, ne nos et se in extremam quod absit confusionem adducat.« Non. Febr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 443. n° 432; Giudice Cod. dipl. I. 279. — »De collecta quam.«
» 6	»	(19933) C(arolo) regi Siciliae nunciat, se nihil ipsi concedere posse ecclesiasticae libertati contrarium, nec probare ipsius ad sedem apostolicam adventum, nec iniustas eius exactiones. VIII id. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 444. n° 433; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1267 § 4; *pars ultima* ap. Giudice Cod. dipl. I. 280. — »Duas tuae magnitudinis.«
» 6	»	(19934) (Radulfo) episcopo Albanensi *etc.* scribit de monachis ipsi mittendis ad providendum collapsis coenobiis. VIII id. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 445. n° 434. — »Venientes ad curiam.«
» 6	»	(19935) Magistro et prioribus provincialibus ord. Praedic. monialium seu sororum monasteria ord. s. Aug. perpetuo regenda committit. VIII id. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 446. n° 435; Ripolli Bullar. Praed. I. 481. n° 59. — »Affectu sincero sic.«
» 6	»	• (19936) Fratribus ordinis Praedicatorum varia monasteria monialium incorporat. VIII id. Febr. a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 281.
» 8	»	(19937) Humberto magistro ord. Praedic. mandat, ut aliquot fratres ad terras Tartarorum, Aethiopum, Indorum, Nubianorum ac Saracenorum annuntiaturos illis evangelicam veritatem transmittat. VI id. Febr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 482. n° 60. — »Dei sapientiam et.«
» 8	»	(19938) Monasterium s. Mariae V. de Fonte Laureato Floren. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones nominatim recensitas, iura ac privilegia confirmat. VI id. Febr. indict. X. incarn. dom. a° 1267. pont. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 459. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 9	»	(19939) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato scribit de Cassanensi ecclesia viduata, de matrimoniis contra statuta canonum celebratis, de Minorensi A. electo, de inconstante Constantino quondam archidiacono Nimocensi *etc.* V id. Febr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 447. n° 436. — »Ecclesiis regni vacantibus.«
» 9	»	(19940) (Iacobum) regem Aragonum de incestuoso ipsius adulterio valde increpat. V id. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 448. n° 437. — »Qui recte diligit.«
» 9	»	(19941) I(ohannem) archiepiscopum Remensem, qui ob curiae papalis servitium enormiter suam ecclesiam exhauserat, hortatur, ut relevet sponsam suam oppressam parsimoniae studio. V id. Febr. a° 2°. ‖ Martene l. c. 449. n° 438. — »Fraternitatis tuae litteras.«
» 11	»	(19942) Electionis Stephani archiepiscopi Colocensis confirmationem, quam eius adversarii, qui magistrum Demetrium archidiaconum de Bors in ecclesia Strigoniensi pro illo elegerant, obrepticie obtentam dicebant, iterum confirmat eamque de praefato Demetrio factam cassat. III id. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 292. n° 526. — »Colocensi et Bachiensi.«
» 11	»	(19943) L. relictae quondam Atreasbae militis novo matrimonio benedictionem transmittit et addit diversa monita salubria. III id. Febr. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 450. n° 439. — »Litteras tuas vidimus.«
1266. Febr. 15-1267. Febr. 14	(»)	(19944) Ludovico rege Francorum petente revocat verba, quae innovationi gratiae »ne a quoquam iudice delegato et ordinario terra eius posset ecclesiastico subiici interdicto« addiderat, quae autem terram domanii regis arctare videbantur. »Datum in Urbe pont. a° 2°«. ‖ Zampini Ad calumn. .... responsio 153. — »A foelicis recordationis.«
1266. Apr. 30-1267. F. 14	»	• (19945) Abbati et conventui S. Iohannis in Vineis Suessionensis indulget, ut, cum episcopus diocesanus aut locorum archidiaconi monasterium vel ecclesias eorum visita-

1267.

verint, nihil eis praeter procurationes debitas solvere teneantur. A° 2°. ‖ Grisius Chron. abbat. s. Ioh. ap. Vineas 137; de Louen Hist. de l'abb. de s. Jean des Vignes, pr. 306.

Febr. 15 Viterbii (19946) Nicolao capellano *etc.* mandat, ut abbati Cassinensi cui praeceperit ut acceptis secum ducentis militibus de Campania ad partes regni Siciliae se conferat in subsidium Christifidelium contra Sarracenos Luceriae, usque ad mille uncias auri subministret. xv kal. Mart. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 450. n° 440. — »Ecce nostrum pulsavit.«

» 15 » (19947) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato significat, se abbati Cassinensi eiusque fratri archiepiscopo Neapolitano iniunxisse, ut ad ipsum festinanter alter accederet, abbas autem 200 milites de Campania in papalibus stipendiis secum duceret adversus Lucerianos. Porro addit, se (Carolum) regem revocare ad regnum. xv kal. Mart. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Martene l. c. 451. n° 441. — »Auditis rumoribus de.«

» 15 » (19948) Monasterium s. Virginis Mariae de Furstenvelt Frisingens. dioc. ord. Cisterc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eius possessiones ac bona confirmat atque eidem multa concedit iura ac privilegia. xv kal. Mart. indict. X. incarn. dom. a° 1266. pont. a° 3°. ‖ Mon. Boica IX. 94. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 18 » (19949) Radulpho episcopo Albanensi mandat, ut Henricum de S. Germano ord. Minor. electum, si eum idoneum repererit, ecclesiae Iserniensi praeficiat in episcopum. xii kal. Mart. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 529. n° 16; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 140. n° 152. — »Ex parte dilectorum.«

» 24 » (19950) Bertrando Albae militi dat consilium, ut contra se C(arolum) regem Siciliae minime provocet, »cuius semel amissa gratia de facili postea non habeatur.« vi kal. Mart. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 451. n° 442. — »Per venerabilem fratrem.«

» 27 (») * (Otakaro) Bohemiae regi: »iii kal. Mart. a° 3°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 3; Deutinger Beyträge II. 156. n° 35, *vid.* 1268. Febr. 28.

» 28 » (19951) Primicerio S. Marchi de Venetiis mandat, moneat et inducat Zagabriensem episcopum, ut Bonaventurae Bernardini et Iacobo Aldebrandini civibus et mercatoribus Senonensibus de 564 marchis sterlingorum novorum, quas ei diversis vicibus mutuarunt, cum iustis et moderatis expensis ac debita restauratione damnorum infra duos menses satisfaciat; alioquin in dictum episcopum excommunicationis sententiam ferant. ii kal. Mart. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 90. n° 123; Mon. Hung. hist. Dipl. XIII. 175. — »Dilecti filii Bonaventura.«

» 28 » (19952) Decano, scolastico et cantori ecclesiae Czuerinensis mandat, ut in causa consulum et communis Lubicensium contra Gerardum comitem Holtsaciae tutorem Adulphi et aliorum filiorum et heredum quondam Iohannis comitis Holtsaciae pupillorum Bremens. et Lubicens. diocc. procedant iuxta priorum continentiam litterarum; alioquin partes ad prioris iudicis, *i. e.* praepositi ecclesiae Hammenburgensis, examen remittant. ii kal. Mart. a° 3°. ‖ Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 93. n° 88; Cod. dipl. Lubec. I. 281. n° 294; *cf.* Meklenb. UB. II. 322. n° 1113. — »Sua nobis dilecti.«

Mart. 2 (») (19953) Rodulpho episcopo Albanensi scribit inter alia: Carolus »rex ... revocari non potuit a nobis saepius requisitus, a Lombardis revocatus, ut Papiam obsideat, quod eidem quantum potuimus dissuasimus .... Vastatis locis pluribus Pisanorum ... castrum ut dicitur Mutronis obsedit ad instantiam Lucanorum ... et habet secum marchiones Malespinae et Pontremulum.« vi non. Mart. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 11, *fragm.*

» 2 resp. 4 » (19954) Patriarcham Graecorum monet et hortatur, ut se super reconciliatione promtum et propitium offerat et ad eam Michaelem Palaeologum imperatorem Graecorum et alios quos poterit inducat. vi (iv *W.*) non. Mart. a° 3°. ‖ Martene Ampl. collect. VII. 199 *sine nota chronol.*; Wadding Ann. Minor. IV. 275; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 80. — »Tuarum nobis missarum.«

» 4 » (19955) Michaelem Palaeologum imperatorem Graecorum hortatur, ut ad ecclesiae unitatem redeat, eique articulos fidei, quos Romana ecclesia profitetur, mittit. iv non. Mart. a° 3° (a° 4° *male W.*). ‖ Raynald. l. c. § 72—79; Wadding l. c. 269; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 111. n° 122; *sine signo chronol.* Martene l. c. 200. — »Magnitudinis tuae litteras.«

» 6 » (19956) (Hermanno) episcopo Zuerinensi mandat, ut Iohanni filio Guncelini comitis de Zwerin canonico ecclesiae Caminensis de praebenda provideat. ii non. Mart. a° 3°. ‖ Meklenb. UB. II. 322. n° 1114. — »Significavit nobis dilectus.«

» 10 » (19957) (Carolo) regi Siciliae scribit de domibus, quas fratribus Praedicatoribus Capuae et Sulmonae donavit. vi id. Mart. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 451. n° 443; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 117. n° 123. — »Graves admodum nostris.«

» 10 » * (19958) Ius patronatus ecclesiae parochialis in Stetten pro eodem iure in Heydenheim de monasterio ibidem ab episcopo Eistettensi sibi comparatum confirmat. vi id. Mart. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 283.

1267.

Mart. 11 (Viterbii) (19959) Ludovico Francorum regi Petrum de Charny in archiepiscopum Senonensem postulatum et a se inauguratum commendat. v id. Mart. a° 3°. ‖ Gallia christ. I. (Paris. 1656. fol.) 642. — »Celsitudo regis sicut.«

» 13 » (19960) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato committit, ut postulationem a capitulo Viennensi admittens de G(uidone) de Alvernia praeposito Insulensi ecclesiae Viennensi provideat et promotum per singula ordinationum tempora successive in episcopum faciat consecrari. iii id. Mart. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 452. n° 444; Gallia christ. I. 806; Justel Hist. généal. de la maison d'Auvergne, pr. 50. — »Vacante ecclesia Viennensi.«

» 14 » (19961) Priori et conventui Silvinianensibus Cluniac. ord. Claromontens. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in die translationis ss. Maioli et Odilonis accesserint, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere *etc.* ii id. Mart. a° 3°. ‖ Martene l. c. 453. n° 445; Duchesne Bibl. Cluniac. I. 309; Marcaille Prieuré de Souvigny 185. — »Clara sanctorum merita.«

» 14 » (19962) (Alberto) archiepiscopo Rigensi privilegium Alexandri IV pp. de fundatione archiepiscopatus Rigensis d. d. 1255. Mart. 31 (*vid.* n° 15770) confirmat. ii id. Mart. a° 3°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 505. n° 402; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 68. n° 35. — »Tenorem cuiusdam privilegii.«

» 14 » (19963) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum Bisuntinis mandat, ut cessionem Rayneri abbatis monasterii Luxoviensis ord. s. Ben. Bisunt. dioc. recipiant. ii id. Mart. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 483. n° 61; Gallia christ. XV. instr. 91; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 118. n° 124. — »Ex parte dilecti.«

» 15 » (19964) Magistro et fratribus ord. Praed. significat, se omnibus *etc.* qui eorum ecclesiam Bononiensem in die translationis corporis b. Dominici confessoris visitaverint, indulgentiam 100 dierum, in anniversario vero ipsius translationis annuatim totidem dierum impertiri. Id. Mart. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. n° 62. — »Meritorum multitudo clarissima.«

» 15 » * (19965) (Reginaldo) episcopo Parisiensi copiam facit, per subtractionem proventuum, dignitatum et beneficiorum nonnullos praelatos, canonicos et rectores ecclesiarum ad residentiam compellendi. Id. Mart. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris III. 252.

» 15 » (19966) Decano ecclesiae de Snatzse Salzburgens. dioc. causam inter abbatem conventumque monasterii in Sewn ex una et Obolum de Inspurk, Hagenonem et Rudegherum de Materay *etc.* ex altera parte super terris, possessionibus *etc.* vertentem committit decidendam. Id. Mart. a° 3°. ‖ Mon. Boica II. 137. n° 11. — »Conquestus est nobis.«

» 18 » (19967) (Wladislao) (electo, *sed legendum*) archiepiscopo Salisburgensi mandat, ne permittat ut praepositus et capitulum de Oettingen Salisburg. dioc. ab aliquo contra indulta privilegiorum sedis apostolicae indebite molestentur. xv kal. Apr. a° 3°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 67. — »Qui divinis laudibus.«

» 18 » (19968) Eidem in eundem modum de praeposito conventuque monasterii Ranshovensis ord. s. Aug. xv kal. Apr. a° 3°. ‖ UB. ob der Enns III. 352. — »Qui divinis laudibus.«

» 23 » (19969) Praeposito et capitulo ecclesiae de Oeting Salisburg. dioc. libertates et exemptiones necnon possessiones et alia bona eis a cl. m. Ludovico duce Bavariae fundatore ipsius ecclesiae concessa confirmat. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 67. — »Cum a nobis.«

» 25 » (19970) Diffinit, quod populus Beneventanae civitatis, etiamsi privilegium authenticum secundum tenorem transcripti quod produxerunt appareat, condendi statuta nullam habeat absque licentia sedis apostolicae facultatem. Praeterea statuta et specialiter quidquid factum est de officio octonariorum cassat et irritat. viii kal. Apr. a° 3°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. III. 768. n° 20. — »Pridem intellecto quod.«

» 26 » (19971) (Iohanni) archiepiscopo Gneznensi et eius suffraganeis scribit: b. Hedwigem Henrici ducis Poloniae coniugem »sanctarum catalogo decrevimus adscribendam, immo verius denunciavimus iam adscriptam«, eisque mandat, ut festum ipsius sanctae idibus Octobris celebrent. vii kal. Apr. a° 3°. ‖ Cherubini Bullar. I. 133; Vita s. Hedwigis ap. Stenzel Scr. rer. Siles. II. 119; Bzovius Ann. ad a. 1267 § 14; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 769. n° 21; *omisso exordio in* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 41. — »Exultat cunctorum fidelium.«

» 31 » (19972) Capitaneo et patri Gelforum Florentinorum magistrum R. praepositum ecclesiae Florentinae capellanum suum recommendat. ii kal. Apr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 454. n° 446. — »Levate capita vestra.«

» 31 » (19973) Magistrum B. praepositum *etc.* hortatur, ut in rebus agendis prudenter se gerat. ii kal. Apr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 454. n° 447. — »Tuae prudentiae diligentiam.«

» 31 » (19974) Ar. priori provinciali Romanensi et priori fratr. Praedic. Florentiae committit, ut omnes illos, qui suo iuramento firmaverint se P. Bernardini civis Urbevetani in capita-

1267.

neum receptionem minime procurasse nec etiam procurantibus omnino voluntarie consensisse, ab excommunicationis sententia absolvat. II kal. Apr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 454. n° 448. — »Cum cives Florentini.«

Mart. 31 Viterbii (19975) Magistris Bernardo de Castineto et Bartholomaeo abbati de Trebis capellanis suis necnon capitaneis, confalonariis, sapientibus et omnibus de consortio Cremonensi consortium pacis et fidei per capitula distincta formatum, quod in civitate Cremonensi statuerunt et servare perpetuo in litteris inde confectis promiserunt, confirmat, tenore istarum litterarum inserto. II kal. Apr. a° 3°. ‖ Böhmer Acta imperii II. 686. n° 984. — »Speramus a Domino.«

Apr. 3 » (19976) Potestati, capitaneo, consilio et communi Perusinis mandat, ut cum civibus civitatis Castelli, ecclesiae proditoribus, nullum habeant commercium nullumque ipsis favorem vel auxilium impendant. III non. Apr. a° 3°. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. II. 488. — »Cives civitatis Castelli.«

» 3 » (19977) Generali, prioribus et fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut in locis, ubi habeant collegium, oratoria ecclesiasque construere *etc.* possint. III non. Apr. a° 3°. ‖ Bullarium Carmel. I. 33. n° 8; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 118. n° 125. — »Cum a nobis.«

» 4 » (19978) Universis Christifidelibus, qui ad ecclesiam ord. Minor. Civitatis Novae Salisburg. dioc. in die dominico post ascensionem Domini *etc.* accesserint annuatim, indulgentiam 100 dierum concedit. II non. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 119. n° 126. — »Vitae perennis gloria.«

» 5 » (19979) Potestatem et consilium Tarvisinos hortatur, ut »quod bona ecclesiarum libera debent esse a qualibet publica servitute« proventus possessionum S. Mariae de Virginibus Venetiarum ad monasterium ipsum ex Tarvisino districtu deferri libere permittant. Non. Apr. a° 3°. ‖ Verci Marca Trivigiana II. doc. 110. n° 167; Cornelius Eccles. Venet. IV. 46. — »Certum habentes a.«

» 5 » (19980) Universorum clericorum et laicorum Aquensium Leodiens. dioc. devotionem laudat atque constantiam »quam ab olim, postquam ad sinum matris ecclesiae rediistis, absque corruptionis macula conservastis.« Addit, hoc dudum Innocentium (IV) pp. considerantem eos illius privilegii gratia honorasse, ut consistentes in devotione ecclesiae non possent extra muros Aquenses per litteras apostolicas generaliter vel specialiter ad iudicium evocari, quae de concessa eis in hac parte indulgentia plenam non facerent mentionem. »Ut igitur huiusmodi continuata vestra devotio erga ecclesiam gratiam apostolicae sedis continuari percipiat, decet, quod illam insolitae constantiae petra firmatis. . . . Nos enim praedictam indulgentiam, quam ratam et firmam habemus, in suo volumus robore permanere.« Non. Apr. a° 3°. ‖ Noppius Aach. Chronick 239. n° 7; Lünig Reichs-Arch. (XIV.) Pars spec. IV. 1442; Quix Cod. dipl. Aquens. I. II. 136. n° 205. — »Digne potestis de.«

» 5 » (19981) Ballivos, consules et communitatem villae Montispessulani rogat et hortatur, ut a vexationibus et molestiis clericorum Magalonensis diocesis, quos dugariis (angariis *Gall. chr.*) et parangariis aggravabant, penitus desistant. Non. Apr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 455. n° 449; Gallia christ. VI. instr. 375. — »Pervenit ad audientiam.«

» 5 » (19982) Episcopo Magalonensi mandat, compellat rectores ecclesiarum suae diocesis per subtractionem proventuum, ut ordines statutis temporibus suscipiant debitos et in suis ecclesiis resideant personaliter. Non. Apr. a° 3°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 559. — »Ad aures nostras.«

» 6 » (19983) Priori et fratribus ord. Praed. Ragusinis concedit facultatem vendendi domum sub domo Iohannis Corriazii, quam eis Iacobiza filia Viti Capiteseldi de Ragusio tunc vidua donaverat. VIII id. Apr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 484. n° 63; Farlati Illyr. sacr. VI. 110. — »Ex parte vestra.«

» 10 » (19984) Potestati, consilio et universis civibus Florentinensibus scribit: »Conradinus Frederici nepos quondam principis Romanorum tam a Deo quam ab eius vicario iusto iudicio reprobati, G. Novellus, Conradus Trincia et Conradus Capetia cum multis aliis, qui nefandum hoc idolum in Tuscia moliuntur erigere nec cessant, ut dicitur, clam et palam stipendiare Teutonicos, inire foedera, coniurationes et pacta cum illis qui pari scelere sunt polluti, quorum aliquis se vicarium eius dicit, et in eam prolabuntur insaniam, ut et eum publice regem nominent et eundem ad id induxerint, quod sigillo iam utens regio regis Siciliae nomen sibi usurpat. C(arolus) verus et unicus rex Siciliae . . . cito vestram aditurus praesentiam, suae partem praemittit militiae ad huius factionis autores de Tusciae partibus expellendos et ut pacis exturbatores exturbet.« Mandat eis, ut illius ad hoc destinatis capitaneis consilium et auxilium in tam pio negotio impendant. »Regem enim eundem e vestigio suam militiam secuturum in vestris partibus constituendum duximus ad nostrum beneplacitum paciarium generalem, ut, dum vacat imperium cuius tuitio ad eum pertinet, in vicino patrimonio nostro regno

1267.

perversorum malitia nequeat lacerari. . . .« IV id. Apr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 2 et 5; Martene Thes. anecd. II. 456; Giudice Cod. dipl. II. I. 21. — »De radice colubri.«

Apr. 11 Viterbii (19985) Universis clericis et laicis Aquensibus Leodiens. dioc. litteras Innocentii (IV) pp., d. d. 1253. Mart. 1, quibus eis indulget, ut extra muros Aquenses non possint per litteras apostolicae sedis vel legatorum eiusdem super aliquibus negotiis in iudicium evocari absque speciali mandato sedis ipsius, confirmat. III id. Apr. a° 3°. ‖ Quix Cod. dipl. Aquens. I. II. 122. n° 180 (p. 256. n° 246 *perperam ad* a. 1256). — »Tenorem quarundam litterarum.«

» 14 » • (19986) Promulgat in Conradinum nepotem Friderici quondam imperatoris Romanorum XVIII kal. Maii sententiam excommunicationis. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 4.

» 20 (») • (19987) Petrum Ferentinatem canonicum et archidiaconum Eboracensem creat episcopum Soranum. XII kal. Mai. 1267. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1246.

» 26 » (19988) Potestati, capitaneo et ancianis populi Pisani, qui turbati fuerant in adventu militiae C(aroli) regis Siciliae ab eodem in partes Tusciae destinatae, opprobrat, »quod regis nostri catholici novam viciniam abhorretis, cum Manfredum diaboli filium in ulteriorem familiaritatem admissum in vestrarum animarum perniciem olim duxeritis multipliciter honorandum. . . . . Vestram prudentiam volumus non latere, quod cum ad regis supradicti notitiam pervenisset, quod fiebat in Tuscia, nobis secretius intimavit quod contra omnes Conradini fautores illuc mittere militiam proponeret, nisi nos aliud mandaremus, super hoc nostrum sibi postulans beneplacitum, operari. . . . Eius impedire propositum nobis nec placuit, ne manu malignantium roborata regi damnum possit impingi. . . . Nec intelleximus nostram vel aliam Tusciae civitatem sibi ex aliquo privilegio vendicare, quod eandem provinciam nulla debeat intrare militia, vobis aut aliis provincialibus inconsultis. . . . Si tamen, prout alias spospondistis, amicitiam regis quaeritis, ad eam prout vobis expediet acquirendam libenter dabimus opem et operam.« VI kal. Mai. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 10; Martene Thes. anecd. II. 457; Giudice Cod. dipl. II. I. 23. not. 2. — »Turbatos vos fuisse.«

» 27 » (19989) Universis abbatibus et abbatissis necnon prioribus et gardianis ceterisque fratribus Praedicatorum et Minorum, et conventibus monasteriorum et aliorum locorum religiosorum de Montepessulano et eiusdem suburbiis Cisterciensis, Praemonstratensis seu cuiuscunque alterius ordinis Magalonens. dioc. inhibet, ne aliquorum filios familias vel alios impuberes tutores habentes absque voluntate parentum et tutorum suorum ad suscipiendum habitum regularem in monasteriis suis admittant. V kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 459. n° 452; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 119. n° 127. — »In superni patris.«

» 28 » (19990) Constitutionem Guidonis tit. S. Laurentii in lucina presb. card. apostolicae sedis legati editam »Lubek V id. Ianr. Clementis IV pont. a° 1°« — qua omnes mercatores pro negotiationibus licitis et honestis per omnes terminos »Daciae, Sueciae, Slaviae, Pomeraniae, Frisiae et Albiae« sub protectione sedis apostolicae suscipiuntur et speciatim si forte naufragium passi essent tum bona eorum ex naufragio servata eis vel haeredibus libera esse iubentur, adiutoribus »propter Deum« indulgentiae centum dierum promittuntur, rapaces vel qui rapta emerint poenam excommunicationis incurrisse dicuntur — confirmat et iurisdictionem in his causis episcopo Raceburgensi commendat. IV kal. Mai. a° 3°. ‖ J. C. H. Dreyer Specim. iuris publ. Lubicensis, quo pacta . . . quibus Lubecae . . . circa . . ius naufragii (Strandrecht) est prospectum (1762. 4°) XXXI; Langebek Scr. rer. Dan. VIII. 430; Cod. dipl. Lubec. I. 283. n° 296; Meklenb. UB. II. 324. n° 1118. — »Lecta nobis dilectorum.«

» 29 » (19991) Episcopo Magalonensi mandat, compellat detentores possessionum Iohannis Luciani de Montepessulano quas legavit ad habendum lectum paratum in quod deferrentur ad sepulturas corpora pauperum defunctorum, ut praedictam dispositionem observent. III kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 459. n° 453. — »Ad nostrum pervenit.«

» 29 » (19992) Abbatissae et conventui Montispessulani ord. s. Clarae significat, se omnibus Christifidelibus, qui earum ecclesiam in honorem s. Damiani constructam per octo dies post eiusdem sancti festum annis singulis visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargiri. III kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 460. n° 454; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 120. n° 128. — »Licet is de.«

» 29 » (19993) Abbatibus, prioribus, archipresbyteris *etc.* commendat magistrum Bn. subdiaconum et capellanum suum ad Urbem destinatum pro reliquiis sanctorum requirendis. III kal. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 460. n° 455. — »Attendentes sanctorum merita.«

Mai. 3 » (19994) Episcopo et capitulo Magalonensibus mandat, curent ne rectores et clerici ecclesiarum Montispessulani ad extorquendum de glebis pauperculorum decimas extendant avidas manus. V non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 461. n° 456. — »In villa Montispessulani.«

» 4 » (19995) Nemausensibus et Biterrensibus civibus, qui ad constructionem pontis super fluvium Levi, ubi dictum *Vadum iuvenale* in territorio de Montepessulano, manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 40 dierum promittit, praesentibus post triennium minime valituris. IV non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 461. n° 457. — »Quoniam ut ait.«

1267.

Mai. 5 Viterbii (19996) (Ludovicum) regem Francorum magnis laudibus extollit propter zelum, quo ad instaurandam rem christianam ac Dei hostes proterendos ardet; addit se altissimi clementiam exorare, ut votum regis favore pio prosequatur. III non. Mai. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 49; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 120. n° 129. — »In spiritu pietatis.«

» 5 » (19997) Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato scribens laudat zelum fidei Ludovici regis Francorum et crucem suscepturis indulgentiarum praemia pollicetur. Ei autem mandat, ut ad negotia praedicandae crucis et exigendae decimae in regno Franciae exsequenda solertiam adhibeat studiosam. III non. Mai. a° 3°. ‖ Raynald. l. c. § 51. — »Fervens dudum et.«

» 5 » (19998) (Philippum de Sabaudia) Lugdunensem electum de negligentia sacros ordines suscipiendi increpat. »Cum in duarum viarum capite dudum steteris, tempus est ut in altera te stabilias nec ancipiti volvaris proposito, sed vel amodo praelatum impleas, vel ecclesiae Lugdunensi amplius non illudas.« III non. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 462. n° 458. — »Nosti quantum et.«

» 7 » (19999) S(imonem) tit. S. Caeciliae presb. card. legatum Franciae laudat, quod executionem testamenti G(uillelmi) Belvacensis episcopi praecipit suspendi. Mandat ei, ut legata a dicto episcopo 10000 librarum Turonensium in subsidium Terrae sanctae galeis instituendis impendat. Non. Madii a° 3°. ‖ Martene l. c. 462. n° 459. — »De multorum admiratione.«

» 7 » (20000) Consulibus et universitati Montispessulani villae concedit, ut pro delictis privatarum personarum memorata villa ecclesiastico interdicto minime supponi possit. Non. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 463. n° 460. — »Quanto pleniori studio.«

» 8 » (20001) G(uidonis) tit. S. Laurentii in lucina presb. card. apostolicae sedis legati laudato zelo eum a legatione Dacica et Germanica revocat. VIII id. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 464. n° 461; Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. II. 50; Lappenberg Hamb. UB. I. 596. n° 718. — »Multa nobis de.«

» 9 » (20002) (Alfonso) regi Castellae et Legionis in Romanorum regem electo ad dirimendam inter eum ac Richardum in Romanorum regem electum discordiam praefigit primum diem post festum annunciationis b. Virginis primo venturum terminum, in quo cum dictis testium, quos super quibusdam articulis produci continget, et iuribus se apostolico conspectui praesentet. Vult, quod in Alemannia apud Frankeneford, in Francia Parisiis, in Hispania in civitate Burgensi, in Italia Bononiae in vigilia festi Omnium Sanctorum productio testium incipiat. VII id. Mai. (a° 3°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 22. — »Licet nos assidue.«

* *In eundem modo* Richardo in Romanorum regem electo.

» 10 » (20003) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato communicat »morae fructum quem C(arolus) rex Siciliae in nostra fecit curia«, et admonitiones quas eidem dedit verbo et scripto, »ut videlicet ad restitutiones iniunctas sibi vel in posterum indicendas benevolum et facilem se praeberet, iustitiam faceret in regno servare, officialibus certa salaria constitueret, ... libertatem ecclesiasticam tam ecclesiis quam ecclesiarum hominibus conservaret, ... a collectis indebitis et albergis omnino abstineret« *etc.* »Scire rursum te volumus, quod die annunciationis dominicae L(udovicus) rex Francorum cum tribus filiis suis P(hilippo), I(ohanne) et P(etro) crucem assumsit et cum eo Atrebatensis, Britanniae, Flandriae, Augi et quidam alii comites, barones et milites. Tempus autem passagii nondum scitur. Praedictus rex Siciliae potestariam Florentiae et quarundam aliarum terrarum in Tuscia usque ad calendas Ianuarii, et inde usque ad sex annos recepit, et iam multum depressa est potentia Gibellina. Bethlemitanum episcopum quondam ad ecclesiam Cusentinam transtulimus. N. Remensem canonicum in Tranensem, in Acherontinam fratrem Laurentium, Petrum Romani seu de Surrentino capellanum nostrum posuimus in Sorana, ad Montis Regalis ecclesiam Corinthiensem duximus transferendum.« VI id. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 464; Giudice Cod. dipl. II. I. 25. — »Nuncium tuum tenuimus.«

» 11 » (20004) Episcopum Lincolniensem increpat, quod (Henrici) regis Anglorum secreta pandat. Mandat ei, ut ad ecclesiam propriam revertatur detque opem et operam ad honorem regis et regni statum pacificum procurandum. V id. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 466. n° 463. — »Suadente dilecto filio.«

» 11 » (20005) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato scribit, se Lincolniensis episcopi negotium in suspenso tenere, donec Londoniensis, Vintoniensis, Cicestrensis episcoporum negotia fine debito sint terminata. Addit, C(arolum) regem Siciliae Tusciam et Florentiam atque Pratum intrasse. V id. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 466. n° 464. — »Venerabilis fratris nostri.«

» 11 » (20005a) Priori fratrum Praedic. Bononiensium quaedam praescribit pro monasterio monialium s. Antonii in Policinio Ferrariensi ord. s. Ben. V id. Mai. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VIII. 450. n° 102. — »Ex parte dilectarum.«

» 12 » (20006) Priorissae et conventui ecclesiae de Wineden ord. s. Aug. Magunt. dioc. notum facit, se ecclesiam s. Petri de Wineden, in qua ius habeant patronatus cum sepultura

1267.

et aliis pertinentiis, in earum ecclesiam transferre, diocesano et archidiacono loci in omnibus iure salvo. IV id. Mai. a° 3°. ‖ Ge. Ludov. Boehmer Observatt. iur. canon. (Gottingae 1766. 8°) 292. — »Religionis vestre dicitur.« *Dedit Paulus Hinschius.*

Mai. 12 Viterbii (20007) Decano ecclesiae Hildesemensis de superiore epistola significat eique mandat, ne permittat ut praefatae et priorissa et conventus super his contra concessionem apostolicam ab aliquibus indebite molestentur. IV id. Mai. a° 3°. ‖ Boehmer l. c. 294. — »Religionis dilectarum.« *Dedit idem.*

» 15 » (20008) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato committit, ut Maliensi et Cassinensi ecclesiis cathedralibus de personis idoneis provideat in episcopos. Id. Madii a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 467. n° 465. — »De fraternitatis tuae.«

» 15 » (20009) Universis ecclesiae Romanae fidelibus per ducatum Spoletanum et Anconitanam marchiam constitutis Firmanorum proditiones detegit. Id. Madii a° 3°. ‖ Martene l. c. n° 466. — »Non vos decipiant.«

» 15 » (20010) (Iacobo) regi Aragonum proponit matrimonium contrahendum inter eius filiam et H(enricum) filium cl. mem. F(erdinandi) regis Castellae, eumque hortatur ad transfretandum in Terrae sanctae subsidium. Id. Mai. a° 3°. ‖ Martene l. c. 468. n° 467; Giudice Cod. dipl. I. 195. — »Esse in curia.«

» 17 » (20011) Patriarcham Hierosolymitanum, hospitalis et templi Militiae Teutonicorum magistros, nobilem virum de Serginis et alios defensores Terrae sanctae hortatur, ut regi Armeniae et principi Antiocheno ad civitatem Antiochenam contra inimicos fidei defendendam consilium et auxilium impendant. XVI kal. Iun. a° 3°. ‖ Martene l. c. 469. n° 468; Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 69. — »Cum carissimus in.«

» 17 » (20012) P(etrum, *sed legas* Michaelem Palaeologum) imperatorem Graecorum hortatur, ut ad ecclesiae gremium rediens Terrae sanctae subsidium ferat. XVI kal. Iun. a° 3°. ‖ Martene l. c. 469. n° 469; Raynald. l. c. § 66. — »Si pressuris compateris.«

» 17 » (20013) Regis Armeniae calamitatibus compatitur atque auxilium ex parte praesertim (Ludovici) regis Franciae promittit. XVI kal. Iun. a° 3°. ‖ Martene l. c. 470. n° 470; Raynald. l. c. § 68. — »Iniunctae nos excitat.«

» 19 » (Alphonso) regi Castellae et L. *etc.* »XIV kal. Iun. a° 3°«. ‖ Martene l. c. 496, *vid.* 1267. Iun. 18 n° 20051.

» 20 » (20014) Ludo vici regis Francorum postulationibus annuens regnum Franciae, comitatus et cetera loca eidem subiecta necnon terras illorum qui cum ipso rege in subsidium Terrae sa nctae sunt accessuri, sub b. Petri et sua protectione suscipit, ut votum suum crucis efficacius prosequi possint. XIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Joinville Hist. de Louis IX ed. du Cange (Par. 1668. fol.) observ. 116. — »In spiritu pietatis.«

» 23 » (20015) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. novam legationem in Franciam concedit pluraque ei de Terrae sanctae negotio et de rebus Italiae scribit. X kal. Iun. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 472. n° 471. — »Licet tua praesentia.«

» 24 » (20016) Abbati Nantensi Ruthenens. dioc. mandat, ut abbati et conventui monasterii Bonaevallis Cisterc. ord. eiusd. dioc. praesidio defensionis assistens minime permittat ipsos ab aliquibus indebite molestentur. IX kal. Iun. a° 3°. ‖ Martene l. c. 473. n° 472. — »Obviare malitiis perversorum.«

» 25 » (20017) S(imoni) tit. S. Martini presb. card. marchiae Anconitanae et ducatus Spoleti rectori apostolicae sedis legato mandat, ut inquirat quod alienaverit abbas Farfensis in Marchia et qualiter inveniri possit. »Demum nos turbat non leviter, quod contra nostrum manifestissimum proditorem Conradum Trincii nihil fecisti.« Mandat ei, ut ad demolitionem bonorum eius absque omni dilatione procedat. VIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Martene l. c. 473. n° 473. — »Nullas litteras tibi.«

» 25 » (20018) Episcopo Ucetiensi concedit facultatem conferendi personis idoneis beneficia ecclesiastica, personatus et dignitates cum cura et sine cura, quae in eius civitate et diocesi tanto tempore vacaverunt, ut illorum collatio sit ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis statuta concilii legitime devoluta. VIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Martene l. c. 474. n° 474. — »Honore illo tuam.«

» 25 » (20019) Episcopo Anagnino mandat, ut in Landonem de Montelongo et populares Ferentinates rebelles ecclesiae censuris ecclesiasticis et poenis temporalibus animadvertat. VIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 167. n° 314. — »Conspicientes hactenus Landonem.«

» 25 » (20020) Concensi et Cordubensi episcopis mandat, faciant ut archiepiscopus Hispalensis Iohanni Martini de ord. Minor. electo Gadicensi consecrationis munus impendat. VIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 529. n° 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 121. n° 130; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 32. — »Olim felicis recordationis.«

» 26 » (20021) Monasterium monialium s. Mariae V. Novi Claustri [Neukloster sive Sonnenkamp] Cisterc. ord. Zwerinens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius

1267.

possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura atque privilegia confirmat. vii kal. Iun. indict. X. incarn. dom. aº 1267. pont. aº 3º. ‖ Lisch Meklenb. Urkunden II. 39; Meklenb. UB. II. 326. nº 1120. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Mai. 27 Viterbii — (20022) Magistrum et fratres ord. Praedic. Bononiae convenientes in capitulo generali hortatur, ut illis vacent unanimiter et concorditer intendant, per quae saluti animarum possint vacare salubrius et illibatam famam suam et sui ordinis conservare. Ceterum eorum se precibus commendat. vi kal. Iun. aº 3º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 474. nº 475; Fontana Monum. Dominic. 94; Ripolli Bullar. Praed. I. 484. nº 64. — »Ille summus et.«

» 28 » — * (20023) Monasterio s. Benedicti in Heidenheim libertates ei indultas confirmat. v kal. Iun. aº 3º. ‖ Lang Regesta III. 287.

» 30 » — (20024) Decano veteris ecclesiae s. Pauli Monasteriensis mandat, faciat per censuram ecclesiasticam, ut diffinitiva sententia, quam thesaurarius ecclesiae s. Petri Traiectensis pro Wernero rectore altaris s. Stephani siti in ecclesia s. Reynoldi Tremoniensis contra decanum ecclesiae s. Mariae ad gradus Coloniensis praefatum Wernerum ad praedictum altare denegantem promulgaverit, inviolabiliter observetur. iii kal. Iun. aº 3º. ‖ Fahne UB. von Dortmund II. 14. — »Sua nobis Wernerus.«

» 30 (») — * (20025) Clemens pp. »mutua pace Senenses factionis Gibellinae atque exules Guelphos coniunxit: cuius foederis leges insertae sunt litteris apostolicis, quibus adiecta est dies iii kal. Iun.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 11.

Iun. 1 » — (20026) Archiepiscopo Hispalensi de decimis proventuum ecclesiasticorum pro rege Castellae et Legionis colligendis mandata dat. Kal. Iun. aº 3º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 475. nº 476. — »Sicut tua fraternitas.«

» 2 » — (20027) Pro Aniciensi ecclesia condit quaedam statuta et ordinationes, quae ad conservandum et reformandum eiusdem statum competant. iv non. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 476. nº 477; Bullar. magn. Roman. (Luxemb.) IX. 73. nº 5; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 775. nº 22. — »Inter ceteras sollicitudines.«

» 4 » — (20028) Carolum regem Siciliae in partibus Thusciae servatorem pacis constituit. »Dictum autem paciarii seu pacis servatoris officium .... exercendi ea tibi lege concedimus, quod si forsitan imperatorem vel regem Romanum sede apostolica approbatum regnare contigerit, tu ex tunc eodem officio non utaris amplius ultra mensem.« ii non. Iun. aº 3º. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 1; Lünig Cod. Ital. dipl. I. 1073. nº 15; Rousset Suppl. au (Dumont) Corps dipl. I. i. 125, *uterque omisso exordio; fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 7. — »Nuper nobis fili.«

» 4 » — (20029) Universis marchionibus, comitibus et aliis magnatibus necnon potestatibus, capitaneis cunctisque rectoribus et consiliariis ac universitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum ceterisque per partes Thusciae Romano subiectas imperio constitutis significat, se »in praedictis Thusciae partibus, quae imperiali destitutae regimine, nostrae in his provisionis remedium specialiter expetunt et expectant,« Carolum Siciliae regem constituisse pacis servatorem, eidem paciarii seu pacis servatoris officium committens. Mandat eis, ut ad tranquillitatem suam totiusque dictae provinciae intendentes nullam omnino difficultatem ingerant in huiusmodi pace iuranda, sed ipsam fideliter et inviolabiliter observent. ii non. Iun. aº 3º. ‖ Lazeri l. c. 5; Theiner Cod. dipl. domin. temp. I. 168. nº 315. — »Qualiter hactenus provinciam.«

» 5 » — (20030) Universis per partes Tusciae Romano subiectas imperio constitutis mandat, ut Iohanni de Braysilva Siciliae regni marescalco et regio vicario obediant. Non. Iun. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 169. nº 316. — »Cum carissimum in Christo.«

» 5 » — (20031) (Alphonso) regi Castellae et Legionis, qui ab Urbano pp. IV petierat ut ad coronam imperii vocaretur, et procuratore suo eandem petitionem coram Clemente IV pp. semel et iterum refricante ex adverso proposuerat quod per saltum promoveri volebat »qui nondum recepta Coloniae regni Romanorum corona requirebas propere venerandum imperii diadema,« scribit, se praefixisse terminum peremtorium, »quo tuus et adversarii tui procuratores se nostro conspectui repraesentent, interim diebus et terminis assignatis suos articulos probaturi. Verum ... R. de Orabazan (Maphazan *R*) capellanum nostrum et nostrae conscium voluntatis ad te duximus transmittendum, in cuius ore verba secreta posuimus, quae tibi referet viva voce.... Imperii quaestionem nimis hactenus indecenter et damnose dilatam tenere non possumus amplius in suspenso.« Non. Iun. aº 3º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 488. nº 478; Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 26. — »Quanto divinae gratiae.«

» 9 » — (20032) Eidem scribit, se eius praesentia frui non posse eique quam cito reliquias transmissurum esse. v id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 489. nº 480. — »Licet gratissima nobis.«

» 9 » — (20033) Theobaldo regi Navarrae profecturo in subsidium Terrae sanctae, »quam manus Agarenorum impia usque ad intima lacerat et enervat,« per triennium decimam redditum et proventuum ecclesiasticorum regni Navarrae concedit. v id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 490. nº 481; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 50; Jubainville Comtes de Champagne VI. 22. nº 3417. — »In spiritu pietatis.«

1267.

Iun. 9 Viterbii — (20034) Eundem et illos quos secum duxerit, cum familiis, regno Navarrae, Campaniae et Briae comitatibus, castris, terris *etc.*, ut votum suum eo ferventius exsequatur, sub b. Petri et sua protectione suscipit. v id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 491. nº 482; *cf.* Jubainville l. c. 23. nº 3420. — »Adspiciens Terrae sanctae.«

» 9 » — (20035) Archiepiscopis, episcopis .... ceterisque personis ecclesiasticis per regnum Navarrae constitutis mandat, ut Th(eobaldo) regi concessam decimam liberaliter et prompte solvant. v id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 492. nº 483; *cf.* Jubainville l. c. nº 3418. — »Quiescere videmus interdum.«

» 9 » — (20036) Magistro ord. Praed. mandat, ut aliquot ex fratribus suis ad Graecos redire cupientes ad ecclesiae unitatem mittendos eosque de vera fide instruendos sine morae dispendio ad sedem apostolicam destinet. v id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 493. nº 484; Ripolli Bullar. Praed. I. 485. nº 66; Touron Histoire I. 425; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 81. — »Quantum et quotiens.«

» 9 » — (20037) Thomae de Aquino ord. Praed. mandat, ut duos fratres episcopo Gabulensi assignet, qui eundem associent eidemque obediant. v id. Iun. aº 3º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 485. nº 65; *sine nota chronol.* Martene l. c. 505. nº 503; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1268 § 6. — »Cum sit bonum.«

» 9 » — * (20038) Clément donne au prieur de Roncevaux et au doyen de Tudèle mission de veiller à ce que la décime, dont il est question dans les bulles précédentes (*vid.* nº 20033 *etc.*), soit intégralement payée. Ils emploieront contre les récalcitrants les censures ecclésiastiques. ‖ Jubainville Comtes de Champagne VI. 22. nº 3419.

» 9 » — * (20039) Clément notifie la décision précédente au prieur de Roncevaux et au doyen de Tudèle et les charge de la faire respecter. ‖ Jubainville l. c. nº 3421.

» 9 » — * (20040) Bulle semblable adressée par le même à l'abbé (Robert) de Montiéramey et à l'abbé d'Orbais. ‖ Jubainville l. c. nº 3422.

» 10 » — (20041) A(lfonso) comiti Pictaviensi et Tolosano subventionem 30000 librarum Turonensium, »de qua speramus Terrae sanctae grande satis subsidium proventurum,« promittit. iv id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 494. nº 485. — »Nota nobis a.«

» 10 » — (20042) (Berengario) abbati et conventui monasterii s. Aegidii (ord. s. Ben. Nemausens. dioc.) omnino prohibet, ne munuscula quae pro s. confessoris Aegidii memoria eis transmisit, capellam scilicet de xamito, calicem aureum, urceolos et pelves argenteos, cum capella alia de pannis sericis deauratis, quam nunc eis transmittit, vel quicquam ex eis alienent. iv id. Iun. aº 3º. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 89. — »Illa munuscula que.«

» 11 » — (20043) Praeposito ecclesiae Magalonensis ord. s. Aug. mandat, compellat per censuram ecclesiasticam priores prioratuum ecclesiae suae immediate subiectorum, ut ad sacerdotalem ordinem statutis temporibus se faciant promoveri et in eisdem prioratibus resideant personaliter. iii id. Iun. aº 3º. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 559. — »Te accepimus proponente.«

» 11 » — * (20044) Bref à Amanieu archevêque d'Auch [Amanevo archiepiscopo Auxitano] pour la réformation de l'ordre vulgairement appelé *de la Paix et de la Foi* établi pour la conservation de la paix et de la foi en la province d'Auch et pays d'alentour. iii id. Iun. aº 3º. ‖ Bajole Hist. sacrée d'Aquitaine 172.

» 12 » — (20045) A(lfonso) comiti Pictaviensi et Tolosano se excusat, quod crucis subsidia eius fratri (Ludovico) regi Francorum de terris ipsius quas in regno Francorum obtineat, dederit, »licet nostri fuisset propositi eas tuo succursui reservare.« »Accipe ergo quod offerimus ex affectu quo sincera caritate diligimus, et sicut vir strenuus et magnificus votum crucis prosequere.« ii id. Iun. aº 3º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 495. nº 486. — »Crucis subsidia quae.«

» 13 » — (20046) R. Seguini de Melgario transitus sui ad partes Acconenses terminum usque ad (Ludovici) regis Francorum et aliorum crucesignatorum generale passagium prorogat. Id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 495. nº 487. — »Cum ex mandato.«

» 13 » — (20047) Episcopum Avinionensem et decanum dominum Uteriae germanum eius rogat et monet, ut iuxta fratris Raymundi de Medallis Praed. ord. et C. de Melgorio militis consilium ad pacem habendam cum nobili viro Odiaconeto Montis Albani promptos et faciles se habeant. Id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 496. nº 488. — »Licet pacis consilia.«

» 13 » — (20048) Baudonum dominum Castri Novi rogat et hortatur, ut uxorem ad suam cohabitationem reducat eique debitum impartiatur honorem. Id. Iun. aº 3º. ‖ Martene l. c. 496. nº 489. — »Multa nobis in.«

» 15 » — (20049) (Alphonsum) regem Castellae in regem Romanorum electum super rumoribus falsis de imperio Carolo regi Siciliae collato sedat: »Nos videntes discrimen in limine,

1267.

pacem per Tusciam iurari mandavimus et ... C(arolum) regem illustrem Siciliae non imperii, sicut quidam mentiuntur in contrarium, sed pacis constituimus servatorem, quem ad hoc eo magis idoneum esse credimus, quo in partibus illis factus erat robustior, Florentinis, Pistoriensibus, Pracensibus et quibusdam aliis in potestatem assumptus.« xvii kal. Iul. a° 3°. ‖ Martene l. c. 499. n° 492; Giudice Cod. dipl. II. i. 49. nota 3. *Cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 9; Thom. Fritsch Exercitt. iuris publ. de iure imperii in magnum ducatum Etruriae. Lips. 1721; Notizia della vera libertà Fiorent. I. — »Quia lingua tertia.«

* *In eundem modum* Richardum in regem Romanorum electum. ‖ Raynald. l. c. — »Quia lingua tertia.«

Iun. 17 — Viterbii — • (20050) Monasterium de Arnsburg protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. xv kal. Iul. a° 3°. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 74. n° 114.

„ 17 resp. 18 — „ — (20051) (Alphonso) regi Castellae et Legionis in regem Romanorum electo mittit excerpta ex registro Innocentii III pp. de coronatione Ottonis filii quondam H(enrici Leonis) ducis Saxoniae et Philippi ducis Sueviae de imperio contendentium (*scil.* n° 2040. 1740. 1103. 1584. 1244. 685). »Hoc sufficere posse credimus ad tuum et prudentum tuorum consilia dirigenda.« xiv (xv *R.*) Iul. (Iun. *M.*) a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 496. n° 490; Raynaldi Ann. ad a. 1267. § 28 *sine nota chronol.* — »Post clarae memoriae.«

„ 18 — „ — (20052) Abbati Psalmodiensi mandat, ut R. de Mahazan capellano suo ad partes Hispaniae destinato, cum fuerit requisitus, unum bonum equum, expeditum, fortem tradat, recuperandum si reduxerit eum salvum. xiv kal. Iul. a° 3°. ‖ Martene l. c. 498. n° 491. — »Cum dilectum filium.«

* *In eundem modum* Abbati S. Aegidii — Abbati S. Andreae Avinionensis diocesis — Abbati Massliensi — Priori S. Saturnini de Portu.

„ 20 — „ — (20053) Priore et fratribus domus Dei s. Iohannis Andegavensis petentibus inhibet, ne ad vendendum vel alienandum vel ponendum extra manum mortuam possessiones domus suae cogi per aliquem possint. xii kal. Iul. a° 3°. ‖ Port Inventaire 143. n° 156. — »Provisionis nostre provenire.«

„ 22 — „ — (20054) (Nicolao) Assisinati et (Philippo) Nucerino episcopis mandat, faciant (Guidoni) episcopo Camerinensi potestatem se componendi cum quibusdam laicis suae diocesis super bonis episcopatus ab illis occupatis et devastatis. x kal. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 123. n° 131. — »Significavit nobis venerabilis.«

„ 23 — „ — (20055) Potestatem, consilium et commune Mantuanos rogat et hortatur, ut sedis apostolicae mandatis obediant nec diutius latas in ipsos sententias ferant. ix kal. Iul. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 499. n° 493. — »Quia memores illius.«

„ 27 — „ — (20056) Praeposito, decano, scolastico et capitulo ecclesiae Frankenfordensis, qui statuerant, ut perpetuus vicarius altaris s. Katerinae in dicta ecclesia ipsis subiectus existat et in eadem ecclesia una cum ipsis canonicis horis intersit et post matutinas tempestive missam in eodem altari celebret, antequam plebanus incipiat dicere missam suam, hoc statutum confirmat. v kal. Iul. a° 3°. ‖ Würdtwein Dioec. Mogunt. II. 676; Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 143. — »Cum a nobis.«

„ 27 — „ — (20057) Monasterium de Ramosa [Ramsen] Warmatiens. dioc. petentibus abbatissa et conventu ordini Cisterciensi incorporat. v kal. Iul. a° 3°. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 337. — »Ex iniuncte nobis.«

„ 27 — „ — • (20058) Abbatissae monasterii s. Walburgis (in Eichstaedt) et ecclesiae in Dietfurt Eistetens. dioc. et sui patronatus concedit, ut proventus suos in usus proprios convertant. v kal. Iul. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 289.

„ 29 — „ — (20059) S. comiti Tusciae palatino scribit, se in Tusciam nullam militiam destinasse, sed C(arolum) regem Siciliae pacis in illis partibus fecisse servatorem ad illorum reprimendam malitiam, »qui contra nos et ipsum cornua iam erexerunt, nomen pueri Conradini pueriliter invocantes. Si igitur pacem iurare volueris, regi fideliter adhaerere, nos libenter scribemus eidem, quod ad suam gratiam te recipiat.« iii kal. Iul. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 500. n° 494; Giudice Cod. dipl. II. i. 46. nota 2. n° 1. — »Si quae tibi.«

„ 30 — „ — (20060) Magistro et fratribus ord. Praedic. indulget, ut tempore interdicti peccata sua confiteri et ab ipsis absolvi ac communionis necnon unctionis extremae sacramenta recipere possint. ii kal. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 486. n° 67. — »Meritis vestre religionis.«

Iul. 4 — „ — (20061) Cartusiensibus indulget, ut ex debito necessaria ministrare diocesanis vel aliis praelatis minime teneantur. iv non. Iul. a° 3°. ‖ Tromby Storia V. app. 268. n° 107. — »Devotionis vestrae precibus.«

„ 5 — „ — (20062) Ecclesiam b. Petri de Lo (ord. s. Aug.) Morinens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona *etc.* confirmat. iii non. Iul. indict. X. incarn. dom. a° 1267. pont. a° 3°. ‖ Hollebeke Cartul. de l'abb. de St. Pierre de Loo 63. n° 60. — »Religiosam vitam eligentibus.«

1267.

Iul. 5 — Viterbii — (20063) Capitulum ecclesiae Narniensis per iterata scripta rogat et hortatur, ut Iuvenalem canonicum ecclesiae s. Petri in Conca prope Narniam recipiant in canonicum. iii non. Iul. a° 3°. ‖ Bucciarellus Cathedr. Narniens. eccles. 34. — »Sua nobis dilectus.«

„ 6 — „ — • (20064) Inquisitores in Bisuntinensi, Gebennensi, Lausannensi, Sedunensi, Tullensi, Metensi, Virdunensi civitatibus et diocesibus deputatos hortatur, ut officium suum cum iusta severitate impleant. ii non. Iul. a° 3°. ‖ Speculum inquisitionis Bisuntinae 165.

„ 6 — „ — (20065) Episcopo Avinionensi quatuor proponit personas ipsius loco, si in suam translationem ad Valentinam ecclesiam consenserit, Avinionensi praeficiendas. ii non. Iul. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 501. n° 495. — »Quatuor tibi personas.« *Cf.* 1267. Iul. 27. n° 20096.

„ 6 — „ — (20066) Eidem concedit, ut, si electores in archidiaconum Nemausensem eius consanguineum consenserint, illum ecclesiae Avinionensi praeficiat. ii non. Iul. a° 3°. ‖ Martene l. c. 501. n° 496. — »Licet inter personas.«

„ 7 — „ — (20067) Eundem ad Valentinam ecclesiam transeuntem et sic a prima sponsa, Avinionensi scilicet, divertentem hortatur, ut curam habeat de bono nomine nec ecclesiam spoliet quam dimittet, ne recedat cum infamia; advertat tamen, quanto iam tempore in ecclesia ad quam se transtulerit et sua diocesi spiritualia sint neglecta. »Habet siquidem illa natio stultitiae comitem levitatem, habet enim in vestibus, sellis et frenis indecentor excessum, et in choreis et cantibus, ludibriis et cachinnis aut nullum aut debile frenum habet« *etc.* Non. Iul. a° 3°. ‖ Martene l. c. 501. n° 497. — »Cum in iure.«

„ 7 — „ — (20068) Ademarum de Pictavia comitem Valentinensem monet et hortatur, ut episcopum et ecclesiam Valentinenses fide pura et devota prosequatur reverentia. Non. Iul. a° 3°. ‖ Martene l. c. 502. n° 498; Gallia christ. I. 1114; Duchesne Hist. des rois et ducs de Bourgogne II. iii. pr. 9. — »Laudabili desiderio satisfecimus.«

„ 7 — „ — (20069) Magistro et fratribus ord. Praedic. divinum officium, quod frater Umbertus quondam magister eiusdem ordinis, cui commissum erat, ut idem ad illam uniformitatem reduceret, quam universitas fratrum per orbis terrae latitudinem reverenter observaret, prudenter ordinaverat et illi in tribus capitulis generalibus approbaverant, confirmat. Non. Iul. a° 3°. ‖ Martene l. c. 502. n° 499; Quetif et Echard Scr. ord. Praed. I. 145; Ripolli Bullar. Praed. I. 486. n° 68; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 785. n° 23. — »Consurgit in nobis.«

„ 7 — „ — (20070) Magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis Hierosol. omnes redditus et proventus, necnon terras, nemora *etc.*, quae Andreas rex Hungariae habebat in Porta de Supron quae Bobet vulgariter nominatur, et hospitali donavit, auctoritate apostolica confirmat. Non. Iul. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. IV. iii. 471. — »Cum a nobis.«

„ 7 — „ — (20071) Abbatissae et conventui monasterii de Honore s. Mariae iuxta Phelines ord. Cisterc. Atrebat. dioc. omnes libertates, immunitates *etc.* confirmat. Non. Iul. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 168. n° 157. — »Solet annuere sedes.«

„ 8 — „ — (20072) (Philippo) archiepiscopo Ravennati in Aquiligensi et Gradensi patriarchatibus, ac in Ragusina, Ravennate, Mediolanensi et Ianuensi civitatibus, diocesibus et provinciis, necnon generaliter in Lombardia, Romaniola et marchia Tervisina plenae legationis officium committit. viii id. Iul. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 21; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 91. n° 124. — »Ab olim sparso.«

„ 9 — „ — (20073) An(geli) Capocii capitanei urbis Romae et ipsius urbis perturbationem dolet, ad quam sedandam Cusentinum archiepiscopum et episcopum Spoletanum mittit. vii id. Iul. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 489. n° 479; *fragm.* ap. Giudice Cod. dipl. II. i. 53. n° 1. — »Litteras tuas nuper.«

„ 11 — „ — (20074) (Gregorio) Aquilegensi et (Angelo) Gradensi patriarchis ac (Aleardo) Ragusino, N. N. Mediolanensi et N. N. Ianuensi archiepiscopis et universis episcopis ac abbatibus ...... consiliis, communitatibus et universitatibus civitatum et castrorum per Aquilegensem et Gradensem patriarchatus ac Ragusinam, Ravennatem, Mediolanensem et Ianuensem civitates et dioceses et provincias ac generaliter per Lombardiam, Romaniolam et marchiam Tervisinam constitutis significat, se (Philippo) archiepiscopo Ravennati in eorum partibus plenae legationis officium commisisse, eisque mandat, ut illi tamquam sedis apostolicae legato humiliter intendant ipsius monita et praecepta efficaciter adimplendo. v id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 92. n° 125. — »Ab olim sparso.«

„ 11 — („) — • (20075) Archiepiscopum Toletanum, qui cruce contra Saracenos se insignivit, ingentibus laudibus decorat, atque illis, qui sub eius signis merentur, multa privilegia donat. v id. Iul. (a° 3°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 31.

1267.

Iul. 12 Viterbii (20076) (Iohanni) archiepiscopo Remensi de refusione expensarum scribit, quas G(uilelmus) tit. S. Marci (Martini *falso hab. Mart.*) presb. card. in Remensis prosecutione negotii fecit. IV id. Iul. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 503. n° 500. — »Queritur inter suos.«

» 12 » (20077) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut (Guilelmo) archiepiscopo Senonensi gravi corporis aegritudine laboranti coadiutorem providum et fidelem det. IV id. Iul. a° 3°. ‖ Martene l. c. 504. n° 501. — »Si languente venerabili.«

» 14 » (20078) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut Gabulensem episcopum ad ecclesiam transferat Potentivam, »quae sic vacare dicitur, ut eius sit ad nos ordinatio seu provisio devoluta.« II id. Iul. a° 3°. ‖ Martene l. c. 505. n° 502. — »Ne ulterius importabili.«

» 14 » (20079) Capitulo ecclesiae Mindensis concedit, ut praebenda quam vicarius episcopi Mindensis obtinet in eadem ecclesia, episcopali dignitati perpetuo sit annexa, »ita videlicet quod vicarius qui de ipsa ecclesia vel aliunde assumi contingat episcopum, pro tempore vitae suae in dicta praebenda perpetuatus existat.« II id. Iul. a° 3°. ‖ Würdtwein Subsid. dipl. IX. 396. — »Cum a nobis.«

» 15 » (20080) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato mandat, faciat ut (Alienorae) reginae Angliae 60000 librarum Turonensium ad sua debita persolvenda ex decima triennali (Henrico) regi concessa exhibeantur. Id. Iul. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 107. — »Ex parte carissimae.«

» 15 » (20081) (Iacobum) regem Aragonum rogat et obsecrat, ut totum Talamud cum additionibus et expositionibus eius ac omnes libros Iudaeorum perfidorum ubique per suum regnum capi faciat ac archiepiscopo Terraconensi eiusque suffraganeis exhiberi. Id. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 487. n° 69; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 123. n° 132. — »Dampnabili perfidia Iudeorum.«

» 15 » (20082) (Benedicto) archiepiscopo Terraconensi et suffraganeis eius de superiore epistola significat eisque mandat, inducant barones, nobiles et ballivos regni Aragoniae, ut a Iudaeis sibi subditis totum Talamud et omnes eorum libros sibi faciant exhiberi, quibus exhibitis illos eorum qui de textu Bibliae fuerint et alios, de quibus nulla sit dubitatio quod blasphemias vel errores contineant, Iudaeis restituant; ceteros vero sigillis suis consignatos in tutis locis deponant fideliter custodiendos. Id. Iul. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 488. n° 70; Sbaralea l. c. 125. n° 133. — »Dampnabili perfidia Iudeorum.«

» 15 » (20083) Monasterium s. Laurentii de Rivoalto de Venetiis tuendum suscipit eique exemptiones et privilegia concedit. Id. Iul. indict. X. incarn. dom. a° 1267. pont. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 104. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 15 » (20084) Monasterium s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. *in eundem modum.* Id. Iul. indict. X. incarn. dom. a° 1267. pont. a° 3°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 355. n° 793. — »Religiosam vitam eligentibus.«

(Iun. 14–Iul. 15) » (20085) Abbatibus, prioribus et conventibus Cluniacensis ordinis inhibet, ne prioratus aut domos vel possessiones ad dictum ordinem pertinentes personis religiosis alterius ordinis aut aliis ecclesiasticis vendere, conferre aut alio modo abhinc usque ad quinquennium concedere praesumant. (XVIII kal.—id.) Iul. a° 3°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 213.

(» 14–16) (») (20086) C(arolo) regi Siciliae egregia dat monita et praecepta: »Tibi summopere credimus expedire, ut mortalis philosophi sequens consilium tribus temporibus te dispenses: praeterita quidem recolens, praesentia ordinans, futura praecavens, sicut vir providus et in omnibus circumspectus« *etc. Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 505. n° 504; Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 4; Giudice Cod. dipl. II. I. 27. not. 2; Duchesne Hist. des cardin. franç. II. 209 *cum falsa inscriptione* Carolo comiti Provinciae, *qua seductus hanc epistolam ad a.* 1265 *erranter retuli; vid.* n° 19243, *quem deleas quaeso.* — »Urget nos Christi.«

» 17 » (20087) Abbati monasterii Montis maioris Arelatens. dioc. respondet ad quaestionem, utrum legata quae b. Antonio relinquuntur, necnon promissiones et vota quae sancto fiunt eidem, ecclesiae seu prioratui s. Antonii ad dictum monasterium pertinenti, an ipsi hospitali seu eleemosynae s. Antonii, ubi fratres illos recipiunt, qui morbo quem ignem s. Antonii vulgus appellat miserabiliter laborant, debeant assignari. XVI kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 508. n° 505. — »Cum villa s.«

» 20 » (20088) Fratri Guillelmo de Toneux (*sed legas* Tonnens; ap. Raynald. Ann. ad a. 1267 § 4 *male* Guill. e Thuringo) ord. Praed. mandat, ut post receptionem praesentium, si hora haec patiatur, ipsa die, alioquin immediate sequenti iter ad sedem apostolicam veniendi arripiat. XIII kal. Aug. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 489. n° 72. — »In virtute obedientie.«

» 20 (») (20089) Priori Praedic. et gardiano fratrum Minor. Belvacensium mandat, ut R(eginaldum) electum Belvacensem a censuris ad cautelam absolvant. XIII kal. Aug. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 489. n° 71; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 126. n° 134; *absque signo chronol.* Martene Thes. anecd. II. 509. n° 506. — »Cum ecclesiae Belvacensi.«

1267.

Iul. 23 Viterbii (20090) Iacobo regi Aragonum scribit de regno Sardiniae. »Illam partem amisimus, iudicatum videlicet Turritanum, per quem dare poteramus ingressum ei qui conveniret nobiscum. Unde tuam magnitudinem non lateat, quod nec tibi illud concedere possemus, nec ad praesens id dabimus C(arolo) regi Siciliae aut H(enrico) fratri (Alphonsi) regis Castellae, sed tenebimus in suspenso negotium.« X kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 509. n° 507; Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 17; Cod. dipl. Sardin. I. 386. n° 107; *cf.* Giudice Cod. dipl. II. I. 54. n° 3. — »Tarde nimis tua.«

» 26 » (20091) Cicco (P. *Mart., legas potius* Henrico) cl. mem. F(erdinandi) regis Castellae et Legionis, Urbis senatori, consilio et communi Urbis eiusdem nunciat, se »cum aliqua audiverimus, quae inter vos et Carolum regem Siciliae possent non modicum scandalum suscitare, quibus inter ipsa decet initia obviare,« Berardum canonicum basilicae s. Petri capellanum suum concordiae sequestrum constituisse. VII kal. Aug. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 146; Vitale Senatori di Roma 143; Martene l. c. 510; Giudice l. c. 52. — »Quam (Cum *Vit.*) sit Urbi (orbi« *Mart.*).

» 26 » (20092) Archiepiscopum Cantuariensem hortatur, ut O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato obediens eidem laboranti collaboret et ad regni negotia humeros applicare non cesset. VII kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 510. n° 509. — »Licet tibi negare.«

» 26 » (20093) Episcopum Clarimontis increpat, quod grangiam monasterii de Obasina (Cisterc. ord. Lemovicens. dioc.) sub emtionis obtentu retineat; hortatur eum, ut famam suam minime negligat. VII kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 511. n° 510. — »Saepe mirati fuimus.«

» 26 » (20094) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut certum ipsum faciat de beneficiis, quae P(hilippus) tunc Lugdunensis electus, nunc Burgundiae comes in Anglia possidebat. VII kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 511. n° 511. — »Cum ab olim.«

» 26 resp. 27 » (20095) Fratribus Praedic. et Minor. ord. inquisitoribus pravitatis haereticae auctoritate sedis apostolicae deputatis mandat, ut contra christianos, qui se ad ritum Iudaeorum transtulerint, tamquam contra haereticos procedant; Iudaeos autem »qui christianos utriusque sexus ad eorum ritum execrabilem hactenus induxere,« poena debita puniant. VII (VI *Rip.*) kal. Aug. a° 3°. ‖ Cherubini Bullar. I. 139; Ripolli Bullar. Praed. I. 489. n° 73; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 127. n° 136; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 785. n° 24. — »Turbato corde audivimus.«

» 27 » (20096) Roberto electo Avenionensi scribit: »Ex quatuor quos praesentavimus, videlicet te archidiaconum Nemosensem et priorem ecclesiae Posqueriarum, G. de Gardiis canonicum Nemosensem, magistrum Petrum Galcelini Massiliensem canonicum et magistrum R(aimundum) de Nemauso physicum et capellanum nostrum Massiliensem praepositum, concorditer et canonice insimul te elegerunt,« *etc.* VI kal. Aug. a° 3°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 269. not., *fragm. Cf.* 1267. Iul. 6. n° 20065.

» 28 » (20097) Abbatissae et conventui de Aureo Monte ord. s. Aug. Remens. dioc. domum quandam, terras et res alias, quas Iohannes dominus de Courlandon eis contulit, auctoritate apostolica confirmat. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Du Plessis Hist. de Meaux II. 168. n° 393. — »Exhibita nobis ex.«

» 28 » (20098) Vicario suo in Urbe significat, se regi Siciliae C(arolo) pacis tutelam in Tusciae finibus, quae vacanti subsint imperio, duxisse committendam eundemque inibi paciarium statuisse. »Omnes qui regnum eius et terras adiacentes eidem perturbare praesumpserint, excommunicationis mucrone percutimus.« V kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 512. n° 512; Giudice Cod. dipl. II. I. 47. nota 2; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 106. — »A fidelibus et.«

* *In eundem modum eodemque die* Praelatis in Tuscia, Romaniola & Lombardia constitutis. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 105.

» 28 » * (20099) Conventionem inter abbatem Yvonem et conventum Cluniacenses super redditibus pitantiae a dicto abbate eiusque successoribus de cetero percipiendis a° 1263 initam confirmat. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 136.

» 30 » (20100) Episcopo Senensi committit, ut, si Senensium vocatio eum invitet, aberrantem visitet gregem suum, vel, si posse se prodesse diffidat, intret Sabiniam et ibidem exerceat episcopale officium. III kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 513. n° 513. — »Si natalis aeris.«

» 30 » (20101) Universis baronibus et nobilibus, potestatibus et rectoribus, capitaneis, consulibus, comitatibus et universitatibus civitatum, castrorum et villarum per patrimonium b. Petri in Tuscia constitutis iterato mandat, ut H(enrico) senatori Urbis minime pareant. III kal. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 513. n° 514; Giudice Cod. dipl. II. I. 55. nota 1. — »Nihil iustitiae dissonum.«

* *In eundem modum* per Sabiniam constitutis.

Aug. 2 » (20102) (Radulpho) Albanensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut fratrem Reginaldum de Leontino ord. Praed. alicui episcopali ecclesiae suae legationis in episcopum

		1267.
		praeficiat eique consecrationis munus impendat. IV non. Aug. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 490. n° 74; Pirri Sicil. sacra I. 406, *mutila.* — »Fratrem Reginaldum.«
Aug. 4	Viterbii	(20103) Magistro Heliae Peleti capellano suo canonico Belvacensi mandat, ut tam homines castri Podii Boniti, quam Pisanos perfidosque Senenses et omnes rebelles alios ad C(aroli) regis Siciliae obedientiam salutaribus monitis inducat ipsumque regem reddat eis placabilem. II non. Aug. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 514. n° 515; Giudice Cod. dipl. II. I. 47. nota 2. n° 3. — »Si filius noster.«
» 4	»	(20104) Eidem mandat, ut, si in terra O(ctaviani) S. Mariae in via lata diac. card., postquam C(aroli) regis Siciliae gens partes Tusciae intravit, aliqua commissa inveniat quae regem offendere possint, ea faciat emendari. II non. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 515. n° 516. — »Cum te ad.«
» 4	»	(20105) C(arolum) regem Siciliae hortatur, ut in suis actibus crudelitatem evitans victorem se potius exhibeat quam ultorem, nec ullum officium exerceat in terra praefati O(ctaviani). II non. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 515. n° 517; Giudice l. c. II. I. 48. n° 4 *fragm.* — »Cum firmetur clementia.«
» 6	»	(20106) Petrum comitem Sabaudiae, Thomam, Amedeum, Ludovicum, Elienorem eius natos ac Beatricem viduam relictam quondam Thomae (II) de Sabaudia comitis rogat et monet, ut castrum Ripolarum, castrum Caburri de plano et Castrum vetus, quae ad sedem Taurinensem episcopalem pertinentia ab ipsis contra iusticiam occupata detineantur, infra duos menses restituant. VIII id. Aug. a° 3°. ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1479; Wurstemberger Peter II Bd. IV. 409. n° 734. — »Ad ea que.«
» 6	(»)	• (20107) Clemente IV dichiara contrario alla libertà ecclesiastica la statuto che proibisce appellare a qualunque giudice fuori di Perugia, sotto gravi pene; e vuole assoluto certo Perugino che aveva appellato alla santa Sede. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. II. 488.
» 9	»	(20108) Abbatissae et conventui monasterii de Houc Cisterc. ord. Magunt. dioc. ius patronatus, quod Lodowicus natus nobilis viri Henrici domini de Isenburg Treverens. dioc. in Hechardeshusen et in Budingen ecclesiis Magunt. dioc. obtinebat eisque donavit, confirmat. V id. Aug. a° 3°. ‖ Würdtwein Dioec. Mogunt. III. 154. — »Cum a nobis.«
» 13	»	(20109) C(arolo) regi Siciliae scribit contra (Henricum) senatorem Urbis, qui »tentat plurima, quae in nostrorum actuum videntur cedere praeiudicium et gravamen.« Id. Aug. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 516. n° 518; Giudice Cod. dipl. II. I. 55. — »Saepe cogimur scribere.«
» 13	»	(20110) Magistro Heliae Peleti capellano suo canonico Belvacensi praecipit, moneat Pisanos, ut comitem Hugolinum, qui manu valida iudicatum Turritanum seu regnum invasit cum Tuscio Ruffo et aliis perfidis, ecclesiae Romanae fideles infestantem sine morae dispendio revocent. Id. Aug. a° 3°. ‖ Martene l. c. 515. n° 519; Cod. dipl. Sardin. I. 387. n° 108. — »Quas ex nostro.«
(» 13-16)	»	(20111) Principi in gente nobili Tartarorum Elchani Apacha gratulatur, quod christianae fidei sit addictus, ac Dei protectionem ei pollicetur. *Sine die et mense.* A° 3°. ‖ Martene l. c. 517. n° 520. — »Nuper virum nobilem.«
» 16	»	(20112) (Philippo) archiepiscopo Ravennensi apostolicae sedis legato significat, se de adventu iuvenis Conradini multa audivisse, quae falsa esse probet. Mandat ei, ut quae recipiat, curiae scribere minime omittat, »cum ad nostram instructionem utilia videantur .... Si consistant adversus nos castra, quantumcunque sint valida, non timebimus, et si exurgat adversus nos praelium, sperabimus in Deo ipso.« XVII kal. Sept. a° 3°. ‖ Martene l. c. 518. n° 521. — »De adventu iuvenis.«
» 19	»	(20113) Bertrando praeposito ecclesiae Tholosanae mandat, ut quaestionem inter abbatem conventumque monasterii Fuxensis ord. s. Aug. ex parte una et quondam Rogerium comitem Fuxensem et vicecomitem Castriboni Tholosanens. dioc. ex altera super mutuis spoliationibus seu disaisiamentis ac damnis hinc inde datis *etc.* ortam debito fine decidat. XIV kal. Sept. a° 3°. ‖ Martene l. c. 518. n° 522. — »Dudum inter dilectos.«
» 20	»	(20114) Potestati, consilio et communi Cornetanensibus mandat, ut senatori et populo Romano in terra Romanae ecclesiae iurisdictionem sibi temere usurpantibus minime pareant. XIII kal. Sept. a° 3°. ‖ Martene l. c. 519. n° 523; Giudice Cod. dipl. II. I. 55. not. 1. — »Licet dilecti filii.«
» 20	»	(20115) Episcopum Senensem rogat et hortatur, ut suum populum ad Romanae ecclesiae gratiam reducere studeat. XIII kal. Sept. a° 3°. ‖ Martene l. c. 520. n° 524. — »Cum potens sit.«
» 20	»	(20116) (Carolo) regi Siciliae concedit, ut, si censum in kalendis Septembris proximis vel ante non solverit, illum saltem infra festum s. Michaelis proxime veniens solvat. XIII kal. Sept. a° 3°. ‖ Martene l. c. 520. n° 525. — »Compatiuntur tibi fratres.«
» 20	»	(20117) Magistro Heliae capellano et nuncio suo canonico Belvacensi mandat, ut relaxet sententiam suspensionis latam in Rogerium de Frescobaldis priorem ecclesiae saecu-

		1267.
		laris s. Laurentii Florentini pro eo, quod de tempore institutionis suae ac titulo per quem prioratum istius ecclesiae fuerat assecutus, non docuerat. XIII kal. Sept. a° 3°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1798; Cianfogni Ambros. basilica di Firenze 216. — »Constitutus in praesentia.«
Aug. 23	Viterbii	(20118) Universis Christifidelibus cathedralem ecclesiam Mindensem in honore b. Petri principis apostolorum et s. Gorgonii mart. constructam in festivitatibus dictorum sanctorum, etiam glor. V. Mariae *etc.* visitantibus annuatim indulgentiam 100 dierum concedit. X kal. Sept. a° 3°. ‖ Falke Tradit. Corbeiens. 852. — »Splendor paterne glorie.«
» 26	»	(20119) Guillelmo de Mediobladi a Faro citra per regnum Siciliae usque ad confinia terrarum Romanae ecclesiae regio capitaneo et vicario generali scribit, se Deo gratias agere propter victoriam nuper a C(arolo) rege reportatam; addit se nondum certitudinem habere posse super proposito (Henrici) senatoris, »quia saepe mutantur consilia quae carent solido fundamento.« Monet eum, vigilet ut ingressus regni custodiat. VII kal. Sept. a° 3°. ‖ Giudice Cod. dipl. II. I. 63. — »Deo gratias agimus.«
» 31	»	(20120) Archiepiscopis et episcopis mandat, ut novitios ord. Minor. ad saeculum revertentes et varios vitae status complectentes aut ad redeundum aut se transferendum ad alium ordinem cogant. II kal. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 127. n° 137. — »Ex parte dilectorum.«
Sept. 3	»	Othocharo regi Boemiae: »1267. Sept. 3«. ‖ Bianchi *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 375, *vid.* 1267. Sept. 30. n° 20136.
» 5	»	(20121) Capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe inhibet, ne vestes sacras et alia bona cassae thesauri dictae ecclesiae distrahant, obligent vel quovis pacto alienent. Non. Sept. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 147. — »Ad nostrum pervenit.«
» 13	»	(20122) (Ludovico) regi Francorum significat, se collationem quidem praebendae in ecclesia Remensi vacantis in Iohannem de Villarisicco Remensem canonicum per G(uilelmum) tit. S. Marci presb. card. auctoritate apostolica factam confirmare, sed se usui, quo rex in Remensi ecclesia circa collationem praebendarum utatur a tempore quo eandem ecclesiam pastoris regimine contingat destitui, nolle praeiudicare eamque ob rem Dionysio canonico eiusdem ecclesiae dare in mandatis, ut a dicto Iohanne resignationem illius praebendae liberam recipiat. Id. Sept. a° 3° (2° *Bul.*). ‖ Martene Thes. anecd. II. 521. n° 526; Acta s. Ludovici ed. Stilting 215; Preuves des libertés de l'égl. gallic. II. 104; Pinsson Traité des régales II. 366; Mém. du clergé XI. 232; Lacombe Rec. de jurisprud. canon., pr. 5 (II. 3); Dupuy Comment. II. 206; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 372; Gallia christ. X. instr. 66; Rousset Suppl. au (Dumont) Corps dipl. I. I. 69; *cf.* Duchesne Hist. des card. franç. II. 208. — »Cum (dilectus *add. Lacombe, Gall. chr., Bul.*) filius noster.«
» 13	(»)	(20123) Archipresbytero et canonicis Terracinensibus, quibus b. mem. Gregorius Terracinensis episcopus ecclesiam s. Leonardi de Barchis cum molendinis et omnibus tenimentis, hortum s. Barbarae, ecclesias s. Silviani, s. Bartholomaei et s. Caesarii sitas extra civitatem Terracinensem *etc.* tradiderat in perpetuum, hanc traditionem confirmat. Id. Sept. a° 3°. ‖ Contator Histor. Terracin. 373. — »Qui ecclesiarum omnium.«
» 14	»	(20124) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato significat, se ab illo interpositam appellationem decanorum et capitulorum Remensis, Senonensis et Rothomagensis ecclesiarum et suffraganeorum eorum, qui proposuerant, quod decima a L(udovico) rege Francorum pro Terrae sanctae subsidio petita ecclesia opprimeretur, et subiunxerant, »quod si decimam concederemus petitam, mallent dicta capitula excommunicationum sustinere sententias, quam in hoc casu nostris obedire mandatis,« reprobasse. Mandat ei, ut ad collectionem supradictae decimae viriliter procedat. XVIII kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 522. n° 528. — »Ut os suum.«
» 15	»	(20125) Magistro Heliae Peleti canonico Belvacensi concedit facultatem recipiendi mutuum usque ad 30000 librarum Turonensium nomine Romanae ecclesiae. XVII kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene l. c. 523. n° 529. — »De prudentia tua.«
» 15	»	(20126) C(arolo) regi Siciliae scribit: »Conradinus si venerit in Italiam, quod non credimus, nullatenus expedit quod ei occurras nec a regno tanto terrarum spatio segregatus tuis hostibus aggrediendi quae timent audaciam praebeas opportunam.« Queritur, quod eius officiales raptus et adulteria cum variis exactionibus et rapinis exercere in publico non verentur. »Quis ergo tuam plangere poterit paupertatem, qui de regno non potes aut nescis vivere?« XVII kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene l. c. 524. n° 530; Giudice Cod. dipl. II. I. 82. not. 2. — »Nova de Conradini.«
» 15	»	(20127) Eidem mittit litteras Fulconis de Podio Ricarii vicarii regii in Sicilia, quas (Radulfus) Albanensis episcopus papae destinavit. XVII kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene l. c. 525. n° 531. — »Litteras venerabilis fratris.«
» 15	»	Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. *etc.* de ecclesia Viennensi: »XVII kal. Oct. a° 3°«. ‖ Baluze Hist. de la maison d'Auvergne II. 93, *vid.* 1267. Sept. 19. n° 20130.

		1267.
Sept. 17	Viterbii	(20128) C(arolo) regi Siciliae significat, de Tunicii partibus hostes intrasse Siciliam, in castro quod dicitur Achium receptos et inde ad Agrigentinam civitatem vocatos esse *etc.* xv kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 525. n° 532; Giudice Cod. dipl. II. i. 80; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 12. — »Non libentius sed.«
» 17	»	(20129) Walasco episcopo Famagustano in episcopum Egitaniensem electo concedit licentiam ad Egitaniensem ecclesiam transeundi. xv kal. Oct. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 531. n° 18; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 128. n° 138; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 92. n° 126. — »In dispensatione ministeriorum.« • *In eundem modum* Decano et capitulo Egitaniensibus — Clero civitatis et diocesis Egitaniensis.
» 19	»	(20130) Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, cum vacante nuper ecclesia Viennensi Guido de Alvernia ecclesiae Insulensis praepositus in archiepiscopum Viennensem consensu fere unanimi postulatus fuerit, »sicut fidelis et prudens et ecclesiae praedictae compatiens« in hoc negotio secundum formam prius et nunc ei traditam viriliter procedat. xiii (xvii *Bal.*) kal. Oct. a° 3°. ‖ Baluze Hist. de la maison d'Auvergne II. 93; Martene Thes. anecd. II. 526. n° 533. — »Super dubiis quae.«
» 21	»	(20131) P. Romanum proconsulem Romanorum hortatur, ut memor gratiarum acceptarum fidelem erga Romanam ecclesiam semper se exhibeat. xi kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene l. c. 527. n° 534. — »A tua non.«
» 21	»	(20132) Abbati monasterii s. Aegidii ord. s. Ben. Nemausens. dioc. concedit potestatem exercendi iurisdictionem in villa s. Aegidii eiusque territorio. xi kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene l. c. 528. n° 535; Ménard Hist. de Nismes I. pr. 89. — »Cum de villa.«
» 24	»	(20133) Decanos et capitula Remensis ecclesiae et eius suffraganeorum increpat pro eo, quod decimas solvere renuant eosque hortatur, ut in hac parte Ludovici regis Francorum egregia exempla potius imitentur. viii kal. Oct. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1267 § 55. — »Remensis ecclesiae et.«
» 25	»	(20134) A(lfonso) comiti Pictaviensi et Tolosano scribit: »Quomodo maiora tibi aut alii spondeamus, nulla ratione videmus. Quamvis enim lata sit nobis benefaciendi voluntas, arctant ecclesiarum miseriae facultatem.« vii kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 529. n° 536. — »Cum ad ipsum.«
» 26	»	(20135) C(arolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut H(enrico) nato F(erdinandi) regis Castellae senatori Urbis pecuniam, quam ille apud eum deposuerat, restituat. vi kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene l. c. 529. n° 537; Giudice Cod. dipl. II. i. 54. not. 4. — »Conquestus est nobis.«
» 30	»	(20136) (Przemyslao Othocharo) regi Bohemiae agit gratias pro eo, quod per nepotem suum (Wladislaum) archiepiscopum Salisburgensem absolutionem (Gregorii) patriarchae Aquileiensis a captivitate Alberti comitis Goritiae procuravit, eumque hortatur, ne cum inimicis ecclesiae foedus ineat. ii kal. Oct. a° 3°. ‖ Martene l. c. 531. n° 539; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 47; Erben Reg. Bohem. II. 215. n° 559; Palacky Gesch. von Böhmen II. i. 200; *cf.* Palacky Reise 41. n° 309; *et* Bianchi Docum. 93. n° 311 (Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 375) *sed male ad* d. 3. Sept.; Manzano Annali del Friuli III. 70. — »Excellentiae tuae dudum.«
(» —)	(»)	(20137) Bertrando archiepiscopo Arelatensi concedit facultatem faciendi coram se deferri crucem per Arelatensem provinciam. *Sine die et mense.* A° 3°. ‖ Saxius Pontificium Arelat. 286; Martene l. c. 521. n° 527; Duchesne Hist. des card. franç. II. 212. — »Ad rememorandum sacramentum.«
(Fbr. 15-Sept.)	»	(20138) G(uidoni) tit. S. Laurentii in lucina presb. card. apostolicae sedis legato mandat, moneat regem et reginam Daciae, ut archiepiscopum Lundensem, episcopum Roskildensem ac quosdam praelatos et clericos ad regnum Daciae redire ac in eo secure morari permittant *etc.* A° 3°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 124. n° 52. — »Negotium quod inter.«
(Sept. 26, Oct. 2 *aut* Oct. 10)	»	• (20139) Nicolao Limirigero canonico Tornacensi mandat, ut abbatiam s. Mariae in Spinoso loco [Epinlieu] a molestationibus cuiuscumque defendat eiusque privilegia conservet. vi (kal., non. *aut* id.) Octb. a° 3°. ‖ Devillers Descript. III. 56. n° 119.
» 14	»	(20140) Decano Parisiensi mandat, ut Reginaldum de Insula dominum de Feritate Naberti Aurelian. dioc., si per duos menses sententiam excommunicationis in eum prolatam animo pertinaci sustinuerit, excommunicatum publice denuntiet. ii id. Oct. a° 3°. ‖ Hubert Antiquit. de St. Aignan d'Orléans, pr. 129.
» 14	»	(20141) (Reginaldo) episcopo Parisiensi mandat, ut decanum et capitulum Meldenses, qui »quod in circuitu murorum Meldensis ecclesiae multae immunditiae et turpitudines committuntur quae horribiles sunt visui et per eas in illis partibus grave scandalum generatur, circa muros in suo territorio quandam clausuram facere velint ad huius-

		1267.
		modi turpitudines evitandas,« praepositum et ballivos, qui hoc contra iustitiam praesumunt impedire, audiat et quod iustum fuerit decernat. ii id. Oct. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 531. n° 540; Du Plessis Hist. de Meaux II. 167. n° 392. — »Sua nobis dilecti.«
Oct. 15	Viterbii	(20142) Ph. de Euglis hospitalis Ierosolymitani et aliis eiusdem ordinis fratribus in regno Siciliae constitutis concedit facultatem impugnandi C(aroli) regis Siciliae proditores, »qui primo ad Saracenos Tunicii transfugerunt et inde postmodum ingressi Siciliam quietem provinciae perturbarunt,« cum armis in ecclesiae et eiusdem regis subsidium. Id. Oct. a° 3°. ‖ Martene l. c. 532. n° 541; P. A. Paoli Dell'ordine .. del mil. ord. di s. Giovambattista Gerosolim. dissertaz. (Roma 1781. 4°) app. lviii; Giudice Cod. dipl. II. i. 81. nota. — »Licet vestri ordinis.«
(» 15)	(»)	(20143) G. de Medio Bladi militi regni Siciliae citra Farum capitaneo generali respondet ad litteras, quibus ipsi transitum (Beatricis) reginae (Siciliae, † d. 23. Sept.) nunciaverat. *Absque signo chronol.* ‖ Martene l. c. 533. n° 542; Giudice l. c. 86. — »Tuam commendamus prudentiam.«
» 15	»	(20144) Confirmat denuo Innocentii IV privilegium d. 8. Dec. 1248 contra Fridericum imperatorem datum (*vid.* n° 13110), per quod ille restituit clerum regni Siciliae ad omnia iura, privilegia et libertates, quae ei ex iure communi et speciali competere dinoscuntur ab antiquo, et revocat omnia statuta et ordinationes per eundem Fridericum et antecessores eius facta contra libertatem ecclesiasticam. Id. Oct. a° 3°. ‖ Gattula Access. ad Hist. Cassinens. II. 717; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 786. n° 25; *cf.* Pertz Archiv VI. 365. n° 76. — »Tenorem quarundam litterarum.«
(Spt. 14-Oct. 15)	»	(20145) Deplorat horrendum sacrilegium a comite Goritiae commissum in captione Gregorii patriarchae Aquileiensis, in quo se ipsum ac eius dignitatem vulneratam asserit. At magis atque magis augetur eius dolor a delatione sibi nuper transmissa de Adalgerio de Villalta episcopo Feltrensi, qui non solum illius scelestae factionis conscius, quin etiam inventor et actor dicebatur ab aliquibus extitisse *etc.* Mandat G. de Medio Bladi capitaneo regni Siciliae citra Pharum, ut ad partes Foriiulii personaliter se transferat et factis dicto episcopo certis interrogationibus super quibusdam articulis, quos in eius bulla interclusos inveniet, veritatem diligentissime perquirat et inquisitam quam citius poterit ad sedem apostolicam transmittat. ... Oct. (a° 3° *Mart.*) ‖ Martene Thes. anecd. II. 530. n° 538; *cf.* Bianchi Docum. 93. n° 312 (Arch. f. Kunde österreich. Gesch.-Quellen XXII. 375); Manzano Annali del Friuli III. 70. — »Horrendum facinus et.«
» 20	»	(20146) Episcopo Biterrensi mandat, ut latam in vicarium comitis Tolosani sententiam excommunicationis ob depraedatam episcopi Tolosani domum confirmet. xiii kal. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 533. n° 543; P. de Marca De concord. sacerd. et imper. 1187. — »Significavit nobis venerabilis.«
» 21	»	(20147) Rectoribus Romanensis Fraternitatis praecipit, ut perfido Galvano (Lanceae), qui festo b. Lucae Urbem patenter ingrediens signa Conradini de venenosa stirpe quondam Friderici persecutoris ecclesiae explicare praesumpsit *etc.* diem indicant; quem si in contumacia perstet, gravioribus censuris percellere comminatur. xii kal. Nov. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 18, *fragm.; exordium epistolae* »De vultu gloriosi« *hic pro titulo illius fraternitatis perperam habetur*; *cf.* Gregorovius Gesch. d. Stadt Rom V. 410. not. 1. — »De vultu gloriosi.«
» 23	»	(20148) Amalrici de Rupe magistri domorum militiae Templi in Francia erga C(arolum) regem Siciliae affectum piae compassionis laudat. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 534. n° 544. — »Intelleximus quod tu.«
» 23	»	(20149) (Alphonso) regi Castellae et Legionum in regem Romanorum electo gratulatur, quod rex Granatae suam cervicem ferream eius tandem submisit imperio. »Benedicamus igitur Deum, qui tuo laudabili ministerio fidei comprimit adversarios in Hispaniae partibus.« x kal. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 534. n° 545; Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 31. — »De tuis successibus.«
» 26	»	(20150) G(uidoni) tit. S. Laurentii in lucina presb. card. apostolicae sedis legato scribit: »Cogimur ad partes Alemanniae generalem destinare legatum, nec id ulterius differre possumus existente in ianuis semine reguli Corradino, qui Tridentum veniens ... tempestatis magnae materiam iam in Italiae finibus concitavit.« Mandat ei, ut adventum legati venturi praeveniat et quam citius ad sedem apostolicam revertatur. vii kal. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 535. n° 546; Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. ii. 51; Lappenberg Hamburg. UB. I. 598. n° 722. — »Dudum tibi sub.«
» 26	»	(20151) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato scribit de monialibus, quae supra vires facultatum suarum numerum sororum multiplicant et de providendo Casertanae et Minorensi ecclesiis. vii kal. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 535. n° 547. — »De tuo reditu.«
» 26 resp. 27	»	(20152) Eundem rogat ut rescribat, ubi frater P. de Corneliaco et Olivarius Minorum ordinis a (Carolo) Rege commendati cathedrari possint. Addit, regem adhuc esse in Tuscia

1267.

(Iuxia *Deut.*), Corradinum Tridenti, ubi crescat eius societas, seque timere ne crescat amplius, cum eius avunculi duces Bavariae cum (Otakaro) rege Bohemiae pacem habeant. vi (vii *Pal.*) kal. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 536. n° 548; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 129. n° 139; Erben Reg. Bohem. II. 218. n° 566; *cf.* Deutinger Beyträge II. 155. n° 32; Palacky Reise 41. n° 310. — »Inquietamur incessanter a.«

Oct. 28 — Viterbii — (20154) (Maurinum) archiepiscopum Narbonensem obiurgat, quod nuper in curia existens cuidam magno viro cum eo de sacramento altaris conferenti dixit, Corpus domini nostri Iesu Christi sacratissimum essentialiter in altari non esse, sed tantum sicut signatum sub signo; et quod hanc celebrem esse opinionem Parisius adiecit. Consulit ei, ut non plus sapiat quam oporteat, non imponat Parisiensibus quod non sentiant *etc.* v kal. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 536. n° 549; *omisso exordio* in Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 35. — »Quanto sincerius personam.«

Nov. 3 — » — (20155) Universis Christifidelibus, qui fratribus hospitalis s. Eulaliae Barchinonensis ord. s. Aug. beneficia porrexerint annuatim, septimam partem iniunctae poenitentiae relaxat et in ecclesiis, ad quas pertinent, si interdicti sint, sepulturam concedit. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Linås Bullar. 16. — »Si iuxta sententiam.«

» 6 — » — (20156) C(arolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut vel de castro de Trues vel de castro Misonis in Provincia vel alio I. marescallo suo provideat. viii id. Nov. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 537. n° 550. — »Cum dilectus filius.«

» 6 — » — (20157) Eidem concedit, ut liberos suos utriusque sexus quibusvis personis matrimonialiter possit copulare, etiamsi quarto affinitatis vel consanguinitatis gradu invicem se contingant. viii id. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 537. n° 551. — »Etsi coniunctio copulae.«

» 7 — » — (20158) Abbati et conventui monasterii s. Aegidii ord. s. Ben. Nemausens. dioc. brachium s. Georgii cum duobus candelabris, quae in processionibus cum cereis facibus idem brachium antecedant, mittit. vii id. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 538. n° 552; Ménard Hist. de Nismes I. pr. 90. — »Ad decus et.«

» 9 — » — (20159) Abbatissam et conventum monasterii de Crisenone ord. s. Ben. Autissiodor. dioc. rogat et monet, ut Bonetam de Virziliaco puellam litteratam latricem praesentium recipiant in monacham et sororem. v id. Nov. a° 3°. ‖ Lebeuf Mém. concern. l'hist. d'Auxerre IV. 121. n° 209 (*male ad* a. 1268. Sept. 29). — »Cum dilecta in.«

» 10 — » — (20160) Episcopum Vercellensem absolvit ab irregularitate, commendat ei (Rodulfum) Tarentasiensem archiepiscopum atque indulget, ut munia episcopalia exerceat. iv id. Nov. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 538. n° 553. — »Cum ex causis.«

» 11 — » — • (20161) Sithiensibus concedit, ut nullus apostolicae sedis delegatus in personas eiusdem ecclesiae excommunicationis *etc.* possit sententias fulminare sine expresso mandato. iii id. Nov. a° 3°. ‖ H. de Laplane Abbés de Saint-Bertin II. (St.-Omer 1855) 555. n° 88.

» 13 — » — (20162) Abbati monasterii de Laude [Loos] Cisterc. ord. Tornac. dioc. mandat, ut abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii de Flines Cisterc. ord. Atrebat. dioc. provideat de confessoribus continuis et honestis. Id. Nov. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 172. n° 161. — »Quia personas religiosas.«

» 13 — » — (20163) H(enrico) nato F(erdinandi) regis Castellae et Legionum senatori urbis Romae praecisum et certum responsum pollicetur, si magister B. Languiselli archidiaconus Lautaresii in ecclesia Tolosana domesticus suus, quem ad C(arolum) regem Siciliae nuncium miserit, redierit. Id. Nov. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 539. n° 554. — »Tuas pridie litteras.«

» 13 — » — (20164) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut praefato H(enrico) de collecta decima solvat, quae C(arolus) rex Siciliae eidem dudum debuisset solvisse. Id. Nov. a° 3°. ‖ Martene l. c. 539. n° 555. — »Cum carissimus in.«

» 16 — » — (20165) »Quod H(enricus) (Ferdinandi) regis Castellae germanus, senator Urbis, mansuetudinis regalis oblitus, ... ad ipsius ecclesiae terram manus quasi occupatrices extendens, et bona fidelium absque miseratione devastans, et Galvanum Lanceam in Urbem cum armatis, expanso Corradini vexillo, inducens se publicum ecclesiae et C(aroli) regis Siciliae hostem ac manifestum eiusdem Corradini se fautorem exhibuit; dumque Neapolionem et Matthaeum fratres, Angelum Malabranca, Iohannem Sabelli, Petrum Stephani, Ricardum Petri Ambaldi germanos et consanguineos R(iccardi) S. Angeli, I(ohannis) S. Nicolai in carcere Tulliano et M(atthaei) S. Mariae in porticu diaconorum cardinalium ... iniuriose cepit et carceri mancipavit: nos ad subvertendos tam animosos praedicti H(enrici) processus consurgimus, praedictos cardinales fratres ac nepotes eorum ipsorumque familias ac vassallos ... bona et iura sub apostolicae sedis protectione suscipimus, ipsosque et praemissa omnia ab omni iurisdictione .... praedicti senatoris, vicarii et officialium eius penitus eximimus« *etc.* xvi kal. Dec. a° 3°. ‖ Martene l. c. 540. n° 556; Giudice Cod. dipl. II. i. 91; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 17. — »Novi et diri.«

1267.

Nov. 18 — Viterbii — (20166) C(arolum) regem Siciliae 2000 unciarum auri, quae de censu eiusdem debito in solutione proxime praeterita sedi apostolicae remanserant persolvenda, solvisse per P. Farinelli clericum agnoscit. xiv kal. Dec. a° 3°. ‖ Martene l. c. 542. n° 557. — »Dilectus filius P.«

» 18 — » — • (20167) Conradinum nepotem Friderici quondam imperatoris Romanorum festo basilicae ss. apostolorum Petri et Pauli die anathemate iterum percellit. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 4.

» 20 — » — (20168) C(arolum) regem Siciliae hortatur, ut magistrum R. Languiselli capellanum suum, quem ad eum in causa senatoris Urbis miserat, non teneat diutius, sed eum remittat quam citius. xii kal. Dec. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 542. n° 558. — »Quod in Urbe.«

» 20 — » — (20169) Ministro provinciali ord. Minor. in administratione Provinciae mandat, ut in Aurasicensi, Avenionensi et Vasionensi diocesibus inquisitorem contra haereticam pravitatem constituat. xii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 129. n° 140. — »Prae cunctis nostrae.«

» 23 — » — (20170) Barallo domino Baucii regis Siciliae maiori iustitiario scribit: »Iam pluries de Marchia per diversos scriptum est nobis, quod Laur(entius) Tepuli noster et Romanae ecclesiae pestilentissimus inimicus in potestatem se fecit eligi denuo Firmanorum, tuis ostensis litteris continentibus, quod secure hoc faceret, nec regem in hoc formidaret. Sanes si nobis guerram faceret totus mundus, te nunquam habere speramus inimicum« *etc.* ix kal. Dec. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 543. n° 560; Giudice Cod. dipl. II. i. 97. — »Non sine cordis.«

» 23 — » — (20171) (Ottobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato concedit, ut officium legationis Anglicanae deponat et b. Iacobi limina visitet. Si illuc eundum duxerit, mandat ei, ut statum ecclesiarum Hispaniae, qui multum collapsus sit, diligenter inquirat. Tum eum de sua et Italiae statu informat. ix kal. Dec. a° 3°. ‖ Martene l. c. 542. n° 559. — »Cum et nobis.«

» 23 — (») — • (20172) Eidem scribit, Conradinum esse Veronae cum Ludovico Bavariae duce et comite Tirolensi et modica militum comitiva, sed eum habere totam Lombardiam praeter Papiam et marchiam Tarvisinam contrariam et credere, quod cum confusione recedent, si Lombardi stabiles perseverent. ix kal. Dec. a° 3°. ‖ Deutinger Beyträge II. 156. n° 33.

» 26 — » — (20173) C(arolo) regi Siciliae mittit archipresbyterum Vulteranum capellanum suum, qui super his, quae negotium Urbis contingant, plenius possit eum instruere. vi kal. Dec. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 544. n° 562. — »Dilectum filium archipresbyterum.«

» 26 — » — (20174) Eidem de excessibus a senatore in Urbe commissis impertitur. vi kal. Dec. a° 3°. ‖ Martene l. c. 545. n° 563. — »Quod in Urbe.«

» 26 — » — (20175) Rectoribus Romanae Fraternitatis mittit litteras, quas in octava b. Martini tulit contra Conradinum quondam Frederici Romanorum imperatoris nepotem, Pisanos et Senenses et fautores eorum; mandat, ut ad s. Petri basilicae et aliarum ecclesiarum Urbis ianuas eas promulgent. vi kal. Dec. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 147; Martene l. c. 544. n° 561; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 4. — »Mittimus vobis per.«

Dec. 3 — » — (20176) Priori prioratus S. Firmini de Montepessulano ord. s. Aug. Magalonens. dioc. confirmat ordinationem, qua b. mem. R(ainerius) episcopus, praepositus et capitulum Magalono vestiariae officium de novo in dicta ecclesia s. Firmini creaverunt, cui ecclesias s. Gervasii de Iuviniaco et de Grabello et mansum de Vallemallanica deputaverunt, *etc.* iii non. Dec. a° 3°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 565. — »Cum a nobis.«

» 3 — » — (20177) Abbatissae et conventui monasterii de Felines Cisterc. ord. Atrebatens. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti presbiteri, qui fuerint pro divinis celebrandis officiis ad ipsarum servitium deputati, possint huiusmodi officia in dicto coenobio celebrare. iii non. Dec. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 173. n° 162. — »Obtentu precum dilecte.«

» 3 — » — (20178) Eisdem indulget, ut iidem presbyteri confessiones mercenariorum ipsius monasterii, cum eos infirmari contigerit, audire valeant *etc.* iii non. Dec. a° 3°. ‖ Hautcoeur l. c. n° 163. — »Obtentu (precum *om. H.*) dilecte.«

» 4 — » — (20179) Archiepiscopo Tranensi mandat, ut irrita faciat statuta quae parochi de Trano fecerunt contra apostolicae sedis concessionem fratribus Praedicatorum de Trano super libera sepultura datam. ii non. Dec. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 490. n° 75. — »Pertulerunt ad audientiam.«

» 7 — » — (20180) Ministro maiori et fratribus universis ordinis s. Trinitatis et Captivorum statuta et regulam, quae S. Victoris et S. Genovefae abbates Parisienses ad mandatum Urbani pp. IV correxerant, confirmat. vii id. Dec. a° 3°. ‖ Cherubini Bullar. I. 135; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 786. n° 26. — »In ordine vestro.«

» 9 — » — (20181) Abbatissae et conventui monasterii s. Laurentii Urbevetani ord. s. Clarae bona quaedam a Girardino Huguitionis Candelerii de Bulseno laico relicta et inculta, quae

		1267.
		in papali dispositione consistunt, confert et donat. v id. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 130. n° 141. — »Speciali gratia et.«
Dec. 12	Viterbii	(20182) Abbati et conventui monasterii (Cluniacensis *om. W., Sb.*) mandat, ut fratres Minores Burgundiae in villa Cariloci sedem figere permittant. II id. Dec. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 545. n° 564; Wadding Ann. Minor. IV. 533. n° 20; Sbaralea l. c. 131. n° 142. — »Orta dudum inter.«
(» 12-14)	(»)	(20183) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato, qui Marcum episcopum Cassanensem confirmaverat et tam ipsum quam Philippum Casertinum et Aesculanum episcopos consecrari fecerat, significat, se, quod per eum actum sit circa illos, ratum habere et firmum. *Absque nota chronol.* ‖ Martene l. c. 546. n° 565. — »Licet nostris tibi.«
» 14	»	(20184) C(arolo) regi Siciliae mittit litteras ab eius consanguineo »qui se iam Tusciae capitaneum generalem appellat« ad Urbevetanos missas, eumque hortatur, ut in suum redeat regnum. XIX kal. Ianr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 546. n° 566; Giudice Cod. dipl. II. I. 101. — »Exiit iam in.«
» 15	»	(20185) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut omnes illos, qui apostatas ord. Minor., postquam publice excommunicati fuerint, a se non reiecerint *etc.*, denuncient excommunicationis vinculo innodatos. XVIII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 533. n° 19; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 131. n° 143. — »Cum sicut ex.«
» 17	»	(20186) (Ulricum) ducem Carinthiae hortatur, ut a molestatione monasterii s. Pauli de Lauent ord. s. Ben. Salzeburg. dioc., cui praetextu advocatiae collectas et exactiones imponebat, penitus desistat. XVI kal. Ianr. a° 3°. ‖ Chmel Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth.) I. 90; *cf.* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXXII. 334. n° 1315. — »Ab hiis tua.«
» 17	»	(20187) C(arolum) regem Siciliae rogat, ut, si mittendum putat ad (Iacobum) regem Aragonum fratrem G. de Tornenx (Tovenx, Conenx, Tongiis *al.*) ord. Praed. vel alium, nomina mittendorum rescribat. XVI kal. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 547. n° 567. — »Si mittendum putas.«
» 17	»	(20188) Eidem scribit: »Non videmus matrimonium tibi conveniens, nisi cum filia (Iacobi) regis Aragonum, aut filia marchionis Brandeburgensis, quem nuper audivimus decessisse;« addit quaedam de rebus Urbis. XVI kal. Ianr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 547. n° 568; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 94. n° 126. — »Et venerabilem fratrem.«
» 18	»	(20189) Ordini Cartusiensi concedit, quod non solvat decimas possessionum, quas propriis manibus vel sumptibus infra terminos suos colunt. XV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Tromby Storia V. app. 265. n° 105. — »Speciali gratia et.«
» 19	»	(20190) Infantem H(enricum) cl. mem. F(erdinandi) regis Castellae filium senatorem Urbis arguit, quod duabus viis incedat et Galvanum (Lanceam) proditorem notorium et periurum ecclesiae hostem in Urbem receperit. XIV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 548. n° 569. — »Displicet nobis et.«
» 19	»	(20191) Henricum electum Trevirensem, cuius crimina recenset, »ne in ipsius manibus Trevirensis ecclesia iterum naufragetur,« ab officio et beneficio per sententiam diffinitivam suspendit. XIV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 307 (ed. Wyttenbach II. 83); Martene Thes. anecd. II. 548. n° 570; Hontheim Hist. Trevir. I. 784; Lünig Spicil. eccl. Cont. II. (Reichs-Arch. XX.) 89. n° 45; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 132. n° 144. — »A via (Quia *Thes. an., Lün.*) rectitudinis.«
» 19	»	• (20192) Lettre au cardinal Simon du titre de Sainte-Cécile, légat apostolique en France. Le pape ayant appris que »Giffredus natus nobilis viri Giffridi de Sargines crucesignati« n'avait encore rien reçu des 500 livres tournois qu'on lui avait promises lorsqu'il prendrait la croix, écrit à son légat de faire payer sans retard le subside sur l'argent recueilli pour la guerre sainte par l'archevêque de Tyr et le seigneur de Caïphas. XIV kal. Ianr. a° 3°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 72.
» 20	»	(20193) Magistro et fratribus ord. Praedic. indulget, ut tempore strictissimi interdicti in suis dumtaxat domibus, exclusis omnibus qui non sint de eorum ordine, clausis ianuis et non pulsatis campanis, cotidie unam missam in communi audire possint. XIII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 490. n° 76. — »Meritis vestre religionis.«
» 21	»	(20194) C(arolo) regi Siciliae significat, se contra duces Bavariae suo tempore processurum esse. Scribit ei de litteris ab (Otakaro) rege Bohemiae eiusque consanguineo receptis. XII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 554. n° 571; Erben Reg. Bohem. II. 222. n° 578; *cf.* Palacky Reise 41. n° 311; Deutinger Beyträge II. 156. n° 34. — »Contra duces Bavariae.«
» 21	»	(20195) Decano et capitulo S. Quintini notificat, se omnibus eorum ecclesiam in honore b. Mariae V. et s. Quintini martyris constructam in festo nativitatis eiusdem virginis venerabiliter visitantibus annuatim indulgentiam 100 dierum concedere. XII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Colliette mém. à l'hist. de Vermandois II. 695; Hemeraeus Augusta Virom. 244. — »Licet is de.«

		1267.
Dec. 21	Viterbii	• (20196) (Brunoni) Olomucensi episcopo de exemptione fratrum s. Iohannis a theloneo et aliis scribit. XII kal. Ianr. (1268, *male legas*) 1267. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 253.
» 22	»	(20197) Ministro et fratribus ord. Minor. mandat, ut fratres Praedicatores et eorum ordini obligatos nullatenus de cetero recipere praesumant. XI kal. Ianr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 491. n° 77; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 136. n° 145. — »Quo vos in.«
» 22	»	(20198) Monasterium s. Iohannis in Viridario Paduano ord. s. Ben. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. XI kal. Ianr. indict. XI. incarn. dom. a° 1267. pont. a° 3°. ‖ Pennottus Cleric. canon. historia 631. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 22	»	• (20199) Nicolaum abbatem SS. Vincentii et Anastasii de Urbe ord. Cisterc. electum episcopum Aquilanum confirmat. XI kal. Ianr. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 381 ex reg. Vatic. n° 117. — »Debitum officii.«
» 28	»	(20200) H(enrico) cl. mem. F(erdinandi) regis Castellae filio senatori Urbis scribit de excessibus a Guibellinis in Silvensem episcopum, decanum Salamanticensem et plures alios commissis. Miratur, quod domos papales ad s. Petrum et Sutrinum adhuc detinet, et in Rispanipano et Vicerelano publicorum itinerum aggressores exenia victualium violenter latoribus abstulerunt. Mandat ei, ut et satisfaciat de commissis et a committendis abstineat. V kal. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 555. n° 572. — »Horrendum nimis et.«
» 30	»	(20201) Eundem hortatur, ut a persecutione I(ohannis) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. desistat. III kal. Ianr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 556. n° 573. — »Cur tam acriter.«
» 31	»	(20202) Priori generali et fratribus ordinis militiae b. Mariae V. confirmat formam vivendi, quam eis O(tho) Tusculanus et I(ohannes) Portuensis episcopi ac R(iccardus) S. Angeli diaconus cardinales de mandato fel. rec. Urbani pp. praedecessoris olim ordinaverunt. II kal. Ianr. a° 3°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. II. 410. — »Solet annuere sedes.«
» 31	»	(20203) Neapoleoni Caregalupo praelato generali et maiori ordinis militiae b. Mariae V. significat, se eius electionem canonice celebratam confirmare, eumque hortatur, ut onus praelationis et maioritatis mente devota recipiat. II kal. Ianr. a° 3°. ‖ Savioli l. c. 423; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 212. n° 167. — »Presentata nobis electione.«
—	»	(20204) Universis civibus Romanis et in Urbis districtu specialiter constitutis, qui ordinarunt ut ter in anno suis debeant sacerdotibus confiteri et totidem vicibus sumere corpus Domini, singulis vicibus quibus illud acceperint indulgentiam 100 dierum concedit. A° 3° (2° *Sb.*). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 83; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 126. n° 135. — »Sedis apostolicae filios.«
—	(»)	(20205) (Hildeboldo) archiepiscopo Bremensi scribit de erroribus, quos magister Thidericus Bavarus ecclesiae de Hameburg canonicus circa eucharistiam publice praedicet ac doceat. Monet eum, ut dictum magistrum compellat, ut praefatos errores publice detestetur et etiam abiuret. *Sine signo chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 39. — »Ille doctor et.«

		1268.
Ianr. 2	»	(20206) Universos Christifideles per Perusinam, Urbevetanam et Balneoregiensem civitates et dioceses constitutos rogat, ut priori et fratribus Servorum s. Mariae matris Christi Urbevetanis ord. s. Aug., ad consummationem ecclesiae suae subsidia erogent. II Ianuarii (*sic!*) a° 3°. ‖ Gianii Annal. I. 183. — »Quoniam ut ait.«
» 2	»	(20207) Priori et fratribus Servorum s. Mariae matris Christi Urbevetanis concedit, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis usque ad summam 200 librarum Urbevetan. parvorum recipere possint. II. Ianri. a° 3°. ‖ Gianius l. c. 183. — »Meritis vestrae devotionis.«
» 3	»	(20208) Repetit n° 20197 d. d. 1267. Dec. 22: »III non. Ianr. a° 3°« — »Quo vos in.« ‖ Wadding Ann. Min. IV. 534. n° 21; Ripolli Bullar. Praed. I. 491. n° 78; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 136. n° 146.
» 3	»	(20209) Priori fratrum Praedicatorum (S. Mariae Novellae) Florentiae mandat, ut incolas castri Podii Bonitii a sententiis interdicti absolvat. III non. Ianr. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 491. n° 79. — »Olim in universitatem.«
» 5	»	(20210) Statuit, ut, quod XIII kal. Octob., quo solet festi b. Ianuarii sollemnitas celebrari, singuli vindemiarum occupati laboribus ab ecclesiarum visitationibus necessario retrahantur«, eadem festivitas VIII id. Mai. in ecclesia Neapolitana deinceps annis singulis celebretur. Non. Ianr. a° 3°. ‖ L. Loreto Mem. stor. de' vescovi della chiesa Napolitana (Napoli 1839. 8°) 99; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 792. n° 27; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 49. — »Ante thronum divinae.«
» 6	»	(20211) Abbatissa et conventu monasterii de Syon Cisterc. ord. Maguntin. dioc. petentibus inhibet, ut nullus de earum novalibus, quae propriis sumptibus colunt, decimas exigere

1268.

		vel extorquere praesumat. VIII id. Ianr. a° 3°. ‖ Baur Hessische Urk. V. 49. n° 59, *perperam ad* a. 1267. — »Deuotionis uestre precibus.«
Ianr. 8	Viterbii	(20212) (Hildeboldo) archiepiscopo et capitulo Bremensibus supplicantibus revocat receptionem sex canonicorum, qui parvi et minus idonei esse noscuntur. »Vitemb.« VI id. Ianr. a° 3°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. III. (Reichs-Arch. XXI.) 956. n° 72. — »Significastis nobis quod.«
» 11	»	(20213) Hospitale s. Eulaliae Barchinonensis dioc., in quo fratres pro redimendis captivis de manibus paganorum divino vacant obsequio, tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. III id. Ianr. indict. II (XI *Mah.*) incarn. dom. a° 1267. pont. a° 3°. ‖ Linás Bullar. 17; Mahul Cartul. VI. 468. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 13	»	(20214) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit, ut decimam pro Terrae sanctae subsidio datam ad tres annos, si praelatis placuerit, prorogare possit ad quartum. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 557. n° 574. — »Terrae sanctae miseria.«
» 13	»	(20215) Eidem mandat, ut per abbatis et canonicorum Boloniae iuramenta de relictis ipsi papae a I. Manselli vestibus veritatem inquirat et in eos, qui illas celaverint, excommunicationis sententiam ferat. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Martene l. c. n° 575. — »Inquirere te volumus.«
» 13	»	(20216) R. Martini civem Montispessulani a secundo matrimonio contrahendo dehortatur. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 558. n° 576. — »Adhuc fluctuas ut.«
(» 13)	(»)	(20217) Al(phonso) comiti Pictavensi et Tolosano Iordanum de Insula commendat, qui se contra hostes ecclesiae in servitio Caroli regis Siciliae laudabiliter habuerat. *Absque nota chronol.* ‖ Martene l. c. 561. n° 579. — »Ea quam de.«
» 14	»	(20218) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato, qui Marcum ord. Minor. episcopum Cassanensem absque ministri sui licentia confirmavit et tam ipsum quam Philippum Cusertanum et (Olivarium?) Esculanum episcopos fecit in episcopos consecrari, in hac parte defert et quod per eum actum est ratum habet. XIX kal. Febr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 535. n° 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 137. n° 147. — »Licet nostris tibi.«
» 14	»	(20219) Eidem mandat, ut quibusdam episcopatibus modici valoris provideat et ipsum instruat de Philippo et de P. de Corneliaco fratribus ordinis Minorum promovendis. XIX kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 562. n° 580; Sbaralea l. c. 137. n° 148. — »Licet de quibusdam.«
» 14	»	(20220) Eidem mandat, ut, cum (Carolus) rex Siciliae regnum suum intraverit, personaliter ad curiam veniat. XIX kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 562. n° 581. — »Quia multa tibi.«
» 14	»	(20221) S(imonem) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatum, qui in casu se laeserat in tibia, consolatur de hoc infortunio eique de Italiae statu scribit. XIX kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 562. n° 582. — »Equum tuum nuper.«
» 14	»	(20222) (Ludovico) regi Francorum communicat responsionem, quam Eduardo regis Angliae primogenito, qui ab ipso petierat consilium de voto crucis emittendo et auxilium, dederat; scribit ei, se nescire, an cl. mem. B(eatrix) regina Siciliae testata decesserit vel intestata *etc.* XIX kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 563. n° 583. — »Quae per filium.«
» 16	»	(20223) Rectoribus, consilio et universitati civitatis Castelli mandat, ut ad diruendas domos vel alia bona dissipanda, quae quondam Huguichio mortis suae tempore detinebat, manus suas extendere minime praesumant. XVII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 565. n° 584. — »Cum et nos.«
» 16	»	(20224) Iacobino Rubeo civi Pavinensi scribit, se, cum civitas Firmanensis ius potestatem creandi non habeat sitque locus suppositus interdicto et cives insuper excommunicationis sententia innodati, regimen istius civitatis ei concedere non posse. XVII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 566. n° 585. — »In terris fidelium.«
» 18	»	(20225) Priori Cartusiae ac universis prioribus et fratribus Cartusiensibus concedit, ut ad exhibendum procurationes legatis apostolicae sedis, etiamsi fuerint de latere eiusdem, minime teneantur. XV kal. Febr. a° 3°. ‖ Tromby Storia V. app. 269. n° 108. — »Meritis vestrae devotionis.«
» 20	»	(20226) Episcopo Cumanensi et germanis eiusdem promittit, se, si quid Brixiae factum sit eorum statui vel honori contrarium, esse reparaturum ad utilitatem totius provinciae. XIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 566. n° 586. — »Cum inter ecclesiae.«
» 20	»	(20227) (Philippo) archiepiscopo Ravennatensi apostolicae sedis legato scribit, se G. Bethleemitanum episcopum esse missurum ad Brixiae scissuram reparandam. XIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 567. n° 587. — »Variis varia referentibus.«

1268.

Ianr. 20	Viterbii	(20228) Universis civibus Brixen. per quos nunc civitas regitur significat, se ad eorum partes Bethleemitanum episcopum destinandum duxisse. XIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 567. n° 588. — »De discretione et.« * *In eundem modum* Tayono de Minervia.
» 20	»	(20229) (Otakaro) regi Boemiae concedit, ut, si terram Letowiae de manibus inimicorum suo ministerio eripi contigerit, in illa regni solium sicut prius erigere possit ac illius regimini personam fidelem et ecclesiae Romanae devotam praeficere. XIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 161. n° 156; Balbinus Miscell. Dec. I. lib. 18. p. 16. n° 17; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 48; Boczek Cod. dipl. Morav. III. 390, *cf.* VII. 769. n° 132; Erben Reg. Bohem. II. 228. n° 593; Theiner Mon. Polon. I. 79. n° 151; *cf.* Palacky Reise 41. n° 312. — »In tui magnificentia.«
» 20	»	(20230) Scribit eidem, qui supplicaverat, ut, cum in regno Boemiae, marchionatu Moraviae, Austriae ac Stiriae ducatibus sibi subiectis nulla sedes archiepiscopalis existat, licet antiquitus in Moravia sedes huiusmodi fuisse dicatur, (Wladislao) archiepiscopo Salzeburgensi committeret, ut si Letowiam, Galandiam et Getuesiam de infidelium manibus eripi contingeret, quod possit exinde metropolis statui congruenter, Olomucensem ecclesiam archiepiscopali dignitate praesigniret, ac alias in terris eisdem ecclesias erigeret cathedrales, quae ipsi Olomucensi ecclesiae tamquam metropolitanae subessent — se eius votis super hoc annuere sine ecclesiae Moguntinae praeiudicio nequire. XIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Voigt l. c. 160. n° 155; Boczek l. c. IV. 1; Erben l. c. n° 594; Theiner l. c. 79. n° 152; *cf.* Palacky l. c. 41. n° 313. — »Significavit nobis regia.«
» 21	»	(20231) Henrico nato Hugonis comitis Ruthenensis indulget, ut nullus iudex a sede apostolica delegatus vel subdelegatus *etc.* in eum possit excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare sine speciali mandato sedis praedictae. XII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 1816. n° 3; Bullar. magn. Roman. (Luxemb.) IX. 78. n° 6. — »Intendentes quieti tuae.«
» 22	»	(20232) R(adulfo) Albanensi episcopo apostolicae sedis legato scribit de pace inter Pisanos et C(arolum) regem Siciliae; tum ei mandat, ut exploret secreto, an B(eatrix) regina Siciliae condiderit testamentum, et ut, si copiam eiusdem habere potuerit vel alias discere veritatem, id ipsi intimet. XI kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 567. n° 589. — »Scripsit nobis dilectus.«
» 22	»	(20233) G. de Sieura monacho monasterii s. Aegidii (ord. s. Ben.) Nemausens. dioc. 70 libras Turonenses per Senenses mercatores in Montepessulano morantes transmittit pro coquina *etc.* Affectat scire, an reliquiae quas per D. dominum Ucetiae monasterio miserit, illuc pervenerint. XI kal. Febr. a° 3°. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 89. — »A Senensibus mercatoribus.«
» 22	»	(20234) Episcopo Claromontensi significat, se postulationem de ipso factam ad Lugdunensem archiepiscopatum admittere non posse. XI kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 568. n° 590; *fragm.* ap. Giudice Cod. dipl. I. 165. — »Licet tuae fraternitatis.«
» 23	»	(20235) Scolastico ecclesiae Magdeburgensis mandat, ut praeposito et conventui ecclesiae in Amendorp ord. s. Aug. Magdeburg. dioc. adversus praedonum et invasorum audaciam assistat. X kal. Febr. a° 3°. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 774, *male ad* a. 1267. — »Pium esse dinoscitur.«
» 23	»	(20236) Magistro et fratribus ord. Praedic. inhibet, ne quis post professionem ad alios ordines sibi ex privilegiis sedis apostolicae interdictos *etc.* se transferre praesumat. X kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 492. n° 80. — »Multe sunt vie.«
» 23	»	(20237) Universis archiepiscopis et episcopis praecipit, ut per censuram ecclesiasticam compescant eos, qui contra indulta Cartusiensibus privilegia eos molestare praesumant. X kal. Febr. a° 3°. ‖ Tromby Storia V. app. 270. n° 109. — »Cum dilectos filios.«
» 23	»	(20238) Confirmat privilegia ab Alexandro IV Cartusiensibus indulta 1257. Ianr. 16 (n° 16680), Febr. 8 (n° 16720—22), tenore eorundem inserto. X kal. Febr. a° 3°. ‖ Tromby l. c. 271. n° 110. — »Tenores quarundam litterarum.«
» 25	»	(20239) (Brunoni) episcopo Olomucensi concedit, ut, cum terrae Galandiae et Getuesiae de manibus infidelium per potentiam (Otakari) regis Boemiae fuerint ereptae, eas in spiritualibus regere ac earum nationes doctrinis salubribus informare possit. VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 2; Theiner Mon. Polon. I. 80. n° 153; Erben Reg. Bohem. II. 229. n° 595; *cf.* Palacky Reise 41. n° 314. — »Ad exercendum opus.«
» 25	»	(20240) Gastoni vicecomiti Biarnensi scribit, (Alphonsum) regem Castellae et Legionis germano suo H(enrico) nunc senatori Urbis terram competentem consignare. »Tu igitur scire potes, an tibi placeat, circa foedus matrimonii contrahendum cum eodem habere tractatum, an ad aliam magis partem inclines.« VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 569. n° 591. — »Intelleximus quod vir.«

1268.

Ianr. 25 Viterbii (20241) C(arolo) regi Siciliae nunciat, se pro sedanda discordia in Lombardiam G. Bethleemitanum episcopum destinare, eique transcriptum litterarum, quas Teutonici qui sunt Senis, eius consanguineo senatori Galvano et inimicis aliis tradiderunt, mittit. VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 569. n° 592; Giudice Cod. dipl. II. I. 102. — »Pro sedanda discordia.«

» 25 » (20242) Potestati, consilio et communi Cremonensibus Bethleemitanum episcopum mittit ad reducendum eos in pristinam ecclesiae unitatem. VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 569. n° 593. — »Devotionem vestram prout.«

» 25 » (20243) Amatum de Amatis potestatem mercandiae Cremonensis exhortatur, ut ad unitatem et pacem civitatis Cremonensis conservandam una cum R. Secci (*al.* Scoti) potestate Cremonensi det operam sedulam et nihilominus Bethleemitano episcopo, quem ad Lombardiam mittat, in his quae ipsi dixerit credat, et eidem consilium et auxilium impendat. VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 570. n° 595. — »In devotione dudum.«

» 26 » (20244) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut priorem Montispilosi monasterio s. Trinitatis de Venusio praeficiat in abbatem. VII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 571. n° 596. — »Placet nobis quod.«

» 26 » (20245) Iacobo regi Aragonum scribit de Terrae sanctae miseriis: »timemus, ne dilata subsidia cismarina tantum hostibus spatium tribuant debaccandi, quod vix relinquatur remedium post ruinam.« Addit, se eius responsione, quam H(enrico) Urbis senatori dederit, contentum esse. VII kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 571. n° 597. — »Terrae sanctae miserias.«

» 26 » (20246) (Otakaro) regi Boemiae indulget, ut terras, quas de manibus Litwanorum vel aliorum infidelium per suam potentiam eripiat, ad manus suas libere retinere possit et de ipsis absque fratrum hospitalis s. Mariae Theutonicorum praeiudicio disponere. VII kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 80. n° 154; *non integra* ap. Erben Reg. Bohem. II. 230. n° 596; *cf.* Palacky Reise 41. n° 315. — »Ad extollendam fidei.«

» 27 » (20247) Manfredo Veronensi electo marchiae Anconitanae et ducatus Spoletani rectori mandat, ut fratres ord. Minor. Anconitanae provinciae a nonnullorum molestiis defendat. VI kal. Febr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 138. n° 149. — »Inundans malitia perversorum.«

» 28 » (20248) Carolum regem Siciliae — cuius officiales praeter alia gravamina quae abbati, vassallis ac hominibus terrae monasterii Cassinensis, in qua dictus abbas omnimodam iurisdictionem obtinet temporalem, intulerunt, eosdem ad recipiendum pecuniam, quam rex in eodem regno nomine regio cudi mandavit, sed pretio longe cariori quam valeat, conantur violenter compellere — hortatur ut iura istius monasterii conservet dictosque abbatem, vassallos et homines huiusmodi pecuniam paratos sub debito valore recipere non permittat super exactione valoris superflui ab eisdem officialibus molestari. V kal. Febr. a° 3°. ‖ Gattola Ad hist. abbat. Cassin. access. I. 306. — »Quod mansuetudinem regiam.«

» 29 » (20249) H(enricum) natum cl. mem. F(erdinandi) regis Castellae hortatur, ne se facilem praebeat credendis rumoribus. IV kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 572. n° 598. — »Cum novissimas tuas.«

» 30 » (20250) Abbati monasterii s. Aegidii (ord. s. Ben. Nemausens. dioc.) mandat, ut filio quondam P. Guillelmi de Monte Pesato monacho docili taliter provideat, ut in studio possit proficere nec ab eodem expensis deficientibus retrahatur. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 572. n° 599. — »Cum dilectum filium.«

» 30 » (20251) G. dictum Bota (*al.* Rota) civem Massiliensem hortatur, ut more solito ad pietatis opera se exercens de bono in melius incessanter proficiat. III kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 572. n° 600. — »Tuam dudum dilectionem.«

» 31 » (20252) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Pruscia conventionem inter ipsos et (Otakarum) regem Boemiae de acquirendis et occupandis Galendia Getwesia Lutowia et aliis gentilium terris Pragae 1267. Sept. 19 initam confirmat. II kal. Febr. a° 3°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 162. n° 157; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 89. n° 51; Theiner Mon. Polon. I. 81. n° 155; *non integra* ap. Erben Reg. Bohem. II. 230. n° 597; *cf.* Palacky Reise 41. n° 316; Boczek Cod. dipl. Morav. VII. 769. n° 133. — »Cum a nobis.«

» 31 » (20253) Universis archiepiscopis et episcopis per Italiam constitutis mandat, ut recedentes ab ordine Minorum cogant ad redeundum vel alium assumendum. II kal. Febr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 535. n° 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 138. n° 150. — »Ex parte dilectorum.«

» 31 » (20254) Officiali maioris archidiaconi, magistris Iohanni de Villarisicco maioris et Iohanni de S. Michaele S. Symphoriani ecclesiarum Remensium canonicis mandat, ut de iniuriis Iohanni duci Brabantiae et Lotharingiae illatis ab exercitu H(enrici) episcopi et ecclesiae Leodiensis iudicent. II kal. Febr. a° 3°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1354. — »Sua nobis dilecta.«

1268.

Febr. 5 Viterbii (20255) Prioribus Cartusiensis ordinis concedit, ut subditos suos de commissis absolvere possint. Non. Febr. a° 3°. ‖ Tromby Storia V. app. 273. n° 111. — »Piam affectionem vestram.«

» 6 (») • (20256) Confirmat sententiam pro Zwerinensi episcopo contra ecclesiam Caminensem prolatam. VIII id. Febr. a° (4°, *sed legatur*) 3°. ‖ Lisch Meklenb. Urkunden III. 108. n° 54; Meklenb. UB. II. 353. n° 1157.

» 7 » (20257) (Henrico) regi Angliae Bonetum clericum commendat eique de causa comitissae Leycestriae scribit. VII id. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 573. n° 601. — »Dilecti filii Boneti.«

» 7 » (20258) C(arolum) regem Siciliae rogat et hortatur, faciat, ut duci et comiti Venetiarum, cum tareda quaedam multis onusta mercibus, capta prius a Ianuensibus et vi ventorum postmodum ad fines tracta Calabriae, passa fuerit ibidem naufragium, merces ipsae reddantur. VII id. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 573. n° 602; Giudice Cod. dipl. II. I. 108. — »Iuri divino consonat.«

» 7 » (20259) Eidem scribit inter alia: »Sunt qui putant quod melius sis in Tuscia, inter regnum tuum medius et Lombardos, ut ad partem alterutram possis facile te convertere, si necessitas idem requirat. Nobis vero visum est hactenus, quod in regno tuo esses utilius, ubi cornua multorum frangeres. .... Nos in ambiguo positi nec nos volentes novis bellis involvere cum Romanis, ad terrae nostrae defensionem dabimus operam quam poterimus, et si regnum invadi contigerit in Apulia, consilium et auxilium dabimus genti tuae.« VII id. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 574. n° 603; Giudice l. c. 107. nota 2. — »Super tribus deliberasse.«

» 7 » (20260) Praepositum et conventum monasterii de Amendorp ord. s. Aug. Magdeburg. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem terras, redditus *etc.* eis confirmat. VII id. Febr. a° 3°. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 774. n° 198, *perperam ad* a. 1267. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 9 » (20261) H(enricum) cl. mem. F(erdinandi) regis Castellae filium Urbis senatorem hortatur, ut omni modestia potestate quam habeat utatur. V id. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 575. n° 603. — »Displicet nobis plurimum.«

» 9 » (20262) Manfredo et Monello marchionibus Malaespinae respondet ad petitiones, se paratum esse procuratorem de iure matris eorum audire, sed eis in terra Sardiniae vicariam committere non posse. V id. Febr. a° 3°. ‖ Martene l. c. 575. n° 604. — »Vestras petitiones audivimus.«

» 9 » (20263) Perusino et Eugubino episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Perusii et Eugubii civitates et dioceses constitutis mandat, ut pro defensione et recuperatione bonorum monasterii monialium s. Mariae de Monte Lucido de Perusio ord. s. Clarae partes suas interponant. V id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 139. n° 151. — »Non absque dolore.«

» 10 » (20264) Decano et capitulo Monasteriensis ecclesiae, quorum ecclesiam (Gerhardus) episcopus Monasteriensis dedicavit et quibus ac quibusdam clericis, qui singulis annis in die dedicationis huiusmodi in ecclesia ipsa divinis officiis interfuerint, decem marcas Monasteriensis monetae concessit percipiendas de quodam redditu ipsius episcopi et ad ipsum ratione personae suae spectante, qui grut (*i. e.* fermentum, *hodie* Brausteuer) vulgariter appellatur, hanc concessionem confirmat. IV id. Febr. a° 3°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 415. n° 803. — »Cum a nobis.«

» 11 » (20265) Stephanum Colocensem electum capellanum suum et praepositum Posoniensem Bononiae litterarum studio insistentem, cuius electionem invenit canonice de persona idonea celebratam, Colocensi et Bacsiensi ecclesiis in archiepiscopum praeficit et pastorem. III id. Febr. a° (1°, *sed legas*) 3°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 452; Fejér Cod. dipl. IV. III. 360. — »Colocensi et Bacsiensi.«

» 12 » (20266) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut contra Sarracenos Luceriae et falsos christianos eorum complices crucem praedicet et per alios praedicari faciat. II id. Febr. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 575. n° 605. — »Sarraceni Luceriae quam.«

1267. Febr. 15 — 1268. Febr. 14.

— (») (20267) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Strehlke Tab. 420. n° 648. — »Cum a nobis.«

— (») (20268) Priori et fratribus domus Dei s. Iohannis Andegavensis, quorum domum cl. mem. Henricus rex Angliae de bonis propriis ad opus infirmorum et pauperum construxit et dotavit, id confirmat quod super hoc provide factum est. A° 3°. ‖ Port Inventaire 144. n° 157. — »Cum a nobis.«

1267. Febr. 15 — 1268. Febr. 14.

—	Viterbii	* (20269) Abbati et conventui S. Iohannis apud Vineas Suessionenses indulget, ut, si ecclesiarum praelatos numerum erectionum ac personarum in concilio Lateranensi constitutum cum dictum monasterium aut eiusdem ecclesias visitaverint, excedere contigerit et pro erectionibus vel personis, in quibus excesserint, aliquid praeter procurationes debitas petere, eis liceat denegare quod taliter petatur. A° 3°. ‖ Grisius Chron. abbat. S. Ioh. apud Vineas 137; de Louen Hist. de l'abb. de S. Jean des Vignes, pr. 307.

1268.

Febr. 15	»	(20270) C(arolum) regem Siciliae in Tusciae finibus Romano subiectis imperio vicarium ipsius imperii constituit generalem. xv kal. Mart. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 587. n° 625; Rousset Supplem. à (Dumont) Corps dipl. I. i. 125; Giudice Cod. dipl. II. i. 118. — »A multo tempore.«
» 15	»	(20271) Universis Christifidelibus in Tusciae partibus Romano subiectis imperio constitutis mandat, ut in praedictum regem sicut eiusdem imperii in illis finibus generalem vicarium intendentes tam ei quam ipsius vicem gerentibus fideliter pareant. xv kal. Mart. a° 4°. ‖ Martene l. c. 588. n° 626. — »A multo tempore.«
» 16	»	(20272) Populo Pensauriensi notum facit, se praefecisse Pensauriensi ecclesiae Nicolaum quondam Bruniacensem in episcopum. xiv kal. Mart. a° 4°. ‖ Olivieri-Giordani Mem. della chiesa Pesarese 139. n° 14. — »Rationis oculis.«
» 16	(»)	* (20273) Nicolaum Pisaurensem electum confirmat. xiv kal. Mart. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 859.
» 25	(»)	(20274) Columbano episcopo Ceraguriensi (*i. e.* Traguriensi) petente donationem terrae Veul (Tetel *al.*) vocatae conventui domus hospitalis Hierosolymitani de Alba factam cum monasterio in honorem s. Emerici ibi fundato et suis possessionibus, necnon Paulo et Augustino fratribus ac eorum successoribus ad instituta ord. b. Aug. subiugat et auctoritate apostolica confirmat. vi kal. Mart. a° 4°. ‖ Pray Diss. de s. Emerico 80; Katona Hist. crit. VI. 495; Fejér Cod. dipl. IV. iii. 474, VI. i. 323 *et propter divergentias aliquot iterum repetita* VII. iii. 58. — »Cum a nobis.«
» 25	»	(20275) Compositionem inter (Columbanum) episcopum Traguriensem ex parte una et archipresbyterum et clericos ecclesiarum de Sibenico Tragur. dioc. super praestanda canonica obedientia initam mediantibus archidiacono et capitulo Spalatensibus confirmat. vi kal. Mart. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 353, *cf.* 454; Mon. Hung. hist. Dipl. XIII. 205. — »Ea que iudicio.«
» 28	»	(20276) Domus elemosinariae s. Iohannis Andegavensis protectionem suscipit, omnes eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura et privilegia confirmat. iii kal. Mart. indict. XI. incarn. dom. a° 1267. pont. a° 4°. ‖ Port Inventaire 144. n° 158. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 28	»	(20277) (Przemyslao Ottakaro) regi Bohemiae scribit de conatibus fatuis adolescentis stolidi Corradini in Italia eumque hortatur, ut haec »quae parat infidelium machinatio contra matrem suam sanctam Romanam ecclesiam«, ei displiceant, et benigne recipiat quae ei Augustinus clericus ex papae parte duxerit proponenda. iii kal. Mart. a° 4° (3° *male Rayn., Deut.*). ‖ Martene Thes. anecd. II. 576. n° 606; Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 3; Erben Reg. Bohem. II. 233. n° 603; *cf.* Palacky Reise 41. n° 317; Deutinger Beyträge II. 156. n° 35. — »Ecce fili carissime.«
» 28	»	(20278) Episcopo Lismorensi mandat, ut O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato respondeat de collectis et colligat nihilominus colligenda, ut Terrae sanctae necessitatibus possit subveniri. iii kal. Mart. a° 4°. ‖ Martene l. c. 577. n° 607. — »Terrae sanctae negotium.«
» 28	»	(20279) (Guilelmum) episcopum Aretinum rogat et hortatur, ut, cum locus fratrum ord. Minorum de Monte Pulciano extra castrum Montis Pulciani sit situs illique propter Florentinorum discrimina *etc.* in eodem secure nequeant commorari, eisdem infra castrum alium locum assignet. iii kal. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 140. n° 153. — »Vacantibus amori coelestium.«
(» —)	(»)	(20280) (Carolo) regi Siciliae litteras mittit, quibus infelicem regni Siciliae statum oculis obiicit. Requirit et hortatur eum, ut religiosum virum A. de Rupe domorum ordinis militiae Templi Hierosolym. praeceptorem in Francia, quem nuper venientem de regno praefato potuit in multis oculata fides instruere, diligentius percontetur. »Miramur quidem, si tuis saepe non insonet auribus, quantus est ibi afflictorum gemitus, ululatus et clamor« *etc.* *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 36. — »Frequenter ante tuae.«
Mart. 1	»	(20281) (Otakarum) regem Boemiae hortatur, ut priorem et fratres hospitalis Ierusalem in Boemia commendatos habeat seque ipsis exhibeat in regio favore munificum. Kal. Mart. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 9; *non integra* ap. Erben Reg. Bohem. II. 234. n° 604. — »Si velit excellentia.«

1268.

Mart. 2	Viterbii	(20282) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato scribit, Corradinum Papiae inclusum esse, (Carolum) regem Siciliae castrum Mulceronis obsidere ad instantiam Lucanorum et habere marchiones Malaespinae et Pontremulum, qua re Corradino non pateat transitus ad Pisanos *etc.* Addit, se ecclesiae Surrentinae praefecisse fratrem P. de Corneliaco. »Obiit apud nos (I.) Wintoniensis episcopus, cui Vigorniensem substituimus, magistrum scilicet Nicolaum, quem vidisti Parisius regentem in theologiae facultate, et Colinbriensem episcopum ad ecclesiam Compostellanam transtulimus« *etc.* Porro mentionem iniicit »cuiusdam nobilis, qui ducem Austriae se appellat, licet nec passum pedis teneat in ducatu, quem in solidum possidet rex Boemiae«, *etc.* vi non. Mart. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 577. n° 608; Erben l. c. n° 605; *cf.* Palacky Reise 41. n° 318. — »Corradinum noveris Papiae.«
» 2	»	(20283) (Nicolao) episcopo Wintoniensi significat, se Wintoniensi ecclesiae eum praefecisse in episcopum »licet praeteritorum memoria nobis contrarium suggerere potuisset.« vi non. Mart. a° 4°. ‖ Martene l. c. 578. n° 609. — »Dum pensaremus de.«
» 8	»	(20284) Priori Praedicatorum Parmensi mandat, ut Guillelmum monachum monasterii Canusini ord. s. Ben. procuratorem monasterii s. Prosperi Regin. dioc. ord. s. Ben. constituat. viii id. Mart. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 492. n° 81. — »Olim dilecto filio.«
» 10	»	(20285) C(arolo) regi Siciliae nunciat mortem Mariae filiae regis Aragonensis eamque in urbe Caesaraugustana esse sepultam. vi id. Mart. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 579. n° 610. — »Post recessum fratris.«
» 10	»	(20286) G. de Medio Bladi capitaneo regni Siciliae citra Farum significat, se abbati S. Salvatoris mandasse, ut se ei praebeat favorabilem adiutorem; addit, castra Iohannis de Marerio non consistere sub apostolicae sedis praesidio vel gratia, licet sint in eius imperio. vi id. Mart. a° 4°. ‖ Martene l. c. 579. n° 611. — »Dilecto filio abbati.«
» 11	»	(20287) (Ludovico) regi Franciae (Petrum) archiepiscopum Senonensem eiusque ecclesiam commendat. v id. Mart. a° 4°. ‖ Martene l. c. 580. n° 612; Quantin Recueil 311. n° 632, *male ad* a. 1267; *sine signo chronol.* Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 409. — »Celsitudo regia sicut.«
» 11	»	(20288) (Petro) archiepiscopo Senonensi mandat, ut (Ludovico) regi Franciae declaret archidiaconatum Senonensem a papa conferendum esse, eumque magistro Aimerico praecentori conferat. v id. Mart. a° 4°. ‖ Martene l. c. 580. n° 613; Quantin l. c. n° 633; *sine nota chronol.* Bulaeus l. c. III. 390. — »Ex parte carissimi.«
» 11	»	(20289) Bernardum de Mala morte abbatem monasterii Montis Albani ord. s. Ben. Caturcens. dioc. absolvit ab excommunicationis sententia, quam abbas monasterii Casae Dei ord. s. Ben. Claromontens. dioc. in eum ex causis satis patenter frivolis promulgaverat. v id. Mart. a° 4°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 193. — »In tantae praesumptionis.«
» 11	»	(20290) Rectoribus parochianis ecclesiae b. Virginis in Wisby confirmat ea quae eis b. m. (Benedictus) Lincopensis episcopus concesserat, ut ad dictam ecclesiam, cum eam vacare contigerit, possint eidem episcopo et successoribus eius personam idoneam praesentare, ut burgenses de Wisby apud eandem ecclesiam possint eligere sepulturam, et alia statuta, quae eis b. m. Gwilhelmus Sabinensis tunc Mutinensis episcopus et in illis partibus legatus sedis apostolicae confirmaverat. v id. Mart. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 442. n° 529; *cf.* Celse Appar. 84. n° 19. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(20291) Universis abbatissis et sororibus monasteriorum ord. s. Clarae concedit, ut tempore generalis interdicti per sacerdotes et clericos suos divina officia faciant celebrari *etc.* Id. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 141. n° 154. — »Inducunt nos devotionis.«
» 16	»	(20292) G. de Medio Bladi capitaneo regni Siciliae citra Farum scribit: »Corradinus Papiae somniat egestate depressus et gentem habens modicam, vilem etiam nec armis instructam ... Pascat igitur Galvanus Siculos suis mendaciis; ... cito mendaces et perfidi subvertentur.« xvii kal. Apr. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 581. n° 614. — »Litteras tuas quas.«
» 17	»	(20293) (Theobaldo) Navarrae regi Andenagogum Pampilionensem episcopum, antea archidiaconum Toletanum et capellanum suum commendat. xvi kal. Apr. a° 4°. ‖ Martene l. c. 581. n° 615; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne VI. 33. n° 3472. — »Ad hoc sollicitudo.«
» 21	»	(20294) R(adulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut Ar. abbati monasterii de Puzalia Sabinens. dioc., qui »propter malitiam temporis in monasterio suo proficere non possit,« aliquam abbatiam de nunc vacantibus infra suam legationem concedat. xii kal. Apr. a° 4°. ‖ Martene l. c. 582. n° 616. — »Cum dilectus filius.«
» 21	»	(20295) Eidem mandat, ut Bartholomaeum abbatem S. Theodori de Trebis in aliqua suae legationis ecclesia cathedrali de nunc vacantibus, quae plus quieta et Campaniae sit vicinior, in episcopum praeficiat. xii kal. Apr. a° 4°. ‖ Martene l. c. 583. n° 617. — »Dilecti filii Bartholomaei.«

1268.

Mart. 23 — Viterbii — (20296) Provisori pauperum magistrorum et ipsis magistris in theologica facultate studentibus in vico (vice *Mart.*) ad portas ante palatium de Thermis (Terminis *Mart.*) Parisiensibus (Parisius *Bul.*) sub communi vita degentibus convictum alias conventum approbat, iubetque de provisore eligendo consentire archidiaconum loci, cancellarium Parisiensem, magistros regentes in theologiae facultate, decanos decretistarum et medicorum, rectorem universitatis quatuorque nationum procuratores. x kal. Apr. a° 4°. ‖ Martene l. c. 583. n° 618; Dubreul Théâtre des antiq. de Paris 467; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 236; Défense des droits de l'univers. de Paris 127. — »Suadente vobis gratia.«

» 24 — » — (20297) (Nicolao) episcopo Assisinati mandat, ut bona Paffensis episcopi defuncti in certis locis Assisinatis civitatis deposita inquirat eaque in sequestro custodiri faciat usque ad mandatum suum. ix kal. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 141. n° 155. — »Cum bonae memoriae.«

» 25 — » — (20298) Abbatissae et conventui S. Stephani Argentinensis ord. s. Aug. sextum decimum canonicarum numerum in monasterio ipso per sedem apostolicam inductum confirmat. viii kal. Apr. a° 4°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. I. 462. n° 653. — »In ecclesiis et.«

» 25 — » — * (20299) Diede a Transmondo arcivescovo di Monreale facoltà di poter assolvere i monaci et conversi della chiesa di Monreale dalla scommunica, che s'incorre per haver messo le mani violente addosso à i chierici. ‖ Lello Hist. di Monreale (II.) 23.

» 28 — » — (20300) Carolum regem Siciliae monet, ut redeat e Tuscia in Siciliae regnum quod »laceratur continue tamquam acephalum, Saracenis et perfidis christianis expositum; et a tuis primitus exhaustum furibus, diripitur nunc ab aliis. .... Sane si illud amittis, non credas quod ecclesia labores repetat et expensas pro eo denuo acquirendo, sed ad tuos redire poteris comitatus« .... v kal. Apr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 3, *omisso exordio.*

» 30 — » — (20301) (Iacobo) episcopo Eugubino et Leonardo ord. Minor. coadiutori eiusdem episcopi monasterium s. Angeli de Claserna ord. s. Ben. denuo submittit. iii kal. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 142. n° 156. — »Olim intellecto sicut.«

» 30 — » — (20302) Universis Christifidelibus fabricam ecclesiae fratrum ord. Minor. Alexandrinae civitatis commendat indulgentiam 100 dierum subvenientibus promittens. iii kal. Apr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 143. n° 157. — »Quoniam ut ait.«

» 31 — » — (20303) Priori et fratribus S. Balbinae de Urbe ord. s. Guillelmi venditionem Casalis de Florano pro duobus milibus et quingentis libris ab abbate et conventu S. Pauli de Urbe factam ratam habet et confirmat, inserto eiusdem venditionis instrumento. ii kal. Apr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 143. n° 158; Bullar. Vatic. I. 148. — »Cum a nobis.«

(Mart. fin.) — (») — (20304) (Radulfo) episcopo Albanensi scribit, se dudum et pluries regni pericula C(arolo) regi Siciliae exposuisse et usque ad contristationem litteris inculcatis monuisse, adiuravisse et rogavisse, ut dimissa in Tuscia parte militiae cum residua rediret ad regnum; sed infructuosam in Tuscia moram trahere et parum de regno cogitare. »Ad id igitur quod requiris, quod tibi in negotio tam turbato indicemus agendum, nihil certum tibi possumus respondere. Nam satis credimus regni iustitiarios ex invidia mutua invicem se mordere, rationabiliter arguere capitaneum.... Tu ergo Fogiam potes mittere et omnes inducere qui sunt ibi, ut (Guillelmum de Villaharduino) principem Achayae constituant capitaneum« *etc.* *Absque nota chronol.* ‖ Saint Priest Hist. de la conquête III. 385; Giudice Cod. dipl. II. i. 140. — »Quod tibi nuper.«

Apr. 1 — » — (20305) Moissiacensis et Belli loci Cluniacens. et s. Ben. ordd. Caturcens. et Lemovicens. diocc. monasteriorum abbatibus et archidiacono Caturcensi mittit epistolam, qua Bernardum declarat legitimum abbatem monasterii Montis Albani ord. s. Ben. Caturcens. dioc., amoto Petro Arnaldi ab abbate Casae Dei nominato. Kal. Apr. a° 4°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 194. — »Exposuit nobis dilectus.«

» 3 — » — (20306) C(arolo) regi Siciliae indulget, ut, si Henricus Urbis senator ex causis iustis excommunicationis vinculo innodatus infra proximum festum ascensionis Domini ad papae et ecclesiae Romanae mandata non redierit, ex tunc eiusdem urbis regimen de consensu Romani populi ad continuum recipere possit decennium. iii non. Apr. a° 4°. ‖ Saint-Priest Hist. de la conquête III. 386; de Cherrier Hist. de la lutte des papes IV. 531; Giudice Cod. dipl. II. i. 142; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 26. — »Ut pacificum Urbs.«

» 3 — » — (20307) (Otakaro) regi Boemiae gratulatur de amicitia, quam cum (Carolo) rege Siciliae habere proposuit. iii non. Apr. a° 4°. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 237. n° 609; *cf.* Palacky Reise 41. n° 319. — »Litteras magnitudinis tuae.«

» 4 — » — * (20308) Monasterii in Sewen privilegia super ecclesiis parochialibus in Obing et capella in Ischil confirmat. ii non. Apr. (a° 4°). ‖ Lang Regesta III. 302.

» 5 — in palatio nostro Viterbiensi — (20309) Conradinum nepotem quondam Friderici olim Romanorum imperatoris ob spreta sedis apostolicae mandata de novo excommunicat ac denunciat insuper eum regno Hierosolymitano et omni iure, si quod habebat in illo, apostolica auctoritate privatum *etc.*

1268.

In die coenae Domini pont. a° 4°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1268 § 1. XIII. 744; Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1268 § 4; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 793. n° 28; Lami Eccl. Florent. mon. I. 498, *non integra.* — »Dudum ad apostolicae.«

Apr. 5 — in palatio Viterbiensi — (20310) Tam H(enricum) natum cl. mem. F(errandi) regis Castellae senatorem Urbis et Guidonem de Monte Filitro eius in Urbe vicarium, quam ceteros officiales eorum et omnes, qui voluntarii Galvano Lanceae maledictionis filio et aliis Corradini nuntiis occurrerunt vel receperunt eosdem, denuntiat sententias excommunicationum illas incurrisse, quas in fautores eiusdem Corradini hactenus promulgavit, et cives Romanos ac quoslibet alios a iuramento, si quo eidem Henrico tenentur, quamdiu idem Henricus in perversitate perstiterit, absolvit. In die coenae Domini a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 150. n° 159: *omisso exordio et mutilata* ap. Raynald. l. c. § 21; *fragm. mai.* ap. Vitale Senatori di Roma 144; *cf.* Deutinger Beyträge II. 156. n° 37. — »Visceribus matris ecclesiae.«

(» 5) — (») — * (20311) Distringit alias anathematis interdictique sententias in sceleris participes Pisanos, Papienses, Senenses, Veronenses, Firmanos, Castellanos, qui ad Conradini partes confluxerant. ‖ Raynald. l. c. § 16.

» 6 — Viterbii — (20312) Custodi et fratribus ord. Minor. de Assisio sub poena excommunicationis mandat, ut bona Paffensis episcopi emortui apud ipsorum domum deposita nemini tradant sine papali licentia speciali. viii id. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 152. n° 160. — »Cum quaedam de.«

» 9 — » — (20313) Petrum Bellonum de ord. Poenitentium Mediolanensem et Iohannem de Vassallis Vercellensem cives constituit procuratores et syndicos fratrum Minorum administrationis Mediolanensis provinciae. v id. Apr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 153. n° 161. — »Cum dilecti filii.«

» 12 — » — (20314) Episcopo Magalonensi mandat, ut 40 libras Turonenses, quas Pontius Armandi rector ecclesiae de Monte aureo Uticensis dioc. in Terrae sanctae subsidium dedit, collectoribus decimae L(udovico) regi Franciae concessae assignet. ii id. Apr. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 584. n° 619. — »Cum sicut intelleximus.«

» 12 — » — (20315) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato nunciat, se quarta feria ante festum pascalis hebdomadae (Carolum) regem (Siciliae) laetanter suscepisse, Corradinum autem in die coenae Domini (*i. e.* d. 5. Apr.) in Pisanorum navigiis Pisas intrasse *etc.* ii id. Apr. a° 4°. ‖ Martene l. c. 584. n° 620; Giudice Cod. dipl. II. i. 144. — »Quarta feria ante.«

» 12 — » — (20316) Abbatis monasterii s. Iohannis Angeliacensis laboribus congaudet eumque monet, ut persistat in inceptis. ii id. Apr. a° 4°. ‖ Martene l. c. 585. n° 621. — »Bonorum laborum gloriosus.«

» 12 — » — (20317) Episcopo Reatinensi mandat, ut curiae depositum abbati Cassinensi tradat. ii id. Apr. a° 4°. ‖ Martene l. c. 585. n° 622. — »Fraternitati tuae per.«

» 13 — » — (20318) Guardiano fratrum (ord. Minor.) Perusino mandat, ut Christifideles Perusinae diocesis exhortetur ad sumandum crucem contra Conradinum maledictionis et damnationis alumnum. Id. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 153. n° 162. — »Angit nos cura.«

» 15 — » — (20319) L(udovico) regi Francorum respondet de I. comite Nivernensi et P. natis eius ac R. Atrebatensi comite a nullo excommunicandis ex causa quacumque, super Cisterciensium decima, de captivis Gaietanae domus *etc.* xvii kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 586. n° 623; Sbaralea l. c. 154. n° 163. — »Venientes ad praesentiam.«

» 15 — » — (20320) (Guillelmo) archiepiscopo Senonensi committit, ut desiderio Aegidiae pauperis mulieris domum religiosam construere cupientis satisfaciat. xvii kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 587. n° 624; Quantin Recueil 317. n° 642. — »A carissimo in.«

» 16 — » — (20321) Henricum Marsilii Argentinensem, Welkelinum Herbipolensem et Henricum Richkeri Wormaciensem constituit procuratores et syndicos fratrum Minorum Alemaniae provinciae. xvi kal. Mai. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 154. n° 164. — »Cum dilecti filii.«

» 18 resp. 19 — » — (20322) Isabellae (Ludovici) regis Franciae germanae significat, apostolorum capita Romae indubitanter haberi, eamque hortatur, ut si forsitan caput b. Pauli apostoli apud se ipsam esse putet, deponat conscientiam. xiii (xiv *R.*) kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 588. n° 627; Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 50; Bouche Défense de la foi de la Provence 221; Sbaralea l. c. 155. n° 165. — »Scias, filia, apostolorum.«

» 20 — » — (20323) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, dispenset cum Marco de Assisio ord. Minor. Cassanensi episcopo, ut episcopus ac pastor Cassanensis ecclesiae legitime remanere possit. xii kal. Mai. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 536. n° 24; Sbaralea l. c. 156. n° 166. — »Significavit nobis venerabilis.«

» 27 — » — (20324) (Alphonso) comiti Pictavensi nunciat, se de eius passagii in Terram sanctam subsidio nihil certum ei ad praesens posse respondere. v kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 589. n° 628; Sbaralea l. c. 157. n° 167. — »Dilectum filium fratrem.«

1268.

Apr. 28 Viterbii (20325) Decano et capitulo ecclesiae Insulensis Tornacens. dioc. concedit facultatem providendi suae ecclesiae de persona idonea in praepositum assumenda. IV kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 589. n° 629. — »Vestrae compatientes ecclesiae.«

» 30 » * (20326) Abbati et conventui monasterii de Alba omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. II kal. Mai. a° 4°. ‖ Mone Zeitschr. I. 366.

Mai. 1 » (20327) (Radulfo) episcopo Albanensi apostolicae sedis legato scribit, C(arolum) regem Siciliae in regnum direxisse iter suum, seque ei specialiter iniunxisse »quod in restitutionibus faciendis non se reddat difficilem, cum ad eas sit artissime obligatus; sed et multa ei diximus, quae ad plenam ordinationem domus suae et regni pertinent.« Kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 589. n° 630; Giudice Cod. dipl. II. I. 149. — »Exivit heri Viterbio.«

» 1 » (20328) Alviciam relictam Guillelmi Bulbonensis militis neptem suam consolatur de morte viri sui eamque a secundis nuptiis dehortatur. Kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 590. n° 631. — »Ad compassionem nos.«

» 1 » (20329) Magistro N. rectori ecclesiae Castri Volubricae scribit in gratiam Alazaciae neptis suae relictae G(uillelmi) de Bulbon militis, quae se gravatam ab Alphanto germano suo querebatur. Kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 591. n° 632. — »Afflictis compati nos.«

» 1 » (20330) P. Rambaldi et G. uxorem eius hortatur, ut Domini mandata fideliter observent. »Statum autem nostrum Alphantus nepos noster lator praesentium vobis dicet.« Kal. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 591. n° 633. — »Scripsimus vobis nuper.«

* *In eundem modum* Caeciliae Fulcodiae. ‖ Martene l. c. 591. n° 634.

» 2 » (20331) Guillelmo de Tuningo (Thuringia *Pertz*) ord. Praedic. intimat, se C(arolum) regem Siciliae »Christi pugilem indefessum« nuper in partibus Tusciae Romano subiectis imperio vicarium eiusdem imperii statuisse. Mandat ei, ut se ad partes illas personaliter conferens I(ohanni) de Braisilva marescallo dicti regis, cui idem plenas commiserit ibi vices suas, sanum consilium praebeat ad statum pacificum conservandum. VI non. Mai. a° 4°. ‖ Böhmer Acta imperii II. 691. n° 987; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1267 § 5; Muratori Antiq. Ital. VI. 106; Pertz Archiv VII. 32. — »Hoste pacis ab.« *Cf.* n° 20088.

» 2 » (20332) Priorem et fratres Eremitas ord. s. Aug. in Tuscia constitutos eorumque domos ad instar Innocentii IV pp. sub b. Petri et sua protectione suscipit, omnesque eorum possessiones ac bona, iura atque privilegia confirmat. VI non. Mai. indict. XI. incarn. dom. a° 1268. pont. a° 4°. ‖ Empoli Bullar. 252 in n° 3. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 2 » * (20333) Incorporationem ecclesiae de Stein August. dioc. ab Augustensi episcopo pro monasterio Caesariensi peractam confirmat. VI non. Mai. a° 4°. ‖ Lang Regesta III. 305.

» 3 » (20334) Iohanni Ambaldo (Annibaldo *R.*) proconsuli Romanorum scribit, animum suum perpungi doloris aculeo, »quod in Urbe tam clari nominis obscuratum videtur aurum et color optimus immutatus, spoliantur ecclesiae, rapiuntur deposita, male tractantur clerici, carceri mancipantur.« Rogat eum, ut tantis occurrat opprobriis, tantis periculis obviet. V non. Mai. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 591. n° 635; Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 27. — »Ab antiquis retro.«

* *In eundem modo* P. proconsuli Romanorum.

» 3 » (20335) Abbatissae et conventui monasterii de Zumbern (Zymmern *Mone*) Cisterc. ord. Wormatiens. dioc. omnes libertates, immunitates necnon exemptiones saecularium exactionum confirmat. V non. Mai. a° 4°. ‖ Besoldus Virginum sacr. monim. 508 (ed. alt. Doc. 112. n° 4); Mone Zeitschr. IV. 186. — »Cum a nobis.«

» 3 » (20336) Decano ecclesiae Wormatiensis mandat, ne permittat ut abbatissa et conventus monasterii de Zümbern (Cymmern *M.*) *etc.* contra indulta privilegiorum apostolicae sedis ab aliquo indebite molestentur. V non. Mai. a° 4°. ‖ Besoldus l. c. 509 (ed. alt. Doc. 113. n° 5); Mone l. c. IV. 188. — »Sub religionis habitu.«

» 3 » (20337) Decano ecclesiae de Wimpina [Wimpfen] Wormatiens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Cimern *etc.* alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. V non. Mai. a° 4°. ‖ Besoldus l. c. 510 (ed. alt. Doc. 114. n° 6); Mone l. c. IV. 187. — »Ad audientiam nostram.«

» 4 » (20338) (Manfredo) Veronensi electo ducatus Spoleti et marchiae Anconitanae rectori scribit, se insolentibus Firmanis, si redire ad gremium ecclesiae voluerint, absolute conductum daturum eosque recepturum esse. IV non. Mai. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 593. n° 636. — »Quantumcunque profunde peccaverint.«

» 4 » * (20339) Cives Firmanos absolvit ab offensionibus contra ipsum et ecclesiam factis. IV non. Mai. a° 4°. ‖ Cronache della città di Fermo 435. n° 323.

» 7 » * (20340) Decano S. Germani Spirensis ad exemplar Alexandri IV pp. iterum mandat, ut ea quae de bonis monasterii in Alba per concessiones alienata invenerit illicite vel

1268.

distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Non. Mai. a° 4°. ‖ Mone Zeitschr. I. 366.

Mai. 11 Viterbii (20341) R(adulfi) episcopi Albanensis apostolicae sedis legati confirmat sententiam, qua electionem Petri de Romana in Liciensem episcopum nullam declaraverat, eique mandat, ut praefatae ecclesiae provideat. V id. Mai. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 593. n° 637. — »Vacante Liciensi ecclesia.«

» 11 » (20342) Eidem mandat, ut (Carolum) regem (Siciliae) sollicitet ad domum suam ordinandum et regnum, ad succurrendum Siculis, ad regni fines Urbi proximos subacta licentia revisendos. V id. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 594. n° 638. — »Regis frui praesentia.«

» 14 » (20343) Abbati et conventui monasterii Crassensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ord. s. Ben. Carcassonens. dioc. privilegia eis a Iacobo rege Aragonum concessa confirmat. II id. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 594. n° 639. — »Devotionis vestrae merita.«

» 15 » (20344) (Philippo) archiepiscopo Ravennatensi apostolicae sedis legato scribit: »Si Lombardos puduerat Corradino perditionis filio de Verona venienti Papiam nullum obstaculum praestitisse: longe magis pudere nunc potest a te monitos et vocatos transeuntem eius militiam per viscera Lombardiae, ne dum, ut tu volueras, impedisse, sed nec etiam terruisse.... Eorum verecundiam aegre ferimus.... Credimus tamen firmiter et speramus triumphum de perfidis inimicis ecclesiae aliis reservatum.« Id. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 597. n° 640; Giudice Cod. dipl. II. I. 150. — »Ea te credimus.«

» 15 » (20345) Giraudo Longo potestati Urbis veteris in devotione solita persistenti suam promittit dilectionem. Id. Mai. a° 4°. ‖ Martene l. c. 597. n° 641. — »Licet nobis facie.«

» 15 » (20346) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ut nemini liceat sine speciali mandato Romani pontificis in eos, eorum presbyteros et laicos excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare. Id. Mai. a° 4°. ‖ Strehlke Tab. 421. n° 649. — »Cum vos tanquam.«

» 15 » (20347) (Almerico) electo Laventinensi, abbati Admontensi et praeposito Niwenburgensi de ecclesia in Piber (Udalrico) episcopo Seccowensi confracto senio eiusque coadiutoribus Ortolfo praeposito ecclesiae Seccovensis et Ulrico plebano de Strazganch inique erepta mandata dat. Id. Mai. a° 4°. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 231; *cf.* Muchar Gesch. v. Steiermark V. 328. — »Sua nobis Ortolfus.«

» 18 (») (20348) (Alfonso) regi Castellae ac Legionis in Romanorum regem electo in controversia de Romano imperio inter eum et Richardum in Romanorum regem electum vertente terminum, in quo cum dictis testium producendorum super alterius partis articulis et omnibus aliis actis et iuribus per procuratores apostolico se conspectui praesentet, octavum diem ante festum nativitatis dominicae primo venturum assignat. XV kal. Iun. (a° 4°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 42. — »Magister Guillelmus exacto.«

» 18 » (20349) Episcopo Conseranensi mandat, ut per censuram ecclesiasticam cogat magistrum Bartholomaeum de Podio clericum, comitem Fuxi, Guillelmum de Coardona militem *etc.* ad cedendum terram de Carcassesio executoribus testamenti Rogerii comitis Fuxi. XV kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 1817. n° 4. — »Sua nobis venerabilis.«

» 18 » (20350) (Carolo) regi Siciliae tempus solutionis census annui apostolicae sedi ab eo debiti usque ad instans festum s. Michaelis archangeli prorogat. XV kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 598. n° 642. — »Cum existens imperii.«

» 18 » (20351) Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis eorumque capellanis et conventibus exemtis et non exemtis in regno Siciliae constitutis districte mandat, ut instrumentorum publicorum et aliorum documentorum, quibus rex plurimum iuvaretur in suis iuribus assequendis, copiam ei faciant, si qua talia invenerint. XV kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 598. n° 643. — »Sicut regiae defensionis.«

» 18 » (20352) (Carolo) regi Siciliae scribit de matrimonio contrahendo inter ipsum aut alterum ex eius natis et Margaritam G. comitis Glovernae sororem. XV kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 599. n° 644. — »Ex parte dilectae.«

» 21 » * (20353) Decano et capitulo saecularis ecclesiae Novi Monasterii, quibus b. m. Iringus episcopus Herbipolensis decedente ecclesiae in Igersheim plebano eandem ecclesiam in augmentum praebendarum concesserat, hanc concessionem confirmat. XII kal. Iun. a° 4°. ‖ Zeitschr. des hist. Vereins f. das wirtemberg. Franken. Jahrg. 1856. (Mergentheim. 8°) 119.

» 22 » (20354) Nicolaum quondam capellanum suum, quem Poznaniensi ecclesiae in episcopum praefecit ac cui consecrationis munus suis manibus impendit, rogat et hortatur, ut ad praemissam ecclesiam cum apostolicae gratiae plenitudine proficiscatur eamque secundum datam ipsi a Deo scientiam regere studeat. XI kal. Iun. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 82. n° 156. — »Assumpti quamvis immeriti.«

* *De eodem argumento* Capitulo Poznaniensi — Duci Poloniae.

1268.

Mai. 23 | Viterbii | (20355) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Parisiens. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam eorum in b. martyrum s. Dionysii et sociorum eius ac inventionis eorundem festivitatibus *etc.* devote visitaverint annuatim, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere. x kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 599. n° 645; Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 604. — »Licet is de.«

» 23 | » | (20356) Abbati eidem tribuit facultatem concedendi indulgentiam 40 dierum omnibus, qui ad solemnes eius praedicationes, ad missarum solemnia quae in dicta ecclesia in festis solemnibus eum contigerit celebrare, accesserint. x kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 600. n° 646; Doublet l. c. 605. — »Grata sincerae devotionis.«

» 23 | » | (20357) Abbati et conventui monasterii eiusdem parochiales ecclesias de Sergiaco (Cergiaco *Dbl.*) s. Iohannis et s. Mariae de Caillanel (Cailleuel *Dbl.*) prope Calvum montem, ac s. Mariae de Vallibus, quas per 60 annorum spatium et amplius ad manus suas tenuerunt, confirmat. x kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 601. n° 647; Doublet l. c. 606. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 | » | (20358) Generali et provincialibus prioribus presbyteris ordinis Eremitarum s. Aug. concedit facultatem, ut apostatas sui ordinis excommunicare aut capere possint. x kal. Iun. a° 4°. ‖ Empoli Bullar. 63. n° 5. — »Provisionis vestrae cupimus.«

» 23 | » | * (20359) Camerinensi episcopo et mansionario Firmano mandata dat ad absolvendum a censuris et excommunicatione quosdam testes producendos in causa inter commune Firmanum ex una et Anibaldum Transmundi Romanorum proconsulem ex altera parte super iniuriis, pecuniae summa *etc.* vertente. x kal. Iun. a° 4°. ‖ Cronache della città di Fermo 436. n° 324.

» 25 | » | (20360) Abbati S. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. concedit, ut personis litteratis clericali militiae adscribendis, quae in eius monasterio servili conditione tenentur, postquam eaedem legitime fuerint manumissae ac traditae libertati, primam possit conferre tonsuram. VIII kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 601. n° 648; Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 604. — »Suadente tuorum gratia.«

» 26 | » | * (20361) (Iacobo) regi Aragonum, qui G. Sergenii in Montepessulano licentiam docendi ius civile dederat, scribit de sententia excommunicationis a (Guilelmo) Magalonensi episcopo in illum lata. VII kal. Iun. a° 4°. ‖ Caseneuve Le Franc-alleu du Languedoc 44.

» 28 | » | (20362) Ysnardum Ugolinum militem vicarium (Caroli) regis Siciliae in civitate Florentina paternis monitis excitat ad studium indefessum in his, quae ad bonum statum ecclesiae et dicti regis pertinent. V kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 602. n° 649. — »Litteris tuis diligenter.«

» 29 | » | (20363) Hugonis dicti Staqua capitanei Aquilae sollicitam diligentiam, quam in custodia terrae gerit quam ei C(arolus) rex Siciliae credidit, necnon et promptitudinem quam ad repressionem hostium habuit, plurimum laudat, additque Corradinum Pisis esse. IV kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 602. n° 650. — »Litteras tuas vidimus.«

» 30 | » | (20364) Magistro ord. Praedic. significat, se inhibere, ut nulli fratres, si eos in episcopos eligi aut postulari forte contigerit, electioni vel postulationi de se factae audeant consentire, nec aliquis archiepiscopus vel alius praelatus vel etiam legatus sedis apostolicae dictos fratres nisi de magistri vel priorum provincialium licentia et consensu ad episcopatus et alias dignitates extra dictum ordinem assumere vel ordinare praesumat. III kal. Iun. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 493. n° 82; *meminit huius bullae* Martene l. c. I. 1046. — »Petitio tua nobis.«

» 31 | » | (20365) (Margarethae) reginae Franciae scribit de exacto per C(arolum) regem Siciliae iuramento per totam Provinciam, qui »a suis habuisse dicitur iuristis, quod in terris Provinciae obtinet usumfructum, quem sibi satagens confirmare praelatorum atque nobilium habere voluit iuramenta.« Addit se non permissurum, ut occasione huius iuramenti aliquid in praeiudicium reginae fiat. II kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. II. 603. n° 651. — »Turbavit plurimos carissimus.«

» 31 | » | (20366) (Iacobo) regi Aragonum scribit de eius iuribus in licentiandis doctoribus in scientiarum variis facultatibus. II kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 603. n° 652. — »Contra venerabilem fratrem.«

» 31 | » | (20367) (Ludovico) regi Francorum, qui per magistrum G. de Villa nova petierat, ut annus quartus praestationi decimae adiiceretur, respondet, se hanc petitionem nolle exaudire. »Non enim expedit Gallicanae ecclesiae successive tot scandala inferre, cum amare ferant et tulerint id ipsum, quod de decima praeordinavimus triennali.« II kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 604. n° 653. — »Petierat tua serenitas.«

» 31 | » | (20368) Suffraganeis et capitulo Terraconensis ecclesiae mandat, ut ad providendum eidem ecclesiae de pastore circa proximas kalendas Augusti nullatenus procedant. II kal. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 605. n° 654. — »Cum ad aures.«

1268.

Iun. 9 Viterbii * (20379) Monasterii Eberacensis libertates confirmat. v id. Iun. a° 4°. ‖ Lang Regesta III. 307.

„ 9 „ * (20380) Monasterii s. Michaelis Babenbergensis libertates et privilegia confirmat. v id. Iun. a° 4°. ‖ Lang l. c. 307.

„ 10 „ (20381) Petro episcopo Maioricensi concedit facultatem, ut in locis ad quae eum devenire contigerit, diocesanorum locorum ipsorum assensu minime requisito, proponere valeat fidelibus verbum Dei. IV id. Iun. a° 4°. ‖ Villanueva Viage liter. XXI. 292. — »Affectantes praecipue ut.«

„ 11 „ (20382) Eidem concedit facultatem, ut per aliquem simplicem presbyterum possit ecclesias, quae dedicatae non fuerint, facere cum aqua exorcicata lavari, si eas seminis vel sanguinis effusione contingat pollui. III id. Iun. a° 4°. ‖ Villanueva l. c. 292. — »Ne in ecclesiis.«

„ 12 „ (20383) Decano et capitulo ecclesiae Verdensis, qui statuerunt, ut fructus praebendae vacantis unius anni extunc immediate sequentis fabricae ipsius ecclesiae deputentur, hoc statutum confirmat. II id. Iun. a° 4°. ‖ W. v. Hodenberg Verdener Geschichtsquellen II. (Celle 1857. 8°) 134. — »Cum a nobis.«

„ 13 „ (20384) Iacobum natum (Iacobi) regis Aragonum rogat et hortatur, permittat ut episcopus et capitulum Maioricenses decimas secundum compositionem super eisdem inter ipsos et regem Aragonum factam cum integritate percipiant. Id. Iun. a° 4°. ‖ Villanueva Viage liter. XXI. 293. — »Sua nobis venerabilis.«

„ 13 „ (20385) Archidiacono Barchinonensi mandat, ut a cl. mem. B. Terraconensi archiepiscopo non legitime institutos a dignitatibus, administrationibus et officiis amoveat. Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 607. n° 657. — »Ad nostrum pervenit.«

„ 13 „ (20386) Praeposito et capitulo ecclesiae Terraconensis mandat, ut ad electionem vel postulationem pastoris, novitiis suis non admissis, libere procedant. Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 607. n° 658. — »Cum ecclesia vestra.«

„ 13 „ (20387) L(udovico) regi Francorum de collatione archidiaconatus Senonensis scribit eumque rogat, ut diligenter meditet an in hoc negotio benefecerit. Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 607. n° 659; *sine signo chronol.* Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 390. — »In archidiaconatus Senonensis.«

„ 13 „ (20388) Magistro Girardo de Ramplion (Rampilione *Bul.*) canonico Senonensi mandat, ut possessionem archidiaconatus Senonensis clam vel planam nec recipiat nec attingat, donec se apostolico conspectui personaliter praesentaverit. Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 608. n° 660; *sine signo chronol.* Bulaeus l. c. III. 391; *cf.* Quantin Recueil 312. — »Cum archidiaconatus maior.«

„ 13 „ (20389) Officiali et magistro Heliae de Caturco (Cantuito *Bul.*) canonicis Parisiensibus mandat, compellant magistrum Gerardum de Ramplion (Rampilione *Bul.*) Senonensem canonicum per censuram ecclesiasticam, ut ad apostolicam praesentiam veniat, et ut litteras, quas dirigat ad eundem, legant et lectas tradant eidem. Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 608. n° 661; *sine die et mense* Bulaeus l. c. 391. — »Discretioni vestrae (Dilectioni tuae *Bul.*) in.«

„ 13 „ (20390) Ma(nfredo) Veronensi electo ducatus Spoletani et marchiae Anconitanae rectori queritur de Marchianorum infidelitate et perfidia. Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 609. n° 662. — »Litterarum tuarum series.«

„ 13 „ (20391) Potestatem, capitaneum, consilium, cives Perusinos vocat adversus Corradinum, qui »a viris perfidis inductus in Tuscia et exinde traducendus ad Urbem iuxta nos transitum est facturus.« Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 609. n° 663; Giudice Cod. dipl. II. I. 160. — »Diversis diversa narrantibus.«

„ 13 „ (20392) Fratri de Rocelene ord. Minor. scribit, se dilectos filios Perusinos vocavisse, »ut eorum fulciamur consiliis et praesentia recreemur.« Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 609. n° 664; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 159. n° 171. — »Non intendimus guerram.«

„ 13 „ (20393) C(arolum) regem Siciliae invitat, ut Tuscis pro militari subsidio ad eum mittentibus sic respondeat, »quod nec tuum periculum, nec ipsorum corda formidolosa perturbes.« Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 610. n° 665. — »Mittunt ad te.«

„ 13 „ (20394) L(udovico) regi Francorum scribit in gratiam Vivariensis episcopi a regiis ministris miserabiliter oppressi. Id. Iun. a° 4°. ‖ Martene l. c. 610. n° 666; Gallia christ. XVI. instr. 254 in n° 27, *deficiente fine.* — »Credit mundus et.« *Cf.* 1272. Nov. 9. n° 20640.

„ 13 „ (20395) Archiepiscopo Iadrensi mandat, ut monasterium ss. Cosmae et Damiani de Monte Iadrensi ord. s. Ben., quod per incuriam et malitiam degentium in eo in spiritualibus et temporalibus sit collapsum, de Cisterciensi ordine reformet et monasterio de Topliza eiusdem Cisterc. ord. Zagrabiens. dioc. submittat. Id. Iun. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 293. n° 527; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 183. — »Ex tenoro litterarum.«

1268.

Iun. 16 Viterbii (20396) Ludovicum regem Francorum, cuius ministri ipso nesciente episcoporum dignitatem infringebant, ad eorum audaciam comprimendam excitat. XVI kal. Iul. a° 4°. ‖ *Mutila in* Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 37; *in* Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 159. n° 172. — »Credit mundus et.«

„ 18 „ (20397) Alberto quondam Ratisponensi episcopo mandat, dispenset cum Conrado de Hohenloch (Novilech *Rip.*) dioc. Herbipolens. et Bertilde eius uxore, quae cum dicti nobilis uxore prima Cunigunde quarto consanguinitatis gradu coniuncta erat, ut, impedimento huiusmodi non obstante, possint in contracto inter se matrimonio licite remanere. XIV kal. Iul. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 494. n° 84; *cf. argum. in* Zeitschr. des histor. Vereins f. d. wirtembergische Franken IV. (1857). 216. — »Attenta sedis apostolice.«

„ 21 „ (20398) Episcopo Albanensi apostolicae sedis legato mandat, ut fratres ord. Praedic., qui sine magistri vel priorum provincialium licentia et consensu ad episcopatus vel alias dignitates promoti sint, ab officio beneficioque suspendat et sic suspensos ad sedem apostolicam mittat. XI kal. Iul. a° 4°. ‖ Ripoll l. c. 494. n° 85. — »Significavit nobis dilectus.«

„ 22 „ (20399) O(ttobono) S. Adriani diac. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, si contingat eum adire partes Hispaniae, regem Castellae ac Legionis ad ferendum Terrae sanctae auxilium excitet. X kal. Iul. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 611. n° 667. — »Terra sancta diris.«

„ 22 „ (20400) Monasterium s. Mariae et s. Cypriani mart. in Nienburch Magdeburgens. dioc. ord. s. Ben. tuendum suscipit. X kal. Iul. indict. XI. incarn. dom. a° 1268. pont. a° 4°. ‖ Beckmann Historie des Fürstenth. Anhalt III. 444. — Religiosam vitam eligentibus.«

„ 24 „ (20401) Electionem Iohannis in archiepiscopum Nidrosiensem confirmat eique mandat, ut illius ecclesiae honoribus ampliandis et commodis procurandis se reddat sollicitum. VIII kal. Iul. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 32. n° 34. — »Exequentes pastorale officium.«

„ 24 „ (20402) Capitulum Nidrosiense hortatur, ut Iohannem archiepiscopum devote admittentes ei obedientiam et reverentiam debitam impendant. VIII kal. Iul. a° 4°. ‖ Lange l. c. 33. — »Exequentes pastorale officium.«

* *In eundem modum eodemque die* Clerum civitatis et diocesis Nidrosiensium;
„ „ „ „ „ Suffraganeos ecclesiae Nidrosiensis;
„ „ „ „ „ Populum civitatis et diocesis Nidrosiensium.
‖ Lange l. c. 34.

„ 25 „ (20403) Consulibus Montispessulani scribit de lectis, in quibus corpora defunctorum deferuntur ad cimiterium ecclesiae s. Firmini Magalonensis dioc., eisque mandat, faciant ut haec consuetudo observetur. VII kal. Iul. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 612. n° 668. — »Sicut perniciosa consuetudo.«

„ 27 „ (20404) Custodi et fratribus Minoribus de Assisio mandat, ut, cum adhuc indigeat quibusdam armaturis, quae sint in scriniis penes eos depositae, easdem per magistrum Albertum de Parma scriptorem suum visis praesentibus destinent. V kal. Iul. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 160. n° 173. — »Recepimus arma et.«

„ 28 „ (20405) Magistro et universis prioribus ord. Praedic. significat, se coarctantem limites alias constitutos decernere, ut cuiuslibet ordinis coenobia *etc.* 140 cannis ab aedibus sacris ordinis Praedicatorum desistent. IV kal. Iul. a° 4° (5° *male Am.*). ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 495. n° 86; Amiani Mem. di Fano II. somm. 60. — »Quia plerumque in.«

Iul. 4 „ (20406) Guidonem Guerram comitem Tusciae palatinae, Hysnardum Hugolinum regium vicarium, consilium et commune civitatis Florentinae consolatur de casu flebili qui nuper in Tuscia contigit genti C(aroli) regis Siciliae, eosque excitat ad resistendum hosti. IV non. Iul. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 613. n° 669. — »De casu flebili.«

„ 6 „ (20407) (Simoni) episcopo Albensi mandat, ut cleri Savonensis statuta privilegiis fratrum ord. Minor. de Savona contraria nuntiet irrita, inhibeatque ne de cetero fiant. II non. Iul. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 161. n° 176. — »Pertulerunt ad audientiam.«

„ 6 „ (20408) Magistro et fratribus ord. Praedic. confirmat et declarat, quae de adscribendis ordini Praedicatorum vel Minorum Alexander IV pp. (1255. Mai. 22; *cf.* n° 15880) decreverat. II non. Iul. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 538. n° 27; Ripolli Bullar. Praed. I. 495. n° 87; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 160. n° 174. — »Lecta nobis vestra.«

* *In eundem modum* Generali et provincialibus ministris et universis fratribus ord. Minor. ‖ Sbaralea l. c. 161. n° 175.

„ 7 „ (20409) Iacobo nato quondam Diusalvi civi Senensi iudicatus et tabellionatus officia cum potestate dandi tutores et curatores et decreta interponendi *etc.* concedit. Non. Iul. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 613. n° 670. — »Cum aemula iuris.«

„ 7 „ (20410) Magistro et fratribus ord. Praedic. et generali ministro et fratribus ord. Minor. supplicantibus inhibet, ne archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum praelati indulgentias seu privilegia eis ab apostolica sede concessa interpretari de cetero praesumant. Non. Iul. a° 4°. ‖ Martene l. c. 614. n° 671; Cherubini Bullar. I. 137; Wadding Ann. Minor. IV.

1268.

539. nº 28; Ripolli Bullar. Praed. I. 496. nº 88; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 162. nº 177; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 799. nº 31. — »Ordinis vestri sacra.«

Iul. 8 Viterbii (20411) Potestatem, consilium et commune civitatis Florentinae laudat, quod, non obstante casu flebili qui nuper genti C(aroli) regis Siciliae in Tuscia contigit, in fide ac devotione ecclesiae ac eiusdem regis unanimiter permanent. Addit, se super absolutione eorum civibus impendenda ab excommunicationis sententia, qua teneantur pro salario quod Iacobo de Collemedio debeatur, fratri Guillelmo de Tonneux ord. Praedic. committere vices suas. VIII id. Iul. aº 4º. ‖ Martene l. c. 615. nº 672. — »Quia sicut per.«

» 8 » (20412) Fratri Guillelmo de Tonneux mandat, ut nonnullis civibus Florentinis ratione salarii, quod Iacobo de Collemedio debeatur, excommunicationis vinculo innodatis beneficium absolutionis impendat. VIII id. Iul. aº 4º. ‖ Martene l. c. 615. nº 673. — »Cum nonnulli cives.«

» 11 » (20413) (Carolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut, cum B(eatrix) regina Siciliae uxor eius propter specialem devotionis affectum, quem ad domum fratrum hospitalis S. Iohannis Aquensis Ierosolymitani, in qua corpus R(aimundi) comitis Provinciae patris sui iacet tumulatum, gerebat, corpus suum cum eo ibidem pariter tumulari elegerit, faciat voluntatem ipsius executioni demandari. V id. Iul. aº 4º. ‖ Martene l. c. 615. nº 674; Schier Reg. Hungar. 229. — »Cum ultimae decedentium.«

» 13 » (20414) Praeposito et capitulo ecclesie Hamemburgensis Bremens. dioc. concedit, ut si archiepiscopus Bremensis in eorum ecclesia crisma non conficiat vel confici non faciat, eis liceat crisma recipere a quocumque catholico episcopo. III id. Iul. aº 4º. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 600. nº 726. — »Meritis uestre deuotionis.«

» 15 » (20415) Potestati, consilio et communi Assisinatibus excusat se, quod adhuc eorum milites apud se retineat. Id. Iul. aº 4º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 616. nº 675; Giudice Cod. dipl. II. I. 161. — »Cum eveniat iuxta.«

» 15 » (20416) Archidiacono Luxoviensi in ecclesia Bisuntina et decano S. Stephani Trecensis mandat, ut abbatissam et moniales monasterii s. Mariae Trecensis ord. s. Ben., quae archiepiscopum Tyrensem cimeterium canonicis S. Urbani benedicere volentem cum pluribus armatis hominibus impedierunt, ad satisfactionem compellant. Id. Iul. aº 4º. ‖ Martene l. c. 616. nº 676. — »Quamvis nos volentes.«

17 » (20417) Episcopum Aretinum rogat, ut Odoni de Cortona pro facto Bertrandi de Albe militis et pro quibusdam aliis negotiis consilium et auxilium impendat. XVI kal. Aug. aº 4º. ‖ Martene l. c. 618. nº 677. — »Cum dilectum filium.«

* *In eundem modum* Potestatem, capitulum, consilium et commune Aretiae.

» 19 » (20418) Cinthio Remensi canonico demonstrat, se affectum, quem ad eum gerat, eius exigentibus meritis esse ostensurum libentius per effectum. XIV kal. Aug. aº 4º. ‖ Martene l. c. 618. nº 678. — »Devotionis indicia quae.«

(» 19-28) (») (20419) Fratri G(uillelmo) de Toneux ord. Praedic. mandat, ut statim iter ad curiam veniendi arripiat et veniat, cavens sub ordinis sui periculo, ne quid novi faciat fierive consentiat circa Florentinae statum aut regimen civitatis, »donec ore ad os nobis locutus fueris.« *Absque nota chronol.* ‖ Martene l. c. 618. nº 679. — »In virtute obedientiae.«

» 28 » (20420) Henricum dominum Soliaci rogat et hortatur, ut viam cogitet, per quam possit consuli B. comiti Vindocinensi, qui saisinam castri de Tron. in manu L(udovici) regis Francorum posuit, a quo autem eadem baiulo in Andegavia C(aroli) regis Siciliae eiusdem nomine assignata sit sub spe conventionis implendae iuxta tractatum super hoc habitum, cum impedire videatur negotium superveniens captio marescalli. V kal. Aug. aº 4º. ‖ Martene l. c. 619. nº 680. — »Iuxta nostrum et.«

» 28 » (20421) Archipresbytero S. Germani mandat, ut 450 uncias auri, quae penes quosdam mercatores de S. Germano depositae sint in emptionem possessionum ad opus Cassinensis monasterii convertendae, abbati dicti monasterii per illos mercatores faciat assignari. V kal. Aug. aº 4º. ‖ Martene l. c. 619. nº 681. — »Cum quadringentae et.«

» 28 » (20422) Abbati monasterii Cassinensis mandat, ut taliter provideat »quod de redditibus seu proventibus dicti conventus penes dictos mercatores huius auri quantitas reducatur in emptionem possessionum iuxta formam depositi convertenda.« V kal. Aug. aº 4º. ‖ Martene l. c. 619. nº 682. — »Cum quadringentas et.«

» 28 » (20423) Priori et conventui maioris domus Cartusiae necnon domui S. Bartholomaei de Trisulto Alatrin. dioc. concedit, ut, praecepto nullo obstante, papae et cuicumque de Romana curia scribere, nuncios mittere *etc.* libere valeant. V kal. Aug. aº 4º. ‖ Tromby Storia V. app. 274. nº 112. — »Ad nostrum pervenit.«

» 29 (») (20424) Ysnardo Ugoleno regio vicario in Florentia mandat, ut in eis quae ad Florentinae pertineant regimen civitatis usque ad fratris Guillelmi de Tonneux nuncii papalis reditum nec procedat nec procedi per alios permittat. IV kal. Aug. aº 4º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 620. nº 683. — »Relationibus variis apud.«

* *In eundem modum eodemque die* Comiti in Tuscia Palaino (?).

1268.

Iul. 30 Viterbii (20425) Portugallensi et Castelli, Scarannensis et Ulixbonensis diocesum Praedicatorum prioribus et Elborensi ac in Gardia Egitaniens. dioc. Minorum guardianis significat, se (Alfonso) regi Portugalliae indulsisse, ut legata in pios usus indistincte relicta per triennium possit percipere in subsidium Terrae sanctae convertenda; mandat eis, ut legata huiusmodi per triennium colligant ac regi dicto assignent. III kal. Aug. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 540. nº 29; Ripolli Bullar. Praed. I. 496. nº 89; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 162. nº 178. — »Ad liberationem Terrae.«

» 30 » (20426) Eisdem mandat, ut praedicent verbum crucis per Portugalliae regnum et alias terras regis eiusdem. III kal. Aug. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 541. nº 32; Ripoll l. c. 497. nº 90; Sbaralea l. c. 164. nº 181. — »Ad liberationem Terrae.«

» 30 » (20427) Eisdem committit, ut a quibuslibet personis regni Portugalliae bona, quae acquisiverunt per usurariam pravitatem, rapinas aliosque modos illicitos usque ad triennium recipere valeant convertenda in subsidium Terrae sanctae. III kal. Aug. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 540. nº 33; Ripoll l. c. nº 91; Sbaralea l. c. 163. nº 180. — »Ad liberationem Terrae.«

» 30 » (20428) Eisdem concedit facultatem, ut crucesignatos, qui cum (Alfonso) rege Portugalliae proficiscentur in dictae terrae succursum, ab excommunicationis sententia, si quam incurrerint, absolvant. III kal. Aug. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 540. nº 31; Ripoll l. c. 498. nº 92; Sbaralea l. c. 164. nº 182. — »Cum carissimus in.«

» 30 » (20429) Eisdem mandat, ut redemptiones votorum crucesignatorum, obventiones et legata Terrae sanctae subsidio deputata per triennium percipiant ac regi Portugalliae assignent. III kal. Aug. aº 4º. ‖ Wadding l. c. 540. nº 30; Ripoll l. c. 498. nº 93; Sbaralea l. c. 163. nº 179. — »Ad liberationem Terrae.«

» 30 » (20430) Reservat sibi, cum Philippus archiepiscopus Ravennas nuper »sicut accepimus« viam sit universae carnis ingressus, provisionem Ravennatis ecclesiae. III kal. Aug. aº 4º. ‖ Amadesii Antist. Ravenn. III. 199. nº 66. — »Cum bonae memoriae.«

» 31 » (20431) (Alfonsum) regem Portugaliae in communitates civitatum et universitates aliorum locorum sui regni acerbam tyrannidem exercentem rogat, ut se constituat huius maculae emendatione promptum et paratum. II kal. Aug. aº 4º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 38. — »Olim ad nos.«

» 31 » (20432) Potestatem, capitaneum, antianos, consilium et communitatem Bononienses rogat et hortatur, ut Lucanum de Cuma et Lunatum de Sahon milites et Pontium de Montecatino, qui miserabilem casum, qui in partibus Tusciae genti Caroli regis Siciliae contigit, evaserant, sed in districtu civitatis Bononiensis capti ac carceri mancipati retinebantur, pristinae restituant libertati. II kal. Aug. aº 4º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 620. nº 684; Savioli Ann. Bologn. III. II. 425. — »Cum nuper dilecti.«

* *In eundem modum* Capitaneo Guelphorum Bononiensium. ‖ Martene l. c. 621. nº 685.

» 31 » (20433) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato scribit de Meldensi, Montis martyrum et Virgiliacensi negotiis, de Iotrensi electa et concedit ei facultatem absolvendi illos regni Franciae, qui perturbatione regis et regni Angliae latas dudum a curia sententias incurrerunt. II kal. Aug. aº 4º. ‖ Martene l. c. 621. nº 686. — »Quae de Meldensi.«

» 31 » (20434) Malatestae civi Ariminensi scribit: »Si propter malitiam temporis, quam in brevi finiri speramus, credis a novitatibus abstinendum, abstinere credimus esse bonum..... Scribimus (Simoni) rectori Marchiae, quod te ac tuos adiuvet sicut et quantum viderit expedire.« II kal. Aug. aº 4º. ‖ Baluze Misc. ed. Mansi III. 407; Tonini Rimini 583; *sine signo chronol.* Martene l. c. 621. nº 687. — »Si propter malitiam.«

» 31 » (20435) In Sanctarena et in Leyrena ord. Minor. guardianis Ulyssiponens. et Colimbriens. diocc. mandat, ut sententias interdicti, quas M. Bracharensis archiepiscopus et alii episcopi regni Portugalliae vertente negotio inter eos et A(lfonsum) Portugalliae regem in suas dioceses tulerunt, usque ad sex menses suspendant. II kal. Aug. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 542. nº 34; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 164. nº 183. — »Negotio quod inter.«

Aug. 6 » (20436) Veronensi electo vel eius locum tenenti mandat, ut »quae Malatesta de Veruculo (Verole *Mart.*) tibi per se vel per litteras de statu Romandiolae intimabit«, audiat eique det auxilium et consilium. VIII id. Aug. aº 4º. ‖ Martene Thes. anecd. II. 622. nº 688; Baluze Misc. ed. Mansi III. 407; Tonini Rimini 584. — »Super hiis que.«

» 6 » (20437) Archiepiscopo Rotomagensi consultanti respondet, crucesignatos laicos per indulgentias a sede apostolica eis concessas non eximi a iurisdictione dominorum suorum, baronum, ballivorum *etc.* in rebus criminalibus et civilibus, nisi forte consuetudo legitime praescripta defendat eosdem. VIII id. Aug. aº 4º. ‖ Gallia christ. I. (Lut. Paris. 1656. fol.) 589. — »Tua fraternitas intimavit.«

» 6 » (20438) Asloensi et Bergensi episcopis a Magno Norvegiae rege ad executionem testamenti sui electis mandat, ut »postquam eum de saeculo isto nequam migrare contigerit«, testa-

1268.

		mentum ipsum diligenter exequi studeant. VIII id. Aug. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. IV. I. 1. n° 1. — »Digna consideracione pensantes.«
Aug. 9	Viterbii	(20439) Capitulum Nidrosiense cum omnibus bonis protegendum suscipit. V id. Aug. a° 4°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 56; Lange l. c. II. I. 12. n° 14. — »Per sincere devocionis.«
» 10 resp. 11	»	(20440) Eidem ecclesiam b. Andreae de Haug, quam b. m. Haquinus Nidrosiensis archiepiscopus eis in usus communis mensae concesserat, confirmat. III (IV *Th.*) id. Aug. a° 4°. ‖ Lange l. c. I. I. 51. n° 62; Thorkelin l. c. II. 56, *suecice.* — »Inducimur deuotionis uestre.«
» 12	»	(20441) (Theobaldum) regem Navarrae rogat et hortatur, consulat et suadeat (Ludovico) regi Francorum, ut in eos qui impia in Deum sacramenta proferant, animadvertat. II id. Aug. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 622. n° 689; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne VI. 36. n° 3490. — »Ad tenenda memoriter.«
» 15	»	(20442) (Carolo) regi Siciliae commendat L(udovici) regis Franciae nuntios, quos mittat ad tractandum super his, quae ad suum et baronum Franciae passagium pertinent transmarinum. XVIII kal. Sept. a° 4°. ‖ Martene l. c. 625. n° 691. — »Cum carissimus in.«
» 22	»	(20443) Priori et conventui Domus Maioris Cartusiae et universis prioribus, fratribus et conversis Carthusiensis ordinis notum facit, se statuere et praecipere »quod de antiquis ipsius ordinis constitutionibus generali capitulo vel diffinitoribus nunquam liceat absque prioris et monachorum domus maioris Cartusiensis consilio et assensu aliquid immutare.« XI kal. Sept. a° 4°. ‖ Tromby Storia V. app. 275. n° 113; Bullar. Rom. ed. Taur. III. 800. n° 32. — »Christi sponsam sanctam.«
» 26	»	(20444) Potestatem, consilium et commune Reatinos increpat, quod inimicos ecclesiae capitales a C(arolo) rege Siciliae confusos per eorum fines libere transire permittant; mandat eis, ut omnes qui in eorum reperientur districtu, et alios qui supervenerint, detineant captivos. VII kal. Sept. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 626. n° 692; Giudice Cod. dipl. II. I. 195. — »Aegre ferimus si.«
» 26	»	(20445) Malatestae de Veruculo (Veriolo *Mart.*) et Mathaeo (*legas cum Mart.* Taddaeo) comiti de Montefiltro nunciat victoriam, quam C(arolus) rex Siciliae ad Lacum Fucinum de Corradino reportavit. VII kal. Sept. a° 4°. ‖ Martene l. c. 627. n° 693; Baluze Misc. ed. Mansi III. 407; Tonini Rimini 584. n° 126. — »Ad divine gloriam.«
» 29	»	(20446) Abbati S. Savini de Firmo de eius sollicitudine gratias agit. IV kal. Sept. a° 4°. ‖ Martene l. c. 627. n° 694. — »Litteras tuas vidimus.«
Sept. 1	»	(20447) Archiepiscopo Nicosiensi mandat, ut, cum V(alascus) Famaugustanus episcopus ad Egitaniensem ecclesiam translatus sit, magistrum Bertrandum Nicosiensem canonicum Famaugustanae ecclesiae praeficiat in episcopum. Kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 165. n° 184. — »Cum venerabilem fratrem.«
» 3	»	(20448) Ecclesiae Hamenburgensis libertates et exemptiones petentibus praeposito et capitulo confirmat. III non. Sept. a° 4°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 606. n° 732. — »Solet annuere sedes.«
» 4	»	(20449) Abbati monasterii Luneburgensis Verdens. dioc. mandat, ut Iohanni canonico ecclesiae Bremensis, nato Gerardi comitis Holsatiae, de praebenda provideat. II non. Sept. a° 4°. ‖ Lappenberg l. c. 607. n° 733; v. Hodenberg Lüneburger UB. Abth. VII. 72. n° 93. — »Sua nobis dilectus.«
» 5	»	(20450) In ecclesia Hamemburgensi duas praebendas confirmat, quas Fredericus (de Haseldorf) antea eiusdem ecclesiae canonicus, tunc episcopus Cariliensis de bonis propriis dotaverat. Non. Sept. a° 4°. ‖ Lappenberg l. c. 607. n° 734. — »Cum a nobis.«
» 7	»	(20451) Decano et capitulo ecclesiae Spirensis omnes libertates et immunitates confirmat. VII id. Sept. a° 4°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 317. n° 352. — »Cum a nobis.«
» 7	»	(20452) Decano et capitulo ecclesiae Frankenfordensis Magunt. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. VII id. Sept. a° 4°. ‖ Würdtwein Dioec. Mogunt. II. 422; Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 149. — »Cum a nobis.«
» 13	»	(20453) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Andreae in burgo Placentino in festo eiusdem sancti annis singulis devote visitarint, indulgentiam 40 dierum elargitur. Id. Sept. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 230. — »Licet is de.«
» 14	»	(20454) H(enrico) Ostiensi et Velletrensi episcopo nunciat, Corradinum et ducem Austriae Galvanum et Galiotum eius filium cum Henrico quondam senatore Urbis et Corrado de Antiochia a C(arolo) rege Siciliae in vinculis teneri, ipsumque regem Urbem in proximo ingressurum esse. XVIII kal. Oct. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 627. n° 695; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 34. — »Infirmitati tuae paterno.«
(» 14-16)	(»)	(20455) (Carolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut ambaxiatorem marchionis Estensis benigne recipiat. *Absque signo chronol.* ‖ Martene l. c. 628. n° 696. — »Cum vir nobilis.«

1268.

Sept. 16	Viterbii	(20456) Abbati Apamiensi scribit, se ei nullam formam scripsisse vel tradidisse, qua utatur in compositione facienda inter L(udovicum) regem Francorum et monasterium suum. XVI kal. Oct. a° 4°. ‖ Martene l. c. 628. n° 697. — »Licet filio nostro.«
» 17	»	(20457) Lamfranquino Malezae et Lucerto civibus Ianuensibus mandat, ut, cum nuntii (Ludovici) Francorum regis cum Venetis nullam potuerint conventionem facere, destinent ad eundem regem solemnes nuncios, ut cum eis passagium suum faciat. XV kal. Oct. a° 4°. ‖ Martene l. c. 628. n° 698; Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 51. — »Scire vos volumus.«
» 18	»	(20458) (Guidoni) Veronensi electo opprobrat: »Si audita regis victoria rediisses in Marchiam et cum militia, quam collegeras, inimicos ecclesiae impugnasses, pluribus placuisses ... Sed cum nos consulas quid agendum tibi sit amodo, non videmus, cum Marchia te desideret nec stipendiarios tenere debeas ultra stipendia constituta.« XIV kal. Oct. a° 4°. ‖ Martene l. c. 629. n° 699; Biancolini Serie dei vescovi di Verona 98. n° 23. — »Si audita regis.«
» 19	»	(20459) »Coram ipso pontifice se Gaufredus episcopus Taurinensis praesentavit.« ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1484.
» 20	»	(20460) »Coram sanctissimo patre C(lemente) Gaufredus episcopus Taurinensis se praesentavit pro causa quam habet vel sperat habere contra Beatricem relictam Thomae de Sabaudia ...« ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1484.
» 22	»	(20461) (Carolo) regi Siciliae Guidonem Guerram comitem Tusciae palatinae commendat. X kal. Oct. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 629. n° 700. — »Dilectum filium Guidonem.«
» 22	»	* (20462) Patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato mandat, ut dispenset cum Margaritha sorore regis Cypri, quod possit matrimonium contrahere cum aliquo sibi coniuncto in quarto vel in tertio gradu consanguinitatis. X kal. Oct. a° 4°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 73.
» 24	»	(20463) Episcopo Astensi mandat, ne permittat ut prior provincialis Lombardiae et fratres sui prioratus ord. Praedic. contra indulta privilegiorum apostolicae sedis ab aliquo indebite molestentur. VIII kal. Oct. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 498. n° 94. — »Inundans malitia perversorum.«
» 24	»	(20464) Abbati monasterii de Pruel Ratisponens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Pruefingen ord. s. Ben. Ratisp. dioc. per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. VIII kal. Oct. a° 4°. ‖ Mon. Boica XIII. 219. — »Pervenit ad audientiam.«
» 24	»	(20465) Archiepiscopis, episcopis et ceteris praelatis regni Ungariae notum facit, se decernere irritum articulum quendam baronum et aliorum nobilium dicti regni, ne decimae solvantur ecclesiis. Mandat eis, ut singuli et universi circa tuicionem libertatis ecclesiasticae ad defensionem iurium ecclesiasticorum sollicite vigilantes latas et ferendas propter hoc a sede apostolica excommunicationis vel interdicti sententias inviolabiliter observent et ecclesias et clericos earundem in suis iuribus et libertatibus defendant. VIII kal. Oct. a° 4°. ‖ Tkalčič Mon. episc. Zagrab. I. 143. n° 132. — »Inter ceteras dotes.«
» 24	»	* (20466) Concesse a Transmondo arcivescovo di Monreale, che doppo l'anno della speditione delle bolle della sua chiesa, se ne potesse valere, come haverebbe potuto valersene prima che fosse passato l'anno: percicche gli haveva di presenza esposto, che per la malitia de i tempi dubitava di non potersene avanti servire, e che temeva, che poi non se gli opponesse per impedimento, che fosse passato l'anno. ‖ Lello Hist. di Monreale (II.) 23.
» 26	»	(20467) (Hildeboldum) archiepiscopum Bremensem rogat et monet, ut crisma pro Iohanne a capitulo Hamemburgensi in praepositum electo libere largiatur. VI kal. Oct. a° 4°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 608. n° 735. — »Dilecti filii capitulum.«
» 26	»	(20468) Episcopo Bergensi, Tutrensi Cisterc. et Holmensi s. Ben. ord. abbatibus Nidrosiens. dioc. mandat, ut de vita, conversatione et miraculis p. mem. Augustini Nidrosiensis archiepiscopi inquirant. VI kal. Oct. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 48. — »Insinuantibus venerabili fratre.«
» 26	»	»Anno dom. nativ. 1268. indict. XI (!). die 26. mensis Sept. in camera domini pape ... Gaufredus episcopus Taurinensis praesentavit se coram sanctissimo in Christo patre domino C(lemente).« ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1485.
» 29	ap. Cryptam ferratam	(20469) Archiepiscopo Cusentino concedit licentiam concedendi fratribus Praedic. ecclesiam s. Matthaei sitam Cusentiae. III kal. Oct. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 45. n° 101. — »Licet ad humilem.«
» 30	Viterbii	(20470) Abbati et conventui monasterii s. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc., quorum procuratorem Nicholaus de Rokebund officialis et vicarius Roffensis episcopi

		1268.
		tunc in remotis agentis in corporalem possessionem ecclesiae de Esgrenwiic Roffens. dioc., quam eis b. m. R(icardus) Roffensis episcopus in usus proprios concesserat, introduxerat, id auctoritate apostolica confirmat. ii kal. Oct. a° 4°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 362. n° 822, *perperam ad* a. 1269. — »Cum a nobis.«
Oct. 3	Viterbii	(20471) Abbati Ahusano (de Ahusen *Lün.*) ord. s. Ben. Augustens. dioc. mandat, ut quae de bonis monasterii de Roggenburg Praemonstr. ord. eiusdem dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eius legitime revocet. v non. Oct. a° 4°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 438; Kuen Coll. scriptor. VI. 38; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 436. n° 4. — »Pervenit ad audientiam.«
» 3	(»)	• (20472) Litterae Clementis IV pro Biachina de Porcilleis. v non. Oct. 1268. ‖ Valentinelli Bibl. mpta ad S. Marci Venetiarum VI. (Venet. 1873. 8°) 131. n° 50.
» 3	»	»Indict. XI (!). die mercurii III octubris Gaufredus Taurinensis episcopus praesentavit se coram sanctissimo patre in Christo domino C(lemente).« ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1486.
» 5	»	(20473) (Ludovico) regi Franciae pro exhibita monasterio s. Aegidii a sententia senescalli Bellicardi appellanti iustitia agit gratias eique idem et villam eius denuo commendat. iii non. Oct. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 629. n° 701. — »Natalis soli memores.«
» 6	»	(20474) Electionem Guidonis de Montelauro decani Aniciensis in Valentinensem episcopum cassam et irritam nuntiat. ii non. Oct. a° 4°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 119. — »Valentinensis ecclesia pastoris.«
» 6	»	(20475) Episcopum, decanum et capitulum Sarisberienses hortatur, ne fratres ordinis b. Mariae de Monte Carmeli in loco Bridport per septem annos et amplius commorantes impediant, quominus ibi divina officia celebrent. ii non. Oct. a° 4°. ‖ Bullarium Carmel. I. 34. n° 9. — »Graviter oculos divinae.«
» 7	»	(20476) Iohanni praeposito ecclesiae Hamemburgensis asserit praeposituram. Non. Oct. a° 4°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 609. n° 736. — »Cum a nobis.«
» 10	»	(20477) Ecclesiae Hamburgensis privilegium confirmat, in quo constitutum est, quod suffraganei, praelati *etc.* eiusdem ecclesiae ad synodos a Bremensi archiepiscopo ultra flumen Albiae celebratas venire non tenentur. vi id. Oct. a° 4°. ‖ Lappenberg l. c. 610. n° 737. — »Sua nobis dilecti.«
» 12	(»)	• (20478) Le pape arrête que l'abbaye de St. Pierre à Gand ne doit admettre personne, soit à titre de pensionnaire, soit à titre de bénéficier ecclésiastique, si cela ne lui est imposé par des lettres apostoliques. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 361. n° 816.
(Spt. 28-Oct. 12)	»	(20479) Episcopo Nepesino mandat, faciat ut arbitrium Nicolai de Terracena capellani apostolici decretorum doctoris, quo materiam questionis inter I(ohannem) Portuensem episcopum et (Petrum) abbatem conventumque monasterii ss. Andreae et Gregorii in clivo Scauri de Urbe ord. s. Ben. super Stagno maiori ex desiccatione ipsius stagni exortam terminaverat, firmiter observetur. iv (kal.? non.? id.?) Oct. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 197 in n° 122. — »Exhibita nobis venerabilis.«
» 12	»	»Indict. XI (!). die ueneris xii mensis octobris Gauffredus episcopus Taurinensis praesentavit se coram sanctissimo patre domino C(lemente).« ‖ Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1487.
» 14	»	(20480) (Carolo) regi Siciliae significat, eum matrimonii foedus cum filia (Przemyslai Ottokari) regis Bohemiae inire non posse. ii id. Oct. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 630. n° 702; Erben Reg. Bohem. II. 243. n° 626; *cf.* Palacky Reise 41. n° 320. — »Martinum habitu saltem.«
» 14	»	(20481) Archiepiscopo Surrentino committit et mandat, ut Aversanos a sententiis excommunicationis, quas pro favore Corradini et regni turbatione incurrerant, absolvat. ii id. Oct. a° 4°. ‖ Martene l. c. 630. n° 703. — »Cum civitas Aversana.«
» 19	»	• (20482) Monasterium Rune [Rühn] tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona, quorum plura nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. xiv kal. Nov. indict. XII. incarn. dom. a° 1268. (pont. a° 4°). ‖ Meklenb. UB. II. 348. n° 1149.
» 21	»	(20483) Monasterii monialium Fontis s. Mariae [Fraubrunnen] Cisterc. ord. Constantiens. dioc. protectionem suscipit eiusque terras, domus, pascua et alia bona confirmat. xii kal. Nov. a° 4°. ‖ Solothurn. Wochenbl. f. 1831. p. 450; Zeerleder Urk. d. Stadt Bern II. 8. n° 515; Amiet Regest. von Fraubrunnen 4. n° 13. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 23	»	(20484) (Rodingero) priori fratrum Praedic. domus Moguntinae committit, ut Wernherum archiepiscopum Moguntinum, qui ab exactione theloneorum in fluvio Rheno destiterit et illa omnino dimiserit, ad eius conscientiam serenandum, quamvis ipse pro huiusmodi exactione et perceptione dictorum theloneorum non credat ullo modo se aliqua excom-

		1268.
		municationis sententia fore ligatum, ab omni censura ecclesiastica absolvat. x kal. Nov. a° 4°. ‖ Schunck Cod. dipl. 27. — »Ex tenore petitionis.«
Oct. 26	Viterbii	(20485) (Theobaldum) regem Navarrae hortatur, ut canonicis S. Urbani Trecensis litteras de acquirendis pro ecclesia sua possessionibus, quas a Iohanne Garcia Trecensi canonico quondam eiusdem ecclesiae procuratore fraudulenter obtentas detinebat, sine mora restituat. vii kal. Nov. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 631. n° 704; *cf.* Jubainville Comtes de Champagne VI. 39. n° 3504. — »Illustribus et praesertim.«
» 26	»	(20486) Cinthio rectori, consilio et communi Cornetanis mandat, ut, si Urbis vicarius eis inhibuerit, ne ad curiam victualia deferant, ipsius mandatis super his minime pareant. vii kal. Nov. a° 4°. ‖ Martene l. c. 632. n° 705. — »Non est nobis.«
» 28	»	(20487) (Carolo) regi Siciliae consulit, ut nihil dubii ante ducis Burgundiae adventum aggrediatur. v kal. Nov. a° 4°. ‖ Martene l. c. 632. n° 706; Giudice Cod. dipl. II. i. 230. — »Litteras dilectorum filiorum.«
» 29	»	(20488) Magistro ordinis hospitalis Hierosol. fratrem P. de Bello vicino, qui papae in officio cubicularii fideliter serviverat, commendat. iv kal. Nov. a° 4°. ‖ Martene l. c. 633. n° 707. — »Licet fratres tuos.«
» 29	»	(20489) Fratri Philippo de Aegris ordinis hospitalis Ierosol. terminum remanendi apud C(arolum) regem Siciliae usque ad pascha prorogat. iv kal. Nov. a° 4°. ‖ Martene l. c. 633. n° 708. — »Licet dilectus filius.«
» 30	»	(20490) (Carolo) regi Siciliae comitem Tadaeum et Malatestam de Verolo propter fidelitatem, quam semper uniformiter ad Romanam habuerunt ecclesiam, commendat. iii kal. Nov. a° 4°. ‖ Martene l. c. 634. n° 709; Giudice Cod. dipl. II. i. 233. — »Nota fides et.«
» 30	»	(20491) H(ildeboldo) archiepiscopo Bremensi mandat, ut ecclesiae Hamemburgensis nomen in suo titulo seu vocabulo nullatenus supprimat, sed de cetero Bremensem et Hamemburgensem archiepiscopum, sicut ab eius praedecessoribus observatum sit hactenus, studeat se nominare. iii kal. Nov. a° 4°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 611. n° 738. — »Dilecti filii . . . .«
(Mart. 4-Nov. 2)	»	(20492) G(uidonem) episcopum Autissiodorensem, cum regimen viduatae ecclesiae Lugdunensis suscipere nollet, adhortatur ut voluntati Dei obediens archiepiscopalem dignitatem benigne accipiat; »si recipis quod offertur, tibi cedet ad meritum, . . . et non tantum Lugdunensi ecclesiae providebitur, quin etiam esse poterit regno Franciae fructuosûm et regi, nosque perinde tibi tenebimur ad gratiarum multimodas actiones.« iv non. . . . a° (4°). ‖ Lebeuf Hist. d'Auxerre II. pr. 288 (éd. 1855. IV. 122. n° 210). — »Tuarum series litterarum.«
Nov. 3	»	(20493) (Aleardum) Ragusinum archiepiscopum ad ecclesiam Arborensem transfert. iii non. Nov. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 165. n° 185; Farlati Illyr. sacr. VI. 110. — »Rationis oculis intuentes.«
» 5	»	(20494) Abbati et conventui monasterii de Walkenrid Cisterc. ord. Maguntin. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. Non. Nov. a° 4°. ‖ UB. für Niedersachsen II. 262. n° 396. — »Cum a nobis.«
» 6	»	(20495) (Margarethae) comitissae Flandrensi scribit de postulatione Brugensis praepositi nepotis ipsius comitissae in praepositum ecclesiae Insulensis et addit, se votis capituli Insulensis annuere non potuisse, *etc.* viii id. Nov. a° 4°. ‖ Baluze Hist. de la maison d'Auvergne II. 94. — »Sane nec ipse.«
» 6	»	(20496) I(ordano) SS. Cosmae et Damiani diac. card. mandat, ut partes suas interponat in componenda controversia inter episcopum Anagniensem et Raynaldum Rubeum. viii id. Nov. a° 4°. ‖ Martene Thes. anecd. II. 634. n° 710. — »Si qua est.«
» 7	»	(20497) (Otakarum) regem Boemiae monet, ne assentiat electoribus imperii Romani, qui volebant ad secundam electionem procedere prima pendente. vii id. Nov. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 43—46, *non integra*; Erben Reg. Bohem. II. 243. n° 627; *cf.* Palacky Reise 42. n° 321; Böhmer Regest. 1246—1313. p. 329. n° 199. — »Dilecti filii magistri.«
(Fbr. 15-Nov. 29)	»	(20498) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad ecclesiam s. Iohannis in Vineis Suessionensis ord. s. Aug. die festivitatis s. Iohannis bapt. *etc.* devotionis causa accesserint annuatim, indulgentiam 100 dierum concedit. A° 4°. ‖ Grisius Chron. abbat. s. Iohannis ap. Vineas 138; de Louën Hist. de l'abb. de s. Jean des Vignes, pr. 309.
(»)	(»)	Officiali et magistro Helyae / Magistro Girardo de Rampilione } A° 4°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 391, *vid.* 1268. Iun. 13. n° 20389 et n° 20388.
—	»	(20499) Ecclesiam s. Mariae in Bolonia tuendam suscipit omnesque eius possessiones et redditus, quos nominatim recenset, confirmat. A° 1268. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 31; Leroi Notre-Dame de Boulogne 326. — »Ad exemplar praedecessorum.«

1265—1268.

— — (20500) (Carolo) regi Siciliae commendat magistrum I(ohannem) de Procida. *Sine signo chronol.* ‖ Cherrier Hist. de la lutte des papes IV. 524. — »Habet interdum serene.«

— — (20501) Philippo primogenito (Ludovici) regis Franciae narrat rumores, quos magister Matthaeus capellanus suus, (Theobaldi) regis Navarrae clericus de eius iuventutis primitiis curiae attulit, laudat eius modestiam et addit, se salutationis verba ab eo libenter recepisse et paratum esse, eius preces gratanter audire. *Sine nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1269. — »Dilectus filius magister.«

— — (20502) Universis Christifidelibus, qui manum porrexerint adiutricem, ut ecclesia Osloensis [Oslo] possit consummari, 100 dies de iniuncta poenitentia relaxat. *Sine data.* ‖ Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. I. 22. — ». . . . . mus . . . .«

— — (20503) Mandat ut praelatorum et capitulorum cathedralium ecclesiarum Bituricensis necnon et Burdegalensis provinciae assensus ad petitionem Bituricensis et Burdegalensis archiepiscoporum, qua super quaestione de primatia inter utrumque suborta provisioni sedis apostolicae omnia iura sibi et suis ecclesiis competentia commiserint, requiratur. ‖ P. de Marca De concordia. Append. auct. vet. 122; *idem* Dissert. tres 373. — »Humilis doctrina magistri.«

1268.

Nov. 29 Viterbii — MORITUR. »Infirmatus est papa Clemens IV in festo s. Caeciliae, et octo diebus post, scilicet in vigilia s. Andreae, ultimum diem clausit.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 248. — »III kal. Dec. 1268 obiit.« ‖ Annal. Senens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 231. — »Obiit Viterbii in vigilia b. Andreae apostoli.« ‖ Bern. Guido *in* Raynaldi Ann. ad a. 1268 § 54. — »In vigilia b. Andreae apostoli viam carnis ingreditur universae.« ‖ Guil. de Podio Laurent. Chron. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 703. — »Obiit vigilia s. Andreae.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 203. — »III kal. Dec. obiit.« ‖ Ann. de Wintonia *in* Annal. monast. II. 107.

»In festo s. Andree (*i. e.* d. 30. Nov.) male mortuus est.« ‖ Annal. Scheftlariens. min. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 345 (*in* Quellen u. Erört. z. bayer. Gesch. I. 403). — »In festo b. Andreae obiit.« ‖ Annal. Lubicens. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 413. — »In festo b. Andreae migravit ad Dominum, sepultus honorifice in ecclesia fratrum Praedicatorum Viterbii.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccles. lib. 22. c. 38 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1161. — »Circa festum s. Andreae apost. … hominem terrenum exuit.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Annal. Monast. IV. 220.

»Cum 3 annis et 9 mensibus et diebus 24 Romanam ecclesiam gubernasset, apud Viterbium migravit ad Dominum die tertio exeunte Novembri« (*i. e.* d. 28. Nov.) ‖ Annal. S. Iustin. Patav. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 191. — »In mense Novembris, tertio die exeunte obiit papa Clemens IV natione Provincialis.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 249. — »Obiit in vigilia s. Saturnini mart.« (*i. e.* d. 28. Nov.) ‖ Ann. de Oseneia *in* Annal. monast. IV. 219.

»De mense Novembris 4. exeunte (*i. e.* d. 27. Nov.) ab hac luce expiravit 1268. indict. XII.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 531 (Chronica tria Placent. 252).

»In mense Novembri in die s. Chrisogoni (*i. e.* d. 24. Nov.) moritur, qui quoniam in papatu nunquam Romam intraverat, in loco ubi iam diu steterat, videlicet in Viterbio sepelitur.« ‖ Hermanni Altah. Ann. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 406.

»Clemens IV obiit a° 1269 kalendis Decembris« (*i. e.* d. 1. Dec.). ‖ Breviar. historiae Pisan. ap. Muratori l. c. VI. 198.

»Apud Viterbium vitae chirographo resignato creditum naturae reddidit.« ‖ Sallae Malaspinae Res Sicul. ap. Baluze Miscell. VI. 322 (ap. Muratori l. c. VIII. 858). — »A praesenti saeculo migrans Viterbii moritur et ibidem in fratrum Praedicatorum ecclesia tumulatur.« ‖ Nic. Triveti Annal. ed. Hog 273.

»Hic fratres Praedicatores multum dilexit et secundum ipsorum ordinem in cibis et aliis observantiis eorum se gessit.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. 1161. — »Iste papa ita vigiliis, ieiuniis et orationibus ac aliis bonis operibus erat intentus, quod multas tribulationes, quas tunc sustinebat ecclesia, Deus suis meritis creditur extinxisse.« ‖ Matth. Paris Hist. maior 1005. — »Vir summe sapiencie, discretionis et probitatis, vitam quasi sanctam duxit, quamdiu fuit in apostolatu.« ‖ Catal. pontif. Rom. cont. Laudunensis ap. Pertz l. c. XXII. 371. — »Vir totius providentiae (prudentiae *R.*) prae cunctis generationis huius.« ‖ Vita Cl-s auct. Bernardo Guid. ap. Muratori l. c. III. I. 595 E; Raynald. l. c. § 54. — »Fuit vir benignus generaliter habitus, cantor delicatus, in concionando non habens socium, sibi austerus, ceteris pius.« ‖ Iordanus ap. Raynald. l. c. § 54.

VACATIO. »Cessavit apostolatus urbis Rome a morte domni pape Clementis IV per duos annos et 10 menses et 26 dies.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz M. G. H. scr. XVIII. 554 (Chronica tria Placent. 298). — »Sedes apostolica per mortem pape Clementis . . . . vacaverat annis 2 mensibus 9 diebus 10.« ‖ Oberti Stanconi Annal. ap. Pertz l. c. XVIII. 269. — »Vacavit sedes annis 2 mensibus 9 ebdomadibus 3 diebus 4.« ‖ Florent. Wigorn. l. c. 203, *cf.* 207. — »Vacabat per duos annos.« ‖ Ann. de Oseneia l. c. — »Clemens pp. obiit, post quem sedes apostolica per duos annos et novem menses non valuit

1268.

propter dissensionem cardinalium pontificem obtinere; unde permotus populus urbis Viterbii, ubi tunc curia existebat, donec papam elegissent, inclusos tenuit cardinales.« ‖ Guil. de Nang. Chron. ap. Achery Spicil. III. 41. — »Vacavit sedes annis 3 mensibus 2 diebus 10«. ‖ Matth. Paris l. c. 1006; Nic. Triveti Annal. ed. Hog 274. — »Sedes apostolica vacaverat annis 2 et mensibus 9«. ‖ Guil. de Podio Laur. Chron. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 705. — »Cessavit annis 3 mensibus 2 diebus 10«. ‖ Ottonis Frising. Contin. Sanblas. ap. Pertz l. c. scr. XX. 335. — »Steterant christiani propter divisionem, quae erat inter cardinales, sine papa per 3 annos et menses novem et dies 21«. ‖ Salimbene Parmens. Chron. 259. — »Fuit spatium 2 annorum et 9 mensium.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. 1162.

Signum Clementis IV pontificium: **Oculi mei semper ad Dominum.** (Psalm. 24, 15. — Raynaldi Ann. ad a. 1265 § 3 et Ciacconii Vit. pontif. Roman. II. 170 Clementem pp. pro emblemate verbis Fac mecum Domine signum in bonum usum esse perperam affirmant). **1265.** Nov. 4. n° 19436 — n° 19588. 19608. 19685. 19920 — **1267.** Mai. 26. n° 20021.

Bullis Clementis IV subscripserunt:

Rodulphus (Radulphus de Chevrières) episcopus Albanensis. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363 — **1265.** Nov. 4. n° 19436.

Henricus (de Bartholomaeis, Gallus) episcopus Hostiensis et Velletrensis. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Sept. 24. n° 19363 — n° 19436. 19588. 19608. 19634. 19685. 19694. 19796. 19920. 20021. 20062. 20083. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Iohannes (de Tolleto) episcopus Portuensis tit. S. Rufinae. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436. 19588. 19608. 19634. 19685. 19694. 19796. 19920. 20021. 20062. 20083. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Stephanus episcopus Praenestinus. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436. 19588. 19608. 19634. 19685. 19694. 19796. 19917. 19920. 20021. 20062. 20083. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Odo (**Otho** de Castro Radulphi) episcopus Tusculanus. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19436. 19588. 19634. 19685. 19694. 19796. 19917. 19920. 19948. 20021. 20062. 20083. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Annibaldus (Ambaldus de Molaria, fr. ord. Praed.) presb. cardinalis basilicae XII apostolorum. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436. 19588. 19608. 19634 — **1267.** Ianr. 13. n° 19920.

Guido (antea abbas Cistercii). **1265.** Febr. 26. n° 19037 — 19038. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Guillelmus (de Braio) presb. cardinalis tit. S. Marci (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436. 19588. 19608. 19634. 19685. 19694. 19796. 19917 (*ubi* Gilbertus *legitur*). 19920. 20021. 20062. 20083. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Simon (Paltinerius) presb. cardinalis tit. S. Martini. (*Cf.* p. 1541.) **1268.** Ianr. 11. n° 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Ancherus (Pantaleo) presb. cardinalis tit. S. Praxedis. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436. 19608. 19634. 19685. 19694. 19796. 19917. 19920. 20021. 20062. 20083 (*ubi* Andreas *legitur*). 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276 (*ubi* Oncherus *scribitur*).

Ottobonus (de Flisco) diac. cardinalis tit. S. Adriani. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 et 19038.

Riccardus (Hannibaldensis, de Molaria) diac. cardinalis tit. S. Angeli. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — 19038. 19436. 19608. 19634. 19685. 19694. 19796. 20062. 20083. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Iordanus (Piruntus de Comitibus, Tarracinensis) diac. cardinalis tit. SS. Cosmae et Damiani. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19608. 19920 — **1267.** Iul. 15. n° 20083.

Ubertus (ex Comitibus de Ulcio) diaconus card. tit. S. Eustachii. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Sept. 24. n° 19363 — n° 19436. 19588. 19608. 19634. 19685. 19694. 19796. 19920. 20021. 20062. 20083. 20213 (*ubi* Umbertus *legitur*) — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Gottifredus (de Alatro) diac. cardinalis tit. S. Georgii ad velum aureum. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436. 19588. 19608. 19634 (*ubi* Gonfridus *legitur*). 19685. 19694. 19796. 19920. 20021. 20062. 20083. 20213 — **1268.** Febr 28. n° 20276.

Iacobus (Sabellus) diac. cardinalis tit. S. Mariae in Cosmidin. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436. 19588. 19608. 19685. 19694. 19796. 19920. 20062. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Matthaeus (Rubeus Ursinus) diac. cardinalis tit. S. Mariae in porticu. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19608. 19920. 20021 — **1267.** Iul. 5. n° 20062.

Octavianus (Ubaldinus) diac. cardinalis tit. S. Mariae in via lata. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436 (*ubi* Attamanus *legitur*). 19588. 19796. 19920. 20021. 20062. 20083. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Iohannes (Gaietanus Ursinus) diac. cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Febr. 26. n° 19037 — n° 19038. 19363. 19436. 19588. 19917. 20213 — **1268.** Febr. 28. n° 20276.

Datae sunt bullae per manum magistri **Michaelis de Tholosa** S. R. E. vicecancellarii. (*Cf.* p. 1541.) **1265.** Sept. 24. n° 19363 — n° 19436. 19588. 19608. 19634. 19685. 19694. 19796. 19917. 19920. 19938. 19948. 20021. 20062. 20083. 20213. 20276 — **1268.** Iun. 22. n° 20400.

1269.

—	(Viterbii)	(20504) Episcopi, presbyteri et diaconi sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinales Rodulpho episcopo Albanensi apostolicae sedis legato, quem Clemens papa IV ad partes Galliae cum plenae legationis officio destinaverat, committens ei nihilominus idem legationis officium in partibus transmarinis, atque qui de eius manibus crucis recepto signaculo prosecuturus commissum officium in Franciam processerat, committunt in dictis partibus ultramarinis plenam legationem, cum appropinquet tempus passagii generalis, legati praesentia sit ibidem multipliciter opportuna, praesertim autem cum ad praesens sede apostolica vacante alius non supersit, qui valeat in huiusmodi articulo, prout ipsius exigat necessitas, providere. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1269 § 7; Wadding Ann. Minor. IV. 295. — »Gustato frequenter amaritudinis.«

1270.

Mai. 15	»	(20505) Ludovico regi Franciae episcopi, presbyteri et diaconi S. R. E. cardinales amplissimas agunt gratias ob navatam operam in revocandis Graecis ad ecclesiae obsequium. »Id. Mai. a° Di 1270 apostolica sede vacante.« ‖ Wadding l. c. 306; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 170; *omisso initio* Raynald. l. c. ad a. 1270 § 2. — »Inter cetera quae.«
» 15	»	(20506) Episcopi, presbyteri et diaconi S. R. E. cardinales (Rodulphum) episcopum Albanensem apostolicae sedis legatum certiorem faciunt de omnibus, quae ab apostolicis apocrisiariis per Urbanum IV et Clementem IV missis cum Palaeologo Graecorum imperatore ad reducendum hunc et Graecos ad unitatem ecclesiae fuere agitata, eumque ad rem cum illis componendam instruunt. »Id. Mai. apost. sede vacante.« ‖ Raynald. l. c. § 3—5; Wadding l. c. 303; Sbaralea l. c. 168. — »Inter cetera quae.«
Iun. 7 resp. 8	Viterbii in palatio discooperto episcopatus Viterbiensis.	(20507) Episcopi, presbyteri et diaconi S. R. E. cardinales infirmitati H(enrici) Ostiensis et Vellitrensis episcopi compatientes Alberto de Monte Bono potestati et Raynerio Gatto qui pro capitaneo Viterbiensi se gerit et communi Viterbiensi mandant, ut, »cum idem episcopus iuri et voto sibi competentibus in electione Romani pontificis renunciaverit coram nobis, quantum ad praesentem vacationem dumtaxat, volens ut, non obstante eius absentia, sine ipso hac vice libere procedamus ad providendum Romanae ecclesiae de pastore, ratam habiturus et gratam electionem seu provisionem, quam de Romano pontifice absque ipso et eius requisitione duxerimus faciendam,« eundem episcopo de ipso palatio statim egredi libere permittant nec ipsum de cetero aliquatenus detineant invitum. »VII (VI *M.*) id. Iun. a° Di 1270 apostolica sede vacante.« ‖ Domin. Macri Hierolexicon (Romae 1677. fol.) 176; Ciacconius Vit. pont. Roman. II. 184; Bussi Istoria di Viterbo 411. — »Infirmitati venerabilis fratris.«
Iul. 28	(Viterbii)	• (20508) I cardinali, morto Clemente IV, trovandosi a conclave in Viterbo, esortano il comune di Perugia a desistere dall'aggravare il vescovo e gli ecclesiastici pel risarcimento delle mura della città. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. II. 488.
» 31	»	• (20509) S. R. E. cardinales universitati et communi Firmanis mandat, ut restituant priori et fratribus hospitalis s. Iohannis Hierosolimitani in Anconitana marchia ecclesias s. Mariae, Iacobi de Monacla ac earundem possessiones ad dictum hospitale pertinentes. II kal. Aug. a° Di 1270, sede vacante. ‖ Cronache della città di Fermo 438. n° 335.

Thedaldus (*al.* Thealdus, Theobaldus) ortus est **Placentiae** a° 1210 (ut in vetustissima pergamena eius vitam continente Ciacconius Vit. pont. Roman. II. 185. legit) ex **Vicecomitum** stirpe perantiqua, sed incertum an congeneri eis, qui Mediolano potiti sunt. Ignorantur Thedaldi progenitorum nomina. Fuit adolescens nobilis quidem genere, sed moribus nobilior. — Sacerdotium Placentiae in ecclesia s. Antonini mart. adeptus est. In ecclesia Leodiensi archidiaconatum obtinuit; sed quando Leodium petierit quave de causa Thedaldus, nusquam invenio traditum. Eum fuisse Placentinum episcopum non constat.

Iacobo Praenestino episcopo, cuius domui oeconomi iure praefuit, mortuo Parisiis aliquamdiu divinis studiis operam navavit. Interfuit concilio Lugdunensi priori et Philippi eius urbis archiepiscopi consilia rexit. Ottobonum Fliscum S. Adriani diac. card. a Clemente IV in Angliam missum legatum sequutus est. Cum Ludovicus IX rex Francorum expeditionem Tunetanam suscepisset, Thedaldus ab eo accersitus ex Anglia in Italiam rediit. Brundusii dum transfretandi in Africam tempus exspectat, Ludovici regis mortem audivit, qua perturbatus consilium suum, ut Hierosolymam proficisceretur, vertit. Navigio igitur Ptolemaidem delatus, Eduardum primogenitum Henrici Anglorum regis et sororem eius Beatricem, qui sacrae peregrinationis studio eo paulo ante applicuerant, invenit. Ibidem existens extra collegium cardinalium a sex compromissariis cardinalibus pontifex Romanus designatur.

1271.

Sept. 1	Viterbii	ELIGITUR. »Cum cardinales urbis Romae diu stetissent in magna divisione in electione summi pontificis per duos annos et plus, ad ultimum concordia eligerunt sex ex eis, scilicet tres de qualibet: videlicet ex una parte primo dominum Ricardum de Anibalibus cardinalem, dominum Octavianum cardinalem, dominum Guidonem de Cistella cardinalem, ex altera parte dominum Iohannem Gaytanum et dominum Ottobonum et dominum Symonem de Padua cardinales, in quibus se omnes in concordia compromiserunt ut in quemque quinque ex ipsis sex sese concordaverunt, esset papa et pontifex populi Romani. Unde predicti arbitri, quinque ex ipsis sex, ... presentibus et volentibus omnibus cardinalibus in civitate Viterbii, qui cardinales erant XVIII, ex quibus X erant ex una parte et VII erant ex alia et unus renuntiaverat electioni eorum, die martis primo mensis septembris in festo b. Egidii confessoris 1271, indict. XIV. eligerunt dominum Tedaldum Vicecomitem natione Placentiae, archidiacenum Lodoeci (*i. e.* Leodii), in summum pontificem et appostolicum populi romani. Qui dominus Tedaldus non erat presens, sed erat in civitate Acri ultra mare ... in defensione Terre sancte cum Odoardo filio regis Anglie.« ‖ Chronica tria Placent. 298; Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 554. — (Compromissum, quo sex cardinalibus potestas datur pontificis eligendi — Instrumentum electionis factae per compromissarios — Assensus ceterorum cardinalium electionem ratam habentium — Cardinalium epistola ad Thealdum electum Romanum pontificem *leguntur* d. d. »Viterbii, a° incarn. dom. 1271 mense Septembris, die prima eiusdem mensis« ap. Wadding Ann. Minor. IV. 330—333; in Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 171; ap. Raynald. Ann. ad a. 1271 § 7—17; in Ciacconii Vit. pont. Roman. II. 186; ap. Labbe Conc. XI. I. 923—927; ap. Mansi Conc. XXIV. 21—26.) — »Kal. Sept. a° 1271 fuit electus dominus Gregorius pp. X.« ‖ Annal. Senens. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 231. — »In kalendis Sept. domnus Thebaldus vicecomes de Placentia ellectus fuit in sommum pontificem.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 683 (Chronica Parmens. 88). — »Kal. Sept. Theobaldus archidiaconus Leodiensis ... in summum pontificem est electus.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 207. — »Gregorius XII (*legas* X) electus in festo Egidii.« ‖ Annal. Basileens. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 194. — »Electus est prima die Septb. et sedit a die suae coronationis usque ad diem sui transitus de hoc mundo annis 4 et mensibus 4.« ‖ Annal. Lubicens. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 413. — »Eodem a° post biennium (biennem *Gér.*) et novem menses sedis apostolicae vacationem in festo b. Egidii electus est Theobaldus de Placentia archidiaconus Leodiensis in papam, cum esset absens in transmarinis partibus apud Acon.« ‖ Guil. de Nangiaco Gesta Philippi III ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 528 (Chron. ed. Géraud I. 242). — »Electus est in pontificem Theobaldus archidiaconus Leodiensis a° Di 1271 kal. Sept.« ‖ Guil. de Podio Laur. Chron. ap. Duchesne l. c. 705. — »A° Di 1271 in festo b. Aegidii cardinales in electionem conveniunt in archidiaconum Leodiensem, qui vocatus est Gregorius.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccles. lib. 22. c. 43 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1164. — »Est electus in palatio Viterbii 1. die Sept. in festo s. Aegidii.« ‖ Vita G-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 597. — »In festo s. Egidii abbatis electus fuit quidam archidiaconus de Leges (*i. e.* Liége) nomine Theardus.« ‖ Ann. de Oseneia *in* Annal. monast. IV. 219. — »Primo die Septembris in festo s. Aegidii Romani cardinales ... mag. Theobaldum .., quem vulgus consueto vocabulo vocitabat Tyardum, ... in summum pontificem unanimiter elegerunt.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Ann. monast. IV. 246. »Hic cum archidiaconus esset Leodiensis ecclesiae et devotionis causa ivisset ultra mare, ibidem existens in palatio Viterbiensi in papam eligitur a cardinalibus.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 261. — »Sedit annis 4 et diebus 10 accipiendo tempus quo

1271.

pontificio usus est, non quo fuit creatus; quod fuit spatium 4 mensium, et cessat diebus 10.... Hic ... existens archidiaconus Leodiensis ex devotione transfretavit in Terram sanctam. Cardinales igitur in ipsum dirigunt vota existentes in palatio Viterbiensi. Hic rediens de ultra mare, transivit per regnum Apuliae ... Hic veniens Viterbium, ubi erat collegium cardinalium, acceptato papatu vadit Romam, ibique coronatur et consecratur.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. lib. 23. c. 1 ap. Muratori l. c. 1165.

»Cum ampla cardinalibus adesset otialitas, inter tot sapientes viros quos mundi continent cardines unum eligere, qui apostolice sedi preesset, odio canino succensi, tabescentis invidie livoribus titillati intronizaverunt personam tam totius expertem scientie, quam omni penitus urbanitate carentem.« ‖ Henricus de Isernia ap. Dollinec Cod. epist. 30. *Sed cf. iudicia in fine regest. huius papae.*

1272.

Ianr. 1 — »In Brunditio — die primo mensis Ianuarii applicuit domnus papa, deinde Viterbium, et vocatum est nomen eius Gregorius decimus.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 554. — »Mense Ianuario navigando applicuit Brundusium.« ‖ Vita Gregorii X ex ms. Bernardi Guidonis ap. Muratori l. c. III. 597; Raynaldi Ann. ad a. 1272. XXII. 288. — »Cum omni incolumitate et gaudio in kalendis Ianuarii Brundusii portam ingreditur.« ‖ Vita G-i auctore anonymo ap. Muratori l. c. 601.

Febr. 10 — Viterbium, — »Veniens per regnum Siciliae rege Carolo comitante per Capuam pervenit videlicet IV id. Febr.« ‖ Vita Gr-i ex ms. B. Guid. ap. Muratori l. c. 597 (ap. Raynald. l. c. ad a. 1272. XXII. 288. not.).

Mart. 4 — Viterbii — (20510) (Philippo) regi Franciae suam in papam electionem nunciat, eumque, cui suarum litterarum primitias destinat, monet et hortatur, ut suorum progenitorum laudabilia imitando vestigia Romanam ecclesiam matrem suam honorare studeat et fovere. Notum facit, se ei destinare Corinthiensem archiepiscopum, ut provideat super certa quantitate militum et galearum in auxilium Terrae sanctae ad praesens mittendorum. »Nec mireris quod bulla non exprimens nomen nostrum est appensa praesentibus, quae ante consecrationis et benedictionis nostrae solemnia transmittuntur.« »IV non. Mart. suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°.« ‖ Martene Ampl. collect. II. 1270; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1272 § 5; ap. Campi Hist. di Piacenza II. 411. n° 120. — »Gloria in altissimis.«

» 4 — » — (20511) Gaufridum de Belloloco ord. Praedic. hortatur et rogat, ut vivendi modum cl. mem. Ludovici regis Francorum in omnibus et singulis actibus et observantiis suis seriatim et secreto sub suo sigillo quamcitius poterit, sedi apostolicae scribat. »IV non. Mart. suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°.« ‖ Raynald. l. c. § 59; Campi l. c. II. 410; Ripolli Bullar. Praed. I. 503. n° 1; Touron Hist. des hommes illustres de l'ordre de s. Dominique I. 298 *lat. et gallice*; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1272 § 1; Fontana Mon. Domin. 101. — »Clarae memoriae Ludovici.«

» 4 — » — (20512) (Margaretae) reginae Franciae scribit, se cogitare non sine magno compassionis affectu circa dilatatas oppressiones et angustias Terrae sanctae »quas vidimus et propria manu palpavimus in minori officio constituti«; se (Philippo) regi Franciae filio eius mentem suam super hoc aperire decrevisse per litteras speciales, quas per archiepiscopum Corinthiensem ei dirigat. Rogat eam et hortatur, ut apud eundem regem ad id partes suas interponat *etc.* »IV non. Mart. suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°. ‖ Campi l. c. 412. n° 121; *cf.* Raynald. l. c. 1272 § 5. — »Intra paternae claustra.«

» 4 — » — (20513) Comiti Sabaudiae significat, se ad regem Francorum pro quibusdam arduis negotiis archiepiscopum Corinthiensem destinare, eumque rogat, ut credat indubitanter »sicut ab ore nostro prolata«, quae idem archiepiscopus ipsi circa praemissa duxerit referenda. »IV non. Mart. suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Campi l. c. n° 122; *cf.* Raynald. l. c. — »In manu supernae.«

» 4 — » — (20514) Archiepiscopo Rothomagensi scribit de eodem Terrae sanctae negotio ac de eodem Corinthiensi archiepiscopo latore praesentium. »IV non. Mart. suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 173. n° 1; Campi l. c. 413. n° 123; *cf.* Raynald. l. c. — »Dirae persecutionis immanitas.«

» 4 — » — (20515) Visitatori et praeceptori domorum militiae Templi ac priori domorum hospitalis s. Iohannis Hierosolymitani in Francia scribit de eodem Terrae sanctae negotio eosque rogat, ut, si rex Franciae ad destinandum illuc subsidium opportunum non adeo liberaliter se promptum et facilem exhibeat, ad vitandum exterminium ipsius terrae mutuum usque ad quantitatem 25000 marcharum argenti, per quod in militibus et galeis promptus possit haberi succursus, communiter contrahant. »IV non. Mart. suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Campi l. c. 413. n° 124. — »Diras et intolerabiles.«

» 5 — » — (20516) Archiepiscopos et episcopos, abbates .... et alios ecclesiarum praelatos ac rectores necnon hospitalis Hierosolymitani et militiae Templi magistros, praeceptores et fratres ad quos litterae istae pervenerint requirit et hortatur, ut archiepiscopo Corinthiensi,

1272.

quem pro quibusdam magnis et arduis ecclesiae Romanae negotiis destinet, de securo conductu et singulis diebus in 30 solidis Turonensibus pro suis necessariis liberaliter provideant. »III non. Mart. suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Campi l. c. 413. n° 125; *cf.* Raynald. l. c. — »Cum venerabilem fratrem.«

Mart. 13 — »Romam — intravit die dominico 13. mensis Martii cum tota curia [»venit Romam in vigilia s. Gregorii« (*i. e.* Mart 11). ‖ Ann. de Wintonia *in* Annal. monast. II. 111], et

» 19 — die sabbati sequenti factus est presbiter, et

» 27 — die dominica sequenti in civitate Roma

CORONATUS cecinit et cellebravit missam.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 554; *cf.* 555. — »In Romam vadens VI kal. April. (*i. e.* d. 27. Mart.) est coronatus.« ‖ Vita Gr-i ex ms. Bernardi Guid. ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 597. — »Vigilia s. Cuthberti (*i. e.* 19. Mart.) Theobaldus Leodiens. archidiac. ... nuper in Petri successorem electus in sacerdotem est consecratus, et in crastino, dominica videl. secunda quadragesimae, ad summum sacerdotium est provectus et in cathedra summi pontificatus solemniter est CONSECRATUS.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 207. — »In media quadragesimae consecratus est in papam.« ‖ Ann. de Wintonia l. c. 111. — »IV id. Febr. (*i. e.* d. 10. Febr.) consecratus Gregorius X est vocatus.« ‖ Guil. de Nangiaco Gesta Philippi III ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 528 (Chron. ed. Géraud I. 242).

» 29 — Laterani — (20517) (Thomae) patriarchae Hierosolymitano et eius suffraganeis nunciat, se ad conscendendam apostolicae praeeminentiae cathedram concorditer electum esse et tanti oneris sarcinae imbecilles exposuisse humeros. Monet eum et rogat instanter, ut »vestris orationibus devotis et sedulis nostras manus debiles confortetis.« IV kal. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 9–11; Wadding Ann. Min. IV. 343; Ripolli Bullar. Praed. I. 503. n° 2; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 9. n° 1. — »Gloria in altissimis.«

- *In eundem modum* Archiepiscopo Senonensi et eius suffraganeis. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 414. n° 126.

» 29 — » — (20518) (Henrico) regi Angliae nunciat, se esse electum in papam *etc.* Monet et exhortatur eum, cui »nostrarum litterarum primitias destinamus«, ut suorum progenitorum laudabilia imitando vestigia ecclesiam matrem suam honorare studeat et fovere. IV kal. Apr. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 121. — »Gloria in altissimis.«

- *In eodem modum* (Philippo) regi Franciae. ‖ Campi l. c. II. 415. n° 127.

» 29 — » — (20519) Potestatem consilium et commune Placentinos rogat et hortatur, ut animos suos habilitent ad pacem, habituri nihilominus circa civitatis suae et castrorum suorum custodiam curam sollicitam. IV kal. Apr. a° 1°. ‖ Campi l. c. 416. n° 128; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1272 § 43. — »Regis pacifici cuius.«

» 29 — » — • (20520) Le pape mande au comte de Flandre, qu'après la mort de son prédécesseur Clément IV il y a eu une longue vacance au siége pontifical; qu'enfin c'est sur lui que le choix est tombé pendant qu'il avait entrepris le voyage en Terre-Sainte ...; qu'il a accepté cette dignité difficile, afin de ne pas prolonger l'interregne de l'église; qu'un des motifs de cette acceptation a été les bonnes intentions du comte de Flandre et l'intérêt que lui inspirent les besoins de l'église catholique .... IV kal. Apr. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 52. n° 160.

» 31 — » — (20521) Consilium et commune Venetorum rogat et hortatur, ut tres galeas remis sarctis velisque fornitas, quas »nos tam in armaturis quam in aliis muniri necessariis faciemus«, prompta sibi liberalitate concedant in Terrae sanctae subsidium transvehendas. II kal. Apr. a° 1°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 419. n° 131. — »Postquam de coelestis.«

- *In eundem modum* Ducem Venetorum — Consilium et commune Ianuenses — Consilium et commune Pisanos — Vicarium Massiliensem.

» 31 — » — (20522) Capitaneis, consilio et communi Ianuensibus mandat, prohibeant suis subditis, ne Sarracenis arma, ferrum et lignamina galearum deferant vel in piraticis eorum navibus gubernationis curam exerceant. II kal. Apr. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 11. n° 2; *non integra et omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1272. § 13–16. — »Adaperiat Dominus suorum.«

- *In eundem modum* Consilio et communi Venetorum. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 417. n° 130.

» 31 — » — (20523) Eduardo primogenito (Henrici) regis Anglorum scribit de suo itinere ad portum Brundusii et Viterbium, »ubi residebat curia. Inibi nobis, licet labore defessis, otio subtracto quietis, per octo dies continue ceteris interim aditu praecluso negotiis ad hoc solum studia nostra vigili meditatione convertimus, ut Terrae sanctae, quam in extremae reliqueramus necessitatis articulo constitutam, defensionis et gubernationis auxilium perveniret.« Rogat eum et hortatur, ut circa custodiam et defensionem eiusdem terrae solicite vigilet et laboret. II kal. Apr. a° 1°. ‖ Campi l. c. 417. n° 129; Ripolli Bullar. Praed. I. 505. n° 3; *omissis primis verbis* ap. Raynald. l. c. § 2. — »Licet de nostre.«

- *In eundem modum* Eadmundo nato regis praedicti — Iohanni primogenito comitis Britanniae. ‖ Campi l. c.

1272.

Mart. 31 Laterani (20524) Archiepiscopo Tyrensi et episcopo Anteradensi mandat, ut pecuniam pro Terrae sanctae subsidio legatam a (Rodulpho) Albanensi episcopo recipiant et in dictae terrae subsidium expendant. II kal. Apr. a° 1°. | Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 174. a° 2°. — »Bonae memoriae.«

° *De eodem argumento* Rolando Bonsinnoris militis *etc.* || Sbaralea l. c. n° 3.

» 31 » (20525) Archiepiscopo Senonensi et episcopis ac abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Senonensem provinciam constitutis generale concilium indicit eisque mandat, ut kalendis Maii a[i] 1274 »in loco, quem licet ad praesens subticeamus ex causa, competenti tamen tempore vobis curabimus intimare«, se apostolico conspectui praesentent. II kal. Apr. a° 1°. | Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1272 § 21—24. — »Salvator noster in.«

° *In eundem modum eodemque die* (Henrico) regi Angliae. || Rymer Foed. I. II. 121.

Apr. ineunte (») (20526) (Stephano) regi Ungariae, qui petiit, ut papa compositionem et formam pacis initae inter ipsum et (Otakarum) regem Boemiae apostolico munimine roboraret, respondet, se huiusmodi negotio supersedendum duxisse, »quia negotium erat valde arduum et multos in se articulos difficiles continebat, de quibus ad praesens, cum de novo ad fastigium dignitatis apostolicae ... simus ... evocati, sufficienter nequivimus informari.« *Absque nota chronol.* | E form. Marini de Ebulo in bibl. Vatic. n° 3976. fol. 60 ap. Erben Regest. Bohem. II. 324. n° 805. — »In cordis nostri.«

Apr. 1 » (20527) (Thomae) patriarchae Hierosolymitano et episcopis ac abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Hierosolymitanam provinciam constitutis generale concilium (Lugdunense) indicit *etc.*, *ut* in n° 20525. Kal. Apr. a° 1°. || Mansi Conc. XXIV. 39; Labbe Conc. XI. I. 939; Ripolli Bullar. Praed. I. 506. n° 6; Cherubini Bullar. I. 140; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 14. — »Salvator noster in.«

» 6 » (20528) Plebano plebis S. Crisci de Maciulis Fesulanae dioc. committit causam prioris capitulique ecclesiae s. Laurentii Florentin. contra Fabrum civem Florentinum, Dinum filium et Riccam uxorem eius, qui illos quadam domo spoliarant, decidendam. VIII id. Apr. a° 1°. || Lami Eccles. Florent. mon. I. 598. — »Conquesti sunt nobis.«

» 8 » • (20529) Le pape écrit à Marguerite fille du comte de Flandre, qu'il est instruit qu'elle a promis de contracter mariage avec Hugues fils du comte de Saint-Pôl à condition que le pape veuille accorder dispense pour l'empêchement de parenté au troisième degré qui existe entre eux. Il réfuse la dispense demandée, mais il permet à Marguerite de contracter mariage avec tout autre et la délie de son premier engagement. VI id. Apr. a° 1°. | Saint Genois Inventaire 52. n° 162.

» 11 » • (20530) Le pape mande à Marguerite fille du comte de Flandre, qu'à sa demande et en faveur de la piété de ses parents il lui permet d'épouser un homme bien soumis au siége apostolique de Rome, dût-il être son allié au quatrième degré. III id. Apr. a° 1°. | Saint Genois l. c. 53. n° 163.

» 13 » (20531) Decano ecclesiae Constantiensis mandat, ut iudicium faciat inter abbatem conventumque monasterii de s. Gallo ord. s. Ben. ex una parte et comitem Hartmannum de Froburg, Hartmannum de Büttikon, Dietericum de Rüti et Bertholdum de Egebottingen milites ex altera super decimis, terris, debitis, possessionibus et rebus aliis litigantes. Id. Apr. a° 1°. | Solothurn. Wochenbl. f. 1825. p. 230. — »Conquesti sunt nobis.«

» 13 » (20532) Declarat, cum nuper papales emanarint litterae, in quibus Hugonem Ierusalem et Cypri regem sub hac intitulatione Regem nominavit, per hanc intitulationem hactenus in apostolicis litteris appositam dicto regi quoad regnum Hierosolymitanum praeiudicium non generari. Id. Apr. a° 1°. || Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 18. — »Cum sub bulla.«

» 16 » (20533) Priori S. Mariae de Virginibus de Venetiis Castellanae dioc. mandat, ut detentores bonorum illicite monasterio s. Georgii maioris Venetiarum ablatorum cogat ad restitutionem. XVI kal. Mai. a° 1°. || Cornelius Eccles. Venet. VIII. 254. — »Pervenit ad audientiam.«

» 21 (») (20534) P(hilippo) regi Francorum significat, se Thomam quondam Bethlemitanum episcopum, dein Cusentinum archiepiscopum praefecisse patriarcham ecclesiae Hierosolymitanae illique mandasse, ut personaliter ad C(arolum) Siciliae regem patruum eius accedens cum ipsius auxilio militare aut navale aut quodcumque Terrae sanctae magis expediens subsidium procuret *etc.* (XI kal. Mai. a° 1°). | Ughelli Ital. sacra IX. 217, *exordio et fine deficientibus.*

» 22 » (20535) Wernhero Moguntino archiepiscopo et suffraganeis eius necnon abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis in Moguntina provincia constitutis mandat et praecipit, ut sententiam anathematis prolatam in eos qui Bertholdum Fuldensem abbatem occiderunt, publicent. X kal. Mai. a° 1°. | Schannat Hist. Fuldens. Cod. prob. 205. n° 94. — »Innovator ecclesiae sanctae.«

Mai. 3 » (20536) Archidiacono Margaritarum in ecclesia Nemausensi, de Sumina et S. Baudilii extra muros Nemausenses prioribus scribit de lite inter Ademarum de Pictavia comitem Valentinum, qui castrum de Clivo Valentinens. dioc. ad S. Theofredum ord. s. Ben. Ani-

1272.

ciens. dioc. pertinens indebite detinebat et restituere nollebat, et abbatem conventumque dicti monasterii diutius agitata eisque mandat, ut super hoc statuant quod canonicum fuerit. V non. Mai. a° 1°. || Chevalier Docum. inéd. relat. au Dauphiné II. livr. 6. p. 46. — »Nobilis vir Ademarus.«

Mai. 3 Laterani (20537) Capitulo ecclesiae Curiensis, qui statuerant, ne praepositus eiusdem irrequisito ipsius ecclesiae capitulo et contempto negocia tractaret eiusdem ac de bonis illius communibus, aliis concedendo ea aut locando aut alias etiam distrahendo, pro sui disponeret arbitrii libertate, hoc statutum confirmat. V non. Mai. a° 1°. | Mohr Cod. dipl. I. 391. n° 262. — »Cum a nobis.«

» 3 » (20538) Monasterio s. Mariae de Virginibus Venetiarum omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. V non. Mai. a° 1°. || Cornelius Eccles. Venet. IV. 47. — »Cum a nobis.«

» 5 » (20539) Ildebrandini (Adimari) canonici Florentini electionem in priorem saecularis ecclesiae s. Laurentii Florentini per episcopum Florentinum factam confirmat. III non. Mai. a° 1°. | Lami Eccl. Florent. mon. III. 1800; Cianfogni Ambros. basilica di Firenze 217. — »Cum a nobis.«

» 5 » (20540) Pacem inter Stephanum regem Ungariae et Othacharum regem Boemiae (mense Iulii a. 1271) initam confirmat et communit, tenorem litterarum praesentibus inserens. III non. Mai. a° 1°. | Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 175. n° 4; Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 90; Theiner Mon. Hungar. I. 295. n° 529 et 299. n° 530; Mon. Hungar. hist. Dipl. VIII. 276 et 278; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 312. n° 780; *cf.* Palacky Reise 42. n° 324, 325; Deutinger Beyträge II. 155. n° 27. — »Lecta nobis serenitatis.«

» 5 » (20541) (Philippo) archiepiscopo Strigoniensi et (Philippo) episcopo Waciensi de superiore bulla significat eisque mandat, faciant, ut pax ipsa per poenas et ea, quae in ipsius tractatu pro illius observatione noscuntur expressa, inviolabiliter observetur. III non. Mai. a° 1°. || Theiner l. c. 304. n° 531; Mon. Hung. hist. l. c. 279; *cf.* Palacky l. c. n° 327. — »Lecta nobis carissimi.«

» 5 » (20542) (Iohanni?) Pragensi et (Brunoni) Olomucensi episcopis mandat, faciant ut pax inter Stephanum regem Hungariae et Othacarum regem Boemiae (mense Iulii a° 1271) inita et ea quae in ipsius tractatu pro illius observatione noscuntur expressa, inviolabiliter observentur. III non. Mai. a° 1°. | Würdtwein Nova subsid. I. 62; Erben Reg. Bohem. II. 311. n° 379; Boczek l. c. 91; *cf.* Palacky l. c. n° 326. — »Lecta nobis carissimi.«

» 5 (») • (20543) Le pape confirme à l'abbé et au couvent de Saint-Aubin d'Angers les droits, libertés, exemptions, terres, dîmes et possessions. III non. Mai. a° 1°. | Bilard Docum. historiq. 53. n° 277.

» 6 » (20544) Fulconem de Podio Riccardi marchiae Anconitanae rectorem in temporalibus constituit. II non. Mai. a° 1°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 174. n° 319. — »Dum incumbentia.«

» 6 » • (20545) Universis nobilibus, potestatibus, communibus *etc.* per marchiam Anconitanam constitutis mandat, ut Fulconi de Podio eiusdem rectori obediant. || Theiner l. c. 175. n° 319 fin.

» 6 » (20546) Episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis ceterisque personis ecclesiasticis *etc.* per Anconitanam marchiam constitutis mandat, ut Fulconi de Podio Riccardi marchiae eiusdem rectori assistant auxiliumque praestent. II non. Mai. a° 1°. | Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 182. n° 5. — »Dum incumbentia nobis.«

» 6 — Magistro Raynero capellano suo: »Ap. Urbem veterem II non. Mai. a° 1°«. || Würdtwein Nova subs. I. 69, *vid.* 1273. Mart. 6.

» 7 Laterani (20547) Guillelmo de S. Laurentio praeposito ecclesiae s. Antonini Placentini capellano suo vicario marchiae Anconitanae in spiritualibus mandat, ut omnes ecclesiasticas personas ad sibi obediendum compellere possit. Non. Mai. a° 1°. || Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 175. n° 320. — »Dum incumbentia nobis.«

» 7 » (20548) Canonicis ecclesiae s. Martini Turonensis omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Non. Mai. a° 1°. || Défense des privil. de l'égl. S. Martin de Tours, pr. 47.

» 7 » (20549) Compositionem inter priorem et conventum fratrum ord. Praed. Barchinonenses ex parte una et episcopum, capitulum et rectores parochialium ecclesiarum Barchinonenses ex altera super iuribus sepeliendi factam confirmat. Non. Mai. a° 1°. || Ripolli Bullar. Praed. I. 508. n° 7. — »Ea que indicio.«

» 7 » (20550) (Henricum) Lincopensem et (Ericum) Scarensem episcopos ac archidiaconum Upsellanensem iudices constituit inter monasterium monialium de Sco Cisterc. ord. et Petrum dictum Bliouscog laicum de curia Fladstad litigantes. Non. Mai. a° 1°. | Liljegren Svenskt diplom. I. 465. n° 563; *cf.* Celse Appar. 84. n° 1. — »Dilecte in Christo.«

		1272.
Mai. 9	Laterani	(20551) Guillelmo de S. Laurentio praeposito ecclesiae s. Antonini Placentini capellano suo vicario marchiae Anconitanae in spiritualibus regimen spirituale civitatis Urbinatis et Massae Trabariae confert. VII id. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 175. n° 321. — »Cupientes ut status.«
» 9	»	* (20552) Episcopo, potestati, consilio et communi Urbinatibus [*etiam*: Clero Massae Trabariae] mandat, ut Guillelmo de S. Laurentio vicario obediant. VII id. Mai. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 321 fin.
» 13	»	(20553) Monasterio s. Georgii maioris de Venetiis omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. III id. Mai. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 255. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(20554) (Vicedominum) archiepiscopum Aquensem ad Lombardiae ac Ianuensem provincias necnon Romaniolam ac marchiam Tarvisinam, Aquilegensem et Gradensem patriarchatus, commisso ibidem ei plenae legationis officio, destinat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Campi Hist. de Piacenza II. 419. n° 132. — »Inter omnia nostrae.«
» 15	»	(20555) Abbati et conventui monasterii de Eberbach Cisterc. ord. Magunt. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exemptionum confirmat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 199. — »Cum a nobis.«
» 20	»	(20556) Fulconi de Podio Riccardi marchiae Anconitanae rectori regimen Massae Trabariae confert. XIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 175. n° 322. — »Cupientes ut status.«
» 23	»	(20557) Episcopo Anagnino et Gulielmo de Spectinis decano Antiocheno subdiacono et capellano suo mandat, ut, cum ecclesia Romana civitatem Beneventanam cum toto territorio et omnibus districtibus et pertinentiis suis specialiter et expresse ad suum dominium reservaverit, de finibus eiusdem veritatem diligentius inquirant loca dictorum finium propriis aspectibus supponentes. X kal. Iun. a° 1°. ‖ Campi Histor. di Piacenza II. 420. n° 133. — »Licet ecclesia Romana.«
» 30 resp. 31	»	(20558) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. III (II *Rym.*) kal. Iun. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 122; Strehlke Tab. 421. n° 650; *cf.* Inventar. privil. in archiv. Cracov. 67. — »Solet annuere sedes« (»Cum a nobis« *Rym.*).
Iun. 5	Romae ap. S. Petrum	(20559) Vicecomiti civi Placentino rectoriam patrimonii b. Petri in Tuscia committit. Non. Iun. a° 1°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 420. n° 134. — »Licet de singulis.«
» 26	»Urbem veterem	1272 die dominica 5. exeunte mense Iunii intravit.« ‖ Annal. Urbevetani ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 270; ap. Montemarte Cronaca d'Orvieto II. 216.
Iul. 5	ap. Urbem veterem	(20560) Duci et communi de Veneciis indulget, ut nullus delegatus vel subdelegatus executor vel etiam conservator auctoritate litterarum sedis apostolicae possit civitatem Veneciarum ecclesiastico supponere interdicto absque speciali mandato eiusdem sedis. III non. Iul. a° 1°. ‖ Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs II. (Font. rer. Austr. XIII.) 264, *ubi* Gregorio IX *perperam tribuitur*. — »Devotionis vestre sinceribus.«
» 11	»	(20561) Abbati et priori monasterii s. Dionysii in Francia Paris. dioc. scribit de archidiaconatu Senonensi, quem b. m. Ludovicus rex Francorum magistro Girardo de Rampellione tunc archidiacono Meledunensi, prout ad ipsum spectabat ratione regalium, contulerat, et declarat beneficia vacantia in curia iuri regalium esse subiecta. Mandat eis, faciant ut dicto Girardo de iuribus et proventibus eiusdem archidiaconatus a tempore collationis ipsi debitis respondeatur. V id. Iul. a° 1°. ‖ Dupuy Comment. II. 209; Rousseaud de Lacombe Iurispr. canon. II. 5; (Le Merre) Mém. du clergé XI. 233. — »Exposuit nobis dilectus.«
» 11	»	(20562) Abbatissae et conventui monialium monasterii s. Ben. Cupersanensis Cisterc. ord., quibus a coenobio suo in partibus Romaniae sito per Graecorum violentiam abiectis b. mem. Rodulphus episcopus Albanensis tunc in regno Siciliae apostolicae sedis legatus ad mandatum Clementis IV monasterium s. Ben. in civitate Conversani regni eiusdem desolutioni expositum cum omnibus iuribus assignaverat, hanc assignationem confirmat. V id. Iul. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 706. — »Cum a nobis.«
» 11	»	* (20563) Vicecomiti de Vicecomitibus rectori patrimonii b. Petri nepoti suo regimen civitatis Tudertinae committit. ‖ Gregorovius Gesch. d. Stadt Rom V. 457. not. 1.
» 11	»	* (20564) Le pape fait connaître à Jean fils du comte de Flandre chapelain-prévôt de Bruges dioc. de Tournai, qu'en faveur de ses vertus *etc.* il lui donne, quoiqu'il ne soit âgé que de 22 ans la prévôté de l'église de Lille. V id. Iul. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 54. n° 167.
(Iun. 27-Iul. 11.)	»	(20565) Fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in Confluentia omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. V... Iul. a° 1°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 196. — »Cum a nobis.«

		1272.
Iul. 12	ap. Urbem veterem	(20566) Fratribus Cisterciensis ordinis scholaribus Parisius apud S. Bernardum in theologica facultate studentibus concedit, ut in praedicando publice et legendo ordinarie in theologia eadem utantur libertate, qua fratres Minores et Praedicatores illic morantes utuntur. IV id. Iul. a° 1°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 161. — »Ne studium vestrum.«
» 13	»	(20567) Regi Anglorum significat, se electionem Nicholai canonici in archiepiscopum Armachanum Yberniae primatem confirmasse istique per manus episcopi Tusculanensis munus consecrationis esse impensum. III id. Iul. a° 1°. ‖ Rymer Foedera I. I. 105. — »Armachana ecclesia pastoris.«
» 13	»	(20568) Nicolao archiepiscopo Armachano Yberniae primati significat, se eius electionem per viam compromissi canonice factam confirmasse. Hortatur eum, ut curam ecclesiae Armachanae diligentius gerat. III id. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 101. n° 251. — »Quoniam inter sollicitudines.« * *In eundem modum* Capitulo et universis episcopis suffraganeis ecclesiae Armachanae — Clero et populo civitatis et diocesis Armachanae — Nobilibus viris et aliis universis vassallis ecclesiae Armachanae etc.
» 15	»	(20569) (Oddoni) archiepiscopo Rothomagensi mandat, ut cum Iohanne de Clavilla presbytero monasterii Gemeticensis ord. s. Ben. super defectu natalium dispenset. Id. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 183. n° 6. — »Regularis ordinis professoribus.«
» 18	»	(20570) (Philippum) episcopum Firmanum hortatur, ut fratres Minores in marchia Anconitana a molestiis tueatur. XV kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 184. n° 7. — »Sub religionis habitu.«
» 19	»	(20571) Priori et fratribus ord. Praedic. Spalatensibus, quibus Spalatensis archiepiscopus partem horti sui concesserat, hanc concessionem confirmat. XIV kal. Aug. a° 1°. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 284; Mon. Hung. hist. Dipl. XIII. 396. — »Cum a nobis.«
» 21	»	(20572) Edwardum primogenitum (Henrici) regis Anglorum, qui in Terrae sanctae subsidium assumpto crucis signaculo transfretavit, cum familia *etc.* sub b. Petri et sua protectione suscipit. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 123. — »Aspiciens Terrae sanctae.«
» 22	»	(20573) (Raynerum) vicarium Urbis, qui Terracinensibus et Pipernensibus et hominibus Castri Aquae putridae mandaverat, ut certam comitivam hominum ad Urbem transmitterent causa *ludi de Testaccio* vulgariter nuncupati, qui in dicta Urbe annis singulis exercetur, victualia illico deferrent *etc.*, rogat et monet, ut ab huiusmodi exactionibus et gravaminibus penitus conquiescat. XI kal. Aug. a° 1°. ‖ Contator Histor. Terracin. 198; Vitale Senatori 150; *cf.* Gregorovius Gesch. d. Stadt Rom V. 457. not. 1. — »Grave gerimus admodum.«
» 23	»	(20574) Hugonem electum Aberdonensem, antea ecclesiae Aberdonensis cancellarium, confirmat. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 101. n° 252. — »Debitum officii nostri.« * *De eodem argumento* Decano et capitulo Aberdonensibus — Clero et populo civitatis et diocesis Aberdonensis — Regi Scotiae.
» 23	»	(20575) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Austria, Styria, Carinthia et Carniola omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Pusch Dipl. Styriae II. 187. — »Cum a nobis.«
» 29	»	(20576) Abbatissam et conventum monialium monasterii s. Ben. de Cupersano Cisterc. ord. tuendas suscipit, specialiter autem terras *etc.* eis confirmat. IV kal. Aug. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 707. — »Vestris iustis postulationibus.«
» 30	»	(20577) Monasterium de Sar ord. Cisterc. Pragens. dioc. cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter autem eidem terras et alia bona confirmat. III kal. Aug. a° 1°. ‖ O. Steinbach Samml. historischer Merkwürdigkeiten aus d. gräfl. Cisterz.-Stift Saar in Mähren II. (Prag *etc.* 1783. 8°) 29. n° 17; Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 97; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 318. n° 789. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 30	(»)	* (20578) Grégoire, sur la plainte d'Henri comte de Champagne, invite les archevêques, évêques .... et autres prélats de Champagne, à veiller à ce qu'il ne suive aucun scandale de la conduite des clercs mariés qui font le commerce et qui prétendent jouir du bénéfice de clergie. ‖ Jubainville Comtes de Champagne VI. 76. n° 3712, *cum dato* »Rome« *nato ex male intellecto* »ap. Urbem« (veterem).
» 30	(»)	* (20579) Le même mande aux mêmes d'inviter par trois monitions les clercs dont il s'agit à cesser leur commerce. Si ces clercs ne cessent point, ils perdront de plein droit l'exemption d'impôts. ‖ Jubainville l. c. n° 3713 *c. d.* »Rome«.
» 30	(»)	* (20580) Le même autorise Henri comte de Champagne à faire choix d'un confesseur qui pourra l'absoudre de tous les cas non réservés au souverain pontife. ‖ Jubainville l. c. n° 3714 *cum dato* »Rome«.
» 30	(»)	* (20581) Le même donne aux frères Prêcheurs, Mineurs et autres religieux attachés au service d'Henri c. de Ch. le privilége de monter à cheval, de porter des chappes et des souliers. ‖ Jubainville l. c. n° 3715 *cum dato* »Rome«.

1272.

Iul. 30 (ap. Urbem veterem) • (20582) Le même donne aux religieux qui accompagnent Henri c. de Ch. le privilége de pouvoir coucher hors des maisons de leur ordre quand ledit H. s'arrête dans une localité où existe une maison de cette ordre. ‖ Jubainville l. c. 3716 *cum dato* »Rome«.

» 30 (») • (20583) Le même autorise Henri c. de Ch. et sa femme à se faire célébrer une messe basse, portes closes *etc.* dans les pays frappés d'interdit. ‖ Jubainville l. c. 77. nº 3717 *cum dato* »Rome«.

» 31 (») • (20584) Le même, sur la demande de Henri c. de Ch., défend de recourir à la justice ecclésiastique lorsqu'en matière féodale il y a procès entre séculiers et qu'on ne trouve pas déni de justice au tribunal séculier compétent. ‖ Jubainville l. c. nº 3718 *cum dato* »Rome«.

(» 31) » • (20585) Le même nomme le chantre de Pampelune conservateur des priviléges qui précèdent. ‖ Jubainville l. c. nº 3719 *cum dato* »Rome«.

Aug. 3 » (20586) Abbati S. Hylarii monasterii de Paduana diocesi mandat, ne monasterium s. Georgii maioris de Venetiis ab aliquo indebite laedi patiatur. III non. Aug. aº 1º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 255. — »Sub religionis habitu.«

» 5 » (20587) Abbati S. Martini Glandariensis ord. s. Ben. Metens. dioc. mandat, ut Henricum et Thietardum de Paffendorf fratres milites et eorum complices laicos Trevirensis diocesis, qui Theodericum abbatem monasterii s. Mathiae Trevirensis ord. s. Ben. et tres presbyteros eius monachos temere capientes per triennium et amplius detinuere captivos, excommunicatos publice nuntiet, nisi moniti super iniectione manuum, captione et detentione huiusmodi competenter satisfecerint. Non. Aug. aº 1º. ‖ Gesta Trev. ap. Martene Ampl. collect. IV. 315 (ed. Wyttenbach II. 94). — »Sua nobis dilectus.«

» 5 » (20588) Abbati et conventui monasterii s. Michaelis de Scona ord. s. Aug. S. Andreae dioc. ius patronatus ecclesiae s. Cuthberti loci eiusdem Glasguens. dioc., quod Iohannes Fraser de Glenwyn clericus tunc patronus eiusdem ecclesiae eis (1272. Iul. 31) concesserat, auctoritate apostolica confirmat. Non. Aug. aº 1º. ‖ Liber ecclesie de Scona 83. nº 119. — »Cum a nobis.«

» 5 » (20589) (Iohanni) episcopo Pragensi mandat, ut abbatissae et conventui monasterii Vallis s. Mariae adversus raptores *etc.* assistat. Non. Aug. aº 1º. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 302. nº 754, *perperam ad* a. 1271; *cf.* 319. nº 790. — »Cum abbatissa et.«

» 5 » (20590) Abbatissam et conventum monasterii Vallis s. Mariae Cisterc. ord. Pragens. dioc. cum omnibus bonis patrocinandas suscipit. Non. Aug. aº 1º. ‖ Sommersberg Siles. rer. script. I. (Lips. 1729. fol.) 929. nº 12; *cf.* Erben l. c. nº 755, *ad* a. 1271. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 11 » • (20591) Decernit abbatem Praemonstratensis ecclesiae posse et debere canonicos et conversos ordinis sui criminosos carceri mancipare eosque absolvere. III id. Aug. aº 1º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 688.

» 13 » (20592) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus et conventibus universis Praemonstratensis ordinis renovat litteras Innocentii IV d. d. 1246. Oct. 10 (*vid.* nº 12295) super quadam declaratione, sed addit, eis et eidem ordini per hoc nullum novum ius adquiri. Id. Aug. aº 1º. ‖ Le Paige l. c. 688. nº 104; Liber S. Marie de Dryburgh 221. nº 277. — »Tenorem litterarum felicis.«

» 13 » • (20593) Le pape écrit à l'abbé de Saint-Pierre à Gand de l'ordre de s. Benoît dioc. de Tournai, que Pierre prévôt de Béthune dioc. d'Arras lui a exposé que, lorsqu'il obtint sa prébende sacerdotale dans l'église de Lille avec l'obligation d'y résider, le pape Clément lui assigna dans cette même église de Lille une prébende libre; qu'en effet ledit Pierre obtint une semblable prébende à la mort d'un certain Jean dit Hanebele, qui en avait été investi *etc.* En conséquence il prie l'abbé de Saint-Pierre de prendre les mesures propres à apaiser ces débats. Id. Aug. aº 1º. ‖ Saint Genois Inventaire 54. nº 169.

» 25 » (20594) Baiulum, consules et universitatem Montispessulanos monet et hortatur, inhibeant districtius, ne qui suorum concivium Sarracenis arma, ferrum aut lignamina deferre vel mittere, naves aut galeas vendere, curam gubernationis in Sarracenorum piraticis navibus exercere, vel in machinis aut quibuslibet aliis aliquod eis impendere consilium vel auxilium praesumant. VIII kal. Sept. aº 1º. ‖ Germain Hist. du comm. de Montpellier I. 266. — »Adaperiat Dominus suorum.«

» 26 » • (20595) Monasterium de Arnsburg tuendum suscipit omnesque eius possessiones, iura ac privilegia confirmat. VII kal. Sept. aº 1º. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 85. nº 137.

» 28 — Archiepiscopis et episcopis universis: »Anagniae v kal. Sept. aº 1º« — »Desiderantes plurimum.« ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 117, *ubi* Gregorio X *perperam adscribitur, vid.* 1227. Aug. 28. nº 8018.

» 31 ap. Urbem veterem (20596) Ecclesiae s. Bertuini de Malonia canonicos regulares ord. s. Aug. dioc. Leodiens. prope Namurcum sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque huius abbatiae

1272.

possessiones ac bona, quorum plura nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. II kal. Sept. indict. XV. incarn. dom. aº 1272. pont. aº 1º. ‖ Miraeus Opp. dipl. III. 717. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Aug. 31 ap. Urbem veterem (20597) Abbati Praemonstratensi et ceteris abbatibus et canonicis ordinis Praemonstratensis universas regulares institutiones et dispositiones confirmat statuitque, ut ordo canonicus, quemadmodum secundum regulam s. Augustini et dispositionem s. Norberti in candido habitu institutus sit, ita per omnes eiusdem ordinis ecclesias et eaedem penitus observantiae uniformiter et inviolabiliter observentur. II kal. Sept. indict. XV. incarn. dom. aº 1272. pont. aº 1º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 689. — »In eminenti apostolicae.«

» 31 » (20598) Decano et capitulo ecclesiae Osiliensis confirmat distinctionem praebendarum ab H(enrico) Osiliensi episcopo factam, qua cuilibet canonico certa praebenda assignatur. II kal. Sept. aº 1º. ‖ Schirren 25 Urkunden 22. — »Cum a nobis.«

Sept. 1 » (20599) (Bartholomaeo) episcopo Civitatis Novae mandat, ne permittat, ut abbas et conventus monasterii s. Cypriani ord. s. Ben. Torcell. dioc. ab aliquibus indebite molestentur. Kal. Sept. aº 1º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. IV. 240. — »Sub religionis habitu.«

» 6 » (20600) (Engelberto) archiepiscopo Coloniensi significat, se omnes concessiones, obligationes, fideiussiones, fidem, iuramenta *etc.* quae durante sua captivitate de non repetendo pecuniam solutam comiti Iuliacensi facere coactus sit, nunciare nullius existere firmitatis, eique concedit, ut adversus praefatum comitem eiusque complices super huiusmodi iniuriis et gravaminibus ipsi ab illis illatis ius suum libere prosequi possit. VIII id. Sept. aº 1º. ‖ Lacomblet UB. II. 370. nº 630. — »Olim sicut dilecto.«

» 8 » (20601) Hospitalem domum sanctae civitatis Hierusalem sub b. Petri tutela suscipit omnesque eius iura et libertates confirmat, ea verbotenus exponens. VI id. Sept. indict. I(!). incarn. dom. aº 1272. pont. aº 1º. ‖ Fejér Cod. dipl. V. I. 270. — »Christianae fidei religio.«

» 9 (») • (20602) Iohannem episcopum Monovacensem ad patriarchatum Gradensem transfert. V id. Sept. 1272. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1138.

» 10 » (20603) Abbati et conventui monasterii Longipontis Cisterc. ord. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. IV id. Sept. aº 1º. ‖ Muldrac Chron. abbat. Longi-Pontis 283.

» 16 » (20604) (Alfonso) regi Castellae ac Legionis in Romanorum regem electo significat, quare eius petitiones ad obtinendam imperialem dignitatem admittere non possit. XVI kal. Oct. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 33—38; Ripolli Bullar. Praed. I. 508. nº 8; Lünig Reichs-Arch. IV. Pars spec. Cont. II. 179. nº 133; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 175. nº 323. — »Dilecti filii magister (frater« *Rayn.*, *Lün.*).

» 22 » (20605) Abbati monasterii de Inferiori Altha Pataviens. dioc. mandat, ut monasterium s. Emmerami Ratisponensis contra iniurias, quas eidem Bernhardus de Lonesberg (Leonsberg) comes, Ulricus dictus Dapifer de Eckemule, Otto de Auekinge, Bruno de Schonenhoue, Ditericus de Hessenacker milites et Wernherus de Agerenhouen laicus super terris, debitis, possessionibus et aliis rebus inferunt, defendat eorumque causam debito fine decidat. X kal. Oct. aº 1º. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 201. nº 95; *cf.* Lang Regesta III. 394. — »Conquesti sunt nobis.«

» 22 » (20606) Abbati et conventui monasterii Vallium Sarnaii omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. X kal. Oct. aº 1º. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. II. 692. — »Cum a nobis.«

» 26 » • (20607) Abbati S. Petri Cabilonensis mandat, ut clericos et laicos Lingonensis, Eduensis et Cabilonensis civitatum et diocesum, qui non solvunt abbati et conventui monasterii Cluniacensis census et redditus debitos, ad solutionem integram per censuram ecclesiasticam compellat. VI kal. Oct. aº 1º. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 136.

» 27 » (20608) Abbati et conventui monasterii s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben., cui b. mem. Quido tit. S. Laurentii in lucina presb. card. tunc in illis partibus apostolicae sedis legatus ecclesiam in Auffhusen Ratisp. dioc., in qua ius patronatus habebant, in usus proprios perpetuo concesserat, hanc concessionem confirmat. V kal. Oct. aº 1º. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 200. nº 94; *cf.* Lang Regesta III. 396. — »Cum a nobis.«

» 27 » • (20609) Roborat et confirmat omnes libertates, immunitates et privilegia Praemonstratensis ordinis. V kal. Oct. aº 1º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 688.

» 29 » (20610) Magistro Raymundo de Nogeriis capellano suo et Petro de Aussona canonico S. Martini Turonensis apostolicae sedis nunciis mandat, ut episcopum Lismorensem, qui non modicam quam adhuc non restituerit, collegisse dicatur pecuniae quantitatem in Terrae sanctae subsidium, aut executores testamenti eiusdem ad exhibendum ipsis integraliter pecuniam ipsam cogant. III kal. Oct. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 102. nº 253. — »Cum venerabilis frater.«

1272.

Sept. 29 | ap. Urbem veterem | (20611) Eisdem idem mandatum dat de pecunia, quam de procurationibus O(ttobono) S. Adriani diacono cardinali tunc in illis partibus apostolicae sedis legato debitis idem episcopus collegit, sed adhuc restituere non curavit. III kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. in n° 253. — »Cum venerabilis frater.«

(Aug. Sept.) | (») | (20612) (Otakarum) regem Boemiae rogat et monet, ut conventiones inter ipsum et Stephanum regem Ungariae post varia et gravia guerrarum discrimina factas et a sede apostolica confirmatas diligenter observans ab omni L(adislai) regis, qui memorato regi in regno successit, suorumque offensa et iniuria penitus abstineat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1272 § 49; Katona Hist. crit. VII. 628; Fejér Cod. dipl. V. II. 64; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 59. n° 37; Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 93; Theiner Mon. Hungar. I. 306. n° 534; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 7; Erben Reg. Bohem. II. 323. n° 804. — »Paternum ad tue.«

(») | (») | (20613) (Ladislaum) regem Ungariae hortatur, ut consiliarios et alios familiares sibi assumat, qui ipsum in semitas mandatorum Domini dirigant neque perversis suggestionibus a via rectitudinis abstrahant, ut (Ysabellam) reginam consortem suam C(aroli) regis Siciliae natam ob singularem sui generis claritatem singulariter honoret et in suis opportunitatibus ad papam et Romanam ecclesiam cum omni fiducia recurrat. *Sine signo chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 52; Katona l. c. VI. 621; Fejér l. c. 61; Theiner l. c. 304. n° 532; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 3. — »Habes fili carissime.«

(») | (») | (20614) Archiepiscopos, episcopos ceterosque ecclesiarum praelatos necnon comites et alios magnates per regnum Ungariae constitutos de superiore ad (Ladislaum) regem epistola certiores facit eosque rogat et monet, ut praefato regi in opportunitatibus constanter assistant, et tam ei quam Ysabellae reginae Ungariae consorti eius, quae propter aetatis suae innocentiam et generis sui prosapiam sit multipliciter honoranda, honorem exhibeant debitum. *Absque nota chronol.* ‖ Theiner l. c. 305. n° 533; Mon. Hung. hist. l. c. 5. — »Sacerdotium et regale.«

Oct. 1 | » | (20615) Westmonasterii et de Waltham abbatibus London. dioc. scribit, se concessisse sex clericis (Henrici) regis Angliae obsequiis immorantibus, ut proventus dignitatum et personatuum ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum ea integritate percipiant, cum qua illos perciperent, si personaliter in ecclesiis suis residerent. Mandat eis, faciant ut eisdem clericis fructus et proventus praedicti integre ministrentur. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 124. — »Ut clerici carissimi.«

» 7 | » | (20616) Magistris R. de N. capellano suo et P. de A., ecclesiae b. Mariae Turonensis canonico mandat, ut, si archiepiscopos et episcopos regni Angliae vel maiorem partem ipsorum in concessione subventionis Eadmundo nato et Edwardo primogenito regis Anglorum faciendae de redditibus ecclesiasticis ad proficiscendum in Terram sanctam contigerit consentire, decimam omnium ecclesiasticorum reddituum, proventuum et obventionum eiusdem regni duorum annorum colligi faciant et omnia collecta apud novum templum Londoniense vel alibi deponant. Non. Oct. a° 1°. ‖ Wilkins Concil. II. 24. — »Labores, discrimina et.«

» 7 | » | (20617) Abbati monasterii s. Petri Salesburgensis mandat, ut causam inter abbatem conventumque monasterii s. Emmerami Ratisponensis et (Petrum) episcopum Pataviensem super quadam pecuniae summa et rebus aliis vertentem debito fine decidat. Non. Oct. a° 1°. ‖ Ratisbon. monast. Lib. probat. 202. n° 96; *cf.* Lang Regesta III. 396. — »Conquesti sunt nobis.«

» 7 | » | (20618) Abbati Medlicensi Pataviens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Zwetel Cisterc. ord. illicite alienata invenerit, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Non. Oct. a° 1°. ‖ Frast Stiftungen-Buch (Font. rer. Austr. 2. Abth. III.) 128. — »Ad audientiam nostram.«

» 7 | » | (20619) Ecclesiam s. Mariae de Frisonaria ord. s. Aug. Lucan. dioc. ad instar Alexandri pp. IV sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius bona, iura ac privilegia confirmat. Non. Oct. indict. I. incarn. dom. a° 1272. pont. a° 1°. ‖ Pennottus Cleric. canon. hist. 568. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 8 | » | (20620) Guidoni de Zena canonico Mantuano committit, ut quae iura, feuda *etc.* ad ecclesiam Romanam spectantia per rectores marchiae Anconitanae, ducatus Spoletani, comitatus Campaniae, civitatis Beneventanae et patrimonii b. Petri in Tuscia illicite alienata invenerit, referat. VIII id. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 176. n° 324. — »Cum sicut intelleximus.«

» 8 | » | (20621) Eidem committit, ut de censibus in terris ecclesiae Romanae debitis se informet et referat. VIII id. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 325. — »Volentes omnia quae.«

» 11 | » | (20622) Thomam ecclesiae Pensauriensis praepositum et scriptorem suum in eiusdem ecclesiae episcopum concorditer electum confirmat eumque hortatur, ut ad eandem absque dispendio tarditatis accedat. V id. (indict. *O.-G.*) Oct. a° 1°. ‖ Olivieri-Giordiani Mem. della chiesa Pesarese 140. n° 16; *cf.* Ughelli Ital. sacra II. 859. — »Recte tunc ecclesiarum.«

1272.

Oct. 15 | ap. Urbem veterem | (20623) Abbati Medlicensi, praeposito et decano ecclesiae s. Ypoliti Pataviens. dioc. mandat, ut causam inter abbatem conventumque monasterii de Zwetel Cysterc. ord. et nobilem mulierem Offmiam de Potendorf viduam super iure patronatus ecclesiae s. Iohannis in Zwetel vertentem fine debito decidant. Id. Oct. a° 1°. ‖ Frast Stiftungen-Buch (Font. rer. Austr. 2. Abth. III.) 143. — »Conquesti sunt nobis.«

» 15 | (») | * (20624) Electionem Davidis ex ord. Cisterc. in episcopum Suanensem confirmat. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 741.

» 18 | » | (20625) Abbati et conventui monasterii Loci Dei Cisterc. ord. Ripens. dioc. ius patronatus ecclesiae de Bredwath, quod eis Abel rex Daciae contulerat, confirmat. XV kal. Nov. a° 1°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VIII. 117 et 121; *cf.* Suhm Hist. af Danmark X. 661. — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 | » | (20626) Praeposito ecclesiae Slesvicensis mandat, ut abbati et conventui monasterii Loci Dei contra raptores *etc.* assistat. XV kal. Nov. a° 1°. ‖ Langebek l. c. VIII. 121. — »Pium esse dinoscitur.«

» 18 | » | (20627) Eidem mandat, ut abbatem conventumque monasterii Loci Dei »favoris opportuni praesidiis prosequens« minime permittat, eos contra indulta privilegiorum apostolicae sedis ab aliquibus indebite molestari. XV kal. Nov. a° 1°. ‖ Langebek l. c. VIII. 122. — »Sub religionis habitu.«

» 20 | » | (20628) Capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe mandat, ut Verdae comitissae de Lumello ac personis in societate eius existentibus effigiei sacrae dominicae sudarium liberaliter ostendant. XIII kal. Nov. a° 1°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 421. n° 135; Bullar. Vatic. I. 153. — »Venientia ex devotionis.«

» 23 | » | (20629) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum Colimbriensibus mandat, ut electionem Petri Guerri canonici in priorem monasterii s. Crucis Colimbriensis ord. s. Aug. confirment, si illum idoneum invenerint. X kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 184. n° 8. — »Sua nobis dilecti.«

» 24 | » | (20630) Michaeli Palaeologo imperatori Graecorum significat, se synodum generalem, universis catholicis mundi principibus et ecclesiarum praelatis ad illam evocatis, indixisse in kalendis Maii anni ab incarnatione D[i] 1274 apud Lugdunum congregandam eumque requirit et rogat, ut suos apocrisiarios ad dictum concilium mittat. IX kal. Nov. a° 1°. ‖ Mansi Concil. XXIV. 42; Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 25–30; Labbe Conc. XI. I. 942; Hardouin Conc. VII. 672; Wadding Ann. Minor. IV. 346; Sbaralea l. c. 186. n° 10; *sine signo chronol.* Martene Ampl. collect. VII. 217. — »Qui miseratione ineffabili.«

» 24 | » | (20631) Iosepho patriarchae Graecorum de superiore epistola significat eumque monet, ut illum ad perficienda sedis apostolicae mandata inducat; denique petit ab eo, ut personaliter ad illud concilium veniat. IX kal. Nov. a° 1°. ‖ Mansi l. c. 49; Labbe l. c. 948; Hardouin l. c. 679; Wadding l. c. 352; *sine nota chronol.* Martene l. c. 226. — »Multo sicut te.«

» 24 | » | (20632) Archiepiscopo Nazareno, Bethlehemitano et Paneadensi episcopis mandat, ut, cum Hugo in Hierosolymitanum regem de facto, non de iure coronatus sit, Maria Domicella autem filia quondam Milesandae natae cl. mem. Isabellae reginae Hierosolymitanae asserat sibi dicti regni Hierosolymitani coronam regiam debere, et ad apostolicam sedem accedens supplicaverit, ut fiat ipsi de praedicto rege iustitia, citent eundem regem, ut infra novem menses cum omnibus actis et munimentis suis apostolico se conspectui repraesentet. IX kal. Nov. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 19. — »Exposuit nobis dilecta.«

» 25 | » | (20633) Fratribus Hieronymo de Esculo, Raymundo Berengarii, Bonagratiae de S. Iohanne in Perseceto et Bonaventurae de Mugello de ord. Minor. apostolicae sedis nunciis mittit instructionem pro recipiendis apocrisariis, si quos Michael Palaeologus imperator Graecorum ante indictum generale concilium destinare velit. VIII kal. Nov. a° 1°. Wadding Ann. Minor. IV. 353; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 193. n° 11; Martene Ampl. collect. VII. 227. n° 7; Raynald. l. c. § 30. — »In litteris quas.«

» 28 | » | (20634) Abbati monasterii de Prii-Wingen [Prüfening] Ratispon. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. V kal. Nov. a° 1°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 202. — »Ad audientiam nostram.«

» 28 | » | (20635) Abbati et conventui monasterii s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. omnes libertates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. V kal. Nov. a° 1°. ‖ Ratisb. monast. l. c. 203. — »Cum a nobis.«

» 29 | » | (20636) Reges, archiepiscopos et episcopos .... ad quos litterae istae pervenerint monet et hortatur, ut Hieronymum de Esculo *etc.* (*vid.* n° 20633) nuncios ad Michaelem Palaeologum imp. Graec. caritative tractent *etc.* IV kal. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 355; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 194. n° 12. — »Dilectos filios fratres.«

(» —) | (») | (20637) Communi Bononiensi scribit, se desiderare pacis foedera inter eos et Venetos solide reformari. »Et quia credimus apud nos id posse tractari consultius et maiori

1272.

soliditate firmari, partes eligimus ad nostram praesentiam evocandas.« *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 45; Savioli Ann. Bologn. III. II. 454. — »Quanta ex concordia.«

Nov. 5 — ap. Urbem veterem — (20638) Fratribus Hieronymo de Esculo, Raimundo Berengarii, Bonagratiae de S. Iohanne in Perseceto et Bonaventurae de Mugello de ordine Minorum apostolicae sedis nuntiis destinatis ad Palaeologum imperatorem Graecorum, ut ad concilium generale (Lugdunense) apocrysarios mittat, concedit facultatem concedendi eisdem securitatem veniendi ad sedem apostolicam, ibi morandi et exinde ad propria redeundi. Non. Nov. a° 1°. Wadding Ann. Minor. IV. 354; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 195. n° 13; (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 166; *sine nota chronol.* Martene Ampl. collect. VII. 233. — »Cum vos ad.«

» 7 — » — (20639) (Carolo) regi Siciliae significat, se fratres Minores quosdam latores praesentium ad Palaeologum cum litteris destinare, in quibus inter cetera contineatur, ut, si velit, ad prosecutionem illorum de quibus in eisdem litteris agatur, ante indictum generale concilium vel in ipso concilio solemnes apocrisiarios ad sedem apostolicam mittat. Rogat Carolum et hortatur, ut provideat apocrisiariis ipsis ad praemissa mittendis de securitate in veniendo, morando et etiam redeundo. VII id. Nov. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 355; *sine nota chronol.* Martene l. c. 232; *cf.* Raynald. l. c. § 30. — »Sicut ad tuam.«

» 9 — » — (20640) (Philippo) regi Franciae transmittit, »licet in archivis regiis perhibeantur haberi, ad cautelam« litteras, quas Clemens pp. (IV. 1268. Iun. 13, *vid.* n° 20394) incl. mem. Ludovico regi patri eius propter molestationem Vivariensis ecclesiae ipsiusque hominum per baillivos regios factam direxit, eumque hortatur, faciat ut baillivi et officiales sui a praefatis molestiis abstineant. V id. Nov. a° 1°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 254. — »Cum in diebus.«

» 13 — » — (20641) Fratrem Iohannem ord. Praedic. ecclesiae Nigropontensi praeficit in episcopum. Id. Nov. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 196. n° 15. — »Inter sollicitudinis nostrae.«

» 18 — » — (20642) In cives, civitatem et commune Pisanos omnes et singulos excommunicationis et interdicti sententias, quas adversus eos praedecessor suus tulerat, innovat necnon et poenas ab ipso eisdem inflictas, eosque monet, ut infra tres menses de insula Sardinia gentem suam, si quam illuc miserint, revocent et eandem insulam et specialiter iudicatum Turritanum et locum Sassari ecclesiae Romanae libere dimittant, et ut infra instans festum purificationis satisfactionem impendant plenariam: »alioquin ex tunc ad privandum civitatem Pisanam episcopali dignitate ac iure civitatis .... procedemus.« »In festo dedicationis basilicae Principis apostolorum pont. a° 1°«. ‖ Borgo Diplomi Pisani 249; Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 46, *non integra.* — »Licet non sine.«

» 22 — » — (20643) Edwardo (Henrici) regis Angliae primogenito nunciat gaudium quod percepit ex eo, quod ille tanta pericula feliciter superavit et cum consorte et reliqua comitiva sua ad portum Trapani prospere pervenit. X kal. Dec. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 124. — »Felici ad nos.«

» 22 — » — (20644) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. X kal. Dec. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 66. n° 67. — »Cum a nobis.«

(Nov. Dec.) — (») — (20645) Revocat sententiam suspensionis latam in Henricum Treverensem electum. *Sine signo temporis.* ‖ Ex registro Marini de Ebulo ap. Martene Ampl. collect. IV. 324; Hontheim Hist. Trevir. I. 796; *cf.* Gesta Trevir. ap. Hontheim Prodrom. 806. — »Felicis recordationis Urbanus.«

Dec. 1 — » — * (20646) Abbati S. Leodegarii Xantonens. dioc. mandat, ut bona monasteriorum et prioratuum ordinis Cluniacensis, quae clericis et laicis seu ad vitam sive perpetuo ad firmam vel sub annuo censu concessa distracta illicite vel alienata invenerit, ad ius et proprietatem eorundem legitime revocet. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 137.

» 2 — » — (20647) Populo Narbonensi notum facit, se electionem Petri (de Monte Bruno) camerarii et notarii sui, tunc Narbonensis ecclesiae canonici in archiepiscopum Narbonensem confirmasse, eisque mandat, ut eidem electo devotam reverentiam impendant. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 69. — »Cum procedit ex.«

» 5 — » — (20648) Cum desidia Egani pastoris ecclesiae Tridentinae non sufficiat ad iura ipsius ecclesiae defendenda eiusque iniurias propulsandas illatas per anathematis filios cives Veronenses, qui eam undique lacerant, ac indevotionis alumnum (Meinhardum) comitem de Tyrolo, qui civitatem ipsam et fere totam diocesim violenter detinet occupatas, districtius inhibet, ne, cum tempus vacationis ecclesiae advenerit, ad providendum eidem per electionem vel quacunque alia via de pastore sine speciali licentia sedis apostolicae aliquatenus in eadem ecclesia procedatur. Non. Dec. a° 1°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 421. n° 137. — »Multis olim abundare.«

» 12 — » — * (20649) Ivoni abbati Cluniacensi concedit, ut clerici qui eius obsequio mancipati sunt, proventus beneficiorum ecclesiasticorum, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis,

1272.

percipere possint, ac si in ecclesiis in quibus beneficia ipsa obtinent personaliter resideant. II id. Dec. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 137.

Dec. 12 — ap. Urbem veterem — * (20650) Eidem abbati et conventui Cluniacensi omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. II id. Dec. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 137.

» 12 — » — * (20651) Eidem abbati concedit, ut collationes prioratuum, decanatuum et beneficiorum ad dictum monasterium spectantes nullo modo per litteras apostolicas conferri possint, nisi ipsae litterae expressam mentionem indulgentiae concessae et ordinis Cluniacensis referant. II id. Dec. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 138.

» 23 — » — (20652) (Philippo) regi Francorum nunciat, se Guidonem de Pratis canonice electum in Noviomensem episcopum confirmare, eumque hortatur, ut regalia sine qualibet difficultate illi concedens se eidem reddat munificum et gratiosum. X kal. Ianr. a° 1°. ‖ Rousseaud de Lacombe Iurisprud. canon. II. 5; (Le Merre) Mém. du clergé XI. 235; Dupuy Comment. II. 210. — »Gratiae divinae proemium.«

» 28 — » — (20653) Mathaeum succentorem ecclesiae Rossensis a decano et capitulo unanimiter electum eidem ecclesiae praeficit in episcopum. V kal. Ianr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 102. n° 254. — »Licet continuata supervenientium.«

* *De eodem argumento* Decano et capitulo ecclesiae Rossensis — Clero et populo civitatis et diocesis Rossensis etc.

— — — — (20654) (Philippo) regi Francorum significat, se eius nuntios Iohannem dictum de Accon *etc.* benigne recepisse eumque ad arma pro Christo gerenda sollicitat, sed suadet ut expeditionem differat, ut maior instruatur apparatus, spondetque sedem apostolicam operam diligentissime adhibituram, ut Terram sanctam in christianorum potestatem redigat *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 7. — »Dilectus filius nobilis.«

— — — » — (20655) Laurentium Teupulum ducem Venetorum, qui ad varias ei, Petro eius filio et communi Venetorum directas litteras papales super treugis inter ipsos et Palaeologum inhibendis respondere non curaverat, hortatur, impendat operosum studium cum omni diligentia, ut a tractatu treugarum huiusmodi contrahendarum vel producendarum in longius penitus desistatur. *Absque nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 31; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs III. (Font. rer. Austr. XIV.) 124. — » ..... «

— — — — (20656) (Petrum de Tarantasia) electum praeficit ecclesiae Lugdunensi in archiepiscopum eique suadet, ut vocationi Domini minime contradicat, sed illi prompte consentiens eandem ecclesiam fiducialiter adeat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 67; Ripolli Bullar. Praed. I. 510. n° 9; Touron Hommes illustr. de l'ordre de S. Dominique I. 350. — »Conceptum in nobis.«

— — — — (20657) Episcopo Silvanectensi et abbati monasterii s. Dionysii in Francia ministerium tractandae concordiae inter C(arolum) Siciliae regem ex parte una et Franciae ac Angliae reginas ex altera committit. *Absque nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1272; *cf.* Raynald. l. c. § 47. — »Quantum deceat, quantum.«

— — — — * (20658) »Gregorius X pp. coenobio Loci Dei privilegia comprobat anno pontificatus primo.« ‖ Hamsfortii Chronol. secunda ap. Langebek Scr. rer. Dan. I. 292.

1273.

Ianr. 2 — ap. Urbem veterem — (20659) Archipresbytero ecclesiae Lucensis mandat, ut priorem provincialem et fratres Eremitarum in Tuscia ord. s. Aug. favoris opportuni praesidio prosequatur neque permittat, ut illi ab aliquo indebite molestentur. IV non. Ianr. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 127. — »Sub religionis habitu.«

» 4 — » — (20660) Scolastico ecclesiae Aquensis Leod. dioc. mandat, compellat per censuram ecclesiasticam illos clericos et laicos Leodiens. et Colon. dioce., qui terras, domos *etc.* sub annuo redditu seu censu a monasterio de Porcheto tenent, ut censum seu redditum memoratum abbatissae et conventui monasterii praefati exhibeant. II non. Ianr. a° 1°. ‖ Quix Burtscheid 276. — »Insinuarunt nobis dilecte.«

» 5 — » — (20661) Abbati et conventui monasterii in Tepla omnes libertates, immunitates necnon exemptiones saecularium exactionum confirmat. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 580; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 325. n° 810. — »Iustis petentium desideriis.«

» 5 — » — * (20662) Le pape Grégoire approuve et confirme les priviléges et immunités du monastère de Notre-Dame à Luxembourg. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Public. de la soc. des mon. histor. de Luxembourg XI. 87. n° 115, *ubi Gregorio IX ad a. 1228 male attribuitur; ibid.* XV. 141. n° 491.

» 8 — » — (20663) Eduardum regem Angliae consolatur de obitu (Henrici) regis eius patris »quem eduxit Dominus de valle miseriae mundi.« VI id. Ianr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 21; Campi Hist. di Piacenza II. 422 in n° 137. — »Decet fili charissime.«

1273.

Ianr. 9 — ap. Urbem veterem — (20664) A(lienorae) reginae Angliae scribit, se eius et E(dwardi) regis Angliae praesentiam ad uberioris laetitiae causam exspectare, eamque hortatur ut memoratum regem virum suum ad visitandum papam inducat. v id. Ianr. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 125. — »Sicut aliae nostrae.«

» 9 — » — (20665) Abbati et conventui monasterii s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. indulget, ut in parochiis illis, in quibus veteres decimas iuste percipiunt, novalium quoque iuxta declarationem Alexandri pp. praedecessoris super hoc editam libere percipere possint sine iuris praeiudicio alieni. v id. Ianr. a° 1°. ‖ Ratisbona monast. Lib. prob. 204. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 9 — » — (20666) Praeposito ecclesiae s. Adalberti iuxta Aquisgranum mandat, ut ea, quae de bonis monasterii de Porcheto alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. v id. Ianr. a° 1°. ‖ Quix Burtscheid 275. — »Ad audientiam nostram.«

» 11 — » — • (20667) Le pape mande à Robert de Béthune fils aîné du comte de Flandre et à noble dame Yolande sa femme comtesse de Nevers, qu'il ratifie leur mariage, quoiqu'ils aient, s'appartenant au 3e degré, contracté mariage sans demander des dispenses à la cour de Rome. III id. Ianr. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 56. n° 173.

» 12 — » — (20668) Magistro Iohanni Raynaldo capellano suo decanatum ecclesiae Laudunensis libera resignatione magistri Guillelmi de Matiscone vacantem confert. II id. Ianr. a° 1°. ‖ Ant. Bellotte Ritus eccl. Laudunensis redivivi (Paris. 1662. fol.) observ. 327, *omisso exordio.*

» 12 — » — (20669) Archidiacono Margaritarum in ecclesia Nemausensi, de Sumina et S. Baudilii iuxta Nemausum prioribus mandat, faciant ut sententia excommunicationis, quam Valentinus electus in Ademarum de Pictavia pro eo, quod monitus prioratum de Clivo monasterio S. Theofredi ord. s. Ben. Aniciens. dioc. immediate subiectum, sed a comite ipso per 12 annos detentum abbati et conventui praefati coenobii restituere nollebat, promulgaverit, inviolabiliter observetur. II id. Ianr. a° 1°. ‖ Chevalier Docum. inéd. rel. au Dauphiné II. livr. 6. p. 47. — »Sua nobis dilecti.«

» 13 — » — (20670) Marchionem Montisferrati rogat et hortatur, ut P(etrum) archiepiscopum Narbonensem, eius familiam et comitivam, cum ad ipsum pervenerint, benigne recipiat eisque de securo conductu liberaliter provideat. Id. Ianr. a° 1°. ‖ Gallia christ. VI. instr. 70. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 13 — » — (20671) Monasterium s. Georgii maioris de Venetiis tuendum suscipit, beneficia a praedecessoribus suis eidem concessa confirmat atque alia nova elargitur. Id. Ianr. indict. I. incarn. dom. a° 1272. pont. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 252; Tafel Urk. z. Gesch. Venedigs III. (Font. rer. Austr. XIV.) 126. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 13 — » — • (20672) Abbati et conventui monasterii Cluniacensis collationes prioratuum, decanatuum *etc.* ab abbate factas post constitutionem Clementis pp. IV super beneficiis in curia Romana vacantibus confirmat. Id. Ianr. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 138.

» 18 — » — • (20673) Eisdem significat, se inhibere ne excommunicationis sententia contra sedis apostolicae indulta adversus monachos Cluniacenses sub umbra constitutionis Innocentii pp. IV proferatur. xv kal. Febr. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 138.

» 23 — » — (20674) Brunoni Olomucensi episcopo dispositionem et ordinationem, quas de bonis Olomucensis ecclesiae per eum acquisitis ad opus cottidianarum distributionum ipsius ecclesiae et quorundam anniversariorum *etc.* fecit, prout in litteris inde confectis et eius, capituli et Boemorum regis sigillis munitis plenius continetur, confirmat. x kal. Febr. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 89, *perperam ad* a. 1272. — »Cum a nobis.«

» 23 — » — (20675) Scolastico ecclesiae Augustensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Vndestorf ord. s. Aug. Frising. dioc. illicite alienata invenerit vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. x kal. Febr. a° 1°. ‖ Hundt Urk. des Klosters Indersdorf I. 40. n° 84. — »Ad audientiam nostram.«

» 23 — » — • (20676) Monasterii de Nunnenburch in Salzburga libertates et exemptiones confirmat. x kal. Febr. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 406.

Febr. 1 — » — (20677) Abbati de Pamia Tolosanae dioc. mandat, ut fratres Praedicatorum in provincia Provinciae favoris opportuni praesidiis prosequatur eorumque molestatores per censuram ecclesiasticam compescat. Kal. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 511. n° 10. — »Sub religionis habitu.«

» 6 — » — (20678) Priorissam et conventum monasterii de Kirchberg ord. s. Aug. Salzburg. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, prata et alia bona eis confirmat. VIII id. Febr. a° 1°. ‖ Pez Thesaurus VI. (Cod. epist. II.) 119. n° 211. — »Cum ad nos.«

» 23 — » — • (20679) Monasterii Eberacensis libertates et privilegia confirmat. VII kal. Mart. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 409.

1273.

Febr. 25 — ap. Urbem veterem — (20680) Capitulo ecclesiae Curiensis, qui de consensu (Conradi) Curiensis episcopi statuerant, ut nullus praefatae ecclesiae canonicus aliquid de proventibus praebendae suae aut quotidianis distributionibus percipiat, nisi personaliter resideat et deserviat in eadem ecclesia, hoc statutum confirmat. v kal. Mart. a° 1°. ‖ Mohr Cod. dipl. I. 390. n° 261, *perperam ad* a. 1272. — »Cum a nobis.«

(ante Mart.) — (») — (20681) B(ertrandum) quondam archiepiscopum Arelatensem in episcopum Sabinensem electum a vinculo, quo Arelatensi tenebatur ecclesiae, absolvit eumque eidem in episcopum praeficit. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1273. — »A nostrae promotionis.«

Mart. 1 — » — (20682) Universis notificat, se Guidonem de Monteforti, principalem autorem caedis Henrici de Alemannia primogeniti cl. mem. Riccardi in Romanorum regem electi, eiusque fautores et complices citare, ut infra 15 dierum numerandorum ex nunc spatium ad sententiam diffinitivam super praemissis et processus alios audiendos compareant personaliter coram pontifice. »Ut idem processus ad communem omnium notitiam deducatur, cartas seu membranas processum continentes in maioris ecclesiae Urbevetanae appendi vel affigi ostiis vel superliminaribus faciemus, ita quod praedictus Guido fautores et complices eius, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem praetendere, quod ad eos talis processus non pervenerit.« Kal. Mart. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 125; Würdtwein Nova subsid. I. 64; Montemarte Cronaca d'Orvieto II. 259; Campi Hist. di Piacenza II. 422. n° 138. — »Quondam Henrici de.«

» 5 — » — • (20683) Abbati S. Petri Salisburgensis in causa monasterii Chiemensis et plebani in Grassowe commissorium dat. III non. Mart. a° 1°. ‖ Lang Regesta III. 410.

» 6 — » — (20684) Magistro Raynero capellano suo praeposito Florentino significat, se Guidonem de Monteforti principalem autorem necis Henrici de Alemannia primogeniti Riccardi in Romanorum regem electi necnon et ipsius complices et fautores nuper sub certa forma citavisse. Cum autem comitis Aldobrandini dicti Rubei soceri eiusdem Guidonis non solum in veniendo eodem tempore cum memorato Guidone Viterbium, sed etiam in accedendo ad locum sceleris patrati societas cum sua comitiva eundem et comitivam praedictam eiusdem sceleris fautores denuntiare videatur, mandat ei, ut ad praesentiam memorati comitis in civitate Suanensi consueto eius domicilio vel in alio vicino loco terrae suae accedens ipsum et socios ipsius peremptorie citet, ut 15mo die post citationem coram papa cum competenti familia personaliter compareant, recepturi super praemissis quod iustitia dictaverit. II non. Mart. (Mai. *Würdtw.*) a° 1°. ‖ Rymer l. c. 125; Würdtwein l. c. 69. — »Horrendi sceleris id (in« *Rym.*).

» 11 — » — (20685) (Iohanni) Nidrosiensi archiepiscopo mandat, exquirat »ea quae in regno Norweiae sive in clero cuiuscunque religionis aut status, sive in reliquo populo christiano utriusque sexus sive in fidelibus cuiusvis sectae vel ritus conversantibus inter eos, quatenus per illos christiana religio infici potest, seu quomodolibet fermentari, correctionis remedio indigere videntur«, per viros idoneos, et mittat ea singillatim ac aperte (distincte *al.*) conscripta, necnon consilia de remediis adhibendis ad reformationem illorum sub sigillo suo ad sedem apostolicam sex menses ante generale concilium, super cuius convocatione ad universos orbis principes et praelatos dudum sub certa forma litterae sint destinatae, ut interim haberi possit competens discussio. v id. Mart. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 34. n° 35. — »Dudum super generalis.«

• *In eundem modum* Gondisalvo electo Compostellano. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 423. n° 139.

» » » Pluribus aliis archiepiscopis, episcopis *etc.* in Hispania, in Anglia, in Hibernia *etc.*

» » » (Iobo) Quinqueecclesiensi et (Timotheo) Zagrabiensi episcopis — quae in regno Hungariae. ‖ Koller Hist. episc. Quinqueeccl. II. 210; Fejér Cod. dipl. V. II. 66; Theiner Mon. Hung. I. 294. n° 528. — »Dudum (datum *Koll.*) *etc.*«

» » » (Benvenuto) episcopo Auximano — quae in regno Legionis. ‖ Compagnoni Mem. di Osimo 89. n° 60.

» » » Ministro generali ord. fr. Minor. — quae in regno Legionis. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 197. n° 16.

» » » Episcopo Gadicensi. ‖ Sbaraleae l. c. n° 17.

» 11 — » — • (20686) Quibusdam praelatis per omnes christianorum terras (»in Boemia [Brunoni] episcopo Olomucensi«) scribit »super indagatione de moribus corrigendis facienda et referenda ad concilium.« v id. Mart. a° 1°. ‖ Palacky Reise 42. n° 329; Erben Regest. Bohem. II. 330. n° 817.

» 12 — » — (20687) Magistro Iohanni de Vylliaco archidiacono in ecclesia Beluacensi scribit, se, ne ius ecclesiae Romanae, quod ad eam in monasterio s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. et eius membris pertineat, remaneat indefensum, abbatem ipsius monasterii apostolicae sedis et ipsius ecclesiae procuratorem duxisse statuendum, ut, cum adversus ipsius ecclesiae Romanae possessiones et iura nonnisi centenaria currat praescriptio,

1273.

idem vice papae et ecclesiae procuret pro defensione iuris procuranda. Quocirca mandat ei, ut eidem abbati super hoc contra quoscumque, cuiusvis ordinis, status *etc.* existant, per viam iudicii iustitiae complementum faciat. ɪv id. Mart. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 607. — »Ne ius ecclesiae.«

Mart. 13 | ap. Urbem veterem | (20688) (Henrico) Londoniensi et (Hugoni) Eliensi episcopis scribit de enormitate excessuum civium Norwicensium, qui ecclesiam in honore s. Ethelberti constructam et sitam infra septa monasterii Norwicensis, elemosinariam quoque et portas cimiterii eiusdem loci temerarie infregerant *etc. etc.* Mandat eis, ut sententias interdicti et excommunicationis ab episcopo Norwicensi in illos prolatas usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari faciant, et specialiter ac nominatim Nicholaum de Ely, Willelmum de Donewyco *etc.* rectores civitatis Norwicensis *etc.*, qui magis culpabiles in praemissis excessibus fuerint, publice diebus dominicis et festivis *etc.* per singulas cathedrales regni Angliae excommunicatos denuncient *etc.* ɪɪɪ id. Mart. a° 1°. ‖ Bartholomaei de Cotton Histor. Anglic. ed. H. R. Luard. (London 1859. 8°) Append. A. 421. — »Habet dilectorum filiorum.«

» 13 | » | (20689) Abbati et conventui monasterii de Columba ord. Cisterc. Placent. dioc. pedagium, rivaticum, armaniam, districtum mercati ac omnes proventus quocunque nomine censeantur, quae ecclesia Romana in civitate et diocesi Ferrariensi percepit et debet percipere annuatim, concedit. ɪɪɪ id. Mart. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 223, *ubi* Gregorio IX *perperam adscribitur.* — »Quoniam monasterium vestrum.«

» 15 | » | (20690) Moraviensi, Aberdonensi et Ergadiensi episcopis mandat, ut, si magistrum Willelmum capellanum suum archidiaconum ecclesiae s. Andreae in Scotia, quem prior et capitulum eiusdem ecclesiae post obitum Gamelini episcopi in episcopum per viam compromissi concorditer elegerant, ad regimen ecclesiae praedictae idoneum invenerint, eius electionem confirment. Id. Mart. a° (2°, *sed legatur*) 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 103. n° 256. — »Ecclesia s. Andree.«

» 18 | » | (20691) Monasterii Belli Portus Praemonstr. ord. Briocensis dyoc. tutelam suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 195. — »S(acrosancta Romana) ecclesia.«

» 22 | » | (20692) Philippo regi Francorum, qui proposuerat, »quod nonnulli litterati terrae suae habitu et tonsura relictis publice ducunt uxores; ut tamen consuetis iustitiis et debitis obsequiis ipsum defraudent, tonsuram resumunt abiectam« *etc.*, respondet, se aequanimiter duxisse tolerandum, si a talibus iustitias debitas velut ab aliis uxoratis exigat et servitia consueta. xɪ kal. Apr. a° (2°, *sed legas*) 1°. ‖ Campi Hist. de Piacenza II. 424. n° 140. — »Ex parte tua.«

» 22 | » | (20693) Eidem concedit, ut a clericis coniugatis tam bigamis quam monogamis terrae suae, qui habitu et tonsura clericali reiectis civitatum et aliorum locorum efficiuntur maiores, pares, scabini *etc.*, consuetas iustitias exigat. xɪ kal. Apr. a° (2°, *sed legas*) 1°. ‖ Campi l. c. in n° 140. — »Ex parte tua.«

» 23 | » | (20694) Eundem, proposita generis nobilitate, ad imitandas (s. Ludovici) patris sui augustas virtutes omnemque criminis labem declinandam incendit atque ei concedit, ut presbyterum saecularem vel etiam religiosum in confessorem suum eligere et illo dimisso alium assumere possit *etc.* x kal. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1272 § 57—59, *non integra; sine nota chronol.* Campi l. c. 415 in n° 127. — »Si eximii prophetarum.«

» 23 | » | (20695) Priori de Vallari monasterio Senonens. dioc. mandat, moneat omnes occultos detentores iurium, decimarum *etc.* ecclesiae Autissiodorensis publice in ecclesiis, ut decano et capitulo praefatae ecclesiae sua debita manifestent et satisfactionem eis impendant. x kal. Apr. a° 1°. ‖ Lebeuf Mém. concern. l'hist. d'Auxerre II. pr. 290 (éd. 1855. IV. 124. n° 215). — »Significarunt nobis dilecti.«

» 23 | » | (20696) Abbati et conventui monasterii b. Mariae de Bello Portu Praem. ord. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in dicto monasterio professionem facientibus petere, retinere ac recipere possint. x kal. Apr. a° 1°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 195. — »Devotionis vestre precibus.«

» 23 | » | (20697) Prioribus de Sumina Nemaus. dioc. et S. Baudilii extra muros Nemausenses ac archidiacono Margaritarum in ecclesia Nemausensi mandat, ut inter abbatem conventumque monasterii s. Theofredi et nobilem virum Ademarum de Pictavia litigantes de prioratu de Clivo statuant quod iustum fuerit. x kal. Apr. a° 1°. ‖ Chevalier Docum. relat. au Dauphiné II. 48. — »Sua nobis dilecti.«

» 23 | » | (20698) Eisdem mandat, ut excommunicationis sententiam ab abbate S. Guillelmi de Desertis in Ademarum de Pictavia promulgatam, cum prioratum de Clivo conventui S. Theofredi restituere non curaverit, usque ad satisfactionem observari faciant. x kal. Apr. a° 1°. ‖ Chevalier l. c. II. 48. — »Sua nobis dilecti.«

» 24 | » | (20699) (Philippo) Francorum regi concedit, ne quis in terram eius excommunicationis vel interdicti sententiam absque mandato sedis apostolicae speciali proferat. ɪx kal. Apr.

1273.

a° 1°. ‖ Laurière Rec. des ordonnances des rois de France V. (Paris 1736. fol.) 100, *ubi* Gregorio IX *male tribuitur.* — »Apostolicae sedis benignitas.«

Mart. 24 | ap. Urbem veterem | (20700) Phylippum praepositum Mantuanum Firmanae ecclesiae praeficit in episcopum. ɪx kal. Apr. a° 1°. ‖ (Catalani) De ecclesia Firmana 369. n° 72. — »In supreme.«

1272. Mart. 27–1273. Mart. 26 | » | * (20701) Repetit n° 12295 Innocentii IV d. d. 1246. Oct. 10: Abbatibus ordinis Praemonstr. » . . . . pont. nostri a° 1°«. ‖ Indice de los docum. l. ɪ. 89, *ubi male ad* a. 1271.

1272. Iun. 26–1273. Mart. 26 | » | (20702) S. Dionysii in Francia et S. Germani de Prato monasteriorum abbatibus mandat, ne permittant, ut Philippus rex Franciae et clerici eius contra indulgentias et privilegia a sede apostolica eis concessa ab aliquibus indebite molestentur. A° 1°. ‖ Zampini Ad calumn. . . . . responsio 155. — »Cum sicut ex.«

» 27 | » | * (20703) Fratribus ordinis Praedicatorum Herbipoli confirmat facultatem assumendi mortuos in civitate ad sepulturam ecclesiasticam. vɪ kal. Apr. a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 411.

» 27 | » | * (20704) Heinricum rectorem S. Petri et Ulricum rectorem S. Mariae in Monaco confirmat. vɪ kal. Apr. a° 2°. ‖ Lang l. c. 412.

» 29 | » | (20705) (Conrado) episcopo Frisingensi, qui parochiam ecclesiae s. Petri oppidi de Monaco in duas dividens ecclesiam s. Mariae, quae tunc capella erat, parochialem ecclesiam ordinaverat, hanc ordinationem confirmat. ɪv kal. Apr. a° 2°. ‖ Meichelbeck Hist. Frising. II. ɪ. 77; Mon. Boica XIX. 489. — »Cum a nobis.«

» 29 | » | (20706) Henrico S. Petri et Ulrico S. Mariae de Monaco ecclesiarum rectoribus de superiore epistola significat et nunciat, se dictam ordinationem confirmare. ɪv kal. Apr. a° 2°. ‖ Mon. Boica l. c. 490. — »Cum a nobis.«

» 30 | » | (20707) Priorissae et conventui monasterii Vallis Ducissae ord. s. Aug. secundum instituta fratrum Praed. viventibus Cameracens. dioc. indulget, ut in parochiis, in quibus habent maiores et veteres, novalium quoque decimas valeant percipere. ɪɪɪ kal. Apr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VIII. 450. n° 44. — »Iustis petentium desideriis.«

» 31 | » | (20708) Easdem tuendas suscipit terrasque et alia bona ipsis confirmat. ɪɪ kal. Apr. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. 451. n° 45. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 31 | » | (20709) Eisdem omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. ɪɪ kal. Apr. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. n° 46. — »Solet annuere sedes.«

» 31 | » | (20710) Decano ecclesiae Bruxellensis Camerac. dioc. mandat, curet ne quis dictarum monialium bona usurpet. ɪɪ kal. Apr. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. n° 47. — »Insinuarunt nobis dilectae.«

» 31 | » | (20711) Abbati monasterii s. Celsi Mediolanensis causam inter fratres domus ss. Faustini et Iovittae Brixienses secundi ordinis Humiliatorum et Brixiensem episcopum super ecclesia eiusdem domus vertentem committit diiudicandam. ɪɪ kal. Apr. a° 2°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 303. — »Sua nobis dilecti.«

Apr. 1 | in palatio nostro Urbevetano | (20712) Publicat, quomodo Henricum de Alemannia cl. mem. Riccardi in Romanorum regem electi primogenitum cruce signatum, de Tunicii partibus ad sedem apostolicam in comitiva Franciae ac Siciliae regum ad civitatem Viterbiensem, ubi tunc Romana residebat curia, venientem et tandem in quadam parochiali ecclesia civitatis eiusdem pro missarum solemniis sacro quadragesimali tempore constitutum Simon et Guido de Monteforti germani ac eiusdem Henrici amitini fratres, associatis sibi aliis Belial filiis, cum armis irruentes ipsum manibus inhumanis trucidarunt. Ideo memoratum Guidonem manifestum tanti flagitii patratorem aestimationis ademptione damnat, decernens ut perpetua uratur infamia, sit infamis, sit prorsus intestabilis. Eum diffidat et etiam forbannit; omnibus provinciarum praesidibus, potestatibus *etc.* praecipit, ut ipsum capiant et ad curiam Romanam ducant deputandum carceri *etc.* Kal. Apr. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 424. n° 141; Würdtwein Nova subsid. I. 85; Rymer Foed. I. ɪɪ. 130; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1273 § 23. — »Nephandum scelus, sceleste.«

» 2 | ap. Urbem veterem | * (20713) (Fridericum) archiepiscopum Salisburgensem commonet ad adhibendam censuram ecclesiasticam contra detentores bonorum monasterii de Nunnenberch. ɪv non. Apr. a° 2°. ‖ Lang Regesta III. 412.

10 | — | (20714) Cives et populum Lugdunenses, cum subortum esset inter eos ac principis ecclesiae clerum, cuius dominationi se subduxerant, gravissimum dissidium, rogat et hortatur, ut ad ecclesiae gremium redeant (Petri) Lugdunensis electi, decani et capituli ex hoc plenius benevolentiam habituri et, memoratae ecclesiae iustitiam, iniurias et damna eidem illata pensantes, inconsultos motus freno prudentiae refrenent. »Viterbii« ɪv id. Apr. (a° 2° *add. Mén.*). ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1273 § 24, *non integra; repet. in* Ripolli Bullar. Praed. I. 511. n° 11; *gallice* ap. Ménestrier Hist. de Lyon 384. — »Paternae solicitudinis incumbit.«

(» 10?) | ? | (20715) Notum facit, se ad extinguendas guerras et quaestiones, quae movebantur inter capitula ecclesiarum s. Iohannis et s. Iusti Lugduni ex una parte et cives Lugdunenses

1273.

ex altera decernere atque statuere, ut omnis rancor et quaevis iniuriae occasione praedictarum guerrarum illatae hinc inde penitus remittantur; ut munitiones et fortalitiae, quas dicti cives fecerunt in civitate praedicta, destruantur. Prohibet praeterea, ne ipsi cives sigillum commune habeant, ne in eadem civitate catenas, barras aut quodcumque aliud viarum impedimentum sine archiepiscopi et capituli Lugdunensis licentia ponant aut, sub quocumque colore communia faciant. Insuper ordinat et statuit, ut iidem cives solvant 7000 librarum Viennensium ad reparanda damna data in domibus capituli canonicorum et clericorum Lugdunensium ecclesiarum s. Iusti et s. Thomae de Fourverio et per ambitum civitatis ipsius et in ecclesia d'Escuilli *etc. Sine nota chronol.* ‖ Ménestrier Hist. de Lyon, preuv. II. *inscr.* »Tract. de bellis int. canon. S. Ioa. Lugd. et cives Lugd.« 17, *mendose.* — »Lamentabilibus guerris motis.«

Apr. 13 | ap. Urbem veterem | (20716) (Giloni) archiepiscopo Senonensi et episcopis ac abbatibus, ... et aliis ecclesiarum praelatis per Senonensem provinciam constitutis nunciat, se civitatem Lugdunensem destinasse locum, ut inibi concilium cum maiori commoditate conveniat, eosque hortatur, ut in praefixo termino compareant. Id. Apr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 1—3; Campi Hist. di Piacenza II. 428. n° 142; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 198. n° 18; Mansi Conc. XXIV. 56; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 16. n° 4. — »In litteris quas.«

• *In eundem modum eodemque die* (Mansi l. c. 57):
In Francia: Rhemensi, Rhotomagensi et Turonensi archiepiscopis;
In Anglia: Eboracensi et Cantuariensi archiepiscopis;
In Norvegia: (Iohanni) Nidrosiensi et Fulconi Upsalensi archiepiscopis (Vastovii Vitis aquil. 181; Liljegren Svenskt dipl. I. 467. n° 567; *cf.* Celse Appar. 85. n° 3);
In Polonia: Gneznensi archiepiscopo;
In Hispania: Ispalensi, Compostellano, Toletano, Tarraconensi archiepiscopis, electo Bracharensi;
In Provincia: Aquensi, Arelatensi, Ebredunensi, Viennensi et Narbonensi archiepiscopis;
In Vasconia: Auxitano archiepiscopo;
In Sardinia: Calaritano, Turritanensi et Aborensi archiepiscopis;
In Ungaria: Colocensi et Agriensi archiepiscopis;
In Alamannia: Magdeburgensi, Bremensi, Treverensi, Salzeburgensi, Coloniensi et Moguntino archiepiscopis;
In Lombardia: Patriarchae Gradensi, Mediolanensi et Ianuensi archiepiscopis;
In Tuscia: Universis praelatis Tusciae;
In Campania: Universis praelatis Campaniae;
In marchia Anconitana: Universis praelatis Marchiae;
In Romania: Corinthiensi archiepiscopo et electo Patracensi;
In regno Siciliae: Singulis archiepiscopis eiusdem regni;
In Istria supra mare: Iadrensi et Spalatensi archiepiscopis;
In Sclavonia: Ragusino et Antibarensi archiepiscopis;
In Burgundia: Tarantasiensi et Bisuntino archiepiscopis;
Abbati Casinensi;
In ducatu Spoletano: Universis praelatis ipsius ducatus.

» 13 | » | (20717) (Philippo) regi Francorum scribit de eodem argumento eumque rogat et hortatur, ut laborem voluntarium tam sancti, tam utilis negotii promotionem assumens praefixo termino in civitate praedicta una cum aliis principibus et praelatis suam velit praesentiam exhibere. Id. Apr. a° 2°. ‖ Mansi l. c. 58; Campi l. c. 429; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 331. n° 819. — »In litteris quas.«

• *In eundem modum eodemque die:*
Regibus Angliae (Rymer Foed. I. II. 132) — Scotiae — Norvegiae — Ungariae — Boemiae — Castellae (*fragm.* ap. Raynald. l. c. § 4) — Aragonum — Navarrae;
Comitibus Carnotensi — Flandrensi — Atrebatensi — Britanniae — Blesensi — Nivernensi — Burgundiae;
Ducibus Burgundiae — Brabantiae — Saxoniae et — Brunswic;
Marchionibus Brandeburgensi — Misnensi;
Principi Achaiae;
Iudicibus Galluris — Arborensi et — Calaritano. ‖ *Cf.* Palacky Reise 42. n° 330.

» 17 | » | (20718) (Oddoni) Rothomagensi et (Giloni) Senonensi archiepiscopis ac (Roberto) Silvanectensi episcopo mandat, ut P(etrum) archidiaconum Dunensem, examinata eiusdem persona in litteratura, supplentes defectum si quis in eius electione extiterit, Remensi ecclesiae praeficiant in archiepiscopum. XV kal. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 200. n° 20. — »Remensi ecclesia pastoris.«

» 19 | » | (20719) (Philippo) regi Franciae indulget, ut nullus ordinariam iurisdictionem habens nullusque apostolicae sedis legatus *etc.* in personam eius excommunicationis vel interdicti sententiam valeat promulgare sine speciali eiusdem sedis licentia. XIII kal. Mai. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 430. n° 144. — »Inter ceteras sublimes.«

1273.

Apr. 20 | ap. Urbem veterem | (20720) Fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in regno Franciae deputatis mandat, ut in caritate Dei praedictum officium exequi studeant; et, si qui haeretica labe penitus abiurata redire voluerint ad ecclesiasticam unitatem, eis absolutionis beneficium impendant *etc.* XII kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. V. 1817; Percin Mon. conv. Tolos. II. 98; Ripolli Bullar. Praed. I. 512. n° 12. — »Prae cunctis mentis.«

» 27 | » | (20721) Carolum regem Siciliae rogat et hortatur, ut officiales suos a molestiis et gravaminibus consulum, consilii et communis Terracinensium tradita sibi potestate compescat ac de dampnis per haec illatis eisdem faciat ipsis debitam satisfactionem impendi. V kal. Mai. a° 2°. ‖ Contator Hist. Terracin. 200. — »Ad ea quae.«

» 27 | » | (20722) Regem Armeniae ad concilium generale a kalendis instantis mensis Maii ad unum annum apud civitatem Lugdunensem celebrandum invitat eumque rogat, ut integrum Nicaenum concilium et alia concilia, quae habere dicatur in Armenica littera, cum aliquibus peritis interpretibus, qui de Armenico transferant in Latinum, celeriter transmittat. V kal. Mai. a° 2°. ‖ Mansi Conc. XXIV. 59; Campi Hist. di Piacenza II. 430. n° 143. — »Ad laudem divini.«

» 29 | » | (20723) (Roberto) archiepiscopo Cantuariensi mandat, ut Pagano de Chaourse et Roberto de Tibotot Wigorn. et Lincolniens. dioec. crucesignatis de votorum redemptionibus provideat. III kal. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 201. n° 21. — »Ex insinuatione dilectorum.«

» 29 | » | (20724) Priori fratrum ord. Praedic. Parisiensi mandat, ut sex fratres ad eradicandum haereticam pravitatem eligat eisque praecipiat, ut inquisitionis officium in regno Franciae, comitatibus et terris C(aroli) regis Siciliae et Provinciae comitis dumtaxat exceptis, contra haereticos, fautores et receptores eorum studeant diligenter exequi. III kal. Mai. a° 2°. ‖ Martene Thes. anecd. V. 1822. — »Prae cunctis mentis.«

Mai. 5 | » | (20725) (Henrico) archiepiscopo Trevirensi et Ottoni praeposito ecclesiae s. Guidonis Spirensis ac fratri Bartholomaeo de ordine Minorum in Romana provincia inquisitori haereticae pravitatis committit, ut Ludovicum comitem palatinum Reni ducem Bavariae a sententiis excommunicationis per C(lementem) papam latis in eum occasione auxilii et favoris, quae quondam Conradino nepoti suo veniendo cum eo sive ducendo ipsum usque Veronam et alias impenderat, absolvant. III non. Mai. a° 2°. ‖ Acta acad. Theod.-Palat. VI. (1789.) 324. — »Ex parte nobilis.«

» 5 | » | • (20726) Monasterium s. Petri Cluniacense protegendum suscipit omniaque eius privilegia confirmat. III non. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1272(!). pont. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 139.

» 6 | » | • (20727) Universitati et communi civitatis Firmanae restituit castrum Marani. II non. Mai. a° 2°. ‖ Cronache della città di Fermo 446. n° 352.

» 7 | » | (20728) Priori et conventui fratrum ord. Praedic. Wratislaviensibus ecclesiam s. Adalberti, quam b. mem. Laurentius Wratislaviensis episcopus cum adiuncto sibi fundo eis concesserat, auctoritate apostolica confirmat. Non. Mai. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 514. n° 13. — »Cum a nobis.«

» 7 | » | (20729) Moraviensi, Aberdonensi et Glasguensi episcopis mandat, ut de ydoneitate personae magistri Roberti decani ecclesiae Dunkeldensis, quem eiusdem canonici in episcopum per viam compromissi canonice elegerunt, inquirant et, si de ea constiterit, praefatam electionem confirment. Non. Mai. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 103. n° 255. — »Ecclesia Dunkeldensi que.«

» 15 | » | (20730) Monasterium montis Sion Pragens. dioc. Praemonstr. ord. protegendum suscipit omnesque eius possessiones et bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Id. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1273. pont. a° 2°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 561. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 15 | » | (20731) Monasterium monialium de Dokzan (Doxan *H.*) Praemonstr. ord. tuendum suscipit omnesque *etc.* (*ut in* n° 20730). Id. Mai. indict. I. incarn. dom. a° 1273. pont. a° 2°. ‖ Hugo l. c. pr. 528; Erben Regest. Bohem. II. 333. n° 824, *omisso initio.* — »Prudentibus virginibus quae.«

» 15 | » | • (20732) Monasterii in Nunnenberch bona sub b. Petri et sua protectione suscipit, videl. Salinam minorem, maiorem quae Halle dicitur et Pulcher Prucke, Figaun, Glese, Mortzech *etc.* Id. Mai. a° (3°, *sed legas*) 2°. ‖ Lang Regesta III. 428.

» 18 | in ecclesia Urbevetana | (20733) Ubertinum de Andito civem Placentinum, primo quoniam Frederico dudum Romanorum imperatori, deinde quoniam Conrado et Manfredo natis et demum olim Conrado nepoti Frederici eiusdem contra monitiones Romanorum pontificum adhaerere pertinaciter non expavit, in sententias latas et poenas statutas per praedecessores eosdem contra praedictorum Frederici *etc.* fautores incidisse nunciat *etc.* Ceterum memoratum Ubertinum »hac fidelium multitudine copiosa praesente« monet, ut infra festum assumptionis b. Mariae V. proxime venturum ad ecclesiae et papae mandata redeat *etc.* In

1273.

festo ascensionis Domini aº 2º. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 430. nº 145. — »Ubertinus de Andito.«

Mai. 21 — ap. Urbem veterem — (20734) Fratri Iohanni de Viterbio ord. Praedic. mandat, ut cives, civitatem et commune Pisanos, qui excommunicationum sententiis innodati erant pro eo, quod olim Conradino Friderici dudum Romanorum imperatoris nepoti auxilium et favorem praestiterant, et quod Carolum regem Siciliae primo paciarium et postmodum vicarium imperii per Romanam ecclesiam in Tusciam destinatum non solum recusaverant admittere, verum etiam se illi opponere praesumpserant *etc.*, absolvat et poenas eis remittat. XII kal. Iun. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 33; Campi l. c. 431. nº 146; Ripolli Bullar. Praed. I. 514. nº 14; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1272 § 7. — »Occasione consilii, auxilii.«

» 21 — » — (20735) Abbati de Dunemunde Cisterc. ord., priori Praedicatorum et guardiano Minorum Rigensibus iniungit, ut Iohannem presbyterum eiusdem ecclesiae cellerarium in archiepiscopum Rigensem electum, de cuius sufficientia dubitetur, examinandum ad curiam mittant; alioquin electioni de se factae in eorum manibus renunciet. XII kal. Iun. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 201. nº 22; *cf.* Wadding Ann. Minor. IV. 384. — »Sicut accepimus Rigensi.«

» 21 — (») — * (20736) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum Metensibus mandat, ut Raynerium monasterii de s. Petri monte ord. s. Aug. canonicum in abbatem ipsius coenobii electum, inquisito modo electionis *etc.*, confirment. XII kal. Iun. (aº 2º). ‖ Wadding l. c. 384.

» 23 — » — (20737) Monasterium monialium Chotissovicense Praemonstr. ord. Pragens. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exprimit, iura ac privilegia confirmat. X kal. Iun. ind. I. incarn. dom. aº 1272(!). pont. aº 2º. ‖ Erben Reg. Bohem. II. 312. nº 781, *omisso initio.*

» 23 — » — (20738) Monasterium s. Mariae V. de Neubotle S. Andreae dioc. Cisterc. ord. protegendum suscipit omnesque eius *etc.* (*ut in* nº 20737). X kal. Iun. indict. I. incarn. dom. aº 1273. pont. aº 2º. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 185. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 23 — » — (20739) Monasterium Teplense ord. s. Aug. tuendum suscipit omnesque eius *etc.* (*ut in* nº 20737). X kal. Iun. indict. I. incarn. dom. aº 1273. pont. aº 2º. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 580; Erben Regest. Bohem. II. 334. nº 825, *omisso initio.* — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 25 — (») — * (20740) Philippum praepositum cathedralis Firmanae praeficit eidem in episcopum. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 710.

» 27 — » — (20741) Petri canonici ecclesiae Briocensis electionem in episcopum Briocensem confirmat. VI kal. Iun. aº 2º. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 267. — »Petitio tua nobis.«

» 27 — » — * (20741 a) Clero populoque Volaterranis Raynerium episcopum electum Volaterranum commendat. VI kal. (Iul., *sed legas*) Iun. aº 2º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1450.

» 28 — » — (20742) (Alfonsum) regem Portugalliae valde vituperat, quod in regno suo ecclesiasticam subvertere libertatem satagens episcopos et alios ecclesiarum praelatos, nec non consilia et communitates ac homines civitatum, castrorum et villarum in praedicto regno consistentium in eorum praeiudicium gravibus iniuriis afficit et damnis importabilibus aggravat *etc.*, quod a colonis praediorum clericorum et ecclesiarum contra antiquam consuetudinem partem fructuum eorum sub nomine iugtae contra iustitiam exigit *etc.* Addit apostolicas adhortationes. V kal. Iun. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1273 § 25; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 202. nº 23. — »Scire debes fili.«

» 28 — » — (20743) Priori Praedicatorum, custodi et guardiano Minorum fratrum Ulixbonensibus mandat, ut (Alfonso) regi Portugalliae, qui episcopos et alios praelatos et populum sui regni gravibus afficiat iniuriis et pressuris, litteras papales super hoc ei directas praesentent ac responsum ipsius sedi apostolicae intiment. V kal. Iun. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Min. IV. 543; Ripolli Bullar. Praed. I. 515. nº 15; Sbaralea l. c. 203. nº 24; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1273 § 9. XIII. 780. — »Cum carissimus in.«

Iun. 1 — » — (20744) S. Marci et Cassanensi episcopis et ministro fratrum Minorum in Calabria mandat, ut inquirant veritatem quorundam, quae obiiciuntur Rogerio canonico ecclesiae s. Severinae in archiepiscopum illiusmet ecclesiae electo. Kal. Iun. (Iul. *male* W.) aº 2º. ‖ Sbaralea l. c. 204. nº 25; *cf.* Wadding l. c. 384. — »Ecclesia s. Severinae.«

» 2 — » — (20745) Priori Praedicatorum, custodi et guardiano Minorum fratrum Ulixbonensibus mandat, ut (Alfonsum) regem Portugalliae super eis, quae in litteris papalibus ei directis et articulis a praelatis regni Portugalliae propositis continentur, moneant et, si ad illorum correctionem voluntariam se obtulerit, interdictum in eodem regno positum suspendant. IV non. Iun. aº 2º. ‖ Wadding l. c. 542; Ripolli Bullar. Praed. I. 516. nº 16; Sbaralea l. c. 205. nº 26; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 26. — »Volumus et presentium.«

» (3) — (») — (20746) Fratrem Bonaventuram ordinis Minorum generalem ministrum S. R. E. cardinalem creat et Albanensi ecclesiae praeficit in episcopum; mandat ei, ut huic provisioni in humilitate spiritus acquiescat, et praecipit ut ad ipsum sine mora veniat. *Sine nota*

1273.

chronol. ‖ Wadding l. c. 381; Campi Hist. di Piacenza II. 432. nº 147; Sbaralea l. c. 205. nº 27. — »A nostrae promotionis.«

Iun. 5 — de Urbe Veteri — Florentiam«. — »Dominus Gregorius pp. X recessit die 5. mensis Iunii.« ‖ Annal. Urbevetani ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 270; ap. Montemarte Cronaca d'Orvieto II. 217. — »De Urbe Veteri, ubi erat cum tota curia sua, de mense Iunii (Iulii *erranter Pertz*) proximo domnus papa movit et venit Florentiam«. ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 558.

» 11 — ap. Planum Carpineum — (20747) Priori et fratribus Praedicatorum Viterbiensibus mandat, ut res M(artini) archiepiscopi Bracarensis, quae penes eos depositae sint, Petro Tusculano electo conservandas assignent. III id. Iun. aº 2º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 516. nº 17. — »Cum dilecti filii.«

» 20 — Florentiae — (20748) Pisanae et ecclesiae et civitati archiepiscopalem dignitatem, quam eis Clemens pp. IV ademerat, omnibus cum iuribus suis, immunitatibus, privilegiis et quibuscumque honoribus restituit. XII kal. Iul. aº 2º. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 433. nº 148; Ughelli Ital. sacra III. 442; Matthaeius Eccl. Pisana I. app. 117; Borgo Diplomi Pisani 257; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 18. nº 5. — »Sicut magni beneficii.«

» 23 — » — (20749) Custodi, guardiano et fratribus ord. Minor. de Assisio mandat, ut duo scrinea cum aliis rebus suis in eorum domo deposita Honorato servienti suo, quem ad hoc specialiter mittat, sine difficultate assignent. IX kal. Iul. aº 2º. ‖ Campi l. c. 433. nº 149; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 206. nº 28. — »Volumus et per.«

Iul. 12 — Florentiae supra litus Arni iuxta pontem qui vulgariter dicitur Robacunti — (20750) Publicat formam pacis inter Guelfos et Guibellinos initae, cuius substantiam exprimit in 14 articulis, quas sub poena 20 millium marcarum Sterlingorum, excommunicationis et interdicti decernit perpetuis temporibus inviolabiliter observandas. IV id. Iul. aº 2º. ‖ Würdtwein Nova subsid. I. 106; Campi l. c. 435. nº 150; Lami Eccl. Florent. mon. I. 499; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 19. nº 6; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 28; Bzovius Ann. ad a. 1273 § 2. XIII. 776. — »Bonum pacis etsi.«

» 12 — Florentiae — (20751) Comitibus Guidoni Novello et Simoni fratri eius concedit, ut pro eis quae tempore vicariatus vel potestariae, quibus functi erant in provincia Tusciae, fecerint, antequam Carolus Siciliae rex vicarius vel paciarius fuerit ad eandem provinciam per sedem apostolicam destinatus, in sola curia Romana conveniri possint. IV id. Iul. aº 2º. ‖ Campi l. c. 437. nº 151; Lami l. c. I. 502; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 176. nº 326. — »Ut pro hiis.«

» — — » — * (20752) Agit praesentibus (Carolo) rege Siciliae, Simone cardinale *etc.* cum legatis Philippi regis Francorum de ambienda ab illo imperii Romani corona. ‖ Relation d'une entrevue entre les ambassadeurs du roi Philippe le Hardi et le pape Grégoire X touchant les prétentions du dit roi à l'empire des Romains, suivie de l'avis du roi de Sicile publ. par. Champollion Figeac *in* Documents historiq. inéd. sur l'hist. de France. — Mélanges histor. I. (Paris 1841. 4º) 652.

Aug. 20 — ap. Sanctam Crucem — (20753) Aldobrandinum episcopum Urbevetanum constituit ex Italia ad generale concilium Lugduni celebrandum discedens vicarium suum in Campania, Maritima, Anconitana marchia, ducatu Spoletano et Tuscia. XIII kal. Sept. aº 2º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1472; Ripolli Bullar. Praed. I. 517. nº 18; Touron Histoire I. 386. — »Appropinquat terminus ad.«

» 28 — » — (20754) (Philippo) regi Franciae significat, se pro continuando Terrae sanctae subsidio, donec per generale concilium ad hoc specialiter convocatum obveniat ei provisio plenior, ad eum mittere magistrum Guillelmum de Matiscone capellanum suum et generalem causarum apostolici palatii auditorem. Rogat eum et obsecrat, ut propositum suum, mittendi aliquot viros experientiam armorum habentes ad eiusdem terrae statum plenius explorandum, in passagio Martii proximo prosequatur. V kal. Sept. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 35; Campi Hist. di Piacenza II. 437. nº 152. — »Gaudemus in Domino.«

» 28 — » — (20755) Magistro Guilelmo de Matiscone capellano suo committit, ut nunciis, quos Philippus rex Franciae in Terram sanctam pro habenda certitudine status eius transmissurus sit instanti passagio, omnium peccatorum suorum plenam veniam largiatur. V kal. Sept. aº 2º. ‖ Campi l. c. 438. nº 153. — »Visis et plenius.«

» 30 — — — Potestati et populo Senensibus: »Perusii III kal. Sept. aº 2º« — »Ad vestram et.« ‖ Saint Priest Hist. de la conq. de Naples IV. app. 254, *vid.* 1228. Aug. 30. nº 8254.

Sept. 4 — ap. S. Crucem — (20756) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinali mandat, ut electionem de Illuminato de Theate ord. Minor. in episcopum Assisinatem factam examinet et, si eam de persona idonea canonice celebratam invenerit, confirmet. II non. Sept. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 543. nº 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 206. nº 29. — »Assisinaten. ecclesiae quae.«

(» 26) — Mutinae — »Aº 1273 die Martis de mense Septembri papa Gregorius transivit per civitatem Mutinae et ivit Placentiam, ubi erat oriundus.« ‖ Annal. vet. Mutinenses ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 71.

» 27 — »Aº Dⁱ 1273. indict. I. in 27. die mensis Septembris, scilicet in festivitate ss. Cosmae et Damiani, venit dominus papa Gregorius X

1273.

Sept. 28	in civit. Regium Parmam.	cum cardinalibus suis, et hospitatus fuit ad monasterium s. Prosperi, et sequenti die ivit Festinabat enim ire Lugdunum ad concilium faciendum.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 261.
Oct. 2	»Placentiam	die Lune 2. mensis Octubris in hora tertie intravit.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 558.
» 6	»Padum	transiens die Veneris venit
	Laudem,	deinde
» 8	Mediolanum	die dominico 8. mensis Octubris intravit.« ‖ Annal. Placent. Gibell. l. c. 558.
» 9	(»)	• (20757) Capitulum ecclesiae Rigensis protegendum suscipit omniaque eius privilegia ac iura confirmat. ‖ Mitth. a. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands VIII. 432. nº 5.
Nov. 3	ap. Camberiacum	(20758) (Alfonso) regi Castellae in regem Romanorum electo, qui gerebat in desiderio personaliter papam videre, scribit, se per Lombardiam ex causis necessariis elegisse peragere viam suam. »Generali autem concilio, pro quo viam ipsam assumpsimus et cui te iuxta vocationem nostram, si potuisses, desideravimus interesse, ... celebrato, si personae nostrae conditio seu negotiorum urgens utilitas ad partes illas, in quibus personam nostram videre conceperas, nos venire induxerint, id tibi ... tempore .. congruo significare curabimus.« ... »Quia etiam ignoratur, quamdiu in partibus Lugdunensibus oporteat nos morari«, rogat eum et obsecrat, ut illud, quod pro Terrae sanctae recuperatione ac Graecorum reditu papae ipsi revelare proponebat, per aliquem secretarium suum absque mora exprimat. III non. Nov. aº 2º. (3º *mendose Rayn.*) ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 438; Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 38; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1273 § 7. XIII. 779. — »Celsitudinis tuae litteras.«
» 20	Lugduni	(20759) Philippum Constantinopolitanum imperatorem hortatur, ut Michaelis Palaeologi imperatoris Graecorum nuntiis ad generale concilium destinandis patentes litteras de plena et pro personis, familiis et bonis suis in eundo, morando et redeundo assecuratione concedat. XII kal. Dec. aº 2º. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 407; Wadding Ann. Minor. IV. 377; Raynald. l. c. § 50, *sine initio.* — »Tamquam rex ex.«
» 20	»	(20760) (Carolum) regem Siciliae rogat et obsecrat, ut nunciis a Palaeologo ad generale quod immineat concilium destinandis pro se et familiis et bonis eorum in eundo, morando et redeundo plenam assecurationem concedat. XII kal. Dec. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 207; *sine signo chronol.* Martene Ampl. collect. VII. 235; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1273 § 1. XIII. 776. — »Tamquam rem ex.«
» 21	»	(20761) (Philippo) regi Francorum gratias agit, quod terram Venesinam, quam quondam Alfonsus comes Tolosae ac Pictaviae patruus eius obtinuit, extra manus suas totaliter ponere disposuit, ita ut nuntii apostolicae sedis nomine et auctoritate eiusdem possessionem ipsius terrae expeditam et vacuam apprehendere possint. XI kal. Dec. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 51; Campi Hist. di Piacenza II. 440. nº 155; Castrucci Istor. d'Avignone I. 149; *cf.* Bzovius l. c. § 9. XIII. 781. — »Libenter audivimus quod.«
» 21 resp. 23	»	(20762) Michaeli Palaeologo Graecorum imperatori gratulatur de intentione, quam habet circa negotium unionis Latinorum et Graecorum desideratae, eumque rogat, ut in eo perseveret et apocrisiarios ad omnia plene instructos mittat. IX (XI *Campi, Rayn.*) kal. Dec. aº 2º. ‖ Mansi Conc. XXIV. 60; Labbe Concil. XI. I. 954; Raynald. l. c. § 50; Campi l. c. 439. nº 154; Wadding Ann. Minor. IV. 376; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 208. nº 32; *absque nota chron.* Martene Ampl. collect. VII. 233; Mansi l. c. 107. — »Litterarum series quas.«
(» 23)	(»)	(20763) Archiepiscopos, episcopos, abbates .... et alios ecclesiarum praelatos ac marchiones, comites, barones, milites, potestates, capitaneos et vicarios eorundem, necnon consules, consiliarios, communitates sive populos civitatum, castrorum aliorumque locorum, ad quos litterae istae pervenerint, rogat et hortatur, ut nunciis solemnibus, quos Palaeologus Graecorum imperator ad generale quod immineat concilium destinaturus sit, pro se, familiis et bonis eorum, cum ad eos pervenerint, de securo conductu per omnes terras, districtus et loca sua provideant. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 235; Sbaralea l. c. 208. nº 31. — »Sub spe illius.«
(»)	(»)	(20764) Abbati monasterii Casinensis mandat, ut, quamprimum ei nunciorum Palaeologi Graecorum imperatoris ad generale concilium destinatorum adventus ad portum in quacumque parte regni Siciliae innotuerit, personaliter occurrat eisdem eosque ad papam ipsum deducat. *Absque nota chronol.* ‖ Martene l. c. 236. — »Virum magnificum Palaeologum.«
(»)	(»)	(20765) Episcopum Panormitanum rogat, insistat apud Carolum regem Siciliae, ut nunciis, quos Palaeologus ad generale concilium destinare promittat, patentes litteras de securitate concedat. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 237. — »Carissimo in Christo.«
» 25	»	(20766) Hieronymum de Esculo et Bonagratiam de S. Iohanne in Perseceto ord. fratrum Minorum hortatur, ut ad obtinendum votivum susceptae commissionis exitum laborent instantius; »ceterum apud Palaeologum Graecorum imperatorem vos specialiter instare volumus, ut cum suis nuntiis venturis ad concilium sic celeriter vos remittat, quod eidem concilio possitis personaliter interesse.« VII kal. Dec. aº 2º. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 167; Wadding Ann. Minor. IV. 378; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 209. nº 33; *sine signo chronol.* Martene l. c. 237. — »Labores vestros humano.«

1273.

Nov. 29	Lugduni	(20767) (Eduardo) regi Angliae, qui contra Guidonem de Monteforti propter necem Henrici patruelis dicti regis ultionem a papa poscerat, significat, illum censuris defixum flagitii veniam adhibitis pluribus interpretibus orasse, sed repulsam passum esse; postea illum sibi Florentia abeunti poenitentis cultu laqueo e collo pendente ad pedes proiecisse seque ad subeundas carceris poenas paratum obtulisse. »Mandavimus per Ricardum S. Angeli et Io(hannem) S. Nicolai in carcere Tulliano diaconos cardinales in Urbe morantes, Guidoni praefato in terra ecclesiae Romanae in aliqua arce tuta locum carceris assignari et ... ipsum Guidonem per ... Carolum Siciliae regem ... custodiri. ... Haec tamen ideo tibi sic seriose intimanda decrevimus, ne nostrorum processuum puritatem tertiae linguae malitia in tuae celsitudinis auribus fermentaret.« III kal. Dec. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 41—43; Rymer Foed. I. II. 134; Campi Hist. di Piacenza II. 440. nº 156; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1273 § 8. XIII. 780. — »Princeps inclyte novit.«
» 30	»	(20768) (Edwardum) regem Angliae sollicitat et rogat, ut Eadmundum comitem Leycestriae germanum suum in omnibus et specialiter in negotio decimae a praelatis regni pro regis et ipsius subventione concessae benigne se habeat. Laudat eius filialem affectum, quo (Alienoram) reginam matrem suam tractet. II kal. Dec. aº 2º. ‖ Rymer l. c. 135. — »Quantum deceat quantum.«
Dec. 1	»	(20769) Eundem rogat et hortatur, ut acceleret vel proroget coronationem suam, ne propter eam suus vel praelatorum adventus ad indictum generale concilium impediatur. Kal. Dec. aº 2º. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 441. nº 157; Rymer l. c. 136. — »Celsitudini regiae fili.«
» 3	»	(20770) Magistro Raymundo de Nogeriis capellano et nuncio suo in Anglia de electione abbatis monasterii s. Crucis de Waltham ord. s. Aug. Londoniens. dioc. diu vacantis mandata dat. III non. Dec. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 210. nº 34. — »Non sine compassione.«
» 16	»	(20771) Abbatissae et conventui monasterii s. Silvestri de Ischieto ord. s. Dam. Urbinat. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. XVII kal. Ianr. aº 2º. ‖ Sbaralea l. c. 211. nº 35. — »Cum a nobis.«
» 16	»	(20772) Praeposito et capitulo ecclesiae s. Mariae in Ror ord. s. Aug. Ratisponens. dioc. ius patronatus ecclesiae de Sallingperg eiusd. dioc., quod eis Heinricus dux Bavariae comes palatinus Reni concesserat, confirmat. XVII kal. Ianr. aº 2º. ‖ Dalhammer Canonia Rohrensis 17. § 4; Mon. Boica XVI. 140. — »Cum a nobis.«
» 16	»	(20773) Eisdem ius patronatus ecclesiae s. Mariae [Semerskirchen] Ratisponens. dioc. necnon terras, possessiones *etc.*, quas Maynhardus comes de Roteneke eis concesserat, confirmat. XVII kal. Ianr. aº 2º. ‖ Dalhammer l. c. 23. § 14; Mon. Boica l. c. 141; *cf.* Verhandl. des hist. Vereins f. Niederbayern XIV. (Landshut 1869) 37. — »Cum a nobis.«
» 23	»	(20774) Archiepiscopo Pisano mandat, ut per Tusciam mentem suam circa praesules inferioris ordinis ad concilium Lugdunense mittendos denunciet. X kal. Ianr. aº 2º. ‖ Matthaeius Eccl. Pisana II. app. 9. — »Licet generaliter abbates.«
» 23	(»)	• (20775) (Bernhardo) Seccoviensi episcopo libertates et immunitates eius ecclesiae indultas auctoritate apostolica confirmat. »Perusii« X kal. Ianr. aº 2º. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 235. nº 98, *male ad* a. 1274.
» 23	—	Regem Scociae rogat et hortatur: »Perusii X kal. Ianr. aº 2º«. ‖ Liber ecclesie de Scona 86. nº 120, *vid.* 1228. Dec. 23. nº 8303.
—	—	• (20776) (Carolo Siciliae regi) suadet, ut pensatis periculis, quae de guerra inter (Ottocarum) regem Boemiae et (Ladislaum) regem Ungariae eius generum possint insurgere, nisi eius obstetur initiis, solerter attendat, quantum ipsi facultas aderit. *Sine nota chronol.* ‖ *Fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1273 § 12; Fejér Cod. dipl. V. II. 134.
—	—	• (20776a) Abbati et conventui Mediani monasterii indulget, ut in parochiis illis, in quibus habent maiores et veteres, novalium quoque decimas percipiant. ‖ (Humb. Belhomme) Historia Mediani in monte Vosago monasterii ord. s. Ben. (Argentor. 1724. 4º) 331.

1273. fin. 1274. ineunt.

—	—	(20777) Henricum Leodiensem episcopum, qui episcopali gravitate prorsus abiecta simoniae, incontinentiae aliisque variis et diversis criminibus irretitus voluptatibus et desideriis carnis se totaliter deputabat, ita ut tam ante promotionem suam, quam etiam post quam plures filios et filias procreaverit, quandam abbatissam ordinis s. Benedicti sibi publice constitueret concubinam *etc. etc.* hortatur et monet, ut saltem rubore perfusus spiritum emendationis assumat reddatque se talem, »quod nobis de tua correctione gaudentibus plorandi te mortuum culpaque prostratum de cetero necessitas non incumbat. ... Festina converti ad Deum, noli tardare, ne si in mora fueris, iam non sit

1273. fin. **1274.** ineunt.

locus remedio, ex quo vitia fuerint in mores conversa» *etc.* *Absque signo chronol.* ‖ Mansi Conc. XXIV. 27; Labbe Conc. XI. I. 929; Lünig Spicil. eccl. II. (Reichs-Arch. XVII.) 507. n° 44; Campi Hist. di Piacenza II. 450. n° 175; Hardouin Conc. VII. 665. — »Debet unusquisque cui.«

— — (20778) Magistro Simoni de Parisius archidiacono Vindocinensi in ecclesia Carnotensi (Caroli) regis Siciliae cancellario confidenter communicat, instare inter cetera in generali concilio indicto tractanda tractatum habendum de revocatione Graecorum ad ecclesiae unitatem, ad cuius prosecutionem inter imperatorem Constantinopolitanum et regem Siciliae aliqua tractata dicantur, quae vel grave possent tanto negotio impedimentum afferre, vel per ignorantiam forte vel negligentiam graviter ipsorum imperatoris et regis animos perturbare. Iniungit ei, persuadeat eidem regi, ut praedictorum tractatuum seriem et suum in his beneplacitum sedi apostolicae per suas litteras intimet. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. VII. 231. — »Quo magis per.«

1274.

Ianr. 13 Lugduni (20779) Grimerium Aquensem archidiaconum et capellanum suum loco Hugonis Segusteronis episcopi, quem capitulum Aquense elegerat, Aquensi ecclesiae praeficit in archiepiscopum et pastorem. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 441. n° 158; *omisso initio* Gallia christ. I. instr. 69. n° 22; Pitton Annales de l'église d'Aix 159. — »Debitum officii nostri.«

„ 17 „ (20780) (Wolimiro) episcopo Cuiaviensi mandat, ut, cum aliquot canonici Gneznensis ecclesiae Conradum praepositum, quidam autem Iohannem Ridliza canonicum eiusdem ecclesiae in illius archiepiscopum elegerint et cognitio causae super his electionibus ortae a sede apostolica (Simoni) tit. S. Martini ad montes presbytero cardinali commissa sit, omnia bona temporalia sedis archiepiscopalis praefatae, quae per eosdem praepositum, canonicum et electores aliosve occupata reppererit, in suis faciat manibus assignari ac redditus et proventus praedictae sedis integre colligi, usque quo eadem alium legitimum administratorem accipiat. XVI kal. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 83. n° 157. — »Ecclesia Gneznensis pastoris.«

„ 18 „ (20781) Iohannem ecclesiae s. Euphemiae Placentinae ord. s. Aug. praepositum Bobiensi ecclesiae praeficit in episcopum. XV kal. Febr. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 442. n° 159. — »Inter curas sollicitudinis.«

„ 23 „ * (20782) Le pape écrit au doyen d'Utrecht que noble dame Béatrice comtesse de Courtrai, veuve de Guillaume comte de Flandre, lui a exposé que Jean Fase, Philippe Wates, Jean Bredemerch *etc.*, tous laïcs des villes et diocèses de Térouane, Tournai et Utrecht, ne cessent de l'inquieter au sujet des revenus, terres *etc.* Il ordonne audit doyen d'assembler les parties et faire cesser cette état de choses. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Saint Genois Inventaire 57. n° 177.

„ 25 „ (20783) Priori et conventui monasterii de Cartusia Cartus. ord. Gratianopolit. dioc. omnes libertates et immunitates confirmat. VIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Tromby Storia VI. app. 7. n° 5. — »Cum a nobis.«

„ 26 „ (20784) Episcopo, priori et archipresbytero Auximanis significat, se episcopo Firmano mandasse, ut excommunicationis et interdicti sententias, quas nulla canonica monitione praemissa in rectorem et consiliarios castri Ripaetransonis promulgaverit, relaxet. Mandat eis, ut, si dictus episcopus mandatum apostolicum neglexerit adimplere, ipsi sententias relaxent et, si quid fuerit quaestionis, fine debito decidant. VII kal. Febr. a° 2°. ‖ Cronache della città di Fermo 453. — »Significarunt nobis rector.«

„ 26 „ (20785) Hospitalis s. Iohannis Bruxellensis ord. s. Aug. Camerac. dioc. libertates et immunitates confirmat. VII kal. Febr. a° 2°. ‖ Analectes p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique IV. 41. — »Cum a nobis.«

„ 28 „ (20786) Episcopo Vercellensi causam vertentem inter ministrum, fratres et sorores domus Humiliatorum de Casali ex parte una et universitates de Casali et de Paciliano ex altera super possessionibus suis excolendis terminandam committit. V kal. Febr. a° 2°. ‖ De Conti Notiz. stor. di Casale II. 416. — »Conquesti sunt nobis.«

Febr. 1 „ (20787) Episcopo Firmano mandat, ut infra octo dies sententias excommunicationis et interdicti, quas sine causa rationabili in rectorem et consiliarios castri Ripaetransonis contra statuta concilii generalis promulgaverit, relaxet; alioquin *etc.* (*vid.* n° 20784). Kal. Febr. a° 2°. ‖ Cronache della città di Fermo 453. — »Significarunt nobis rector.«

„ 3 „ (20788) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum Barchinonensibus mandat, ut Berengarium sacristam in abbatem monasterii s. Iohannis de Abbatissis electum confirment, si de electi meritis veritatem inquisiverint. III non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 211. n° 36. — »Exhibita nobis dilectorum.«

„ 3 „ (20789) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum ac decano Metensibus committit cognitionem electionis Warneri canonici in abbatem monasterii s. Petri in Monte

1274.

ord. s. Aug. Metens. dioc. III non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 212. n° 37. — »Petitio dilectorum filiorum.«

Febr. 8 Lugduni (20790) Monasterium de Corin Cisterc. ord. Brandenb. dioc. cum omnibus bonis tuendum suscipit, specialiter autem terras et alia eius bona confirmat. VI id. Febr. a° 2°. ‖ Gercken Cod. II. 411; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XIII. 215. n° 15, *falso ad* a. 1273. — »Cum a nobis.«

„ 8 „ (20791) Abbati et conventui monasterii de Ottirburg Cisterc. ord. Mogunt. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. VI id. Febr. a° 2°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 134. n° 182, *male ad* a. 1273. — »Cum a nobis.«

„ 10 „ * (20792) Petro dicto Ispano castellano castri Morischi mandat, ut ad requisitionem Fulconis de Podio Richardi marchiae Anconitanae rectoris restituat communi Firmano castrum Morischi. IV id. Febr. a° 2°. ‖ Cronache della città di Fermo 444. n° 348, *perperam ad* a. 1273.

„ 10 „ * (20793) Saladino castellano castri Montis Falconis mandat, ut dictum castrum nomine Romanae ecclesiae universitati et communi Firmanis absque aliqua difficultate restituat. IV id. Febr. a° 2°. ‖ Cronache l. c. n° 349.

„ 13 „ (20794) Decano, scolastico et thesaurario ecclesiae Merseburgensis mandat, ut controversiam inter (Withigonem) Misnensem episcopum ex una parte et Vallis s. Georgii, de Reynesburne, de Rifesten, s. Petri de Erfordia et de Goz [Gosek] monasteriorum abbates Cisterc. et s. Ben. ordinum et praepositum monasterii sanctimonialium Montis s. Cyriaci extra muros Erfordenses, Maguntin. et Halberstad. dioec., ex altera parte super quadam annua pensione vertentem componant. Id. Febr. a° 2°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 178. n° 219. — »Conquestus est nobis.«

„ 13 „ (20795) Raymundum episcopum (Cumanum) in patriarcham Aquileiensem nuper electum a labore veniendi ad instans generale concilium haberi excusatum vult, cum urgentes necessitates Aquileiensis ecclesiae nullatenus negligendae sint. Id. Febr. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 443. n° 161; Tatti Annali di Como II. 960; Mansi Conc. XXIV. 61. — »Quamvis in instanti.«

„ 18 „ (20796) (Friderico) episcopo Merseburgensi mandat, ut litem inter b. mem. W(illelmum?) Lubucensem episcopum et (Witigonem) Misnensem episcopum super quibusdam limitibus de Schydelowe [Schiedlo] exortam in statum debitum revocet, causam ipsam ad (Conradi) archiepiscopi Magdeburgensis, alioquin ad abbatis de Paradiso Cisterc. ord. Poznaniensis dioc. remittat examen. XII kal. Mart. a° 2°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 178. n° 220. — »Sua nobis venerabilis.«

„ 19 „ (20797) Magistro Raymundo de Nogeriis capellano et nuncio suo in Anglia concedit testimonium de 1160 marchis 7 solidis et 8 denariis sterlingorum persolutis, quos de censu, quem denarium s. Petri vulgariter dictum ecclesia Romana in regno Angliae percipit annuatim, collegit. XI kal. Mart. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 443. n° 162. — »Solutionem per te.«

Mart. 1 „ (20798) Fratribus Praedic. et Minor. ord. inquisitoribus haereticae pravitatis mandat, ut contra christianos ad ritum Iudaeorum transeuntes et Iudaeos conversos reiudaeizantes vel christianos ad eorum ritum trahentes tamquam contra haereticos procedant. Kal. Mart. a° 2°. ‖ Cherubini Bullar. I. 142; Campi l. c. 443; Ripolli Bullar. Praed. I. 517. n° 19; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 213. n° 39; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 24. n° 7; *omisso die* ap. Percin Mon. conv. Tolos. ff. Praedic. III. 97. n° 6. — »Turbato corde audivimus.«

„ 1 „ (20799) Guardiano fratrum Minorum Laudunensium mandat, dispenset cum Iohanne de Bailleis milite et Agnete de Clariaco Laudunens. dioc., ut possint ad invicem libere matrimonialiter copulari. Kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 212. n° 38. — »Dilectus filius Iohannes.«

„ 7 „ (20800) Monasterium monialium s. Agnetis de Burgo s. Laurentii de Mugello ord. s. Aug. protegendum suscipit eiusque iura ac privilegia confirmat. Non. Mart. indict. II. incarn. dom. a° 1273. pont. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 518. n° 20. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 7 „ (20801) Monasterium s. Mariae Filiae Dei de Rotundo Monte [Couvent de la Fille-Dieu] ord. s. Ben. Lausann. dioc. abbatissam propriam non habens tuendum suscipit eiusque bona ac possessiones confirmat. Non. Mart. indict. II. incarn. dom. a° 1273. pont. a. 2°. ‖ Mémorial de Fribourg I. (1854) 497. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 12 „ (20802) Potestati, consilio et communi Pisanis scribit de tractatu, quem de concordia facienda inter ipsos et Ubertinum de Andito eiusque sequaces cum illo habuerant et sedis apostolicae approbationem petentes transmiserant. Monet eos, ut praedictum tractatum nullatenus consument. IV id. Mart. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 444. n° 164. — »Novit ille qui.«

1274.

Mart. 14	Lugduni	* (20803) Papst Gregor bestätigt alle Freiheiten des Klosters Folkolderoth. II id. Mart. a° 2°. ‖ Zeitschr. des Vereins f. thüringische Geschichte V. (Jena 1862) 378, *perperam ad* a. 1272.
» 15	»	(20804) S(anctium) archiepiscopum Toletanum monet, ut in deportatione crucis per provinciam Narbonensem contra prohibitionem Clementis pp. praedecessoris (*vid.* n° 19900) nil attentet. Id. Mart. a° 2°. ‖ P. de Marca De concordia. Append. auct. vet. 127; *id.* Dissert. tres 380; Campi Hist. di Piacenza II. 445. n° 167. — »Felicis recordationis Clemens.«
» 15	»	(20805) Priorem et conventum monasterii s. Trinitatis Londoniensis ord. s. Aug. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem decimas, domos, terras *etc.* eis confirmat. Id. Mart. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. II. 137; Dugdale Monast. Anglic. VI. 164. n° 26. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 15	»	(20806) Comitem Montisfeltri, qui contra Romanam ecclesiam a longis retroactis temporibus effraeni audacia militavit, hortatur, ut nunc saltem a suis insolentiis totaliter resipiscat. Id. Mart. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 444. n° 165. — »Nec apud Dominum.«
» 15	»	(20807) Potestatem, consilium et commune Urbinates rogat et monet, ut ab antiqua rebellione sua et ab Romanae ecclesiae devotorum persecutione continua ceterisque suis insolentiis desistant. Id. Mart. a° 2°. ‖ Campi l. c. 445. n° 166. — »Miramur nec mirum« (*legas* non modicum).
» 15	—	Moraviensi, Aberdonensi et Ergadiensi episcopis: »Ap. Urbem veterem id. Mart. a° 2°«. ‖ Theiner Mon. Hibern. 103. n° 256, *vid.* 1273. Mart. 15. n° 20690.
(Ianr.-Mart. 19)	Lugduni	(20808) Consuetudinem Romanae ecclesiae ab aliquibus retro temporibus observatam »quod ribaldis in die carnisprivii circa vesperas in domo domini papae dabatur eleemosyna, cuilibet medium frustum de carnibus, unus panis et unus scyphus vini cuilibet annuatim«, totaliter revocat. A° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 442. n° 160.
» 25	(»)	(20809) R(adulpho) in Romanorum regem electo gratulatur de eius sincera in ecclesiam fide eique suadet, ut invariabili proposito in hoc ardore persistat. *Sine nota chronol.* Dat. ex Palackio. ‖ Böhmer Acta imperii II. 694. n° 991; *cf.* Palacky Reise 43. n° 333. — »Grata nec immerito.«
(» —)	(»)	(20810) Hieronymo de Esculo, Raymundo Berengarii, Bonagratiae de S. Iohanne in Perseceto et Bonaventurae de Mugello de ord. Minor. apostolicae sedis nunciis mittit formam professionis fidei et recognitionis primatus ecclesiae Romanae, quae a Michaele Palaeologo imperatore Graecorum petenda sit. *Absque nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. VII. 227. — »In litteris quas.«
(»)	(»)	(20811) (Carolum) regem Siciliae hortatur, ut cum Palaeologo treugas ad tempus ineat, ne tractatus de reductione Graecorum ad Romanae ecclesiae unitatem impediatur. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 229. — »Tractatum de reductione.«
(»)	(»)	(20812) Eundem rogat et obsecrat, ut sedem apostolicam de tractatis inter ipsum et imperatorem (Constantinopolitanum) ac Palaeologum de revocatione Graecorum ad ecclesiae unitatem habitis certiorem faciat. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 230. — »Sicut in litteris.«
Apr. 5	(»)	* (20813) Bartholomaeum Quirinum Venetum eligit et renunciat legitimum Castellanum episcopum. Non. Apr. 1274. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1270.
» 9	»	(20814) Praeposito ecclesiae s. Luciae Cremonensis in controversia vertente inter Turchium archipresbyterum plebis s. Petri de Guastalla et Gerardum de Sesso clericum Reginens. dioc. super archipresbyteratu dictae plebis mandata dat. v id. Apr. a° 3°. ‖ Affò Ist. di Guastalla I. 371. n° 72. — »Sua nobis Turchius.«
» 13	»	(20815) Abbati de Tincia (ord. s. Ben.) Cracoviens. dioc. mandat, ut causam vertentem inter archidiaconum Lennicensem in ecclesia Wratislaviensi ex parte una et Henricum Decus molendinarium, Gedinum filium, Eliam, Zachariam et Conradum cives Wratislavienses ex altera, qui partem cuiusdam fluminis per terras villae de Goguta ad praebendam Wratislaviensem dicti archidiaconi spectantes contra iustitiam derivarant, fine debito decidat. Id. Apr. a° 3°. ‖ Cod. dipl. Tinecens. I. 11. n° 7, *ubi perperam tribuitur* Gregorio IX. — »Conquestus est nobis.«
» 22	»	(20816) Decano Aquilegensi mandat, ut ea quae de bonis domus s. Mariae in Wreuniz [Freudnitz] Cartus. ord. Aquileg. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. x kal. Mai. a° 3°. ‖ Chmel Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth.) I. 171. — »Ad nostram noveris.«
» 27	»	(20817) Guillelmo de Villareto priori prioratus hospitalis Ierusalem de S. Aegidio curam, custodiam, administrationem, regimen et iurisdictionem terrae Venayssini quoad temporalia committit. v kal. Mai. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 448. n° 170; Castrucci Istor. d'Avignone I. 151; Bouche Descript. de la Provence II. 232. — »Universum ecclesiae Romanae.«

1274.

Apr. 30	Lugduni	* (20818) Abbati et conventui monasterii in Alba ius patronatus ecclesiae in Merchelingen, quod eis Ludevicus de Lybencelle concesserat, auctoritate apostolica confirmat. II kal. Mai. a° 3°. ‖ Mone Zeitschr. I. 487.
Mai. 1	»	»Tertio sui pontificatus anno pro utilitate Terrae sanctae, quam personaliter visitare intendebat, apud Lugdunum sollemne celebravit concilium; et incoeptum fuit prima die Maii, in quo Graecorum et Tartarorum sollemnes nuntii interfuerunt.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 261. — »Dominus papa celebravit concilium Lugduni Galliae, quod quidem duravit a festo apostolorum Philippi et Iacobi (*i. e.* d. 1. Mai.) usque XVI kal. Aug.« (*i. e.* Iul. 17). ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 213. — »Apud Lugdunum concilium celebravit nonis Maii, quod duravit 3 mensibus et paulo plus.« ‖ Annal. Pruveningens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 608. — »II non. Maii (*i. e.* 6. Mai.) in ecclesia s. Iohannis in civitate Lugdunensi celebratur concilium generale a Gregorio X.« ‖ Annal. Blandiniens. ap. Pertz l. c. V. 32. — »Kalendas Maii apud Lugdunum generale concilium celebravit.« ‖ Rishangeri Chron. 81; Nic. Triveti Annal. ed. Hog 286. — »Mense Maio celebratum est concilium generale Lugduni praesidente papa Gregorio X.« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 2. —
» 2	»	**Concilium generale.** »Iniungit prius ipse sanctissimus pater quinto die ante sessionem, scilicet secunda eiusdem mensis, omnibus praelatis et capellanis suis ieiunium triduanum.« ‖ Brevis nota concil. IIi Lugdun. ap. Mansi Conc. XXIV. 62; Labbe Conc. XI. I. 956; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 6. XIII. 784.
» 5	»	(20819) Ducem Brabantiae rogat et hortatur, ut ab omni Leodiensis ecclesiae molestia in suis bonis ac iuribus et potissime super Villa de s. Trudone penitus abstineat. III non. Mai. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 449. n° 172. — »Quamvis universas orbis.«
» 5	»	(20820) Villico, scabinis et universitati hominum Villae de s. Trudone Leodiens. dioc. de superiore epistola significat eosque hortatur, ut libertatem suam et statum viriliter defendant. III non. Mai. a° 3°. ‖ Campi l. c. n° 173. — »Nosse vos credimus.«
» 6	»	(20821) Praeposito et capitulo ecclesiae de Caldenborn ord. s. Aug. Halberstad. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. II non Mai. a° 3°. ‖ Schoettgen et Kreysig Dipl. et scr. hist. Germ. II. 711. n° 50. — »Iustis petentium desideriis.«
» 6	»	(20822) Abbati de Sichem Cisterc. ord. Halberstad. dioc. controversiam inter praepositum et conventum monasterii s. Iohannis in Caldenborn ex parte una et universitatem villae de Linungen Halberstad. dioc. super iurisdictione in dicta villa vertentem committit decidendam. II non. Mai. a° 3°. ‖ Schoettgen et Kr. l. c. 711. n° 49. — »Dilecti filii praepositus.«
» 7	Lugduni in ecclesia maiori s. Iohannis	**Concilium generale.** Sessio prima. »Mense Maii, die Lunae septima eiusdem, III (!). indict. congregato generali concilio per sanctissimum patrem dom. Gregorium X, ... idem .. circa horam missae descendens de camera sua in ipsam ecclesiam, praeparato sibi faldistorio in choro, ... dixit Tertiam et Sextam, quia erat dies ieiunii« *etc.* ... »Et tunc ipse incoepit sermocinari proposito themate, scil.: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar et antequam moriar.* ... Quo finito et pausato aliquantulum, coepit alloqui concilium narrando motum et votum animi sui, et causas propter quas evocaverat concilium ..... Qua allocutione completa, surrexit de sede et indixit aliam sessionem ad aliam diem, Lunae (*male, legas* Veneris) scilicet, et sic dissoluta est prima sessio.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 61—63; Labbe Conc. XI. I. 956; Campi Hist. di Piacenza II. 448. n° 171; Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 2; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 6. XIII. 785.
» 7	Lugduni	* (20823) (Friderico) archiepiscopo Salisburgensi mandat, ut bona monasterio in Nunnenberch ablata ad ius et proprietatem eius revocet. Non. Mai. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 428.
» 8	in maiori ecclesia Lugdunensi	(20824) Capitaneos, consilium et commune Ianuenses propter societatem et confoederationem cum Ianuensibus excommunicat eorumque civitatem ecclesiastico supponit interdicto. In die Ascensionis Di a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 450. n° 174. — »Sano quamquam in.«
» 10	Lugduni	* (20825) Abbatibus monasteriorum de Guthvalia, Novavalle et de Warnhem Lincop. et Scarens. diocc. scribit de saecularibus Wisbyensibus, qui ad normam statutorum et capitularium civitatis contra canones iudicant, nulla in pios usus ex ultima voluntate legata valere posse, immo aliis editis statutis libertati ecclesiasticae derogant. Omnia haec nulla declarantur. VI id. Mai. a° 3°. ‖ Celse Appar. ad hist. Sveo-Goth. I. 86. n° 8.
» 10	—	Potestati, consilio et communi Albae: »Bellicadri VI id. Mai. a° 3°«. ‖ Busson Doppelwahl 133, *vid.* 1275. Mai. 15.
» 11	Lugduni	(20826) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterc. ordinis omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. V id. Mai. a° 3°. ‖ v. Hodenberg Lüneburger UB. Abth. VII. 79. n° 104. — »Cum a nobis.«

		1274.
Mai. 14	Lugduni	(20827) Decano et capitulo ecclesiae Olomucensis scolastriam, quam in ea B(runo) Olomucensis episcopus de novo creavit, auctoritate apostolica confirmat. II id. Mai. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 125; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 360. n° 878. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(20828) E(dwardum) regem Angliae, qui papae proponebat »per Franciam transeundo cuidam torneamento, quod inibi dicitur congregari, ... personaliter interesse« rogat et hortatur, ut, vitatis prorsus huiusmodi iuvenilibus ludis, eis nullatenus se immisceat nec unquam exponat. Id. Mai. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 139. — »Etsi a torneamentorum.«
» 15	»	(20829) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii de Seusliz ord. s. Clarae, quibus Henricus marchio Misnensis Seusliz eiusque curiam de Studowe ac Reinarsdorff, Neuen Seusliz et Cerin, Altenlomatzsch, Serebiz, Duritz, Colzewiz, Wolfersdorff *etc.* villas Misnens. dioc. pro animae suae remedio concessit, hanc concessionem confirmat. Id. Mai. a° 3°. ‖ Unschuldige Nachrichten von Alten u. Neuen theol. Sachen. 1725. (Leipz. 8°) 8; Joh. Gotth. Horn Princeps Henricus cogn. Illustris landgrav. quondam Thuringiae (Francof. & L. 1726. 4°) 364. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(20830) Praeposito et conventui monasterii de Berthesgaden ord. s. Aug. Salzburgens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Id. Mai. a° 3°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 21. n° 28; Hund Metrop. Salisburg. ed. Gewold II. 170. — »Solet annuere sedes.«
» 18	Lugduni in ecclesia maiori s. Iohannis	**Concilium generale.** Sessio secunda. »Eodem a° et mense, die vero veniente decima octava (*cf.* 7. Mai.) eiusdem facta est secunda sessio, in qua omnia facta sunt sicut in prima...... Allocutione (papae) finita latae sunt constitutiones pro zelo fidei ..... et indicta est tertia sessio ad diem Lunae post octavam pentecostes, quae erat 28. Maii. Et sic dissoluta est secunda sessio.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 63; Labbe Conc. XI. I. 957; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 6. XIII. 785.
» 18	Lugduni	* (20831) Monasterii Eberacensis libertates et privilegia confirmat. XV kal. Iun. a° 3°. ‖ Lang Regesta III. 431.
» 23	»	(20832) Monasterii de Wlodizlauia [*i. e.* Rauden in Silesia sup.] Cisterc. ord. Wratisl. dioc. privilegia, immunitates et libertates confirmat. X kal. Iun. a° 3°. ‖ Sommersberg Script. rer. Siles. I. 880; Jongelin Notitia abbatiarum Cisterc. V. 55; Codex dipl. Silesiae II. 12. n° 12. — »Cum a nobis.«
» 24	»	* (20833) (Ludovico) abbati monasterii in Reinhardsbrunn mandat, ut ea quae de bonis monasterii in Troistat [Trohstadt] Praemonstr. ord. Herbipolens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. IX kal. Iun. a° 3°. ‖ Möller Gesch. des Kl. Reinhardsbrunn 62.
» 27	»	(20834) (Alberto) decano ecclesiae s. Trinitatis Spirensis mandat, ut ea, quae de bonis monasterii monialium Lucidae Vallis Cisterc. ord. Spirens. dioc. alienata *etc.* (*ut in* n° 20833). VI kal. Iun. a° 3°. ‖ Mone Zeitschr. VII. 208, *male ad* a. 1275. — »Dilectarum in Christo.«
» 30	»	(20835) Monasterium de Wlodizlauia [*i. e.* Rauden in Silesia sup.] Cisterc. ord. Wratisl. dioc. tuendum suscipit eiusque possessiones confirmat. III kal. Iun. a° 3°. ‖ Codex dipl. Silesiae II. 12. n° 13. — »Cum a nobis.«
» 30	»	(20836) Abbati et conventui eiusdem monasterii indulget, ut in parochiis illis, in quibus habent maiores ac veteres, novalium quoque decimas percipere valeant. III kal. Iun. a° 3°. ‖ Codex dipl. Silesiae II. 13. n° 14. — »Devotionis vestre precibus.«
» 30	»	* (20837) Abbatissam et conventum monasterii Lucidae Vallis Cisterc. ord. Spirens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eis terras, domos et alia bona confirmat. III kal. Iun. a° 3°. ‖ Mone Zeitschr. VII. 208, *male ad* a. 1275.
(Iun. ineunte)	(»)	(20838) (Otakaro) regi Boemiae de necessitate accelerandi provisionem imperii scribit commendatque ea, quae (Brunoni) Olomucensi et (Bernhardo) Secoviensi episcopis viva voce referenda commisit. *Sine nota chronol.* ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 129; Chmel *in* Sitzungsber. der Wiener Akad. Hist.-ph. Kl. XI. (1853.) 203; Erben Regest. Bohem. II. 363. n° 890. — »Quam necessaria quantumque.«
Iun. 1	»	(20839) Episcopo Waciensi mandat, ut causam abbatis conventusque monasterii s. Martini de sacro Monte Pannoniae et Dionysii laici filii Georgii Iauriens. dioc., qui super quibusdam equis, quadam pecuniae summa, terris, possessionibus ac rebus aliis iniuriaverat eisdem, partibus convocatis audiat et decidat. Kal. Iun. a° 3°. ‖ Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 265, *ubi Gregorio IX perperam tribuitur.* — »Conquesti sunt nobis.«
» 1	»	* (20840) Confirmat omnia privilegia et indulgentias coenobii de Hambeya. Kal. Iun. a° 3°. ‖ Dumonstier Neustria pia 822.
» 4	»	* (20841) Salva in decimis moderatione concilii generalis possessiones et privilegia monasterii s. Mariae Montis Angelorum (ord. s. Ben.) roborat. ‖ Versuch e. urk. Darstell. des Stiftes Engelberg 151. n° 101.

		1274.
Iun. 5	Lugduni	(20842) Praeposito et Henrico de Grunimberc canonico Magdeburgensibus mandat, ut controversiam inter (Withigonem) episcopum Misnensem et (Henricum) Brandenburgensem episcopum in Copenic, Lichtenwalde ac aliis pluribus villis Misnens. dioc. iurisdictionem episcopalem indebite exercere praesumentem componant. Non. Iun. a° 3°. Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 182. n° 236. — »Sua nobis venerabilis.«
» 5	»	(20843) S. Michaelis in Bosco et S. Iohannis in Monte Bononiensi committit causam fratrum Praedicatorum Bononiensium et fratrum ordinis Servorum s. Mariae, qui contra apostolicum statutum infra terminos Praedicatorum ecclesiae proximos ecclesiam construere incoeperant, canonice decernendam. Non. Iun. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 519. n° 21. — »Sua nobis dilecti.«
» 7	Lugduni in maiori ecclesia s. Iohannis	**Concilium generale.** Sessio tertia. »Eodem a°, mense vere Iunii, die eiusdem septima, in qua omnia facta sunt sicut in prima. .... Et postea lectae sunt constitutiones: »Ut circa electionem«, »Avaritiae caecitas«, »Quam sit ecclesiis«, »Perpetuae sanctionis«, »Nulli dicere«, »Si quando contigerit«, »Quamvis constitutio«, »Properandum«, »Eos qui clericos«, »Exigit multorum« constitutionem fel. record. Innocentii pp., »Praesente generali.« Quibus lectis dominus papa allocutus est concilium, et dedit licentiam omnibus praelatis, quod possent exire Lugdunum et elongare se usque ad sex leucas. Diem alterius sessionis non praefixit propter dubium adventum Graecorum; et sic absoluta est tertia sessio.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 64; ap. Labbe Conc. XI. I. 957.
» 9	Lugduni	(20844) Monasterio de Corin Cisterc. ord. Brandeburg. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. V id. Iun. a° 3°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. XIII. 217. n° 19. — »Cum a nobis.«
(» 11)	(»)	(20845) (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis in Romanorum regem electum admonet, ut ab ambiendo imperio desistat: statum miserabilem Terrae sanctae non pati, ut diutius ea controversia producatur; aequo ferat animo, si sceptrum Germaniae alteri vis iustitiae transscribat; longe ipsi maiorem gloriam comparandam esse, si praeterita publici tantum boni causa tentasse demonstrarit. Addit, se eius nuncios Astoricensem episcopum, nobilem virum Iohannem Num, fratrem Ademarum de ordine Praedicatorum et magistrum Ferrandum notarium remittere ac insuper Fredulum capellanum suum canonicum Magalonensem, cuius relationi circa praemissa fidem adhibeat, ad eum destinare eique suadet, ut illius persuasionibus adhaereat. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 45; *cf.* Kopp Reichsgesch. I. 83. — »Inducit nos singularis.«
(»)	(»)	(20846) Magistrum Fredulum capellanum suum canonicum Magalonensem instruit, qua ratione (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis adducere debeat, ut praetento imperio cedat: »exponas ei, quod, iustitia et facti qualitate vetantibus, sibi ad imperiale diadema vel idem imperium obtinendum favere nequimus: praesertim alio iuxta eiusdem imperii consuetudines hactenus observatas apud Aquasgranas regni Alemanniae coronam adepto et regnum ipsum cum favore omnium vocem in electione imperatoris habentium, uno dumtaxat excepto (*i. e.* Otakaro rege Boemiae), caeterorumque regni eiusdem principum, magnatum et aliorum pacifice obtinente.« Si plenariam regis renuntiationem obtinuerit, dat ei potestatem concedendi regi a negotio imperii desistenti decimam omnium ecclesiasticorum reddituum suorum regnorum et terrarum usque ad sex annos. *Sine signo chronol.* (III id. Iun. a° 3° *secundum* Palacky Reise 43. n° 335.) ‖ Raynald. l. c. § 48, *deficientibus initio et fine.*
» 17	»	(20847) Abbati et conventui monasterii de Dunfermelin ord. s. Ben. S. Andreae dioc. indulget, ut ad solutionem debitorum minime teneantur, nisi creditores eorum legitime probaverint eadem conversa fuisse in utilitatem monasterii memorati. XV kal. Iul. a° 3°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 188. n° 297. — »Monasterium vestrum sicut.«
» 19 resp. 20	»	(20848) Abbati et conventui monasterii Medlicensis ord. s. Ben. Pataviens. dioc. idem confirmat. XIII (XII *Schr.*) kal. Iul. a° 3°. ‖ Schramb Chron. Mellic. 163; Hueber Austria 26. — »Cum a nobis.«
» 22	»	* (20849) Monasterio Libri s. Mariae in Rengering idem confirmat. X kal. Iul. a° 3°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 491. n° 947.
» 22	»	(20850) Compositionem inter abbatem conventumque monasterii de Reynevelde Cisterc. ord. Lubicens. dioc. aliosque ex parte una et Iohannem ducem de Brunswic dominum de Lunemborg ex altera factam super eo, quod idem dux infra oppidum de Lunemborg ad ipsum pertinens quandam salinam, quam de novo fodi fecerat, omnino destruat, confirmat. X kal. Iul. a° 3°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 228. n° 238; Sudendorf UB. I. 54. n° 83. — »Cum a nobis.«
» 22	»	(20851) Scolastico ecclesiae Magdeburgensis mandat, ut, cum nonnulli clerici et laici, barones quoque, nobiles ac potentes Bremensis et Cuerinensis civitatum et diocesum terras, domos et alia bona immobilia, quae ab ecclesia Bremensi in feudum vel sub redditu aut annuo censu tenent, quandoque locis religiosis, ecclesiis, laicis *etc.* vendere, donare *etc.* praesumpserint, has infeudationes et alia contra iustitiam ab illis attemptata in irritum revocet, contradictores autem per censuram ecclesiasticam compescat, *etc.*

		1274.
		x kal. Iul. a° 3°. ‖ Ehmck Bremisches UB. I. 400. n° 361. — »Significa(ru?)nt nobis venerabilis.«
Iun. 22	Lugduni	* (20852) Papst Gregors X Mandat an den Bischof von Schwerin, den Erzbischof (Hildebold und das Capitel von Bremen in Wiedererlangung der ihnen entfremdeten Kirchengüter zu unterstützen. ‖ Hannov. Copiar fol. 99 *teste* Ehmck l. c. 695. n° 597.
» 24	»	»Eodem vere a° et mense, die vigesima quarta nuncii (Michaelis Palaeologi) imperatoris Graecorum venerunt.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 64; ap. Labbe Conc. XI. I. 957.
» 27	»	(20853) Decano ecclesiae Olomucensis mandat, ut restitutionem detentorum fratribus hospitalis Ierusalem in Austria reddituum procuret. v kal. Iul. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 127; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 362. n° 887. — »Significarunt nobis dilecti.«
» 27	»	(20854) Abbati et conventui monasterii de Dunfermelin ord. s. Ben. S. Andreae dioc. indulget, ut ad solutionem debitorum minime teneantur nec compelli possint, nisi creditores eorum legitime probaverint eadem conversa fuisse in utilitatem monasterii memorati, nec ad solvendum quicquam eisdem creditoribus ultra sortem. v kal. Iul. a° 3°. ‖ Registrum de Dunfermelyn 189. n° 298. — »Monasterium vestrum sicut.«
» 29	»	(20855) Magistro Magno canonico, Guidoni presbytero S. Christinae, fratribus Wicioni et Lucido Praedic. ut Minor. ordinum, Ugolino Gacto et Benecto capellano civibus Pisanis iniungit, et nomine ecclesiae Romanae 1000 marcas argenti a civibus Pisanis, in quibus eidem ecclesiae tenentur, petant in quatuor partes dividendas infirmis, pauperibus *etc.* III kal. Iul. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 452. n° 177; Ripolli Bullar. Praed. I. 519. n° 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 213. n° 40. — »Referente fama accepimus.«
» 29	»	»Eodem a° et mense, die (28., *legas*) 29. in festo apostolorum Petri et Pauli dominus papa celebravit missam in maiori ecclesia s. Iohannis Lugdunensis« *etc.* ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 64; ap. Labbe Conc. XI. I. 957; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 7. XIII. 790.
» 30	»	(20856) Magistro et fratribus domus leprosorum s. Leonardi de Buscello iuxta Hoyum ord. s. Aug. dioc. Leodiens. concessam ab (Henrico) Leodiensi episcopo licentiam habendi capellanum proprium in capella suae domus et iuxta eandem capellam ad opus suum cimiterium confirmat. II kal. Iul. a° 3°. ‖ de Reiffenberg Monum. de Namur I. 161. — »Cum a nobis.«
(» —)	(»)	(20857) Radulpho in Romanorum regem electo gratulatur de bono eius in ecclesiam animo et quod se offert ad negotium Terrae sanctae per magistrum O(ttonem) praepositum S. Guidonis Spirensem cancellarium regium et nuntium. *Sine nota chronol.* ‖ Böhmer Acta imperii II. 694. n° 992. — »Dilectus filius magister.«
(Iun. fin.)	(»)	* (20858) Regi Siciliae nuntiat, se ita facturum, ut (Radulfus) rex electus Romanorum ei arctius uniatur. ‖ Palacky Reise 43. n° 336.
(Iun. Iul.)	(»)	(20859) »Gregorius papa in concilio Lugdunensi destituit Bertholdum de Hennenberg de episcopatu Herbipolensi, provisione temporalium honorifice sibi facta, et decanum praefatae ecclesiae nomine Bertholdum ibidem instituit episcopum.« ‖ Chronicon S. Petri Erford. ap. Mencken Scr. rer. Germ. III. 283.
Iul. 3 4	»	»Eodem a°, mense vero Iulii, die tertia eiusdem dominus papa fecit vocari dominum (Henricum) episcopum Leodiensem ad se et, propositis quibusdam excessibus suis sibi, compulit eum cedere oneri et honori. Sequenti vero die nuncii (Abaghae) Tartarorum regis repraesentaverunt se domino papae in camera sua ...., et eodem die est quarta sessio nunciata ad diem Veneris futuri ... omnibus praelatis per cursores domini papae. Et eodem die dominus papa fecit vocari dominum Fridericum abbatem S. Pauli de Urbe et, propositis quibusdam excessibus suis sibi, compulit cedere eum dictae abbatiae.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 65; ap. Labbe Conc. XI. I. 958; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 7. XIII. 790.
» 6	Lugduni in maiori ecclesia s. Iohannis	**Concilium generale.** Sessio quarta. »Eodem a° et mense, die Veneris, sexta eiusdem, in octava ss. apostolorum Petri et Pauli facta est quarta sessio...... Quibus (*i. e.* litteris imperatoris Graecorum) lectis unus de praedictis nunciis scil. logotheta dicens se viva voce a dicto imperatore in mandatis habere, quod posset iurare in animam ipsius, si domino papae placeret, professus est publice fidem Romanae ecclesiae, quae lecta fuerat in concilio, tenere dictum imperatorem et imperium, et eam perpetuo servaturos et nullo tempore recessuros ab ea, ut in forma iuramenti plenius continetur. Et sic est finis ipsius sessionis.... Postea vero dominus papa alta voce incoepit *Te Deum laudamus*.... Quo completo dominus papa allocutus est concilium paucis verbis ... et indixit aliam sessionem ad diem Lunae (undecimam, *sed legas*) nonam eiusdem, et aliam ad diem Martis sequentis, non tamen praecise, quia dixit, si commode posset: in eo dixit se debere finire concilium. Et sic dissoluta est quarta sessio.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 65; ap. Labbe Conc. XI. I. 959; Bzovius l. c. 790.
» 7	Lugduni	»Eodem a° et mense, die sabbati, septima eiusdem dominus papa ostendit cardinalibus constitutionem, quam fecerat super electione Romani pontificis, per quam orta est

		1274.
		dissensio inter eum et cardinales in privato, quae postmodum venit in publicum..... Et fecit eos consentire et assentire illi constitutioni.... Dilata est sessio ad diem Lunae 16. eiusdem mensis.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi l. c. 66; ap. Labbe l. c. 959; ap. Bzovium l. c. 791. — *Cf.* Iul. 16.
Iul. 7	Lugduni	(20860) (Matthaeo) episcopo Siracusano mandat, ut in quosdam Cathanienses clericos et laicos fratribus ord. Minor. iniurias et damna inferentes excommunicationis sententiam promulget. Non. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 214. n° 41. — »Sua nobis dilecti.«
» 7	»	(20861) Litteras quas Innocentius IV in Iudaeorum Alamaniae favorem archiepiscopis et episcopis ibidem constitutis III non. Iul. a° 5° (*vid.* n° 12596) scripsit, pro eo quod incipiebant nimia vetustate consumi, de verbo ad verbum annotari *i. e.* renovari facit. Non. Iul. a° 3°. ‖ Ennen Quellen III. 62. n° 88; E. Weyden Gesch. d. Juden in Köln a. Rh. (1867. gr. 8°) 357; Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 332. — »Tenorem litterarum quas.«
» 7	»	(20862) Abbati et conventui S. Mariae de Gordonio Cisterc. ord. Caturcens. dioc. omnes libertates et immunitates confirmat. Non. Iul. a° 3°. ‖ Gallia christ. I. 188 *fragm.*
» 15	»	»Die dominico, XV. eiusdem mensis ... obiit frater Bonaventura Albanensis episcopus ...., qui sepultus est ipso die dominico in loco fratrum Minorum Lugduni, cuius exequiis interfuit dominus papa cum omnibus praelatis, qui erant in concilio et tota curia.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 67; ap. Labbe Conc. XI. I. 960; Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 28; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 7. XIII. 791.
» 16	Lugduni in maiori ecclesia s. Iohannis	**Concilium generale.** Sessio quinta. »Eodem a° et mense, die 16. eiusdem facta est quinta sessio ... et facta sunt omnia, sicut in prima..... Lectae sunt constitutiones, scilicet: »Ubi periculum«, »Si forte«, »Si canonici absolutionis«, »Sciant cuncti«, »Etsi pignorationes«, »Quicumque«, »Generali constitutioni«, »Altercationis antiquae«, »Decet domum Dei«, »Usurarum voraginem«, »Quanquam usurarii«, »Hoc consultissimo«, »Statutum felicis recordationis«. Quibus lectis papa allocutus est concilium..... Et quia propter baptismum Tartarorum et lectionem constitutionum hora tarda videbatur, continuavit aliam sessionem in crastinum, scil. 18vam (!) eiusdem, et sic dissoluta est quinta sessio.« ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 67; ap. Labbe Conc. XI. I. 960; Bzovius l. c. 791.
» 17	»	**Concilium generale.** Sessio sexta. »Eodem a° et mense, die 17ma eiusdem facta est ultima sessio.... Lectae sunt constitutiones scilicet »Religionum diversitatem« et »Cum sacrosancta« (*haec constitutio hodie non exstat*). Quibus lectis dominus papa allocutus est concilium, narrans praedictas tres causas vocationis concilii, et quomodo negotium Terrae sanctae et Graecorum erat incoeptum et feliciter Domino favente consummatum..... Omnibus finitis dominus papa dixit *Oremus* .. et orationem, sicut in ordinario habetur. Qua finita data est licentia omnibus praelatis recedendi, et dominus papa dedit benedictionem.« ... ‖ Brevis nota *etc.* ap. Mansi Conc. XXIV. 68; ap. Labbe Conc. XI. I. 961; Bzovius l. c. 792. *NB.* Constitutiones in hoc concilio Lugdunensi generali a Gregorio X sancitas sub titulis Corp. iur. can. invenies 1274. Nov. 1. n° 20950.
» 18	(Lugduni)	* (20863) Le pape confirme à l'abbaye de Saint-Michel à Doullens les possessions des biens. XV kal. Aug. ‖ Darsy Bénéfices I. 203.
» 19	»	(20864) Abbati et conventui monasterii Murbacensis ord. s. Ben. Basiliens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. XIV kal. Aug. a° 3°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 976. n° 46. — »Cum a nobis.«
» 23	»	(20865) Illuminatum ord. Minor. professorem per viam compromissi in Assisinatem episcopum electum praeficit Assisinati ecclesiae in pastorem. X kal. Aug. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 544. n° 4; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 215. n° 42. — »Olim Assisinatensi ecclesiae.«
» 23	»	(20866) (Marco) episcopo Cassanensi mandat, ut fratri Illuminato ecclesiae Assisinatis electo munus consecrationis impendat. X kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 216. n° 43. — »Cum nos canonicorum.«
» 23	»	(20867) T(ychoni) episcopo Ripensi concessam a Kanuto rege Danorum et Sclavorum medietatem omnium ad regium ius pertinentium quod in civitate Ripensi obtinebat, redditibus qui Forband, Wrec et quadraginta mark vulgariter nuncupantur exceptis, confirmat. X kal. Aug. a° 3°. ‖ Terpager Ripae Cimbr. 177; *cf.* Suhm Hist. af Danmark IX. 585. X. 705. — »Cum a nobis.«
» 25 resp. 26	»	(20868) Compositionem inter (Iohannem) archiepiscopum Nidrosiensem, suo et episcoporum ac aliorum praelatorum regni Norwagiae, quorum metropolitanus existebat, nomine ex parte una et M(agnum) regem Norwagiae ex altera super eo quod rex ipse et progenitores sui nonnullis tam Nidrosiensis quam aliarum ecclesiarum eiusdem regni libertatibus et immunitatibus ac privilegiis derogaverant, factam confirmat. VII (VIII *R.*) kal.

1274.

Aug. aº 3º. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. ɪ. 58. nº 65; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 20 *fin.* — »Cum a nobis.«

Iul. 28 Lugduni (20869) Michaeli Palaeologo imperatori Graecorum scribit de multiplici gaudio habito de professione fidei, quam eius nuncii nuper in Lugdunensi concilio generali fecerunt. ᴠ kal. Aug. aº 3º. ‖ Mansi Conc. XXIV. 78; Cherubini Bullar. I. 140; Labbe Conc. XI. ɪ. 971; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 9. XIII. 793; Wadding Ann. Minor. IV. 406; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 25. nº 8; *fragm.* ap. Raynald. l. c. a. 1274 § 19; *sine nota chronol.* Martene Ampl. collect. VII. 238. — »Exultat mater ecclesia.«

» 28 » (20870) Eidem B(ernardum) abbatem monasterii Montis Casini mittit, ut gaudium quo Latinorum corda replevit unio inter ipsos et Graecos feliciter inchoata exprimat et nihilominus operam det, ut inter eum ac Philippum imperatorem Constantinopolitanum et Carolum Siciliae regem treugae ineantur *etc.* Rogat eum, ut praedictum abbatem benigne recipiat. ᴠ kal. Aug. aº 3º. ‖ Wadding l. c. 407; *sine nota chronol.* Martene l. c. 242. — »Dilectum filium B.«

(») (») (20871) (Bernardo) abbati monasterii Casinensis committit, ut treugis tractandis inter Philippum imperatorem Constantinopolitanum et (Carolum) regem Siciliae diligenter intendat. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 242. — »In conventionibus sub.«

» 28 » (20872) Andronicum primogenitum Michaelis Palaeologi imperatoris Graecorum monet et hortatur, satagat totis viribus, »ut antiquati schismatis aboleantur omnino reliquiae sitque Latinorum et Graecorum unitas perpetuis temporibus inconcussa.« ᴠ kal. Aug. aº 3º. ‖ Mansi Concil. XXIV. 79; Cherubini Bullar. I. 141; Wadding l. c. 407; Bzovius l. c. § 10. XIII. 793; Labbe l. c. 972; Bull. Rom. l. c. 26; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1274 § 20; *sine nota chronol.* ap. Martene l. c. 239. — »Habes fili unde.«

» 28 » (20873) Venerabiles fratres Ephesin. in Thracia Heracliae, Sarden. Lydiae, Nicomediae, Nicaeae Chalced. Naupacti, Philadelphiae, Thessalonicen. Tyanorum, Heracliae Ponti, Iconii, Cariae, Corfien. Athenien. Rhodien. Philippen. Smyrnen. Serrarum, Amastridae, Alamae, Prusae, Maditorum, Alydi, Christianopoleos, Silibriae, Mesembriae, Apri, Achiraus (Achinnii?), Pigarum et Parii, Didymotichi, Anastasiopoleos, Byziae, Cypsellorum, Garellae (Gattilleris?), Derci, Praeconesi, Lopadiae (Lopodii?), Pergami, Meleniai et Beriae metropolitas, et archidiaconum et universum clerum, oeconomum, sacellarium, protecdicum, logothetam, castrisium, referendarium, didascalum, primicerium, ipomniscum (hypomnimatistam?), ostiarios et notarios omnes, necnon decanum, archidiaconum, diaconos, cantores et lectores universos monet, rogat et hortatur, ut ad perfectionem solidam incoeptorum totis viribus satagentes antiqui schismatis abolere studeant omnino reliquias. ᴠ kal. Aug. aº 3º. ‖ Mansi Concil. XXIV. 79; Wadding l. c. 407; Labbe l. c. 973; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 8. XIII. 792; *sine signo chronol.* ap. Martene l. c. 240; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 20. — »Carissimi in Christo.«

» 28 » (20874) Iohannem episcopum Tornacensem post cessionem Henrici episcopi Leodiensis ad Leodiensem ecclesiam transfert. ᴠ kal. Aug. aº 3º. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 453. nº 178. — »Nuper Leodiensis ecclesia.«

* *De eodem argumento* Praeposito, decano, archidiaconis et capitulo Leodiensis ecclesiae — Clero civitatis et diocesis Leodiensis — Ducibus, comitibus, baronibus necnon scabinis . . . Leodiensis diocesis, ut eidem Iohanni episcopo obedientiam praestent.

» 31 » (20875) (Philippum) regem Francorum rogat et obsecrat, ut pro conservatione Terrae sanctae expensas ministret, eique ac eius successoribus pro eisdem expensis totalem decimam, quae in regnis quibuslibet pro ipsius terrae colligetur subsidio, obligat. ɪɪ kal. Aug. aº 3º. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 453. nº 179. — »Quam sit expediens.«

» 31 » (20876) R(iccardo) S. Angeli diac. card. mandat, curet ut corpus fel. rec. Clementis pp. praedecessoris ab archipresbytero capituloque ecclesiae Viterbiensis in sua ecclesia tumulatum fratribus Praedicatoribus Viterbiensibus, apud quos elegerit sepulturam, restituatur. ɪɪ kal. Aug. aº 3º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 520. nº 23. — »Sua nobis dilecti.«

(» —) (») (20877) Fratri Iohanni dicto Belastro ord. Minor. mandat, ut cum nunciis Graecorum consummationi reductionis illorum ad ecclesiasticam unitatem solerter intendat. *Sine nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. VII. 241; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 217. nº 48. — »Cum in negotio.«

(») (») (20878) (Carolum) regem Siciliae rogat et obsecrat, ut Graecorum nuntiis eorumque familiis per totam terram suam de securo conductu provideat et ipsos cum suis bonis omnibus redire libere permittat. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 241; Sbaralea l. c. 216. nº 44. — »Processum habitum cum.«

* *In eundem modum* Philippum imperatorem Constantinopolitanum. ‖ Sbaralea l. c. nº 45.

(») (») (20879) Neapolionem et Franciscum de la Turre rogat et hortatur, ut nuntios Graecorum favorabiliter recipiant et eis provideant de securo conductu. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 241; Sbaralea l. c. 217. nº 46. — »Retulit ad vos.«

* *In eundem modum* Potestatem, capitaneum, consilium et commune Cremonenses. ‖ Sbaralea l. c. nº 47.

1274.

Aug. 1 Lugduni (20880) (Raimundo) patriarchae Aquileiensi, priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum Mediolanensibus mandat, ut Guidonem de Monteforti propter necem Henrici de Alemannia filii cl. mem. Richardi in Romanorum regem electi in quadam parochiali ecclesia Viterbiensi excommunicatum ab hac excommunicationis sententia absolvant. Kal. Aug. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Min. IV. 545; Ripolli Bullar. Praed. I. 520. nº 24; Sbaralea l. c. 218. nº 50. — »Sua nobis nobilis.«

» 1 » (20881) Compositionem inter abbatem conventumque monasterii de Doberan Cisterc. ord. Zuerin. dioc. et (Hermannum) episcopum Zuerinensem super quibusdam decimis ac de Donsenberch et de Bouekenhagen villis et rebus aliis factam confirmat. Kal. Aug. aº 3º. ‖ Meklenb. UB. II. 491. nº 1337. — »Cum a nobis.«

» 1 » (20882) Monasterii de Gudem Cisterc. ord. Skarens. dioc. protectionem suscipit eiusque possessiones ac iura confirmat. Kal. Aug. aº 3º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 474. nº 575; *cf.* Celse Appar. 86. nº 10. — »Cum a nobis.«

» 1 » (20883) Philippo Francorum regi, qui de partibus Africanis ad propria non completo voto una cum ipso exercitu variis causis urgentibus redierat, gratulatur quod depositam resumpsit crucem seque iterum Asiaticae expeditioni accingit. Kal. Aug. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 34, *non integra.* — »Nuper ipso Domino.«

» 1 » (20884) Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato scribit de barbarorum in christianos in Terra sancta progressibus, ita ut perditis fere civitatibus et munitionibus universis vix extremus locus, civitas videlicet Acconensis, et duae aliae potuerint ad vitae praesidium conservari. Sed Dominus ipse dedit in concilio generali, ut decima omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum in omnibus provinciis christianis per sex annos continuos a proximo praeterito festo nativitatis b. Iohannis baptistae ipsius terrae deputaretur subsidio et deputatio haec per supradictum concilium unanimiter approbaretur. Porro ei significat de superiore epistola ad Philippum regem; subdit, Simonem ipsum ad urgendum sacrae expeditionis apparatum mittere; tum comparanda indulgentiarum praemia ac veteres arma correpturis in Sarracenos *etc.* praerogativas pollicetur. Kal. Aug. aº 3º. ‖ Raynald. l. c. § 35; Campi Hist. di Piacenza II. 454. nº 180. — »Novum genus salutis.«

» 1 » (20885) Eidem facultatem tribuit assumendi et retinendi fratres ord. Minor. et Praedic. eorumque opera quacumque utendi. Kal. Aug. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 217. nº 49. — »Discretioni tuae assumendi.«

» 4 » (20886) (Laurentio) patriarchae Gradensi et (?) episcopo Torcellano mandat, ut, si eis constiterit monasterium de Vangadicia Camaldul. ord. Adriens. dioc. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinere et electionem Bernardi prioris S. Petri de Montesilice in abbatem praedicti monasterii invenerint esse canonice celebratam, ipsam confirment et electo munus benedictionis impendant. ɪɪ non. Aug. aº 3º. ‖ Mittarelli Annal. Camald. V. append. 235. nº 138. — »Dudum monasterio de.«

» 5 » (20887) Archiepiscopo Upsalensi et eius suffraganeis per regnum Sveciae constitutis mandat, ut statutum b. m. (Wilhelmi) Sabinensis episcopi olim in partibus illis apostolicae sedis legati, in quo habeatur expressum, quod tales laici, qui se per regnum Sveciae de aliquibus locis ad alia transferentes hospitalitatis praetextu passim fundos ecclesiarum violenter intrare, curias sacerdotum domosque illorum infringere non vereantur, sententiam excommunicationis incurrant, inviolabiliter observari faciant. Non. Aug. aº 3º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 475. nº 576; *cf.* Celse Appar. 86. nº 11. — »Ad audientiam nostram.«

» 5 » * (20888) Le pape écrit à Guy comte de Flandre et à Isabelle sa femme, qu'à leur demande il leur permet de se confesser à un prêtre qu'ils choisiront à leur gré. Non. Aug. aº 3º. ‖ Saint Genois Inventaire 59. nº 183.

» 6 » (20889) Confirmat concordiam factam inter Laurentium episcopum Metensem et Theobaldum comitem Barrensem, qua prior promisit se daturum dicto comiti 20000 librarum Metensium usque ad 20 annos, videlicet anno quolibet mille libras, apud Brieium, dictus autem comes castrum de Epinaul et castrum de Condeto ecclesiae Metensi statim restituit. ᴠɪ (?) Aug. aº 3º. ‖ Meurisse Hist. des évêques de Metz 476, *non integra.* — »Miseratione divina.«

» 7 » (20890) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Alemannia mandat, ut aliquam sororum monasterii Vallis b. Mariae ord. s. Aug. Trevirens. dioc. litteratam sororibus monasterii in Villa Insulensi Tornacens. dioc., quod (Margarita) comitissa Flandriae de novo construxerit, priorissam transmittat. ᴠɪɪ id. Aug. aº 3º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 521. nº 25; Buzelinus Gallo-Flandria 412; Miraei Opp. dipl. III. 132. nº 3. — »Ex parte dilecte.«

» 9 » (20891) (Bertholdo) praeposito et conventui monasterii s. Mariae in Churwalde Praemonstr. ord. Curiens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. ᴠ id. Aug. aº 3º. ‖ Mohr Cod. dipl. I. 406. nº 272. — »Devotionis vestre precibus.«

1274.

Aug. 9 Lugduni (20892) Dumblanensi et Ergadiensi episcopis mandat, compellat Glasguensem episcopum, ut libertates et consuetudines a b. m. Willelmo episcopo Glasguensi in ecclesia Glasguensi institutas, quas tunc electus iuramento praestito promiserat observare, observet. v id. Aug. a° 3°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 176. n° 215. — »Sua nobis dilecti.«

» 9 » (20893) Ducem, legiferos, prolocutores aliosque nobiles per regnum Sweciae constitutos hortatur, ut multa illicita, quae ab eis, eorum ballivis et ministerialibus contra ecclesiasticum ius praesumuntur, impediant. v id. Aug. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 475. n° 577; *cf.* Celse l. c. n° 12. — »Ad audientiam apostolatus.«

» 11 » (20894) Decano et capitulo ecclesiae Glasguensis decretum b. m. Willelmi episcopi confirmat, quo ille statuit »libertates et consuetudines tam circa executionem officiorum personatus et dignitates obtinentium in eadem, et divina officia inibi celebranda, quam eciam erga alia, in quibus praefatas libertates et consuetudines competebant, debere perpetuis futuris temporibus in dicta ecclesia Glasguensi observari.« iii id. Aug. a° 3°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 175. n° 214. — »Cum a nobis.«

» 13 » (20895) Raymundo de Pennaforti ord. Praedic. capellano suo mandat, ut, auditis magistro et fratribus domus s. Eulaliae Barchinonensis ord. s. Aug. et Mercedis Captivorum ex una et guardiano fratribusque Minorum Tarraconensibus ex altera parte, iudicet, an erectio conventus illorum in civitate Tarraconensi impedienda sit tenore bullae in favorem Minorum ab Alexandro pp. praedecessore expeditae, ne ordo aliquis conventum erigat infra spatium 300 cannarum a conventu s. Francisci. Id. Aug. a° 3°. ‖ Linás Bullar. 20; Ripolli Bullar. Praed. I. 522. n° 26; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 219. n° 51. — »Sua nobis magister.«

» 13 » • (20896) Wernero canonico S. Martini Monasteriensis redditus ecclesiae in Dothorpe [Darup], quos ei b. m. Gerhardus episcopus Monasteriensis concesserat, confirmat. Id. Aug. a° 3°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 492. n° 952, *perperam ad* a. 1273. Sept. 13.

» 17 » (20897) Fulconem archidiaconum Upsallensem praeficit Upsallensi ecclesiae in archiepiscopum, postquam Sacerus praepositus Lundensis ecclesiae archiepiscopatum praedictum suscipere recusavit. xvi kal. Sept. a° 3°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 186; Liljegren Svenskt dipl. I. 479. n° 579; *cf.* Celse Appar. 87. n° 13. — »In supremae dignitatis.«

• *In eundem modum* Capitulo Upsallensis ecclesiae *hoc significat;*
• » » » Clero civitatis et diocesis Upsallensis;
• » » » Universis episcopis suffraganeis ecclesiae Upsallensis;
• » » » Populo civitatis et diocesis Upsallensis.

(» 17) (») (20898) Eidem ad preces Valdemari Suetiae regis mandat, ut per se ac alios religiosos et saeculares contra perfidos inimicos Christi qui Cariali vulgariter appellantur, in regno Suetiae praedicet verbum crucis. *Absque nota chronol.* ‖ P. Juusten Chron. episcopor. Finlandensium ed. Porthan (Aboae 1799. 4°) 128; *cf.* Porthan Bullar. access. 55. n° 1. — »Sane literarum carissimi.«

» 18 » (20899) Fulconi electo Upsalensi per Rogerium canonicum ecclesiae Upsalensis pallium ei assignandum per (Israelem) Arusiensem episcopum transmittit. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Vastovius l. c. 185; Neumann Hist. primatus Lundens. 170; Liljegren l. c. 480. n° 580; *cf.* Celse l. c. n° 15. — »Cum nos venerabili.«

» 18 » (20900) Israeli episcopo Aurusiensi mandat, ut praefato Fulconi munus consecrationis impendat eique pallium sua vice assignet. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Vastovius l. c. 186; Liljegren l. c. 481. n° 581; *cf.* Celse l. c. n° 14. — »Dilectus filius Fulco.«

» 18 » • (20901) Universis praesentes litteras inspecturis tenorem privilegii *) quondam Friderici olim Romanorum imperatoris, prout est in archivis ecclesiae Romanae ipsius Friderici aurea bulla bullatum in prima sui facie non cancellatum, non abolitum nec in aliqua sui parte vitiatum ad futuram rei memoriam communicat. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ v. Ankershofen Urk.-Regest. *in* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XXII. 357. n° 781.

*) Dat. d. 22. Nov. 1220. Pertz Mon. Germ. hist. Leg. II. 243; *non integra* ap. Ried Cod. Ratisb. I. 331; Mon. Boic. XXXI. I. 501; Sarti De claris prof. App. I. 60.

» 18 » (20902) Archiepiscopum Cantuariensem rogat et hortatur, ut Lewellinum principem Walliae, eius ministeriales, familiares et subditos, dummodo parati sint coram commissariis archiepiscopi in Wallia deputatis de se conquerentibus iustitiam exhibere, in Angliam nec evocet nec in ipsos occasione huiusmodi sententiam excommunicationis proferat. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 141. — »Sua nobis dilectus.«

» 18 » (20903) Lewelino principi Walliae declarationem et interpretationem compositionis inter eum et David fratrem eius super quibusdam terris, possessionibus et aliis factae mediantibus Bangorensi et Assaphensi episcopis confirmat. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 141. — »Cum a nobis.«

» 19 » (20904) Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit potestatem, ut efficacius officium suum promovere possit, libere exercendi censuram ecclesiasticam

1274.

in omnes tam cathedralium quam aliarum ecclesiarum praelatos, in universa capitula et conventus, duces, marchiones *etc.* et in quaslibet alias personas publicas vel privatas suae legationis, cum viderit expedire. xiv kal. Sept. a° 3°. ‖ Mansi Conc. XXIV. 179; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 429. — »Ut eo efficacius.«

Aug. 20 Lugduni (20905) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterciensis ordinis indulget, ut, licet in concilio Lugdunensi nuper statutum sit ut decima omnium proventuum ecclesiasticorum per sex annos pro Terrae sanctae subsidio persolvatur, de proventibus suis nihil occasione huiusmodi decimae solvere teneantur, et inhibet, ne collectores ipsius decimae ab illis aliquid exigere vel extorquere occasione huiusmodi praesumant. xiii kal. Sept. a° 3°. ‖ v. Hodenberg Lüneburger UB. Abth. VII. 79. n° 105; Sudendorf Registr. III. 64. n° 41; Meklenb. UB. II. 494. n° 1341. — »Meritis uestre sacre.«

(» c. 15-20) (») (20906) (Otakaro) regi Boemiae gratulatur, quod se ad Terrae sanctae subsidium offerat tam liberaliter, tam patenter contra inimicos Christi. Monet eum, ne excitatum in se a Domino spiritum extinguat et susurronum adulationibus acquiescat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1273 § 37; Campi Hist. di Piacenza II. 438; e reg. Berardi de Neapoli ep. 313 ap. Erben Regest. Bohem. II. 363. n° 891; *cf.* Palacky Reise 43. n° 338. — »Iucunditatis causam quam.«

» 23 » (20907) Generali ac provincialibus ministris, custodibus, guardianis ceterisque fratribus ord. Minor. omnes libertates et immunitates confirmat. x kal. Sept. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 414 et 545. n° 6; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 220. n° 52. — »Cum a nobis.«

» 23 » (20908) (Edwardum) regem Angliae, cuius senescallus in Wasconia administrationem bonorum temporalium ecclesiae cathedralis provinciae Auxitanensis vacantis contra iustitiam occupabat, rogat et hortatur, ut talia »quae redundant in tui derogationem honoris« per eundem senescallum fieri nullatenus patiatur, sed ecclesias et bona ipsarum in suis iuribus et libertatibus favore regio prosequatur. x kal. Sept. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 142. — »Ut rex qui.«

» 25 » (20909) (Leoni) episcopo et capitulo Ratisponensibus significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam in honore apostolorum principis fundatam in festivitate eius visitaverint annuatim, indulgentiam 40 dierum elargiri. viii kal. Sept. a° 3°«. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 529. n° 557. — »Licet is de.«

» 30 » (20910) Ecclesiam Remensem ad exemplar Alexandri III et Innocentii III sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. iii kal. Sept. ind. II (!). incarn. dom. a° 1274. pont. a° 3°. ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 568. — »Iniunctum nobis a.«

Sept. 1 » (20911) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato concedit, ut negotium crucis archiepiscopis et episcopis in suis diocesibus, provincialibus quoque ministris Minorum et prioribus Praedic. fratrum legationis suae in commissis sibi administrationibus committere valeat. Kal. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 220. n° 53. — »Commissum tibi crucis.«

» 1 » (20912) Eidem concedit, ut fratres Minores et Praedicatores, quos pro commissae sibi legationis officio duxerit assumendos, monasteria monialium cum ipso intrare valeant. Kal. Sept. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 54. — »Discretioni tuae praesentium.«

» 4 » (20913) Priori Praedicatorum, archidiacono ac archipresbytero ecclesiae Castellanae mandat, ut controversiam inter abbatissam conventumque monasterii s. Zachariae de Venetiis ex una et Maranum et Barbamagolum loci eiusdem fratres laicos super quadam pecuniae summa exortam dirimant. II non. Sept. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 384, *ubi perperam ad* a° 1273. — »Insinuarunt nobis dilecte.«

» 6 » (20914) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum Petragoricensibus et archipresbytero ecclesiae de Dupla mandat, ut canonicatum in ecclesia saeculari s. Asterii Petragoric. dioc. Helyae Sasomoto, vicariam autem in eadem Hugoni de Rabeo canonico conferant. viii id. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 220. n° 55. — »Cum sicut accepimus.«

» 10 » (20915) Christianis interdicit, ne ullus Iudaeos invitos vel nolentes ad baptismum per violentiam venire compellat, eos vulnerare aut occidere vel illis pecunias auferre praesumat, vel in suarum festivitatum celebratione fustibus aut lapidibus eos perturbet. iv id. Sept. ind. III. incarn. dom. a° 1274 a° 3°. ‖ Ennen Quellen z. Gesch. d. Stadt Köln III. 64. n° 90. — »Sicut Iudeis non debet.«

» 10 » (20916) Ecclesiae s. Bartholomaei Hildesemensis abbatem proprium non habentis, sed per praepositum solitae gubernari protectionem suscipit possessionesque ac iura eius confirmat. iv id. Sept. ind. III. incarn. dom. a° 1274. pont. a° 3°. ‖ Kuen Collectio script. IV. 233. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 11 » (20917) Priori et fratribus ordinis Praedicat. Burdegalensibus liberam sepulturam confirmat. iii id. Sept. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 523. n° 27. — »Cum ordinis vestri.«

1274.

Sept. 11 | Lugduni | (20918) Columbano episcopo petente ecclesiam Traguriensem tuendam suscipit omniaque eius privilegia et iura confirmat. III id. Sept. indict. III. incarn. dom. a° 1274. pont. a° 3°. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 356, *omisso initio.*

» 13 | » | (20919) Decano ecclesiae Maguntinae mandat, ut abbati et conventui monasterii de Eberbach Cisterc. ord. contra praedonum et invasorum audaciam assistat. Id. Sept. a° 3°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 213. — »Pium esse dinoscitur.«

» 17 | » | (20920) Archiepiscopo Eboracensi et universis episcopis per Eboracensem provinciam constitutis committit praedicationis officium in civitatibus et diocesibus, ut exurgant qui Christi sunt et se ipsius esse non solum nomine sed opere fatentur, in auxilium Terrae sanctae, nunc praecipue, cum in sacro concilio ad hoc prae ceteris specialiter congregato eiusdem terrae nuper ordinata subventio laboris optatum exitum repromittat *etc.* xv kal. Oct. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 40 — 42. — »Si mentes fidelium.«

* *In eundem modum* Remensi archiepiscopo et eius suffraganeis. ‖ Raynald. l. c.
  Archiepiscopo Tuamensi et universis episcopis suae provinciae. ‖ Theiner Mon. Hibern. 103. n° 257.
  Iohanni archiepiscopo Nidrosiensi eiusque suffraganeis. ‖ Munch Pavelse nuntiers dagböger 137.
  Fulconi Upsalensi archiepiscopo et universis episcopis suae provinciae. ‖ Vastovius Vitis aquil. 182; Liljegren Svenskt diplom. I. 482. n° 583; *cf.* Celse Appar. 85. n° 4.

17 | (») | * (20921) Scrisse a Donn'Aveduto arcivescovo di Monreale sopra il fatto del passagio della crociata contra infedeli. ‖ Lello Hist. di Monreale (II.) 24, *perperam ad* a. 1275.

» 18 | » | (20922) Magistro et fratribus domus militiae Templi Ierosolim., qui olim civitatem Sceniensem et possessiones de Wecke ad ipsos spectantes cum quondam Bela Slavoniae Dalmatiae atque Croatiae duce pro comitatu de Dobica cum omni districtu, iurisdictione et pertinentiis permutaverant, *etc.* hanc permutationem confirmat, tenorem litterarum Ladizlai regis, nepotis ipsius ducis eandem approbantium inserens. XIV kal. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 310. n° 536. — »Cum a nobis.«

» 19 | » | (20923) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato committit, ut fratres Minores Laudunenses et monachos S. Iohannis Laudunensis ord. s. Ben. de quodam fundo intra civitatem Laudunensem sito litigantes per censuram ecclesiasticam ad concordiam compellat. XIII kal. Oct. a° 3°. ‖ Beauvillé Documents inéd. conc. la Picardie I. 30, *perperam ad* a. 1273. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 20 | » | (20924) (Meinhardo) comiti de Tyrolio notum facit, se post mortem Egani Tridentinensis episcopi († 1273. Mai. 25) Henricum electum ordinis s. Mariae Teutonicorum professorem Rudolfi regis Romanorum protonotarium ecclesiae Tridentinae praefecisse in episcopum, illumque ac illius ecclesiam ei commendat. XII kal. Oct. a° 3°. ‖ v. Hormayr Gesch. von Tyrol I. II. 481. — »Ad fovendum in.«

» 20 | » | (20925) Iohanni archiepiscopo Nidrosiensi mandat, ut, cum approbante generali concilio nuper congregato Lugduni sedes apostolica decimam omnium ecclesiasticorum redditum et proventuum ad Terrae sanctae subsidium per sex annos a festo nativitatis b. Iohannis baptistae transacto novissime numerandos duxerit concedendam, praedictae decimae colligendae in omnibus partibus regni Norwegiae ad tenorem instructionis annexae curam gerat. XII (II *Suhm*) kal. Oct. a° 3°. ‖ Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 141; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VIII. I. 18. n° 11. — »Quanti estimamus (Quanto extimamus *Ung.*) negotium.«

* *In eundem modum eodemque die* Magistro Baiamundo de Vitia canonico Astensi capellano (Uberti) S. Eustachii diac. card. — in omnibus partibus regni Scotiae. ‖ P. F. Suhm Hist. af Danmark X. 1005; Liljegren Svenskt dipl. I. 716. n° 864; Theiner Mon. Hiberniae 104. n° 258.
  » » » » » *Bertrando Amalrici canonico Remensi et capellano suo, misso in Sueciam et Daniam collectori decimarum. ‖ Celse Appar. 85. n° 5.
  » » » » » Magistro Gerardo subdiacono et scriptori suo — in omnibus partibus regni Ungariae. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 319. n° 538; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 57. — »Quanto existimamus.«

» 20 | » | (20926) Magistrum ord. Praedic. rogat et hortatur, ut, cum statutum sit nuper in concilio Lugdunensi ut ad ecclesias humilis sit et devotus ingressus et sit in eis quieta conversatio, ipse et fratres sui ordinis, si populis proponant verbum Dei, populos ipsos ad praemissa efficacibus rationibus inducant. XII kal. Oct. a° 3°. ‖ Fontana Monum. Domin. 107; Campi Hist. di Piacenza II. 456; Ripolli Bullar. Praed. I. 524. n° 28; Martene Thes. anecd. IV. 1776. — »Nuper in concilio.«

1274.

Sept. 23 | Lugduni | (20927) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato in Francia concedit, ut in officio suae legationis uti possit quacumque opera fratrum ord. Praedic. et Minor. aliorumque. IX kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 221. n° 56. — »Cum te in.«

» 24 | » | (20928) Monasterium s. Petri in superiori Altah ord. s. Ben. Ratispon. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima propriis nominibus exprimit, iura ac privilegia confirmat. VIII kal. Oct. ind. III. incarn. dom. a° 1274. pont. a° 3°. ‖ Mon. Boic. XII. 132. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 26 | » | (20929) Rodulpho regi Romanorum scribit inter alia: »Licet non sine causa distulerimus hactenus tibi denominationem ascribere, cum fratribus tamen nostris nuper deliberatione praehabita te regem Romanorum de ipsorum consilio nominamus. Causas autem salubris dilationis, immo potius consultae accelerationis huiusmodi ad totius orbis et ad ipsius maxime profuturae pacem imperii, ut speramus, ... Tridentinus electus et frater Henricus de ordine Minorum tuae celsitudinis nuncii .... aperient.« Hortatur eum, ut sic se praeparet, ut, cum ad unctionem, consecrationem et imperialis diadematis coronationem evocetur, paratus appareat, promptus et festinus ad praemissa occurrat. VI kal. Oct. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 55; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 221. n° 57; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 67. n° 42; Lünig Reichs-Arch., pars gen. Cont. II. 284; Campi Hist. di Piacenza II. 457. n° 184; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 186. n° 332; *absq. nota chronol. et cum quibusd. differentiis* ap. Gerbert Cod. epist. Rud. I. 34. n° 27; ap. Bodmann Cod. epist. Rudolfi 25. n° 22; *et* ap. Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 111; *cf.* Boehmer Regest. a. 1246—1313. p. 331. n° 210; Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XIV. 346. n° 165; Palacky Reise 43. n° 339; Erben Reg. Bohem. II. 385. n° 922. — »Solent (*om. quidam*) ardua praecipue.«

» 26 | » | (20930) (Otakaro) regi Boemiae idem notum facit eumque hortatur, ut ad solidam concordiam cum eodem Rudolfo animum suum habilitet et opere prosequente coaptet. VI kal. Oct. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 133 *integre*; Erben l. c. 378. n° 905; Raynald. l. c. § 57, *sine initio; repet.* Lambacher l. c. Anh. 69. n° 43; *cf.* Palacky l. c. 44. n° 341. — »Ad occurrendum discordie.«

» 26 | » | (20931) Archiepiscopis Treverensi, Maguntino, Coloniensi, Salzeburgensi, Magdeburgensi, Bremensi; Ludovico comiti palatino, Henrico duci Bavariae (Lichnowsky Gesch. des H. Habsburg I. Regest. XXXI. n° 229), Iohanni marchioni Brandeburgensi, duci Saxoniae, Henrico marchioni Misnensi, langravio Thuringiae, Theodorico marchioni de Landesperch, Iohanni duci Brabantiae, duci Lothoringiae, universisque aliis episcopis, praelatis, civitatibus, principibus *etc.* regni Alemanniae notum facit, se Rudolfum declarasse regem Romanorum, iubetque ut eum manu teneant in iure suo et praestent ei auxilium et favorem. VI kal. Oct. a° 3°. ‖ Theiner l. c. I. 187. n° 333; *sine signo chronol.* Bodmann l. c. 27. n° 23; *cf.* Palacky l. c. 43. n° 340; Erben l. c. 378. n° 904. — »Carissimo in Christo.«

» 26 | » | (20932) Archiepiscopo Strigoniensi et universis episcopis suae provinciae nunciat idem, quod habes in n° 20920. VI kal. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 316. n° 537; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 60. — »Si mentes fidelium.«

* *In eundem modo* Archiepiscopo Colocensi et universis episcopis suae provinciae.

» 27 | » | (20933) Electionem de Gondisalvo Petri archidiacono Zalentino factam in episcopum Seguntinum cassat pro eo, quod in Valentino, Calauibensi et Tyrasonensi ecclesiis archidiaconatus officium *etc.* sine sufficienti sedis apostolicae dispositione tenuerat. Ceterum propter merita vitae ei de novo illa beneficia *etc.* confert. V kal. Oct. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 457. n° 185. — »Vitae laudabilis merita.«

» 30 | » | Magistro Baiamundo de Vitia canonico Astensi: »II kal. Oct. a° 3°«. ‖ Suhm Hist. af Danmark X. 1005, *vid.* 1274. Sept. 20. n° 20925.

Oct. 1 | » | (20934) R(icardo) S. Angeli diacono card. mandata dat super sepulcro marmoreo, quod Petrus archiepiscopus Narbonensis tunc sedis apostolicae camerarius pro sepeliendo Clementis pp. IV corpore fabricari fecerat et archipresbyter capitulumque ecclesiae Viterbiensis contra prohibitionem archiepiscopi ac etiam cardinalium accipere et in sua ecclesia construere praesumpserant, fratres autem Praedic. Viterbienses una cum corpore reclamabant. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 45. n° 42. — »Dilecti filii prior.«

» 1 | » | (20935) Eidem denuo causam inter priorem fratresque ord. Praed. Viterbienses ex parte una et archipresbyterum capitulumque ecclesiae Viterbiensis ex altera vertentem super eo, quod iidem archipresbyter et capitulum corpus fel. rec. Clementis pp. praedecessoris qui apud ecclesiam dictorum fratrum elegerat sepulturam, in praedicta Viterbiensi ecclesia fecerant tumulari, committit terminandam. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. I. 524. n° 29; *sine mense et die* Bussi Istoria di Viterbo 411. — »Dilecti filii prior.«

» 1 | » | (20936) Eidem mandat, ut, cum corpus Clementis pp. restituendum fratribus Praedicatoribus Viterbiensibus sententialiter pronuntiaverit, sed super eo, quod archipresbyter et capitulum Viterbienses marmoreum sepulcrum pro sepeliendo eodem corpore fabricari

1274.

fecerint ac in sua ecclesia construxerint, nihil penitus decreverit, decernat quod iustum fuerit. Kal. Oct. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 525. n° 30. — »Sua nobis dilecti.«

Oct. 7 Lugduni (20937) E(dwardum) regem Angliae requirit et rogat, reddat sic se benevolum Cassalensi archiepiscopo, qui signo crucis assumpto ad Terrae sanctae subsidium se accingat, ut ille libere possit perficere votum suum et ecclesia eius nullam incurrat exinde in suis iuribus laesionem. Non. Oct. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 143. — »Honori regio satis.«

» 11 » (20938) De Pruvening et de Altha abbatibus Ratisponens. dioc. mandat, ut quicquid invenerint in Friderici abbatis monasterii de Methem ord. s. Ben. eiusd. dioc. praeiudicium temere attentatum, postquam idem vocatus ad iudicium a papa Lugdunum iter arripuit veniendi, in statum debitum legitime revocent. v id. Oct. a° 3°. ‖ Rup. Mittermüller Das Kloster Metten (Straubing 1856. 8°) 281. — »Dilecti filii Friderici.«

» 11 » (20939) Abbati et conventui monasterii s. Emmerami Ratisponensis ord. s. Ben. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. v id. Oct. a° 3°. ‖ Ratisb. monast. Lib. probat. 205. — »Solet annuere sedes.«

» 12 » (20940) Simonem tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatum instruit, per quas exhortationes Philippum regem Francorum aliosque principes et barones legationis suae, qui causam Terrae sanctae assumpto crucis signaculo promovere decreverint, ab eis quae Deum provocare debeant, retrahat adeoque reddat bonorum operum sectatores, ut cum confidentia ac victoriae certitudine proelium Domini prosequantur. iv id. Oct. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 456. n° 183; Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 37. — »Primum diligentiae tuae.«

» 14 » (20941) Abbati de Prufening Ratisponens. dioc. mandat, faciat ut excommunicationis sententia, quam (Fridericus) abbas monasterii de Methem ord. s. Ben. in Chunradum dōm plebanum, Henricum, Dietricum, Ulricum, Chunradum et Albertum monachos ipsius monasterii pro eo quod ei obedientiam et reverentiam debitam exhibere recusabant, promulgaverat, inviolabiliter observetur. ii id. Oct. a° 3°. ‖ Rup. Mittermüller Das Kloster Metten (Straubing 1856. 8°) 281. — »Supplicavit nobis dilectus.«

» 14 » (20942) Magistrum et fratres domus miliciae Templi Ierusalem. eximit a praestatione decimae omnium proventuum ecclesiasticorum, quam nuper in concilio generali pro liberatione Terrae sanctae a manibus inimicorum nominis Christi edixerat. ii id. Oct. a° 3°. ‖ v. Ledebur Arch. f. d. Gesch. des preuss. Staates XVI. 298; Riedel Cod. dipl. Brandenb. I. Hauptth. XIX. 7. — »Ipsa nos cogit.«

» 18 » (20943) Dumblanensi et Ergadiensi episcopis mandat, ut controversiam inter decanum capitulumque ecclesiae Glasguensis et Robertum Glasguensem episcopum super terra de Kermyl et ecclesia de Annandia vertentem disceptent. xv kal. Nov. a° 3°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 183. n° 222; *cf.* p. cxxiii. — »Sua nobis dilecti.«

» 18 » (20944) Eisdem mandat, compellant Robertum Glasguensem episcopum, ut decano et capitulo Glasguensibus litteras super terra de Kermyl a b. m. Iohanne episcopo pro illis confectas restituat. xv kal. Nov. a° 3°. ‖ Reg. ep. Glasg. I. 185. n° 223. — »Sua nobis dilecti.«

» 18 » (20945) Decano et capitulo ecclesiae Glasguensis, quibus b. m. Iohannes episcopus terram de Kermyl in sustentationem quatuor capellanorum, qui perpetuo eidem ecclesiae deservirent divina officia pro animabus omnium fidelium defunctorum inibi celebrando, contulerat, hanc collationem confirmat. xv kal. Nov. a° 3°. ‖ Reg. ep. Glasg. I. 185. n° 224. — »Cum a nobis.«

» 19 » (20946) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosolym. concedit idem, quod legis in n° 20942. xiv kal. Nov. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 421; de Geer Archieven I. 94. n° 108. — »Ipsa nos cogit.«

» 20 resp. 23 » (20947) Magistro Rogerio de Merlomonte canonico Virdunensi capellano P(etri) Ostiensis et Velletrensis episcopi, quem ad Treverensem, Moguntinam et Salzburgensem provincias transmittit, ut in omnibus partibus earundem provinciarum decimae nuper in concilio Lugdunensi Terrae sanctae deputatae subsidio deputet collectores, tradit instructionem pro eadem decima exigenda, in qua sancit, ut »de redditibus et proventibus leprosorum domorum et hospitalium pauperum . . . . decima non solvatur; moniales etiam aliaeque regulares personae, quarum redditus et proventus ecclesiastici adeo sunt tenues et exiles, quod de illis sustentari non possunt . . . dictam decimam« non persolvant *etc. etc.* x (xiii *Chm.*) kal. Nov. a° 3°. ‖ Sudendorf Registr. I. 115. n° 63; *fragm. cum quibusdam discrepantiis in* Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 43; *repet.* Chmel *in* Sitzungsb. der Wiener Akad. Hist.-ph. Kl. XI. (1853.) 212. — »Cum pro negocio.«

» 28 » (20948) Universis priorissis et conventibus monasteriorum sororum inclusarum ord. s. Aug. secundum instituta et sub cura fratrum ord. Praedic. viventibus concedit, ut de fructibus, redditibus et proventibus suis ecclesiasticis solvere minime teneantur decimam nuper subsidio Terrae sanctae in concilio generali deputatam. v kal. Nov. a° 3°. ‖ Ripolli

1274.

Bullar. Praed. I. 525. n° 31; Mon. Boica XVII. 18; *cf.* Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 145. n° 510. — »Devotioni vestre presentium.«

(Oct.) (Lugduni) (20949) (Bernardo) abbati monasterii Casinensis gratulatur de prospero reditu eique gratias refert pro treugis inter (Philippum) imperatorem Constantinopolitanum et (Carolum) regem Siciliae ex una parte et Michaelem Palaeologum imperatorem Graecorum ex altera procuratis, duraturis per unum annum a proximis praeteritis kalendis Maii numerandum. *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. VII. 244; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 47. — »Prosperitatem tui processus.«

Nov. 1 » (20950) »Infrascriptas **Constitutiones** nuper in generali concilio Lugdunensi et post super certis articulis duximus promulgandas, quibus universos uti volumus et mandamus in iudiciis et in scholis, ipsasque sub suis titulis inseri, prout exprimitur super eis.« Kal. Nov. a° 3°. ‖ Mansi Conc. XXIV. 81—102; ap. Labbe Conc. XI. i. 974—994; Hardouin Conc. VII. 705; Boehmer Corp. iur. canon. II. *Lib. VI. decret.* intra p. 885—1022; Richter Corp. II. intra p. 901—947:

De summa Trinitate et fide catholica: 1° »Fideli ac devota.« — *De electione et electi potestate:* 2° »Ubi periculum maius (*etiam in* Caeremoniale cont. ritus electionis Rom. pontif. Gregorii pp. XV iussu editum [Romae 1724. 4°] 6; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 24—27); 3° »Ut circa electiones«; 4° »Avaritiae caecitas et«; 5° »Quam sit ecclesiis«; 6° »Perpetuae sanctionis oraculo«; 7° »Nulli licere decernimus«; 8° »Si quando contigerit«; 9° »Quamvis constitutio felicis«; 10° »Si forte inter«; 11° »Sciant cuncti qui«; 12° »Generali constitutione sancimus«; 13° »Licet canon a«; 14° »Nemo deinceps parochialem.« — *De temporibus ordinationum et qualitate ordinandorum:* 15° »Eos qui clericos.« — *De bigamis:* 16° »Altercationis antiquae dubium.« — *De officio iudicis ordinarii:* 17° »Si canonici a«; 18° »Ordinarii locorum subditos.« — *De postulando:* 19° »Properandum nobis visum« (*haec constitutio in* Corp. iur. can. *non legitur*). — *De eis quae vi metusve causa fiunt:* 20° »Absolutionis beneficium ab.« — *De praebendis et dignitatibus:* 21° »Statutum felicis recordationis.« — *De rebus ecclesiae non alienandis:* 22° »Hoc consultissimo prohibemus.« — *De religiosis domibus, ut episcopo sint subiectae:* 22° »Religionum diversitatem nimiam.« — *De censibus et procurationibus:* 24° »Exigit perversorum audacia.« — *De immunitate ecclesiarum:* 25° »Decet domum Domini.« — *De usuris:* 26° »Usurarum voraginem quae«; 27° »Quamquam usurarii manifesti.« — *De iniuriis et damno dato:* 28° »Etsi pignorationes quas« (*cf.* Hermanni Altahens. Ann. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 409). — *De sententia excommunicationis:* 29° »Constitutionem felicis recordationis«; 30° »Praesenti generali declaramus«; 31° »Quicumque pro eo.«

» 1 » (20951) Episcopo, universis doctoribus et scholaribus Paduanis mandat, ut constitutionibus, quas nuper in generali concilio Lugdunensi super certis articulis promulgaverit eisque transmittat, tam in iudiciis quam in scholis uti velint. Kal. Nov. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 458. n° 186. — »Cum nuper in.«

» 1 » (20952) Moraviensi, Aberdonensi et Ergadiensi episcopis mandat, ut, si Archebaldum archidiaconum Moraviensem, quem decanus et capitulum ecclesiae Cathanensis elegerunt canonice in Cathanensem episcopum, idoneum esse repererint tanto oneri, praefatam electionem confirment. Kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 104. n° 259. — »Dilecti filii R.«

» 2 » (20953) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ut de proventibus suis decimam solvere minime teneantur nec ad id compelli possint, cum ad hoc principaliter laborent, ut se pariter et omnia, quae habent, pro Terrae sanctae defensione ac christianae fidei exponant. iv non. Nov. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 422. n° 652. — »Ipsa nos cogit.«

» 5 » (20954) Ministro generali ord. fratr. Minor. concedit facultatem tribuendi fratribus sui ordinis licentiam alienandi et commutandi bona mobilia, ubi donatores vel collatores sibi non reservaverunt dominium. Non. Nov. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 414; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 222. n° 58. — »Voluntariae paupertati cui.«

» 5 » • (20955) Magistro et fratribus Militiae de Pereyro Cisterc. ord. concedit, ut omnis illis indulta forma consistat. Non. Nov. a° 3°. ‖ Manrique Ann. Cisterc. IV. 570, *ubi perperam* Gregorio IX *adscribitur.*

» 11 » (20956) Declarat, sedatis querelis inter Aimarum archiepiscopum Lugdunensem ex parte una, et decanum ac capitulum Lugdunense necnon Hugonem senescalcum et Henricum de Villars cantorem ipsius ecclesiae ex altera, iurisdictionem temporalem in civitate Lugdunensi spectare ad archiepiscopum et pro aliqua parte ad capitulum ratione iuris, quod idem capitulum a quondam comite Foresii acquisivit et Comitatum appellant. Ad submovendam materiam discordiae inter partes ordinat atque statuit, quod una sola sit curia saecularis in civitate praedicta et exercitium iurisdictionis eiusdem totaliter sit archiepiscopi Lugdunensis qui pro tempore fuerit. iii id. Nov. a° 3°. ‖ Paradin Mém. de l'hist. de Lyon 157; Ménestrier Hist. de Lyon, preuv. II *inscr.* Tractatus de bellis et induc., per Cl. de Bellievre 20; Campi Hist. di Piacenza II. 458. n° 188; Monfalcon Lugdunens. monum. 436; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 61. — »Memores uberum ecclesiae.«

1274.

Nov. 11 Lugduni (20957) (Philippo) regi Francorum scribit, se comperisse, militiam quandam de regali iussione parari cum armis versus partes imperii (Romani) processuram. Hortatur eum, ut ad praesens contra partes illas dictae militiae missionem differat. »Mandavimus etenim Rodulpho regi Romanorum, ut si quid in eisdem partibus praesumptum est in tuum vel tuorum iniuriam, emendatione celeri taliter corrigatur, quod nulla supersit querelae materia«, *etc.* III id. Nov. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 61; *sine nota chronol.* Campi l. c. 458. n° 187; *cf.* Palacky Reise 44. n° 342; Erben Reg. Bohem. II. 386. n° 924. — »Pertulit ad nos.«

» 13 » (20958) Priori provinciali Daciae ord. Praedic. committit per triennium officium praedicandi verbum crucis in subsidium Terrae sanctae in sua provincia. Id. Nov. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 488. n° 584; *cf.* Celse Appar. 85. n° 6. — »Si mentes fidelium.«

» 13 » (20959) Priori provinciali ord. Praedic. Ungariae (*al.* Romanae provinciae, in Ybernia) in commissa ei provincia praedicationis officium in favorem liberationis Terrae sanctae committit eidemque iniungit, ut fratres per virtutem obedientiae cogere ipsi liceat ad idem officium prosequendum. Addit indulgentias largiendas *etc.* Id. Nov. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 460. n° 189; Ripolli Bullar. Praed. I. 525. n° 32; Theiner Mon. Hibern. 105. n° 260; Theiner Mon. Hungar. I. 320. n° 539; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 67. — »Si mentes fidelium.«

* *In eundem modum* Ministro fratrum Minorum administrationis Romanae. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 408: Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 223. n° 59.

» » » Ministris » » provinciarum Tusciae — marchiae Anconitanae — Bononiensis — Ianuensis — Siciliae — Calabriae — Apuliae — S. Angeli — Terrae Laboris — Pennensis — marchiae Tarvisinae — regni Franciae — Provinciae — Burgundiae — Mediolanensis — Ungariae — Sclavoniae — Alemanniae — Coloniensis — Saxoniae — regni Daciae — regni Aragoniae — regni Portugalliae — regni Bohemiae — Austriae — Syriae — Angliae — Hiberniae — Aquitaniae — Turoniae — s. Francisci — Castellae. Sbaralea l. c. 226. n° 60—91.

» 18 in ecclesia Lugdunensi (20960) Recenset antiquos civium Papiensium excessus et conqueritur, quod non solum pertinaciter contempserunt hucusque super his ad ecclesiae mandata redire, imo etiam in novae temeritatis insaniam non absque ecclesiasticae libertatis iniuria proruperunt Corradum de Beccaria clericum Papiensem in episcopum Papiensem electum sed a curia Romana non admissum manutenendo et defendendo, *etc. etc.* Denunciat, cives et commune Papienses sententiam excommunicationis incurrisse et ipsam civitatem ac districtum ipsius decernit ex eadem causa interdicto ecclesiastico subiacere. In festo dedicationis basilicae Principis apostolorum a° 3°. ‖ Campi l. c. 462. n° 190. — »Obfirmata civium Papiensium.«

» 18 » (20961) Capitaneos, consilium et commune civitatis Ianuensis, potestatem, capitaneum, consilium et commune civitatis Astensis et marchionem Montisferrati pro eo, quod quosdam Hispanos milites et alios qui praeter et contra inhibitionem apostolicam cum armis Italiam intraverunt, dampnabili praesumptione receperint, denunciat excommunicatos *etc.* *Datum ut supra.* ‖ Campi l. c. 464. n° 19. — »Dudum ad sedem.«

Dec. 1 Lugduni (20962) Rudolfum regem Romanorum hortatur et monet, ut, nisi consideratio gravis periculi evitandi contrarium suadeat, tam pro recipiendo imperiali diademate, quam pro componendis dissidiis cum rege Siciliae (Franciae *Baerw.*) et comite Sabaudiae ad partes terrae suae papali curiae viciniores accedat. Kal. Dec. a° 3°. Gerbert Cod. ep. Rudolfi 81 *absque nota chronol.*; Hergott Geneal. dipl. III. 448 *sine signo chronol.*; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 187. n° 334; Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 110; *non integra* ap. Raynald., Ann. ad a. 1274 § 56; *cf.* Palacky Reise 44. n° 343; Erben Regest. Bohem. II. 382. n° 915. — »Propter multa que.«

» 13 » (20963) (Otakarum) regem Boemiae rogat et hortatur, ut, prudenter attendens, quam dispendiosum sit, etiam cum quibusque potentibus statum proprium guerrarum eventibus incertis exponere, non solum a quolibet Rudolfi Romanorum regis impedimento abstineat et specialiter nullam in Italiam mittat militiam, nec gentem aliquam nec alias cum Italicis contra eum se in obligationes vel confoederationes involvat. Id. Dec. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 136. n° 98; *non integra* ap. Raynald. l. c. § 58; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 71. n° 44; ed. Chmel *in* Sitzungsber. d. Wiener Akad. Hist.-ph. Kl. XI. (1853.) 225; Erben l. c. 384. n° 919; *cf.* Böhmer Regest. a. 1246—1313. p. 331. n° 215; Palacky l. c. n° 347. — »Quamvis devotionem regiam.«

(» 13) (») (20964) Henricum ducem Bawariae hortatur, ut Rudolfo Romanorum regi, cui »pro communi orbis commodo quantum cum Deo possumus favere decrevimus«, in procuranda eius et (Otakari) regis Boemiae concordia atque in aliis, »praesertim cum ad id tanquam magnum et nobile membrum imperii tenearis«, fideliter assistat. *Absque signo chronol.* ‖ Boczek l. c. 135; Erben l. c. 383. n° 918; *cf.* Palacky l. c. n° 346. — »Etsi ut litterarum.«

1274.

Dec. 13 Lugduni (20965) (Carolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut (Reginaldo) archiepiscopo Messanensi jardinum situm iuxta muros civitatis Messanensis et casale in Calabria, quod Ferlito vulgariter nuncupatur, restitui faciat. Id. Dec. a° 3°. ‖ Pirri Sicil. sacra I. 403, *qui hanc bullam* Gregorio IX *perperam tribuit.* — »Honori regio expedire.«

(» 1-13) (») (20966) Rudolfum regem Romanorum hortatur, ut nuntios idoneos super assignatione termini ad imperiale recipiendum diadema quam primum mittat. *Sine nota chronol.* ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 188. n° 335; *cf.* Palacky Reise 44. n° 344. — »Serenitati regi (*sic!*) tam.«

(») (20967) Guillelmo advocato, Neapolioni et Francisco de Laturre totique consilio et communi Mediolanensium significat, se Radulfo regi Romanorum iam dudum denominationem regiam duxisse ascribendam, eum regem Romanorum nominare et principibus atque universitatibus regni Alamanniae scripsisse illosque esse hortatum, ut praefato regi constanter adhaereant. Addit, se, cum inter ipsum regem et Carolum Siciliae regem foedus roboratum sit, tranquillo eiusdem provinciae statui providere disponere, eosque monet, ut non solum viriliter resistant interim ascendentibus ex adverso, sed specialiter Yspanis ac aliis, qui armati eandem provinciam intrasse dicuntur. *Sine signo chronol.* ‖ Busson Doppelwahl 134; *cf.* Palacky l. c. n° 345; Erben Regest. Bohem. II. 386. n° 925. — »Laudabilem fidei vestre.«

» 17 » (20968) Abbati et conventui monasterii s. Martini in Monte Viterbiensi Cisterc. ord. omnes libertates et immunitates confirmat. XVI kal. Ianr. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 154. — »Cum a nobis.«

» 19 » (20969) (Alfonso) regi Castellae et Legionis inter alia scribit: »Dudum, ne te in discriminosos anfractus ingereres, sed ipsos potius ... evaderes, tuis ... remissis nunciis et nostris litteris ac nuntio destinatis statum negotii, quod de imperiali regimine iminebat, non ... velare curavimus; sed revelata veritate deteximus ...., quod ad caesarei culminis fastigium obtinendum tibi iuris censura non aderat ...: maxime quia, cum consuetudo apud Germanos incommutabilis ad decus et diadema imperii ... pervenire aliquem non permittat, quem prius solemniter corona regni Alemanniae non decorat, alio apud Aquasgranas de consensu omnium principum .... cum solemnitate debita iuxta praedictam consuetudinem coronato et regnum Alemanniae pacifice possidente ad id tibi iuris via praecisa finaliter et facti ianua praeclusa totaliter videbatur.« Addit: »Exigente iustitia et cogente conscientia .. Rodulpho regi Romanorum de ipsorum fratrum consilio titulum regiae denominationis adscripsimus, et eidem ad unctionem, consecrationem et coronationem de nostris recipiendis manibus terminum in proximo nos assignaturos praediximus« *etc.* (XIV kal. Ianr. a° 3° *secundum* Palacky Reise 44. n° 348). *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 50—52; Bodmann Cod. epist. Rudolfi 19; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 385. n° 921. — »O quam bonus.«

» 19 » (20970) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Brixienses rogat et hortatur, procurent ut Petro de Abiaticis civi Placentino, cuius patri Petro de Abiaticis militi Placentino in civitati Brixiensi una cum Iacobo Confalonerio tunc ipsius civitatis regimen exercenti ibi equi, arma et omnia bona sua sint rapta et ablata, satisfactio impendatur plena. XIV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 466. n° 192. — »Illam gerimus de.«

» 21 » (20971) (Roberto) archiepiscopo Cantuariensi, priori provinciali Angliae et fratri Iohanni de Derelineton ord. Praedic. mandat, ut in loco qui Sandelford vulgariter appellatur, Sarisber. dioc., pro tribus canonicis ord. s. Aug. ibidem morantibus ordinem Fontis Ebraudi constituant. XII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 527. n° 33; Campi l. c. 466. n° 193. — »Significavit nobis dilecta.«

» 21 » (20972) Priori de Breeton Eboracens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis capellae s. Clementis castri de Pontefracto eiusd. dioc. per concessiones Antonii Bek canonici et aliorum alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. XII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 144. — »Ad audientiam nostram.«

» 23 » (20973) Episcopo Urbevetano mandat, ut, si ei constiterit electionem fratris Michaelis de Meleto in rectorem hospitalis s. Mariae ad s. Gallum Florentini canonice esse celebratam, eandem confirmet. X kal. Ianr. a° 3°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1297. — »Sua nobis dilecti.«

» 31 (») (20974) (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis in Romanorum regem electum paternis monitis ab ambiendo imperio deterret ac monet, ut apostolicae provisioni obediat. Ad haec ei seriosius exprimenda Astoricensem episcopum, nobilem virum Iohannem Num, fratrem Ademarum de ord. Praed. et magistrum Ferrandum notarium eius procuratores remittit. (II kal. Ianr. a° 3° *add. Pal.*) *Absque nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 45; Ripolli Bullar. Praed. I. 528. n° 34; *cf.* Palacky Reise 44. n° 349; Erben Reg. Bohem. II. 386. n° 923. — »Inducit nos singularis.«

1274.

(Dec. 31) (Lugduni) (20975) Reginam Castellae et Legionis hortatur et rogat, ut, cum rex eius vir dicatur ad sedem apostolicam personaliter accessurus, apud eundem velut mediatrix salutaris intercedat, »quod idem rex circa negotium imperii votum suum beneplacitis divinis habilitans ipsius sedis et nostris frequenter sibi expositis persuasionibus acquiescat.« *Sine signo chronol.* ‖ Busson Doppelwahl 132; *cf.* Raynald. l. c. § 53; Palacky l. c. nº 350. — »In odore circumspectionis.«

— (») (20976) (Carolo) regi Siciliae Petragoricensem episcopum mittit et suadet, ut in his, quae de istius ore audierit super actis et agendis circa imperii negocium, dicto episcopo secure fidem adhibeat. *Sine signo chronol.* ‖ Böhmer Acta imperii II. 695. nº 993; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 60. — »Ne animi tui.«

— (») (20977) Eundem hortatur et obsecrat, ut his quae Iohannes de Mefleto eius consiliarius et nuncius super negotio imperii ex parte papae celsitudini regiae retulerit, suum praestet assensum. *Sine nota chronol.* ‖ Böhmer l. c. 696. nº 994. — »Frequenter constans intencionis.«

— (») (20978) Erardo domino Valeriaci camerario, Imberto domino Beilioci constabulario Franciae, Theobaldo Castegnier et Gerardo de Morbay mandat, ut (Philippo) regi Franciae, a quo pro utilitate Terrae sanctae 25,000 marcharum argenti in mutuum acceperant, dictam summam de subsidiis eiusdem terrae et praesertim de pecunia Tunicii, cuius administratio eis commissa est, restituant. *Sine signo chronol.* ‖ Andr. Duchesne Hist. généal. de la maison des Chasteigners (Paris 1634. fol.) pr. 7. — »Charissimi in Christo.«

— » ° (20979) Communitati Firmanae mandat, ut 5000 librarum Ravennat., quas camerae apostolicae solvere promiserat, Bononiae vel in alio loco Bernardo dicto Scoto civi et mercatori Placentino exburset. Aº 2º. ‖ Chronache della città di Fermo 444. nº 350.

1275.

Ianr. 5 » (20980) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato scribit, se provisori et pauperibus magistris de vico ad portas ante palatium de Thermis Parisius in theologica facultate studentibus concessisse, ut ad vendendum vel alienandum aut extra manum suam ponendum domos, terras et alia bona eis a magistro Gaufrido de Barro decano ecclesiae Parisiensis collata cogi minime possint. Mandat ei, ne permittat, ut illi contra huius constitutionis tenorem ab aliquo molestentur. Non. Ianr. aº 3º. ‖ Jourdain Ind. chronol. 35. nº 234, *perperam ad* a. 1273. — »Provisionis nostre provenire.«

» 5 » (20981) Eisdem studentibus indulget, ut provisor aut procuratores ipsorum extra civitatem Parisiensem super bonis quae infra diocesim et civitatem habent, a quoquam trahi minime possint in causam per litteras apostolicas. Non. Ianr. aº 3º. ‖ Jourdain l. c. nº 233, *male ad* a. 1273. — »Vestre meritis devotionis.«

» 9 » (20982) (Fulconi) archiepiscopo Upsalensi et (Henrico) episcopo Lincopensi scribit, (Waldemarum) regem Sweorum sedi apostolicae insinuasse, »quod olim quidam iniquitatis filii interdum aliquem in regem Sueciae de facto assumere presumebant, propter quod gravia oriebantur scandala inter incolas regni praedicti.« Mandat eis, cum rex nullum superiorem praeter Romanum pontificem recognoscat et regnum eius sit Romanae ecclesiae censuale, curent ne quis similia deinceps attemptare praesumat. v id. Ianr. aº 3º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 490. nº 587; *cf.* Celse Appar. 85. nº 7. — »Carissimus in Christo.«

» 9 » (20983) Eisdem mandat, ut omnes christianos regni Sweciae sub poena excommunicationis inhibeant, ne paganis Kareliae, Ingriae, Lappiae, Watlandiae in persecutione christianorum persistentibus arma, ferrum, lignamina vel alias res, quae Sarracenis exhiberi a christianis in generali concilio prohibitum sit, deferre praesumant. v id. Ianr. aº 3º. ‖ Liljegren l. c. I. 256. nº 254; *cf.* Celse l. c. 63. nº 7, *qui uterque* Gregorio IX *male adscribit.* — »Ad audientiam nostram.«

» 9 » (20984) Eidem archiepiscopo et eius suffraganeis in memoriam reducit Alexandri pp. praeceptum, quo mandaverat, ut praedecessor archiepiscopus Upsalensis homines regni Sweciae monere ac inducere procuraret, ut crudelium paganorum Careliae, Ingriae, Lappiae et Watlandiae saevitiam deprimerent. Hortatur eos, ut ad huiusmodi monitionem et inductionem dictis hominibus faciendas procedant. v id. Ianr. aº 3º. ‖ Liljegren l. c. 257. nº 255, Gregorio IX *perperam inscripta.* — »Ex parte carissimi.«

» 17 » (20985) Abbati et conventui monasterii s. Gregorii ord. s. Ben. Basiliens. dioc. concedit facultatem succedendi, exceptis tamen rebus feudalibus. xvi kal. Febr. aº 3º. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 1106. nº 23. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 22 » ° (20986) Conventualibus monasterii in Echenbrunn idem concedit. xi kal. Febr. aº 3º. ‖ Lang Regesta III. 423.

Febr. 1 » (20987) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theoton. Ierosol. idem concedit. Kal. Febr. aº 3º. ‖ Duellius Hist. ord. Theut. II. 18. nº 30; Strehlke Tab. 422. nº 653. — »Devocionis vestre precibus.«

1275.

Febr. 13 Lugduni (20988) Abbati et conventui monasterii Altaeripae [Hauterive] idem indulget. Id. Febr. aº 3º. ‖ Mémorial de Fribourg IV. (1857) 212. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 15 » (20989) Rudolfo regi Romanorum diem Omnium Sanctorum pro coronatione in basilica s. Petri assignat. xv kal. Mart. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 188. nº 336; *cf.* Palacky Reise 44. nº 351; Erben Reg. Bohem. II. 390. nº 940. — »Sacerdotium et imperium.«

» 15 » (20990) Ecclesiasticis et saecularibus Germaniae proceribus scribit eadem de re. xv kal. Mart. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 189. nº 337; *cf.* Palacky l. c. nº 352; Erben l. c. — »Sacerdotium et imperium.«

» 15 » (20991) Rodulpho regi Romanorum scribit, tam suae quam fratrum suorum intentionis existere, ut ante terminum unctionis, consecrationis et coronationis ecclesiae Romanae privilegia a regibus concessa, quae O(tto) S. Guidonis Spirensis praepositus cancellarius et procurator regius de consensu praelatorum, principum ac magnatum regni Alemanniae in concilio Lugdunensi (1274. Iun. 6) solemniter nomine regis ipsius innovaverit et concesserit, summatim omnia quae ibi promiserit, »per te ut per regem Romanorum plenarie impleantur.« xv kal. Mart. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 190. nº 338; Erben l. c. 390. nº 940; *non integra et sine nota chron. in* Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 2; *cf.* Palacky l. c. 44. nº 353. — »Nosti fili charissime.«

» 15 » (20992) Eidem notum facit, »quod tui adversator culminis et honoris aemulus (*i. e.* Alfonsus rex Castellae aut Otakarus rex Boemiae) non dormit in partibus Lombardiae nec dormitat, sed ingenio conatur et viribus ad devotionem incolarum earundem partium pervertendam.« Monet eum, ut omni mora et occasione postpositis competentem militiam strenuam et expertem, cuius quantitatem ei per fratres H(enricum) de ordine Minorum lectorem Maguntinum et B. magistrum ord. s. Iohannis Hierosol. per Alemanniam, quos remittit, et magistrum A. nuncium suum mandat exponi, sic praeparet, ut saltem circa finem instantis Maii cum bono capitaneo sit in partibus supradictis obstatura adversis conatibus. xv kal. Mart. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 190. in nº 338; *sine nota chronol.* Raynald. l. c. § 3, *non integra*; Sbaraleae Bullar. III. 227. nº 93; Erben l. c. 391. nº 941; *cf.* Palacky l. c. nº 354. — »Ne celsitudinem regiam.«

» 15 » (20993) Eidem suadet, ut ambasiatores Mediolanenses commendatos habeat et peticiones porrigendas ab eis clementer audiat. xv kal. Mart. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 191. in nº 338; *sine nota chronol.* ‖ Böhmer Acta imperii II. 696. nº 995; *cf.* Raynald. l. c. § 4; Palacky l. c. 45. nº 355. — »Insignis Mediolanensis civitas.«

(» 15) (») (20994) (Friderico) archiepiscopo Salzeburgensi significat, se (Rudolfo) regi Romanorum ad petitas unctionem, consecrationem et coronationem imperialis diadematis in basilica Principis apostolorum in Urbe recipiendas festum Omnium Sanctorum primo venturum terminum duxisse assignandum. Hortatur eum, ut praecipuus promotor existat ad tanti decus fastigii obtinendum dicto regi personalem praesentiam exhibendo. *Sine nota chronol.* (xv kal. Mart. aº 3º *secundum* Palacky l. c. 44. nº 352) ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 481. nº 216; Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 56; Chmel *in* Sitzungsb. d. Wiener Akad. Hist.-ph. Kl. XI. (1853) 201; *cf.* Lichnowsky Gesch. d. H. Habsburg I. Regest. XXXI. nº 231; Böhmer Regest. 1246—1313. p. 332. nº 219. — »Sacerdotium et imperium.«

» 15 » (20995) (Giselberto) archiepiscopo Bremensi *scribit de eodem argumento eisdem verbis:* xv kal. Mart. aº 3º. ‖ Sudendorf Registr. I. 122. nº 64.

Mart. 1 » (20996) Praeposito et conventui monasterii in Scefelarn (Scheftelarn *H.*) Praemonstr. ord. Frisingens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Kal. Mart. aº 3º. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 296; Hugo Ann. Praemonstr. II. pr. 484; Mon. Boica VIII. 531. — »Solet annuere (*om. Hugo*) sedes.«

» 4 » (20997) Abbati et conventui monasterii in Beurne ord. s. Ben. Augustens. dioc. idem confirmat. iv non. Mart. aº 3º. ‖ Meichelbeck Chron. Benedictobur. I. 125. — »Solet annuere sedes.«

» 4 » (20998) Abbati et conventui monasterii in Tegernsee ord. s. Ben. Frisingens. dioc. idem confirmat. iv non. Mart. aº 3º. ‖ Mon. Boica VI. 222. — »Solet annuere sedes.«

» 13 » (20999) Abaghae regi Tartarorum scribit, se eius litteras et nuncios tempore congregati concilii accepisse et, litteris in communi perlectis ac nunciis benigne in omnibus auditis, exorasse altissimum, ut ei et suis concedat sic semper in lumine vultus sui lumen veritatis agnoscere, »quod ad exaltationem fidei christianae vestramque salutem indefesso proposito intendatis« *etc.* iii id. Mart. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1274 § 23; Bzovius Ann. ad a. 1274 § 11. XIII. 794; Mansi Conc. XXIV. 80; Labbe Conc. XI. i. 974; Wadding Ann. Minor. IV. 416. — »Excellentiae tuae litteras.«

» 13 » (21000) Ordinationem quae inter hospitalis Ierosol., militiae Templi ac hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. domorum magistros, praeceptores et conventus facta est de dirimendis inter ipsos exorturis litibus super bonis et iuribus in Ierosolimitano, Cypri et Armeniae

1275.

regnis necnon principatu Antiocheno et comitatu Tripolitano, confirmat. III id. Mart. a° 3°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 279. n° 14; Strehlke Tabulae 118. n° 127. — »Cum a nobis.«

Mart. 14 Lugduni (21001) Uberto de Fontana praeposito ecclesiae de Viculo Placentin. dioc., qui olim ad regimen ecclesiae Brixiensis electus se intruserat in eadem eamque occupatam tenuerat in Martini Brixiensis episcopi tunc electi praeiudicium, ab hoc autem pro eo excommunicatus et privatus erat ecclesia de Viculo, dictam praeposituram denuo confert, cum absolutionis beneficium a sede apostolica humiliter imploraverit idemque acceperit. II id. Mart. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 467. n° 194. — »Matris ecclesiae multa.«

„ 15 „ (21002) Compositionem inter priorem conventumque domus fratrum ord. Praed. in Saviliano Taurinens. dioc. et abbatem conventumque monasterii s. Petri de Saviliano ord. s. Ben. super quibusdam domibus *etc.* factam confirmat. Id. Mart. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 529. n° 35. — »Cum a nobis.«

„ 17 „ (21003) Statutum inter Ancherum tit. S. Praxedis presb. card. et Henricum regem Navarrae super possessionibus seu redditibus ecclesiae s. Urbani, quam Urbanus pp. in civitate Trecensi in fundo paternae domus construxerat, factum mense Augusti 1273, confirmat. XVI kal. Apr. a° 3°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 446. n° 168. — »In nostra proposuisti.«

„ 21 „ (21004) De Fuderbecka s. Ben. et de Pareo Praemonstr. ordinum abbatibus Leodiens. dioc. mandat, ut 7000 librarum Lovaniensis monetae, quas de bonis suis quondam dux Lotharingiae ac Brabantiae eiusque uxor in Terrae sanctae subsidium et pios usus erogari praeceperint, recipiant et Iohanni duci Lotharingiae et Brabantiae dictorum filio, si crucis signum assumpserit et in praedictum subsidium iter arripuerit, assignent. XII kal. Apr. a° 3°. ‖ Campi l. c. 468. n° 195. — »Sua nobis nobilis.«

„ 22 „ (21005) Abbati et conventui monasterii Bonaespei Praemonstr. ord. Cameracens. dioc. indulget, ut in festivitate annunciationis b. Mariae V. *Gloria in excelsis Deo, Te Deum laudamus* et quaedam alia libere decantare possint. XI kal. Apr. a° 3°. ‖ Campi l. c. n° 196. — »Religionis vestrae meretur.«

„ 22 „ (21006) Monasterium s. Spiritus de Magella per priorem solitum gubernari ord. s. Ben. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plura nominatim exhibet, iura ac privilegia recenset atque confirmat. XI kal. Apr. indict. III. incarn. dom. a° 1274. pont. a° 3°. ‖ Beurrier Hist. de Celestins 93; Becquet Gallicae Coelestinorum congregat. fundationes 14; Campi l. c. 446. n° 169. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 23 „ (21007) Monasterium monialium b. Mariae de Pruliano Tholos. dioc. tuendum suscipit omnesque eius (*ut in* n° 21006). X kal. Apr. indict. III. incarn. dom. a° 1274. pont. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 529. n° 36. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 23 „ (21008) Monasterium monialium s. Petri in Altenhohenawe ord. s. Aug. secundum institutionem fratrum Praedic. patrocinandum suscipit omnesque eius (*ut in* n° 21006). X kal. Apr. indict. III. incarn. dom. a° 1274. pont. a° 3°. ‖ Hund Metrop. Salisb. II. 53; Mon. Boica XVII. 19. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 25 „ (21009) (Wicboldo) praeposito S. Mauritii extra muros Monasterienses mandat, ut Gerwino canonico ecclesiae s. Martini Monasteriensis, quem per Nicholaum Seguntinum ord. Minorum et fratrem Gualterum de Vaccaria canonicum Noviomensem de litteratura et cantu examinari fecerit quique inventus sit in illis convenienter idoneus, custodiam eiusdem ecclesiae per mortem Friderici custodis vacantem conferat et assignet. VIII kal. Apr. a° (4°, *sed legas*) 3°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 495. n° 960. — »Exposuit nobis dilectus.«

„ 31 „ (21010) Ordines Praedicatorum et Minorum declarat ex eorum numero non esse, quos generale Lugdunense concilium extinctos voluit. Praeterea ordinibus et Carmelitarum et Eremitarum s. Aug., cum concilium Lateranense praecesserint, concedit ut ipsi in suo statu permaneant. II kal. Apr. a° 4°. ‖ Bullar. Carmel. I. 34; Ripolli Bullar. Praed. I. 531. n° 37; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 226. n° 92. — »Unam ex constitutionibus.«

Apr. 1 „ (21011) Monasterium s. Mariae Vallis Dei Cisterc. ord. Leodiens. dioc. protegendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim exhibet, iura ac privilegia confirmat. Kal. Apr. indict. III. incarn. dom. a° 1275. pont. a° 4°. ‖ Iongelinus Notit. abbat. ord. Cisterc. lib. 9. p. 50. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 1 „ (21012) Legatis apostolicae sedis et universis collectoribus decimae proventuum ecclesiasticorum Terrae sanctae subsidio deputatae mandat, ut ab abbatibus et conventibus Cisterciensis ordinis aut eorum monasteriis, locis vel ecclesiis decimam huiusmodi nullatenus exigant. Kal. Apr. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 491. n° 590; Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 221; *cf.* Celse Appar. 87. n° 16. — »Peticio dilectorum filiorum.«

„ 1 „ (21013) Monasterii de Meten [Metten] ord. s. Ben. Ratisbonens. dioc. tutelam suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. Kal. Apr. indict. III. incarn. dom. a° 1275. pont. a° 4°. ‖ Mon. Boic. XI. 447; UB. ob der Enns III. 425. — »Religiosam vitam eligentibus.«

1275.

Apr. 1 Lugduni (21014) R(iccardo) S. Angeli diac. card., qui in causa inter fratres ord. Praedic. Viterbienses et archipresbyterum capitulumque ecclesiae Viterbiensis de sepultura Clementis pp. IV agitata iuxta formam a sede apostolica traditam pronunciaverat, corpus praefati Clementis restituendum esse fratribus memoratis, mandat, ut parochianos et quoslibet alios indebite super hoc opponentes per censuram ecclesiasticam compellat. Kal. Apr. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 532. n° 38; Bussi Istoria di Viterbo 412. — »Sua nobis dilecti.«

„ 3 „ (21015) Tam postulationem Conradi de Monte canonici Coloniensis ecclesiae, quam electionem Sifridi praepositi ecclesiae Maguntin. et Colon. eccl. canonici in Coloniensem archiepiscopum irritas decernit, sed eundem Sifridum apostolicae plenitudine potestatis praeficit in archiepiscopum et pastorem Coloniensem. III non. April. a° 4°. ‖ Ennen Quellen z. Gesch. d. Stadt Köln III. 72. n° 99. — »Olim Coloniensi (ecclesia).«

„ 3 „ (21016) (Petro) archiepiscopo Tarantasiensi mandat, ut, cum in ordine Carthusiensi nullus sit maior qui praesit aliis nisi capitulum generale, personam idoneam eiusdem ordinis correctorem in ipso ordine instituat, qui praesit ceteris prioribus et fratribus ordinis supradicti. III non. Apr. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 468. n° 197. — »Significarunt nobis dilecti.«

„ 5 „ (21017) Bartholomaeum Quirinum sedis apostolicae capellanum Castellanae ecclesiae canonicum eidem ecclesiae praeficit in episcopum. Non. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 228. n° 94. — »Dudum Castellana ecclesia.«

• *In eundem modum* (Iohanni) patriarchae Gradensi — (Iacobo Contareno) duci, consilio et communi Venetorum — Populo civitatis et diocesis Castellanae — Archipresbytero et capitulo ecclesiae Castellanae necnon Clero civitatis et diocesis eiusdem — Ferrariensi apostolicae sedis legato et Adriensi episcopis *etc., verbis competenter mutatis.* ‖ Sbaralea l. c. 229. n° 95—98.

„ 5 „ (21018) Mariae reginae Franciae concedit, ut eius famuli absente parocho cuicumque regularium sacerdoti peccata confiteri possint. Non. Apr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 229. n° 99. — »Celsitudinis tuae precibus.«

„ 5 „ (21019) Episcopo Dumblanensi mandat, ut, cum magister Willelmus de Lyndesay, qui pro archidiacono Glasguensi, et magister Willelmus Salsarius, qui pro officiali illius se gerant, impediant quominus libertates et consuetudines auctoritate apostolica confirmatae in Glasguensi ecclesia iuxta tenorem statuti et confirmationis observentur, auditis hinc inde propositis decernat quod iustum fuerit. Non. Apr. a° 4°. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 189. n° 227; *cf.* p. CXXIV. n° 227 *. — »Sua nobis dilecti.«

„ 5 „ (21020) Abbates ac abbatissas, monasteria ceteraque loca et bona ord. Cisterc. ac ipsum ordinem ab onere cuiuslibet repentinae ac extraordinariae decimae vel alterius exactionis eximit *etc.* Non. Apr. indict. III. incarn. dom. a° 1275. pont. a° 4°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 33; Campi Hist. di Piacenza II. 469. n° 198; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 142; Liljegren Svenskt dipl. I. 492. n° 591; *cf.* Celse Appar. 87. n° 17; Langebek Scr. rer. Dan. IV. 568. — »In vestitu deaurato.«

„ 6 „ (21021) Legatis apostolicae sedis et universis collectoribus decimae proventuum ecclesiasticorum Terrae sanctae subsidio deputatae mandat, ut a magistro et fratribus hospitalis Ierosolimitani aut domibus et ecclesiis eorum decimam huiusmodi nullatenus exigant. VIII id. Apr. a° 4°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 280. n° 15. — »Peticio dilectorum filiorum.«

„ 7 „ (21022) Decano et capitulo ecclesiae Lingonensis, qui statuerant, ut, quicumque ad sacerdotalem praebendam in canonicum ipsius ecclesiae admittetur, ex quo integre fructus eiusdem praebendae percipiet, per sex menses in dicta ecclesia personalem residentiam facere teneatur *etc.*, hoc statutum confirmat. VII id. Apr. a° 4°. ‖ Gallia christ. IV. instr. 212. — »Cum a nobis.«

„ 7 „ (21023) (Marino) archiepiscopo Capuano committit examen electionis fratris Petri de Morano lectoris ord. Minor. in episcopum S. Marci eique mandat, ut illam si rite facta sit confirmet. VII id. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 230. n° 100. — »Cathedrali ecclesia sancti.«

„ 8 „ (21024) Petro dicto Diviti praeposito ecclesiae Maguntinae, qui maiorem et de Sunthowe archidiaconatus Basilien., canonicatus et praebendas s. Ursicini et de Diecthon ecclesiarum ac de Unchileh et de Basilea ecclesias, quos una cum canonicatu et praebenda in Basiliensi ecclesia absque dispensatione sedis apostolicae obtinuerat, libere in papae manibus resignaverat, cui autem frater Henricus de Ysini ord. Minor. lector conventus Maguntini auctoritate papali pro satisfactione ob detentionem et perceptionem fructuum exinde certam subventionem in Terrae sanctae subsidium imposuit, confirmat quod super hoc ab eodem lectore factum est. VI id. Apr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 231. n° 101. — »Petitio tua nobis.«

„ 8 „ (21025) S. Andreae et Aberdonensi episcopis mandat, ut, si magistrum Robertum de Syvin Rossensem archidiaconum, quem decanus et capitulum Rossenses post obitum b. m.

1275.

Mathaei episcopi per viam compromissi concorditer elegerunt, invenerint dignum ad onus episcopale, eiusdem electionem confirment. VI id. Apr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 106. n° 261. — »Etsi ecclesiarum omnium.«

Apr. 9 Lugduni (21026) Abbatissae et conventui S. Mariae de Virginibus Venetiarum concedit, ut prior eiusdem monasterii ab ipsis confirmetur, eisque alia privilegia confirmat. V id. Apr. a° 4°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 48, *perperam ad* a. 1274. — »Cum a nobis.«

„ 9 „ (21027) Capitulum generale ordinis s. Marci (de Mantua) hortatur, ne ad regendum monasterium monialium b. Mariae de Virginibus in civitate Venetiarum nimium fratrum numerum destinent. V id. Apr. a° 4°. ‖ Cornelius l. c. IV. 49. — »Fel. rec. Gregorius.«

„ 11 „ (21028) Priorissam, conventum et monasterium Vallis Ducissae ord. s. Aug. Cameracens. dioc. magistro et priori provinciali Theutoniae committit. III id. Apr. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VIII. 452. n° 48. — »Apostolicae sedis benignitas.«

„ 13 „ (21029) Maioris et S. Mariae ad gradus decanis ecclesiarum Maguntinensium ad instantiam S(ifridi) archiepiscopi Coloniensis mandat, ut, a comite Iuliacensi, qui ob enormes excessus et iniurias in ecclesiam Coloniensem tam ex captione ac detentione b. m. E(ngelberti) archiepiscopi, quam etiam alias perpetratos erat diversis excommunicationis sententiis innodatus et terra ipsius ecclesiastico supposita interdicto, sufficienti pro his excessibus praestita cautione, ipsum ab eisdem sententiis absolvant ac idem interdictum relaxent. Id. Apr. a° 4°. ‖ Lacomblet UB. II. 391. n° 666. — »Venerabilis frater noster.«

(„ 1-13) („) (21030) (Otakarum) regem Boemiae monet et hortatur, ne differat reconciliare se Rudolfo regi Romanorum, nec promotionem eius impedire praesumat. *Sine signo chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 7—9; ap. Lambacher Oesterr. Interregn. Anh. 73. n° 46; Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 141. n° 102; Erben Regest. Bohem. II. 416. n° 992; *fragm.* ap. Chmel *in* Sitzungsb. der Wiener Akad. Hist.-ph. Kl. XI. (1853.) 226; *cf.* Palacky Reise 45. n° 356. — »Extenso dudum solicitae.«

(„) („) (21031) Archiepiscopum Narbonensem monet et hortatur, ut (Alfonso) regi Castellae ac Legionis per totam terram suam, per quam eum transire contigerit, honorificentiam congruentem exhibeat ipsumque postmodum ad curiam apostolicam personaliter comitetur. *Sine signo chron.* ‖ Raynald. l. c. § 14, *non integra.* — »Charissimum in Christo.«

(„) „ * (21032) Regi Castellae ac Legionis: — »Ad veniendum Terrasconam infra octavas instantis festi resurrectionis dominicae nos et fratres nostri proponimus Deo praeduce iter arripere, ad praesentiam nuntium praemissuri, per quem quando Bellicadrum venire debeas, tibi certius innotescet.« *Sine signo chronol.* ‖ Palacky Reise 45. n° 359; Erben Regest. Bohem. II. 397. n° 952.

Mai. 2 Aurasicae (21033) (Otakaro) regi Bohemiae significat, se per Thedericum eius nuntium litteras recepisse specialiter super reformanda concordia inter ipsum regem ac regem Romanorum non continentes novi aliquid. Ideo monita iam saepius scripta repetit additque, quod decimam ecclesiasticorum proventuum in regno eius pro Terrae sanctae negotio colligendam »nec memorato regi nec tibi denegare proponimus ... nec imperii leges immutare intendimus« *etc.* VI non. Mai. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 151. n° 107; Erben Reg. Bohem. II. 400. n° 958; *germanice* ed. Chmel *in* Sitzungsber. d. Wiener Akad. Hist.-phil. Kl. XI. (1853). 234; *cf.* Palacky l. c. n° 361. — »Per dilectum filium.«

„ 3 „ (21034) (Alfonso) regi Castellae ac Legionis scribit: »Deliberavimus venire Belliquadrum, aliquibus fratribus nobiscum inibi moraturis, reliquis vero remanentibus Tarasconae.« Monet eum, ut comitivam suam moderetur propter loci arctitudinem. (V non. Mai. a° 4° *secundum* Palacky l. c. n° 362). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 14 *fragm.*; *cf.* Erben l. c. 401. n° 960.

„ 7 — Priori et fratribus ordinis Praedicatorum Pisanis: »Laterani non. Mai. a° 4°.« — »Gravi nobis filii.« ‖ Tronci Mem. di Pisa 231, *ubi* Gregorio X *perperam tribuitur; vid.* Addenda. 1230. Mai. 7.

„ 12 Aurasicae (21035) Rudolfo regi Romanorum de eius studio pro parentela ineunda inter (Carolum) Siciliae regem et (Ludovicum) ducem Bavariae gratulatur eumque hortatur, ut ad talia suum semper animum dirigat et laudanda huiusmodi sua principia indefesso proposito sollicite prosequatur; porro ut copias in Lombardiam mittat et ad Urbem pro recipiendo diademate imperiali properet. »Ubi et quando nobis occurrere debeas, per latorem presencium tibi non potuimus respondere, sed ... id celsitudini regie ... nuncio curabimus intimare.« IV id. Mai. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 191. n° 339; *non integra et absq. nota chron.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1275 § 5; ap. Boehmer Acta imperii II. 697. n° 996; *absque dato* Arch. f. Kunde österr. Gesch.-Quellen XIV. 363. n° 261; *cf.* Palacky Reise 45. n° 360; Erben Reg. Bohem. II. 401. n° 959. — »Grata nobis occurrit.«

„ 12 („) (21036) Eidem consulit, ne paupertatem suam revelet in suae promotionis auspiciis, cum facile averti possent per hoc corda fidelium et facile totius Lombardiae subversio sequi posset, »per quam totaliter tui casus negotii forsan sequeretur. Ideo eum sollicitat et

1275.

instanter hortatur, ut, si diligat statum suum et confusionem extremam vitare desideret, milites ad partes Lombardiae non differat ulterius destinare. »Scire te volumus, quod propter fratrum nostrorum et etiam mercatorum absentiam perquirendo tibi mutuo vacare nequivimus nec vacandum credidimus, ne (Alphonso) regi Castellae ac Legionis nobis iam valde vicino et infra paucos dies futuro nobiscum huiusmodi tua necessitas non sine grandi tuo periculo panderetur.« (IV id. Mai. a° 4°. ‖ *secund.* Palacky l. c. n° 363) Erben l. c. II. 401. n° 961; *absque nota chronol. et omisso initio* ap. Raynald. l. c. § 4. — »Cunctis inopina celeritas.«

Mai. 14 Bellicadri (21037) Capitulo ecclesiae Iuvenaciensis, qui Salvium Tribuniensem episcopum concorditer postulaverant, intimat, se hanc postulationem non duxisse admittendam, eisque concedit facultatem personam idoneam eligendi in episcopum. II id. Mai. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 291; *cf.* Ughelli Ital. sacra VII. 728. — »Petitio vestra nobis.«

„ 15? „ (21038) Potestati, consilio et communi Albae significat, se providisse per R(odulfum) Romanorum regem ad partes Lombardiae succursum copiosum ex parte militiae in auxilium fidelium celeriter destinandum. Rogat et hortatur eos, ut forti animo existentes persequentibus viriliter resistant, »scituri pro certo, quod C(aroli) regis Siciliae nequaquam vos auxilium deseret, nec ipsius vobis regimen vel dominium subtrahetur.« (VI *omittendum puto*) Id. Mai. (a° 4°, *non* 3°, *ut Busson vult. — Signa chronol. sunt corrupta.*) ‖ Busson Doppelwahl 133; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 6. — »Viget in persecucione.«

„ 24 „ (21039) S. Andreae et Dunkeldensi episcopis mandat, ut electionem Willelmi Cumyni de ord. Praedic., in eorum domo de Perth in theologica facultate regentis in episcopum Brechinensem examinent ac eandem confirment, si invenerint de persona idonea canonice celebratam. IX kal. Iun. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 106. n° 262. — »Etsi ex suscepti.«

„ 28 „ (21040) (Iosselino) episcopo Aurasicensi mandat, ut magistro Berengario de Secureto praeposito Massiliensi, quem sedes apostolica sub b. Petri protectione susceperit, adversus molestatores assistat. V kal. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 232. n° 102. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

(„ 14-31) »In Bellicadro de mense Madii domnus papa colloquium habuit cum domno (Alfonso) rege Castelle, in quo colloquio discordes seccesserunt.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 561.

Iun. 2 Bellicadri (21041) G. de Lavania magistro scholarum Ianuensium mandat, ut, cum ex impacato civitatis statu discordiam formidet, capitulo Ianuensis ecclesiae et aliis qui in electione archiepiscopi Ianuensis vocem habent celerrime denunciet, »quod infra mensem ... aliquos ex seipsis cum sufficienti mandato ad celebrandum de assensu et ordinatione nostra electionem eiusdem archiepiscopi una cum illis canonicis Ianuensibus, qui tunc fuerint ibidem, absque difficultate transmittant.« IV non. Iun. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 469. n° 199. — »Ex impacato civitatis.«

„ 5 „ (21042) Mariae reginae Francorum indulget, ut monasteria monialium Cisterciensis et s. Clarae *etc.* ordinum cum aliquibus matronis intrare possit, dummodo in eis minime pernoctet. Non. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 233. n° 103. — »Nuper devotionis tuae.«

„ 9 „ (21043) Antonio Bek archidiacono Dorsetiae in ecclesia Saresburiensi clerico (Edwardi) regis Angliae archidiaconatum Dorsetiae, quem Gerardus de Grandison capellanus suus libere resignavit, necnon praebendam, si qua in praedicta ecclesia vacat ad praesens, confert eique de ipsis etiam providet. V id. Iun. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. II. 146. — »Placentes honestatis et.«

(„ 9) „ (21044) Bathoniensi et Roffensi episcopis de superiore epistola significat eisque mandat, ut eundem Antonium vel procuratorem eius in corporalem possessionem praedicti archidiaconatus ac praebendae inducant. (V id. Iun. a° 4°). ‖ Rymer l. c. 146. — »Placentes honestatis et.«

„ 20 „ (21045) (Carolo) regi Siciliae terminum inferendi fisco pontificio 8000 unciarum auri, ad quae sacro apostolorum die solvenda obstrictus erat, ob pericula itinerum sub certis conditionibus prorogat ad festum s. Michaelis. XII kal. Iul. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 470. n° 201; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 47. — »Ex parte tua.«

„ 25 „ (21046) Rodulphum regem Romanorum hortatur »ut non miretur de mora« (sua *scil.* Bellicadri), sed in praefixo termino paratus ad coronam imperialem accipiendam sit. VII kal. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 192. n° 340; *cf.* Palacky Reise 45. n° 364; Erben Regest. Bohem. II. 406. n° 971. — »Ne contingat forsan.«

„ 27 „ (21047) Eundem rogat et hortatur, ut, cum (Alfonsus) rex Castellae assertiat, ducatum Sueviae ad ipsum pertinentem ex successione materna per eum cum iniuria detineri, in hoc ad satisfaciendum iustis desideriis eiusdem regis animum suum habilitet et coaptet. *Sine nota chronol.* ‖ (V kal. Iul. a° 4° *secund.* Palacky l. c. n° 365.) Herrgott Geneal. dipl. III. 450 (ad a. 1274); Gerbert Cod. epist. Rudolfi 73; Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 112. — »Instancium negociorum Dei.«

1275.

(Iul. 1) (Bellicadri) (21048) Eidem per nuntium venturum responsum se daturum scribit. (Kal. Iul. a° 4°). ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 192. n° 341. — »De prosperis tuae.«

» 7 » (21049) Mariae reginae Franciae concedit, ut presbyteri Praedic. et Minor. aut aliorum ordinum famulatui eius valeant commutare vota abstinentiae et peregrinationis in alia pietatis opera. Non. Iul. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 233. n° 104. — »Nuper celsitudinis tuae.«

» 11 » (21050) Matthaeo Caraculo nepoti magistri Berardi de Neapoli subdiaconi et notarii sui canonicatum et praebendam, quos Gerardus de Grandisono electus Virdunensis obtinuit et libere resignavit, cum omnibus eorum iuribus et pertinentiis confert. v id. Iul. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 148. — »Dilecti filii magistri.«

» 11 » (21051) Wintoniensi, Bathoniensi et Wellensi episcopis ac magistro Raymundo de Nogeriis capellano suo de superiore epistola significat, eisque mandat ut eundem Matthaeum vel alium eius nomine in corporalem possessionem canonicatus et praebendae inducant. v id. Iul. a° 4°. ‖ Rymer l. c. 148. — »Dilecti filii magistri.«

» 15 » (21052) Archiepiscopo Cantuariensi mandat, dispenset cum Iohanne filio Henrici de Astinges ac Ysabella filia Willielmi de Valentia domini de Pembrok fratris Henrici regis Angliae, invicem sibi tertio et quarto consanguinitatis gradu coniunctibus, ut matrimonium ad invicem possint contrahere. Id. Iul. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 470. n° 202; Rymer l. c. 149. — »Etsi coniunctio copulae.«

» 19 » (21053) Bathoniensi et Wellensi episcopis ac (Antonio Bek) archidiacono Dorsetiae in ecclesia Saresbiriensi mandat, ut tribus clericis Edwardi regis Angliae de totidem beneficiis ecclesiasticis provideant. xiv kal. Aug. a° 4°. ‖ Rymer l. c. 149. — »Meruit devotionis sinceritas.«

(» 20 cca.) (») (21054) (Carolum) regem Siciliae rogat et monet, ut, cum in tractatu habito de submovenda inter eum ac (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis dissensionis materia statutum sit, ut praemissa (Philippi) regis Francorum subiacerent arbitrio, aliquibus suorum super hoc committat potestatem. *Absque nota chronol.* ‖ Busson Doppelwahl 136. — »Credimus ad tuam.«

(» — ?) (») (21055) (Rodulpho) regi Romanorum iterum suadet, ut in Lombardiam miliciam destinet. Ad hoc ei efficacius vivae vocis ministerio suggerendum ad ipsum destinat G(erardum) de Grandisono Virdunensem electum. *Sine nota chronol.* ‖ Böhmer Acta imperii II. 697. n° 997. — »Tuis consulere comodis.«

» 22 » (21056) (Otakarum) regem Boemiae graviter reprehendit, quod in facto (Rodulfi) regis Romanorum a sententia apostolica appellare ausus fuerit. xi kal. Aug. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 7. 8. 10. 11; (Lambacher) Oesterr. Interregn. Anh. 75 in n° 46; Campi Histor. di Piacenza II. 471; Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 157; Chmel *in* Sitzungsb. der Wiener Akad. Hist.-ph. Kl. XI. (1853.) 236; Erben Regest. Bohem. II. 407. n° 974; *cf.* Palacky Reise 45. n° 366. — »Quid ita devotionem.«

» 25 » (21057) (Iacobo) regi Aragonum, qui cuiusdam vassalli sui coniugem violenter abduxerat et notorie eam detinebat concubinam, ob oculos proponit, tum quam hoc ob egregiis illis suscipiendae pro Christi fide Asiaticae expeditionis, cui in Lugdunensi concilio se devoverat, alienum sit; tum facinoris foeditatem, cuius exemplo inficiat subditos suos, et vitae inconstantiam; denique censuras minatur ecclesiasticas. viii kal. Aug. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 28—30; Campi l. c. 471. n° 204. — »Utinam fili charissime.«

Aug. 6 » (21058) (Friderico) episcopo Merseburgensi mandat, ut ecclesiae Sambiensi »a longo iam dudum tempore pastoris solatio destitutae« de persona idonea episcopali regimini congruente provideat in episcopum. viii id. Aug. a° 4°. ‖ Gebser Dom zu Königsberg (2 Abth. *ibid.* 1835. 33. 8°) I. 42. — »Etsi multiplicis cure.«

» 9 » * (21059) Praeposito ecclesiae Feltrensis mandat, ut Victori Feltrensi presbytero in ecclesia Tarvisina pastore vacante beneficium conferat. »Belcardi« v id. Aug. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 546.

» 18 » (21060) Petro Ostiensi et Velletrensi episcopo concedit facultatem, ut de bonis suis tam ecclesiasticis quam mundanis licite condere possit testamentum. xv kal. Sept. a° 4°. ‖ Echard et Quetif Scr. ord. Praed. I. 354; Ripolli Bullar. Praed. I. 532. n° 39. — »Quoniam humana fragilitas.«

» 29 » (21061) Magistro Isembardo notario suo condendi testamentum ac disponendi quocunque modo voluerit in ultima voluntate de bonis suis liberam concedit facultatem. iv kal. Sept. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 472. n° 205. — »Ut eo liberius.«

Sept. 3 » (21062) Archiepiscopum Toletanum laudat, quod ad christianorum succursum decertantium contra perfidos Sarracenos, qui congregata de partibus Africae multitudine proditorie terram (Alfonsi) regis Castellae ac Legionis ingressi erant, desideranter aspiret et se ad exsecutionem voti magnifice praeparet. iii non. Sept. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 16; Campi l. c. 472. n° 206. — »Gaudemus in Domino.«

1275.

(Sept. 3) Bellicadri (21063) Petro primogenito (Iacobi) regis Aragonum scribit, se Valentinum episcopum, fratrem Petrum ord. Minor. et Arnaldum Dei nuncios eius benigne recepisse, eumque laudat, quod datam sibi a Deo potentiam pro tuenda fide christiana exercere proponat. *Sine signo chronol.* ‖ Campi l. c. 481. n° 215; Raynald. l. c. § 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 233. n° 105. — »Venerabilem fratrem nostrum.«

(») » (21064) (Philippum) regem Francorum rogat, ut (Petri) primogeniti regis Aragonum oratores humaniter accipiat atque amicitiam cum eo ipso redintegret, qui arma augendae divini numinis gloriae consecrare meditetur. *Absque nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 18, *fragm.*

» 4 » (21065) Constitutionem edit pro restituenda re ecclesiastica in Lusitania ab Alfonso Portugalliae rege oppressa. ii non. Sept. a° 4°. ‖ Campi l. c. 473. n° 208; Ripolli Bullar. Praed. I. 532. n° 40; Sbaralea l. c. 234. n° 106; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 28. n° 9; *partim* ap. Raynald. l. c. § 21—27. — »De regno Portugalliae.«

» 4 » (21066) Clero civitatis et diocesis Ravennatis significat, se ecclesiae Ravennati fratrem Bonifacium de Lavania ord. Praedic. praefecisse in archiepiscopum. ii non. Sept. a° 4°. ‖ Savioli Ann. Bologn. III. ii. 485; Amadesius Antist. Ravenn. III. 214. n° 66. — »Onerosa pastoralis officii.«

* *In eundem modum eodemque die* Populo civitatis et diocesis Ravennatis. ‖ Amadesius l. c. 215. n° 67.

» 4 » (21067) Bonefatio de Lavania ord. Praedic. notum facit, se eum Ravennati ecclesiae praefecisse in archiepiscopum. Hortatur ipsum, ut iugum Domini reverenter suscipiat et administrationem ecclesiae prudenter exequi studeat. ii non. Sept. a° 4°. ‖ Amadesius l. c. 216. n° 68. — »Onerosa pastoralis officii.«

» 4 » (21068) Parmensi et Comaclensi (Cymacliensi *Rub.*) episcopis mandat, ut Bonefatium de Lavania electum Ravennatem in possessionem archiepiscopatus Ravennatis inducant ac defendant inductum. ii non. Sept. a° 4°. ‖ Amadesius l. c. 218. n° 69; *cf.* Rubeus Histor. Ravenn. 448. — »Onerosa pastoralis officii.«

» 4 » (21069) Simonem de Rupe Cavardi decanum Bituricensis ecclesiae eidem ecclesiae praeficit in archiepiscopum. ii non. Sept. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 473. n° 207. — »Onerosa pastoralis officii.«

» 8 Aurasicae (21070) Benvenuto de Serzana Praedic. et Gerardo de Prato Minor. ord. fratribus Lunen. et Pistorien. diocc. mandat, accedant ad potestates, consilia et communia Florentinorum, Senensium, Lucanorum, Pistoriensium, Vulterranorum, Pratensium, S. Minati ac alias universitates et communitates Vallis Elsae easque moneant, ne contra commune Pisanum hostiliter procedant ab omni commotione ac prosecutione guerrarum penitus desistentes, eos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellendo. vi id. Sept. a° 4°. ‖ Borgo Diplomi Pisani 266. — »Dudum dilecti filii.«

» 13 Valentiae (21071) Ecclesiasticis et saecularibus Germaniae et Sclavoniae proceribus mandat, ut (Rudolfum) regem Romanorum ad Urbem coronationis causa accedentem honorifice comitentur. Id. (Oct., *male, legas*) Sept. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 193. n° 344. — »Ad statum imperii.«

» 13 » (21072) Archiepiscopum Hispalensem rogat et hortatur, moneat (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis »qui in suis litteris se regem Romanorum intitulat sicut prius et sigillo utitur litteris et impressionis typario intitulationem huiusmodi exprimente, ... et varias litteras quam pluribus magnatibus Alemanniae necnon et communitatibus Italiae destinavit, affirmans in illis, se ab imperii negotio nec destitisse nec velle desistere, sed plenis conatibus illius prosecutioni vacare«, ut ab his et similibus omnino desistat, sigillo ac intitulatione praemissis de cetero non usurus: »alioquin ... remediis ... obviemus.« Id. Sept. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 15; Campi Histor. di Piacenza II. 477; Chmel *in* Sitzungsb. der Wiener Akad. Hist.-ph. Kl. XI. (1853.) 237; *cf.* Palacky Reise 45. n° 368; Erben Reg. Bohem. II. 410. n° 982. — »Ob dandum super.«

13 (21073) Magistro Fredulo capellano suo priori de Lunello mandat, ut cum exemplari epistolae ad archiepiscopum Ispalensem datae ad Alphonsum regem Castellae ac Legionis se conferat, et ipsi una cum dicto archiepiscopo, ne titulo regis Romanorum utatur, dissuadeat. Id. Sept. (a° 4°). ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 192. n° 342. — »Venerabili fratri nostro.«

» 13 (») * (21074) Guillelmum Ferrariensem episcopum Insubriae legatum declarat. Id. Sept. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 544.

» 22 Viennae (21075) (Iacobum) regem Aragonum rogat et monet, ut ab adultera sua omnino abstineat eamque a se prorsus abiiciat: »alioquin personam tuam excommunicationis, terram vero, ad quam te aut ipsam adulteram pervenire contigerit, donec inibi fueris tu vel ipsa, interdicti sententiis ... volumus subiacere«, *etc.* x kal. Oct. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 31—33; Campi Hist. di Piacenza II. 477. n° 210; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1275 § 11. XIII. 813. — »Scimus quod amara.«

1275.

Sept. 22	Viennae	(21076) Archiepiscopo Tarraconensi et episcopo Dertusensi scribit, se monendum et hortandum duxisse (Iacobum) regem Aragonum per litteras suas »ut saltem vitae suae vesperum dedicaturus Altissimo ... abiuraret adulteram et eam restitueret viro suo.« Sed »quia dictus rex salubria patris monita respuens ... nobis ... litteras non tam excusatorias quam accusatorias destinavit, ... sibi alias nostras litteras sub certa forma dirigimus«, *etc.* Mandat eis ut has litteras »vobis per latorem praesentium exhibendas« regi praesentent. x kal. Oct. a° 4°. ‖ Campi l. c. 478. n° 211; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 34. — »Clamante facti evidentia.«
» 25	»	(21077) Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato in regno Franciae, civitate ac diocesi Lugdunensi necnon et in partibus transmarinis concedit facultatem libere exercendi censuram ecclesiasticam, officium suum et omnia ad ipsum spectantia aut quae ei officii ratione competunt. vii kal. Oct. a° 4°. ‖ Mansi Conc. XXIV. 178. — »Cum tibi plenae.«
» 25	»	(21078) Valentinam et Diensem ecclesias in Viennensi provincia constitutas unit, statuens, »ut statu praesulum, qui nunc praesunt eisdem, sine immutatione aliqua remanente, integro tandem, quovis ipsorum cedente seu etiam decedente, sic una sit earundem ecclesiarum episcopalis dignitas, quod superstes sit episcopus utriusque, Valentinensis et Diensis episcopus nominandus ac deinceps ecclesiae ipsae ab uno et eodem antistite perpetuis temporibus gubernentur.« vii kal. Oct. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 35; Campi Hist. di Piacenza II. 479. n° 212; Gallia christ. XVI. instr. 120; Columbus De gestis episc. Valent. et Diens. 51; I. Catellan Antiquités de l'église de Valence 352. — »Valentinensem et Diensem.«
» 26	»	(21079) Erardo de Valeriaco camerario Franciae, qui crucis signaculum assumpsit, 2000 marcharum sterlingorum de decima regni Navarrae subsidio Terrae sanctae deputata concedit, cum propter hoc grandia eum subire oporteat onera expensarum. vi kal. (Nov., *sed legas*) Oct. a° 4°. ‖ Campi l. c. 483. n° 220. — »Diuturnae calamitatis angustias.«
» 28	»	(21080) Archiepiscopo Ispalensi mandat, moneat denuo Alphonsum regem Castellae ac Legionis, qui se in suis litteris regem Romanorum intitulet, ut ab his et similibus omnino desistat. iv kal. Oct. a° 4°. ‖ Campi l. c. 480. n° 213, *manca; integra* ap. Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 193. n° 343; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 15 *et* Palacky Reise 46. n° 369. — »Intellecto nuper quod.«
» 30	»	(21081) Amadaeum abbatem monasterii de Savigniaco Lugdun. dioc. praeficit ecclesiae Valentinae in episcopum. ii kal. Oct. a° 4°. ‖ Campi l. c. 480. n° 214; Gallia christ. XVI. instr. 122; Raynald. l. c. § 35, *fragm.* — »Onusta dispendiis et.«
Oct. 6	Lausannam.«	»Pridie non. Octobris venit papa Gregorius in Lausannam.« ‖ Annal. Colmariens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 192. — »Pridie nonas Octobris Gregorius pp. venit *Lausannam.* Rex Rudolfus venit ad eum festo Luce (Oct. 18) cum regina et pene cum suis liberis universis.« ‖ Annal. Basiliens. ap. Pertz l. c. XVII. 194; ap. Raynald. Ann. ad a. 1275 § 36. — »De mense (Novb., *legas*) Octobr. domnus Gregorius pp. X, habito colloquio cum domno (Alfonso) rege Castelle et diviso ab eo, ivit ad *Lusanam* et habuit colloquium cum domno Rodulfo in regem Romanorum electo.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 562 (Chronica tria Placent. 310).
» 9	Lausannae.«	»Papa fratrem Heinricum ord. Minor. in episcopum Basiliensem constituit et consecravit Lausannae.« *Dies eruitur ex verbis ibi sequentibus:* »Heinricus episcopus Basiliensis venit Basileam, festo Dionisii (*i. e.* Oct. 9) a papa Gregorio confirmatus.« ‖ Annal. Basiliens. ap. Pertz l. c. XVII. 198.
» 13	Lausannae	(21082) (Carolo) regi Siciliae qui proponebat in Terrae sanctae subsidium proficisci, concedit decimam omnium ecclesiasticorum proventuum huiusmodi subsidio deputatam in toto Siciliae regno, comitatibus Provinciae et Folkaquerii ac aliis terris dominii sui extra regnum Franciae constitutis per annos sex. Si vero rex personaliter illuc proficisci nequiverit vel voluerit, vult ut Carolus primogenitus regis princeps Salernitanus, qui aeque assumpserat crucis signaculum, decimam eandem simili modo per dictum tempus habeat. iii id. Oct. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 482. n° 217. — »Cum zelo fidei.«
» 14	»	(21083) Notum facit, se, cum Sarraceni crucis hostes de Africa prodeuntes terras (Alfonsi) regis Castellae ac Legionis invadere praesumpserint, concessisse eidem regi decimam omnium ecclesiasticorum proventuum regnorum Castellae ac Legionis, prout fuerit Terrae sanctae concessa. ii id. Oct. a° 4°. ‖ Campi l. c. n° 218; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1275 § 6. XIII. 808; Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 16. — »Attendentes sollicite quod.«
» 15	—	Ecclesiasticis et saecularibus Germaniae et Sclavoniae: »Valentiae id. Oct. a° 4°«. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 193. n° 344, *vid.* 1275. Sept. 13. n° 21071.
» 19	Lausannae	(21084) S. Mariae ecclesiam cathedralem consecrat »praesente illustri viro Rodulfo rege Alemanniae et illustri regina Anna uxore dicti regis xiv kal. Novb. a° 1275.« ‖ Fontaine Dissertation 44; Strambino Decreta et const. synod. 182; Mémoires et doc. de la Suisse romande VII. (1846.) 60; Zeerleder Urkunden f. d. Gesch. der Stadt Bern II. 166. n° 646; Zurlauben Chartae Helveticae II. 205; Verdeil Hist. du canton de Vaud I. 152, *abbreviat.*

1275.

Oct. 27	(Lausannae)	* (21085) Ebredunensi archiepiscopo committit, ut pacem inter L(udovicum) et H(enricum) Bavariae duces procuret. vi kal. Nov. a° 4°. ‖ Deutinger Beyträge II. 155. n° 31; Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 43.
» 27	—	Erardo de Valeriaco camerario Franciae: »Viennae vi kal. Nov. a° 4°«. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 483. n° 220, *vid.* 1275. Sept. 26. n° 21079.
Nov. 12	»In civitate Mediolani	die Martis 12. Novembris applicuit.« ‖ Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 562 (Chron. tria Placent. 310).
» 14	Mediolani	(21086) (Gerhardo) electo Virdunensi concedit potestatem, ut Eduardo regi Angliae negotium Terrae sanctae prosequenti in Anglia, Hibernia, Wallia atque etiam e Scotia, si regis Scotorum assensus accedat, decimas pro instruendis ad bellum necessariis assignet. xviii kal. Dec. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 44. — »Cum sicut intelleximus.«
» 14	»	(21087) Magistro Benedicto de Anania canonico Parisiensi capellano suo mandat, ut Bonefatium de Lavania electum Ravennatem in possessionem archiepiscopatus Ravennatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, inducat ac defendat inductum. xviii kal. Dec. a° 4°. ‖ Amadesius Antist. Ravenn. III. 219. n° 70; *cf.* Rubeus Histor. Ravenn. 448. — »Onerosa pastoralis officii.«.
» 18	Mediolani in ecclesia s. Ambrosii	(21088) Declarat, decernit, statuit et ordinat, »ut omnes et singuli processus contra quascumque universitates vel singulares personas ... habiti a fel. rec. Clemente pp. praedecessore nostro et approbati postmodum ...., sententiae prolatae, comminationes ... et cetera, quae in eisdem processibus ... continentur, ex eo quod ad praesens non procedimus ex eisdem, nec praedicta .... prosequimur, nullam omnino immutationem recipiant ...« In festo dedicat. basil. Principis apost. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 484. n° 222; *omisso initio in* Raynaldi Ann. a. 1275 § 45. — »Solet apostolica sedes.«
» 22	»In civit. Placentie	die Veneris 22. Novembris applicuit nil pacis ibi tractans.« ‖ Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. 562 (Chron. tria Plac. l. c.).
» 24	Placentiae	(21089) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum Alberstadensibus significat, praepositam, decanam et capitulum ecclesiae Gernerodensis Alberst. dioc. canonice ac concorditer elegisse Elisabeth praepositam in Vrose in suam abbatissam et postmodum supplicasse, ut, cum praedicta electa propter sexus fragilitatem non posset apostolicam sedem adire pro confirmationis munere, electionem huiusmodi confirmari *etc.* faceret. Committit eis hoc negotium et mandat, ut in eodem sine difficultate procedant. viii kal. Dec. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 485. n° 223; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 240. n° 107. — »Olim saeculari ecclesia.«
» 24	»	(21090) Archiepiscopo Ebredunensi mandat, moneat ecclesiasticos Alemaniae et Sclavoniae proceres, ut Rodulphum Romanorum regem, cui apud Lausanam ad sollempnia coronationis consummanda festum purificationis b. Virginis praefixum sit, ad recipiendum imperiale diadema in Urbe compellant. viii kal. Dec. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 196. n° 346. — »Pridem universos.«
Dec. 3	»De Placentia	die 3. Decembris exivit et successive graditur versus Urbem.« ‖ Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 562 (Chron. tria Placent. 310).
» 5	Parmae	(21091) Petro Remensi archiepiscopo indulget, ut, non obstante praestito iuramento ex quo sedem apostolicam de biennio in biennium visitare debeat, de triennio in triennium hoc tantummodo facere teneatur. »Romae« non. Dec. a° (5°, *sed legas*) 4°. ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 568. — »Quos sinceritatis devotio.«
» 5 » 6	Parmam	»Eo tempore, die 5. intrantis Decbr. domnus papa Gregorius X redeundo a supradicto concilio cum cardinalibus et praelatis venit Parmam et hospitatus fuit ad palacium domni episcopi Parmensis, et ibi iacuit unam noctem et recessit mane adveniente.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 685. *)
» 11	Bononiae	(21092) Marchionibus, comitibus .... consiliariis ac universitatibus civitatum aliorumque locorum per Lombardiam, marchiam Trevisinam, patriarchatum Aquilegensem et Ianuensem provinciam constitutis mandat, ut magistrum Arditionem capellanum suum in Lombardiam *etc.* ad negotia Rodulphi regis Romanorum promovenda missum decenter recipiant eique pareant. iii id. Dec. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 196. n° 347; *sine nota chronol.* (Zaccagni) Dissertatio de s. imp. *etc.* Comacli. Append. 38. — »Desiderantes negotia.«
» 12	Planorii	(21093) Magistro Rudolfo cancellario et fratri Berengario de ordine hospitalis s. Iohannis Ierosol., nuntiis Rodulphi regis Romanorum, admiratus scribit de eis, in quibus circa

*) *Fidem harum annalium dubiam efficit* Salimbene, *qui in* Parmensi chron. 265 *sic tradit:* »Eodem a° *venit Gregorius X* cum curia sua et cardinalibus suis a civitate Lugdunensi in civitatem Reginam, id est *Regium, die 5. Decembris in festo s. Nicolai,* et hospitatus fuit in palatio episcopi Regini, et sequenti die recessit, quia ibat Romam: et infirmatus fuit in civitate Aretii, et stetit ibi infirmus multis diebus.«

1275.

statum partium Romaniolae de facto processerant. II id. Dec. a° 4°. ‖ (Zaccagni) Dissertatio de s. imp. etc. Comacli. Append. 37; Theiner l. c. n° 348; *cf.* Palacky Reise 46. n° 370. — »Cedulam quandam petitiones.«

Dec. 15 — Sancta Crux — »Illo gressus nostros dirigente qui novit .... XVIII kal. Ianuarii prospere ad locum qui dicitur diocesis Florentinae pervenimus, ubi die una solito itineris intermisso labore, deinde versus Aretium procedentes, festum nativitatis dominicae ibi proponimus celebrare: cuius .... inibi peractis solemniis coeptum iter versus terras patrimonii, prout status noster permiserit, Deo praeduce prosequemur.« ‖ Epist. ad Carolum regem Siciliae *in* Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 47 (*vid.* n° 21097).

— — (21094) Philippum regem Francorum arguit, quod Parisiensis ecclesiae iura potentia sua regali opprimat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 20, *fragm.*

— — (21095) (Carolo) regi Siciliae significat, sibi esse relatum comitis Brenensis propositum, quo disponere dicatur, ut regnum Cypri cum armatis invadat; rogat et hortatur eum, ut praemissum propositum prorsus impediat nec in effectum deduci aliquatenus patiatur, ne per ipsius christianitatis discordias ad liberationem Terrae sanctae piis ordinationibus concilii via quasi totaliter praecludatur. *Sine signo chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 52. — »Patet liquido illud.«

1272–1275.

— — (21096) (Carolum) regem Siciliae rogat, ut, cum in dicto regno prius praesertim apud Neapolim civitatem »cuius amoenitas scholares alliciebat etiam a remotis«, vigeret studium generale, et Dominus de regno ipso tenebras ex alto fugaverit, huiusmodi studium reformari faciat. *Sine nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1274. — »Primum plasma supernae.«

1276.

Ianr. 1 — Florentiae — (21097) Eundem requirit et rogat, accedat festivitatibus nativitatis dominicae et aliorum sequentium celebratis ad Urbem, »ut ibi vel exinde alibi, ubi tunc erimus, in vicino commodius possis convenire nobiscum.« Kal. Ianr. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 485. n° 224; *absque nota chronol.* Raynaldi Ann. ad a. 1275 § 47. — »Ut filialis devotionis.«

(post Ianr. 1) — (Aretii) — (21098) Rudolphi regis Romanorum litteris officiosis respondet praescius futurae mortis ac, praemissis sui erga eum amoris certis argumentis, vicem amoris repetit erga ecclesiam Dei, quam illi etiam atque etiam commendat. Congaudet de prosperitate eventuum. *Sine nota chronol.* ‖ Gerbert Cod. epist. Rudolfin. 97. n° 30; Cai. Cenni Monum. dominationis pontif. (Romae 1761. 4°) II. (Cod. Rudolf.) 357; Baerwald Baumgartenb. Formelbuch (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV.) 191; *cf.* Palacky Reise 45. n° 367. — »Quod imperialis culminis.«

» 10 — » — MORITUR. »Mortuus est apud Aretium die 10. Ianuarii.« ‖ Montemarte Cronaca d'Orvieto II. 217; Annal. Urbevet. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 270. — A° D[i] 1276. indict. IV obiit pp. Gregorius X in civitate Aretii, quae est civitas Tusciae; 10. die Ianuarii ultimum diem clausit in festo s. Pauli primi heremitae.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 265. — »A° natalis D[i] 1276 IV id. Ianr. obiit.« ‖ Annal. Lubicens. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 414. — »Obiit feria sexta Pauli heremitae.« ‖ Annal. Pruvening. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 609. — »Die (Veneris, *legas*) Sabbati 10. mensis Ianuarii in civitate Aretii obiit.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 562 (Chron. tria Placent. 311). — »Apud Aretium infirmatus est et mortuus, quod fuit, ut historiae tradunt, IV id. Ianr. a° videlicet D[i] 1275«. ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 5 ap. Muratori Scr. rer. Ital. XI. 1167. — »Dominus ipsum a° D[i] 1275 IV id. Ianr. ad coelestem de valle praesentis miseriae ... patriam evocavit.« ‖ Vita Gr-i auct. anon. ap. Muratori l. c. III. 603. — »Cum apud Arecium civitatem Tusciae pervenisset, infirmatus ibidem obiit IV id. Ianr. a° 1275«. ‖ Vita Gr-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. 598. — »Gregorius pp. qui decimas imposuit, decimo die mensis Ianuarii diem claudens extremum decimatus est apud civitatem *Reatinam.*« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 216. — »Decimo die mensis Ianuarii praesenti saeculo valedixit.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Annal. monast. IV. 267. — »VI id. Ianr. (*i. e.* d. 8. Ianr.) migravit ad Dominum.« ‖ Annal. Admunt. Cont. Florianens. ap. Pertz l. c. scr. IX. 801; Contin. Vindobon. *ibid.* 706. — »Obiit infra octavam epiphanię.« ‖ Annal. Basileens. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 199; Ann. de Wintonia *in* Annal. monast. II. 121. — »De mense Ianuarii redeundo Romam, cum fuit in civitate Aretii, infirmatus in pace obiit et ibi sepultus ad maiorem ecclesiam dicte civitatis Aretii.« ‖ Ann. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 685 (Chron. Parmens. 39). — »Apud Aretium defunctus ibidem traditur sepulturae.« ‖ Nicol. Triveti Chron. ap. Achery Spic. III. 206 (ed. Hog 294). — »Obiit apud Arescium civitatem Tusciae XI kal. Ianr. (*i. e.* Dec. 22) a° 1275«. ‖ Ann. de Waverleia *in* Annal. Monast. II. 385; Ann. de Wigornia *ibid.* IV. 469.

1276.

»Hic papa fuit mirae experientiae in saecularibus, quamvis modicae litteraturae, nec intendebat pecuniarum lucris, sed pauperum eleemosynis. Religiosos viros multum dilexit et fovit.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. lib. 23. c. 4 ap. Muratori l. c. 1166 (Vita Gr-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 598). — »Iste Gregorius fuit vir magnae religionis, amator pauperum, largus, benignus super omnes, multum misericors et mansuetus.« ‖ Salimbene Parm. Chron. 261. — »Circa divina fuit magnus zelator.« ‖ *Idem* l. c. 265. — »Fuit bonus homo, iustus et rectus et timens Deum.« ‖ *Idem* 266. — »Vir dignus pontificatu Urbis, utpote iustus.« ‖ Ricobaldi Hist. imper. ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1182.

VACATIO. »Cessavit papatus diebus 10«. ‖ Salimbene l. c. 262. — »Vacavit papatus diebus 11«. ‖ Ptolem. Lucens. l. c. lib. 23. c. 16 ap. Muratori l. c. XI. 1173.

Sententia Gregorii X: **Perfice gressus meos in semitis tuis.** (Psalm. 16, 5). **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20801. 21007 — **1275.** Apr. 1. n° 21011.

Subscripserunt testes:

Petrus (de Tarantasia, ord. Praedic.) episcopus Hostiensis et Velletrensis. **1274.** Mart. 7. n° 20801 — n° 20916. 20928. 21006. 21007. 21008. 21011 — **1275.** Apr. 1. n° 21013. Fit papa Innocentius V.

Vicedominus (de Vicedominis, Minorita, Gregorii X ex sorore nepos) episcopus Penestrinus. **1274.** Mart. 7. n° 20801 — n° 20916 (*ubi* Vuedo *legitur*). 20928. 21006. 21007. 21011 — **1275.** Apr. 1. n° 21013.

Iohannes (de Tolleto) episcopus Portuensis tit. S. Rufinae. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20597 — n° 20671. 20730. 20731. 20737. 20739 (*ubi* episc. Parmensis *legitur*). 20916. 20928. 21006. 21008. 21011 — **1275.** Apr. 1. n° 21013.

Bertrandus (a S. Martino, Gallus, archiepisc. Arelatensis) episcopus Sabinensis. **1274.** Mart. 7. n° 20801 — n° 20916. 20928. 21006. 21007 — **1275.** Mart. 23. n° 21008 (*ubi* Birandus).

Oddo (de Castro Radulphi) episcopus Tusculanus. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20597 — **1273.** Ianr. 13. n° 20671.

Magister **Petrus** (Iuliani, Hispanus) Tusculanus electus, *dein* episcopus Tusculanus. **1274.** Mart. 7. n° 20801 — n° 20916. 20928. 21006. 21007. 21008 — **1275.** Apr. 1. n° 21011. Fit papa Iohannes XXI.

Simon (de Mompis e Bria) presb. card. tit. S. Caeciliae. (*Cf.* p. 1541.) **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20671. 20801 — **1274.** Sept. 10. n° 20916.

Guillelmus (de Braio, Rhemensis) presb. cardin. tit. S. Marci. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20596 — 20597. 20671. 20801. 20928. 21006. 21007 — **1275.** Mart. 23. n° 21008.

Simon (Paltinerius) presb. card. tit. S. Martini. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20597. 20671. 20730. 20731. 20737. 20739. 20801. 20916. 20928. 21006. 21007. 21008 — **1275.** Apr. 1. n° 21011.

Ancherus (Pantaleo) presb. card. tit. S. Praxedis. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20597. 20671. 20730. 20731. 20737. 20739. 20801. 20916. 20928. 21006. 21007. 21008 — **1275.** Apr. 1. n° 21011.

Ottobonus (de Flisco ex comitibus Lavaniae) diac. cardin. tit. S. Adriani. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20597 (*ubi* Ottonius). 20671. 20730. 20731. 20737. 20739. 20801. 20916. 20928. 21006. 21007. 21008 — **1275.** Apr. 1. n° 21011. Fit papa Hadrianus V.

Ricardus (Hannibaldensis de Molaria) diac. cardin. tit. S. Angeli. (*Cf.* p. 1649.) **1273.** Ianr. 13. n° 20671.

Ubertus (ex comitibus de Ulcio, Senensis) diac. card. tit. S. Eustachii. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20597. 20801 (*ubi* Vibertus *legitur*). 20916. 20928 (*ubi* Uberius). 21006. 21007. 21008 — **1275.** Apr. 1. n° 21011.

Gottofridus (de Alatro) diac. card. tit. S. Georgii ad velum aureum. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20597. 20671. 20730. 20731. 20737. 20739. 20801. 20916. 20928. 21006. 21007. 21008 — **1275.** Apr. 1. n° 21011.

Iacobus (Sabellus, Romanus) diac. card. tit. S. Mariae in Cosmidin. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20597. 20730. 20731. 20739. 20801. 20916. 20928. 21006. 21007. 21008 — **1275.** Apr. 1. n° 21011.

Matthaeus (Rubeus Ursinus) diac. card. tit. S. Mariae in Porticu. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20597 — n° 20801. 20916. 20928. 21007 — **1275.** Mart. 23. n° 21008.

Iohannes (Caietanus de domo Ursinorum) diac. card. tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. (*Cf.* p. 1649.) **1272.** Aug. 31. n° 20597 — n° 20671. 20730. 20731. 20737 — **1273.** Mai. 23. n° 20739 (*ubi* Iacobus *legitur*). Fit papa Nicolaus III.

Datae sunt bullae per manum:

magistri **Ianoni Leccacorvi** S. R. E. vicecancellarii. **1272.** Aug. 31. n° 20596 — n° 20597. 20601 (*ubi* Seccaermi). 20619. 20671 (*ubi* Leccatorvi). 20730 (*ubi* Leccatoruy). 20731. 20737 (*ubi* Leccaconii). 20739. 20801 (*ubi* Lecatorii) — **1274.** Mart. 7. n° 20801 (*ubi* Lettacorni).

magistri **Lanfranci** archidiaconi Pergamensis S. R. E. vicecancellarii. **1274.** Sept. 10. n° 20916 — n° 20918. 20928. 21006. 21007. 21008. 21011 — **1275.** Apr. 5. n° 21020.

Innocentius V natione Burgundus, de Tarentasia quod est municipium non procul a Maurienna valle in Alpibus situm, ante pontificatum Petrus vocabatur. »16mo anno aetatis ordinem Praedicatorum ingressus, 30 annis in eodem mansit« (Ann. Basileens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 200). Studio scripturarum deditus ac doctor theologiae Parisius factus ibi »in theologia 12 annis rexit« (Ann. Basil. l. c.). Scientiae suae memoriam multa scribendo utilia posteris dereliquit; scripsit enim »Commentarium in epistolas s. Pauli apost.« et »Commentaria in quatuor libros sententiarum« (ex mss. Tholosani conventus ... per patres eiusd. conv. edita. Tolosae 1651. 4 tom. in 2 vol. fol.). Qui cum esset vir religionis eximiae expertaeque prudentiae primo Provincialis fratrum suorum in Francia, deinde efficitur archiepiscopus Lugdunensis, demumque a papa Gregorio X ad cardinalatum assumptus constitutus est episcopus Hostiensis et Velletrensis. (*Cf.* Rishangeri Chron. ed. Riley 87; Nic. Triveti Ann. ed. Hog 294). Synodo Lugdunensi secundae affuit et funebrem orationem habuit super morte b. Bonaventurae card. »In archiepiscopatu non peregit annum, in cardinalatu non perfecit annum, in papatu per annum non poterat residere.« (Ann. Basil. l. c.)

1276.

Ianr. 21 Aretii — ELIGITUR. »Nuper ... Gregorio pp. patre et (ac *Rayn.*) praedecessore nostro ... apud Aretium civitatem Tusciae .... de hoc seculo ... erepto et ipsius corpore ... tumulato, ... nos et fratres ... quibus id personarum suarum status indulsit, sponte ac celeriter convenimus in civitate praedicta et in omni mansuetudine spontanei (spontanea *Rayn.*) palatium, in (*om. Rayn.*) quo idem praedecessor habitarat, pridie ante festum b. Agnetis (*i. e.* d. 20. Ianr.) intrantes in ipso (nupero *Stenz.*) festo (*i. e.* d. 21. Ianr.) summo mane missarum sollempniis ... celebratis ... concorditer ad celebrandam eleccionem instantem scrutinii viam elegimus (eligimus *Rayn.*), et ... primo celebrato et publicato scrutinio ... in humilitatem nostram ... iidem fratres nullo discordante unanimiter concordarunt, nobis ... summi apostolatus ... onus ... imponentes.« ‖ I-i Epist. encycl. *in* Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 17; ap. Campi Hist. di Piacenza II. 485. n° 225; ap. Stenzel Scr. rer. Siles. II. 470. — »Die Martis 21. mensis Ianuarii cardinales elegerunt ... episcopum de Hostia in suum (summum *Chron. Plac.*) pontificem et vocatus est Innocentius V«. ‖ Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 562 (Chron. tria Placent. 311). — »A° D^{i} 1276 Innocentius V in summum assumitur pontificem in festo b. Agnetis.« ‖ Ptolem. Lucens., Hist. eccl. lib. 23. c. 17 ap. Muratori Scr. Rer. Ital. XI. 1173. — »Natione Burgundus de Tarantasia Sabaudiae fuit electus in papam apud Arezium Tusciae civitatem in festo s. Agnetis.« ‖ Vita I-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 605. — »Creatus est apud Aretium Tusciae civitatem in festo s. Agnetis.« ‖ Brev. hist. ordinis Praedic. ap. Martene Ampl. coll. VI. 335. — »XXI. die mensis Ianuarii in festo s. Agnetis electus fuit in papam.« ‖ Salimbene Parm. Chron. 268.

»Post (Gregorium 6. yd. Ianr. defunctum) quem die tercia (*i. e.* d. 10. Ianr.) Petrus Hostiensis card. de ord. Praed. in apostolicum eligitur, vocatus Innocentius V.« ‖ Ann. Admunt. Contin. Vindobon. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 706; Ann. S. Rudb. Salisb. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 801. — »Mense Ianuarii cardinales elegerunt in papam mag. Petrum Hostiensem de ord. fratr. Praed.« ‖ Ann. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 685 (Chron. Parmens. 39). — »Circa principium quadragesimae electus est.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Annal. monast. IV. 268.

»Sedit in papatu mensibus 5 diebus 2«. ‖ Vita I-i ex ms. Bern. Guidonis l. c.; Ptolem. Lucens. l. c.; Nicol. Triveti Annal. ed. Hog 295; Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 753. — »Vixit iste papa 5 menses et 1 diem.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 562 (Chron. tria Placent. 311).

(Febr. 1-5 cca.) » — (21099) Potestatem, capitaneos, antianos, consilium et commune Ianuenses monet et rogat, ut ad componendum discrimina, quae occasione dissensionis inter (Carolum) Siciliae regem et germanos Ottoboni S. Adriani diaconi cardinalis ac nonnullos alios nobiles civitatis Gianuensis ex parte una et eos ex alia exortae emersisse noscuntur, ad hoc idoneos et sufficienter instructos infra secundam dominicam instantis quadragesimae ad sedem apostolicam mittant. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 16; Ripolli Bullar. Praed. I. 541. n° 1; *gallice* ap. Touron Histoire I. 360. — »Regis pacifici et.«

Febr. 7 Viterbii — (21100) Custodi guardiano et fratribus Minoribus de Assisio »ad rerum nostrarum custodiam deputatis« mandat, ut res suas apud eos depositas Iohanni familiari suo assignari curent. VII id. Febr. »suscepti a nobis pontificatus officii a° 1°«. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 243. n° 2. — »Discretioni vestrae praesentium.«

»Recedens cum curia de *Aretio* vadit *Romam* et

» 22 in S. Petro — CORONATUR ET CONSECRATUR. Inde se transfert ad ecclesiam Lateranensem.« ‖ Ptolem. Lucens., Hist. eccl. lib. 23. c. 17 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1173. — »Dictus est Innocentius V, qui dominica proxima quadragesimae (*i. e.* Febr. 22) consecratur ....« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 216. — »Consecratus in papam VII kal. Mart. (*i. e.* Febr. 23) in Urbe.« ‖ Ann. de Wintonia *in* Annal. monast. II. 121; Ann. de Wigornia *ibid.* IV. 470.

1276.

— »Veniens in Romam coronam accepit in S. Petro et inde cessit in Lateranum.« ‖ Vita I-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 605.

Febr. 25 »Romae — VI kal. Mart. in summa ecclesia divinum officium celebravit, quod a tempore Innocentii IV pape hucusque non est factum, videlicet per annos 30.« ‖ Annal. Admunt. Cont. Vindob. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVI. 706; Annal. S. Rudb. Salisb. ap. Pertz l. c. XVI. 801.

» 25 Laterani — (21101) H(enrico) duci Slesiae obitum Gregorii praedecessoris suamque ad summi apostolatus apicem evocationem nunciat. VI kal. Mart. a° 1°. ‖ Stenzel Scr. rer. Siles. II. 470. — »Fundamentum aliud nemo.«

(» 25) (») — (21102) Patriarchas et episcopos, abbates .... ceterosque ecclesiarum praelatos — Universos Christifideles encyclicis litteris adeptae papalis dignitatis facit certiores atque illorum suffragiorum opitulationem exquirit. *Absque signo chronol.* ‖ Campi Hist. di Piacenza II. 485. n° 225; *deficiente initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 242. n° 1; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 35. — »Fundamentum aliud nemo.«

Mart. 2 in palatio Lateranensi — (21103) Carolo regi Siciliae concedit, ut senatoriam seu regimen Urbis et vicariam Tusciae retinere possit. VI non. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 197. n° 349. — »De fratrum nostrorum.«

» 4 » — (21104) Eidem testatur, sibi ab eodem pro Siciliae regno et regno Neapolitano homagium et fidelitatis iuramentum factum esse, inserens homagii huius sibi praestiti actum litteris suis. Declarat, »quod pro eo quod per te vel per alios egisti hactenus de beneplacito sedis apostolicae dominium, senatoriam seu regimen Urbis ac vicariam Thusciae, non venisti in aliquo nec fecisti contra conditiones contentas in instrumento seu litteris confectis de collatione regni Siciliae ac totius terrae quae est citra Pharum.« IV non. Mart. a° 1°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 8. — »Ne in posterum.«

» 7 (») — (21105) »A° D^{i} 1275. non. Mart. Innocentius pp. V ... de domino B(ernardo de Castaneto), qui a Magalonensi diocesi et villa Montispessulani traxit originem, ecclesiae Albiensi in urbe Romana providit.« ‖ Ex charta Albiensi *in* Gallia christ. I. 21; *cf.* Auriac Hist. d'Alby 126.

» 9 Laterani — (21106) Archiepiscopo Ebredunensi mandat, ut magistro Bernardo de Castaneto Albiensi electo, quem ad R(udolphum) regem Romanorum destinaverit ad suadendum eidem, quae ad communem utilitatem status publici expediant, sollerter cooperationis ministerio assistat. VII id. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 197. n° 351. — »Dilectum filium magistrum.«

* *In eundem modum eodemque die* Archiepiscopo Coloniensi — Archiepiscopo Maguntino — Archiepiscopo Trevirensi — Episcopo Basiliensi — Episcopo Tridentino et — Episcopo Erbipolensi.

» 9 » — (21107) R(udolfum) regem Romanorum rogat et hortatur, ut mittat nuntios ad curiam, et ne in Italiam veniat aut, si iter arripuerit, ulterius non prosequatur, donec negotium sit soliditate congrua roboratum; super hoc ad eum destinat (Bernardum de Castaneto) electum Albiensem. VII id. Mart. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 197. n° 350; *sine signo chronol.* Gerbert Cod. epist. Rudolfi 107 nota; (Zaccagni) Diss. de s. imp. apost. sedis in urb. Comacli. Append. 38. n° 11; *cf.* Palacky Reise 46. n° 371. — »Novit excellentia regia.«

» 17 » — (21108) Eundem monet et rogat, iniungat nuntiis suis, ut consultius procedant in negotiis suis neque se ullatenus intromittant de exarchatu Ravennate, Pentapoli et Romaniola, quod facere iam contra sacramentum praestitum praesumpserint. XVI kal. Apr. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 198. n° 352; *cf.* Palacky l. c. n° 372; Erben Regest. Bohem. II. 421. n° 1006. — »Si attentione sollicita.«

» 23 » — (21109) Priorissam et conventum monasterii de Rodstoch [Rostock] Cisterc. ord. Zuerinens. dioc. cum omnibus bonis protegendas suscipit. X kal. Apr. a° 1°. ‖ Meklenb. UB. II. 534. n° 1387. — »Iustis petentium desideriis.«

» 23 » — (21110) Eisdem omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. X kal. Apr. a° 1°. ‖ Meklenb. UB. l. c. n° 1388. — »Cum a nobis.«

» 25 » — (21111) (Iohanni) episcopo Traiectensi mandat, concedat praeceptori et fratribus hospitalis pauperum de Leyden, ut in capella sua habeant capellanum proprium, qui eis in eadem celebret divina et ministret ecclesiastica sacramenta. VIII kal. Apr. a° 1°. ‖ F. van Mieris Beschrijving van Leiden I. 164; Oorkondenb. van Holland II. 133. n° 309; *cf.* Ihr. W. J. C. Rammelman Elsevier Invent. van het Archief der Gemeente Leyden I. 4. — »Dilecti filii preceptor.«

» 25 » — (21112) Priori et fratribus domus Heremitarum de Gotha ord. s. Aug. Mogunt. dioc., quibus abbatissa et conventus monasterii s. Crucis prope Gotham Cisterc. ord. ecclesiam in Gotha ad ipsas pleno iure spectantem cum officinis donarant, hanc donationem confirmat. VIII kal. Apr. a° 1°. ‖ Casp. Sagittarii Histor. Gothana ed. Tenzelius (Ienae 1713. 4°) 150; Joh. Heinr. v. Falckenstein Thüringische Chronicka II. II. (Erfurth 1738. 4°) 1149. — »Cum a nobis.«

1276.

Mart. 26 Laterani (21113) B(onifacio) archiepiscopo Ravennati concedit facultatem conferendi personis idoneis beneficia ecclesiastica suae provinciae, quae tanto tempore iam vacarunt, ut eorum collatio sit ad sedem apostolicam legitime devoluta. vii kal. Apr. a° 1°. ‖ Rubei Histor. Ravenn. 451. — »Tuam volentes honorare.«

» 26 » (21114) Parmensi et Comaclensi episcopis mandat, ut iuxta tenorem litterarum Gregorii pp. X praedecessoris sui Bonifacium de Lavania, quem tunc capellanum suum ille Ravennatensi ecclesiae praefecerit in archiepiscopum, in possessionem archiepiscopatus Ravennatensis inducant. vii kal. Apr. a° 1°. ‖ Fantuzzi Monum. Ravenn. Append. I. 305. n° 201. — »Olim Ravennatensis ecclesia.«

» 28 » (21115) Archidiacono Uticensi mandat, ut omnes detentores occultos bonorum monasterii s. Aegidii ord. s. Ben. Nemaus. dioc. moneat eosque infra competentem terminum ad debitam satisfactionem compellat. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 102. — »Sua nobis dilecti.«

» 31 » (21116) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates atque exemptiones saecularium exactionum confirmat. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Strehlke Tab. 422. n° 654; *cf.* Inventar. privil. in arch. Cracov. (1862) p. 67. — »Cum a nobis.«

Apr. 4 » (21117) Abbatissam et conventum monasterii de Scala ord. s. Clarae Cracoviens. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem possessiones et bona eis confirmat. ii non. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 243. n° 3. — »Cum a nobis.«

» 17 » (21118) Episcopo Minerbensi mandat, ut clericos et laicos de Barolo, qui maius altare ecclesiae Cannensis violaverant, quasdam reliquias et corpus b. Rogerii ibidem recondita abstulerant *etc.*, per ecclesiasticam censuram ad restitutionem compellat. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 244. n° 4. — »Exposuit nobis venerabilis.«

» 17 » • (21119) Paus Innocentius V bevestigt de bezittingen der abdij Leeuwenhorst. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Oorkondenb. van Holland II. 133. n° 311.

» 21 » (21120) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 69. n° 73. — »Annuere consuevit sedes.«

» 22 » (21121) Abbati et conventui monasterii Glastoniae ord. s. Ben. Bathoniens. dioc. idem confirmat. x kal. Mai. a° 1°. ‖ Dugdale Monast. Anglic. I. 39. n° 49. — »Cum a nobis.«

» 22 » (21122) Compositionem inter conventum ord. Praed. Barchinonensem et episcopum, capitulum et parochos Barchinonenses de iure sepeliendi initam confirmat. x kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 541. n° 2. — »Ea que iudicio.«

Mai. 7 » (21123) (Henrico) archiepiscopo Trevirensi causam inter Argentinensem episcopum et Argentinensem civitatem de officiis burgraviatus, scultetatus et quorundum aliorum civitatis praedictae iudiciorum vertentem committit diiudicandam. Non. Mai. a° 1°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. II. 13. n° 706. — »Ad audientiam nostram.«

» 10 » (21124) Magistrum et fratres ord. Praedic. (in capitulo generali Parisiis congregatos) rogat et hortatur, ut ad sanctae religionis constantiam, ad paupertatis amorem, ad fervidae caritatis compagem, ad implementum ministerii sui praedicationis verbi Dei, ad animarum salutem in venandi labore atque solertia capiendi ad fructus qui non pereunt in arca Domini congregandos, et cetera quae Dei sunt et Christi, tota suorum cordium suspiret intentio. vi id. Mai. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. IV. 1787; Fontana Mon. Domin. 110 *sine die et mense*; Ripolli Bullar. Praed. I. 543. n° 3; *cf.* Touron Histoire I. 363. — »In loco sollicitudinis (solitudinis« *Font.*)

» 13 » (21125) Abbatissae et conventui ecclesiae s. Andreae de Fractis de Urbe, quas tunc ord. s. Clarae ac venientes de exilio Romaniae in praefata ecclesia collocatas Thomas patriarcha Ierosolimitanus iuxta mandatum Gregorii X pp. ad ordinem s. Augustini transtulerat, hanc translationem confirmat. iii id. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 244. n° 5. — »Petitio vestra nobis.«

» 14 » (21126) Magistro Uberto Blanco capellano suo Placentino et magistro la Corre doctori decretorum ss. Apostolorum Veronensium ecclesiarum canonicis mandat, ut denuo de operibus et miraculis Margaritae virginis sanctimonialis monasterii Virginis gloriosae de insula Danubii ord. Praed. Vesprimiens. dioc., cuius corpus in eodem monasterio requiescit, inquirant. ii id. Mai. a° 1°. ‖ Acta SS. Bolland. Ianr. II. 899; Campi Hist. di Piacenza II. 488. n° 227; Ripolli Bullar. Praed. I. 544. n° 4; Katona Hist. crit. VII. 691; Fejér Cod. dipl. V. ii. 349. — »Dudum ex parte.«

» 15 » (21127) Abbati et conventui monasterii de Hildesleue [Hillersleben] ord. s. Ben. Halberstad. dioc. advocatiam villae de Hildesleue, quam Olricus et Albertus fratres comites de Regensten eis concesserant, auctoritate apostolica confirmat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Riedel Beiträge I. 50. n° 33; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XXII. 437. n° 37. — »Cum a nobis.«

1276.

Mai. 18 Laterani (21128) Abbati monasterii Macularum Camerinens. dioc. mandat, faciat ne homines Castri s. Genesii ecclesiae Romanae fideles Camerin. dioc. a Fulcone marchiae Anconitanae rectore super castro Columpnati molestentur. xv kal. Iun. a° 1°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 48. n° 38. — »Ex parte universitatis.«

» 19 » (21129) Ecclesiam Omnium Sanctorum iuxta Dublin abbatem proprium non habentem sed per priorem solitam gubernari, ord. s. Aug. tuendam suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. xiv kal. Iun. indict. IV. incarn. dom. a° 1276. pont. a° (3°, *sed legas cum editore*) 1°. ‖ Butler Registrum 6. n° 3. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 25 » (21130) Magistro Uberto Blanco capellano suo Placentino et magistro la Corre doctori decretorum ss. Apostolorum Veronensium ecclesiarum canonicis instructionem ratione testium examinandorum de operibus et miraculis Margaritae virginis sanctimonialis monasterii Virginis gloriosae de insula Danubii ord. Praed. Vesprim. dioc. transmittit. viii kal. Iun. a° 1°. ‖ Acta SS. Bolland. Ianr. II. 900; Campi Hist. di Piacenza II. 489. n° 228; Ripolli Bullar. Praed. I. 545. n° 5; Katona Hist. crit. VII. 694; Fejér Cod. dipl. V. ii. 353. — »Testes legitimos quos.«

» 27 » (21131) (Philippo) regi Francorum significat, se Guidonem de Soliaco priorem fratrum Praedic. Parisiensium xv kal. Iun. Bituricensi ecclesiae praefecisse in archiepiscopum. Rogat eum, ut illi regalia sine qualibet difficultate concedat. vi kal. Iun. a° 1°. ‖ Gallia christ. II. instr. 24. — »Gratiae divinae primum.«

(Mai.) — (21132) Monasterium s. Mariae de insula Danubii ord. s. Aug. Vesprim. dioc. sub b. Petri protectione suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. *Sine signo chronol.* ‖ Fejér Cod. dipl. V. ii. 357. — »Religiosam vitam eligentibus.«

(Ianr. 21-Iun. 22) — (21133) (Rodulfo) Romanorum regi notum facit, se, cum vacante sede ecclesiae Virdunensis ibidem fuerint duae electiones, una de Thoma decano et alia de Iohanne quondam ipsius ecclesiae primicerio, in discordia celebratae, quorum primicerius causa pendente naturae debitum exsolverit, decanus autem sponte resignaverit, (Gerhardum) electum Virdunensem tunc capellanum suum eidem ecclesiae praefecisse in episcopum, et rogat regem, ut electo eidem regalia concedat. *Absque signo chronol.* ‖ Baerwald Baumgartenb. Formelb. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXV). 113. — »Inter curas multiplices.«

(») — (21134) Eundem regem requirit et rogat, ut (Sigfridum) archiepiscopum Coloniensem in suis iuribus contra (Guilelmum) comitem Iuliacensem tueatur. *Sine nota chronol.* ‖ Baerwald l. c. 115; *deficiente initio* ap. Gerbert Cod. epist. Rudolfi 117; ap. Cenni Monum. dominationis pontif. II. 372. — »Nobilis animi tui.«

(») — (21135) Archiepiscopo Hispalensi praedicationem crucis in regno Aragonum in subsidium (Alfonsi) regis Castellae ac Legionis, regnorum ac terrarum eius contra superbos Saracenos committit. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 20—22. — »Exurgat Deus et.«

(») — (21136) Michaeli Palaeologo imperatori Graecorum scribit, Gregorium pp. praedecessorem suum in civitate Aretina morte praeventum eius nuntios Georgium archidiaconum Constantinopolitanum et Theodorum magnum imperialis curiae dispensatorem non potuisse expedire. Nunciat ei, multos reges et principes multosque magnates et potentes crucis signaculum assumsisse. Hortatur eum, ut Terrae sanctae negotium plenis favoribus prosequatur, ut tandem ipsa de tribulationibus liberetur, *etc.* *Sine signo chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. VII. 244. — »Dudum ad sedem.«

(») — (21137) Eundem rogat et monet, ut animum suum ad concordiam praeparet et infra quinque menses post receptionem praesentium apocrisarios ad tractandum de pace inter ipsum et (Philippum) imperatorem Constantinopolitanum et Carolum regem Siciliae mittat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 246; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 268. n° 32, *ubi autem haec et quinque infra sequentes epistolae* Iohanni XXI pp. *tribuuntur.* *Sed cf.* Hefele Conciliengesch. VI. (1867.) 139. — »Pacis aemulus invidus.«

(») — (21138) Eundem rogat et hortatur, ut Hieronymum generalem, Guidonem Romanae et Angelum s. Francisci provinciarum ministros et Gentilem de Rectovio ord. Minor. fratres apostolicae sedis nuncios benigne recipiat, et quae ad solidationem unionis inter Latinos et Graecos petierint, studeat adimplere. *Absque nota chronol.* ‖ Martene l. c. 248; Sbaralea l. c. 267. n° 31. — »Quanto gaudio quantaque.«

(») — (21139) Praelatos Graecorum monet et hortatur, ut quae apostolicae sedis nuncii ad Michaelem Palaeologum imperatorem Ieronymus generalis, Guido Romanus *etc.* super professione fidei et recognitione primatus petierint, cum omni promtitudine adimplere studeant. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 249; Sbaralea l. c. 270. n° 33. — »Grandis affectus quem.«

(») — (21140) Andronicum primogenitum Michaelis Palaeologi imperatoris hortatur, ut ad roborationem pleniorem unionis inter Latinos et Graecos se studiosum et favorabilem largiatur. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 251. — »Lucis creator omnipotens.«

(») — (21141) Iacobo Ferentinati, Gaufrido Turinensi episcopis et Raynerio priori conventus Viterbiensis ac Salvo lectori Lucanensi ord. Praedic. nunciis suis ad Graecos pro unione

1276.

consolidanda euntibus concedit facultatem audiendi confessiones confiteri volentium et ipsis absolutionis impendendi beneficium super commissis, nisi forte talia fuerint, propter quae sedes apostolica sit merito consulenda, excommunicandi *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 252. — »In litteris quas.«

(Ianr. 21- Iun. 22) — (21142) Hieronymo generali, Guidoni Romanae et Angelo s. Francisci provinciarum ministris ac Gentili de Rectovio ord. Minor. instructionem dat, qualiter in commissis sibi negotiis debeant se habere. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 253; Sbaralea l. c. 271. nº 34. — »In commissi vobis.«

(») — (21143) Eisdem mandat, ut in negotio unionis inter Latinos et Graecos procedentes, tam a Palaeologo et primogenito eius, quam a praelatis et clero Graecorum omnia, quae in memoriali eis exhibita continentur, recipere studeant. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 257; Sbaralea l. c. 274. nº 36. — »Licet ea quae.«

(») — (21144) Eisdem memoriale seu instructionem tradit, secundum quod per ipsos agendum est; continet 6 paragraphos. *Sine nota chron.* ‖ Martene l. c. 257; Sbaralea l. c. 273. nº 35. — »Inter cetera quae.«

(») — (21145) Fratri Bartholomaeo de Bononia ord. Minor. paginae sacrae doctori mandat, ut, cum ad negotium unionis tractatae inter Latinos et Graecos prosequendum in partibus Romaniae viros idoneos celeriter mittere velit, sine mora ad curiam papalem veniat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 258. — »Ad negotium unionis.«

(») — (21146) Clero et diocesi Traguriensibus significat, se cessionem a Columbano episcopo Tragurii sponte oblatam duxisse admittendam et Iohannem electum, tunc praepositum ecclesiae de Grigorissa et canonicum Ierosolymitanum, ecclesiae Traguriensi in episcopum praefecisse. *Sine signo chronol.* ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 357; Fejér Cod. dipl. V. II. 362. — »Venerabilis frater noster.«

(») — * (21147) Udalrico abbati Einsidlensi potestatem facit missae tempore interdicti celebrandae, clausis tamen ianuis neque pulsis campanis *etc.*, dummodo conventus ipse causam interdicto non praebuerit. ‖ Morel Regest. von Einsiedeln 13. nº 99, *sed perperam* »Dat. Ianr. 21.«

(») — * (21148) Le pape Innocent V autorise les doyen et chapitre de Saint-Pierre-la-Cour (du Mans), à l'occasion de l'inexactitude de leurs chapelains à faire leur service dans ladite église, à employer contre eux les censures ecclésiastiques pour les contraindre à être moins négligents dans l'accomplissement de leurs devoirs. *Sine nota chronol.* ‖ Bilard Docum. historiq. 12. nº 66.

Iun. 22 Romae — MORITUR. »Die 22. Iunii obiit.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 562 (Chron. tria Placent. 311). — »Die lunae 22. mensis Iunii ab hac luce ad celestem curiam transmigravit in civitate Romae.« ‖ Chron. tria Placent. 313. — »Obiit eodem anno, quo fuit factus papa, scilicet nona die exeunte Iunio.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 268. — »Eodem aº obiit pp. Innocentius V 22. die Iunii.« ‖ *Idem ibid.* 269. — »Obiit Romae ... aº D[i] 1276 22. die mensis Iunii, scil. x kal. Iul.« ‖ Vita I-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 605. — »In 22. die Iunii moritur et in magna gratia collegii ac praesente (Siciliae) rege Carolo in Lateranensi ecclesia honorifice sepelitur.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23 c. 17 ap. Muratori l. c. XI. 1173. — »Moritur Romae et in Lateranensi ecclesia sepelitur.« ‖ Nic. Triveti Annal. ed. Hog 295. — »Die s. Albani mart. (*i. e.* Iun. 22) in urbe Lateranensi obiit.« ‖ Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 386; Ann. de Wigornia *ib.* IV. 471.

»Vigilia s. Iohannis bapt. (*i. e.* Iun. 23) defungitur.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 216. — »Quo defuncto XI kal. Iul. (*i. e.* Iun. 21) ...« ‖ Ann. de Wintonia *in* Annal. monast. II. 121. — »XI kal. Iul. obiit.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Ann. mon. IV. 268. — »Circa festum s. Botulphi (*i. e.* Iun. 17) obiit.« ‖ Ann. de Oseneia *in* Ann. mon. IV. 269. — »VI kal. Iun. (*i. e.* d. 27. Mai.) moritur.« ‖ Annal. S. Rudb. Salisburg. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 801. — »A Karulo senatore Urbis perfidissime in incisione vene toxicatur, et 7 kal. Iun. (*i. e.* d. 26. Mai.) moritur.« ‖ Annal. Admunt. Contin. Vindobon. ap. Pertz l. c. scr. IX. 707. — »Infra 6 menses dominus Innocentius apud Lateranense palatium Romae fatalibus devictus viribus diffinitiva mortis sententia, resignato vitae chirographo, cessit mundo.« ‖ S. Malaspinae Res Sicul. ap. Baluze Miscell. VI. 344. — »Post festum s. Iohannis bapt. obiit.« ‖ Barth. Cotton Hist. Angl. 154.

»Licet multa facere proposuisset, morte praeventus nil notabile fecit.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 753. — »Vir religionis eximiae expertaeque prudentiae.« ‖ Rishangeri Chron. ed. Riley 87. — »Vir magnae litteraturae.« ‖ Ann. de Oseneia l. c. 268.

VACATIO. »Vacavit sedes diebus 18«. ‖ Vita I-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 605. — »Vacavit diebus 17«. ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 17 ap. Muratori l. c. XI. 1173. — »Cessavit diebus 18«. ‖ Iperii Chron. l. c.

Hadrianus V, dictus antea Ottobonus, de Ianuensi civitate originem ex illis de Flisco traxit. Pater eius Thedisius de Flisco comes Lavaniae erat frater Innocentii pp. IV, a quo in cardinalem tit. S. Adriani promotus est (*cf.* Ann. Mantuan. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 27; Oberti Stanconi Ann. ap. Pertz l. c. XVIII. 283). Urbanus IV anno 1264. Mai. 21 Ottobonum Perusino comitatui cum amplissima legatorum potestate praefecit (*vid.* nº 18920), sed 1265. Mai. 4 Clemens IV eidem in regno Angliae plenae legationis officium ad comprimendam seditionem inter regem Henricum III et barones vigentem commisit (*vid.* nº 19123. 24; *cf.* quoque de hac legatione nº 19140. 19176. 19323. 19324. 19338. 19342—44. 19351. 19364. 65. 19390. 19445. 19474. 19593. 19623. 19642. 19680. 19701. 19707. 19830. 19835. 19861. 20005. 20008. 20080. 20094). Licet aº 1267. Nov. 23 papa Ottobono concesserit, ut officium legationis Anglicanae deponeret et b. Iacobi limina in Hispania visitaret (*vid.* nº 20171), tamen usque ad 1268. Iun. 22 in Anglia moratus est (*vid.* nº 20399); quando redierit non reperi. Reversus cum curia Romana residentiam fecit, donec subrogatus est in locum defuncti Innocentii V.

1276.

Iul. 11 Romae in palatio Lateranensi — ELIGITUR. »Electus fuit dominus Octobonus de Flisco nepos quondam domini papae Innocentii IV die 11. Iulii, et vocatus fuit papa Adrianus V.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 269. — »Die sabbati 11. mensis Iulii sequentis cardinales elegerunt in civitate Rome in appostolicum domnum Ottobonum de Flisco cardinalem de genere comitum Alavanie, et vocatum est nomen eius Adrianus V.« ‖ Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 563 (Chron. tria Placent. 313). — »Die 11. intrantis Iulii fuit ellectus.« ‖ Ann. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. XVIII. 685 (Chron. Parmens. 40.) — »Cuius 11. mensis Iulii dicti anni (1276) fuit electio celebrata. Idem Adrianus papa dignitatem sacerdotii non attingit.« ‖ Oberti Stanconi Annal. ap. Pertz l. c. XVIII. 283. — »Fuit creatus undecima die Iunii (*falso, legas* Iulii«). ‖ Ann. Urbevetani ap. Pertz l. c. XIX. 270; ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 217.

»IX (*num legendum* XI?) die Iulii dominus Octavianus diaconus cardinalis in palatio Lateranensi in papam assumitur et Hadrianus V vocatur. Parum sedit in cathedra Petri, quia solum per mensem et 20 (*al.* 9) dies. Sacerdos non fuit, et ad tempora ordinationis moritur.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 20 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1175. — »Fuit electus in papam Romae in palatio Lateranensi in mense Iulii aº D[i] 1276, seditque a die creationis suae usque in diem obitus mense 1 diebus 9«. ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 605 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1276 § 26).

»Nondum promotus in sacerdotem NEC CORONATUS NEC CONSECRATUS Viterbii moritur.« ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c., ap. Raynald. l. c. — »Non consecratus obiit.« ‖ Ann. de Wintonia *in* Annal. monast. II. 122.

»Hic pro eo quod aestiva tempora imminebant, quibus, nescio qua suspicione de aere corrupto concepta, Romana ecclesia vitare urbis Romanae didicit incolatum,

Viterbium — statim pergit, quasi praescitam festinantiam ad mortem.« ‖ S. Malaspinae Res Sicul. ap. Baluze Miscell. VI. 345.

»Hic papa factus statim constitutionem, quam papa Gregorius X fecerat de inclusione cardinalium pro electione pontificis suspendit, proponens eam aliter ordinare; sed morte praeventus constitutionem sic suspensam reliquit. Mortuus vero ante tempus ordinum sacerdotium et consecrationem pontificalem est minime assecutus; unde in bulla sua non episcopum, sed electum episcopum se vocavit.« ‖ Tic. Triveti Annal. ed. Hog 295.

» 23 Viterbii — (21149) »Adrianus electus episcopus servus servorum Dei« pacem inter Carolum Siciliae regem, Ianuenses eorumque fautores in Urbe Innocentio pp. V intercedente factam confirmat et approbat. x kal. Aug. »suscepti a nobis apostolatus officii aº 1º«. ‖ Liber iurium reipubl. Genuens. (Hist. patr. mon. I.) 1428. nº 966. — »Ea que iudicio.«

Aug. 18 » — MORITUR. »Die Martis 18. Augusti in civitate Viterbii obiit, qui vixit 38 dies.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 563 (Chron. tria Placent. 315; *cf.* 313). — »Viterbii moritur 18. die mense Augusti et in ecclesia fratrum Minorum sepelitur aº D[i] 1276.« ‖ Vita H-i ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 605 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1276 § 27).

»Obiit XVII die Augusti et sepultus fuit in ecclesia fratrum Minorum de Viterbio.« ‖ Salimbene Parm. Chron. 269.

»Per 35 dies in papatu vixerat, non tamen consecratus viam universae carnis est ingressus XVIII kal. Sept.« (*i. e.* Aug. 15). ‖ Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 386.

»Vixit in pontificatu tantum circa 35 dies (*i. e.* 15. Aug.) et obiit in civitate Viterbii.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. XVIII. 685 (Chron. Parmens. 40). — »35ª die post electionem (*i. e.* 15. Aug.) ipsius, et antequam sacerdotii consecrationem reciperet, ob-

1276.

dormiens in Domino viam est universe carnis ingressus.« ‖ Oberti Stanconi Ann. ap. Pertz l. c. XVIII. 283.

»Eodem a° mortuus est Viterbii die 14. mensis Agusti.« ‖ Annal. Urbevetan. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 270; ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 217.

»Infra octavas assumptionis (*i. e.* Aug. 15—22)« defunctus est. ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 216. — »Circa festum s. Laurentii mart. (*i. e.* Aug. 10) obiit.« ‖ Ann. de Oseneia *in* Annal. monast. IV. 269.

»II non. Aug. (*i. e.* d. 4. Aug.) obiit b. mem. dominus Adrianus pp. V, qui antea vocabatur dominus Octobonus S. Adriani diaconus cardinalis, concanonicus noster.« ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre Dame de Paris *in* Collect. des cartul. de France VII. 125.

»In papatu vixit non amplius 39 diebus.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 755. — »Viterbii infra 40 dies debitum naturae persolvit invitus.« ‖ Malaspinae Res Sic. ap. Baluze Miscell. VI. 345.

»V kal. Nov. (*i. e.* d. 28. Oct.) obiit.« ‖ Annal. S. Rudb. Salzburg. ap. Pertz l. c. scr. IX. 801.

»Moritur Viterbii in domo fratrum Minorum et sepelitur ibidem, et sine munere consecrationis et coronationis obiit.« ‖ Ptolem. Lucens., Hist. eccl. lib. 23. c. 20 ap. Muratori l. c. XI. 1175. — »Eodem anno in autumno obiit.« ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. ed. Luard 154.

VACATIO. »Cessat diebus 28«. ‖ Ptolem. Lucens. l. c. — »Vacavit sedes diebus 28«. ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 605 (ap. Raynald. l. c. § 27).

IOHANNES XXI. 1276. 1277.*)

Magister Petrus antea dictus est, natione Hispanus, provincia Lusitanus, Ulyssipone natus, Iuliani filius, professione medicus, ex archidiacono de Vernusi in ecclesia Braccarensi designatus archiepiscopus Braccarensis a Gregorio X episcopus cardinalis Tusculanus in concilio Lugdunensi a° 1273 renunciatur. Postmodum ad summum pontificatum ascendit. Multos composuit libros, *e. g.* Tractatus duodecim (Lovanii 1516. 4°), Loycalia (Antverp. 1486. 4°), Summa experimentorum sive Thesaurus pauperum (Antverp. 1476. fol.), Commentaria in Isaacum de diaetis universalibus et particularibus (Lugduni 1515. fol.) *etc.*

1276.

Sept. 8 Viterbii — ELIGITUR. »Die Martis 8. mensis Septb. cardinales ellegerunt in summum pontificem dom Petrum de Yspania ..., et vocatum est nomen eius Iohannes XXI.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 564 (Chron. tria Placent. 315). — »Nos et fratres nostri in episcopali palatio Viterbiensi convenimus electioni substituendi pontificis .... vacaturi; et licet diebus aliquibus per importunitatem Viterbiensium civium tractatui electionis instantis nec dare possemus initium, postmodum (postquam *Rayn.*) tamen illi vacare potuimus ... et prima die de ipsorum fratrum concordi voto ... processit de nobis tunc episcopo Tusculano ... ad Petri cathedram electio canonica.« ‖ Iohannis Ep. encycl. ap. Raynald. Ann. eccl. 1276. § 34; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 38. n° 2.

»Eodem a° (*i. e.* 1276) electus est in papam domnus Iohannes XXI die 14. mensis Septembris.« ‖ Ann. Urbevetani ap. Pertz l. c. scr. XIX. 270; ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 217.

»In papam electus fuit magister Petrus Hispanus et vocatus fuit Iohannes XXI; et electio sua fuit facta a cardinalibus die 17. Septb.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 269. 270.

»Domnus Petrus de Yspania, qui erat cardinalis, factus fuit papa de mense Septembris.« ‖ Annal. Mantuani ap. Pertz l. c. scr. XIX. 27.

»Electus fuit in papam 13. die introitus mensis Septembris in Viterbio a° D^{i} 1276.« ‖ Vita I-is ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 606. — »Vigilia s. crucis (*i. e.* Sept. 13) electus.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 216.

»A° D^{i} 1277 circa finem Septembris dominus Petrus Hispanus dictus Petrus Iuliani cardinalis Tusculanus natione Portugallensis de cardinalatu assumitur in papatum et Iohannes XXI est vocatus.« ‖ Ptol. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 21 ap. Muratori l. c. XI. 1176.

*) Iohannem vulgo XXI^{mum} appellare assuevimus, licet XX^{mus} in pontificum eius nominis numero extiterit.

1276.

»Sedit menses 8 diem 1«. ‖ Salimbene l. c. 270. — »Sedit mensibus 8 diebus 9«. ‖ Vita I-is ex ms. B. Guidonis l. c. — »Vixit ipse papa 8 menses et 13 dies«. ‖ Ann. Placent. Gibell. l. c. 568 (Chron. tria Placent. 322).

[Spt. 20 — »Paucis ab electione diebus evolutis XII kal. Oct. TIARAM PONTIFICIAM redemit.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 29. — »Consecratus 20. Sept.« ‖ Acta Sanct. Bolland. Ianr. II. 900.]

» 28 Viterbii — (21150) Episcopo Clonfertensi, priori Praedicatorum et guardiano Minorum fratrum ordinum Dublinensibus mandat, ut Lechlinensis episcopi electionem, si eam invenerint canonice celebratam, confirment. IV kal. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 435; Ripolli Bullar. Praed. I. 547; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 247. n° 1; Theiner Mon. Hibern. 117. n° 265. — »Ex parte dilectorum.«

» 30 » — (21151) Constitutionis super electione Romani pontificis a Gregorio X in concilio Lugdunensi editae suspensionem ab Hadriano pp. V factam, quia constitutio eadem »multa intolerabilia, nonnulla obscura et propter hoc accelerationi provisionis ecclesiae Romanae valde damnosa, immo etiam provisionis ipsius impedimenta et dilationem ingerentia« continebat, ratificat. II kal. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 29; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 37. n° 1. — »Licet felicis recordationis.« *Cf.* n° 21162.

» 30 » — (21152) Universis scribit de audacia et temeritate nonnullorum praelatorum ac aliorum inferioris conditionis et status novissimae vacationis ecclesiae Romanae tempore in curia papali praesentium, ac specialiter scriptorum apostolicorum et procuratorum aliorumque curiam ipsam sequentium effraenata praesumptione succincto sermone. Ne iterum in simile facinus haec temeritas erumpat, ad eam comprimendam sacrum instituit tribunal, cui facinoris commissi rei se sistant, et si id agere detractent, sacerdotiorum quae gerunt proventibus privat atque in eos quaeri et censuras ecclesiasticas pervicacibus infligi iubet. II kal. Oct. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 31—33; Ripolli Bullar. Praed. I. 548. — »Crescit facile in.«

» 30 » — (21153) Abbatissae et conventui monialium Purae Vallis [*Ebersegg*] Cisterc. ord. Constantiens. dioc. libertates et immunitates confirmat. II kal. Oct. a° 1°. ‖ Der Geschichtsfreund IV. 105. — »Cum a nobis.«

Oct. 1 » — (21154) Archiepiscopo Tarraconensi mandat, ut ea, quae de bonis domus s. Mariae de Mercede Captivorum Barchinonensis ord. s. Aug. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Linàs Bullar. 22. — »Ad audientiam nostram.«

» 1 » — (21155) Abbati et conventui monasterii Vallis Sarnay omnes libertates, immunitates necnon exemptiones confirmat. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. II. 737. — »Solet annuere sedes.«

» 4 » — (21156) Abbatissam et moniales Purae Vallis [*Ebersegg*] Cisterc. ord. Constantiensis dioc. tuendas suscipit earumque possessiones ac bona confirmat. IV non. Oct. a° 1°. ‖ Der Geschichtsfreund IV. 106. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 5 » — (21157) Eisdem concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a liberis personis in ipsarum monasterio professionem facientibus petere recipere retinere possint. III non. Oct. a° 1°. ‖ Der Geschichtsfreund IV. 107. — »Devotionis vestre precibus.«

» 6 » — (21158) (Bartholomaeo) episcopo Castellano, archidiacono et archipresbytero Gradensibus committit cognitionem et decisionem litis inter monasterium s. Cypriani de Murana ord. s. Ben. Torcell. dioc. et capitulum Iustinopolitanum. II non. Oct. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. IV. 223; Kandler Cod. dipl. Istr. a° 1276. — »Sua nobis dilecti.«

» 7 » — (21159) (Iacobo) regi Maioricarum nunciat, se in pontificem Romanum esse electum. Non. Oct. a° 1°. ‖ Servatii Lupi Oper. ed. St. Baluze (Paris. 1664. 8°) 530. n° 13. — »Qui aeternae legis.«

* *In eundem modum* Regi Franciae. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 37, *fragm.*; Ciacconius Vit. pontif. Roman. II. 212, *fragm.*

» » » (Edwardo) regi Angliae. ‖ Rymer Foed. I. II. 153.

» 7 » — (21160) Ecclesiarum praesules litteris encyclicis de electione sua certiores facit, eosque monet et hortatur, fundant preces humiles ad Dominum, ut sua pietate insufficientiam eius suppleat. Non. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 34; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 38. n° 2, *deficiente initio.* — »Qui aeternae legis.«

» 7 » — (21161) Praeposito ecclesiae in Oettingen Salzburgens. dioc. causam praepositi et capituli ecclesiae s. Margaretae in Boumburg contra Werenhardum comitem de Leoniberc, Wolherum de Wart *etc.*, qui se advocatos dictae ecclesiae asserentes ipsos eorumque homines multipliciter inquietabant, committit diiudicandam. Non. Oct. a° 1°. ‖ Mon. Boica II. 206. n° 27; *cf.* Lang Regesta IV. 20. — »Conquesti sunt nobis.«

» 8 (») — (21162) (»Gregorius X) unam saluberrimam (constitutionem) de festina summi pontificis electione condidit, per quam cardinales strictissime cogebantur, subito viduate ecclesie

1276.

Romane providere; quam sanctam constitutionem revocavit cum magno scandalo Iohannes papa XXI in consistorio Viterbiensi, anno D[i] 1276. 8 id. Oct.« | Otto Frising. Contin. Sanblas. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XX. 337. *Cf.* nº 21151.

Oct. 11 Viterbii • (21163) Monasterio in Baumburc confirmat ius patronatus et advocatiae in ecclesia Sitendorf donatum a Rapotone comite palatino in Craibuch. v id. Oct. aº 1º. ‖ Lang Regesta IV. 22.

» 11 (») • (21164) Le pape convaincu que l'abbaye de St. Pierre à Gand avait droit aux dimes des novales dans l'évêché d'Utrecht, ordonne au doyen et à l'écolâtre de Malines de statuer sur les réclamations élevées par l'évêque d'Utrecht à ce sujet. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 383. nº 874.

» 15 » (21165) (Philippo) regi Franciae, inter quem et (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis materia gravis dissensionis exorta erat, quam congressibus bellicis dirimere decreverant, Iohannem magistrum Praedicatorum et Hieronymum ministrum Minorum mittit, ut salutaribus monitis pacis foedera inter eos reforment. Id. Oct. (aº 1º). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 47; Ripolli Bullar. Praed. I. 549; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 248. nº 2. — »Habet infausti rumoris.«

(» 15) (») (21166) Iohanni magistro Praedicatorum et Hieronymo ministro Minorum ordinum generalibus apostolicae sedis legatis committit, inducant praedictos reges ad pacem et concordiam, ut tam utilis et necessaria fidei orthodoxae concordia possit celeriter provenire. *Absque nota chronol.* ‖ Raynald. l. c. ad a. 1277 § 5; Ripoll. l. c. 551. nº 5, *uterque omisso initio*; Sbaralea l. c. 249. nº 3. — »Probatae fidei vestrae.«

(») (») (21167) Eisdem mandat, ut reges eosdem ac ipsorum exercitus, ne alter invadat alterum vel quoquomodo inter se congrediantur hostiliter, per censuram ecclesiasticam compescant. *Sine signo chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 5, *fragm.*; Sbaralea l. c. 250. nº 4. — »Quanto desideremus affectu.«

» 15 » • (21168) Cluniacensi ordini omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Id. Oct. aº 1º. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 141.

» 18 » (21169) Magistrum et fratres s. Mariae de Mercede Captivorum Barcinonensis ord. s. Aug. a solutione decimae proventuum ecclesiasticorum a Gregorio X in subsidium Terrae sanctae consignatorum ob munus redemptionis eximit. xv kal. Nov. aº 1º. ‖ Linás Bullar. 22. — »Ipsa nos cogit.«

» 18 » (21170) Legatis apostolicae sedis et universis collectoribus decimae proventuum ecclesiasticorum Terrae sanctae subsidio deputatae mandat, ut a magistro et fratribus domus s. Mariae de Mercede Captivorum Barcinonensis ord. s. Aug., aut domibus aut ecclesiis eorum decimam nullatenus exigant. xv kal. Nov. aº 1º. ‖ Linás l. c. 23. — »Petitio dilectorum filiorum.«

» 18 » (21171) I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono card. archipresbyteratum basilicae Principis apostolorum de Urbe, qui nuper per obitum R(iccardi) S. Angeli diac. card. archipresbyteri basilicae supradictae vacavit, confert. xv kal. Nov. aº 1º. ‖ Bullar. Vatic. I. 154; *non integra* ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1277 § 53. — »Inter universas orbis.«

» 18 » (21172) Canonicis basilicae Principis apostolorum de Urbe mandat, ut I(ohanni) S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card., cuius robustis humeris archipresbyteratus eiusdem ecclesiae impositus sit, obsequium et obedientiam impendant. xv kal. Nov. aº 1º. ‖ Bullar. Vatic. I. 155. — »Inter universas orbis.«

» 18 » (21173) Compositionem inter praeceptorem fratresque hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in Alsatia et Burgundia et abbatem conventumque monasterii Augiae maioris ord. s. Ben. Constant. dioc. super quibusdam possessionibus et rebus aliis factam auctoritate apostolica confirmat. xv kal. Nov. aº 1º. ‖ K. H. Frh. Roth von Schreckenstein Die Insel Meinau. Gesch. einer Deutschordens Commende (Karlsruhe 1873. 8º mai.) 325. nº 6. — »Cum a nobis.«

» 18 (») • (21174) Le pape Jean XXI accorde à Bernard de Castanet évêque d'Alby: 1º la faculté de créer deux tabellions dans la forme et d'après les lois de Rome; 2º la permission de disposer par testament des biens ecclésiastiques en sa possession ou qu'il pourrait avoir; 3º le pouvoir de conférer tous les bénéfices qui viendraient à vaquer dans son diocèse. ‖ Auriac Histoire d'Alby 128.

» 26 » (21175) Abbati S. Petri foris portam Viennensem, priori de S. Donato et praeposito ecclesiae Cariensis Viennens. et Taurinens. dioce. mandat, curent Thomam et Amedeum comites Sabaudiae, qui cum Ludovico et Elienore germanis suis et Beatrice vidua relicta quondam Thomae de Sabaudia comitis Castrum Ripolarum, castrum Caburri de plano et Castrum vetus ad sedem Taurinensem spectantia contra iustitiam occupata detineant, peremptorie citari, ut infra menses duos apostolico se conspectui repraesentent. vii kal. Nov. aº 1º. Historiae patr. monum. Chart. I. col. 1498. — »Exponit nobis venerabilis.«

1276.

Oct. 28 Viterbii (21176) Magistrum et fratres hospitalis in Brunchwiler Spirens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem terras, domos, vineas *etc.* ipsis confirmat. v kal. Novb. aº 1º. ‖ Würdtwein Monast. Palat. V. 34. — »Iustis petencium desideriis.«

» 28 » (21177) Priori et conventui monasterii Cartusiae Gratianopol. dioc. omnes libertates et immunitates confirmat. v kal. Nov. aº 1º. ‖ Tromby Storia VI. app. 7. nº 6. — »Cum a nobis.«

Nov. 3 » (21178) Priori et conventui fratrum Praedicatorum de Urbe arbitrium, quo ecclesia s. Mariae in Minerva de Urbe iuris ac potestatis eorum et ab omni iurisdictione capituli S. Marci immunis declaratur, confirmat. iii non. Nov. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 550. — »Cum a nobis.«

» 4 » (21179) Monasterii in Rastede ord. s. Ben. Bremens. dioc. privilegia iuraque confirmat. »Bitervii« ii non. Nov. aº 1º. ‖ Friesisches Archiv. Hrsggb. von H. G. Ehrentraut II. (Oldenburg 1854. 8º) 317. — »Solet annuere sedes.«

» 16 » (21180) Rudolfo Romanorum regi scribit de eis, quae ab eius nunciis Rodulfo cancellario et Berengario magistro domorum hospitalis s. Iohannis Hierosol. per Alemanniam in partibus Romaniolae *etc.* minus recte acta sunt. Exhortatur regem, praecipiat illis nuntiis et aliis quandocumque mittendis, ut a similibus abstinentes de terris ecclesiae et specialiter de exarchatu Ravennae et Pentapoli se de cetero nullatenus intromittant, et declaret per patentes litteras magistro Bernardo de Castaneto Albiensi episcopo apostolicae sedis nuntio assignandas, fidelitatis iuramenta a communitatibus civitatum et locorum Romaniolae per errorem recepta fuisse. (xvi kal. Dec. aº 1º *secund. Palacky.*) *Sine nota chronol.* ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sedis imperio in urb. Comacli. Append. 39; *cf.* Palacky Reise 46. nº 373; Erben Regest. Bohem. II. 437. nº 1049. — »Si attentione solita.«

» 16 » (21181) Eundem hortatur, ut quae ipsi Innocentius (V) praedecessor super exarchatu Ravennate et Pentapoli scripserit, exequatur. xvi kal. Dec. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 198. nº 353; *sine nota chronol.* Zaccagni l. c. Append. 41; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 251. nº 6. — »Habet fili carissime.«

» 16 (») (21182) Eundem rogat, ut antequam veniat in Italiam, nuntios ad firmandos tractatus cum ipso per Gregorium et Innocentium praedecessores habitos mittat. »Laterani« xvi kal. Dec. aº 1º. ‖ Theiner l. c. 199. nº 354; *cf.* Palacky Reise 46. nº 374. — »Quante sollicitudinis studio.«

» 16 » (21183) Iacobo nato cl. mem. regis Aragonum, qui statuit et etiam ordinavit, ut in insula Maioricensi in loco, qui dicitur Daya, in parochia S. Bartholomaei Vallis de Massa monasterium construatur, in quo 13 fratres ord. Minor. continue in Arabico studeant *etc.*, hanc erectionem collegii confirmat. xvi kal. Dec. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 436; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 253. nº 7. — »Laudanda tuorum progenitorum.«

» 17 » (21184) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Ierosolimitani omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. xv kal. Dec. aº 1º. ‖ Strehlke Tab. 422. nº 655. — »Cum a nobis.«

» 19 (») • (21185) Monasterium monialium s. Dei genitricis et Virginis Mariae ac s. Iacobi Rigensis ord. Cisterc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones, ac bona, iura ac privilegia confirmat. ‖ Mitth. a. d. Gesch. Liv- Ehst- u. Kurlands VIII. 433. nº 6.

» 20 » (21186) Patriarcham, archiepiscopos et episcopos ac abbates ceterosque praelatos Graecorum ad coeptam cum Romana ecclesia coniunctionem perficiendam hortatur. xii kal. Dec. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 45. — »Grandis affectus quem.«

» 20 » (21187) (Wernerum) archiepiscopum Maguntinum hortatur, ut Bernardo de Amelia ord. Minor. in negotio cum Rudolfo Romanorum rege tractando de eis quae ad utilitatem communem ac tranquillitatem status publici expedire iam a praedecessore noscebantur, sollerter assistat. xii kal. Dec. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 200. nº 355; *sine signo chronol.* (Zaccagni) Diss. de s. apost. sedis imperio in urb. Comacli. Append. 44; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 251. nº 5. — »Felicis recordationis Innocentius.«

» 21 (») • (21188) Postulationem de Iacibardo de Benevento factam reiicit et Belprandum archidiaconum ad sedem archiepiscopalem Cusentinam evehit. xi kal. Dec. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 217.

» 23 » (21189) Welislao de Boemia canonico Pragensi canonicatum ecclesiae Pragensis cum plenitudine iuris canonici ac praebendam nulli alii de iure debitam, si qua in ecclesia ipsa vacat ad praesens, confert eique providet de ipsis. ix kal. Dec. aº 1º. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 439. nº 1051; *cf.* Palacky Reise 46. nº 375. — »Circa personam tuam.«

» 23 » • (21190) Abbatibus in Cladrub et in Wilamou ac Berardo priori ecclesiae Fuliginatis mandat, ut eundem Welislaum in possessionem ipsius canonicatus ac etiam praebendae inducant. ix kal. Dec. aº 1º. ‖ Erben l. c.; Palacky l. c. nº 376.

		1276.
Nov. 28	Viterbii	(21191) Procopio cantori ecclesiae Gneznensis administrationem eiusdem ecclesiae committit. IV kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 84. n° 158. — »Sua nobis dilecti.«
Dec. 4	»	(21192) (Iohanni) archiepiscopo Nidrosiensi mandat, ut personas idoneas et fideles ad Gardensem diocesim »cum a metropolitana ecclesia adeo sit remota quod de ipsa ecclesia illuc propter maris impedimenta vix infra quinquennium ire quis valeat et redire ad ecclesiam supradictam«, destinet, quae ad executionem collectionis decimae Terrae sanctae intendant. II non. Dec. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 35. n° 36; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 143. — »Tua nobis fraternitas.«
» 4	»	(21193) Eidem concedit, ut, cum plures dioceses suae provinciae per maris spatia adeo sint dispersae, quod fere infra sex annos partes omnes earum personaliter visitare difficile foret, per easdem super collectione decimae Terrae sanctae nuntios discretos deputet. II non. Dec. a° 1°. ‖ Lange l. c. 36. n° 37; Munch l. c. 143. — »Tua nobis fraternitas.«
» 4	»	(21194) Eidem significat, se propter nimiam episcopatuum diffusionem regni Norwagiae collectoribus ruralibus decimae Terrae sanctae, ut fructum ex suis laboribus et sumptibus consequantur, illam indulgentiam impertiri, quae ad promotionem negotii Terrae sanctae opem et operam exhibentibus sit concessa. II non. Dec. a° 1°. ‖ Lange l. c. 37. n° 38; Munch l. c. 144. — »Intimasti nobis quod.«
» 4	»	(21195) Eidem concedit, ut, quod in regno Norwagiae adeo vilis esse moneta dinoscatur usualis, quod extra ipsius regni limites in pretio non habeatur, in aurum vel argentum moneta et decima Terrae sanctae convertatur. II non. Dec. a° 1°. ‖ Lange l. c. 37. n° 39; Munch l. c. 144. — »Intimasti nobis quod.«
» 4	»	(21196) Eundem excusat, quod maiorem partem provinciae, in qua ipsi decima Terrae sanctae sit commissa, visitare, concilii Lugdunensis statuta et quantitatem certam iam inibi collectae decimae notificare nondum potuit. II non. Dec. a° 1°. ‖ Lange l. c. 38. n° 40; Munch l. c. 145. — »Accepimus te nostris.«
» 4	»	(21197) Eidem mandat, ut sex decimales annos ab exitu primi anni post concilium Lugdunense incipiat numerare. II non. Dec. a° 1°. ‖ Lange l. c. 39. n° 41; Munch l. c. 145. — »Habet tuae fraternitatis.«
» 5	»	(21198) Salvium Triburiensem episcopum ad sedem archiepiscopalem Ragusinam transfert. Non. Dec. a° 1°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 113; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 254. n° 8; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 93. n° 127. — »In supreme specula.«
		• Capitulo ecclesiae Ragusinae — Clero civitatis et diocesis Ragusinae — Comiti et communi civitatis Ragusinae — Suffraganeis ecclesiae Ragusinae *de eodem argumento.* ‖ Farlati l. c.; Sbaralea l. c. n° 9—11.
» 5	»	(21199) Henricum episcopum Basiliensem a iuramento de visitandis liminibus Apostolorum singulis bienniis absolvit. Non. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 256. n° 12. — »Exhibita nobis tua.«
» 5	»	(21200) Mariae reginae Franciae repetit n° 21018 Gregorii X d. d. 1275. Apr. 5: »Non. Dec. a° 1°« — »Celsitudinis tuae precibus.« ‖ Sbaralea l. c. 256. n° 13.
» 9	»	(21201) Archiepiscopis, episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis per regnum Franciae constitutis mandat, ut crucesignatos laicos civitatum suarum, diocesum et locorum, qui tempore passagii generalis in subsidium Terrae sanctae neglexerint transfretare, nisi id de apostolicae sedis vel legati eius in Francia licentia distulerint, contra eorum dominos saeculares ab eis tallias exigentes nullatenus defendant. V id. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 46; Sbaralea l. c. 256. n° 14. — »Considerantes ferventis charissimi.«
» 12	»	(21202) Episcopo Cassanensi collectori decimae in Siciliae et Calabriae partibus deputato mandat, ne molestus sit Angelo archiepiscopo Rossanensi super praestatione decimae pro Terrae sanctae subsidio. II id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 257. n° 15. — »Habet assertio venerabilis.«
» 13	»	(21203) Edwardum regem Angliae rogat et hortatur, ut S. tit. S. Martini presbytero cardinali ac procuratoribus eius et nuntiis ad partes Angliae destinatis super assecutione possessionis pacificae ecclesiarum de Wistanestea et de Frondingham Lincoln. et de Archexea Eborum dioc. per Tedisium de Camilla capellanum suum, olim rectorem ipsarum, libere resignatarum ac iurium earundem auxilium et favorem regium largiatur. Id. Dec. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 157. — »Devotio quam in.«
» 18	»	(21204) Eundem requirit et rogat, ut censum pro septem annis iam praeteritis et pro anno praesenti, videl. 3000 marcarum infra mensem et totidem in festo b. Iohannis bapt. proximo futuro et 2000 in festo b. Michaelis archangeli magistro Gifredo de Vecano clerico camerae apostolicae et nuncio suo in Anglia persolvat. XV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 157. — »Cum censum ecclesiae.«
» 18	»	(21205) Fratrem Bentivegnam ord. Minor. ecclesiae Tudertinae praeficit in episcopum. XV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 437; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 257. n° 16. — »Onerosa pastoralis officii.«

		1276.
Dec. 19	Viterbii	(21206) Praepositum et conventum monasterii Pihartingen ord. s. Aug. Frisingens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, domos et alia bona eis confirmat. XIV kal. Ianr. a° 1°. ‖ Mon. Boica V. 492. n° 34, *ubi* a° 1410 *male tribuitur.* — »Iustis petentium desideriis.«
» 21	»	(21207) Iacobo Rainerii canonico plebis de S. Genesio Camerin. dioc. mandat, citet Raynaldum de Brunforte *etc.*, qui universitatem hominum castri de S. Genesio et Nicolaum Gentilem Cesi laicum Camarinens. dioc. hostiliter accesserant eorumque villas incendio destruxerant, ut infra 15 dies coram papa compareant. XII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 48(bis). n° 39. — »Cum nos in.«
» 23	»	(21207 a) Franciscum fratrem domus ord. Minor. de Esio Pensauriensi ecclesiae praeficit in episcopum. X kal. Ianr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 258. n° 17. — »Sollicitudinis apostolicae studium.«
		• Capitulo et clero Pensauriensibus *de eodem argumento.*
—	—	(21208) Philippum regem Franciae rogat et hortatur, ut iustitiam diligat eamque, non omissa tamen clementia, omnibus sibi subiectis distribuat. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1276 § 37, *fragm.*; Oldoinus Vitae pontif. Roman. ad a. 1276, *fragm.*
		1277.
Ianr. 5	Viterbii	(21209) S. Genovefae cancellario et Henrico dicto Tuebeuf canonico Parisiensi mandat, compellant abbatem et conventum S. Remigii Remensis, maiorem ac praepositum et ministeriales et homines burgi seu banni dicti monasterii, ut homines civitatis Remensis a (Petro) archiepiscopo Remensi forbannitos in banno ipso nullatenus retineant, sed evitent. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 933. — »Sua nobis venerabilis.«
» 9	»	(21210) Decano ecclesiae Moguntinae mandat, compellat magistros, consules et universitatem civium Spirensium per censuram ecclesiasticam, ut decanum, capitulum et clerum Spirenses annonam et bladum suum extrahere ex dicta urbe pro suis usibus et utilitatibus patiantur. V id. Ianr. a° 1°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 345. n° 382. — »Sua nobis dilecti.«
» 9	»	• (21211) Abbati monasterii s. Andreae Avenion. dioc. mandat, ne permittat ut conventus et prioratus ordinis Cluniacensis monasterio Cluniacensi in Arelatensi provincia subiecti indebite molestentur. V id. Ianr. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 141.
» 13	»	(21212) Decano et capitulo ecclesiae Spirensis omnes libertates et immunitates confirmat. Id. Ianr. a° 1°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 346. n° 383. — »Cum a nobis.«
» 13	»	(21213) Decano et (capellano, *legas*) capitulo ecclesiae s. Deodati concedit potestatem eligendi in praepositum ecclesiae suae Ferricum natum ducis Lotharingiae canonicum Tullensem, non obstante aetatis et ordinum defectu. Id. Ianr. a° 1°. ‖ J. Ruyr Recherches des sainctes antiq. de la Vosge (à Espinal 1634. 4°) 277; J. Cl. Sommier Hist. de l'égl. de Saint-Diez (*ibid.* 1726. 8°) 414. — »Exhibita nobis vestra.«
» 13	»	(21214) Regi Daciae significat, se electionem de Trugoto archiepiscopo tunc canonico Lundensis ecclesiae factam et canonice celebratam confirmasse. Rogat eum, ut praefato archiepiscopo exhibeat affectum benivolum *etc.* Id. Ianr. a° 1°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 130. n° 55. — »Regi regum per.«
» 18	»	(21215) Stephano episcopo Parisiensi mandat, ut de erroribus in praeiudicium fidei apud academiam Parisiensem de novo disseminatis inquisitionem diligenter faciat. XV (v *Bul., d'Arg.*) kal. Febr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 10; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 431; d'Argentré Collect. iudic. I. I. 175. — »Relatio nimis implacida.«
» 18	»	• (21216) Abbati S. Cornelii de Compendio pro revocatione bonorum et iurium ordinis Cluniacensis illicite alienatorum mandata dat. XV kal. Febr. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 141.
» 19	»	(21217) Guidoni Flandriae comiti expeditioni Syriacae se devoventi decimas Flandriae attribuit. XIV kal. Febr. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 8. — »Volumus quod tempore.«
» 28	»	(Stephano) episcopo Parisiensi. V kal. Febr. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 431; d'Argentré Collect. iudic. I. I. 175, *vid.* n° 21215.
» 28	»	(21218) Fratri Philippo ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in marchia Tarvisina modum reconciliandi universitatem et homines Castri de Sermione Veronens. dioc. haereticis infecti transmittit. V kal. Febr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 259. n° 19; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 11. — »Nuper ad apostolicam.«
» 30	»	(21219) M(arco) episcopo Cassanensi collectori decimae in Calabria et Sicilia deputato mandat, ut circa collectionem decimae in subsidium Terrae sanctae exequatur iuxta

1277.

ordinationem Gregorii X pp. III kal. Febr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 261. n° 20; *cf.* Raynald. l. c. § 8. — »Felicis record. Gregorius.«

Ianr. 30 Viterbii (21220) Abbati et conventui monasterii de Saar Cisterc. ord. Olomucens. dioc., quod quondam Boscho comes Bernicensis et castellanus Znoemensis in honorem virginis matris Dei ac b. Nicolai conf. fundaverat ac cui possessiones, redditus et omnia quae in Saar, Bertoldesdorf, Rorbach *etc.* habebat, contulerat, haec omnia confirmat. III kal. Febr. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. VI. 370. n° 7; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 447. n° 1067. — »Cum a nobis.«

Febr. 3 (») ° (21221) Rodulpho Romanorum regi pro necessitatibus Terrae sanctae sublevandis scribit, decretum cardinalium transmittens, in quo de Minoritis agitur. III non. Febr. (a° 1°). ‖ Wadding Ann. Minor. V. 27. — »Quamquam de vacatione.«

» 4 » (21222) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae matris Christi de Venetiis ord. s. Clarae Castellanae dioc. concedit, ut bona mobilia et immobilia ad sorores dicti monasterii iure successionis spectantia licite retinere possint. II non. Febr. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 167; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 262. n° 21. — »Devotionis vestre precibus.«

» 9 » ° (21223) Bolla del pontef. Giovanni XXI a favore del monastero di s. Maria foris Portam. ‖ Robolini Notizie IV. II. 275.

» 12 » (21224) Abbate et conventu monasterii s. Remigii Remensis petentibus inhibet, ne quis sub praetextu alicuius consuetudinis inferre eis molestias, vel occupare eorum bona aut vadiare vel quolibet modo detinere praesumat. II id. Febr. a° 1°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. II. 934. — »Ex parte vestra.«

» 13 » (21225) Magistro Rogerio de Merlomonte canonico Virdunensi deputato collectori decimae Terrae sanctae in Treverensi, Maguntina et Salzeburgensi provinciis mandat, ut decimas collectas ad tempus apud fratres Praedic. et Minor. ordinum deponat. Id. Febr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 263. n° 22. — »Gratanter audivimus quamplures.«

» 22 » (21226) Guardiano ord. Minor. de Cortona Aretin. dioc. mandat, ut a collectore decimae in Tuscia pro Terra sancta recipiat illam Nortoni rectoris ecclesiae s. Marci de Cortona crucesignati et servet tempore transfretationis eidem rectori restituendam. VIII kal. Mart. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 263. n° 23; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 27. — »Petitio dilecti filii.«

° *In eundem modum* Collectori decimae Terrae sanctae in Tusciae partibus deputato. ‖ Sbaralea l. c. 264. n° 24.

» 23 » ° (21227) Le pape accorde à Isabelle femme de Guy comte de Flandre et marquis de Namur sur sa demande la permission d'aller une fois l'an visiter avec deux femmes les monastères de Cîteaux, de Sainte-Claire et des frères Prêcheurs de son comté, à condition qu'elle n'y passera point la nuit. VII kal. Mart. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 69. n° 219.

» 25 (») ° (21228) Giovanni XXI prega i Perugini a non osteggiare gli Assisani, avendo egli eletto per comporre ogni dissidio il cardinale di S. Maria in Cosmedin. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. II. 489.

Mart. 3 » (21229) Simoni tit. S. Caeciliae cardinali apostolicae sedis legato committit, compellat (Philippum) regem Franciae et omnes alios per excommunicationis et interdicti sententias, ut ab instauratione ac hostili processu contra (Alfonsum) regem Castellae et terras ipsius omnino desistant. V non. Mart. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 3; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 27. — »Molesta nimis et.«

» 6 » (21230) Iohanni S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe centum librarum provesinorum senatus de portione oblationum maioris altaris et confessionis eiusdem usque ad viginti annos annuatim concedit ob auctum Vaticanae ecclesiae inservientium numerum. II non. Mart. indict. V (!). incarn. dom. a° 1276. pont. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 156; *cf.* Raynald. l. c. § 14. — »Si ad solicitudinem.«

» 11 » (21231) Archidiaconum, primicerium et capitulum Tragurienses monet et hortatur, ut Iohanni Traguriensi episcopo, quem tunc praepositum ecclesiae de Grogorissa Zagabriensis dioc. et canonicum Ierosolimitanum Innocentius papa V, Columbano episcopo Traguriensi propter infirmitatem renunciante, ecclesiae Traguriensi praefecit in episcopum et pastorem, obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. V id. Mart. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 264. n° 25; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 94. n° 128. — »Venerabilis frater noster.«

° *In eundem modum* Clero et populo civitatis et diocesis Traguriensis — Archiepiscopo Spalatensi — Regi Ungariae. ‖ Sbaralea l. c. 265. n° 26—28.

» 13 » (21232) Episcopo Waradiensi mandat, ut Nicolaum praepositum ecclesiae Transsylvanae, qui in ecclesiae Strigoniensis archiepiscopum canonice et concorditer electus dicatur, cuius autem processus propter mortem Adriani papae praedecessoris haberi non potuerit, ad terminandum hoc negotium citet peremptorie, ut infra duos menses personaliter com-

1277.

pareat coram pontifice maximo examinationem subiturus. III id. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 322. n° 540; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 86. — »Strigoniensi ecclesia pastoris.«

Mart. 13 (Viterbii) ° (21233) Lodomerio episcopo Varadiensi mandat, ut de controversa Benedicti praepositi Albensis aulae regiae vicecancellarii electione in archiepiscopum Strigoniensem cognoscat et ad sedem apostolicam referat. ‖ Fejér Cod. dipl. V. II. 423.

» 15 » (21234) Iohanni S. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe omnia, quae de inservientium Vaticanae ecclesiae numero augendo, de congruo stipendio eis assignando, de officiis divinis rite persolvendis ac bonis ipsius basilicae recte administrandis ab Iohanne praefato sancita fuerunt, rata habet et confirmat eadem hîc inserens; mandat eis, ut illa perpetuo et inviolate observentur. Id. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 157. — »Vineam Domini Sabaoth.«

» 15 » ° (21235) Abbati Casae Dei Claromontens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis prioratuum Cluniacensis ordinis per priores eiusdem ordinis in provincia Bituricensi alienata illicite vel distracta invenerit, ad ius et proprietatem eorundem legitime revocet. Id. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 141.

» 15 » ° (21236) Abbati S. Benigni Divionensis pro revocatione bonorum ordinis Cluniacensis in provincia Lugdunensi illicite alienatorum mandata dat. Id. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 142.

» 18 » (21237) Episcopo Gerundensi mandat, ut ea, quae de bonis domus s. Mariae de Mercede Captivorum Barcinonensis ord. s. Aug. per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. XV kal. Apr. a° 1°. ‖ Linàs Bullar. 23. — »Ad audientiam nostram.«

» 18 » (21238) (Bentivengae) episcopo Tudertino mandat, ne permittat ut fratres ordinis Minorum administrationis s. Francisci ab aliquibus indebite molestentur. XV kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 265. n° 29. — »Inundans malitia perversorum.«

» 18 » (21239) Abbati et conventui monasterii de Eberbach Cisterc. ord. Magunt. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a liberis personis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus dumtaxat exceptis, possint petere, recipere ac libere retinere. XV kal. Apr. a° 1°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 249. — »Devotionis vestrae precibus.«

Apr. 2 » (21240) Magistro Petro de Pabeux canonico Engolismensi mandat, citet magistrum Arnaldum de Villa subdiaconum et canonicum Baiocensem electum concorditer in episcopum Aquensem, ut infra sex septimanas personaliter apostolico se conspectui repraesentet examinationem iuxta modum, qui servatur in talibus, praesentialiter subiturus. IV non. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 266. n° 30. — »Olim Aquensi ecclesia.«

» 11 » (21241) Potestatem, consilium et commune Bononienses hortatur, ut priorem et conventum ord. Praed. Bononienses suis attollant praesidiis et foveant beneficiis opportunis. III id. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 551. n° 6. — »Honoris temporalis augmento.«

» 12 » (21242) Narbonensi et Arelatensi archiepiscopis mandat, ut regi Aragonum decimas in regno illius principis et comitatibus colligendas ac in Terrae sanctae subsidium in Lugdunensi concilio deputatas in eius auxilium ad propulsandos Saracenos Aragoniam minitantes assignent. II id. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 7, *non integra.* — »Charissimus in Christo.«

» 12 (») ° (21243) Regi Aragonum pro Terrae sanctae subsidio scribit. II id. Apr. (a° 1°). ‖ Wadding Ann. Minor. V. 27.

» 13 » (21244) Iohanni episcopo Cluanfertensi apostolicae sedis nuntio in Ibernia concedit facultatem providendi duobus clericis cum ipso in negotio collectionis decimae concessae Terrae sanctae subsidio laborantibus de beneficiis ecclesiasticis, »ut remunerationem aliquam ex labore huiusmodi consequantur.« Id. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 117. n° 266.. — »Cum tibi negotium.«

» 13 » (21245) Eidem concedit potestatem absolvendi decem clericos vel laicos de Ybernia, qui violenta iniectione manuum in clericos vel personas ecclesiasticas in canonem inciderunt sententiae promulgatae. Id. Apr. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 118. n° 267. — »Ut eo libentius.«

» 22 » (21246) Ortolpho abbati de Puren (Burun *Lang*) ord. s. Ben. eiusque successoribus usum mitrae, annuli et sandalium concedit. X kal. Mai. a° 1°. ‖ Meichelbeck Chron. Benedictobur. I. 128; *cf.* Lang Regesta IV. 36. — »Ad ecclesiastici decoris.«

Mai. 4 » (21247) Abbate et conventu Ursicampi Cisterc. ord. Noviomens. dioc. petentibus inhibet, ne quis praetextu cuiusdam consuetudinis bona monasterii vadiare, occupare vel detinere praesumat. IV non. Mai. a° 1°. ‖ Peigné-Delacourt Cartul. d'Ourscamp 308. n° 497. — »Ex parte vestra.«

» 5 » (21248) Priore et conventu monasterii Cartusiae Gratianopol. dioc. postulantibus inhibet, ne quis personis vel rebus eorundem molestias inferat ac bona monasterii absque iuris ordine occupare *etc.* praesumat. III non. Mai. a° 1°. ‖ Tromby Storia VI. app. 8. n° 7. — »Ex parte vestra.«

1277.

(Ianr.-Mai.) (Viterbii) (21249) Regem Portugalliae rogat et hortatur, ut mores suos et vitam semper reformet in melius, abstineat ab ecclesiarum et ministrorum Dei iniuriis, iura eorum liberaliter ampliet et regalis potentiae brachio protegat. *Absque nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 12. — »Iucunditatis et exultationis.«

Mai. 20 » Moritur. »Die Iovis 20. mensis Madii in civitate Viterbii papa Iohannes XXI (IV *Chron. Placent.*) cadente super eum pallacio in quo habitabat obiit, et sepultus est ibi.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 568 (Chron. tria Placent. 322). — »Die 20. Madii in vigilia ascensionis Domini (*falso,* ascens. Dom. *erat die 6. Maii*) in nocte Iohannes XXI papa, cum in sua resideret camera, ipsius camere sive domus ruina .... summum oppressit pontificem, et infra triduum migravit ad Dominum.« ‖ Oberti Stanconi Annal. ap. Pertz l. c. XVIII. 285.

»Die Veneris 11. exeunte Madium (*i. e.* 21. Mai.) mortuus est, quia cecidit ei die una domus super se.« ‖ Ann. Mantuani ap. Pertz l. c. scr. XIX. 28.

»Pridie ydus Maii (*i. e.* d. 14. Mai.) corruente palatio papali Viterbii oppressus interiit.« ‖ Annal. S. Rudberti Salisb. ap. Pertz l. c. scr. IX. 802.

»1277. Iohannes pp. cum sibi vitae spatium per annos plurimos extendi crederet et hoc etiam coram multis saepe assereret, subito cum nova camera, quam pro se Viterbii circa palatium aedificari fecerat, solus corruit et inter ligna et lapides collisus sexta die post casum huiusmodi ... exspirans in ecclesia s. Laurentii sepultus est.« ‖ Guillel. de Nang. Chron. ap. Achery Spicil. III. 44; *eiusd.* Gesta Philippi III ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 536; Nic. Triveti Chron. ap. Achery l. c. 207 (ed. Hog 296). — »Tradunt omnes historiae, quod dum esset in camera solus, quam ipse aedificaverat iuxta palatium pontificale Viterbii, cum semel intraret dictam cameram, quod tamen saepius contingebat eidem, respiciebat se ipsum, ac totus solvebatur risu, quasi glorians in se ipso; et tunc subito camera cecidit super eum et inter ligna et lapides collisus sexta die post casum exspirat.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 24 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1178; *in* Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 19.

»Expiravit infra octabam pentecostes mense Maii, sepultusque est Viterbii in ecclesia s. Laurentii cathedrali a° D^{i} 1277.« ‖ Vita I-is ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 606. — »Circa festum s. Iohannis bapt. obiit.« ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 156.

»Moritur Viterbii et in ecclesia s. Laurentii sepelitur.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. c. 25 p. 1178; ap. Raynald. l. c. § 21. — »Obiit in mense Maii.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 270. — »Mortuus est Viterbii casu palatii.« ‖ Ann. Urbevetani ap. Pertz l. c. scr. XIX. 270. — »Quadam domo obrutus interiit mense Maii.« ‖ Ann. de Wintonia *in* Annal. monast. II. 122. — »v die mensis Maii defuncto papa Iohanne XXI° ... « ‖ Iidem Ann. *ibid.* 124.

»Nuper Iohanne pp. praedecessore nostro apud Viterbium, ubi tunc sua curia residebat, ab hac luce subtracto et ipsius corpore in Viterbiensi ecclesia .... tumulato, tandem nos ... « ‖ Epist encycl. Nicolai III ad Philipp. reg. Franc. d. d. 1278. Ianr. 15.

»Obiit 17. Mai. 1277.« ‖ Acta Sanct. Boll. Ianr. II. 900.

»vi id. Martii (*i. e.* Mart. 10) apud Viterbium diem clausit extremum.« Florentii Wigorn. Chron. II. 217.

»Hic ... in diversis scientiis famosus. ... Pontificalem dignitatem morum quadam stoliditate deformabat, adeo ut carere naturali industria videretur.« ‖ Vita I-s ex ms. Bernardi Guidon. ap. Muratori l. c. III. I. 606. D. — »Parum discretus fuit, praeceps in verba, minus cautus in moribus.« ‖ Iordanus ap. Raynald. l. c. § 21. — »Magnus sophysta, loycus et disputator atque theologus.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 133. — »Hic factus papa propter florem scientiarum pontificalem dignitatem morum instabilitate deformabat.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 755. — »Quamvis magnus fuerit in scientia, modicus tamen fuit in distinctione; praeceps enim fuit in verbo et mitis tantum in moribus, et plus apparebat, quia facilis ad eum fuit ingressus, et inde patebat omnibus suus defectus. .... Religiosos parum dilexit.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. l. 23. c. 21 ap. Muratori l. c. 1176. — »Iohannes papa magus, in omnibus disciplinis instructus, religiosis infestus, contempnens decreta concilii generalis.« ‖ Annal. Colmar. ap. Böhmer Fontes II.

Vacatio. »Vacat ecclesia per 6 menses, videlicet ab hebdomada pentecostes usque ad festum s. Catharinae a° videlicet Domini 1277.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. c. 25. p. 1178. — »Vacavit ecclesia mensibus 6 et diebus 7«. ‖ Oberti Stanconi Ann. l. c. 285. — »Cessavit apostolatus per 6 menses et 6 dies.« ‖ Ann. Placent. Gibell. l. c. 569. — »Vacavit sedes mensibus circiter 6, scil. ab hebdomada pentecostes, quae fuit in mense Maii, usque ad festum s. Katerinae.« ‖ Vita I-is ex ms. B. Guid. l. c. 606. — »Vacavit sedes ad diem s. Katerinae.« ‖ Florent. Wigorn. l. c. 217.

NB. Nec Iohannis XXI pp. symbolum nec nomina cardinalium subscribentium in eius bullis inveni. — Bulla d. d. 1277. Mart. 6 (*vid.* n° 21230) sola inter omnes nomen datarii *i. e.* magistri **Petri de Mediolano** S. R. E. vicecancellarii exhibet.

1277.

Iul. 27 Viterbii (21250) Episcopi, presbyteri et diaconi S. R. E. cardinales Rodulphum regem Romanorum instanter rogant, ut quae de ipsius adventu in Italiam per pontifices Innocentium et Iohannem sint provisa diligentius observans nullam contra praemissam providentium intentionem in Italiam militiam vel gentem medio tempore destinet. Praeterea quae circa exarchatum Ravennae ac Pentapolim iidem pontifices a rege petierunt, affectuose deposcunt. *Absque signo chron.* (VI kal. Aug. a° 1277 *secundum* Palacky Reise 46. n° 377.) Apostolica sede vacante. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 48—52; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 275. n° 2. — »Quamquam de vacatione.«

Sept. 25 » (21251) Rectoribus Romanae fraternitatis mandat collegium cardinalium, rogent et solicitent homines religiosos, clerum et populum Urbis, ut corde contrito devotas orationes fundent ad Dominum, ut celeriter »per nostrae humilitatis ministerium« de pastore idoneo sacrosanctae Romanae ecclesiae provideat. VII kal. Oct. a° D^{i} 1277 apostolica sede vacante. Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 66, *sine nota chronol.*; Raynald. l. c. § 53. — »Successor apostolorum principis.«

(Mai. 21-Nov. 24) (») (21252) Collegium cardinalium rogat et hortatur (Iacobum Contarenum) ducem, consilium et commune Venetorum, qui non attendentes praesentem ecclesiae statum viduitatis navali exercitu civitatem Anconitanam persecutionibus continuatis impugnabant, ut dictum exercitum et omnes ac singulos, quos contra eandem civitatem destinaverint, absque mora ad propria revocent et ab omni civitatis ipsius molestatione cessent. *Absque nota chronol.* ‖ Cod. ms. Paris. l. c. fol. 64; Raynald. l. c. § 43, *non integra.* — »Insignis Venetiarum civitas.«

(») (») (21253) Iohanni magistro Praedicatorum et Geronimo generali ministro Minorum ordinum, quibus negotium super reformanda concordia inter Franciae ac Castellae reges est commissum, Collegium cardinalium mandat, ut coepto hoc negotio cum omni diligentia insistant. *Sine nota chronol.* ‖ *Ibid.* fol. 64^{v}; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 275. n° 1; *cf.* Raynald. l. c. § 47. — »Adhibitum laudande solicitudinis.«

(») (») (21254) Collegium cardinalium Esculanos perfidos hortatur, ut ab obsidione Castri Scalellae ad ecclesiam Romanam pertinentis discedant et de damnis illatis satisfaciant. *Sine nota chronol.* ‖ *Ibid.* fol. 65; Raynald. l. c. § 45, *fragm.* — »Quis furor o.«

(») (») (21255) Potestatem, consilium et commune Narnienses, qui tempore viduationis ecclesiae Montem s. Angeli, qui ratione Castri Mirandae ad eandem pertinet, invadentes inibi turrim construere incoeperunt, hortatur Collegium idem, ut ab hac aedificatione omnino desistant. *Sine nota chronol.* ‖ *Ibid.* fol. 65^{v}. — »Vestri processus immo.«

(») (») (21256) Cardinales perstringunt asperis verbis Parmenses, qui montem s. Angeli, quem sui iuris contendebant, invaserant ac firmissimo opere muniverant, illisque iniungunt, ut excitatam turrim deiiciant ac loco facessant. *Sine signo chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 46, *fragm.*

NICOLAUS III. 1277—1280.

Nicolaus III antea Iohannes Caietanus dominus de Ursinis (Ann. Urbevet. ap. Pertz. M. G. h., scr. XIX. 270), natione Romanus, filius Matthaei Rubei senatoris Urbis a° 1242 et 1246 et Pernae e gente Caietana. Cum esset puer, pater eius qui erat de tertio ordine, eum b. Francisco obtulit. Aetate adultior in Eboracensi (*vid.* n° 21268), Suessionensi et Laudensi ecclesiis sacerdotia gessit atque in Urbe ss. Laurentii et Damasi et s. Chrysogoni ecclesias administravit; tum a° 1244 ab Innocentio IV diaconus cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano creatus, ab Alexandro IV ordinis Minorum protector constitutus est. 1265. Iun. 28 ille et tres alii cardinales Carolo Andegavensi et Provinciae comiti auctoritate Clementis IV investituram de regno Siciliae fecerunt. Sub Urbano IV agro Sabinensi et Campaniae praefuit, generalis inquisitoris munus exercuit. Ab Hadriano V una cum episcopo Sabinensi et Iacobo S. Mariae in Cosmidin card. mittitur Viterbium, ut cum Carolo rege Siciliae controversias illum inter et Rudolfum regem Romanorum conciliaret; deinde a Iohanne XXI archipresbyteratu in basilica Principis apostolorum donatus est (*vid.* n° 21171). Eo munere affectus ad perpoliendos sanctioribus institutis canonicorum in ea mores nonnullas leges edidit, quas postea suscepto pontificatu auxit.

1277.

Nov. 25 Viterbii Eligitur. »In die b. Catharinae (*i. e.* d. 25. Nov.) ... fratres ... nos ... unanimiter elegerunt.« ‖ Nicolai Ep. encycl. (*vid.* n° 21263). — »Die Iovis 25. Novb. in civitate Viterbii cardinales elegerunt in summum pontificem domnum Iohannem Gaytanum cardinalem et vocatum est nomen eius Nicholaus III.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon.

		1277.
		Germ. hist., scr. XVIII. 569 (Chron. tria Placent. 325). — »Electus est 6. die exeunte Novembris« (*i. e.* d. 25. Nov.) ‖ Annal. Urbevet. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 270; ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 217. — »Die Iovis 6. intrante (*vel potius* exeunte) Novembri domnus Iohannes Gyetanus cardinalis de Ursinis de Roma fuit ellectus in pontificem.« ‖ Ann. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 687 (Chron. Parmens. 42). — »A° Di 1277 in festo b. Catharinae Nicolaus III in cathedra Petri sedet.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 26 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1179; ap. Raynald. Ann. ad a. 1277 § 58. — »Natione Romanus de domo Ursinorum electus fuit in papam in Viterbio in festo s. Katerinae.« ‖ Vita N-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 606; ap. Raynald. l. c. § 58. — »Die s. Katerinae .... in summum pontificem est electus.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 218. — »Successit ei circa festum s. Katerinae Iohannes Gaythanus.« ‖ Ann. de Wintonia *in* Annal. monast. II. 124. — »Electus fuit a° Di 1277 in die s. Katherine.« ‖ Contin. Martini Pol. ap. Pertz l. c. XXII. 476. »Eodem a° (1277) circa festum s. Andreae (30. Nov.) electus fuit dominus Iohannes Gaietanus cardinalis in papam, et vocatus fuit papa Nicolaus III«. ‖ Salimbene Parmens. Chron. 271. — »Circa festum s. Andreae apost. fuit electus indictione V.« ‖ Memor. potestatum Regiens. ap. Muratori l. c. VIII. 1141. »De mense Iunii factus fuit domnus Gaietanus de Roma papa a cardinalibus.« ‖ Ann. Mantuani ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 28.
(Dec. ineu.)	Viterbii	(21258) »Nicolaus electus episcopus« (Carolum) regem Siciliae de sua in Romanum pontificem promotione certiorem facit eumque de febrili dyscrasia, qua tentari eum audierat, consolatur. *Sine die et a°.* ‖ Epist. N-i IV. Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 66v; Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 53. — »Incensus sincerae charitatis.«
Dec. 2	»	(21259) »Nicolaus electus episcopus« (Philippo) regi Franciae scribit inter alia: »Vocati ... ad apostolatus officium, in crastinum vocationis huiusmodi fratribus ipsis convenientibus una nobiscum, post consuetum charitatis alloquium ad eosdem amaram .... discordiam, quam inter te ac (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis pacis aemulus ... excitavit, ante omnia ... expandimus.« Monet eum, ne Gallorum arma expugnandis Saracenis consecrata in catholicum principem convertat. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Min. V. 437; Ripolli Bullar. Praed. I. 553; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 279. n° 1; *partim* ap. Raynald. l. c. § 56. — »Quanto ex potestate.«
» 2	»	(21260) »Nicolaus electus episcopus« (Alfonso) regi Castellae et Legionis nunciat, se mittere ad eum fratrem Benevenutum de ordine Minorum ad effectum, suasiones, monita et consilia sedis apostolicae ipsi exprimenda et praeparanda inter eum ac regem Francorum pacis et solidae concordiae foedera, per fratres Iohannem magistrum Praedicatorum et Hieronymum ministrum Minorum ordinum nuncios eiusdem sedis reformanda pariter et firmanda. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 439. n° 2; Sbaralea l. c. 281. n° 2; Ripoll l. c. 554. n° 2. — »Quanto ex potestate.«
» 2	»	(21261) »Nicolaus electus episcopus« Iohanni magistro Praedicatorum et Hieronymo ministro Minorum ordinum generalibus de superiore epistola significat eosque hortatur, ut reges eosdem et gentes ipsorum non tantum ab omni congressu bellico per excommunicationes et interdictum compescant, sed etiam pervigili studio pacis et concordiae reformandae inter reges eosdem tractatui incepto vacent. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 440. n° 3; Ripoll l. c. 555. n° 3; Sbaralea l. c. 281. n° 3. — »Vocatis nobis licet.«
» 12	Romae ap. S. Petrum	(Rudolfo) regi Romanorum: »ii id. Dec. suscepti a nobis apostolatus officii (*num falsatum?*) a° 1°« — »Solet nota principum.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 282. n° 4 *al., vid.* 1278. Dec. 12. n° 21496.
» 26	Romae in basilica s. Petri	Coronatur. »In festo b. Stephani in Urbe coronatus est per cardinales.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 569 (Chronica tria Placent. 325). — »Hic statim vadens Romam ibique sacerdos factus in basilica s. Petri in festo b. Stephani in die dominica eodem a° coronatus est.« ‖ Ptolem. Lucensis Hist. eccl. lib. 23. c. 26 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1179. — »Fuit Romae in basilica s. Petri in festo s. Stephani in die dominica coronatus a° Di 1277.« ‖ Vita N-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 606; ap. Raynald. Ann. ad a. 1277 § 58. »Sedit annis 2 mensibus 9 diebus 3«. ‖ Ptol. Lucens. l. c. — »Sedit annis 2 mensibus 8 minus 4 diebus.« ‖ Vita N-i l. c. — »Vixit autem per 2 annos et 8 menses et 23 dies.« ‖ Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 572.
		1278.
Ianr. 1	Romae ap. S. Petrum	(21262) Custodi, guardiano et fratribus Assisii mandat, ut res suas apud eos depositas Andreae de Nivernis clerico et familiari suo assignent. Kal. Ianr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 284. n° 5. — »Ad vos et.«
» 3	—	Abbati monasterii de Hecmonda: »Romae ap. S. Mariam mai. iii non. Ianr. a° 1°«. ‖ Oorkondenb. van Holland II. 152. n° 354, *vid.* 1289. Ianr. 3.

		1278.
Ianr. 15	Romae ap. S. Petrum	(21263) Philippo regi Francorum nunciat, se tunc S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem die b. Catharinae (*i. e.* 25. Novb. 1277) per viam scrutinii ad conscendendam apostolicae dignitatis speculam unanimiter electum esse. xviii kal. Febr. a° 1°. ‖ Achery Spicil. III. 683. — »Immensae Deus potentiae.« * *In eundem modum* (Edwardo) regi Angliae. ‖ Rymer Foed. I. ii. 165.
» 15	»	(21264) Archiepiscopo Senonensi et suffraganeis eius significat, se in die b. Catharinae per viam scrutinii a cardinalibus ad conscendendam apostolicae dignitatis speculam unanimiter electum esse. Monet eos et obsecrat, ut ad tanti ponderis sarcinam supportandam pervigiles sint cooperatores. xviii kal. Febr. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 39. n° 1; *omissa prima parte* Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 58. — »Immensae Deus potentiae.«
» 27	Romae ap. S. Petrum in palatio nostro	(21265) Karacino et Nicolao clericis procuratoribus Nicolai praepositi ecclesiae Transilvanae et magistro Paulo praeposito ecclesiae Vesprimiensis procuratori Vesprimiensis episcopi terminum assignat peremptorium in causa electionis in Strigoniensi ecclesia vacante per mortem Philippi archiepiscopi celebrandae. vi kal. Febr. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 95. n° 129. — »Dilectis filiis Karacino.«
» 29	(Romae ap. S. Petrum)	* (21266) In discordia inter Vesprimiensem episcopum et praepositum Transilvanensem vertente, cum in ea Strigoniensis archiepiscopus nihil effecerit, post multas controversias sub Gregorio et Innocentio pp. factas praepositum ad dicendam causam in Urbem evocat. iv kal. Febr. a° 1°. ‖ Bzovius Ann. ad a. 1278 § 33. XIII. 846.
Febr. 4	(»)	* (21267) Guardiano Alborstadensi quandam executionem committit. ii non. Febr. (a° 1°). ‖ Wadding Ann. Minor. V. 61. — »Malderburgen. ecclesiae.«
» 5	»	(21268) Magistris Oliverio decano et Iohanni dicto Romano cancellario ecclesiae Lincolniensis ac fratri Nicolao de Burser custodi fratrum Minorum Eboracensium mandat, ut perquirant virum idoneum cui canonicatum et praebendam in ecclesia Eboracensi olim a se obtentam conferant. Non. Febr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 284. n° 6. — »Infra claustrum nostri.«
» 9	»	(21269) Angelo Brandi plebano ecclesiae s. Moysi de Venetiis Castellanae dioc. mandat, moneat (Iohannem) episcopum Paduanum, ut ab omnibus gravaminibus et iniuriis omnino desistens abbatissae et conventui monasterii de Cella Paduani ord. s. Clarae super illatis plenam et debitam satisfactionem impendat; alioquin *etc.* v id. Febr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 286. n° 7; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 173. n° 148. — »Gravem ad nos.«
» 13	»	(21270) (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis vehementer vituperat, quod archiepiscopum Compostellanum et eius ecclesiam persequatur, lacessat iniuriis, molestiis opprimat et eorum iurisdictiones et iura praeripere satagat. Id. Febr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 32. — »Sensibus tuis fili.«
» 23	»	(21271) (Edwardo) regi Angliae concedit litteras, in quibus fatetur censum 8000 marcarum sterlingorum pro octo annis praeteritis ecclesiae Romanae esse persolutum. vii kal. Mart. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 169. — »Pro censu mille.«
(» —)	(»)	(21272) Regi Portugaliae describit causas, propter quas ille gaudere debet de promotione ipsius, et hortatur eundem, ut semper Deum et ministros eius honoret. *Sine nota chronol.* ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 63v. — »Iocunditatis et exultationis.«
(»)	(»)	(21273) (Petro) archiepiscopo Narbonensi gratias agit pro litteris, quas de papae promotione laetitiae iubilo amplioris ad eum direxit. Scias »quod te gerimus in visceribus caritatis et ecclesiam ac provinciam Narbonensem non ex suscepti officii debito, sed et tui specialiter obtentu habere intendimus in suis opportunitatibus commendatas.« *Sine nota chronol.* ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 67v; Baluze Conc. Galliae Narbon., app. 178. — »Per nuntium et.«
Mart. 4	(»)	* (21274) Episcopo Aginatensi indulget, ut condere possit testamentum. iv non. Mart. (a° 1°). ‖ Wadding Ann. Minor. V. 61. — »Quia praesentis.«
» 8	(»)	* (21275) Sinibaldo de ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis mandat, ut haereticos Viterbienses puniat. viii id. Mart. (a° 1°). ‖ Wadding l. c. 61. — »Quia cuncta.«
» 11	»	(21276) Priori S. Michaelis Berteldi Florentini mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae s. Laurentii Florentinae per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eius legitime revocet. v id. Mart. a° 1°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 983. — »Ad audientiam nostram.«
» 11	»	* (21277) Succentori ecclesiae Bituricensis mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae s. Martini Turonensis *etc., ut in* n° 21276. v id. Mart. a° 1°. ‖ Défense des privil. de l'égl. de S. Martin de Tours, pr. 39.
» 11	(»)	* (21278) Pro scripturis servatis in conventu s. Francisci Assisii. v id. Mart. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 61. — »Cum nonnullis.«

		1278.
Mart. 12		»Anno primo pontificatus sui, *i. e.* 1278 in mense Martii electus papa die quatuor temporum in maiori quadragesima in festo s. Gregorii papae fecit novem cardinales.« ‖ Memoriale potestat. Regiens. ap. Muratori Rer. Ital. scr. VIII. 1141.
» 15	Romae ap. S. Petrum	(21279) (Friderico?) praeposito ecclesiae Curiensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii Disertinensis ord. s. Ben. Curiens. dioc. per concessiones *etc.*, *ut in* nº 21276. Id. Mart. aº 1º. ‖ Mohr Cod. dipl. I. 428. nº 287; *cf.* Mohr Regest. von Disentis 12. nº 64. — »Ad audientiam nostram.«
» 18	»	(21280) Abbati et conventui monasterii de Isina ord. s. Ben. Constantiens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. xv kal. Apr. aº 1º. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 834. nº 9. — »Cum a nobis.«
» 18	»	(21281) Abbati et conventui monasterii Disertinensis ord. s. Ben. Curiens. dioc. idem confirmat. xv kal. Apr. aº 1º. ‖ Mohr Cod. dipl. I. 429. nº 288; *cf.* Mohr Regest. v. Disentis 12. nº 65. — »Cum a nobis.«
» 18	»	(21282) (Friderico?) praeposito ecclesiae Curiensis mandat, ut per triennium abbatem et conventum monasterii Disertinensis a praedonum raptorum et invasorum audacia defendat. xv kal. Apr. aº 1º. ‖ Mohr l. c. 430. nº 289; Mohr Reg. l. c. nº 66. — »Quia mundo posito.«
» 18	»	(21283) Episcopo Cumarum mandat, ut inter abbatem conventumque monasterii Disertinensis et Waltherum de Vaze, Albertum et Henricum de Gruenenuels fratres, Wilhelmum de Pultening *etc.* super terris, debitis et rebus aliis litigantes iudicium faciat. xv kal. Apr. aº 1º. ‖ Mohr l. c. 431. nº 290; *cf.* Mohr Reg. l. c. nº 67. — »Conquesti sunt nobis.«
» 23	»	(21284) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Ierosolimitani omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. x kal. Apr. aº 1º. ‖ Strehlke Tab. 423. nº 656. — »Cum a nobis.«
» 23	»	(21285) Hospitale extra portam Fogiae in suburbio de Vassano cum omnibus bonis tuendum suscipit et specialiter magistro et fratribus eius decimas, terras, vineas et alias possessiones confirmat. x kal. Apr. aº 1º. ‖ Strehlke l. c. 151. nº 155. — »Cum a nobis.«
» 23	»	(21286) Ministro et fratribus domus ord. Minor. de Vienna Pataviens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. x kal. Apr. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 287. nº 8. — »Solet annuere sedes.«
» 23	»	(21287) Priori Praedicatorum Ilerdensi, guardiano Dertusensi Minorum ord. ac archidiacono maiori Terraconensi committit reformationem monasterii s. Petri Aggerensis ord. s. Aug. Urgellens. dioc. x kal. Apr. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 287. nº 9; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 56. — »Accedens ad sedem.«
» 24	»	* (21288) Abbati saeculari B. Mariae, decano S. Hilarii et praeposito cathedralis ecclesiae Pictavensis mandata dat de quibusdam redditibus vulgariter coustuma seu fenestragium appellatis, quos archiepiscopus Turonensis asserebat usurpatos a decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis contra libertates et iura Turonensis ecclesiae. IX kal. Apr. aº 1º. ‖ Défense des privil. de l'égl. de S. Martin de Tours, pr. 39.
» 25	(»)	* (21289) Iohanni episcopo Cantuariensi indulget, ut testamentum condere possit. VIII kal. Apr. (aº 1º). ‖ Wadding Ann. Minor. V. 61. — »Quia praesentis.«
» 28	»	(21290) Abbati monasterii s. Victoris de Clusis Camerin. dioc. de lite vertente inter Ballionem civem Perusinum ex parte una et potestatem, consilium et commune Castri Monticuli ex altera mandata dat. v kal. Apr. aº 1º. ‖ Turchius De eccles. Camerin. pontificibus, app. 93. nº 60. — »In causa que.«
Apr. 1	»	(21291) Abaghae regi orientalium Tartarorum fratres Gerardum de Prato, Antonium de Parma, Iohannem de S. Agatha, Andream de Florentia et Matthaeum de Aretio ordinis Minorum mittit, ut rex eiusque populus secundum ritum ecclesiae Romanae baptizati Deum christianae fidei observatione colant. Preces addit, ut ipsis in eis, quae de baptismi sacris ac religione christianae retulerint, fidem adhibeat, liberum commeatum ad imperatorem tribuat regioque eos favore prosequatur. Kal. Apr. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 18; Wadding Ann. Minor. V. 36; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 291. nº 11. — »Exultavit et exultat.«
» 1	»	(21292) Gerardum de Prato, Antonium de Parma *etc.* (*vid.* nº 21291) in terras Tartarorum nuncios destinat apostolicos eisque multa concedit privilegia. Kal. Apr. aº 1º. ‖ Wadding l. c. 40; Sbaralea l. c. 289. nº 10; privilegia *ibid.* nº 15—17. — »Aeterni pastoris licet.«
» 4	»	(21293) Quobley (Quolibey *W.*) magno Caano imperatori et moderatori omnium Tartarorum pro eius eiusque populi procuranda salute fratres Gerardum de Prato, Antonium de Parma *etc.* (*vide antea*) mittit, eumque rogat et hortatur, ut illos benigne recipiat eisque super illis, quae ipsi ex parte sedis apostolicae de susceptione baptismi et instructione christianae fidei ac ipsius observantia dixerint, fidem indubitatam adhibeat. II non. Apr. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. § 20; Wadding l. c. 38; Sbaralea l. c. 293. nº 12. — »Plasmator hominis Deus.«

		1278.
Apr.	Romae ap. S. Petrum	(21294) Hieronymo quondam ministro ord. Minor. generali S. R. E. presbytero card. et fratri Iohanni magistro ord. Praedic. iterum mandat, ut Franciae et Castellae reges eorumque subditos a bello et invasione compescant. II non. Apr. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 295. nº 13. — »Felic. record. Iohannis.«
» 4	»	(21295) Eisdem mandat, ut ad eadem iuxta praescriptam formam ipsis a Iohanne pp. XXI traditam procedant. *Dat. ut supra.* ‖ Sbaralea l. c. 296. nº 14. — »Inter cetera quae.«
» 5	»	(21296) Magistro Gerardo de Mutina subdiacono et scriptori suo collectori decimae in Ungaria, Polonia et adiacentibus provinciis Terrae sanctae subsidio deputatae mandat, ut ad executionem huius negotii vigilanter intendat. Non. Apr. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 323. nº 541; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 101. — »Felicis recordationis G(regorius).«
» 5	»	(21297) Abbati et conventui S. Iudoci in Nemore [Sainte-Josse-au-Bois, *hodie* Dommartin] ord. Cisterc. Ambian. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus petere recipere ac retinere possint. Non. Apr. aº 1º. ‖ Beauvillé Docum. inéd. conc. la Picardie II. 48 nº 60, *perperam ad* a. 1277. — »Devotionis vestre precibus.«
» 5	»	(21298) Iacobo electo Upsalensi significat, se (Henrico) Lincopensi et ...... Roskildensi episcopis pallium misisse, ut illud ipsi vice sua assignent et tradant. Non. Apr. aº 1º. ‖ Vastovius Vitis aquil. 187; Liljegren Svenskt diplom. I. 524. nº 641; *epit. in* Neumanni Hist. primat. Lundens. 171; *cf.* Celse Appar. 88. nº 1; Bzovius Ann. ad a. 1278 § 33. XIII. 846. — »Munus confirmationis et.«
» 5	»	(21299) (Henrico) Lincopensi et .... Roskildensi episcopis mandat, ut Iacobo electo Upsalensi, qui se rite ab archiepiscopo Lundensi confirmationem et consecrationem obtinuisse proposuit, pallium quod ipsis per Andream canonicum Upsalensem et Symonem rectorem ecclesiae de Giristum transmittat, assignent. Non. Apr. aº 1º. ‖ Vastovius l. c. 188; Liljegren l. c. 525. nº 642. — »Munus confirmationis et.«
» 5	»	(21300) Andreae canonico Upsalensi et Simoni rectori ecclesiae de Giristum mandat, ut (Henrico) Lincopensi et .... Roskildensi episcopis pallium pro memorato electo tradant. Non. Apr. aº 1º. ‖ Vastovius l. c. 188; Liljegren l. c. 526. nº 643. — »Munus confirmationis et.«
» 6	»	(21301) Tellium electum Bracharensem, ministrum ord. Minor. in regno Castellae, Bracharensi ecclesiae praeficit in archiepiscopum. VIII id. Apr. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 442. nº 5; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 297. nº 18. — »Militanti ecclesiae disponente.«
» 9	»	(21302) Bartholomaeum fratrem ord. Minor. ecclesiae Grossetanae praeficit in episcopum, postulatione a capitulo facta de Bindo de Monte Orgiali eiusdem ecclesiae praeposito non admissa. v id. Apr. aº 1º. ‖ Wadding l. c. 443. nº 6; Sbaralea l. c. 298. nº 19. — »Militanti ecclesiae disponente.«
» 9	(»)	* (21303) Guillelmum ord. Praedic. poenitentiarium suum creat archiepiscopum Corinthiensem eique pallium per manus Iacobi card. tit. S. Mariae in Cosmidin concedit. v id. Apr. 1278. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1278 § 33. XIII. 846.
» 9	(»)	* (21304) Cupiens Terram sanctam e manibus Saracenorum liberare, collectores decimarum in concilio Lugdunensi indictarum in varias mundi partes mittit. v id. Apr. aº 1º. ‖ Bzovius l. c.
» 13	»	(21305) Abbati et conventui monasterii de Neubotle Cisterc. ord. S. Andreae dioc. concedit facultatem utendi de cetero privilegiis et indulgentiis, quibus per simplicitatem et iuris ignorantiam usi non fuerunt temporibus retroactis. Id. Apr. aº 1º. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 206. nº 242. — »Cum sicut ex.«
» 22	»	(21306) Capitulo ecclesiae Glasguensis ius patronatus in parochiali ecclesia de Smalham S. Andreae dioc., quod eis nobilis vir David Olifardi concessit, auctoritate apostolica confirmat. x kal. Mai. aº 1º. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. 193. nº 231; *cf.* p. CXXIV. nº 231. — »Cum a nobis.«
» 22	(»)	* (21307) In quosdam haereticos poenam publicationis bonorum olim, dum congregationi s. inquisitionis praesideret, latam confirmavit, hincque linguas maledicorum in se exacuit, quasi cupiditate rei alienae flagraret et bonis per iniuriam ereptis suos amplificare contenderet. x kal. Mai. aº 1º. ‖ Bzovius Ann. ad a. 1278 § 33. XIII. 846.
» 22	»	(21308) Universis Christifidelibus Gerardum de Prato, Andream de Florentia, Antonium de Parma, Matthaeum de Aretio et Iohannem de S. Agatha ord. Minor. ad partes Tartarorum pro quibusdam ecclesiae Romanae negotiis destinatos commendat. x kal. Mai. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 299. nº 20. — »Cum dilectos filios.«
» 23	»	(21309) Hieronymo fratrum Minorum generali ministro nunciat, se eum in presbyterum cardinalem Romanae ecclesiae duxisse assumendum. Monet eum, ut nihilominus cum Iohanne ord. Praed. magistro negotium commissum (*vid.* 1277. Dec. 2) prosequatur. IX kal. Mai. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Min. V. 48; Ripolli Bullar. Praed. I. 555. nº 4; Ciacconius Vit. pontif. Roman. II. 228; Sbaralea l. c. 299. nº 21. — »Summus omnium magister.«

1278.

Apr. 23	Romae ap. S. Petrum	(21310) Hieronymo quondam Minor. ord. generali ministro S. R. E. presbytero card. et fratri Iohanni magistro ord. Praedic. mandat, ut pacis prosecutioni inter Franciae et Castellae reges acrius insistant; qua recte disposita ad alia se conferant. IX kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 300. n° 22. — »Litterae vestrae circumspectionis.«
» 23	»	(21311) Eidem Hieronymo indulget, ut procurationes et provisiones pro se suoque socio ecclesiarum praelatis et aliis imponere possit. IX kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 301. n° 23. — »Cum olim felicis.«
» 28	»	(21312) Potestatem, consilium et commune Castri s. Sepulchri hortatur, ut castra iura et possessiones Romanae ecclesiae ab eis occupata Petro dicto Saraceno capellano suo Massae Trabariae rectori dimittant et nulla lignamina, quae in Massa Trabaria basilicae Principis apostolorum de Urbe debentur, ulterius succidi et asportari faciant; alioquin poenas refractariis minatur. IV kal. Mai. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 175; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 203. n° 357. — »Commissi nobis officii.«
» 28	»	(21313) Petro dicto Sarraceno capellano suo, rectori Massae Trabariae mandat, ut bona ecclesiae Romanae in Massa Trabaria alienata et distracta ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae revocet. IV kal. Mai. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 203. in n° 357. — »Ad audientiam nostram.«
» 28	»	(21314) Eidem mandat, ut castra Cucholi, s. Paterniani, Roffellae, Montis Botulini .... Ugrumi et s. Agathes a nonnullis occupata ad manus suas recipiat et nomine ecclesiae Romanae illa faciat fideliter custodiri. IV kal. Mai. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 203. in n° 357. — »Cum abbatis de.«
Mai. 2	»	(21315) Abbatissae et conventui monasterii de Panzo Assisinat. ord. s. Ben. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. VI non. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 302. n° 24. — »Cum a nobis.«
» 2	»	(21316) Easdem tuendas suscipit, specialiter autem terras, domos *etc.* eis confirmat. VI non. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 25. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 10	(»)	* (21317) Rotlandum subdiaconum et capellanum suum Spoletanae ecclesiae praeficit in episcopum. VI id. Mai. a° 1278. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1263.
» 11	»	(21318) Abbatissae et conventui monasterii s. Silvestri de Ischieto ord. s. Dam. Urbinat. dioc. omnia privilegia et concessiones confirmat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 303. n° 26. — »Cum a nobis.«
» 11	»	(21319) Abbati et conventui monasterii Bonaespei Praemonstr. ord. Cameracens. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti eis liceat, clausis ianuis *etc.* submissa voce divina officia celebrare. V id. Mai. a° 1°. ‖ Analectes p. serv. à l'hist. eccl. de la Belgique VI. 68, *perperam ad* a. 1280. — »Devotionis vestre precibus.«
» 14	»	(21320) Magistro Iohanni archidiacono Sanctarenensi in ecclesia Ulixbonensi ob memoriam quondam fratris Dominici de ord. Minor. apostolicae sedis poenitentiarii, cuius nepos fuit, archidiaconatum Sanctarenensis ecclesiae confert. II id. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 303. n° 27. — »Adiutos morum et.«
» 15	»	(21321) Campaniae Maritimaeque rectori mandat, moneat episcopum Ferentinum et clerum, ut a molestationibus et iniuriis guardiani et fratrum ordinis Minorum de Ferentino desistant ac ipsis de illatis eis damnis satisfactionem plenariam impendant. Id. Mai. a° 1°. ‖ Casimiro da Roma Memorie 147; Sbaralea l. c. 305. n° 29. — »Significarunt nobis dilecti.«
» 15	»	(21322) Episcopo Caesaraugustano mandat, ut locum Fratrum de Poenitentia Christi civitatis Caesaraugustanae, qui illum deseruerunt, fratribus ordinis Minorum cum iuribus *etc.* conferat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 443. n° 7; Sbaralea l. c. 304. n° 28. — »Sua nobis dilecti.«
» 17	»	(21323) Capitulum generale ordinis Praedicatorum (apud Mediolanum congregandum) benignis invitat hortationibus, ut compagem ordinis in charitatis observantia et unitatis solitae gratia conservent sicque ministerium suum exequantur claris operibus. Universis et singulis de eorum ordine qui ad instans capitulum convenerint, et aliis Christi fidelibus qui congregatis fratribus capitulo durante pietatis suae manus porrexerint adiutrices, indulgentiam 40 dierum elargitur. XVI kal. Iun. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. IV. 1794; Fontana Monum. Dominic. 115; Ripolli Bullar. Praed. I. 556. n° 5. — »Ordo vester institutus.«
» 21	»	(21324) Confirmat ordinem s. Clarae, non obstante constitutione concilii Lugdunensis. XII kal. Iun. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 444. n° 8; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 308. n° 30. — »Mundi spernentes illecebras.«
» 25	»	(21325) Capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe impertitur licentiam vendendi et permutandi certam partem turrium, palatiorum, domorum aliorumque bonorum in Urbe consistentium, quae quondam magister Matthaeus Alperini sedis apostolicae ca-

1278.

		pellanus in suo testamento dictae ecclesiae reliquit. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 175. — »Sicut exhibita nobis.«
Mai. 25	Romae ap. S. Petrum	(21326) Carolo regi Siciliae concedit, ut regimen Urbis usque ad d. 16. mensis Septembris proximo futuri retineat, ita tamen, ut adveniente dicto die regimen praedictum et quodcunque aliud in ipsa Urbe dominium liberum et expeditum omnino dimittat. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 71, *non integra.*
» 28	»	(21327) Decano ecclesiae Leodiensis mandat, ut ea, quae de bonis monasterii Porcetensis Cisterc. ord. Coloniens. dioc. per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. V kal. Iun. a° 1°. ‖ Quix Burtscheid 279. — »Ad audientiam nostram.«
Iun. 1	»	(21328) Electionem Nicolai praepositi ecclesiae Transsilvanae in archiepiscopum Strigoniensem cassat et irritat, ut per provisionem Strigoniensis ecclesiae etiam regni Ungariae dispendiis occurratur. Postulationem quoque Vesprimiensis episcopi non admittit. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 324. n° 542; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 103. — »Dilectis filiis Karacino.«
» 1	(»)	* (21329) Ne Corrado Venostae, Cuman. dioc., insigni haeretico eiusque nepotibus impune sit, quod fr. Paganum ord. Praedic. inquisitorem, dum Conradum captum duceret, in itinere et duos eius notarios occiderit Conradumque ex manibus satellitum eripuerit, eum ac nepotes anathemate percutit et tum Rudolphum imper. tum quosdam proceres Tridentinae diocesis in eos animat. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Bzovius Ann. ad a. 1278 § 33. XIII. 846.
» 5	»	(21330) Benvenutum fratrem Minorum ordinis ecclesiae Eugubinae praeficit in episcopum. Non. Iun. (Iul. *Ugh.*) a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 445. n° 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 309. n° 31; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 645. — »Debitum officii nostri.«
» 5	»	(21331) Conradum ministrum fratrum Minorum superioris Alamanniae, Rodulfi Romanorum regis nuntium de eis instruit, quae cum eodem rege nomine pontificis agat. Non. Iun. a° 1°. ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sedis imperio in urbem Comacli. Append. 54. n° 18; Wadding l. c. 43; Sbaralea l. c. 314. n° 34; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 207. n° 360. — »Cum te ad.«
» 5	»	(21332) R(udolphum) regem Romanorum hortatur, ut quae oratores sui coram Gregorio pp. X praedecessore de manutenendis dominiis Romanae ecclesiae egerint, per suas litteras aurea bulla munitas denuo confirmet. Non. Iun. a° 1°. ‖ (Zaccagni) l. c. 45. n° 15; Sbaralea l. c. 310. n° 32; Theiner l. c. 208. n° 361. — »Intima mentis nostre.«
» 5	»	(21333) Ab eodem petit, ut donationes terrarum a praedecessoribus eius, et praecipue a Ludovico Pio, Ottone et Henrico, ecclesiae Romanae factas cum expressione nominum civitatum, castrorum, villarum atque locorum denuo confirmet. Ne autem rex existimet papam aliquod novum petere, tenores privilegiorum ei transmittit, quorum originalia fratri Conrado nuntio regio inspicienda commiserit. Non. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 57—60; (Zaccagni) l. c. 50. n° 16; Sbaralea l. c. 313. n° 33; Theiner l. c. 210. n° 362. — »Ad tue devotionis.«
» 7	»	(21334) Eundem excitat, ut in die coronationis vel sequenti omnia privilegia per ipsum Romanae confirmata ecclesiae cum consensu principum Alemaniae sub aurea bulla innovet. VII id. Iun. a° 1°. ‖ (Zaccagni) l. c. 53. n° 17; Sbaralea l. c. 316. n° 34; Theiner l. c. 211. n° 363. — »In aliis quae.«
(Ianr. 15- Iun. 7)	»	(21335) Potestati, capitaneo, consilio et communi Bononiae significat, se ad eos mittere Latinum Ostiensem et Vellitrensem episcopum, ut ipsos ad pacem et quietem inducat. *Sine signo chronol.* ‖ Ghirardacci Istor. di Bologna I. 235. — »Civitatem vestram quae.«
» 15	ap. Montem Rosulum	(21336) Laurentio de Tuderto ord. fratr. Praedic. mandat, ut Guidonem comitem de Montefeltro a molestandis fidelibus Romaniolae censura ecclesiastica coerceat. XVII kal. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 212. n° 364; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1278 § 13. XIII. 836 »ap. Montem Rosidum.« — »Sicut nuper ad.«
» 20	Vetrallae	(21337) Raynaldo et Ufreducio natis quondam Ugolini Petri Peregrini de Montorio Narniens. dioc. confirmat Nicolai ord. Minor. inquisitoris haereticae pravitatis sententiam, qua illos a poena, qua propter suorum parentum culpam erant obnoxii, absolvit *etc.* XII kal. Iul. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 446. n° 10; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 316. n° 36. — »Petitio vestra nobis.«
» 20	Viterbii	(21338) Priori (*legas* potestati), capitaneo, consilio et communi Ymolensibus significat, sedem apostolicam reintegratam esse in dominio civitatis Imolae et locorum adiacentium per novam R(odulphi) regis Romanorum confirmationem. XII kal. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 212. n° 365. — »Levantes in circuitu.«
» 20	»	(21339) Giffredo de Anagnia, decano ecclesiae S. Audomari Morinensis dioc. et Iohanni de Viterbio ord. fr. Praed. mandat, ut Bononienses et alias Romaniolae partes ab hostilibus congressibus retrahant atque ad pacis consilia inducant. XII kal. Iul. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 213. n° 366. — »Cum vos ad.«

1278.

Iun. 22 — Viterbii — (21340) Martinum professorem ord. Praedic. poenitentiarium et capellanum suum Gneznensi ecclesiae in archiepiscopum praeficit. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 85. nº 159. — »Licet continuata supervenientium.«

* *In eundem modum verbis competenter mutatis* Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Gneznensis — Clero civitatis et diocesis Gneznensis — Universis vassallis — Universis suffraganeis ecclesiae Gneznensis.

» 22 — » — (21341) Universos duces per Gneznensem provinciam constitutos rogat et hortatur, ut eundem archiepiscopum habeant propensius commendatum atque ei et eidem ecclesiae se favorabiles et benignos exhibeant. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Theiner l. c. *in* nº 159. — »Licet continuata supervenientium.«

» 22 — » — (21342) Potestati, consilio et communi Ariminensibus significat, R(udolfum) regem Romanorum civitatem Ariminensem et nonnulla alia terras et loca partium Romaniolae ac eorum incolas Romanae ecclesiae de novo concessisse ac donasse, se autem Iohanni de Viterbio ord. Praedic. mandasse, ut ibi eiusdem ecclesiae dominium recognosci faciat. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 407; Tonini Rimini III. 599. — »Levantes in circuitu.«

* *In eundem modum* Potestati, capitaneo, consilio et communi Foroliviensibus.
  » » » » » » » Foropopuliensibus. Dat. xii kal. Iul.
  » » » » consilio et communi Caesenatibus.
  » » » » » » » Faventiae.
  » » » » » » » Castri Brittenorii.
  » » » » » » » Cerviensibus.
  » » » Bononiensibus extrinsecis. Dat. x kal. Iul. ‖ Istas litteras portavit fr. Iohannes de Viterbio.
  » » » Potestati, capitaneo, consilio et communi Bononiensibus. Dat. xii kal. Iul.
  » » » » consilio et communi Ravennae,
  » » » Faventinis, Foroliviensibus et Caesenatibus extrinsecis.
  » » » Potestati, capitaneo, consilio et communi Bagnacavalli. ‖ Istas litteras portavit Giffredus decanus. ‖ (Zaccagni) Diss. de s. imp. apost. sedis in urbem Comacli. App. 82—84; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 213. nº 367. — *Cf.* nº 21338.

» 22 — » — (21343) Fratri Iohanni de Viterbio ord. Praed. nuncio suo mandat, ut ad partes Romaniolae se personaliter conferat eiusque incolas ad recognitionem dominii papalis reducat. x kal. Iul. aº 1º. ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sed. imp. in urbem Comacli. Append. 81. nº 27. — »Ad partes Romaniolae.«

* *In eundem modum* Giffrido de Anagnia decano ecclesiae s. Audomari Morinens. dioc. capellano et nuntio suo.

» 22 — » — (21344) Giffrido de Anagnia decano ecclesiae s. Audomari Morinens. dioc. capellano et nuntio suo mandat, ut incolas civitatis Bononiensis ad recognoscendum ecclesiae Romanae dominium solicitis studiis dirigat et efficaciter inducat. x kal. Iul. aº 1º. ‖ Zaccagni l. c. App. 84. — »Levantes in circuitu.«

* *In eundem modum* Iohanni de Viterbio ord. Praedic. nuntio suo.

» 30 — Viterbii in episcopali palatio — (21345) Gotifredus praepositus ecclesiae Soliensis Salzburg. dioc. Rodulphi Romanorum regis clericus et protonotarius *in magno consistorio in praesentia summi pontificis Nicolai pp. III* profitetur, praefatum regem ab invadendis Romanae ecclesiae iuribus abesse animo ac regio nomine extorta ab imperialis sigilli praefecto sacramenta convellit, sancitque Bononienses, Ravennates, Imolenses *etc.* ad sedis apostolicae ditionem revocandos. Aº Dⁱ 1278. ii kal. Iul. indict. VI. pont. Nicolai pp. III. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 53; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 739; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 214 in nº 368.

Iul. 1 — Viterbii — (21346) Eidem significat, suae voluntatis existere, ut iuramenta fidelitatis, quae Rudolphus cancellarius eiusdem regis a Bononiensibus, Imolensibus, Faventinis, Foropopuliensibus, Caesenatibus, Ravennatibus et Forliviensibus ac hominibus Montisferetri, Brittenorii, Ariminensibus et Urbinatibus *etc.* pro ipso rege sibi fecerit exhiberi, per eum vel alium habentem ad hoc ab eodem rege mandatum remittantur et penitus revocentur. Kal. Iul. aº 1º. ‖ (Zaccagni) Diss. de s. imp. apost. sed. in urb. Comacli. Append. 80. nº 26. — »Sicut communis tenet.«

» 1 — » — (21347) Archiepiscopo Auxitano, priori Praedicatorum de Morlanis et guardiano Nugarolensi Minor. ord. mandata dat super matrimonio inter Fortium de Salis laicum Auxitan. dioc. et Iulianam quondam contracto. Kal. Iul. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 320. nº 37. — »Sua nobis dilectus.«

» 2 — » — (21348) Abbatissae et conventui monasterii s. Claudii iuxta flumen Topini extra muros Fulginatenses omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. vi non. Iul. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 61; Sbaralea l. c. nº 38. — »Cum a nobis.«

1278.

Iul. 6 — Viterbii — (21349) (Hermanno) episcopo et (Hinrico) archidiacono Stetinensi Caminensibus mandat, moneant Borchardum episcopum, Nicolaum praepositum, Nicolaum decanum et capitulum Lubicenses, ut infra 10 dies sententias et processus improvide habitos contra priorem, guardianum et fratres Praedicatorum et Minorum ordinum Lubicenses revocent et infra duos menses per procuratores idoneos super praedictis sufficienter instructos cum omnibus iuribus et munimentis suis compareant coram papa. ii non. Iul. aº 1º. Cod. dipl. Lubec. 1. Abth. IV. vi. nº 5. — »Gravem ad nos.« *Cf.* nº 21352.

» 6 — » — (21350) Episcopo Cameracensi, abbati monasterii de S. Aceolo Ambianens. dioc. et custodi ord. Minor. Cameracensi mandat, ut, si expedire viderint, resignationem Walterii abbatis monasterii s. Auberti Cameracensis ord. s. Aug. recipiant. ii non. Iul. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 320. nº 39. — »Ex parte dilecti.«

» 7 — » — (21351) Archiepiscopo Atheniensi, priori Praedicatorum ac ministro Minorum ord. provincialibus Graeciae pro relaxatione matrimonii inter Iohannem de S. Ademaro marescallum principatus Achaiae et Catharinam nepotem quondam Guillelmi principis Achaiae, relictam quondam Guillelmi dicti de Verona militis, tunc viduam contracti disquisitionem committit. Non. Iul. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 321. nº 40. — »Lecta nobis dilecti.«

» 7 — » — (21352) (Hermanno) episcopo Caminensi mandat, moneat Giselbertum archiepiscopum Bremensem, ut sententias a Borchardo episcopo Lubicensi contra guardianum et fratres ordinis Minorum Lubicenses latas et ab ipso loci metropolitano approbatas infra 15 dies revocet, *etc.* Non. Iul. aº 1º. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 259. nº 266. — »Gravem dilectorum filiorum. *Cf.* nº 21349.

» 7 — » — (21353) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. Non. Iul. aº 1º. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 66. nº 68. — »Cum a nobis.«

» 7 — » — * (21354) Abbati et conventui monasterii de Castellariis Cisterc. ord. Pictavens. dioc. idem confirmat. ‖ Duval Cartul. des Chatelliers 104. nº 96.

» 7 — (») — Benvenutum ex ord. Francisc. creat in episcopum Eugubinum. Non. Iul. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 645, *vid.* 1278. Iun. 5. nº 21330.

» 8 — » — (21356) Hieronymo presbytero cardinali mandat, ut, donec circa id aliter provisum extiterit, ministri generalis ord. Minor. officium exerceat. viii id. Iul. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 49; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 322. nº 41. — »Prudentiae tuae circumspectam.«

» 12 — » — (21357) Ministro Siciliae et fratribus ord. Minor. Cataniensibus locum, qui Castrum Ursinum vulgariter nuncupatur, eis ab Alexandro IV confirmatum denuo confirmat. iv id. Iul. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. nº 42. — »Petitio vestra nobis.«

» 13 — » — (21358) Abbati S. Petri Salzeburgensis committit causam abbatis conventusque monasterii in Seeon contra priorem conventumque monasterii in Seemannshausen ord. s. Aug., Fridericum et Conradum de Vreuntsperch fratres *etc.* laicos super terris *etc.* vertentem diiudicandam. iii id. Iul. aº 1º. ‖ Mon. Boica II. 138. nº 13; *cf.* Lang Regesta IV. 68. — »Conquesti sunt nobis.«

» 15 — » — (21359) (Philippo) regi Franciae significat, se pro pace inter eum et (Alphonsum) regem Castellae firmanda Gerardum basilicae xii apostolorum presb. card. ad Tholosanam civitatem destinare, ut ibi cum Hieronymo presb. card. et Iohanne Ierosolymitano electo nunciis apostolicis conveniat et una cum eis, comparentibus solemnibus nunciis utriusque regis, tam necessarium negotium prosequatur. Obsecrat regem, ut nuncios super toto negotio, specialiter super treugua et vista plene instructos mittere minime omittat. Id. Iul. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 323. nº 43; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 24. — »Iacta per inimicum.«

» 15 — » — (21360) Fidesmidum (Fidesmundum *U.*) canonicum Fanensis ecclesiae per viam compromissi a capitulo electum in Fanensem episcopum confirmat. Id. Iul. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 324. nº 44; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 666. — »Rationis oculis intuentes.«

» 18 — » — (21361) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. xv kal. Aug. aº 1º. ‖ Strehlke Tab. 423. nº 657; de Geer Archieven I. 95. nº 109. — »Cum a nobis.«

» 18 — » — (21362) Constitutionem super electione senatoris Urbis facienda sancit. xv kal. Aug. aº 1º. Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 74; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 216. nº 371; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 42. nº 2. — »Fundamenta militantis ecclesie.«

» 23 — » — (21363) Fratri Sinibaldo de ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis mandat, ut contra Pandulphum militem, Stephanum Pandulphum et Petrum filios quondam Porcarii de Syriano haereseos labe conspersos *etc.* spiritualiter et temporaliter procedat. x kal. Aug. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 449. nº 11; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 328. nº 46. — »Cum sicut nosti.«

		1278.
Iul. 23	Viterbii	(21364) Sydoniensi et Beritensi episcopis mandat, ut episcopum Anteradensem Tripolitani episcopi persecutorem ad comparendum coram papa citent. x kal. Aug. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 326. nº 45. — »Querelam gravem venerabilis.«
» 24	»	(21365) Urso de filiis Ursi de Urbe marescallo suo rectori patrimonii b. Petri in Tuscia mandat, ut contra haereticos in Castro de Soriano hostiliter agat, cum Sinibaldi inquisitoris contra eosdem processus ei nil deroget. ix kal. Aug. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 329. nº 47. — »Cum ad recuperationem.«
» 27	»	(21366) L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo ac I(acobo) S. Mariae in Via lata diacono cardinali regimen Urbis committit. vi kal. Aug. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 76; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 215. nº 370. — »Almе Urbis gesta.«
» 29	Viterbii in episcopali palatio in camera domini papae	(21367) Antolinus de Manzolino doctor legum et Liazarinus de Liazarinis sindici civitatis Bononiae protestantur per recognitionem dominii nomine potestatis et communis pro ipsa civitate »quod civitas Bononiae et eius territorium ad b. Petrum coelestis regni clavigerum et ad vos, sanctissime pater domine Nicolae papa III . . . integre pertineat« . . . ‖ Ghirardacci Hist. di Bologna I. 234.
» 30	Viterbii	(21368) Magistro Girardino de Mutina subdiacono et scriptori suo collectori decimae in Ungaria et Polonia pro Terrae sanctae subsidio concedit facultatem, cum propter turbationem et guerrarum discrimina in Ungaria et Polonia frequentia praefatum subsidium quovis modo diminui possit aut etiam impediri, compellendi archiepiscopos, episcopos *etc.*, ut huiusmodi pecuniam tam collectam quam colligendam ad Zagrabiensem vel Signiensem civitates suis periculis et expensis deferant. iii kal. Aug. aº 1º. ‖ Katona Hist. crit. VII. 769; Fejér Cod. dipl. V. ii. 461; Theiner Mon. Hungar. I. 327. nº 543. — »Cum sicut accepimus.«
» 31	»	(21369) Abbati monasterii s. Laurentii, Florio de Doaria et Gerardo de Trecio canonicis Cremonensibus mandat, ut controversiam inter priorem et conventum monasterii de Nonantula ord. s. Ben. ex parte una et potestatem consilium et commune civitatis Mutinensis super temporali iurisdictione Nonantulae, Roncalii et quorundam aliorum castrorum et villarum Mutinensis diocesis vertentem disceptent. ii kal. Aug. aº 1º. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 390. nº 480. — »Significarunt nobis dilecti.«
(Aug. ine.)	(»)	(21370) Giffrido de Anagnia decano ecclesiae s. Audomari Morinens. dioc. capellano suo et fratri Iohanni de Viterbio ord. Praedic. significat, nuper commune Bononiense per speciales syndicos recognovisse ecclesiae Romanae dominium. Monet eos, procurent ut potestas, capitaneus, consilium et commune Bononienses omnia facta per syndicos memoratos in concione publica ad sonum campanae congregata publice ratificent. *Sine signo chronol.* ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sedis imp. in urb. Comacli. App. 85. — »Expedit vestram non.«
		* *In eundem modum* Eisdem, nuper potestates . . . civitatum . . . Romaniolae . . . . ‖ *Ibid.* 86.
(»)	(»)	(21371) Potestati, capitaneo . . et communi Bononiensibus de superiore epistola significat eosque rogat, ut mandatis praefatorum nuntiorum circa ratificationem pareant. *Sine nota chronol.* ‖ Zaccagni l. c. 87. — »Omnipotens dominus ecclesiam.«
(»)	»	(21372) Giffrido de Anagnia decano . . . . et Guillelmo Duranti capellanis suis ac Iohanni de Viterbio et Laurentio de Tuderto ord. Praedic. mandat, ut instrumenta et alias scripturas pro recognitione, iuramenti exhibitione a Bononiensibus et Romaniolae incolis facienda per notos tabelliones publicos conscribi fideliter faciant. *Sine nota chronol.* ‖ Zaccagni l. c. 88. — »Cum vos ad.«
Aug. 1	»	(21373) (Edwardo) regi Angliae scribit, se, ut ad passagium in Terrae sanctae subsidium se possit praeparare commodius, post eius crucesignationem ei 25000 marcarum de collecta pecunia decimae ecclesiasticorum reddituum regni Angliae intendere assignare; sibi autem reservat, ut tam ante concessionem decimae quam etiam post de ipsa decima libere disponere valeat. Kal. Aug. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. ii. 173. — »Dilecti filii frater.«
» 1	»	(21374) Eidem, qui postulaverat ut census annuus mille marcarum sterlingorum per manus aliquorum abbatum et priorum regni sui, quorum monasteriis paratus sit ad id sufficientes possessiones et redditus assignare, de cetero persolvatur, minime consentit. Kal. Aug. aº 1º. ‖ Rymer l. c. 174; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1278 § 22. XIII. 840. — »Dilecti filii frater.«
» 1	»	(21375) Eidem, qui armorum suorum potentiam reparandis Terrae sanctae rebus devoverat et missis ad sedem apostolicam nuntiis se crucem esse accepturum spopondit, si decimam ecclesiasticorum reddituum regni Angliae ad sumptus bellicosos tolerandos ei adscriberet, respondet, se ea lege ipsi decimas assignaturum esse, ut ad eas refundendas se obstringat, si expeditionem non conficiat. Kal. Aug. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1278 § 82; Ripolli Bullar. Praed. I. 557. nº 6; *cf.* Bzovius l. c. § 22. XIII. 840. — »Dilectus filius frater.«

		1278.
Aug. 1	(Viterbii)	* (21376) Iohannem Derlenthonium ord. Praedic. ac magistros Henricum et Guillelmum regis Angliae nuncios audit postulatisque regiis satisfacit. Kal. Aug. aº 1º. ‖ Bzovius l. c. § 33. XIII. 846.
» 2	»	(21377) Monasterium monialium de Altenmunster ord. s. Ben. Frisingens. dioc. protegendum suscipit, bona et possessiones confirmat. iv non. Aug. indict. VI. incarn. dom. aº 1278. pont. aº 1º. ‖ Mon. Boica X. 331; *cf.* Lang Regesta IV. 70. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 2	»	(21378) P(etrum) Soranensem episcopum ad ecclesiam Reatinam transfert. iv non. Aug. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 330. nº 48; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 1246. — »In supremae specula.«
» 3	»	(21379) »Non enim intendimus, quod iidem nostri processus tales existant, quod ex eis posset convinci vel adverti, quod de ipsa electione (*i. e.* senatoris Urbis) nos intromittere quoquomodo velimus, vel super hoc aliquod ius seu possessionem accipere vel — vendicare. Nam ob id possit tunc nos magnum scandalum populi formidari quicunque in dicta electione subsequeretur eventus.« ‖ Gregorovius Gesch. der Stadt Rom V. (1865.) 476. not. 1 ex cod. Vatic. nº 3980 ep. 15, *fragm.*
» 3	»	(21380) Abbati et conventui monasterii in Lucka [Loccum] Cisterc. ord. Myndens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. iii non. Aug. aº 1º. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. III. 238. — »Solet annuere sedes.«
» 3	»	(21381) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut ad concordiam reformandam inter Franciae et Castellae reges diligentem operam impendat *etc.* iii non. Aug. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 331. nº 49. — »Superseminata per inimicum.«
» 4	»	(21382) (Alberto) ministro ord. Minor. in provincia Austriae mandat, ut ipse aliique fratres eiusdem ordinis concionibus et aliis modis conversioni Iudaeorum incumbant. ii non. Aug. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 331. nº 50. — »Vineam Soreth velut.«
» 4	»	(21383) Priori provinciali Praedic. ord. in Lombardia idem mandat. ii non. Aug. aº 1º. Cherubini Bullar. I. 143; Bzovius Ann. ad a. 1278 § 29. XIII. 844; Matthaeus Summa 27; Ripolli Bullar. Praed. I. 558. nº 7; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 45. nº 3. — »Vineam Soreth velut.«
		* *In eundem modum* Generali ordinis Praedicatorum. ‖ Septim. Decret. lib. 5. tit. 1 *de Iudaeis* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. append. 129.
» 4	»	(21384) Abbati et capitulo (?) monasterii Chotbitcensis [Göttweig] ord. s. Ben. Pataviens. dioc. omnes libertates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. ii non. Aug. aº 1º. ‖ Karlin Saalbuch von Göttweig (Font. rer. Austr. 2. Abth. VIII.) 326. — »Cum a nobis.«
» 4	»	* (21385) Hugoni episcopo Troiano pallium transmittit, ii non. Aug. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1346. — »Cum pallium.«
» 5	»	(21386) G(erardo) basilicae XII apostolorum presbytero card. ad transmontanas partes fiducialiter destinato concedit, ut opera fratrum quorumlibet ordinum utatur. Non. Aug. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 333. nº 51. — »Magna tuae circumspectionis.«
» 5	»	(21387) Omnibus Christifidelibus, qui de bonis suis duos florenos auri Aragoniae vel eius pretium aequivalens ordini b. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum pro redimendis christianis captivis de manibus Sarracenorum contulerint, concedit, ut possint eligere idoneum confessorem, qui ipsos absolvat ab omnibus peccatis suis semel in vita et in mortis articulo toties, quoties fuerint constituti. Non. Aug. aº 1º. ‖ Linás Bullar. 24. — »Cum igitur magister.«
» 8	»	(21388) Monasterio monialium s. Clarae Assisinatis omnia privilegia confirmat. vi id. Aug. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 334. nº 52. — »Cum a nobis.«
» 9	»	(21389) G(erardo) basilicae XII apostolorum, Hieronymo S. R. E. presbyteris cardinalibus et Iohanni Hierosolymitano electo mandat, ut negotium pacis inter Franciae et Castellae ac Legionis reges etiam seiunctim peragant. v id. Aug. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. nº 53. — »Ad tollendam inter.«
» 9	»	(21390) Fratrem Thomam ord. Minor. Nepesinae ecclesiae praeficit in episcopum. v id. Aug. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 450. nº 12; Sbaralea l. c. nº 54; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 1029. — »Militanti ecclesiae disponente.«
» 10	»	(21391) Magistro Stephano decano Laudunensis ecclesiae, quem capitulum sede vacante in decanum eiusdem ecclesiae unanimiter elegerat, decanatum confirmat. iv id. Aug. (aº 1º). ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 574. — »In nostra proposuisti.«
» 12	»	(21392) Londoniensi et Herefordensi episcopis ac magistro Ardicioni capellano et nuncio suo in Anglia et Iohanni de Derlenton fratri ord. Praedic. significat, se, si (Edwardus)

1278.

rex Angliae transfretaverit in subsidium Terrae sanctae, concessisse eidem decimam ecclesiasticorum redditum sub forma in eadem bulla contenta. II id. Aug. a° 1°. ‖ Rymer Foed. l. II. 174. — »Nuper tu fili.«

Aug. 13 Viterbii — * (21393) Confirmat monasterii s. Mariae in Rotenburg libertates. Id. Aug. a° 1°. ‖ Lang Regesta IV. 73.

» 18 » — (21394) Olonensi (episcopo), priori Praedic. et guardiano Minor. ordinum de Clarentia Olonen. dioc. mandat, ut postulationem Haymonis episcopi Lacedaemonensis in Coronensem episcopum examinent et, si iuri consistat, confirment. xv kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 335. n° 55. — »Transmissa nobis dilecti.«

» 18 » — (21395) Abbati monasterii s. Andreae Mantuani, custodi fratrum Minorum custodiae Veronensis ac fratri Philippo ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in marchia Tervisina mandat, praecipiant districte potestati, capitaneo, consiliariis ... et communi civitatis Veronensis sub debito praestiti iuramenti, quod nunquam alicui imperatori, regi aut cuilibet principi vel civitati aut personae singulari, qui sint inimici ecclesiae Romanae, adhaerebunt nec cum ipsis pactum vel societatem aut confoederationem inient *etc.* xv kal. Sept. a° 1°. ‖ Biancolini Serie dei vescovi di Verona 99. n° 24; Sbaralea l. c. 336. n° 56; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 77. — »Mansuetudinis apostolice plenitudo.«

» 18 » — (21396) Episcopo Albensi, ministro provinciae Ianuensis ac fratri Nicolao de Monte Calerio ord. Minor. mandat, ut id ipsum cum Astentibus fiat. xv kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 338. n° 57. — »Mansuetudinis apostolicae plenitudo.«

» 19 » — (21397) Abbati et conventui monasterii in Lucka [Loccum] Cisterc. ord. Mindens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a liberis personis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus dumtaxat exceptis, petere, recipere ac retinere possint. xiv kal. Sept. a° 1°. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. III. 238. — »Deuotionis uestre precibus.«

» 19 » — (21398) Archipresbytero Veronensi, Petrino de Saviela canonico Mantuano subdiacono et capellano suo ac custodi fratrum Minorum custodiae Veronensis praescribit conditiones, quibus adimplendis Mantuanos excommunicatos pro eo quod monachos S. Andreae violenter eiecerant e civitate, a censuris ecclesiasticis absolvant *etc.* xiv kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 339. n° 58. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 20 » — (21399) (Aymoni) episcopo, abbati S. Andreae Vercellensibus ac ministro ord. Minor. provinciae Ianuensis praescribit, quibus conditionibus Guillelmum marchionem Montisferrati a sententiis ecclesiasticis absolvere possint. xiii kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 340. n° 59. — »Romana mater ecclesia.«

» 22 » — (21400) (Philippum) regem Franciae hortatur, concedat ut S(imon) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legatus canonicum Laudunensem, qui nimis inconsulte de ipso rege oblocutus fuerat, ex regno sine offensae alicuius iniuria educat. xi kal. Sept. (a° 1°). ‖ Martene Ampl. collect. II. 1276 bis. — »Amaritudinem gravem quam.«

» 23 » — (21401) Eidem significat, collationem praebendae ab eo facta in ecclesia Laudunensi sede vacante nullas vires obtinere posse. x kal. Sept. a° 1°. ‖ Martene l. c. 1276. — »Praesentatae nobis regiae.«

Sept. 1 » — (21402) Magistro et fratribus s. Mariae de Mercede Captivorum ord. s. Aug. omnes libertates et immunitates confirmat. Kal. Sept. a° 1°. ‖ Linâs Bullar. 25. — »Solet annuere sedes.«

» 5 » — (21403) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae Suessionensis ord. s. Ben. concedit facultatem utendi de cetero illis privilegiis et indulgentiis, quibus propter simplicitatem et iuris ignorantiam usae non fuerint temporibus retroactis. Non. Sept. a° 1°. ‖ (Germain) Hist. de l'abb. de Notre-Dame de Soissons 468, *ubi* Nicolao IV *perperam adscribitur.* — »Cum sicut ex.«

» 5 » — (21404) Abbati monasterii s. Ambrosii, archipresbytero ecclesiae ac ministro ord. Minor. provinciae Mediolanensis praescribit, quibus pactis observatis Novarienses excommunicatos pro eo, quod milites Hispanos tunc existentes in Lombardia contra inhibitionem sedis apostolicae receptarant, a censuris absolvere valeant. Non. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 341. n° 60. — »Sedes apostolica circa.«

» 5 » — (21405) S. Michaelis de Podio Borazii et de Correa monasteriorum abbatibus Florentin. et Vulterran. diocc. ac guardiano fratrum Minorum Florentinorum mandat, ut de indigentia monasterii s. Salvatoris de Spongia ord. s. Ben. Wulterran. dioc. inquirant. Non. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 342. n° 61. — »Exposuerunt nobis dilecti.«

» 12 » — (21406) Magistro Raymundo Augerii decano ecclesiae Aniciensis capellano suo inquisitionem vitae G(uidolini) olim ordinis Minorum in abbatem monasterii de Nonantula ord. s. Ben. electi committit. II id. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 343. n° 62. — »Olim monasterio de.«

» 13 » — (21407) Philippo regi Francorum indulget, ut clerici capellae infra septa domus regiae Parisius consistentis possint a quibuscumque maluerint catholicis episcopis vel aliis

1278.

praelatis conferendi ordines potestatem habentibus, si ab illo qui praesit eis in eadem capella vel alias canonice fuerint praesentati, ad omnes ordines promoveri. Id. Sept. a° 1°. ‖ Felibien Hist. de la ville de Paris V. 607. — »Ut eo ferventius.«

Sept. 16 Viterbii — (21408) L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut castra in Tuscia a vicario regis Siciliae ecclesiae Romanae dimissa recipiat et providis viris custodienda tradat. xvi kal. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 68, *non integra*; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 218. n° 372. — »Carissimus in Christo.«

» 16 » — (21409) Raymundo de Poncellis regio in Tuscia vicario mandat, ut dimissa vel restituta a rege Siciliae castra in Tuscia L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo cardinali legato tradat. xvi kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 373. — »Carissimus in Christo.«

» 17 » — (21410) Archipresbyteris Raynerio de Montemagno et Ubaldo canonicis ecclesiae Lucanae mandat, ut in causa fratrum ord. Minor. Pisarum et Guidonis Zaconis civis Pisani, qui papae suggesserat, quod praedicti fratres Iohannem clericum filium suum seduxerant, statuant quod canonicum fuerit. xv kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 345. n° 63. — »Sua nobis dilecti.«

» 20 (») — * (21411) Epistola contra Orlandum Narniensem episcopum dilapidatorem bonorum ecclesiae ad magistrum Nicolaum de Camillo apostolicum capellanum. xii kal. Oct. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1018.

» 22 » — (21412) Philippo episcopo Firmano plenae legationis officium committit in regno Ungariae, ac Poloniae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Lodomeriae, Gallitiae (Galatiae *Rayn.*) et Cumaniae partibus illi conterminis. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 327. n° 544; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 110; *non integra* ap. Kollar Hist. iur. patron. 173; ap. Raynald. Ann. ad a. 1278 § 23; ap. Fejér Cod. dipl. V. II. 485. — »In eminenti sedis.«

» 22 » — (21413) R(udolpho) regi Romanorum scribit, se Philippum episcopum Firmanum apostolicae sedis legatum ad Ungariae, Poloniae *etc.* partes pro statu pacifico (Ladislai) Ungariae regis et aliarum partium earundem, commisso ei plenae legationis officio, destinare. Rogat eum et hortatur, ut se illi benivolum verbo constituat et vultu serenum. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 330. n° 547; Mon. Hung. hist. l. c. 113. — »Respicimus personam, cuius.«

* *In eundem modum* Reginae Romanorum.

» 22 » — (21414) (Ladislao) regi Ungariae scribit de eodem argumento eumque rogat et obsecrat, ut eundem episcopum benigne recipiat et honeste pertractet. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 329. n° 546; Mon. Hung. hist. l. c. 114. — »In eminenti sedis.«

» 22 » — (21415) (Elisabethae) reginae Ungariae scribit de eodem argumento et in eundem modum. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 329 in n° 546; Mon. Hung. hist. l. c. 118. — »In eminenti sedis.«

» 22 » — (21416) Regi Serviae significat de eodem argumento et in eundem modum. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 329 in n° 546; Mon. Hung. hist. l. c. 121. — »In eminenti sedis.«

» 22 » — (21417) Duci Sclavoniae scribit in eundem modum de eodem argumento. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 329 in n° 546; Mon. Hung. hist. l. c. 124. — »In eminenti sedis.«

» 22 » — (21418) Universis archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, prioribus .... et aliis ecclesiarum praelatis sive rectoribus earumque conventibus et collegiis per regnum Ungariae ac partes Poloniae, Dalmatiae, Croaciae, Ramae, Serviae, Lodomeriae, Galliciae et Cumaniae constitutis idem scribit. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 328. n° 544; Mon. Hung. hist. l. c. 128. — »In eminenti sedis.«

» 22 » — (21419) Universis comitibus et militibus ac populis sive comitatibus civitatum, castrorum et aliorum locorum per regnum Ungariae ac partes Poloniae *etc.* constitutis de eodem argumento significat eosque rogat et obsecrat, ut legati apostolicae sedis monitis et consiliis acquiescere studeant. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 329 in n° 546; Mon. Hung. hist. l. c. 131. — »In eminenti sedis.«

» 22 » — (21420) Philippo episcopo Firmano apostolicae sedis legato indulget, ut clerici, qui cum eo moram traxerint hac legatione durante vel alibi de mandato eius laboraverint pro negotiis ei commissis, proventus beneficiorum, dignitatum et personatuum suorum, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum ea integritate percipiant, cum qua illos perciperent, si personaliter in ecclesiis, in quibus dignitates, personatus et beneficia ipsa obtinent, residerent. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 330. n° 548; Mon. Hung. hist. l. c. 135. — »Cum te ad.«

» 22 » — (21421) Iacobo S. Mariae in Via lata diacono cardinali de superiore ad Philippum episcopum epistola certiorem reddit eique mandat, faciat ut proventus huiusmodi dictis clericis iuxta concessionis tenorem integre ministrentur. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 330 in n° 548; Mon. Hung. hist. l. c. 136. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 22 » — (21422) Philippo episcopo Firmano apostolicae sedis legato tenore praesentium, ut officii executio ei sit libera et submotis difficultatibus ac impedimentis quibuslibet expedita,

1278.

declarat, »quod nostrae intentionis et voluntatis existit, quod per praedicta, quae tibi specialiter sunt commissa, his quae tibi ratione legationis competunt, in nullo penitus derogatur.« x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 330. n° 549; Mon. Hung. hist. l. c. 137. — »Prosperum statum carissimi.«

Sept. 22 Viterbii (21423) Eidem indulget, ut quandocunque et quotiescunque voluerit aliquem presbyterum saecularem vel religiosum in confessorem suum possit eligere. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 331; Mon. Hung. hist. l. c. 139. — »Ut favorem quo.«

» 22 » (21424) Eidem concedit liberam facultatem exercendi libere censuram ecclesiasticam in archiepiscopos et episcopos ac in cathedralium *etc.* praelatos et clericos, conventus et capitula, necnon reges, comites *etc.* illarum partium *etc.* et terras legationis eiusdem. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 331; Mon. Hung. hist. l. c. 138. — »Prosperum statum carissimi.«

» 22 » (21425) Eidem concedit liberam facultatem concedendi licentiam novem mulieribus, »quod earum quaelibet cum decenti comitiva mulierum semel in anno, durante eius legatione, possit monasteria quorumcunque ordinum eiusdem legationis causa devotionis intrare.« x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 331; Mon. Hung. hist. l. c. 140. — »Consuevit interdum apostolica.«

» 22 » (21426) Eidem concedit liberam facultatem testandi, ordinandi et disponendi de libris et bonis suis aliis mobilibus. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 331; Mon. Hung. hist. l. c. 141. — »Quia fragilitas humane.«

» 22 » (21427) Eidem concedit liberam facultatem absolvendi eos in terris suae legationis, qui per iudices a sede apostolica delegatos et subdelegatos sunt excommunicationum sententiis innodati, qui autem commode non possunt absolvi pro eo, quod aliqui iudicum ipsorum, quibus in hoc alii non succedunt, viam sunt universae carnis ingressi. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 331; Mon. Hung. hist. l. c. 141. — »Ad audientiam nostram.«

» 22 » (21428) Eidem concedit plenam potestatem vocandi pro expediendis suis negotiis ad se quoscumque Praedicatorum, Minorum et aliorum ordinum fratres suae legationis, necnon dandi illis licentiam ingrediendi cum ipso monasteria monialium, equitandi et vescendi carnibus. x (xi *male Th.*) kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 332; Mon. Hung. hist. l. c. 142. — »Ut in commissis.«

» 22 » (21429) Eidem concedit liberam facultatem faciendi recipi 15 clericos suos in totidem ecclesiis tam cathedralibus quam aliis suae legationis, videlicet singulos in singulis, in canonicos ac providendi eis de praebendis. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 332; Mon. Hung. hist. l. c. 143. — »Tuam volentes honorare.«

» 22 » (21430) Eidem concedit liberam et plenam potestatem privandi clericos saeculares suae legationis, quibus apostolica sedes benignam se exhibuit tam super provisione eis facienda de beneficiis ecclesiasticis, quam super aliis gratiis, quos autem indevotos, ingratos et inobedientes invenerit, omnibus gratiis ab eadem sede concessis. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 332; Mon. Hung. hist. l. c. 144. — »Cum te ad.«

» 22 » (21431) Eidem concedit, ut vere poenitentibus et confessis, qui ad fabricas ecclesiarum suae legationis manum porrexerint adiutricem, indulgentiam 10 vel 20, 30 vel 40 dierum largiatur. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 332; Mon. Hung. hist. l. c. 145. — »Cum te ad.«

» 22 » (21432) Eidem concedit, ut cum quibuslibet religiosis personis suae legationis, quae dato aliquo pro acquirendis vel recepto pro exhibendis locis in monasteriis commiserunt symoniacam pravitatem, possit dispensare. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 333; Mon. Hung. hist. l. c. 146. — »Cum te ad.«

» 22 » (21433) Eidem mandat, ut, cum Strigoniensis ecclesia sit ad praesens pastoris solatio destituta, domos, munitiones, castra *etc.* ad archiepiscopalem sedem Strigoniensem spectantes recipiat ad manus suas et fructus, redditus et proventus ad opus futuri archiepiscopi deponat in aliquo tuto loco. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 333; Mon. Hung. hist. l. c. 147. — »Cum te ad.«

» 22 » (21434) Eidem concedit, ut, si fuerit partes suae legationis ingressus et ex aliqua causa vel ex improviso eventu postmodum illas egredi eum forte contigerit et in vicinis partibus commorari, possit semel iterum et quotiens opportunum fuerit, reingredi ad easdem et tam intra ipsas quam extra officium legationis in omnibus exercere. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 333; Mon. Hung. hist. l. c. 148. — »Cum te ad.«

» 22 » (21435) Eidem plenam concedit facultatem, ut procurationes sibi debitas eadem legatione durante tam in absentia quam in praesentia petere ac recipere possit. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 333; Mon. Hung. hist. l. c. 149. — »Cum te ad.«

» 22 » (21436) Eidem plenam concedit potestatem compellendi quoslibet praelatos necnon regulares Cistercienses, Praemonstratenses, Cluniacenses et alios ordines, magistros quoque priores et fratres s. Iohannis Ierosolymitani, militiae Templi et aliorum hospitalium

1278.

sive domorum et alias ecclesiasticas personas cathedralium *etc.* per censuram ecclesiasticam ad contribuendum in procurationibus ipsi debitis. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 333; Mon. Hung. hist. l. c. 149. — »Cum te ad.«

Sept. 22 Viterbii (21437) Eidem concedit, ut evectiones, quos commissis sibi negotiis viderit expedire, ducere libere possit, constitutione generalis concilii non obstante. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 333; Mon. Hung. hist. l. c. 150. — »Cum te ad.«

» 22 » (21438) Eidem plenam concedit potestatem privandi quoslibet religiosos cuiuscumque ordinis, qui super illis quae spectant ad eius legationis officium, eius monitis plenarie parere contempserint, omnibus indulgentiis et privilegiis ipsis ab apostolica sede concessis. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 334; Mon. Hung. hist. l. c. 151. — »Cum te ad.«

» 22 » (21439) Eidem liberam concedit facultatem absolvendi clericos et laicos utriusque sexus ab excommunicationum sententiis, quas pro eo quod Sarracenis arma et alia prohibita detulerunt, incurrisse noscuntur. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 334; Mon. Hung. hist. l. c. 152. — »Cum te ad.«

» 22 » (21440) Eidem concedit, ut, quotiescumque eum contigerit proponere verbum Dei, consecrare altaria vel ecclesias aut moniales benedicere *etc.*, indulgentiam 100 aut unius anni et sex dierum omnibus vere poenitentibus et confessis, qui huiusmodi propositioni, consecrationi, benedictioni *etc.* interfuerint, elargiatur. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 334; Mon. Hung. hist. l. c. 152. — »Cum te ad.«

» 22 » (21441) Eidem concedit plenam facultatem concedendi tabellionatus officium iuxta formam, quam in hoc Romana servat ecclesia, tribus vel quatuor personis idoneis. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 334; Mon. Hung. hist. l. c. 153. — »Cum te ad.«

» 22 » (21442) Eidem liberam concedit facultatem dispensandi cum ecclesiarum praelatis et personis ecclesiasticis suae legationis super irregularitate quam contraxerint legatione durante ferendo in alios contra constitutionem Innocentii pp. praedecessoris super hoc editam excommunicationis sententiam sine scriptis. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 334; Mon. Hung. hist. l. c. 154. — »Cum te ad.«

» 22 » (21443) Eidem liberam concedit facultatem providendi 100 personis idoneis in ecclesiis suae legationis cathedralibus et aliis de beneficiis ecclesiasticis, praebendis, personatibus et dignitatibus cum cura et sine cura, et faciendi personas ipsas in ecclesiis recipi in canonicos vel clericos, non obstante statuto ecclesiarum ipsarum de certo canonicorum vel clericorum numero *etc.* x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 334; Mon. Hung. hist. l. c. 155. — »Cum te ad.«

» 22 » (21444) Eidem liberam concedit facultatem dispensandi cum personis ecclesiasticis, religiosis et saecularibus suae legationis super irregularitate, quam contraxerunt legatione durante ex eo, quod excommunicatae receperunt ordines et ministrarunt in eisdem, aut excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiis innodatae divina officia celebrarunt. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 335; Mon. Hung. hist. l. c. 156. — »Cum te ad.«

» 22 » (21445) Eidem plenam et liberam concedit potestatem amovendi a beneficiis, personatibus et dignitatibus ecclesiasticis, quoscumque in sua legatione illa invenerit minus canonice obtinere, ipsaque personis idoneis conferendi. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 335; Mon. Hung. hist. l. c. 157. — »Cum te ad.«

» 22 » (21446) Eidem plenam concedit facultatem dispensandi cum clericis suae legationis de soluto genitis et soluta defectum natalium patientibus generaliter, ita ut eorum quilibet in susceptis ministrare ordinibus, promoveri ad superiores et simplex ecclesiasticum beneficium, 200 vero clericorum eorundem cum cura, 100 vero dignitates citra episcopalem vel personatus *etc.* sine cura obtinere possint. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 335; Mon. Hung. hist. l. c. 158. — »Cum te ad.«

» 22 » (21447) Eidem plenam et liberam concedit facultatem iniungendi fratribus Praedic., Minor., Cisterciensis, Cluniacensis *etc.* ordinum infra suae legationis terminos constitutis, quaecumque prosecutioni officii vel utilitati negotiorum ei commissorum viderit expedire. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 335; Mon. Hung. hist. l. c. 159. — »Cum te ad.«

» 22 » (21448) Eidem plenam concedit facultatem compellendi praelatos necnon personas quaslibet tam Cisterciensis, Praemonstratensis *etc.* ordinum, magistros quoque, priores, praeceptores et fratres hospitalis Ierosolymitani *etc.* per censuram ecclesiasticam ad providendum in necessariis nuntiis suis, quos pro commissis sibi negotiis destinabit. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 336; Mon. Hung. hist. l. c. 160. — »Cum te ad.«

» 22 » (21449) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis .... et aliis ecclesiarum praelatis et eorum vices gerentibus ac ecclesiasticis personis religiosis et saecularibus *etc.*, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Praemonstratensis, s. Ben., s. Aug. ac aliorum ordinum, necnon magistris et praeceptoribus militiae Templi et hospitalis s. Iohannis Ierosol. et b. Mariae Theuton. mandat ut Philippum episcopum Firmanum apostolicae sedis legatum benigne recipiant, cum per eorum partes transitum fecerit, ei eiusque familiae in ne-

1278.

cessariis et securo conductu necnon in evectionibus opportunis provideant *etc.* x kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 336. n° 550; Mon. Hungar. hist. l. c. 161. — »Cum venerabilem fratrem.«

Sept. 22 Viterbii (21450) Matthaeo abbati monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. concedit facultatem conferendi tonsuram clericalem et alios minores ordines suis et monasterii subditis, necnon benedicendi ornamenta ecclesiastica in ecclesiis, capellis et oratoriis villae s. Dionysii et locorum, in quibus ipse et monasterium et nullus alius praeter Romanum pontificem iurisdictionem spiritualem et temporalem plenam habent. x kal. Oct. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 608. — »Religionis suadet honestas.«

„ 24 „ (21451) Bertoldum de Filiis Ursi civem Romanum rectorem totius provinciae Romaniolae, civitatis Bononiensis et comitatus Brittenorii in temporalibus constituit. viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 219. n° 374; *sine temporis nota* Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 27. n° 19; Ghirardacci Hist. di Bologna I. 244 et 236, *ubi autem* Bonifacio VIII *perperam adscribitur.* — »Dum ad singulas.«

„ 24 „ (21452) Guillelmo estandandardo ac universis militibus et stipendiariis regiis mandat, ut Bertoldo de Filiis Ursi totius provinciae Romaniolae .... rectori prompte et fideliter obediant. viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 375. — »Cum carissimus in.«

„ 24 „ (21453) M(atthaeo) abbati monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. concedit potestatem prosequendi ius ecclesiae Romanae, cum adversus eiusdem ecclesiae possessiones et iura nonnisi centenaria currat praescriptio. viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 608. — »Sicut nuper accepimus.«

(„ 17-25) („) (21454) Bartholomaeum de Bononia paginae sacrae doctorem evocat ad se in Graeciam mittendum pro negotio unionis inter Latinos et Graecos prosequendo. *Absque nota chron.* ‖ Martene Ampl. collect. VII. 258. n° 36; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 345. n° 64. — »Ad negotium unionis.«

„ 25 „ (21455) Universis inquisitoribus haereticae pravitatis et fratribus Praedic. in Lombardia constitutis mandat, ut credentes et haereticos in partibus, in quibus inquisitionis officium exercent, per fratrem Guicciardinum de Geminiano ord. Minor. inquisitorem in Tuscia capi *etc.* permittant. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 346. n° 65. — »Significante nobis dilecto.«

„ 25 „ (21456) Bertholdo de Filiis Ursi civi Romano totius provinciae Romaniolae rectori praescribit, ne novas infeudationes peragat. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 219. n° 376. — »Cum te ad.«

„ 25 „ (21457) L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato et Bertoldo de Filiis Ursi provinciae Romaniolae rectori in temporalibus mandat, ut in bene gerendo munere invicem se adiuvent. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 220. n° 377. — »Provincie Romaniole.«

„ 25 „ (21458) Eidem rectori mandat, ut L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo quadam infirmitate detento pacis negotium prosequendum curet. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 221. n° 378. — »Cum te ad.«

„ 25 „ (21459) Eundem Latinum in civitate Bononiensi, Romaniola aliisque partibus legatum sedis apostolicae constituit. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 559. n° 9; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1278 § 14. XIII. 836; Theiner l. c. n° 379. — »Summi providentia conditoris.«

„ 25 „ (21460) Eidem legato mandat, ut Guidonem comitem de Montefeltro ipsique adhaerentes ab excommunicatione absolvat. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 222. n° 380. — »Preteriti temporis malitia.«

„ 27 „ (21461) Priori Praedicatorum et ministro Minorum ord. provincialibus Franciae committit, dispensent cum Hellino domino de Cisonio Tornacens. dioc. et Aelidi nata Arnulphi domini de Diestre Leodiens. dioc., ut, non obstante affinitatis gradu, matrimonium consummare valeant. v kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 346. n° 66. — »Lecta nobis dilecti.«

Oct. 1 „ (21462) Iohannis electi Hierosolymitani quondam ord. Praedic. magistri renuntiationem non admittit, sed ei mandat, ut impositum sibi onus regiminis ecclesiae Hierosolymitanae devote recipiens administrationem eiusdem ecclesiae prosequatur Kal. Oct. (a° 1°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 80; Ripolli Bullar. Praed. I. 560. n° 10. — »Litterarum tuarum series.«

„ 7 „ (21463) Bartholomaeo episcopo Grossetano, Bartholomaeo de Senis ministro Syriae, Philippo Perusino et Angelo Urbevetano lectoribus ord. Minor., quos ad partes imperii Romaniae destinat, mandat ut in executionem commissorum negotiorum prudenter procedere studeant. Non. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 352. n° 72. — »Cum vos ad.«

1278.

Oct. 7 Viterbii (21464) Archiepiscopos, episcopos, abbates ... necnon marchiones, duces, ... ad quos litterae istae pervenerint, rogat, ut praefatis nunciis de securo conductu provideant. Non. Oct. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 73. — »Cum venerabilem fratrem.«

„ 7 „ (21465) Ad Michaelem Palaeologum imperatorem Graecorum Bartholomaeum episcopum Grossetanum, Bartholomaeum de Senis ministrum Syriae, Philippum Perusinum et Angelum Urbevetanum lectores ord. Minor. mittit eumque obsecrat, ut ipsos benignitate recipiat et illa quae ad pleniorem negotii unionis inter Latinos et Graecos consummationem, soliditatem roburque facienda persuaserint, clementer audiat et intendat, ut efficaciter impleantur. Non. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 2—4; Bzovius Ann. ad a. 1278 § 4. XIII. 830; Wadding Ann. Minor. V. 30 *cum dato* ix Oct.; Sbaralea l. c. 348. n° 69; *absque nota chronol.* Martene Ampl. collect. VII. 258. — »Sicut ex litterarum.«

„ 7 „ (21466) Eundem rogat et hortatur, ut apocrisarios ad pacem et concordiam inter ipsum ex parte una et (Philippum) imperatorem Constantinopolitanum et Carolum Siciliae regem tractandas infra 5 menses ad sedem apostolicam mittat. Non. Oct. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 15; Sbaralea l. c. 350. n° 70; *cum dato* ix Oct. Wadding l. c. 31; *sine nota chronol.* Martene l. c. 261. — »Ex more quemvis.«

„ 7 „ (21467) Andronicum primogenitum eiusdem imperatoris monet et rogat, ut in his quae faciunt ad unionem inter Latinos et Graecos consolidandam operam studiose impendat et usque ad operis exitum persistat, nuntiis autem ad huius negotii prosecutionem missis favorabilem se exhibeat et benignum. Non. Oct. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 5; Wadding l. c. 33; Sbaralea l. c. 351. n° 71; *sine nota chronol.* Martene l. c. 263. — »Age fili prudenter.«

„ 7 „ (21468) Ministro provinciali ord. Minor. regni Ungariae committit, ut fratres sui ordinis idoneos ad Cumanos, qui ad suscipiendam fidem catholicam dispositi esse videntur, transmittat ad praedicandum verbum Dei. Non. Oct. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 42; Sbaralea l. c. 347. n° 67; Theiner Mon. Hungar. I. 337. n° 551; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 163; *cf.* Raynald. l. c. § 22. — »Ex tuis et.«

„ 7 „ (21469) Philippo episcopo Firmano apostolicae sedis legato mandat, ut, cum, ministro provinciali ord. Minor. regni Ungariae significante, plures fratres sui ordinis inter Tartaros commorentur nullusque sit ibi catholicus episcopus, qui eosdem ad sacros ordines valeat promovere et civitas de multo posita in confinibus Tartarorum iam dudum ab ipsis destructa fuerit, inquirat de utilitate animarum, si episcopus inibi esse consueverit, de proventibus ad sedem episcopalem spectantibus, si qui provenire possint *etc.*, et intimet curiae Romanae quae invenerit. Non. Oct. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 42; Sbaralea l. c. n° 68; Theiner l. c. 337. n° 552; Mon. Hungar. hist. l. c. 164; *cf.* Raynald. l. c. § 22. — »Sicut dilectus filius.«

„ 8 „ (21470) Patriarcham, archiepiscopos, episcopos et abbates ceterosque praelatos Graecorum rogat et obsecrat, ut iuxta requisitionem Bartholomaei Grossetani episcopi *etc.* nunciorum sedis apostolicae fidem profiteantur veram, recognoscant et suscipiant primatum, abiurent schisma, obedientiam promittant. viii id. Oct. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 6; Wadding l. c. 33; Sbaralea l. c. 353. n° 74; *sine nota chronol.* Martene Ampl. collect. VII. 264. — »Fraternitatis tuae litteras.«

„ 9 „ (21471) Bartholomaeo episcopo Grossetano, Bartholomaeo de Senis ministro Syriae, Philippo Perusino et Angelo Urbevetano lectoribus ord. Minor. nunciis apostolicae sedis euntibus ad Graecos concedit facultatem audiendi confessiones, excommunicandi turbatores negotii unionis inter Latinos et Graecos, proferendi sententias interdicti *etc.* vii id. Oct. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 35; Sbaralea l. c. 354. n° 75; *sine signo chronol.* Martene l. c. 265. — »Desiderantes ut ea.«

(„ 9) „ (21472) Eisdem concedit facultatem assumendi personas idoneas ad exequenda negotia ipsis commissa, cuiusvis ordinis vel religionis existant. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 267. — »Cum vos ad.«

(„) („) (21473) Eisdem memoriale dat continens, qualiter in executione negotii eis commissi apud M(ichaelem) Palaeologum Graecorum imperatorem, eius primogenitum et praelatos totumque clerum Graecorum se habere debeant. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 267; Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 7—13; Sbaralea l. c. 355. n° 76. — »In commissi vobis.«

(„) („) (21474) Eosdem instruit, qualiter super quibusdam articulis cum Graecis debeant se habere. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 274; Sbaralea l. c. 358. n° 77. — »Licet in memoriali.«

(„) („) (21475) (Carolum) regem Siciliae rogat et obsecrat, ut nunciis Michaelis Palaeologi Graecorum imperatoris ad propria redeuntibus per totam suam terram de securo conductu provideat. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 275. — »Venerabilem fratrem nostrum.«

„ 11 „ (21476) Bartholomaeo episcopo Grossetano *etc.* (*vid.* n° 21471) facultatem concedit assumendi interpretes Graecos cuiuslibet ordinis eosque etiam compellendi ad ministerii prosecu-

1278.

		tionem si non ab omnibus, a duobus tamen eorum obeundam. v id. Oct. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 359. n° 78. — »Cum vos ad.«
(Iun. 20-Oct. 15)	Viterbii	(21477) Abbati et conventui S. Iohannis in Vineis ord. s. Aug. Suession. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus exceptis, petere ac retinere possint. *Sine die et mense.* A° 1°. ‖ P. Grisius Chron. abbat. s. Iohannis ap. Vineas 141; De Louen Hist. de l'abbaye roy. de S. Jean-des-Vignes de Soissons 310.
Oct. 18	ap. Castrum Capranicae	(21478) (Carolum) regem Siciliae hortatur, ut cum Michaele Palaeologo imperatore Graecorum treugas ineat, ut interim possit inter eos et Philippum imperatorem Constantinopolitanum de pace tractari. xv kal. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 45; Sbaralea l. c. 359. n° 79; *sine signo chronol.* Martene Ampl. collect. VII. 275. — »Sicut tuam novimus.«
» 18	»	(21479) Eidem ostendit, quomodo nuncios Michaelis Palaeologi imperatoris Graecorum reddere possit securos sine dignitatis regiae tractatusque concordiae dispendio. xv kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 360. n° 80. — »Licet a te.«
» 22	ap. Burgum s. Iohannis	(21480) (Gualasco) episcopo Egitaniensi concedit dispositionem testamentariam. xi kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 360. n° 81. — »Quia praesentis vitae.«
(» 25-Nov. 8)	Romae ap. S. Petrum	(21481) (Carolum) regem Siciliae rogat, ut regiis litteris securitatis pro nunciis Michaelis Palaeologi imp. Graecorum de familiis, equitaturis et bonis eorundem mentionem adiiciat. *Sine die et mense.* A° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 361. n° 82. — »Variis dudum super.«
Nov. 9	»	(21482) Decano ecclesiae in Werden Coloniens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae Xanctensis eiusd. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. v id. Nov. a° 1°. ‖ Binterim Erzdiöcese Köln III. 334. n° 198. — »Dilectorum filiorum decani.«
» 13	»	(21483) (Benvenutum) episcopum Eugubinum constituit collectorem decimae pro Terrae sanctae subsidio in ducatu Spoletano, marchia Anconitana, patrimonio s. Petri Tuscano, Romaniola et Massa Trabaria cum instructione colligendi. Id. Nov. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 362. n° 83; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 81. — »Inter cetera hoc.«
» 15	»	(21484) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. indulget, ut indulgentiis et privilegiis, quibus per negligentiam uti hactenus omiserunt, dummodo eis non sit per praescriptionem vel alias legitime derogatum, de cetero libere uti possint. xvii kal. Dec. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 609. — »Ex parte vestra.«
» 17	»	(21485) Rudolfum regem Romanorum hortatur, ut privilegia ecclesiae Romanae praesentanda per Giffredum de Anagnia decanum ecclesiae s. Audomari Morinens. dioc. nuncium apostolicum confirmet, studeatque ut ad id principum Alemanniae consensus accedat. Inter alia ei gratulatur de parta victoria, videlicet de hostium suorum (*i. e.* Bohemorum) depressione »quos diebus istis in manibus tuis divini iudicii virga conclusit.« xv kal. Dec. a° 1°. ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sed. imp. in urbem Comacli. App. 89. n° 28; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 742. n° 32; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 363. n° 84; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 222. n° 381; *nonnisi pars posterior in* Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 44; *cf.* Palacky Reise 47. n° 378; Erben Reg. Bohem. II. 497. n° 1156. — »Claret in gentibus.«
» 22	»	(21486) Senatori Urbis opprobrat, quod Terracinensi, Pipernensi et Setinae communitatibus ecclesiae Romanae fidelibus mandavit, ut infra certum terminum ad cameram Urbis speciales nuncios mitterent bladi, vini aliorumque liquorum mensuras inibi recepturos *etc.* Hortatur eum, ut illos, cum eum non deceat »fideles Ecclesiae in derogationem et enervationem nostrae iurisdictionis gravaminibus opprimere insuetis,« in aliquo neque aggravet nec molestet. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Contator Hist. Terracin. 203. — »Grave gerimus admodum.«
» 22	»	(21487) Terracinensi, Pipernensi et Setinae communitatibus de superiore epistola significat eisque mandat, ut senatori praefato tam in his quam in aliis, »quae nunquam senatori vel Urbi consuevistis facere nec tenemini,« parere nullatenus praesumant. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Contator l. c. 204. — »Grave gerimus admodum.«
» 29	»	(21488) (Gerardo) basilicae XII apostolorum, Ieronymo S. R. E. presbyteris cardinalibus et Iohanni Ierosolymitano electo rescribit, se iuxta eorum litteras Franciae et Castellae regibus scribere, ut in Wasconiam pro pace firmanda suos nuncios mittant; rogat eos, ut tanto negotio omni diligentia intendant. iii kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 367. n° 87. — »Vestras recepimus litteras.«
» 29	»	(21489) (Philippo) regi Francorum contumaciam et contemptum ab (Alfonso) rege Castellae ac Legionis contra sedem apostolicam et Romanam ecclesiam non sine eius et Gerardi basilicae XII apostolorum, Hieronymi S. R. E. presbyterorum cardinalium ac Iohannis Hierosolymitani electi illusione commissos detegit et revelat. Rogat eum et hortatur, ut, cum memorati cardinales et electus disposuerint in kalendis Martii venturi proximo

1278.

		in Vasconia in loco congruo eidem tractando negotio convenire, ad eorum praesentiam nuntios cum pleno mandato transmittat. iii kal. Dec. (a° 1°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 25; Ripolli Bullar. Praed. I. 561. n° 11; Sbaralea l. c. 365. n° 85. — »Quam amare, quam.«
Nov. 29	Romae ap. S. Petrum	(21490) (Alfonsum) regem Castellae ac Legionis perstringit, quod nuntios pro consummatione negotii inter ipsum et regem Franciae Tolosam non misit, licet antea per Benevenutum ordinis Minorum nunc episcopum Eugubinum liberaliter obtulisset se paratum in eodem negotio apostolicis acquiescere monitis. Demum hortatur eum, ut ad superbiae et contumaciae quam susceperit notam abolendam solemnes nuntios in Vasconiam destinet. iii kal. Dec. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 27; Ripoll l. c. 562. n° 12; Sbaralea l. c. 366. n° 86. — »Etsi errantibus« *omiss. incip.* »Scire tuam excellentiam.«
» 30	(»)	(21491) Simoni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato significat, Philippum regem Francorum per G. Ambianensem episcopum, Guilelmum decanum Abrincensem ac Rodulphum de Stratis marescalcum regium nuncios suos petivisse a sede apostolica, ut procederet ad publicam inquisitionem meritorum cl. mem. Ludovici regis Franciae. Mandat ei, ut omnia quae pro ipso rege Deus miraculose operatus fuerit, clare ac distincte scribat. ii kal. Dec. (a° 1°). ‖ Raynald. l. c. § 38; Sbaralea l. c. 368. n° 88. — »Sicut nosti felicis.«
Dec. 2	»	(21492) Mariae Francorum reginae iras contra (Petrum) episcopum Baiocensem delinire studet. iv non. Dec. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 36. — »Non miramur charissima.«
» 3	»	(21493) Philippum regem Francorum, relatione fratris Arnulphi de Ursamala ordinis militiae Templi ac nuncii regii accepta, rogat et hortatur, ut contra Petrum episcopum Baiocensem, uxoris Petri de Brocia consanguineum, ad temporalium episcopatus Baiocensis occupationem cum tanti iuris iniuria et laesione iustitiae nullo modo procedat; negat, illum episcopatu suo expelli non posse, nisi legitime aliquo crimine convictum, regique suadet, ut purgatione reginae contentus sit. iii non. Dec. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 34. — »Quanto ex querimonia.«
» 8	»	(21494) R(aymundo) Ruthenensi [Rodez] et Stephano Mimatensi [Mende] episcopis ac P(etro) abbati Tutellensi [Tulle] Lemovicensis dioc. mandat, ut apud ecclesiam Albiensem ord. s. Aug., quae ad praesens 21 dumtaxat canonicos regulares habeat, quamquam ex eius facultatibus possint 31 canonicis saecularibus praebendae congruae assignari, convenientes de ipsius facultatibus et quantae in ea dignitates seu personatus esse valeant et etiam de statu eiusdem ac circumstanciis universis inquirant. vi id. Dec. a° 1°. ‖ Auriac Histoire d'Alby 241; *cf.* 155. — »Romana ecclesia quae.«
» 9	»	(21495) Priori Praedicatorum et guardiano Minorum ord. ac lectoribus ordinum eorundem Bononiae facultatem tribuit dispensandi cum Lambertino filio Comarii de Galluciis civis Bononiensis et Iohanna nata Galixii concivis dicti Comarii, ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu, in matrimonio contracto remanere possint. v id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 368. n° 89. — »Intellecto dudum quod.«
» 12	»	(21496) (Rudolfum) regem Romanorum monet, ut nuntios mittat et exequatur, quae toties petita fuerint de exarchatu Ravennate et Pentapoli. ii id. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 54, *non integra*; Sbaralea l. c. 282. n° 4 *cum dato* »ii id. Dec. suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 223. n° 382; Böhmer Acta imperii II. 699. n° 999, *ad* a. 1277. — »Solet nota principum.«
» 13	»	(21497) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Bononienses rogat, ut L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato in componendis eorum dissidiis pareant. Id. Dec. a° 1°. ‖ Ghirardacci Hist. di Bologna I. 235, *sine nota temporis*; Theiner l. c. 226. n° 383. — »Civitatem vestram que.«
» 13	»	(21498) Thomae episcopo Herefordensi, priori Praedic. ac ministro Minor. ord. provincialibus Angliae mandata dat de quibusdam litteris apostolicis, quas Galfridus de Aspale clericus Alienorae reginae Angliae tempore generalis turbationis regni eiusdem amisit. Id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 369. n° 90. — »Sua nobis dilectus.«
» 16	»	(21499) Adolfo rectori ecclesiam s. Mariae iuxta muros villae de Vriberg Misnens. dioc., quam Heinricus dictus Bechere laicus sumptibus propriis de novo construxit, et villam de Hildebrandesdorp, quam ille cum iure patronatus eidem ecclesiae *etc.* contulit, confirmat. xvii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Chrn. G. Wilisch Kirchen-Historie der Stadt Freiberg (Leipzig 1737. 4°). Cod. dipl. 11. — »Cum a nobis.«
» 18	»	(21500) Giffridum de Anagnia decanum ecclesiae s. Audomari Morinensis dioc. capellanum suum, quem ad Rodulphum regem Romanorum mittit, instruit qualiter in omnibus commissis debeat se habere. xv kal. Ianr. a° 1°. ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sedis imp. in urb. Comacli. App. 94. — »De tuae circumspectionis.«
» 19	»	* (21501) Omnibus ecclesiarum antistibus Gifridum de Anagnia capellanum suum pro magnis ecclesiae negociis destinatum in itinere suo commendat, ut benigne eum recipiant et singulis diebus tribus libris Turonensibus eidem provideant. xiv kal. Ianr. a° 1°. ‖ Lang Regesta IV. 80; Mon. Boica XXIX. ii. 527.

1278.

Dec. 21 — Romae (ap. S. Petrum) — (21502) Iohannem marchionem Brandenburgensem rogat et hortatur, ut, cum ex tenoribus privilegiorum et declarationibus Romanorum imperatorum »quae in archivis suis Romana servat ecclesia« appareat, totam terram »quae est a Radicophano usque Ceperanum, marchiam Anconitanam ... cum adiacentibus terris atque insulis ... ad nos et eandem (*i. e.* Romanam) ecclesiam pleno iure pertinere ac nostri et ipsius ecclesiae iurisdictionis et principatus existere, et (cum) Rudolphus rex Romanorum ... haec omnia praedicta ... recognoverit ... ac de novo concesserit«, praemissis omnibus suum praebeat assensum. xII kal. Ianr. a° 1°. ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sed. imp. in urb. Comacli. Append. 92. n° 29; Gercken Fragm. March. V. 1; Buchholtz Gesch. der Churm. Brandenb. IV. Anh. 107. n° 91; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 745. n° 33; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 136. n° 181. — »Statuit in terris.«

• *In eandem modum* Iohannem ducem Saxoniae — Ludovicum comitem palatinum Rheni ducem Bavariae — Albertum ducem Saxoniae — Archiepiscopos Treverensem — Coloniensem — Maguntinum.

» 24 — Romae ap. S. Petrum — (21503) Iohannem episcopum Gadicensem, antea Minor. ordinis professorem, post mortem Gualasci Egitaniensis episcopi ad Egitaniensem ecclesiam transfert. IX kal. Ianr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 441. n° 4; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 370. n° 91. — »In dispensatione ministeriorum.«

(» 26–31) — » — (21504) Ministro fratrum Minorum administrationis Siciliae repetit n° 21383 d. d. 1278. Aug. 4: » . . . a° 2°« — »Vineam Soreth velut.« ‖ Sbaralea l. c. 371. n° 92.

(Iun.–Dec.) — »Robertus Cantuariensis archiepiscopus per Nicholaum pp. III ad curiam Romanam vocatus et ab onere archiepiscopatus absolutus in episcopum Portuensem et cardinalem est promotus.« ‖ Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 389.

1279.

Ianr. 2 — » — (21505) Ubaldo priori et capitulo ecclesiae Eugubinae ord. s. Aug. confirmat, quae Philippus Firmanus episcopus ad mandatum apostolicum circa correctionem et reformationem ecclesiae praefatae *etc.* statuit et ordinavit. IV non. Ianr. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 646; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 371. n° 93. — »Petitio vestra nobis.«

» 4 — » — (21506) Abbatissae et conventui monasterii de Iuvigneio ord. s. Ben. Treverens. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, feudalibus duntaxat exceptis, a personis liberis petere, recipere ac retinere possint. II non. Ianr. a° 2°. ‖ Calmet Hist. de Lorraine II. pr. 510; Gallia christ. XIII. instr. 358. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 7 — (») — • (21507) Henricum et Ludovicum comites palatinos Reni et duces Bavariae rogat, ut R(udolfo) Romanorum regi faveant. VII id. Ianr. a° 2°. ‖ Deutinger Beyträge II. 156. n° 39.

» 9 — » — (21508) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Beneventanis mandat, ut, si electionem Agnetis monialis in abbatissam monasterii s. Petri Beneventani ord. s. Ben. canonice celebratam invenerint, eandem confirment. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 373. n° 94. — »Exhibita nobis dilectarum.«

» 9 — » — (21509) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Panormitanis mandat, ut Pannutium olim abbatem monasterii s. Mariae de Sparto ord. s. Basilii Chephaludens. dioc. a capitulo Panormitano sine iure in abbatem monasterii s. Mariae de Crypta Panormitani eiusd. ord. promotum ad tempus amoveant, sed, si ille postmodum errasse se recognoverit, ipsum eidem coenobio de Crypta in abbatem praeficiant. V id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 374. n° 95. — »Accedens ad praesentiam.«

» 13 — » — • (21510) Abbati monasterii s. Richerii in Pontivo Ambianens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii Cluniacensis alienata illicite invenerit vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 142.

» 20 — » — (21511) Aulidi dominae de Pyrois Cameracens. dioc. indulget, ut certis conditionibus s. Clarae ordinis monasteria intrare possit. XIII kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 375. n° 96. — »Pium arbitramur et.«

» 21 — » — (21512) Decano ecclesiae s. Mauritii Augustensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Deggingen ord. s. Ben. Augustens. dioc. alienata *etc.* (*ut in* n° 21510). XII kal. Febr. a° 2°. ‖ Pez Thes. anecd. VI. (Cod. dipl. II.) 142. n° 229. — »Ad audientiam nostram.«

» 23 — » — • (21513) Yvoni abbati Cluniacensi concedit facultatem conferendi primam tonsuram clericalem monachis totius ordinis Cluniacensis. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 142.

» 23 — » — • (21514) Eidem ad exemplar Innocentii IV et Clementis IV praedecessorum suorum privilegia ordinis Cluniacensis confirmat. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 142.

» 23 — » — • (21515) Eidem scribit, se ad exemplar Alexandri IV inhibere, ne priores et monachi Cluniacenses litigent, alienent aut permutent bona prioratuum vel mutuum contrahant sine abbatis Cluniacensis licentia. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 143.

1279.

Ianr. 23 — Romae ap. S. Petrum — • (21516) Abbati et conventui Cluniacensibus indulget, ut, si praelatus quilibet in visitationibus suis numerum evectionum et personarum in Lateranensi concilio constitutum excedere praesumpserit, pecuniam denegare possint vel ea, quae praelatus praeter procurationes in victualibus moderatas petiverit. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 143.

» 23 — » — • (21517) Eisdem concedit, ut bona a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus libere percipere ac retinere possint. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 143.

» 23 — » — • (21518) Eisdem indulget, ut ipsi vel personae monasteriorum, prioratuum et aliorum membrorum eiusdem ordinis ad solutionem debitorum quae contraxerint, nisi ea in utilitatem ordinis conversa fuisse legitime probentur, minime teneantur. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 144; R. Chopin Opp. II. 468.

» 23 — » — • (21519) Eisdem indulget, ut ipsi vel fratres ubilibet commorantes per litteras apostolicas in causam trahi minime possint, nisi hae litterae mentionem ordinis Cluniacensis fecerint. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 144.

» 23 — » — • (21520) Eisdem indulget, ut intra parochias suas pro ea portione, pro qua veteres decimas ibi hactenus percipiunt, de novalibus noviter ad culturam redactis decimas percipere possint. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 144; Choppin De sacra politia 655, *nonnisi fragm.*

» 23 — » — • (21521) Yvoni abbati Cluniacensi concedit facultatem benedicendi ornamenta ecclesiastica et specialiter vestimenta sacerdotalia. X kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 144.

» 28 — » — (21522) Iohannem fratrem ord. Minor. ecclesiae Cantuariensi praeficit in archiepiscopum. V kal. Febr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 450. n° 13; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 375. n° 97. — »Sollicitudinis apostolicae studium.«

» 30 — » — (21523) Potestati, capitaneo, consilio et communi Bononiensibus praecipit, ut L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo sedis apostolicae legato et Bertoldo de Filiis Ursi provinciae Romaniolae, civitatis Bononiensis . . . . rectori obediant. III kal. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 231. n° 386. — »Dum statum civitatis.«

» 31 — » — (21524) (Iohanni) archiepiscopo Nidrosiensi scribit, se ordinare, ut, quod in regno Norwegiae propter sterilitatem agri sementis defectu remanserint inculti, clerus decimam in Terrae sanctae subsidium deputatam, sed anno sterilitatis non solutam octavo anno persolvat. II kal. Febr. a° 2°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 60. n° 67; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 145. — »Literarum tuarum series.«

» 31 — » — (21525) Eidem committit, ut clericos tam in insula in qua civitas Gardensis consistit, quam in aliis insulis maris Oceani absolvat ab excommunicationis sententia, quam incurrerant, quod decimam in statutis terminis non solverant. II kal. Febr. a° 2°. ‖ Lange l. c. n° 66; Munch l. c. 146. — »Ex transmissa nobis.«

» 31 — » — (21526) Eidem committit, ut, cum usualis moneta regni Norwegiae adeo vilis valoris existat, ut non solum extra regnum ipsum non admittatur, verum etiam nequeat in argentum aliquatenus commutari, illam monetam, quae ei ex decimae collectione proveniat, in res venales aliquas convertat, »quibus extra regnum delatis et demum venditis commutatur postmodum eorum pretium in argentum.« II kal. Febr. a° 2°. ‖ Lange l. c. 61. n° 68; Munch l. c. 146. — »Presentata nobis nuper.«

» 31 — » — (21527) Eidem concedit facultatem, beneficia ecclesiastica, quorum collatio est iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta, alia quoque beneficia, quae in eius provincia simili modo vacant de iure et de facto, personis idoneis conferendi. II kal. Febr. a° 2°. ‖ Lange l. c. VI. I. 39. n° 42. — »Uolentes tuam honorare.«

» 31 — » — (21528) Eidem concedit, ut cum 30 personis suae provinciae defectum natalium patientibus, quod ad omnes sacros ordines promoveri et ecclesiastica beneficia obtinere possint, dispenset. II kal. Febr. a° 2°. ‖ Lange l. c. 40. n° 43. — »Ut eo subditis.«

» 31 — » — (21529) Eidem concedit, ut, cum ex debito praestiti iuramenti incumbat ei necessitas singulis trienniis apostolorum Petri et Pauli limina visitare, propter longam nimium suae regionis distantiam huiusmodi visitationis debitum exsolvere usque ad quinquennium minime teneatur. II kal. Febr. a° 2°. ‖ Lange l. c. 41. n° 44. — »Meritis tue deuotionis.«

» 31 — » — (21530) Eidem committit, ut ab illis, qui in monasteriis ac aliis religiosis domibus suae provinciae ac diocesis propter simplicitatem et iuris ignorantiam aut paupertatis obtentum mediante simoniae vitio sunt recepti, libera resignatione recepta locorum quae sunt in monasteriis et domibus assecuti, ipsos postea dispensative de novo recipi faciat ad loca ultima in monasteriis et domibus memoratis. II kal. Febr. a° 2°. ‖ Lange l. c. 41. n° 45. — »Tuis uotis libenter.«

Febr. 3 — » — (21531) De basilicae Principis apostolorum de Urbe inservientibus canonicis et beneficiatis complura sancit, imminutum in ea cultum divinum reparat, capitularis mensae rebus consulit, decretis hac in re a se editis consistoriali diplomate perpetuae firmitatis robur conciliat, et inconcussae observantiae praeceptum adnectit. III non. Febr. indict. VII.

1279.

incarn. dom. a° 1278. pont. a° 2°. ‖ Bullar. Vatic. I. 177; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1280 § 5. XIII. 856—873; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1278 § 79. — »Civitatem sanctam Ierusalem.«

Febr. 4 Romae ap. S. Petrum (21532) Uberto dicto Blanco de Placentia suo et Viviano archidiacono Aretino M(atthaei Rubei) S. Mariae in porticu diaconi cardin. capellanis ac guardiano fratrum Minorum Halberstadensium mandat, ut Guntherum thesaurarium in archiepiscopum Magdeburgensem electum, qui Henricum de Crunemberch canonicum electioni eius opponentem nequitiae stimulo concitatus incarceraverat, ad personaliter comparendum coram papa infra duos menses citent. II non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 377. n° 98; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 86. — »Magdeburgensi ecclesia pastoris.«

" 5 " (21533) Raynerio ord. Minor. capellano et familiari (Caroli) regis Siciliae mandat, ut vota tam peregrinationum quam abstinentiarum, quae Margarita regina Siciliae emiserit, consideratis diligenter circumstantiis commutet. Non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 378. n° 99. — »Ex parte carissimae.«

" 8 " (21534) Iohannem de Derlinthona ord. Praedic. Dublinensi ecclesiae praeficit in archiepiscopum. VI id. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 118. n° 268. — »De variis innumerisque.«

° *De eodem argumento in eundem modum* Priori et conventui S. Trinitatis Dublinensibus — Decano et capitulo S. Patricii Dublinensibus — (Clero et) populo civitatis et dioecesis Dublinensis — Suffraganeis ecclesiae Dublinensis — Regi Angliae.

" 10 " (21535) Episcopo Palentino, priori Praedicatorum et ministro Minorum ord. provincialibus in provincia Castellae committit, ut cum Alvaro Didaci de Norenna Ovetens. dioc. et Maria Iohannis super matrimonio illicite contracto dispensent. IV id. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 378. n° 100. — »Lecta nobis dilecti.«

" 17 " (21536) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Salernitanis electionem Thomae de Ebulo abbatis monasterii s. Benedicti Salernitani monoculi discutiendam iniungit. XIII kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 379. n° 101. — »Ad audientiam nostram.«

" 20 " (21537) Magistro Iohanni Lucae civi Romano medico concedit 55 provisinorum in Castro de Nympha Velletren. dioc. ecclesiae Romanae debitas annuatim in festo assumptionis b. Virginis persolvendas, et cuiusdam silvae, quam ibidem eadem habet ecclesia, et terrarum de Subsilice in illis partibus consistentium fructus, redditus et proventus, prout ecclesiae praedictae debentur, percipiendos. x kal. Mart. a° 2°. ‖ (Marini) Archiatri pontificj II. 15. — »De tuae devotionis.«

" 20 " (21538) Berardo plebano de Faverio Camerinen. dioc. camerario suo, et .... abbati monasterii s. Gregorii de Urbe mandat, ut magistro Iohanni Lucae civi Romano, medico et familiari suo praedictas 55 libras et fructus *etc.* faciant integraliter exhiberi. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Marini l. c. 16. — »De meritis devotionis.«

" 20 " (21539) Potestati consilio et communi de Nympha Velletren. dioc. mandat, ut magistro Iohanni Lucae civi Romano medico vel eius procuratori de 55 libris, fructibus *etc.* supradictis liberaliter respondeant. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Marini l. c. 17. — »De meritis devotionis.«

" 25 " (21540) Aegidium de Leodio ord. Minor. praeficit ecclesiae Valvensi in episcopum. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 452, *cf.* V. 85; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 380. n° 102. — »In supremae dignitatis.«

" 25 " (21541) (Matthaeo) archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe decretum huic bullae insertum, quod illi de celebrandis pro ipso papa quotidianis sacrificiis, vigiliis et anniversario et de aliis pro eiusdem pontificis parentibus, patruo et duobus fratribus anniversariis peragendis procuderant, habet ratum et confirmat eiusque observantiam praecipit. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Bullar. Vatic. I. 198. — »Sanctam et venerandam.«

Mart. 7 " (21542) Ordinat, ut, quotiens sedem Dublinensem vacare contigerit in futurum, prior et conventus S. Trinitatis Dublinenses decanum et capitulum S. Patricii Dublinenses vocent ad electionem archiepiscopi celebrandam, ex tunc in ecclesia s. Trinitatis simul conveniant et inibi canonice atque communiter electionem huiusmodi celebrent. Non. Mart. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 119. n° 269. — »Suscepti cura regiminis.«

" 9 " (21543) S. Andreae et Haberdonensi episcopis ac ministro provinciali ord. Minor. in Scotia mandat, suadeant R. decano, quem capitulum Cathanensis ecclesiae in episcopum suum elegerat, qui autem a tempore praesentatae sibi electionis huiusmodi iuxta constitutionem Lugdunensis concilii non probatur infra mensem praestitisse consensum, ut sibi et ipsi ecclesiae compatiens renuntiet libere omni iure, si quod fuerit ex electione praefata forsitan acquisitum. VII id. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 381. n° 103; Theiner l. c. 120. n° 270; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 86. — »Commissa nobis apostolatus.«

" 11 " (21544) Custodi fratrum S. Francisci Assisiatis mandat, ut fratri Benevenuto Minoritae episcopo Eugubino collectori decimarum pro subsidio Terrae sanctae tradat quaedam

1279.

scripta et instrumenta relicta in sacristia eiusdem monasterii sub obitu archidiaconi Spoletani, qui earundem decimarum collectorem agebat. v id. Mart. (Mai. *Wadd.*) a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 382. n° 104; *cf.* Wadding l. c. 87. — »Cum nonnulli quaterni.«

Mart. 11 (Romae ap. S. Petrum) ° (21545) Franciscum Melphiensem episcopum ad ecclesiam Urbevetanam transfert. v id. Mart. a° 1279. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 929.

" 11 (") ° (21546) Nicola III commise al vescovo di Bitonto le differenze fra l'arcivescovo Giovanni di Monreale e il vescovo di Bitetto sopra certa somma di denari, terre e altre cose. ‖ Lello Hist. di Monreale III. 57.

" 13 (") ° (21547) Nicola III confermò all'arcivescovo Giovanni di Monreale et al suo capitolo tutti i privilegi concessi alla sua chiesa da sommi pontefici e altri. ‖ Lello l. c. 57.

" 14 (") ° (21548) Il giorno seguente commise all'Abate di San Giovanni de gli Eremiti di Palermo, che rivocasse tutte le concessioni fatte da gli arcivescovi passati di Monreale e dal loro capitolo in pregiudizio della chiesa. ‖ Lello l. c. 57.

" 14 (") ° (21549) Commise al medesimo, che procurasse per ogni via, che si restituissero alla chiesa di Monreale i beni, che se li tenevano occupati, come gli haveva fatto intendere l'arcivescovo Giovanni e il suo capitolo; mà che avvertisse di non publicare sentenza di scommunica ò d'interdetto contra i luoghi, i signori de' quali tenessero usurpati i beni della chiesa, se non n'havesse poi altro ordine da lui stesso. ‖ Lello l. c. 57.

" 18 " (21550) Vestanensi et Lesinensi episcopis ac guardiano fratrum Minorum Sipontinorum mandat, ut cessionem Iohannis abbatis monasterii Calinensis ord. s. Ben. Sypontin. dioc. vice sua recipiant. xv kal. Apr. a° 2°. Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 383. n° 105. — »Dilectus filius Iohannes.«

" 18 " ° (21551) Yvoni abbati Cluniacensi concedit privilegium, ut nullus ordo nisi Cluniacensis in parochiis iuris abbatis Cluniacensis unquam ponatur neque coemeterium sine eiusdem assensu in eis construatur. xv kal. Apr. ind. VII. incarn. dom. a° 1278. pont. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 144.

" 18 " ° (21552) Eidem eiusque successoribus ad instar Innocentii, Alexandri, Clementis IV et Gregorii X omnia privilegia monasterio Cluniacensi concessa confirmat. xv kal. Apr. ind. VII. incarn. dom. a° 1278. pont. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 145.

" 18 (") ° (21553) Petrum archiepiscopum Carinthiensem ad ecclesiam Cusentinam transfert. xv kal. Apr. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 217.

" 21 " (21554) Henricum (Fleming) praepositum Warmiensis ecclesiae eidem ecclesiae praeficit in episcopum. XII kal. Apr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 86. n° 160; Woelky Cod. dipl. Warm. II. 567. n° 538; Bunge Livländ. UB. VI. 42. n° 2753. — »Militanti ecclesie disponente.«

° *In eund. modum eodemque die* Capitulo ecclesiae Warmiensis — Clero et populo civitatis et dioecesis Warmiensis, *verbis competenter mutatis.*

" 22 " (21555) Compositionem inter priorem fratresque ord. Praed. Maioricenses et episcopum, capitulum rectoresque parochialium ecclesiarum Maioricensis civitatis et diocesis de iure sepeliendi initam confirmat. XI kal. Apr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 563. n° 13. — »Cum a nobis.«

" 23 " (21556) (Alfonso) regi Castellae ac Legionis opprobrat, quod infra eius terminos ancillantur ecclesiae, personae ac libertas ecclesiasticae conculcantur, ipsaeque ecclesiae, praelati ac personae praefati exactionibus illicitis, oneribus gravibus et alias multipliciter aggravantur, et rex ipse in casibus, qui iurisdictionem regiam nullatenus contingunt, personas ecclesiasticas premit. Adhortatur eum, ut ministros divinos pristinae restituat libertati. x kal. Apr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 27. — »Praepara quaesumus in.«

° Iniurias ecclesiasticis ab Alfonso illatas septem capitibus distinctas ex regesto pontificio profert Raynald. l. c. § 24—26.

" 25 " (21557) Iohanni archiepiscopo Cantuariensi concedit potestatem testandi ac libere disponendi de nonnullis bonis. VIII kal. Apr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 383. n° 106. — »Quia praesentis vitae.«

" 29 " (21558) Guardiano et fratribus ord. Minor. Cumanis locum de Zeberto prope Foscatum donatum eis a filiabus quondam Petri de Guardinsacis confirmat. IV kal. Apr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 453. n° 15; Sbaralea l. c. 384. n° 107. — »Sicut nuper ad.«

" 29 " (21559) Episcopo Albensi et abbati de S. Nazario Vercellens. dioc. de superiore epistola significat eisque mandat, ut eisdem mulieribus decedentibus guardianum et fratres dictos in corporalem possessionem loci de Zeberto inducant. IV kal. Apr. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 453. n° 16; Sbaralea l. c. 384. n° 108. — »Sicut nuper ad.«

Apr. 12 " (21560) Priori Praedic. et custodi Minor. ordin. Brundusinis mandat, ut super electione Mabiliae abbatissae monasterii s. Iohannis Litiensis ord. s. Ben. cognoscant et iuxta

1279.

		mandatum apostolicum disponant. II id. Apr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 385. n° 109. — »Etsi religiosorum locorum.«
Apr. 13	Romae ap. S. Petrum	(21561) Abbati de Mulinburne Cisterc. ord. Spirens. dioc. ac Moguntinae et Wormaciensis ecclesiarum decanis mandat, iudicent inter decanum et capitulum maioris ecclesiae ac clerum civitatis Spirensis ex una parte et magistrum, consules universitatemque civium Spirensium ex altera. Id. Apr. a° 2°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 356. n° 392. — »Sua nobis dilecti.«
„ 13	„	(21562) Episcopo Castellano mandat, ut causam vertentem inter abbatem conventumque Belinienses ord. s. Ben. Aquilegiens. dioc. et Ugonem de Duino, qui bona ecclesiae s. Iohannis de Tuba ad dictum monasterium pertinentis dum idem abbate vacaret occupaverat, canonice decidat. Id. Apr. a° 2°. ‖ Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1290, *ubi* Nicolao IV *perperam tribuitur.* — »Sua nobis dilecti.«
„ 13	„	(21563) Abbati de Trebichs Olomuc. dioc. causam inter praepositum, decanum et capitulum ecclesiae Wissegradensis ex parte una et Michaelem Iohannis civem Pragensem ex altera super ecclesia s. Mariae dicta de hospitali sita in civitate Pragensi decidendam committit. Id. Apr. a° 2°. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 501. n° 1169. — »Conquesti sunt nobis.«
„ 13	„	(21564) Decano ecclesiae Spirensis mandat, ut abbati et conventui monasterii de Alba adversus invasorum audaciam efficaciter assistat. Id. Apr. a° 2°. ‖ Mone Zeitschrift II. 118, *omisso initio.*
„ 13	„	* (21565) Abbati et conventui monasterii de Alba omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Id. Apr. a° 2°. ‖ Mone l. c. 118.
„ 17	„	(21566) Episcopo Augustensi, abbati Altaecumbae Cisterc. ord. et guardiano Minor. de Camberiaco Gebennens. et Gratianopol. diocc. mandat, ut cum Willelmo de Castellario fratre P(etri) archiepiscopi Tarantasiensis et Catharina filia Theobaldi de Chor super matrimonio illicite contracto dispensent. XV kal. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 386. n° 110. — »Exhibita nobis dilecti.«
„ 22	(Romae) ap. S. Petrum	(21567) S(imoni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut, cum Philippus rex Francorum edictum suum de torneamentorum exercitio usque ad passagium generale vitando cum baronum et aliorum magnatum regni Franciae consilio editum nuper ad eorum instantiam revocaverit, ac postmodum torneamenta contra sedis apostolicae prohibitionem praesumpta sint, universos et singulos comites, barones, milites ac alios, qui se torneamentis immiscuerunt praedictis, excommunicatos publice nunciet. X kal. Mai. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 17. — »Litterarum tuarum series.«
„ 22	Romae ap. S. Petrum	(21568) L(aurentio) electo Consano et (Iacobo) ministro provinciali fratrum Minorum provinciae Siciliae mandat, ut inquirant an ecclesia s. Matthaei Castellanetens. dioc. sine aliorum praeiudicio in monasterium erigi possit. X kal. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 387. n° 111. — »Lecta nobis dilecti.«
„ 24	„	(21569) (Tobiae) episcopo Pragensi mandat, ut denunciet Buccobitium presbyterum monachum monasterii Cladrubensis, qui in defendendo de sui abbatis mandato bona coenobii praefati quendam ex raptoribus letaliter vulneraverat, propter hoc irregularitate aliqua non teneri. VIII kal. Mai. a° 2°. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 501. n° 1170; *cf.* Palacky Reise 47. n° 379. — »Petitio fratris.«
„ 24	Romae (ap. S. Petrum)	* (21570) Le pape Nicolas fait savoir à l'abbesse et au couvent du monastère du St. Esprit à Lutzembourg qu'il ratifie et confirme la donation faite au dit couvent par Aleide veuve de Wiric seigneur à Currich par Joannette fille de Wiric et Aleide du consentement de Jofrid de Bertringen, du droit de patronage de l'église de St. Martin à Arlon, et des chapelles dépendantes d'icelle. A° 2°. ‖ Public. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XV. 157. n° 586.
Mai. 3	Romae ap. S. Petrum	(21571) (Iohanni) episcopo Egitaniensi tribuit facultatem condendi testamentum ac disponendi de quibusdam rebus. V non. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 388. n° 112. — »Quia praesentis vitae.«
„ 7	„	(21572) Thomae Macalufi civi Ianuensi mandat, ut 1852 libras Ianuinorum, quas Nicolaus de Monte Calerio ord. Minor. pro satisfactione quorundam excessuum ab hominibus civitatis Astensis receperat et apud eum deposuit, certis Senensibus mercatoribus camerae apostolicae assignet. Non. Mai. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 388. n° 113. — »Sicut per litteras.«
„ 7	„	(21573) Priori et fratribus ord. Praedic. de Urbe ecclesiam s. Maguti, quam eis Iacobus S. Mariae in Via lata diac. card. liberam a iurisdictione ecclesiae s. Marcelli cum eius cimiterio et plantea contulit et donavit, confirmat. Non. Mai. a° 2°. ‖ Bullar. Vatic. I. 201. — »Petitio vestra nobis.«
„ 7	Romae (ap. S. Petrum)	* (21574) Yvoni abbati monasterii Cluniacensis eiusque successoribus plura concedit privilegia. Non. Mai. ind. VII. incarn. dom. a° 1279. pont. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 147.

1279.

Mai. 8	Romae ap. S. Petrum	(21575) Fratri Sinibaldo de Lacu inquisitori in provincia Romana committit, ut districtam exerceat inquisitionem contra haereticos in civitate Viterbiensi latentes. VIII id. Mai. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 86; Sbaralea l. c. 389. n° 114; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1278 § 78. — »Qui cuncta solus.«
„ 8	„	(21577) (Ericum) regem Daciae rogat, ut pecuniam de decima pro subsidio Terrae sanctae constituta in regno dicto collectam et colligendam conflari et tandem extra regnum asportari libere patiatur. VIII id. Iun. a° 2°. ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 132. n° 56, *perperam ad* a. 1278. — »Confidentes plenius fili.«
„ 8	(„)	(21578) Eidem sollempnia gratiarum refert pro eo, quod regni sui populum excitavit, ut in Terrae sanctae subsidium denarium constitutum ad hoc in Lugdunensi concilio liberaliter exhiberent, seque in promovendo negotio decimae constituit laudabiliter propitium. VIII id. Iun. a° 2°. ‖ Rördam l. c. n° 57, *male ad* a. 1278. — »Gaudemus in Domino.«
„ 11	(„)	Custodi fratrum ord. Minor. s. Francisci Assisinat. V id. Mai. a° 2°. Wadding l. c. 87. *vid.* 1279. Mart. 11. n° 21544.
„ 13	„	(21579) Episcopo Auximano et B. marchiae Anconitanae rectori mandat, ut praeficiant monasterio s. Florentii Auximani ord. s. Ben. personam idoneam in abbatem ac tot viros idoneos instituant in monachos in eodem quot instituendos fore videbunt iuxta ipsius coenobii exigentiam facultatum. III id. Mai. a° 2°. ‖ Compagnoni Mem. di Osimo V. 102. n° 63. — »Olim sicut accepimus.«
„ 15	„	(21580) Fratrem Tancredum de Monte Tusculo ord. Minor., deiecto ex episcopali sede Roberto, ecclesiae Neocastrensi praeficit in episcopum. Id. Mai. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 404; *omisso initio* Wadding Ann. Minor. V. 454, *cf.* 85; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 392. n° 115. — »Licet immeriti praesidentes.«
„ 15	„	* (21581) Fratribus ac nunciis S. Spiritus varia concedit privilegia; item alia privilegia in constitutionibus Innocentii III a° 1204, Honorii III a° 1217 et Alexandri IV a° 1256 expressa confirmat. Id. Mai. a° 2°. ‖ Toussart Dipl. pont. I. 30.
„ 16	„	(21582) Capitulo generali ordinis Minorum (Assisii congregato) significat, Hieronymum S. R. E. cardinalem propter corporis infirmitatem congregationi sanctae adesse non posse. Salutares exhortationes addit, indulgentias promittit. XVII kal. Iun. a° 2°. Wadding l. c. 70; Sbaralea l. c. 393. n° 116. — »Convenientibus vobis in.«
„ 18	„	* (21583) Abbati et conventui monasterii Wilhelmoviensis omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. XV kal. Iun. a° 2°. ‖ Dobner Mon. VI. 385; Erben Regest. Bohem. II. 502. n° 1172.
„ 18	„	* (21584) Eosdem cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit. XV kal. Iun. a° 2°. ‖ Dobner l. c. 386; Erben l. c. n° 1173.
„ 25	„	(21585) Iohannem episcopum Chymensem Gurcensi ecclesiae in episcopum praeficit. VIII kal. Iun. a° 2°. ‖ Hirn Kirchenrechtl. Verhältnisse v. Gurk 91. — »Romani pontificis quem.«
„ 25	„	* (21586) Guidonem ord. eremitarum s. Aug. capellanum Petri diaconi cardinalis S. Georgii Gradensi ecclesiae praeficit in patriarcham. VIII kal. Iun. 1279. Ughelli Ital. sacra V. 1139.
„ 27	„	(21587) I(ohanni) episcopo Cluamfertensi mandat, citet (Nicolaum) Armachanum archiepiscopum ob munus visitationis in diocesi Dunensi perperam peractum, ut infra quatuor menses per se vel procuratorem apostolico se conspectui repraesentet. VI kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 121. n° 271. — »Significavit nobis venerabilis.«
„ 29	„	(21588) Constitutionem super reformatione pacis inter partes Bononienses et Romaniolae provinciae sancit. IV kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 237. n° 389; *sine nota chronol.* Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 29. n° 21; Ghirardacci Hist. di Bologna I. 239. — »Commisse nobis a.«
Iun. 1	„	(21589) Iohanni Egitaniensi episcopo indulget ut, dum res Lusitaniae in tanta perturbatione, Alphonso rege ecclesiasticos vexante, versentur, redditibus et regimine gaudeat ecclesiae Gadicensis, a qua ad Egitaniensem translatus erat. Kal. Iun. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 455, *cf.* 86; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 396. n° 118. — »Vacante dudum Egitaniensi.«
„ 1	„	(21590) Boamundum principem Antiochenum comitem Tripolitanum acerrime perstringit quod P(aulum) episcopum Tripolitanum ab episcopali sede ausu sacrilego eiecit, eum in domo militiae Templi Tripolitani hostiliter obsedit et ad eius custodiam Saracenos deputavit *etc.* Expectat eius emendationem ex suis monitis. Kal. Iun. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 49—51; Sbaralea l. c. 394. n° 117. — »Ad audientiam apostolatus.«
„ 2	„	(21591) L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo sedis apostolicae legato et Bertoldo de Filiis Ursi civi Romano totius provinciae Romaniolae ... rectori mandat, ut pacem inter Lambertatios et Hieronymianos in urbe Bononiensi stabilitam cum quibusdam reformationibus adiectis promulgari faciant. IV non. Iun. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. do-

1279.

minii temp. I. 241. nº 390; *sine nota chronol.* Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 38. nº 22; Ghirardacci Hist. di Bologna I. 237. — »In negotio Bononiensis.«

Iun. 3 Romae ap. S. Petrum (21592) Ad firmandam pacem inter Rodulphum regem Romanorum et Carolum Siciliae regem studet utrumque affinitate iungere. III non. Iun. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 10. — »Indefessis studiis intendentes.«

» 6 » (21593) (Iohannem) archiepiscopum Nidrosiensem et universos episcopos in regno Suetiae constitutos hortatur, ut decimam pro Terrae sanctae subsidio collectam ad portum Scarensem deferri curent, ex quo in Franciam per magistrum Bertrandum Amalrici capellanum suum Remensem canonicum in Suetiae et Datiae regnis collectorem decimae mitti possit. VIII id. Iun. aº 2º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 547. nº 673; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 147; *cf.* Porthan Bullar. access. 56. nº 1; Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 369 in nº 58. — »Tanto ad Terrae.«

» 6 » (21594) Archiepiscopum (Lundensem) et universos episcopos in regno Datiae constitutos *in eundem modum, excepto quod pro* ad portum Scarensem *legi debet* ad portum Ripensem. VIII id. Iun. aº 2º. ‖ Rördam l. c. 368. nº 58. — »Tanto ad Terre.«

» 7 » (21595) (Magnum) regem Suetiae rogat, ut quandam quantitatem argenti in ipsius regno pro subsidio Terrae sanctae collecti, quam sub velamento necessitatis urgentis receperit, magistro Bertrando Amalrici capellano suo *etc.* (*ut in* nº 21593) restituat. VII id. Iun. aº 2º. ‖ Liljegren l. c. I. 548. nº 674; Munch l. c. 147; *cf.* Porthan l. c. 57. nº 2. — »Si circumspecta culminis.«

» 7 » (21596) (Paulo) episcopo Tripolitano tradit articulos pro unitate inter Rudolphum Romanorum et Carolum Siciliae reges solidanda cum multa deliberatione discussos. VII id. Iun. aº 2º. ‖ Steyerer Collectanea Austriaca VI. 453—463; Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde II. III. 327, *cf.* 176. — »Isti sunt articuli.«

» 7 » (21597) Eidem modum agendi cum (Rudolfo) rege Romanorum describit, ut ille foedus ineat cum Carolo rege Siciliae matrimonio filiae eius cum primogenito alterius contrahendo. VII id. Iun. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 397. nº 119; Kopp l. c. 332. nº 2; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 11. — »Ut in commissis.«

» 9 » (21598) (Alfonso) regi Castellae ac Legionis gravia proponit damna, quae ex periculosa inter eum et (Philippum) regem Franciae dissensione exorta praecipue Terrae sanctae enascantur, eumque hortatur, ut tandem se ad pacis et unitatis gaudia conformet. V id. Iun. aº 2º. ‖ Raynald. l. c. § 21—23; Ripolli Bullar. Praed. I. 565. nº 14; Sbaralea l. c. 398. nº 120. — »Digne quidem ab.«

» 9 » (21599) Potestati, consilio et communi civitatis Firmanae quasdam condemnationes per marchiae Anconitanae rectores ipsis inflictas remittit et quaedam castra remittit. V id. Iun. aº 2º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 243. nº 391. — »Ex parte vestra.«

» 9 » (21600) Castellanis castrorum et villarum Turris Palmae, Morani, Criptarum ad Mare, Montisfalconis et Morissi mandat, ut castra praedicta communi civitatis Firmanae restituant. V id. Iun. aº 2º. ‖ Theiner l. c. 243 in nº 391. — »Ex parte dilectorum.«

» 9 » (21601) B. abbati monasterii Montis Maioris marchiae Anconitanae rectori mandat, ut si dicti castellani mandatum super hoc neglexerint adimplere, eos ad id per censuram ecclesiasticam compellat. V id. Iun. aº 2º. ‖ Theiner l. c. 243 in nº 391. — »Ex parte.«

» 9 » (21602) Magistro Bertrando Amalrici capellano suo canonico Remensi collectori decimae in Suetiae et Datiae regnis Terrae sanctae subsidio deputatae mandat, ut contra clericos, qui se ad partes transferre remotas et quantitates pecuniae, quam de huiusmodi decima collegerant, secum asportare ausu nefario praesumpserunt, de ministerio collectionis peractae contempnantes reddere rationem usque ad satisfactionem condignam aggravet manum suam, invocato contra eos super hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis. V id. Iun. aº 2º. ‖ Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 148. — »Ex tenore literarum.«

» 9 » (21603) Eidem mandat, ut pecuniam decimae in partibus illis collectam, coram duobus vel tribus episcopis reddita ratione, in Franciam transferri et inibi deponi in tuto loco procuret. V id. Iun. aº 2º. ‖ Munch l. c. 148. — »Nuper ex tua.«

» 9 » (21604) Eidem mandat, ut causam versatam inter clericos collectores decimae in Dacia et Suetia constitutos et quosdam clericorum civitatis Scarensis, qui decimam reddituum suorum ecclesiasticorum solvere denegaverant, inquirat. V id. Iun. aº 2º. ‖ Munch l. c. 149. — »Nuper ex serie.«

» 9 » (21605) Eidem super nonnullis clericis Ripensium et Sclavicensium(!) civitatum et diocesum idem negantibus mandata dat. V id. Iun. aº 2º. ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 369. nº 59. — »Nuper ex serie.«

» 9 » (21606) Eidem concedit facultatem, diversas personas, quibus collectores decimae pecuniam acceptam tradiderant ea conditione, ut eiusdem extimationem certo termino in

1279.

argento restituerent, quae autem eam non restituerant, per censuram ecclesiasticam compellendi. V id. Iun. aº 2º. ‖ Munch l. c. 149. — »Ex tua nuper.«

Iun. 9 Romae ap. S. Petrum (21607) Eidem mandat, ut, si proventus nonnullorum reddituum in cathedralibus ecclesiis Datiae et Suetiae sint adeo magni, »quod ministratis vino et ostiis multum ex illis noverit superesse,« de illis decima persolvatur. V id. Iun. aº 2º. ‖ Munch l. c. 150. — »Te nuper significante.«

» 12 »Hic summus pontifex in ecclesia s. Petri capellam fecit fieri in honorem b. Nicolai, ut scriptores historiae tradunt, ubi et sepeliri voluit; ipsam decenter dotavit, ut scribunt, et pridie idus Iunii pontificaliter consecravit.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 29 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1181.

» 13 » (21608) Lodomerium episcopum Waradiensem Strigoniensi ecclesiae in archiepiscopum praeficit. Id. Iun. aº 2º (1º *male Thein.*). ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 337. nº 553; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 183. — »Ad utilem provisionem.«

» 13 » (21609) Suffraganeis Strigoniensis ecclesiae nunciat, se praefecisse Lodomerium episcopum Waradiensem ecclesiae Strigoniensi in archiepiscopum eosque monet et rogat, ut eundem electum hilariter admittant *etc.* Id. Iun. aº 2º. ‖ Theiner l. c. 338; Mon. Hung. hist. l. c. 185. — »Ad utilem provisionem.«

* *In eundem modum* Praeposito et capitulo Strigoniensis ecclesiae — Clero civitatis et diocesis Strigoniensis — Populo civitatis et diocesis Strigoniensis — Vasallis ecclesiae Strigoniensis.

» 13 » (21610) (Philippo) episcopo Firmano apostolicae sedis legato mandat, ut, si electionem magistri Iohannis praepositi Budensis in archiepiscopum Colocensem canonice celebratam invenerit, confirmet eique munus consecrationis impendat. Id. Iun. aº 2º. ‖ Theiner l. c. 338. nº 554; Mon. Hung. hist. l. c. 188. — »Detulit ad nos.«

» 13 » (21611) Universis archiepiscopis et episcopis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per Datiae et Suetiae regna constitutis mandat, ut omnium ecclesiasticorum proventuum decimam, quam Gregorius pp. praedecessor suus approbante concilio Lugdunensi in Terrae sanctae subsidium deputavit, integre persolvant. Id. Iun. aº 2º. ‖ Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 150. — »Gregis dominici pastores.«

» 13 » (21612) Magistro Bertrando Amalrici capellano suo *etc.* (*ut in* nº 21602) mandat, ut ad executionem huius negotii studeat vigilanter intendere. Id. Iun. aº 2º. ‖ Munch l. c. 151. — »Felicis recordationis Gregorius.«

» 13 » (21613) Universis prioribus Praedic. ac guardianis Minor. ord. ac fratribus eorundem ordinum per Datiae et Suetiae regna constitutis mandat, ut bona in Terrae sanctae subsidium convertenda magistro Bertrando Amalrici (Almaria *W.*) *etc.* assignent. Id. Iun. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 400. nº 121; Munch l. c. 151; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 87. — »Intelleximus quod pia.«

» 21 » (21614) (Magnum) regem Svetiae rogat, ut pecuniam decimae in eius regno collectae pro Terrae sanctae subsidio extra idem extrahi patiatur et ad id peragendum plenam securitatem praestet. XI kal. Iul. aº 2º. ‖ Vastovius Vitis aquil. 188; Liljegren Svenskt diplom. I. 552. nº 681; Munch l. c. 152; *cf.* Celse Appar. 88. nº 2. — »Illam in desideriis.«

» 21 » (21615) Magistro Bertrando Amalrici canonico *etc.* (*ut in* nº 21602) mandat, ut quoque a redditibus ecclesiasticis (Brunnulphi) episcopi Scarensis in Terrae sanctae subsidium personaliter profecturi decimam exigat, sed eam in tuto loco deponat tradendam tandem dicto episcopo, si eum contigerit personaliter transfretare. XI kal. Iul. aº 2º. ‖ Liljegren l. c. 551. nº 680; Munch l. c. 152; *cf.* Porthan Bullar. access. 58. nº 3. — »Sicut nuper te.«

» 22 » (21616) Ladizlao regi Ungariae nunciat, se propter urgentem necessitatem Lodomerium episcopum Waradiensem ad Strigoniensem ecclesiam transtulisse; rogat eum et hortatur, ut, si quae de bonis temporalibus eiusdem ecclesiae in ipsius manibus existant, novo archiepiscopo restituat. X kal. Iul. aº 2º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 339. nº 555; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 189. — »Ad utilem provisionem.«

» 27 » (21617) Magistro Bertrando Amalrici canonico *etc.* (*ut in* nº 21602) mandat, ut in cives Scarlenses, quod sacrarium ecclesiae, in quo pecunia collectae decimae erat deposita, nequiter violare et 70 marcas argenti in denariis de ipso sacrario educere praesumpserunt, nisi satisfactionem dederint, interdicti et excommunicationis sententias promulget. V kal. Iul. aº 2º. ‖ Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 152. — »Nuper ex insinuatione.«

» 27 » (21618) Guardiano et fratribus ord. Minor. de Villa Franca Elnens. dioc. usum et habitationem loci fratrum de Poenitentia dictae villae concedit. V kal. Iul. aº 2º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 455. nº 19; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 401. nº 122. — »Nuper exponentibus vobis.«

» 27 » (21619) Episcopo Elnensi et abbati monasterii s. Michaelis de Coxano Elnens. dioc. executionem supradictae concessionis committit. V kal. Iul. aº 2º. ‖ Wadding l. c. 457. nº 20; Sbaralea l. c. 402. nº 123. — »Exposuerunt nobis dilecti.«

1279.

Iun. 28 — Romae ap. S. Petrum — (21620) Abbatissam et conventum s. Mariae extra muros Wormatienses ord. Cisterc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque earum possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. IV kal. Iul. indict. VII. incarn. dom. a° 1279. pont. a° 2°. ‖ Schannat Hist. ep. Wormat. II. 140. n° 163; *cf.* Archiv f. Hessische Geschichte II. 309. — »Religiosam vitam eligentibus.«

Iul. 1 — » — (21621) Iohanni de Derlinton electo Dublinensi indulget, ut archiepiscopus Cantuariensis vel quivis alius antistes catholicus munus consecrationis ei impendere valeat. Kal. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 122. n° 272. — »Ea que iuste.«

» 5 — ap. Montem Rosolum — (21622) Priori Praedicatorum et ministro Minorum ord. provincialibus in Francia mandat, dispensent cum Iohanne de Mutenyo armigero consanguineo (Henrici) archiepiscopi Treverensis et Hudeta nata Theobaldi de Sorbeis nepte Iohannis de Colonier, ut matrimonialiter copulari valeant. III non. Iul. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 402. n° 124. — »Exponente nobis Iohanne.«

» 5 — » — (21623) Episcopo Engolismensi, Raymundo electo Petragoricensi et ministro provinciali ord. Minor. in provincia Aquitaniae mandat, dispensent cum Arthaudo domino Castri de Mirabello et Meudi nata quondam Benedicti de Mauritania, ut matrimonialiter copulari possint. III non. Iul. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 403. n° 125. — »Sicut exhibita nobis.«

» 6 — »Basilicam ad *Sancta Sanctorum* pridie non. Iul. (*sic lego cum* cod. Patav., *Iun.* Murat.) consecravit.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 30 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1182.

» 11 — ? — (21624) Iohanni Brabantiae et Lotharingiae duci, Roberto Burgundiae duci et Roberto comiti Atrebatensi scribit, Petrum episcopum Baiocensem nonnisi de obiectis criminibus convictum posse damnari. »Romae« v id. Iul. (*num* Iun. *legendum?*) a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1279 § 48. — »Quae querelae causa.«

» 12 — Suriani — (21625) Raymundo electo Petragoricensi et antiquiori Praedicatorum in actu regendi ac Minorum ord. magistris Parisius regentibus in theologica facultate mandat, ut cantoriam ecclesiae Morinensis vacantem sibique reservatam alicui idoneo canonico provideant. IV id. Iul. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 403. n° 126. — »Licet cantoria ecclesiae.«

» 21 — » — (21626) Londoniensi, Norwicensi et Wigorniensi episcopis mandat, ut I(ohanni) de Derlinton electo Dublinensi, postquam extiterit consecratus, pallium quod eis per magistros Stephanum de Cendenore rectorem ecclesiae de Takele et Adam de Novoburgo clericos Lincolniensis et Conventrensis diocesum destinet, tradant. »Duriani« XII kal. Aug. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 122. n° 273. — »Cum dilectum filium.«

» 21 — » — (21627) Magistris Stephano de Cedonore (*sic!*) rectori ecclesiae de Takele et Adae de Novoburgo *etc.* committit pallium praefatis episcopis praesentandum. »Dat. ut supra.« ‖ Theiner l. c. in n° 273. — »Cum dilectum filium.«

Aug. 14 resp. 15 — » — (21628) Declarat regulam s. Francisci pro fratribus ordinis Minorum. XIX (XVIII *R.*) kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 404. n° 127; Sext. Decret. lib. 5. tit. 12 *de verbor. signif.* c. 3 ap. Boehmer Corp. II. 1028; ap. Richter Corp. II. 1037; *cf.* Tabulae codd. mss. in bibl. Vindobon. II. 283. n° 3417. 6; Bellarmin De Roman. pontif. lib. 4; Mansi Conc. XXIV. 946. — »Exiit qui seminat.«

» 21 — » — (21629) Confirmat n° 7108 Honorii III d. d. 1223. Nov. 29: »XII kal. Sept. a° 2°« — »Litteras fel. recordationis.« ‖ Wadding Ann. Minor. V. 457. n° 21; Sbaralea l. c. 417. n° 128; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 52.

» 25 — » — (21630) Repetit n° 10314 Gregorii IX d. d. 1237. Apr. 5 resp. n° 10307 d. d. 1237. Mart. 31, quo illius testimonium stigmatum b. Francisci conf. confirmat. VIII kal. Sept. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 88 et 457. n° 22; Sbaralea l. c. n° 129; *cf.* Raynald. l. c. § 52. — »Litteras fel. record.«

» 29 — » — (21631) (Wernero) archiepiscopo Maguntino scribit, se indigne non moveri, »quod, cum .. Giffridus de Anagnia decanus ecclesiae s. Audomari Morinens. dioc. capellanus noster tibi ex parte nostra super ecclesiae Romanae negotiis sub certa forma litteras apostolicas praesentasset, te certis haesitationibus dubitante, quas nuper per .. Conradum cantorem ecclesiae Aschafn(a)burgensis Magunt. dioc. tuum nuntium intimasti, optatus effectus ex eisdem apostolicis litteris non advenit.« Monet eum, ut se papae et ipsius ecclesiae beneplacitis conformet et tenorem litterarum ipsarum prompte adimpleat. IV kal. Sept. a° 2°. ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sedis imper. in urb. Comacli. App. 106. n° 33. — »Cedere tuis sensibus.«

° *In eundem modum* (Henrico) archiepiscopo Treverensi . . . . per magistrum Volucrem canonicum ecclesiae s. Paulini Treverensis. ‖ Zaccagni l. c. 107.

Sept. 8 — »VI id. Sept. frater Iohannes de Derlingtone de ord. fratrum Praedic. in archiepiscopum de Dyvelin [*i. e.* Dublin] a domino papa est promotus.« ‖ Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 392.

1279.

Sept. 13 — Viterbii — (21632) Iohanni S. Mariae in Cosmedin diac. card. mandat, ut, cum circa regimen Urbis pro instanti anno futuro quod expedire crediderit, duxerit ordinandum, credat indubitanter, quae Egidius Archionis hostiarius suus ei super hoc relaturus sit. Id. Sept. a° 2°. ‖ Vitale Senatori di Roma 180. — »Cum circa regimen.«

° *In eundem modum* Iacobo S. Mariae in Via lata diacono cardinali;
» » » Iohanni de Columna;
» » » Pandulfo de Sabello.

» 17 — » — (21633) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad altare novum in basilica Principis apostolorum de Urbe ab ipso papa fundatum et III id. Iun. (*i. e.* 11. Iun.) propriis manibus consecratum in anniversario die consecrationis eiusdem et in festo s. Nicolai accesserint, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargitur. XV kal. Oct. a° 2°. Bullar. Vatic. I. 202. — »Decorem domus Domini.«

» 18 resp. 19 — » — (21634) Decano, cantori et scolastico ecclesiae Frankenfordensis Magunt. dioc. mandat, ut inter magistram et conventum monasterii in Reters ex parte una et decanum capitulumque ecclesiae s. Stephani Maguntinae, abbatissam conventumque de Smerlebach Cisterc. ord., Henricum de Bonemese, Hartmodum de Sultzbach *etc.* ex altera super quadam pecuniae summa, terris *etc.* litigantes iudicium faciant. XIV (XIII *L.*) kal. Oct. a° 2°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 799. n° 9; *cf.* Lang Regesta IV. 99. — »Conquesto sunt nobis.«

» 20 — » — (21635) (Iohannem) archiepiscopum Cantuariensem rogat et hortatur, ut in iucundo adventu Guillelmi Eboracensis archiepiscopi super baiulatione crucis, super qua inter Cantuarienses et Eboracenses archiepiscopos diutius litigatum sit, praedecessorum suorum rigorem sua modestia temperet. XII kal. Oct. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 79; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 418. n° 130. — »Cum inter Cantuarienses.«

» 22 — » — (21636) (Florasium) praeficit ecclesiae Sutrinae in episcopum, reiecta electione de Iohanne de Amelia ord. Minor. facta. X kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 131. — »In supremae dignitatis.«

» 22 — » — (21637) (Turgotho) archiepiscopo Lundensi mandat, ut sententiam excommunicationis tempore Gregorii pp. X praedecessoris promulgatam in Iuttam filiam Erici regis Daciae, quae, postquam in monasterio s. Agnetis Roskildensis ord. s. Aug. sollempnem professionem fecerat et diu gestaverat habitum regularem, monasterium ipsum absque superiorum licentia exiens per saeculum dampnabiliter evagabatur et quasdam terras possessiones et alia bona praedicti coenobii occupabat, inviolabiliter observari faciat et, si Iutta dicta sententiam per unum mensem sustinuerit animo indurato, ipsam extunc singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, donec satisfecerit, excommunicatam publice nuntiet. X kal. Oct. a° 2°. ‖ Suhm Hist. af Danmark X. 1009; Liljegren Svenskt diplomat. I. 727. n° 881. — »Sua nobis . . .«

(» —) — » — (21638) Giffrido de Anagnia decano ecclesiae de s. Audomaro Morinens. dioc. capellano suo, qui recesserat a (Wernero) Maguntino et (Henrico) Treverensi archiepiscopis, non completis eis pro quibus ad illos accesserat, significat dictos archiepiscopos duos clericos (*vid.* n° 21631) destinasse, quos autem cum litteris suis ad illos remisisse, per quas consummationem beneplaciti sui provenire speret. Monet Giffridum, ut studeat, quod ea quae de mandato apostolico prosequatur, effectu prospero per eosdem archiepiscopos compleantur. *Sine nota temporis.* ‖ (Zaccagni) Diss. de s. apost. sedis imper. in urb. Comacli. App. 107. — »Receptarum nuper ex.«

» 22 — » — (21639) (Bertoldo) episcopo Herbipolensi et abbati de Hornbach Metens. dioc. ac Mathiae canonico S. Stephani Argentinensis mandat, iudicent inter (Fridericum) episcopum Spirensem et priorissam conventumque monasterii de s. Lamberto Spirens. dioc. de ecclesia in Steinwilre litigantes. X kal. Oct. a° 2°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 362. n° 398. — »Sua nobis venerabilis.«

» 22 — » — (21640) Abbati S. Petri foris portam Viennensem, priori Praedicatorum Lugdunensium et guardiano Minorum Viennensium fratrum ordinum vel eorum vices gerentibus de facta electione ancipiti archiepiscopi Viennensis mandata dat. X kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 419. n° 131; Gallia christ. XVI. instr. 51; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 87. — »Ex incumbenti nobis.«

» 22 — » — ° (21641) Abbati et conventui monasterii Reomaensis ord. s. Ben. Lingonens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. X kal. Oct. a° 2°. ‖ Roverius Hist. monast. Reomaensis 285.

» 22 — » — ° (21642) Monasterii Crassensis immunitates, libertates ac privilegia confirmat. X kal. Oct. (a° 2°). ‖ Mahul Cartul. II. 431.

» 24 — » — (21643) Iohanni de Columna et Pandulfo de Sabello, quibus senatoriam Urbis pro instanti anno futuro a kalendis mensis Octobris proxime futuri computando gerendam confert, formam iuramenti ante omnia praestandi transmittit. VIII kal. Oct. a° 2°. ‖ Vitale Senatori di Roma 180. — »Cum senatoriam Urbis.«

1279.

Sept. 24 Viterbii (21644) Universo populo Romano significat, se Iohanni de Columna et Pandulfo de Sabello senatoriam in Urbe pro instanti anno computando a kalendis mensis Octobris proximo usque ad annum completum gerundam communiter commisisse, eumque hortatur, ut senatores ipsos benigne recipientes eisdem in his quae ad senatoriae spectant officium, obediant ac intendant. VIII kal. Oct. a° 2°. ‖ Vitale l. c. 181; *cf.* Gregorovius Gesch. der Stadt Rom V. 478. not. 2, 480. not. 2. — »Infra Urbis moenia.«

» 24 » (21645) Cantori ecclesiae s. Donaciani in Brugis Tornacens. dioc. mandat, ut iudicium faciat inter abbatissam conventumque monasterii in Rensburg ex parte una et Henricum de Lecha, Theodericum de Teylincgham *etc.* illis super possessionibus, terris et rebus aliis iniuriantes. VIII kal. Oct. a° 2°. ‖ Oorkondenb. van Holland II. 162. n° 383; *hollandice* Mieris Charterboek I. 398. — »Conqueste sunt nobis.«

» 24 » (21646) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam monialium monasterii de Felines Cisterc. ord. Atrebat. dioc. in nativitatis *etc.* festivitatibus b. Mariae semper Virginis annis singulis devote visitarint, indulgentiam 40 dierum impertitur. VIII kal. Oct. a° 2°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 231. n° 211. — »Gloriosus Deus in.«

Oct. 1 » (21647) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Messanensibus mandat, ut de criminibus Ysachii archimandritae monasterii s. Salvatoris de lingua Messanensis ord. s. Basilii inquirant et sedem apostolicam informent, an idem sit personaliter ad curiam evocandus. Kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 421. n° 133. — »Sicut dilecti filii.«

» 3 » (21648) Iohannem de Chanlaio Cenomanensi ecclesiae praeficit in episcopum. V non. Oct. a° 2°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 140. — »Debitum officii nostri.«

» 4 » (21649) Conradum ministrum fratrum ord. Minor. superioris Alemanniae praeficit Tullensi ecclesiae in episcopum. IV non. Oct. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 458. n° 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 422. n° 134. — »In supremae dignitatis.«

» 4 » (21650) Populo civitatis et diocesis Tullensis significat, se praefecisse praefatum Conradum Tullensi ecclesiae in episcopum, eosque hortatur, ut eius mandatis et monitis intendant. IV non. Oct. a° 2°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 529; *cf.* Wadding l. c. 86. — »In supremae dignitatis.«

» 6 » (21651) Iohanni episcopo Cloamfertensi mandat, citet peremptorie decanum et capitulum S. Patricii Dublinensis, ut in causa electionis archiepiscopi Dublinensis infra quatuor menses post citationem apostolico se conspectui repraesentent, facturi et recepturi quod ordo dictaverit rationis. II non. Oct. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 123. n° 274. — »Dudum bone memorie.«

» 7 » (21652) Abbati monasterii s. Michaelis de Guamo Lucan. dioc. et priori Praedic. ac guardiano Minor. ord. Lucanensibus mandat, permittant Guilelmo Antelminelli de Luca plebano plebis Massae Piscatorum Pistoriens. dioc., ut plebanatum suum permutet, si nihil obsistat. Non. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 422. n° 135. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 7 » * (21653) Abbati et conventui Altimontis [Hautmont] concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, quae personae liberae monasterio faciant ibi ad profitendam regulam intrantes, petere recipere ac retinere possint. Non. Oct. a° 2°. ‖ Devillers Descript. III. 123. n° 18, *male ad* a. 1278.

» 9 » (21654) Gentili fratri ord. Minor. concedit ecclesiam archiepiscopalem Rheginam, electione facta de Roberto de Castellione decano eiusdem ob defectum scientiae non confirmata. VII id. Oct. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 458. n° 24, *cf.* 86; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 424. n° 136. — »Recte tunc ecclesiarum.«

Nov. 20 Romae ap. S. Petrum (21655) Ecclesiam s. Affrae in Misna ord. s. Aug. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius possessiones et bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. XII kal. Dec. a° 2°. ‖ Joh. Fr. Ursinus Sanct Afra in d. Stadt Meissen (Leipzig 1780. 8°) 124; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. Hauptth. IV. 118. n° 167. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 27 » (21656) Nicolaum de Cusoach Minor. ord. professorem post mortem Symonis episcopi Darensi ecclesiae praeficit in episcopum. V kal. Dec. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 459. n° 25; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 425. n° 137; Theiner Mon. Hibern. 123. n° 275. — »Rationis oculis intuentes.«

* *In eundem modum* Decano et capitulo ecclesiae Darensis — Clero et populo civitatis et diocesis Darensis — Regi Angliae.

» 29 » (21657) Universos potestates, capitaneos et rectores civitatum *etc.* per Lombardiae provinciam constitutos hortatur, provideant ne Conradus de Venosta haereticus eiusque complices, interfectores fratris Pagani ord. Praed. tunc inquisitoris pravitatis haereticae in illis partibus necnon duorum istius notariorum, si per eorum districtum duci contigerit, custodiam evadant. III kal. Dec. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 567. — »Illa vos credimus.«

1279.

Dec. 4 Romae ap. S. Petrum (21658) Gualterum ministrum ord. Minor. in Francia Pictaviensi ecclesiae praeficit in episcopum. II non. Dec. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 460. n° 26; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 426. n° 138. — »Militanti ecclesiae disponente.«

(» 4) » (21659) (Philippo) regi Francorum Gualterum Pictaviensem episcopum a suis manibus consecrationis munere ornatum commendat. *Sine temporis nota.* ‖ Sbaralea l. c. 426. n° 139; »a° 2°« Gallia christ. II. instr. 339. — »Divinae gratia maiestatis.«

» 9 » (21660) Philippum episcopum Firmanum apostolicae sedis legatum excitat, ut nullius timore vel periculi consideratione vel sub colore appellationis frivole interpositae vel interponendae lentescens commissis sibi negotiis prudenter insistat et illa in his maxime, quae exaltationem fidei catholicae, conservationem libertatis ecclesiasticae, salubrem statum regis et regni (Ungariae) respiciant, viriliter persequatur. V id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 344. n° 559; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 198; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 34. — »Tue devotionis et.«

» 9 » (21661) C(arolum) regem Siciliae rogat et hortatur, ut, cum ipsum papam ad ea quae Ladizlai regis Ungariae incrementa respiciant vehementer inducat matrimonialis inter istum et (Elisabetham) reginam Ungariae natam eius subsecuta coniunctio, illum inducat ad acquiescendum Philippo episcopo Firmano apostolicae sedis legato eidemque Ladizlao praenuntiet, ut, si sic inobediens remaneat, ad resistendum contra istum cum aliis catholicis mundi principibus pro fidei catholicae ac libertatis ecclesiasticae observatione christianae religionis debitum coarctaret. V id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 345. n° 560; Mon. Hung. hist. l. c. 199; *cf.* Raynald. l. c. — »In virtutem et.«

* *In eundem modum* R(odulphum) regem Romanorum.

» 9 » (21662) (Elisabethae) reginae Ungariae gratulatur, quod pro fidei claritate servanda et libertatis ecclesiasticae conservatione persistat et assistat prosequentibus causam Christi. V id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 345. n° 561; Mon. Hung. hist. l. c. 201; *cf.* Raynald. l. c. — »Paterna domus tua.«

» 9 » (21663) Archiepiscopis et episcopis ac electis, abbatibus, prioribus *etc.* et ministris, guardianis et custodibus ac capitulis et conventibus Cisterciensis, s. Ben., Praemonstrat. *etc.* ordinum *etc.* per regnum Ungariae constitutis significat, se Philippum episcopum Firmanum apostolicae sedis legatum ad partes illas duxisse destinandum, ut personam papae praelatis regni ac aliis catholicis praesentet et quae dicto regno ad salutem profutura et ad christianae fidei ac regii status fulcimenta pertinere cognoscat, auctoritate sedis apostolicae munitus impleat. Addit multis verbis, quae inter legatum et regem Ungariae de conservatione ecclesiasticae libertatis, de expulsione haereticorum *etc.* acta sunt, *etc.* V id. Dec. a° 2°. ‖ Kollar Hist. iur. patron. 182; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 427. n° 141; Theiner Mon. Hungar. I. 344. n° 548; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 191. — »Militantis ecclesiae pater.«

* *In eundem modum* Ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus ac universo populo per regnum Ungariae constitutis.

In eundem modum (Ladizlao) regi Ungariae. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 35—41; Fejér Cod. dipl. V. II. 572; Theiner l. c. 341. n° 547.

» 9 » (21664) Philippum (de Mantua) ord. Minor. executioni officii inquisitionis contra haereticos in marchia Tervisina insistentem Ragusinae ecclesiae praeficit in archiepiscopum. V id. Dec. a° 2°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 114; Wadding Ann. Minor. V. 461; Sbaralea l. c. 426. n° 140; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 96. n° 130. — »Militanti ecclesiae disponente.« *Cf.* 1281. Dec. 23.

* *In eundem modum* Capitulo ecclesiae Ragusinae — Clero et populo civitatis et diocesis Ragusinae *et* — Universis suffraganeis ecclesiae Ragusinae.

» 13 » (21665) Sancit, ut omnes electi cathedralium vel regularium ecclesiarum, quorum electionum confirmationes vel informationes ad sedis apostolicae examen deducit immediata subiectio, vel appellatio interiecta devolvit, infra unum mensem post consensum vel post obtentam de ipsorum electione notitiam, si eam debito tempore non contingeret praesentari, ad sedem ipsam iter arripiant *etc.* Id. Dec. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 44. — »Cupientes ecclesiarum vacationibus.«

» 23 » (21666) Philippo episcopo Firmano apostolicae sedis legato committit, ut, cum Gneznensis ecclesia nunc per mortem b. mem. Martini de ordine Praedic., quem sedes apostolica in archiepiscopum eidem praefecerat ecclesiae, vacet, Wlostoberium (Wolstiberium *Rayn.*) canonicum Gneznensem confirmet, si electionem istius in archiepiscopum Gneznensem invenerit canonice celebratam. X kal. Ianr. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 43; Ripolli Bullar. Praed. I. 568. n° 16; Theiner Mon. Polon. I. 86. n° 161. — »Que de statu.«

1280.

Ianr. 5 » (21667) (Opizoni) episcopo Parmensi, Cremonensis et s. Auxiani de Frangran. Mutinens. dioc. ecclesiarum archipresbyteris mandat, ut fratres Minorum ordinis Placentinos liberent a (Philippi) episcopi Placentini gravaminibus, quae recenset. Non. Ianr. a° 3°. ‖

1280.

Wadding Ann. Minor. V. 462. nº 28; Campi Hist. di Piacenza III. 259. nº 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 432. nº 142. — »Fragilitatis humanae malitia.«

Ianr. 13 — Romae ap. S. Petrum — (21668) Fridericum Frisingensis ecclesiae praepositum eidem ecclesiae praeficit in episcopum. Id. Ianr. aº 3º. ‖ Deutinger Beyträge II. 22. — »Inter nostre mentis.«

» 13 — » — (21669) Capitulum Frisingense hortatur, ut Friderico episcopo obedientiam et reverentiam debitam et devotam exhibeant. Id. Ianr. aº 3º. ‖ Deutinger l. c. 23. — »Inter nostre mentis.«

* *In eundem modum* Clerum civitatis Frisingensis — Populum civitatis et diocesis Frisingensis — Universos vasallos ecclesiae Frisingensis.

» 13 — » — (21670) Decano ecclesiae Neucastrensis et guardiano ord. Minor. de Monte Leone Militens. dioc. mandat, ut I(ohanni) Tropeensi episcopo, invasori ecclesiae Cassanensis, diem dicant ad sistendum se sedi apostolicae. Id. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 435. nº 143. — »Nuper dilecto filio.«

» 13 — » — (21671) Abbatissae et conventui monasterii in Nunnenmunstere extra muros Wormacienses indulget, ut illis privilegiis et indulgentiis apostolicis, quibus per negligentiam uti hactenus omiserint, dummodo eis non sit per praescriptionem vel alias legitime derogatum, de cetero uti libere possint. Id. Ianr. aº 3º. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 303. nº 327. — »Ex parte vestra.«

» 18 — » — (21672) Bertoldo de filiis Ursi civi Romano totius provinciae Romaniolae, civitatis Bononiensis, comitatus Bertinorii et pertinentiarum eorundem rectori ac ipsius civitatis potestati, consilio et communi et universis de parte Geremiensium Bononiensibus scribit, se veridica relatione percepisse, eos conflixisse partem Geremiensium et partem Lambertatiorum, hinc inde patratos nefarios excessus. »Quae autem partium, seu qui dederint praedictis initium, ... adhuc certitudinaliter non sensimus.« Propter quod decernit, consilium, commune ac Geremienses super faciendis et adimplendis tam papae quam Latini Ostiensis et Velletrensis episcopi apostolicae sedis legati ac potestatis mandatis requirere, diligentius experiri de negotii circumstantiis et omnes communiter in obedientia ecclesiae retinere. xv kal. Febr. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1280 § 6; Ripolli Bullar. Praed. I. 568. nº 17. — »Esset enarrare longissimum.«

» 23 — » — (21673) Rodulfum Romanorum regem, expositis suis pro concordia actibus, rogat et hortatur, ut P(auli) episcopi Tripolitani suasionibus et consiliis acquiescens cum Carolo rege Siciliae firmam pacem contrahat. x kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 437. nº 144; Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde II. Abtheil. 2. Hälfte 2. Abschn. III. 334. nº 3, *cf.* p. 178; Raynald. l. c. § 1, *nonnisi pars ultima.* — »Pridem dum eorum.«

Febr. 4 — » — (21674) Cymiliarchae ecclesiae Mediolanensis mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae Modoetiensis per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eius revocet. II non. Febr. aº 3º. ‖ Frisi Mem. stor. di Monza e sua corte II. 139, *perperam ad* a. 1290. — »Ad audientiam nostram.«

» 4 — » — (21675) Abbati monasterii Tuitiensis Coloniens. dioc. mandat, ut omnes tam clericos quam saeculares, qui monasterio s. Pantaleonis Coloniensis ord. s. Ben. censum vel redditum annuum exhiberi non curent, per censuram ecclesiasticam compellat. II non. Febr. aº 3º. ‖ Ennen Quellen z. Gesch. d. Stadt Köln III. 311. nº 348, *ubi* Nicolao IV *male adscribitur.* — »Significarunt nobis dilecti.«

» 5 — » — (21676) Decernit, ut constitutio quae incipit »Cupientes« et quam de eligentibus et electis, postulantibus et postulatis *etc.* d. 13. Dec. 1279 edidit (*vid.* nº 21665), eo moderamine observetur, ut virtus eius, prout ipsorum negotiorum status et qualitas patientur, sic in veniendo, comparendo, expensas ministrando eligentes, electos, postulantes, postulatos *etc.* ab eo tempore, quo verisimiliter possit ad eos praesentis constitutionis editio pervenire, omnes astringat. Non. Febr. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1279 § 46. — »Quia leges et.«

» 13 — » — (21679) Praecipit ut monachi Cluniacenses fratribus ord. Minor. permittant in villa de Caroloco Matisconens. dioc. conventum aedificare. Id. Febr. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 465. nº 29; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 438. nº 145. — »Olim ex relatione.«

» 15 — » — (21680) Archidiacono Albiensi et archipresbytero ecclesiae de Mirapice Tholosan. dioc. de aedificandis conventibus ord. Minor. in villis Moysiacensi et de Rapestagno Caturcens et Albiens. diocc. mandata dat. xv kal. Mart. aº 3º. ‖ Wadding l. c. 472. nº 30; Sbaralea l. c. 445. nº 146. — »Sua nobis minister.«

» 17 — » — (21681) (Edwardum) regem Angliae rogat, ut circa liberationem Amalrici de Monteforti capellani sui, qui dum sororem suam per partes maritimas regno Angliae vicinas conducebat ad virum, laqueum captionis incurrit, praebeat opem et operam efficaces. XIII kal. Mart. aº 3º. ‖ Rymer Foed. I. II. 182; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1280 § 3. XIII. 855. — »Inter fluctus assiduos.«

» 17 — » — (21682) Reymundo decano ecclesiae Aviciensis capellano suo, quem pro liberatione ipsa ad partes Angliae destinat, scribit de eodem argumento. XIII kal. Mart. aº 3º. ‖ Rymer l. c. 183. — »Illa te credimus.«

1280.

Febr. 20 — Romae ap. S. Petrum — (21683) (Alfonso) regi Castellae ac Legionis nunciat, se ad eum fratrem Pontium de Bruet magistrum provinciae ordinis militiae Templi, Terrae sanctae necessitates et statum tanquam illorum ex inspectione recenti conscium mittere expressurum. Rogat et hortatur eum, ut ipsum benigne audiat et efficaciter per sedationem discordiae inter regem ipsum et regem Francorum vertentis vel suspensionem remedio treugae diffusioris exaudiat. x kal. Mart. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1280 § 12; *cf.* Bzovii Ann. ad a. 1280 § 3. XIII. 855. — »Quanto Terrae sanctae.«

» 20 — » — (21684) (Iohannem) archiepiscopum Turonensem et universos episcopos per Turonensem provinciam constitutos rogat et hortatur, ut ad accelerandam promotionem negotii Terrae sanctae preces indicant publicas atque orantibus ex ecclesiastico ritu indulgentias proponant, ut Deus regis Francorum et regis Castellae ac Legionis animos ad concordiam inclinet sicque expeditio contra soldanum Babyloniae Terrae sanctae persecutorem infestum comparari possit. x kal. Mart. aº 3º. ‖ Raynald. l. c. § 13—17; Ripolli Bullar. Praed. I. 569. nº 18; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 446. nº 147. — »Salutaria et solicite.«

» 20 — » — (21685) (Iohanni) archiepiscopo Cantuariensi et universis episcopis per Cantuariensem provinciam constitutis scribit de subventione pro libertate Terrae sanctae facienda, eosque monet et rogat, ut praesentes litteras per suas dioceses solemniter publicent. x kal. Mart. aº 3º ‖ Wilkins Concil. II. 44. — »Salutaria et solicite.«

Mart. 1 — » — * (21686) Decanum Pataviensem iudicem delegat in causa monasterii Altahensis contra Ortlibum et Hadmarum fratres de Winchel domicellarios Patavienses, redditus quosdam advocatales concernente. Kal. Mart. aº 3º. ‖ Lang Regesta IV. 108.

» 2 — » — (21687) L(atino) Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato significat, se eius nuncium et litteras circa turbatum in civitate Bononiensi et Romaniola statum accepisse et compelli reiteratis laboribus opportuna cogitare remedia. Addit, se fratrem Bartholomaeum de S. Gemino ord. Minor. cum memoriali ad eum mittere, ut intentionem suam clarius agnoscat; »idem frater Bartholomaeus de mandato nostro iturus est etiam ad ... Bertuldum de Filiis Ursi; tuam finalem dispositionem et qualitatem negotii ... scribas nobis.« VI non. Mart. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 449. nº 148 (Memoriale *ibid.* not. *g*). — »In civitatis Bononiensis.«

* *In eundem modum* Bertuldo de Filiis Ursi. ‖ Sbaralae l. c. 451. nº 149.

» 2 — » — (21688) Magistro Giffrido de Anagnia litterarum suarum contradictarum auditori explicat causam mittendi fratrem Bartholomaeum de S. Gemino ad L(atinum) legatum et Bertuldum de Filiis Ursi provinciae Romaniolae *etc.* rectorem. VI non. Mart. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 452. nº 150. — »Intendentes ea quae.«

» 2 — » — * (21689) Guidonem Novavillanum canonicum Nicosiensem capellanum suum ad Carolum Siciliae regem mittit, qui ab eo auxilia postulet, ut Bononiensis civitas variis vexata discordiis sub felici S. R. ecclesiae regimine ad perfectam pacem et tranquillam redire et quietis temporibus frui possit. VI non. Mart. (aº 3º). ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1280 § 1. XIII. 854.

» 3 — — — Universis Christifidelibus: »Ap. Urbem veterem v non. Mart. aº 3º«. ‖ Cherubini Bullar. I. 143; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 47. nº 4, *vid.* 1291. Mart. 3.

» 7 — — — Priori et fratribus domus Servorum s. Mariae de Burgo s. Sepulchri: »Romae ap. S. Mariam maiorem, non. Mart. aº 3º. Di 1280.« ‖ Gianii Annal. I. 126, *vid.* 1290. Mart. 7.

» 8 — Romae ap. S. Petrum — (21690) Abbatissae et conventui monasterii in Seflingen ord. s. Clarae Constantiens. dioc. omnes libertates et immunitates confirmat. (IX, *sed legerim*) VIII id. Mart. aº 3º. ‖ Pressel Ulmisches UB. I. 160. nº 133. — »Cum a nobis.«

» 14 — » — (21691) Easdem protegendas suscipit, specialiter autem terras, domos *etc.* eis confirmat. II id. Mart. aº 3º. ‖ Pressel l. c. 161. nº 134. — »Cum a nobis.«

» 18 — » — (21692) Prohibet, quominus ecclesiarum praelati, »cum primo ad ecclesias ipsas accedunt, vel cum de recipiendis ibidem novis canonicis agitur,« iurent statuta et consuetudines ipsarum, et quominus potestates, rectores et officiales civitatum et castrorum iurent statuta et consuetudines, in quibus illicita, impossibilia vel obviantia ecclesiasticae libertati reperiantur, inviolabiliter observare. xv kal. Apr. aº 3º. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 267. nº 272; Sext. decretal. lib. 2. tit. 11 *de iureiur.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 942, *ad* a. 1278; ap. Richter Corp. II. 956. — »Contingit in nonnullis.«

» 23 — » — (21693) Commendatori et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Confluentia Trevir. dioc. confirmat donationem cuiusdam viae, quam scultetus et scabini dictae civitatis hospitali liberaliter contulerant. x kal. Apr. aº 3º. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 232. — »Cum a nobis.«

» 23 — » — (21694) Abbati monasterii de Cella s. Mariae in Nigra Silva Constant. dioc. mandat, compellat per censuram ecclesiasticam comites, barones, milites et laicos Curiensis, Augustensis et Constantiensis diocesum, qui terras, domos et alia bona immobilia sub annuo censu seu redditu a monasterio de Petri Domo ord. s. Ben. tenent, ut censum seu red-

1280.

		ditum memoratum abbati et conventui eiusdem coenobii integre exhibeant. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 407. — »Insinuarunt nobis dilecti.«
Mart. 23	Romae ap. S. Petrum	* (21695) Praepositum Neuburgensem iudicem delegat in causa monasterii Altahensis contra Hermannum de Chranihberck redditus dicti monasterii laedentem. x kal. Apr. a° 3°. ‖ Lang Regesta IV. 112.
» 23	—	Magistris et scholaribus Parisiensibus: »Romae ap. S. Mariam maiorem x kal. Apr. a° 3°«. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 449, *vid.* 1290. Mart. 23.
» 26	Romae ap. S. Petrum	(21696) P(aulo) episcopo Tripolitano, quem pro quibusdam ecclesiae Romanae negotiis ad partes Alemanniae destinavit, cui autem nonnulli archiepiscopi et episcopi eiusdem regni pecuniam pro eius necessariis a sede apostolica impositam solvere recusabant, concedit, ut per quascumque personas ecclesiasticas ab ecclesiarum praelatis subsidia exigere valeat *etc.* VII kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 453. n° 151. — »Olim te pro.«
» 26	»	(21697) Eidem mandat, ut ad citationem praedictorum archiepiscoporum et episcoporum nullatenus procedat, cum per eam posset scandalum, ex quo turbaretur status patriae, suboriri. VII kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 454. n° 152. — »Licet tibi per.«
» 27	»	(21698) Iohanni electo Metensi Insulensis et Brugensis ecclesiarum Tornacens. dioc. praepposituras, quas promotionis suae tempore canonice obtinebat, usque ad septennium reservat *etc.* VI kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 454. n° 153. — »Circa personam tuam.«
» 30	»	(21699) Magistro Angelo Mercati camerae apostolicae clerico canonico Fulginatensi mandat, ut (Angelarium) episcopum Tudertinum cum clero saeculari ac regulari citet ad sedem apostolicam adeundum pro non servatis et censura et interdicto ecclesiasticis. III kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 455. n° 154. — »In insulis quae.«
» 30	»	(21700) Episcopo Sagiensi, priori Praedicatorum et guardiano Minorum ord. de Cadomo Baiocens. dioc. mandat, ut decanum Baiocensis ecclesiae citent ad comparendum coram papa pro excessibus et gravaminibus, quae recenset ac quibus ille episcopum suum vexavit. III kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 457. n° 155. — »Nuper ad nos.«
Apr. 1	»	(21701) Carolum regem Siciliae monet et hortatur, ut archiepiscopum Capuanum super Castello ad mare de Vulturno vulgariter nuncupato, quod ille possideat nomine ecclesiae Capuanae, minime molestet ulterius neque per suos officiales aut nuncios faciat molestari. Kal. Apr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1280 § 5; *cf.* Bzovii Ann. ad a. 1280 § 2. XIII. 855. — »Habet humilis et.«
» 1	»	(21702) Abbati monasterii s. Petri et decano Salzeburgensibus mandat, disceptent controversiam inter praepositum conventumque monasterii s. Michaelis de Richesperge ord. s. Aug. et Englescalcum de Lancenkirchen et Heinricum generum eius laicos Pataviens. et Salzeburgens. diocc. de capella in Volfgerstorf exortam. Kal. Apr. a° 3°. ‖ UB. ob der Enns III. 495, *perperam ad* a. 1279. — »Conquesti sunt nobis.«
» 1	»	* (21703) Decanum Ratisponensem iudicem delegat in causa monasterii Altahensis contra Liepoldum et Heinricum de Chunring monasterii iura in villa Chundorf turbantes. Kal. Apr. a° 3°. ‖ Lang Regesta IV. 114.
» 2	»	(21704) Praeposito et conventui monasterii s. Afrae Misnensis ord. s. Aug. indulget, ut eis liceat tempore generalis interdicti divina officia celebrare. IV non. Apr. a° 3°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. Hauptth. IV. 129. n° 168. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 4	»	(21705) Praeposito ecclesiae s. Afrae Misnensis causam inter Arnoldum dictum de Iencho canonicum ecclesiae Cycensis et Heidenricum dictum de Berke militem Mersburgens. dioc. super quadam pecuniae summa *etc.* vertentem committit decidendam. II non. Apr. a° 3°. ‖ Gersdorf l. c. 129. n° 169. — »Conquestus est nobis.«
» 9	»	(21706) (Edwardo) regi Angliae Radulphum priorem monasterii Gisburniae ord. s. Aug. Eboracens. dioc. in episcopum Karleolensis ecclesiae electum et confirmatum commendat. V id. Apr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 184. — »Ad fovendum in.«
Mai. 1	»	(21707) Abbati et conventui monasterii s. Martini Eduensis indulget, ut tempore generalis terrae interdicti divina officia celebrare possint. Kal. Mai. a° 3°. ‖ Bulliot Abbaye de St. Martin d'Autun II. 136. n° 87. — »Devotionis vestre precibus.«
» 3	»	(21708) Raynerium fratrem ord. Minor. post translationem Hugonis episcopi Troiani ad ecclesiam Bethleemitanam, non admissa postulatione de Benedicto episcopo Esculano facta, ecclesiae Troianae praeficit in episcopum. V non. Mai. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 473. n° 31; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 459. n° 156. — »Licet continuata supervenientium.«
» 5 resp. 7	»	(21709) Bernardum Balneoregiensem canonicum post obitum Arnulfi Humanatensis episcopi, electione Marci de Ancona ord. Minor. reiecta, ecclesiae Humanatensi praeficit in episcopum. (III *add. Ugh.*) non. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 460. n° 157 *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 745. — »Rationis oculis intuentes.«

1280.

Mai. 7	Romae ap. S. Petrum	(21710) Sinibaldum fratrem ord. Minor., postquam F. electum Melfiensem ad Urbevetanam ecclesiam transtulit, ecclesiae Melfiensi praeficit in episcopum. Non. Mai. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 474. n° 32; Sbaralea l. c. 460. n° 158. — »In supremae dignitatis.«
» 7	»	(21711) Magistris Romano Huntensi et Angelo Nitriensi archidiaconis in ecclesia Strigoniensi sub debito praestiti iuramenti mandat, ut se ad praesentiam Philippi Firmani episcopi apostolicae sedis legati et Andreae Agriensis episcopi personaliter conferentes pallium Lodomero electo Strigoniensi tradendum dictis episcopis praesentent. Non. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 346. n° 562; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 224. — »Cum venerabilem nostrum.«
» 7	»	(21712) Philippo Firmano apostolicae sedis legato et Andreae Agriensi episcopis mandat, ut pallio a praedictis recepto illud Lodomero electo Strigoniensi tradant. Non. Mai. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 346. n° 563; Mon. Hung. hist. l. c. 225. — »Cum venerabilem fratrem.«
» 13	»	(21713) (Eduardo) regi Angliae Nicolaum de Cusoah ord. Minor. in episcopum Darensem a se consecratum commendat. III id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 461. n° 159. — »Regi regum per.«
» 15	»	(21714) Nicolaum de Cusoah episcopum Darensem constituit et consecrat. Id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 461. n° 160. — »Rationis oculis intuentes.« *Est eadem bulla, quam supra* n° 21656 *legis, quae autem hoc die iterum expedita est.* ‖ Theiner Mon. Hibern. 124.
» 15	»	(21715) Abbati et conventui monasterii s. Martini Eduensis ord. s. Ben. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. Id. Mai. a° 3°. ‖ Bulliot Abbaye de St. Martin d'Autun II. 134. n° 85. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(21716) Eisdem postulantibus inhibet, ne quis eis molestias inferre ac bona monasterii absque iuris ordine occupare, vadiare *etc.* praesumat. Id. Mai. a° 3°. ‖ Bulliot l. c. 135. n° 86. — »Ex parte vestra.«
» 19	»	(21717) Abbati monasterii Montis maioris marchiae Anconitanae rectori mandat, ut castra et terras, quae iustitiarius Aprutinus occupaverit, recuperare procuret, alias in eundem censura ecclesiastica animadvertat. XIV kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 248. n° 394. — »Quam plurium relatibus.«
» 19	»	* (21718) Carolum regem Siciliae, cuius nomine praefectus iustitiarius Aprutinae provinciae multa castra et loca Romanae ecclesiae ultra Pruentum fluvium versus regnum Siciliae invasit atque occupat, admonet, ut illa sine ullo impedimento sedi apostolicae restituere iubeat. XIV kal. Iun. (a° 3°). ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1280 § 2. XIII. 855.
» 21	»	(21719) Ferdinandum fratrem Minor. ord. Burgensi ecclesiae praeficit in episcopum. XII kal. Iun. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 475. n° 33; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 461. n° 160; *omisso exordio* España sagr. XXVI. 335. — »Consulte tunc utilitati.«
» 21	»	(21720) Willelmum decanum Glasguensem, quem prior et capitulum ecclesiae s. Andreae in Scotia unanimiter elegerant in episcopum, eidem ecclesiae praeficit in pastorem eique munus consecrationis suis manibus impendit. »Tolle igitur iugum Domini tam leve collis humilibus quam suave, et in caritate Dei pascendum suscipe gregem eius.« XII kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 124. n° 276. — »Onerosa pastoris officii.« * *De eodem argumento in eundem modum* Priori et capitulo ecclesiae s. Andreae in Scotia ord. s. Aug. — Clero et populo civitatis et diocesis et universis vassallis ecclesiae s. And. in Sc. — Regi Scotiae, ut dictum episcopum et praefatam ecclesiam habeat commendatos.
Iun. 8	Suriani	(21721) (Amedeum) Valentinensem et Diensem episcopum districte hortatur, ut Guillelmum marchionem Montisferrati captum vel detentum et suos cum bonis et rebus pristinae libertati restituat. VI id. Iun. a° 3°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 123. — »Licet grave feramus.«
» 13	»	(21722) Episcopum Pictaviensem monet et hortatur, ut guardiano et conventui fratrum Parisiensium ord. Minor. debitum 2000 librarum Turonen. infra duos menses persolvat. Id. Iun. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 476. n° 34; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 462. n° 162. — »Circa ea quae.«
» 24	»	(21723) Iohanni de Columna et Pandulpho Sabello senatoribus Urbis mandat, ut fratribus ord. Praedic. de aliqua quantitate pecuniae pro fabrica ecclesiae de Minerva provideant, prout consilio et camerariis Urbis placuerit. VIII kal. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. I. 571. — »Sicut ad nostrum.«
» 27	»	(21724) Philippo regi Francorum significat, se electionem Oddonis de S. Dionysio cassam et irritam nuntiasse, eumque hortatur, ut se Renoldo de Hombloneria canonico Parisiensi, a sede apostolica Parisiensi ecclesiae in episcopum praefecto, benivolum affectu et opere gratiosum reddat ac eiusdem ecclesiae iura protegat et defendat. V kal. Iul. a° 3°. ‖ Baluze Miscell. VI. 440 (ed. Mansi III. 24); Gallia christ. VII. 118. — »Divinae gratia maiestatis.«

1280.

Iul. 6 — Suriani — (21725) R(udolfo) regi Romanorum significat, se eius nuncium (Iohannem) Gurcensem episcopum benigne recepisse et iuxta ipsius preces legatum ad partes Alemanniae mittere Hieronymum tit. S. Potentianae(!) presb. card. Monet regem, ut ad ea quae immineant exequenda et ad ea quae inter ipsum et Carolum Siciliae regem tractata sint hactenus, sincera et solida perfectione se conformet. ii non. Iul. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 478. n° 35; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 465. n° 163. — »Ad personam tuam.«

» 6 — » — (21726) Carolo priusgenito Caroli principis Salernitani primogeniti Caroli (regis) Siciliae et Clementiae filiae Rudolphi Romanorum regis concedit, ut matrimonium ad invicem legitime contrahant, dummodo inter ipsos infra festum natalis Domini proxime futurum sponsalitia contracta sint et firmata. ii non. Iul. (a° 3°). ‖ Gerberti Cod. epist. Rudolphi I. 213. n° 9; Fejér Cod. dipl. VII. ii. 80. — »Ferventissimo desideramus affectu.«

» 10 — » — (21727) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Perusinis mandat, ut citent Perusinos ad dicendam causam apud sedem apostolicam ob condemnationem Andreutii Massei Andreae de Diruta, quem illi suggestione frivola in quodam homicidio culpabilem dixerant. vi id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 465. n° 164. — »Quorumlibet devotorum Romanae.«

» 10 — » — (21728) Eisdem mandat, ut litteras apostolicas, quas propter eandem causam Perusinis sub certa forma dirigat, istis praesentent. vi id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 467. n° 165. — »Audito nuper quod.«

» 15 — Sur(iani) — (21729) Iohanni archiepiscopo Turonensi concedit facultatem faciendi recipi singulas personas idoneas nulla ecclesiastica beneficia obtinentes et in Redonensi et in Dolensi ecclesiis cathedralibus suae provinciae in canonicos et in fratres, dum illorum ad quos spectet collatio praebendarum consensus accedat et infra annum utatur huiusmodi facultate. Id. Iul. a° (3°). ‖ Martene Thes. anecd. III. 964; Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 1022. — »Volentes tuam honorare.«

— — — * (21730) Le pape ordonne au doyen de St. Denis à Liége et au chanoine Guillaume Wevelswale de faire exécuter le jugement prononcé par le doyen, le chantre et l'écolâtre de Malines en cause de l'évêque d'Utrecht et de l'abbaye de St. Pierre à Gand et par lequel celle-ci était maintenue en possession des dîmes des terres situées dans ce diocèse, en deça de l'Escaut, que l'évêque susdit avait réclamées. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 386. n° 886.

1277—1280.

— — — (21731) Landulfum Carazulum nepotem suum nimium desolatum »subtracta ei quasi altera parte« consolatur. *Sine nota chronol.* ‖ Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 66. — »Sero amantissime nepos.«

— — — (21732) (Carolo) regi Siciliae, qui recidivaverat, Sansonetum nuntium mittit, ut de statu eius certificatur. Rogat regem, ut, dum ei debilitas vel aliae infirmitatis reliquiae supersint, omnem a se negotiorum solicitudinem abducat. *Sine nota chronol.* ‖ *Ibid.* fol. 67. — »Regalis excellencie post.«

— — — (21733) Principem Salernitanum regis Siciliae primogenitum hortatur, ut, donec pater a discrasia plene convaluerit, nullatenus recedat ab eo nec ad curiam veniat pro eo visitando ad praesens. *Sine signo chronol.* ‖ *Ibid.* fol. 67v. — »De tue deuotionis.«

1280.

Aug. 22 — in Suriano — MORITUR. »Die Iovis 22. mensis Augusti in castro Serariani ab hac lucet transmigravit.« ‖ Annal. Plac. Gibell. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 572 (Chron. tria Placent. 331). — »Apud castrum Soriani residens die 22. Aug. subito catharus in gula eius descendit, et continuo decessit.« ‖ Iacobi Auriae Annal. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 291. — »xi kal. Sept. (*i. e.* d. 22. Aug.) in castro Suriano in fato decessit.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 224. — »Mortuus est in Suriano castro prope Viterbium, ubi cardinales et curiales in Viterbio morantes interdum ad suum conspectum evocabat, celerique successu mortis hora preventus a° Di 1280 xi kal. Sept. decessit.« ‖ Cod. Martini Pol. ap. Pertz l. c. XXII. 476.

»In octava assumptionis (s. Mariae [*i. e.* Aug. 15—22]) subito moriens est toxico ut dicitur interemptus.« ‖ Annal. S. Rudberti Salisburg. ap. Pertz l. c. scr. IX. 806. — »In castro Suriano existens subito factus apoplecticus sine loquela moritur in octabis assumptionis b. Mariae virg. ...; fuit autem sepultus in capella s Nicolai in basilica s. Petri die dominica tunc sequenti a° Di 1280.« ‖ Vita N-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 607; ap. Raynald. Ann. ad a. 1280 § 23. — »Eodem a° in mense Augusti dominus papa Nicolaus III obiit in octava assumptionis b. Mariae V.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 277; Memoriale potestat. Regiens. ap. Muratori l. c. VIII. 1147. — »Circa assumptionem b. Mariae obiit.« — Ann. de Oseneia *in* Ann. monast. IV. 284.

»Die s. Bartholomaei (*i. e.* Aug. 24) obiit.« ‖ Ann. de Dunstaplia *in* Annal. monast. III. 285. — »Mortuus est in Suriano castro prope Viterbium. Ibi cardinales et curiales

1280.

in Viterbio morantes ad suum conspectum evocabat; celerique hora mortis praeventus a° Di 1280 kalendis Septb. (*i. e.* d. 1. Sept.) decessit.« ‖ Vita N-i ex ms. bibl. Ambros. ap. Muratori l. c. III. 608. not.

»Obiit non bono modo sine penitentia, ut dicebatur, et sepultus fuit in castro Suriani episcopatus Viterbiensis in fine mensis Augusti.« ‖ Ann. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 689 (Chron. Parmens. 46).

»Mortuus est in Suriano 10. die mensis Agusti.« ‖ Ann. Urbevet. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 271; ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 218. — »Mense Augusti.« ‖ Ann. Mantuani ap. Pertz l. c. XIX. 29. — »A° 1280 de mense Augusti obiit papa Nicolaus de domo Ursina.« ‖ Ann. vet. Mutinens. ap. Muratori l. c. XI. 72.

»ii non. Sept. (*i. e.* Sept. 4) obiit.« ‖ Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 392.

»xiii kal. Iunii (*i. e.* d. 20. Mai.) obiit papa Nicolaus III.« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 8.

»In Suriano castro prope Viterbium moritur.« ‖ Guil. de Nangiaco Gesta Philippi III ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 538 (ed. Géraud I. 252). — »Moritur apud Surianum iuxta Viterbium, et tunc corpus eius transfertur Romam et in basilica b. Petri in capella s. Nicolai quam ipse aedificaverat, honorifice sepelitur a° Di 1280 in octava assumptionis.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 23. c. 35 ap. Muratori l. c. XI. 1184; ap. Raynald. Ann. ad a. 1280 § 23. — »In castro Suriano, quamvis non multum populoso licet munito nobilium super Viterbio, quod ab ipso distabat per leucam, suam fecerat residentiam. In Viterbio tamen suam fecit audientiam. Bullatores tamen erant cum ipso, et in suis litteris *Datum Suriani* fecit apponi. .... Ibi singulari et nova moritur morte, privatus subito omni sensu et motu.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. c. 31 ap. Muratori l. c. 1182.

»Hic fuit multum compositus homo in moribus: unde et apud multos *el composto* appellabatur, et erat de pulchrioribus clericis mundi. Commendabatur etiam de magna prudentia et matura responsione. Religiosos multum dilexit.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. lib. 23 c. 26 ap. Muratori l. c. XI. 1179. — »Hic etiam quamvis multum intenderet ad cultum Dei ampliandum in Urbe, nimis tamen fuit amator suorum.« ‖ *Ibid.* c. 31 l. c. 1182. — »Pulcher clericus fuit, nobilis, litteratus .... Toto tempore quo cardinalis fuit, nunquam voluit dona suscipere sicut alii cardinales, sed semper de patrimonio vixit.« ‖ Memor. potestatum Regiens. ap. Muratori l. c. VIII. 1141. — »Magnopere hic studuit genus suum exaltare et locupletare.« ‖ Franc. Pipini Chron. ap. Muratori l. c. IX. 723. — »Vir prudens et summae honestatis aspectu, multum studens ad amplificationem sui generis paterni.« ‖ Ricobaldi Hist. pontif. Rom. ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1220.

VACATIO. »Cessavit apostolatus per 6 menses.« ‖ Annal. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 573 (Chronica tria Placent. 332). — »Usque ad diem 20. Februarii anni sequentis Romana vacavit ecclesia.« ‖ Iacobi Auriae Annal. ap. Pertz l. c. XVIII. 291. — »Vacavit sedes quinque mensibus et diebus viginti.« ‖ Guil. de Nangiaco Gesta Philippi III ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 358 (ed. Géraud I. 252). — »Vacavit sedes mensibus 6.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1179. — »Vacavit sedes mensibus 6 a suo obitu in Augusto usque ad sequens festum cathedrae s. Petri.« ‖ Vita N-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 606. — »Vacavit sedes mensibus 5 diebus 22.« ‖ Cont. Martini Pol. ap. Pertz l. c. XXII. 476.

Sententia Nicolai III: **Miserere mei, Deus, miserere mei.** (Psalm. 56, 2). **1279**. Febr. 3. n° 21531.

Testes subscripserunt:

Bentivenga (de Bentivegnis, ord. Minor.) episcopus Albanensis. **1279**. Febr. 3. n° 21531 — **1279**. Iun. 28. n° 21620.

Robertus (Kilwarbius seu Kamuil Vertim vel Hilvardey cognom. Biliberi, Anglicus) episcopus Portuensis et S. Rufinae. n° 21531. 21620.

Ordonius (*al.* Ordeonus, Oddo *etc.*, Lusitanus) episcopus Tusculanus. n° 21531. 21620.

Guillelmus (de Braio, Rhemensis) presb. card. tit. S. Marci. (*Cf.* p. 1703.) **1278**. Aug. 2. n° 21377 (*ubi* Gualterus *legitur*) — **1279**. Febr. 3. n° 21531.

Ancherus (Pantaleo) presb. card. tit. S. Praxedis. (*Cf.* p. 1703.) n° 21377. 21531. 21620.

Hieronymus (e gente Mascia, natus in villa Alexiani dioc. Esculan., ord. Minor.) presb. card. tit. S. Pudentianae (*al.* Potentianae). n° 21620. Fit papa Nicolaus IV.

Iordanus (Ursinus, Romanus) diac. card. tit. S. Eustachii. n° 21531. 21620.

Gottofridus (de Alatro) diac. card. tit. S. Georgii ad velum aureum. (*Cf.* p. 1703.) n° 21531. 21620.

Iacobus (Sabellus, Romanus) diac. card. tit. S. Mariae in Cosmidin. (*Cf.* p. 1703.) n° 21531. 21620. Fit papa Honorius IV.

Matthaeus (Rubeus Ursinus) diac. card. tit. S. Mariae in porticu. (*Cf.* p. 1703.) n° 21531. 21620.

Iacobus (Columna Odonis filius, Romanus) diac. card. tit. S. Mariae in via lata. n° 21531.

Datae sunt bullae per manum magistri **Petri** (Peregrossi) **de Mediolano** S. R. E. vicecancellarii. (*Cf.* p. 1718.) n° 21377. 21531. 21620.

(1280. Aug. 23 — **1281.** Febr. 21.)

— — (21734) Episcopi, presbyteri et diaconi S. R. E. cardinales ducem, comitem et consilium Venetorum monent et hortantur, ne terras ecclesiae Romanae in viduitatis angustiis positae in Romaniola marchiaque Anconitana sitas occupantibus et praedantibus (*i. e.* Guidoni de Montefeltri comiti *etc.*) foveant, quin immo fidelibus easdem terras defensare nitentibus, cum super hoc auctoritate ipsius ecclesiae fuerint requisiti, viriliter assistant. »Apostolica sede vacante.« ‖ Martene Ampl. collect. II. 1279. — »Considerata praedecessorum vestrorum.«

(1281. Ianr. ine.)

— — (21735) Iidem universos marchiones, comites, barones et alios nobiles, necnon potestates *etc.* civitatum et castrorum ecclesiae fideles ad quos litterae istae pervenerint, rogant et hortantur, ut Clementiam natam Rodulfi regis Romanorum, sponsam Caroli primogeniti Caroli principis Salernitani et nepotis Caroli Siciliae regis, in regnum Siciliae transmigrantem honorifice suscipiant eique de securo conductu provideant. »Apostolica sede vacante.« ‖ Martene l. c. 1278. — »Sedes apostolica cogitationes.«

MARTINUS IV.*) 1281—1285.

Iste ante papatum vocabatur Simon, natione Gallicus. De loco, ubi eius cunabula steterunt, autores inter se discordant. Guillelmi de Nangiaco Gesta Philippi (ap. Duchesne Scr. hist. Fr. V. 538) aiunt eum fuisse »de Montpincem in Bria«, Gaufridus de Collone in Chronico suo (ap. Bouquet Rec. XXII. 6) eum ortum nominat »de Monte Pigoci in Bria« [nunc fortasse Montépilloy en Oise *Bouq.*]; Memoriale potestatum Regiensium (ap. Muratori Rer. Ital. scr. VIII. 1149) »de Corbeliaco quod est castrum prope Parisius ad 7 leucas«; Ioh. Villani Hist. Florent. (lib. 7. c. 106) »nato da Torso in Torena di Francia«; Petrus Cantinelli (in Chronico suo ap. Mittarelli Access. 270) »de Turonis«; »Simon de Turre de Francia vocabatur in civitate Parisiis« secundum Ann. Mantuanos ap. Pertz scr. XIX. 29 *etc.* Haud ignobili genere natus est; Gaufridus de Collone l. c. scribit: »Erat de consilio regis Francorum et quidam frater suus miles, qui dominus Guillermus de Brione vocabatur; quo defuncto Guillermo a ter frater suus Gilo nomine de Brione fuit de consilio regis praedicti.« — In ecclesia Rhotomagensi sacerdotium, in Turonensi thesaurariae officium gessit.

Urbanus IV Simonem ex canonico ecclesiae s. Martini Turonensis (*cf.* Mem. pot. Regiens. l. c.) presbyterum cardinalem tit. S. Caeciliae creavit, pontifices autem reliqui eum in Gallias legatum destinaverunt, ubi per plures annos magna cum existimatione versatus multis in conciliis provincialibus clericorum mores reformavit et gravissima alia negotia ecclesiae Romanae et regni Gallici egit.

A° 1263 religiosam disciplinam Minorissarum in meliorem formam redegit; a° 1264 Simoni commissa est auctoritas instruendi Carolum Andegaviae et Provinciae comitem de Siculo regno ei deferendo. Clemens IV ei 1265 iniunctum ab Urbano in Galliis munus legationis confirmat, et 1274. Aug. 1 Gregorius X eundem ibidem legatum creat instruitque, ut fideles cruce insigniat. Iohannes XXI a° 1275. Mart. 3 ei dedit imperium, ut Philippum regem Franciae a gerendo in Alfonsum regem Castellae bello censuris deterreret. A° 1279. Apr. 23 a Nicolao III ob non prohibita hastiludia in Galliis severe corripitur.

1281.

Febr. 22 Viterbii ELIGITUR. »Nos et fratres nostri anxii de vacatione ipsius ecclesiae Viterbii, ubi tunc Romana residebat curia, in episcopali palatio concordi voto convenimus, provisioni eiusdem ecclesiae (ecclesiasticae *Rym.*) propensiorem daturi operam, prout necessitas exigebat. Circa hoc autem pluribus tractatibus habitis post aliquanti (aliquam *Rym.*) temporis moram, quam casus varii et diversae circumstantiae induxerunt, demum *in festo cathedrae* ipsius *apostolorum Principis* iidem fratres nostri per viam scrutinii ... nos tunc tit. S. Caeciliae presbyterum cardinalem unanimiter ... ad summi apostolatus apicem ... elegere.« ‖ Martini pp. Epist. encycl. ap. Raynald. Ann. ad a. 1281 § 7; Rymer Foed. I. II. 191. — »Creatus est Viterbii 22. mensis Februarii.« ‖ Ann. Urbevetani ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 271; ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 218. — »A° 1281 in festo cathedrae s. Petri Martinus IV natione Gallicus eligitur in papam.«

*) Est quod admiremur cur Martinus dicatur *quartus*, cum huius nominis unus tantum praecesserit, et proinde docti quique scriptores communiter monent *secundum* debere recenseri.

1281.

Martini Pol. Cont. pontif. Romana ap. Pertz l. c. XXII. 477. — »Fuit electus in cathedra s. Petri.« ‖ Memoriale potestat. Regiens. ap. Muratori Rer. Ital. scr. VIII. 1149. — »Die sabbati 22. mensis Februarii in civitate Viterbii cardinales elegerunt Symonem de Turso cardinalem Francigenam.« ‖ Ann. Placent. Gibell. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 573 (Chron. tria Placent. 332). — »Electus a° 1281 in die cathedrae s. Petri (Antioch.). Hic ante papatum vocabatur Simon tit. S. Caeciliae presb. cardinalis.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 761. — »VIII kal. Mart. consecratus (*legas* creatus).« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 8. — »Natione Gallicus de Bria Campaniae ... electus fuit in Viterbio ad pontificalem cathedram in festo cathedrae s. Petri VIII kal. Mart.« ‖ Vita M-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 608. — »A° D[i] 1281 in festo cathedrae dominus Simon tit. S. Caeciliae presbyter card. in palatio Viterbiensi in papam assumitur.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 1 ap. Muratori l. c. XI. 1185. — »In mense Februarii fuit electus in cathedra s. Petri.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 279. »Die 20. Febr. fuit electus.« ‖ Iacobi Auriae Ann. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 291.

(Fbr. 22-Mart. 22) ? (21736) »Martinus electus episcopus« (Philippo) regi Francorum nunciat, se tunc tit. S. Caeciliae presb. cardinalem in festo cathedrae apostolorum Principis concordi fratrum electione promotum esse in pontificem. *Absque nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1282. — »Etsi habeat ecclesiae.«

(») ? (21737) Senatoribus, consilio et universo Urbis populo significat, se L(atinum) Ostiensem episcopum et G(ottifredum) S. Georgii ad velum aureum diaconum cardinalem ad eos tamquam pacis angelos destinare, ut intestina maxime odia et domesticae simultates ab eis, peculiaribus ecclesiae filiis, relegentur; mandat eis, ut illos honorifice recipiant illorumque monitis et exhortationibus efficaciter pareant. »Nec miremini quod bulla non exprimens nomen nostrum est appensa praesentibus, quae ante consecrationis et benedictionis nostrae solemnia transmittuntur.« »Suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Martene l. c. 1280. — »Regis pacifici cuius.«

(») ? (21738) Carolo regi Siciliae significat, se ad Urbem Latinum Ostiensem episcopum et Gottifridum S. Georgii ad velum aureum diac. card. destinasse, ut inibi concordarent corda discordia sibique adeundi Urbem eandem ad prosequenda consecrationis et coronationis solemnia opportunitatem curiae suae necessariam praepararent. *Sine signo temporis.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 5. — »Exigebat Urbis intestina.« *Cf.* n° 21830.

Mart. 23 ap. Urbem veterem CONSECRATUR. »Apud Urbem veterem X kal. Apr. consecratus, Martinus huius nominis IV est appellatus.« ‖ Guil. de Nangiaco Gesta Philippi III ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 538. — »Hic parum post eius promotionem a Viterbio discedens noluit ibidem consecrari, sed se transtulit ad Urbem veterem, et ibi consecratus (coronatus *Pertz*) fuit X kal. Apr.« ‖ Iordani ms. Vatic. n° 1960 ap. Raynald. l. c. § 6; ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XXII. 477; *fere eadem verba in* Vita M-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 608. — »CORONATUS in Urbe veteri X kal. Apr.« ‖ Vita M-i ex ms. Bern. Guid. ap. Muratori l. c. III. 608. — »Hic papa statim recedit de Viterbio et vadit Urbevetum ibidemque coronatur et consecratur.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. c. 2 ap. Muratori l. c. XI. 1186.

»Viterbii in summum pontificem coronatur.« ‖ Annal. S. Iacobi Leod. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 643. — »Nolens in Viterbio in Urbe veteri coronatus est.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 761.

»Sedit annis 3, ut communiter historiae tradunt. Una tamen Chronica nova dicit 4 et 24 diebus, quia tantum fuit a cathedra Petri usque ad quartam feriam dominicae resurrectionis, quae fuit 5 kal. Aprilis.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. 1186.

» 25 » (21739) (Edwardo) regi Angliae nunciat, se in festo cathedrae apostolorum Principis ad ipsius cathedrae conscensum esse electum, eumque rogat et instanter obsecrat »quatinus prudenter attendens, quod gladium in defensionem sanctae Dei ecclesiae ad vindictam malefactorum ... accepisti, sic illo iuxta beneplacitum ordinantis et concedentis utaris,« *etc.* VIII kal. Apr. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 191. — »Incomprehensibilia Dei iudicia.«

(» 25 rsp. 31) » (21740) Universis orbis christiani praesulibus notum facit, se in festo cathedrae apostolorum Principis ad summi apostolatus apicem unanimiter esse electum, eosque rogat, ut preces humiles et devotas fundant ad Dominum, ut ipsius inopiam suppleat, debilitatem fulciat *etc.* *Absque signo chron.* (II kal. Apr. *Bzov.*) ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 7; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 49; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1281 § 4. XIII. 877. — »Incomprehensibilia Dei iudicia.«

* *In eundem modum* Archiepiscopo Senonensi. ‖ Bzovius l. c.

Apr. 5 » (21741) Dumblanensi et Ergadiensi episcopis committit, ut cum Hugone de Abirnithin et Maria uxore eius, quod quarto consanguinitatis gradu non obstante in matrimonio licite remanere valeant, misericorditer dispensent. Non. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 125. n° 277. — »Lecta nobis dilecti.«

» 10 (») »Hoc etiam a° dictus papa Martinus Palealogum imperatorem Grecorum et omnes Grecos tamquam scismaticos excommunicavit et omnes eisdem participes in die Iovis sancto,

1281.

quamvis tempore Gregorii X pape fidem catholicam et Romane ecclesie in concilio Lugduni iurassent per suos ambaxatores.« ‖ Iacobi Auriae Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 293. *Cf.* 1281. Nov. 18.

Apr. 12 — ap. Urbem veterem — »Apud Urbem veterem in proxima vigilia resurrectionis dominicae post suam coronationem fecit unam ordinationem quinque cardinalium, instituens quatuor presbyteros cardinales Hugonem Anglicum tit. S. Laurentii in lucina, Gervasium tit. S. Martini in Monte, Gaufridum Burgundum tit. S. Susannae, Iohannem Chauleti (Cholet *Pertz*) tit. S. Caeciliae, itom (*pro hoc verbo ap. Rayn. et Pertz*: comitem Mediolanum tit. SS. Marcellini & Petri) Benedictum Gaytam de Anagnia diaconum card. tit. S. Nicolai in carcere Tulliano, qui fuit postmodum Bonifacius pp. VIII.« ‖ Vita M-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 608. — »Ordinationem in vigilia resurrectionis dominicae proxime sequenti faciens, praedictum dominum Gerardum tit. SS. (XII *Pertz*) Apostolorum in Sabinensem ac praefatum dominum Hieronymum tit. S. Potentianae presbyteros cardinales in Praenestinum episcopos; dominum Hugonem *etc.* (*ut in praecedenti*) ... promovit.« ‖ Append. ad Martin. Polonum ap. Raynald. Ann. ad a. 1281 § 11; ap. Pertz l. c. XXII. 477. — »A° primo sui pontificatus post suam coronationem sex cardinales instituit circa festum pentecostes, hoc est a° D[i] 1281, videl. dom. Hugonem Anglicum *etc.*, *ut primus.* ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccles. lib. 24. c. 3 ap. Muratori l. c. XI. 1186.

„ 19 — „ — (21742) Decano ecclesiae ss. Apostolorum Coloniensis mandat, ut iudicem, consules maiores et universitatem hominum civitatis Osnabrugenses sacrilegos, qui tam ecclesiam quam etiam officinas monasterii s. Gertrudis extra muros eiusdem civitatis per priorissam soliti gubernari ord. s. Ben. per incendium nequiter destruxerant, *etc.* excommunicatos publice nunciet. XIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Sandhoff Antist. Osnabr. II. CLXXIV. — »Quia nobis priorissa.«

„ 22 — „ — (21743) (Henrico) episcopo, (Iohanni de Fieffes) archidiacono Flandriae ac (Petro de Albana) cantori Morinensibus mandat, faciant ut sententiae excommunicationis in (Iohannem) Traiectensem electum pro eo quod tam civitatem Traiectensem quam universa castra, villas *etc.* ad Traiectensem ecclesiam pertinentia intenderet in (Florentium) comitem Hollandiae per illicitae alienationis contractum transferre, in dictum comitem et postmodum, eorum contumacia excrescente, in terram ipsius comitis necnon in praefatam civitatem et omnia castra eiusdem ecclesiae interdicti a Siffrido archiepiscopo Coloniensi prolatae usque ad satisfactionem inviolabiliter observentur. X kal. Mai. a° 1°. ‖ Oorkondenb. van Holland II. 177. n° 420 A. — »Quia nobis venerabilis.«

„ 29 — „ — (21744) Carolo regi Siciliae confert pontifex, a populo Romano (d. 10. Mart.) senator et rector Urbis eiusque districtus ad vitam constitutus cum potestate loco suo alium in senatorem deputandi, senatoriam Urbis, inserto populi Romani senatusconsulto. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 248. n° 395; *sine signo chronol.* ap. (Lazeri) Miscellan. II. 19; Vitale Senatori di Roma 592; *pars dumtaxat prima* ap. Martene Ampl. coll. II. 1284; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 107; Analecta iuris pontif. Sér. XI. 1872. p. 1076. — »Pater futuri seculi.«

(„ 29) — „ — (21745) Universo Urbis populo significat, se senatoriam seu regimen Urbis in ipsum pontificem ab eis translatum Carolo regi Siciliae contulisse. Eos monet et hortatur, ut »considerato prudentius quanta ex praefati regis regimine vobis accrescat utilitas,« ipsum devote recipientes eidem tamquam senatori suo, cui regimen senatus sit commissum, in omnibus pareant et intendant. *Sine signo chronol.* ‖ Lazeri l. c. 29. — »Pater futuri seculi.«

„ 30 — „ — (21746) (Iacobo) archiepiscopo et capitulo Upsalensibus bona confirmat, quae Gregorius filius (Birgeri) ducis Swetiae pro praebenda a se ordinata ipsis contulerat. II kal. Mai. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 582. n° 718; *cf.* Celse Appar. 89. n° 2. — »Cum a nobis.«

„ 30 — „ — (21747) Episcopis, abbatibus, prioribus ... ceterisque personis ecclesiasticis ... universisque nobilibus et potestatibus *etc.* per Campaniam et Maritimam constitutis significat, se P(etro) episcopo Anagnino in provincia praedicta plenam in spiritualibus iurisdictionem commisisse *etc.* II kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 469. n° 1. — »Cum venerabilis frater.«

Mai. 4 — „ — (21748) Monasterium de Sco cum omnibus bonis protegendum suscipit eiusque possessiones confirmat. IV non. Mai. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 583. n° 720; *cf.* Celse Appar. 89. n° 4. — »Cum a nobis.«

„ 4 — „ — (21749) Eidem omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. IV non. Mai. a° 1°. ‖ Liljegren l. c. 583. n° 721. — »Cum a nobis.«

„ 9 — „ — (21750) Guillelmo Duranti decano ecclesiae Carnotensis concedit, ut in Gallia pro militibus in servitio ecclesiae contra insolentes et superbos Romaniolae stipendiariis solvendis 10,000 librarum Turonensium mutuo nomine ecclesiae Romanae contrahat. VII id. Mai. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 251. n° 396. — »Quam gravibus tribulationum.«

1281.

Mai. 11 — ap. Urbem veterem — (21751) Praeposito et fratribus ecclesiae dominici Sepulchri de Miechovia ord. s. Aug., ad Hierosolymitanam ecclesiam immediate spectantis, Cracoviens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. V id. Mai. a° 1°. ‖ Nakielski Miechovia 207. — »Solet annuere sedes.«

„ 11 — „ — (21752) Eisdem indulget, ut privilegiis et indulgentiis a Romanis pontificibus eorum ecclesiae concessis, quibus praedecessores propter simplicitatem et iuris ignorantiam usi non fuerint temporibus retroactis, de cetero libere uti possint. V id. Mai. a° 1°. ‖ Nakielski l. c. 207. — »Cum sicut ex.«

„ 11 — „ — * (21753) Abbati monasterii s. Luciani Belvacensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Amandi Rothomagensis illicite alienata invenerit vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. V id. Mai. a° 1°. ‖ La Pommeraye Hist. de l'abbaye de S. Amand de Rouen, pr. 96.

„ 14 — „ — (21754) Abbati et conventui monasterii Eberbacensis Cisterc. ord. Magunt. dioc. concedit idem, quod legis in n° 21752. II id. Mai. a° 1°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 280. — »Cum sicut ex.«

„ 18 — „ — (21755) Tadeo comiti Montefeltri et Urbini confert capitaniam et regimen militum et equitum omnium ex terris ecclesiae Romanae ac Tusciae, ut una cum Perusinis, Senensibus et Lucanis sub vexillo Iohannis de Epa, totius exercitus ecclesiae rectoris, contra Guidonem de Montefeltro iniquitatis filium et complices eius viriliter pugnet. XV kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 252. n° 398. — »Enormes iniurias, offensas.«

„ 19 — „ — (21756) Ducem et commune Venetorum rogat et hortatur, ne a Guidone de Montefeltro ecclesiae Romanae persecutore notorio, qui civitatem et salinas Cerviae invaserit, salem emant. XIV kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 399. — »Dum sincere devotionis.«

„ 21 — „ — (21757) Universos marchiones, comites et alios magnates, necnon potestates, capitaneos cunctosque rectores, consiliarios ac universitates civitatum, castrorum et aliorum locorum ceterosque per partes Tusciae Romano subiectos imperio monet et rogat, ut, cum Rodulphus Romanorum rex ad ipsius imperii et specialiter provinciae Tusciae prosperum statum intendens (Iohannem) Gurcensem episcopum et Rodulphum imperialis aulae cancellarium, unumquemque videlicet eorum in solidum, suos in partibus eisdem vicarios generales duxerit ordinandos, honorificentiam vicariis tanti principis congruentem liberaliter exhibeant eorumque monitis ac mandatis humiliter obediant. XII kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 17; Lami Eccl. Florent. mon. I. 497; Theiner l. c. 251. n° 397. — »Etsi Romanum imperium.«

„ 24 — ap. Urbem veterem in superiori camera, in qua moratur dominus papa — (21758) Martinus papa, assistentibus sibi O(rdonio) Tusculano, L(atino) Ostiensi, G(erardo) Sabinensi, Anchero tit. S. Praxedis, Guillelmo tit. S. Marchi, Hugone tit. S. Laurentii in lucina presbyteris, Iacobo S. Mariae in Cosmidin, Gottifrido S. Georgii ad velum aureum, Mathaeo S. Mariae in porticu, Iordano S. Eustachii, Iacobo S. Mariae in via lata, Benedicto S. Nicolai in carcere Tulliano diaconis cardinalibus, privilegia quaedam aurea bulla bullata et litteras — quae olim Iohannes Gurcensis episcopus nuncius et magister Paulus de Interampna tunc procurator Rudolfi regis Romanorum pro parte ipsius regis *etc.* penes Nicolaum pp. III ea conditione deposuerant, ut, postquam Clementia regis Romanorum filia tunc desponsanda Carolo nepoti Caroli regis Siciliae data et recepta foret, nonnulla ex ipsis privilegiis et litteris redderentur partibus, aliqua vero laniarentur et aliqua in archivo Romanae ecclesiae conservari deberent — praefati regis Romanorum procuratoribus reddit, lanianda laniari facit et retinenda conservari mandat. A° D[i] 1281. indict. IX. mense Maii XXIV die intrante, pont. a° 1°. ‖ Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. I. 297; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 107; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1281 § 7. XIII. 878.

„ 24 — ap. Urbem veterem — (21759) Abbati et conventui monasterii de Eberbaco Cisterc. ord. Magunt. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. IX kal. Iun. a° 1°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 280. — »Cum a nobis.«

„ 26 — „ — (21760) Iohanni de Epa totius provinciae Romaniolae, civitatis Bononiensis, comitatus Brictenorii ac pertinentiarum earundem rectori notificat, se contra duras molestias quas Guido de Montefeltro terrae Romaniolae irroget, brachii saecularis auxilium invocasse, eumque constituit magistrum totalis exercitus congregandi tam de gente regis Siciliae quam terris ipsius ecclesiae ac ei in illo magistri, rectoris et capitanei generalis officium cum omni sui iuris plenitudine committit. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 12. — »Enormes iniurias graves.«

„ 30 — „ — (21761) Episcopis, abbatibus ... ceterisque personis ecclesiasticis ... universisque nobilibus et potestatibus *etc.* per provinciam Romaniolae, civitatem Bononiae, comitatum Brictinorii intimat, se magistro Guillelmo Duranti capellano suo in partibus praefatis plenam in spiritualibus iurisdictionem commisisse. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 470. n° 2. — »Cum in provinciarum.«

„ 31 — „ — (21762) Abbati et conventui monasterii Murbacensis ord. s. Ben. Basiliens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Lünig Spicil. eccl. Cont. I. (Reichs-Arch. XIX.) 976. n° 47. — »Cum a nobis.«

1281.

Iun. 13	ap. Urbem veterem	(21763) Abbatem et conventum monasterii Novalis s. Mariae [Marienrode] Cisterc. ord. Hildesemens. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, domos, grangias *etc.* eis confirmat. Id. Iun. aº 1º. ‖ UB. für Niedersachsen IV. 72. nº 58. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
„ 13	„	(21764) Eisdem omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Id. Iun. aº 1º. ‖ UB. l. c. 73. nº 59. — »Cum a nobis.«
„ 13	„	* (21765) Decano ecclesiae s. Candidi Senonensis mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae s. Mariae Virg. in Briel prope Ypras alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem istius legitime revocet. Id. Iun. aº 1º. ‖ Diegerick Invent. 122. nº 140.
„ 30	„	(21766) (Iacobo) archiepiscopo et capitulo Upsalensibus terras, possessiones et redditus per Magnum regem Swetiae eis collatas pro praebendis quibusdam ordinandis confirmat. ɪɪ kal. Iul. aº 1º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 584. nº 723; *cf.* Celse Appar. 89. nº 5. — »Cum a nobis.«
Iul. 1	„	* (21767) Praeposito de Heubach Augustens. dioc. mandat, ut possessiones ab abbatibus Wezzobrunensibus alienatas revocari studeat. Kal. Iul. aº 1º. ‖ Lang Regesta IV. 146.
„ 1	(„)	* (21768) Le pape ordonne au doyen de l'église de St. Denys et de St. Jean de Reims et à l'official de Liége de tenir la main à l'exécution de la sentence prononcée par le doyen de Malines et Mtre Bathe, chanoine, maintenant l'abbaye de St. Pierre à Gand en possession de ses dîmes dans l'évêché d'Utrecht contre les prétentions de l'élu du dit évêché. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 425. nº 900.
„ 7	„	(21769) Universis Christifidelibus significat, se licentiare ut Iohannes de Luneborch et alii parochiani ecclesiae s. Nicolai novae civitatis in Hamborch Bremens. dioc. ibidem scholas artis grammaticae pro parvulis suis instituendis libere habeant. Non. Iul. aº 1º. ‖ P. Lambecii Rer. Hamburg. lib. II. (1661. 4º) 220; *eiusd.* Origg. Hamburg. II. 69; Lünig Reichs-Arch. (XIV.) Pars spec. Cont. IV. 930; Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. ɪɪ. 59; Lappenberg Hamburg. UB. I. 652. nº 794. — »Sua nobis Iohannes.«
„ 11	„	(21770) Praeposito monasterii de Bollingen ord. s. Aug. Augustens. dioc. concedit, ut illos sui monasterii canonicos et conversos, qui pro violenta iniectione manuum in se ipsos aut pro denegata obedientia *etc.* in excommunicationis laqueum inciderint, absolvat. v id. Iul. aº 1º. ‖ Mon. Boica X. 60; *cf.* Lang Regesta IV. 148. — »Exhibita nobis tua.«
„ 15	„	(21771) Decano ecclesiae Osnaburgensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Michaelis in Luneborch ord. s. Ben. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Iul. aº 1º. ‖ v. Hodenberg Lüneburger UB. Abth. VII. 85. nº 113. — »Dilectorum filiorum abbatis.«
„ 18	„	(21772) Abbatissae et conventui monasterii in Bersenbruck Cisterc. ord. Osnabrugens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona a personis liberis in earum coenobio professionem facientibus petere, recipere ac etiam retinere possint. xv kal. Aug. aº 1º. ‖ Sandhoff Antist. Osnabr. II. p. ᴄʟxxɪɪɪ. — »Devotionis vestrae precibus.«
„ 30	Sebennis	(21773) Fratribus ordinum mendicantium transitum ad alios ordines, praesertim monasticos — ordine Carthusiano dumtaxat excepto — sine speciali sanctae sedis licentia sub poena excommunicationis inhibet. ɪɪɪ (ɪᴠ *Böhm.*) kal. Aug. aº 1º. ‖ Magnum Bullar. Roman. (Romae 1741) III. ɪɪ. 29; Bullar. Carmel. III. 6; Extravag. commun. lib. 3. tit. 8 *de regular.* c. 1 ap. Böhmer Corp. II. 1172; ap. Richter Corp. II. 1193; Wadding Ann. Min. V. 105; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 51. — »Viam ambitiosae cupiditatis.«
Aug. 1	ap. Urbem veterem	(21774) Decano ecclesiae s. Trinitatis Spirensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Zimern Cisterc. ord. Wormatiens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. Kal. Aug. aº 1º. ‖ Besoldus Virginum sacr. monim. 513 (ed. alt. 116. nº 8); Mone Zeitschr. IV. 189, *male ad* a. 1282. — »Ad audientiam nostram.«
„ 1	(„)	* (21775) Abbati Tronchinensi mandat, compescat barones, nobiles et equites Tornacens. et Traiectens. dioec. domus, vineas, grangias, molendina *etc.* monasterii s. Bavonis Gandensis occupantes per censuram ecclesiasticam, ut pro eis dicto coenobio solvant debitum suum. ‖ v. Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 42.
„ 5	„	(21776) Bentivengae episcopo Albanensi concedit facultatem condendi testamentum et de rebus suis disponendi pro libito. Non. Aug. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 470. nº 3. — »Quia praesentis vitae.«
„ 13	„	(21777) (Iacobo) archiepiscopo et capitulo Upsalensibus bona et possessiones per Valdemarum filium quondam Birgeri ducis Swetiae pro praebendis quibusdam ordinandis collata confirmat. Id. Aug. aº 1º. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 587. nº 728; *cf.* Celse Appar. 90. nº 6. — »Cum a nobis.«
„ 19	„	(21778) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. xɪᴠ kal. Sept. aº 1º. ‖

1281.

		Hennes UB. I. 242; Strehlke Tab. 423. nº 658; de Geer Archieven I. 96. nº 111. — »Solet annuere sedes.«
Aug. 20	ap. Urbem veterem	(21779) Abbatem et conventum monasterii de Altovado [Hohenfurt] Cisterc. ord. Pragens. dioc. cum omnibus bonis protegendos suscipit, specialiter autem terras, domos *etc.* eis confirmat. xɪɪɪ kal. Sept. aº 1º. ‖ Pangerl UB. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXIII.) 33; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 539. nº 1246. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
„ 20	„	(21780) Eidem omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. xɪɪɪ kal. Sept. aº 1º. ‖ Pangerl l. c. 34; *cf.* Erben l. c. nº 1247. — »Cum a nobis.«
„ 21	„	(21781) (Edwardum) regem Angliae requirit et rogat, ut censum annuum 1000 marc. sterling. pro triennio praeterito et anno praesenti magistro Giffredo camerae apostolicae clerico in Anglia commoranti integre ac liberaliter assignet. xɪɪ kal. Sept. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪ. 195. — »Quanto erga Romanam.«
„ 28	(„)	* (21782) Le pape confirme l'abbaye de St. Pierre à Gand dans la jouissance de ses priviléges. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 425. nº 901.
„ 28	(„)	* (21783) Le même déclare qu'on ne peut invoquer la prescription contre les priviléges de l'abbaye. ‖ v. Lokeren l. c. nº 902.
Sept. 4	„	(21784) (Henrico) episcopo, (Iohanni de Fieffes) archidiacono Flandriae ac (Petro de Albana) cantori Morinensibus mandat, ut inter Florentium comitem Ollandiae Traiectens. dioc. et (Siffridum) archiepiscopum Coloniensem, qui in dictum nobilem subditum (Iohannis) Traiectensis electi suffraganei eiusdem archiepiscopi, in quem alias iurisdictionem delegatam vel ordinariam non habebat, auctoritate propria de facto excommunicationis sententiam promulgaverit, iudicium faciant. ɪɪ non. Sept. aº 1º. ‖ Oorkondenb. van Holland II. 178. B. — »Sua nobis nobilis.«
„ 5	„	(21785) Abbati et conventui monasterii b. Mariae de Vallibus Sarnai omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. Non. Sept. aº 1º. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. ɪɪ. 784. — »Cum a nobis.«
„ 10	„	(21786) Populo Beneventano mandat, ut consules, quorum occasione plerumque seditionis materia suscitetur, vel aliquos alios quocumque nomine censeantur, ad gerendum vel exercendum in civitate sua officium consulatus aut alterius iurisdictionis assumere vel creare nullatenus praesumant. ɪᴠ id. Sept. aº 1º. ‖ Muratori Antiq. Ital. IV. 63. — »Nuper non absque.«
„ 20	„	(21787) (Iohanni) archiepiscopo Cantuariensi et eius suffraganeis mandat, impendant operam, ut Almaricus de Monteforti capellanus suus, qui, dum A. sororem suam uxorem principis Walliae per partes maritimas regno Angliae vicinas ad eundem principem conducebat, laqueum captionis incurrerat, libertati reddatur. xɪɪ kal. Oct. aº 1º. ‖ Wilkins Concil. II. 69; Mansi Conc. XXIV. 462. — »Olim cum ad.«
„ 20	„	(21788) Magistro Reymundo decano ecclesiae Aviciensis super Amalrici de Monteforti capellani sui liberatione, quam Nicolaus pp. praedecessor solerter intenderat (*vid.* nº 21721), de novo mandata dat. xɪɪ kal. Oct. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪ. 195. — »Olim cum ad.«
„ 24	„	(21789) (Giloni) archiepiscopo, decano et capitulo Senonensibus costam b. Magdalenae, quae ad pedes Domini lacrymis illos rigebat, ab ipso »dum primo in regno Franciae legationis officio fungeremur« apud Vizeliacum monasterium, ubi gloriosum requiescit corpus istius, acceptam et eleganter ornatam per Aegidium germanum suum mittit, concessis indulgentiis eis qui ad sanctae festivitatem accesserint. ᴠɪɪɪ kal. Oct. aº 1º. ‖ Launoii Opp. II. ɪ. 289; *idem* Disquis. disquisitionis de Magdalena Massiliensi advena (Paris. 1643. 8º) 91; Faillon Monum. inéd. II. 761; *sine signo chronol.* Martene Ampl. collect. II. 1288. — »Translationem sanctorum corporum.«
„ 24	„	(21789 a) Abbati et conventui S. Walerici supra Mare [Saint-Valery-sur-Somme] ord. s. Ben. Ambian. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus petere, recipere ac retinere possint. ᴠɪɪɪ kal. Oct. aº 1º. ‖ Beauvillé Docum. inéd. conc. la Picardie II. 49. nº 62. — »Devotionis vestre precibus.«
„ 30	„	(21790) Abbati monasterii de Holm Othoniens. dioc. et priori fratrum ord. Praed. Othoniensium mandat, ut ab excommunicationis sententia absolvant priorem et monachos Othoniensis ecclesiae, qui pro eo quod decimam Terrae sanctae subsidio deputatam in statutis terminis integre non solverant, dictam sententiam incurrerant, nuper autem 140 marchas et 20 solidos sterlingorum thesaurariis apostolicis solventes satisfecerant de decima praelibata. ɪɪ kal. Oct. aº 1º. ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 371. nº 60. — »Ex parte dilectorum.«
(„ —)	(„)	(21791) Potestatem, consilium et commune Lucanenses acriter obiurgat, quod castrum Pisciae in Valle Nebulae ad imperium sine ullo medio pertinens, cum Rudolfus cancellarius et nuncius Rudolfi Romanorum regis de papali licentia speciali ab hominibus

		1281.
		praedicti castri fidelitatis iuramentum recepisset, per violentiam capientis ignis incendio consumpserant *etc.* Mandat eis, ut contra castra et terras alias praedictae vallis ad imperium spectantia nullatenus procedant. *Sine signo chronol.* ‖ Böhmer Acta imperii II. 702. n° 1001. — »Orrende feritatis immanitas.«
Oct. 2	ap. Urbem veterem	(21792) Magistro Guillelmo Duranti decano Carnotensi vicario in spiritualibus et Iohanni de Epa rectori provinciae Romaniolae mandat, ut tempore hiemis numerum militum exercitus ecclesiae diminuant. VI non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 253. n° 400. — »Cum secundum varietatem.«
„ 3	„	(21793) Citadinum civem Urbevetanum auditorem et iudicem generalem causarum criminalium pro Tuscia constituit. V non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 401. — »Inter multiplices curas.«
„ 4	„	(21794) Abbati monasterii s. Martini in Campo Pistoriens. dioc., monasteriorum abbatibus(?), praeposito ac Bonaventurae canonico ecclesiae Pistoriensis mandat, ut causam vertentem inter Lucanum episcopum et commune civitatis Florentinae, quibus dictus episcopus quandam pecuniae summam nomine pedagii apud Montopori Lucan. dioc. extorserat, decernendam committit. IV non. Oct. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi IV. 191. — »Sua nobis venerabilis.«
„ 7	„	(21795) Philippo regi Franciae significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui devotis orationibus divinam pro eo misericordiam imploraturi sint, singulis diebus quibus huiusmodi orationes effuderint, indulgentiam 20 dierum concedere. Non. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 22. — »Regalis providentiae magnitudo.«
„ 7	„	(21796) Archiepiscopos et episcopos per regnum Franciae constitutos hortatur, suadeant solicite Christifidelibus, ut in testamentis suis legata pro tuenda Terra sancta contra Saracenorum impetus relinquant. Non. Oct. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 24, *non integra, deficiente initio.*
„ 7	„	(21797) Mariae reginae Franciae indulget, ut eius servi famulique absente parocho peccata fratribus ord. Praedic. vel Minor. *etc.* confiteri possint. Non. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 471. n° 4. — »Ut gratiosus apostolicae.«
„ 7	„	* (21798) Le pape accorde au roi Philippe III ce privilége qu'aucune sentence d'excommunication ou d'interdit ne puisse avoir force dans le royaume de France, sans avoir été autorisée par un mandement spécial du siége apostolique. Non. Oct. a° 1°. ‖ Huillard-Bréholles Titres I. 128. n° 702.
„ 9	„	(21799) Malatestam de Veruculo civem Ariminensem hortatur, assistat viriliter Iohanni de Epa rectori provinciae Romaniolae, ut turbatus status eiusdem reducatur ad statum prosperum et tranquillum. VII id. Oct. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 408; Tonini Rimini III. 631. — »Devotionis tuae litteras.«
„ 9	„	(21800) Eidem qui filiam uni Guidonis de Montefiltro persecutoris Romanae ecclesiae filiorum nuptui traditurus erat, sub poena excommunicationis et amissionis omnium gratiarum et libertatum mandat, ut promissiones et pacta super hac parentela contrahenda minime impleat nec observet. VII id. Oct. a° 1°. ‖ Baluze l. c. 408; Tonini l. c. 632. — »Et si ovis.«
„ 9	„	(21801) Universis Christifidelibus ecclesiam sororum inclusarum de Gratia b. Mariae V. extra muros Londonienses ord. s. Clarae devotionis causa certis diebus visitantibus indulgentiam elargitur. VII id. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 471. n° 5. — »Loca sanctorum omnium.«
		* *Eodem modo* Visitantibus ecclesiam monasterii Pietatis b. Mariae V. in Waterbeche ord. s. Clarae Eliens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 6.
„ 10	„	(21802) Philippo Franciae regi concedit, ut, si qui clericorum eiusdem cum licentia regia se Parisios litterarum studio contulerint, redditus et proventus beneficiorum suorum percipere possint. VI id. Oct. a° 1°. ‖ Priviléges spirituels de la couronne de France (Paris 1855. 4°) 74. — »Indulgemus ut.«
„ 13	(„)	(21803) Malatestam de Veruculo civem Ariminensem monet, ne propter graves poenas, quas in litteris suis (*vid.* n° 21800) super quibusdam promissionibus inter illum et Guidonem de Montefiltro occasione cuiusdam parentelae inserendas duxit, eius devotio turbetur. III id. Oct. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 409; Tonini Rimini III. 633. — »Si in litteris.«
„ 15	„	(21804) Ioh(anni) archiepiscopo Dublinensi et magistro Arditioni primicerio Mediolanensi capellano suo collectoribus decimae Terrae sanctae in regno Angliae a sede apostolica deputatis, qui a papa petiverant edoceri qualiter debeant procedere in illos qui decimam proventuum ecclesiasticorum vel nullo modo vel scienter non integre aut non in constitutis super hoc in Lugdunensi concilio terminis solvunt, respondet. Id. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 125. n° 278. — »Significastis nobis quod.«

		1281.
Oct. 16	ap. Urbem veterem	(21805) Malatestam de Veruculo civem Ariminensem rogat et hortatur, ut inceptae prosecutionis studiis perseverans Iohanni de Epa rectori provinciae Romaniolae assistat eumque foveat consiliis et auxiliis opportunis, hostibus ecclesiae Romanae se viriliter opponendo. XVII kal. Nov. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 409; Tonini Rimini III. 634. — »Transmissas nobis devotionis.«
„ 21	„	(21806) Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis significat, se inquisitoribus haereticae pravitatis in eodem regno ad extirpandos orthodoxae fidei inimicos dedisse in mandatis, ut in illos quos de huiusmodi haeretica pravitate culpabiles vel de illa notabiliter suspectos esse ipsis constiterit, libere officii sui debitum exequantur, ac si ad ecclesias minime confugissent. Mandat eis, ne eosdem inquisitores impediant, quominus mandatum hoc apostolicum impleant. XII kal. Nov. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 18; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 472. n° 7. — »Ex parte dilectorum.«
„ 28	„	(21807) Malatestam de Veruculo civem Ariminensem rogat et hortatur, ut studium, quod in promovendis ecclesiae Romanae servitiis in provinciae Romaniolae partibus habuit, favorabiliter studeat continuare. V kal. Nov. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 409; Tonini Rimini III. 634. — »Tuo fili charissime.«
„ 29	(„)	(21808) Iohanni de Epa totius provinciae Romaniolae *etc.* rectori dat gratulatorias ob partam de inimicis sedis apostolicae et ecclesiae victoriam litteras eumque incitat, ut progressus et aggressus suos feliciter exequatur. IV kal. Nov. (a° 1°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 13. — »Devotionis tuae litteras.«
„ 29	(„)	(21809) Potestatem, consilium et commune Ariminenses rogat et hortatur, ut porro (Iohanni de Epa) rectori provinciae Romaniolae in hiis, quae honorem ecclesiae, statum ipsorum pacificum et aliorum fidelium nec non et repressionem rebellium respiciant, fideliter obediant. IV kal. Nov. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 409; Tonini Rimini III. 635. — »Meminimus olim devotionem.«
„ 29	„	(21810) Ducem, consilium et commune Venetorum hortatur, ut cum Guidone de Montefeltro et Cerviensibus omnem contractum de emendo sale cum eisdem initum rescindant. IV kal. Nov. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 254. n° 402. — »Pridem vobis sub.«
Nov. 1	„	(21811) Iohanni archiepiscopo Dublinensi ac magistro Ardicioni sedis apostolicae capellano mandat, ut Symoni de Micham cancellario Saresburiensi ac Roberto perpetuo vicario de Sturminster Sarisbur. dioc., quibus concessum erat, ut de pecunia ex decima pro Terrae sanctae subsidio colligenda singulis diebus singuli tres solidos esterlingorum reciperent pro expensis, praedictas expensas integre et sine deminutione restituant. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Wilkins Concil. II. 68; Mansi Conc. XXIV. 459. — »Conquesti sunt nobis.«
„ 5	„	(21812) Cantuariensi et Dublinensi archidiaconis mandat, moneant Iohannem de Derlingtun Dublinensem archiepiscopum et magistrum Ardicionem sedis apostolicae capellanum, ut Symoni de Micham cancellario Saresburiensi et Roberto perpetuo vicario de Sturminster Saresbur. dioc., quibus concessam erat, ut de pecunia ex decima pro Terrae sanctae subsidio colligenda singulis diebus singuli tres solidos esterlingorum reciperent pro expensis, de his expensis competenter satisfaciant. Non. Nov. a° 1°. ‖ Wilkins l. c. 68; Mansi l. c. 460. — »Conquesti sunt nobis.«
„ 13	„	(21813) Guardiano ord. Minor. Cameracensi mandat, ut ab excommunicationis sententia absolvat Montem dictum Lupum Parmensis et s. Gaugerici Cameracensis ecclesiarum canonicum, si, ab eo corporaliter tactis sacrosanctis evangeliis, praestito firmaverit iuramento, se decimam pro Terrae sanctae subsidio deputatam de proventibus praebendae suae integre persolvisse. Id. Nov. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 472. n° 8. — »Ex parte dilecti.«
„ 17	„	(21814) Abbatissae et conventui monialium pauperum inclusarum monasterii s. Clarae Assisinatis omnia privilegia confirmat. XV kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 473. n° 9. — »Cum a nobis.«
„ 18	ap. Urbevetanam in platea maioris ecclesiae	(21815) Michahelem Palleolôgum Graecorum imperatorem, haereticorum necnon et haeresis ipsorum ac scismatis antiquati fautorem excommunicat, et universis singulisque regibus, principibus *etc.* inhibet, ne cum eodem societatem vel confoederationem aliquam contrahere praesumant. »In festo dedicationis basilicae Principis apostolorum a° 1°.« ‖ Hermanni Altahens. Ann. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 409; Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 25; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1281 § 11. XIII. 894; Mansi Conc. XXIV. 105; Cherubini Bullar. I. 144; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 52. — »Michaelem Palaeologum qui.«
„ 22	ap. Urbem veterem	(21816) Magno regi Suueorum concedit, ut idoneum presbyterum religiosum vel saecularem sibi eligere possit confessorem. X kal. Decb. a° 1°. ‖ Vastovius Vitis aquil. 189; Liljegren Svenskt diplom. I. 591. n° 735; *non integra* Raynald. l. c. § 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 476. n° 12; *cf.* Celse Appar. 90. n° 7. — »Quanto personam tuam.«

1281.

(Nov. 24–Dec. 6) (ap. Urbem veterem) • (21817) Abbatibus, praepositis et prioribus ord. Praemonstr. institutum eorum auctoritate apostolica confirmat et aliis praeterea privilegiis ornat. »Viterbii« VIII (kal.? id.?) Dec. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. V. III. 110.

Dec. 8 „ (21818) Amelio de Augoto marchiae Anconitanae rectori mandat, ut, cum habitatores illius provinciae se in solutione talliarum pro 200 equitibus gravatos asserant, et ipse stipendiariorum quantitatem determinare noluerit, pro eis tallias, prout necessitas immineat, exigat et recipiat ab eisdem. VI id. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 254. n° 403. — »Auditis et intellectis.«

„ 9 „ (21819) Episcopo Neucastrensi et custodi ord. Minor. de Cusentia mandat, ut super electione Marci canonici in episcopum S. Marci diligenter inquirant et sedi apostolicae inventa referant. V id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 476. n° 13. — »Dudum ecclesia sancti.«

„ 13 „ (21820) Abbatissae et conventui monasterii s. Clarae Wratizlaviensis ord. s. Dam. donationes ab Henrico, Anna coniuge et Wlodizlao archiepiscopo Salzburgensi filio eorum, ducibus Sleziae, factas confirmat. Id. Dec. a° 1°. ‖ Sommersberg Siles. rer. script. I. (Lips. 1729. fol.) 930. n° 14. — »Cum a nobis.«

„ 13 „ (21821) Generali et provincialibus ministris ord. Minor. plenam dat facultatem committendi auctoritate apostolica fratribus eiusdem ordinis in sacra pagina eruditis praedicationis officium, audiendi confessiones *etc.* Id. Dec. a° 1°. ‖ Amiani Mem. di Fano II. somm. 62. — »Ad fructus uberes.«

„ 23 „ (21822) Remensi, Rotomagensi, Senonensi et Turonensi archiepiscopis et Belvacensi, Lingonensi, Catalaunensi, Laudunensi, Noviomensi, Silvanectensi, Ebroicensi, Parisiensi, Trecensi et Meldensi episcopis, qui supplicaverant, ut Ludovicum (IX) Francorum regem tamquam emeritum sanctorum adscriberet catalogo, communicat quae super negotio canonizationis per inquisitionem facta sunt, eosque hortatur, ne apostolicae sedis processum in hac re moleste ferant. X kal. Ianr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 98; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 475. n° 11; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 459. — »Cordi vobis esse.«

„ 23 „ (21823) (Willelmo) Rothomagensi archiepiscopo, Autissiodorensi et Spoletano episcopis mandat, ut ad monasterium s. Dionysii in Francia Paris. dioc., ubi ossa cl. mem. Ludovici regis Franciae requiescant, et ubi Dominus pro ipso miracula specialius fuisse proponatur operatus, aut ad alia loca se personaliter conferentes de miraculis, vita et conversatione ipsius Ludovici regis secundum articulos, quos eis sub bulla sua transmittat, inquirant. X kal. Ianr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 19—21; Wadding l. c. 99; Sbaralea l. c. 473. n° 10; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 53; *sine inscript.* Bulaeus l. c. 459; Campi Hist. di Piacenza II. 411. n° 119. — »Intellecto dudum felicis.«

„ 23 „ (21824) Henrico de Brem (Brene *Stenz.*) electo Gneznensi ord. Minor. mandat, ut, cum Wlostiberius ecclesiae Gneznensis canonicus in archiepiscopum concorditer electus in manibus (Philippi) episcopi Firmani apostolicae sedis legati iuri, quod ei ex hac electione competebat, libere ac sponte renunciaverit, impositum sibi onus suscipiat et super gregem dominicum noctis vigilias observet. X kal. Ianr. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 482; Sbaralea l. c. 479. n° 15; Stenzel Scr. rer. Siles. II. 481; Theiner Mon. Polon. I. 88. n° 162. — »Onerosa pastoralis officii.«

• *De eodem negotio* Capitulo Gneznensis ecclesiae — Suffraganeis Gneznensis provinciae — Clero Gneznensis civitatis et diocesis — Populo Gnezn. civit. et dioc. — Duci Poloniae — Duci Cracoviae — Duci Wratislaviae.

„ 23 „ (21825) Decano et capitulo ecclesiae Bituricensis significat, se praefecisse magistrum Simonem de Belloloco eidem ecclesiae in archiepiscopum. Mandat eis, ut eidem electo obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. X kal. Ianr. a° 1°. ‖ Gallia christ. II. instr. 25. — »Inter sollicitudines varias.«

„ 23 „ (21826) Bonaventuram de Parma ord. Minor., cum Philippus de Mantua provisionem de ipso per f. rec. Nicolaum papam factam (*cf.* n° 21664) non acceptaverit, ecclesiae Ragusinae praeficit in archiepiscopum. X kal. Ianr. a° 1°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 115; Wadding l. c. 481. n° 3; Sbaralea l. c. 477. n° 14; Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 97. n° 131. — »Militanti ecclesiae disponente.«

• *In eundem modum* Capitulo ecclesiae Ragusinae — Clero civitatis et diocesis Ragusinae — Populo civitatis Ragusinae — Universis suffraganeis ecclesiae Ragusinae.

„ 23 (•) • (21827) Arditium Mediolanensis ecclesiae primicerium sublimat ad sedem Mutinensem episcopalem. X kal. Ianr. a° 1281. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 125.

— — (21828) Petro regi Aragonum respondet multis verbis ad eius epistolam, quae continebat, »quod praeter omnium opinionem et consilia principum te invenimus ad beneplacita nostra paratum, ita ut nullus praedecessorum tuorum ullis retroactis temporibus recolatur adeo ecclesiae fuisse devotus. Sed de principibus non aliter ex his verbis nostrum

1281.

informabimus animum, quam probabilis credulitas habeat facti experimento probata. … Ecce de archivo Ecclesiae munimenta publica prodeunt, quae singulorum pene omnium principum munita signaculis repudiant opinionem, qua forte videris ingemere contra illos, eo quod verisimilitudo non recipit tales ac tantos viros excellentiae tuae consilium dedisse contrarium scripto, tui et ipsorum signato sigillis.« Sequitur quod Innocentius pp. IV sollicite pro eo laboravit *etc.* *Sine signo chronol.* ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 887. n° 42; Graevius Thesaur. antiq. Ital. V. Pars: Descript. victor. per Carolum c. Manfred. 89. — »Miranda tuis sensibus.«

— — (21829) B(ernardum) archiepiscopum Arelatensem a vinculo, quo tenebatur Arelatensi ecclesiae, absolvit eumque Portuensi ecclesiae praeficit in episcopum. *Absque nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1283. — »Moysi circa regendam.«

— — (21830) (Caroli) regis Siciliae magnificentiam laudat, qua se, terras et bona omnia per P. de Liytota capellanum et Ludowicum de Alvernia nuncios suos liberaliter obtulit. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 1284. — »Sincerum ad personam.« *Cf.* n° 21738.

— — (21831) (Alphonsum) regem Castellae et Legionis hortatur, ut pacem cum P(hilippo) rege Francorum vel saltem treugam diffusi temporis componat. »Ceterum circa Compostellanae provisionem ecclesiae nondum tibi certum possumus respondere pro eo, quod impediente discratia, quae nos aliquamdiu fatigavit, cum fratribus nostris deliberationem, quam super hoc quaerimus, habere nequivimus.« *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 1286. — »Serenitatis affatus per.«

— — (21832) (Ranulfo) Parisiensi episcopo ad instantiam (Philippi) regis Francorum committit, ut cum Henrico de Viziliaco capellano suo thesaurario ecclesiae Laudunensis, cui lumen sinistri oculi casus infortunatus ademit, dispenset, ut eodem non obstante defectu ad pontificalem dignitatem promoveri possit. *Sine nota chronol.* ‖ Martene l. c. 1290. — »Dilecto filio Henrico.«

— — • (21833) Sabatinum eligit in episcopum Tiburtinum. A° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 309.

— — • (21834) Bulle du pape Martin adressée à l'abbé et aux religieux de Cormery, par laquelle il confirme les possessions de la dite abbaye. *Sans date.* ‖ Mabille Catal. des diploms (Mém. de la soc. arch. de Touraine XIV.) 415. n° 3312.

— — Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis. *Sine signo chronol.* ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 461, *vid.* 1282. Mart. 4. n° 21857.

1282.

Ianr. 4 ap. Urbem veterem (21835) (Sigfrido) archiepiscopo Coloniensi, s. Mariae ad gradus et s. Gereonis Coloniensium ecclesiarum decanis mandat, faciant, ut sententiae excommunicationis et interdicti, quas (Volradus) Halberstadensis episcopus contra Iohannem, Ottonem et Conradum de Brandeburg vasallos suos ac eorum terram pro eo promulgavit, quod Halberstadensem ecclesiam tam per se, quam per Falkonem militem ac alios officiales hostiliter impugnaverunt *etc.*, usque ad satisfactionem inviolabiliter observentur. II non. Ianr. a° 1°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 162. n° 117. — »Sua nobis venerabilis.«

„ 10 „ (21836) Magistro et procuratoribus prioribus ord. Praedic. asserit praedicationis officium, audiendi vero confessiones, absolvendi confitentes *etc.* facultatem concedit. IV id. Ianr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1172; *eiusd.* Ampl. coll. II. 1291 *sine signo chronol.*; Mémoires et doc. de Genève XIV. 170. n° 179. — »Ad fructus uberes.«

„ 10 „ (21837) Ministro generali et provincialibus ministris ord. Minor. cum diffinitoribus in provincialibus capitulis congregatis concedit facultatem committendi fratribus sui ordinis examinatis et approbatis praedicationis officium, audiendi confessiones, absolvendi poenitentes *etc.* IV id. Ianr. a° 1°. ‖ Hermanni Altahens. Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 414; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 1; Mansi Conc. XXIV. 388; Labbe Conc. XI. I. 1143; Wadding Ann. Minor. V. 479. n° 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 480. n° 16. — »Ad fructus uberes.«

„ 13 „ (21838) Abbati monasterii Scottorum in Herfordia [Erfurt] Magunt. dioc. mandat, ut decidat causam vertentem inter (Volradum) Halberstadensem episcopum ex parte una et decanum de Stendale ac de Quedelingenborg et de Gernerothe ecclesiarum saecularium abbatissas earumque capitula ex altera, qui »falso asserentes, se fore ab ipsius episcopi iurisdictione exemptos, dicto episcopo tamquam suo diocesano obedire ac intendere indebite contradicunt, quamquam aliquod exemptionis privilegium super hoc non habeant nec ostendant.« Id. Ianr. a° 1°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. V. 43. n° 46. — »Conquestus est nobis.«

„ 13 „ (21839) Priori S. Frideswydae de Oxonia Lincoln. dioc., Colcestriensis in Londoniensi ac Northamptoniae in Lincoln. ecclesiarum archidiaconis mandata dat de mortuario Lichfeldensi ecclesiae solvendo. Id. Ianr. a° 1°. ‖ Wilkins Concil. II. 66. — »Suam nobis decanus.«

1282.

Ianr. 13 — ap. Urbem veterem — (21840) (Tellio) archiepiscopo Bracharensi facultatem concedit testandi et de quibusdam rebus mobilibus disponendi. Id. Ianr. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 481. nº 17. — »Quia praesentis vitae.«

» 17 — » — (21841) (Theodorico) Olomucensi episcopo mandat, ut detentores decimarum, reddituum terrarumque Wissehradensis ecclesiae ter publice in templo admonitos, si restituere aut satisfacere noluerint, excommunicationis sententia feriat. XVI kal. Febr. aº 1º. ‖ Hammerschmidt Glor. Wissehrad. 402; *argum.* ap. Dobner Monum. IV. 276. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 22 — » — (21842) Abbati et conventui S. Victoris Parisiensis indulget, ut bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus petere, recipere ac retinere possit. XI kal. Febr. aº 1º. ‖ Jean de Toulouse Fondat. de S. Victor de Paris 25; Malingre Antiq. de Paris 455. —

» 27 — » — (21843) Episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis ... necnon prioribus, guardianis et fratribus Praedic. et Minor. ord. per Campaniam et Maritimam constitutis significat, se in praedictis provinciis Andreae Spiliati canonico Cameracensi capellano suo rectoriam in spiritualibus et temporalibus commisisse. VI kal. Febr. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 481. nº 18. — »Inter alias provincias.«

» 28 — » — (21844) (Edwardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut in lite vertente inter Margaretam reginam Francorum ac C(arolum) Siciliae regem super Provinciae ac Folcalkerii comitatibus pro communi pace fidelium sic se gerere studeat »ut crescas exinde meritis apud Deum, penes nos gratia et apud homines clara fama.« V kal. Febr. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. II. 197. — »Agimus fili carissime.«

Febr. 3 — (») — (21845) Eidem testatur: »De annuo censu 1000 marcharum argenti, in quo ecclesiae Romanae teneris pro octennio iam transacto in festo b. Michaelis de mense Septembris tunc currente, aº Dⁱ 1277 terminato ipsi Romanae ecclesiae fuit pro parte tua per diversas solutiones integre satisfactum.« III non. Febr. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1277 § 52.

» 9 — » — (21846) Abbati Westmonasterii Londoniensis mandat, ut quicquid in prioratu Lewen. Cluniac. ord. Cicestrens. dioc. in Iohannis prioris praeiudicium sit attemptatum, in statum debitum legitime revocet. V id. Febr. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. II. 198. — »Dilecti filii Iohannis.«

» 9 — » — (21847) (Wichardo) episcopo Pataviensi mandat, compellat per censuram ecclesiasticam plebanum ecclesiae Viennensis, qui, dum quidam fratrum Minorum custodibus in villa Viennensi proponeret publice verbum Dei, fecerat per quendam vicarium suum fidelibus ipsis praesentibus altius proclamari, quod fratres Praedic. et Minor. nullam omnino confessiones audiendi aut absolvendi confitentes haberent absque ipsius plebani licentia facultatem *etc.*, ut revocet dictosque fratres circa praedicationes et confessiones suum officium libere exequi patiatur. V id. Febr. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 482. nº 19. — »Exhibita nobis dilectorum.«

» 9 — » — (21848) (Theodorico) episcopo Olomucensi de superiore epistola significat eique mandat, ut, si dictus episcopus mandatum apostolicum super his neglexerit adimplere, ipse in hac parte idem exequatur. V id. Febr. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. 3; Sbaralea l. c. 483. nº 20. — »Exhibita nobis dilectorum.«

» 13 — » — (21849) Vicarium Urbis rogat et hortatur, ut »provide pensans quod te non decet fideles ecclesiae in derogationem et enervationem nostrae iurisdictionis gravaminibus opprimere insuetis, nec extendere ad indebita manus tuas,« homines de Velletro solita libertate gaudere permittat. Id. Febr. aº 1º. ‖ Borgia Velletri 291. — »Grave gerimus admodum.«

» 13 — » — (21850) Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis indulget, ut in celebratione officiorum divinorum ordinem, quem ecclesia Romana in divinis officiis celebrandis observat, libere uti, si eidem ecclesiae viderint expedire, possint, et nihilominus speciales ipsius ecclesiae suae festivitates, si velint, more solito celebrare. Id. Febr. aº 1º. Massonus De episcopis Urbis fol. 255ᵛ; Pet. Matthaeus Summa 130; Mansi Conc. XXIV. 389; Labbe Conc. XI. I. 1144. — »Ecclesiam vestram in.«

» 17 — » — • (21851) Praeposito ecclesiae in Neuburg mandat, ut bona monasterio Altahensi abstracta revocari curet. XIII kal. Mart. aº 1º. ‖ Lang Regesta IV. 776.

» 20 — » — (21852) Decano ecclesiae s. Martini Turonensis concedit domum ab ipso decano inhabitatam et ad capitulum pertinentem sub certo censu in perpetuum dicto capitulo annuatim solvendo. X kal. Mart. aº 1º. ‖ Défense des priviléges de l'égl. de S. Martin de Tours 39.

» 25 — » — (21853) Praeposito et conventui ecclesiae b. Mariae Neuburgensis ord. s. Aug. Pataviens. dioc. omnes libertates et immunitates, privilegia et indulgentias confirmat. V kal. Mart. aº 1º. ‖ Fischer Klosterneuburg II. 282. — »Solet annuere sedes.«

» 27 — (») — (21854) (Ulrico) episcopo Raceburgensi, decano et scolastico ecclesiae Osnabrugensi mandat, ut controversiam inter abbatem conventumque monasterii de Decheem Prae-

1282.

monstr. ord. Traiectens. dioc. et consules universitatemque civitatis Lubicensis super quadam pecuniae summa et rebus aliis vertentem, usuris cessantibus, fine debito decidant. III kal. Mart. aº 1º. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 374. nº 410, *male ad* a. 1281. — »Conquesti sunt nobis.«

Febr. 27 — ap. Urbem veterem — (21855) Potestati, consilio et communi Perusinis privilegium concedit, ne extra ipsorum civitatem ad iudicium evocari possint. III kal. Mart. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 255. nº 404; *cf. argum. in* Archivio stor. Ital. XVI. II. 489, *male ad* a. 1281. — »Tranquillitati vestre consulere.«

Mart. 3 — » — (21856) Carolum regem Siciliae hortatur, ut iniustas postulationes militum et scutiferorum Gallicorum, quos in Romaniolam ad servitium Romanae ecclesiae miserit, per nuntium moderari velit. V non. Mart. aº 1º. ‖ Theiner l. c. nº 405. — »Cum sicut accepimus.«

» 4 — » — (21857) Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis indulget, ut in omnes qui eiusdem ecclesiae bona manifeste invaserint, occupaverint, rapuerint *etc.*, nisi canonice moniti satisfactionem exhibuerint, censuram ecclesiasticam libere exercere possint. IV non. Mart. aº 1º. ‖ Mansi Conc. XXIV. 389; Labbe Conc. XI. I. 1145; Matthaeus Summa 29; Massonus De episcopis Urbis fol. 256; *sine nota chron.* Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 461; Monsnyer Iura S. Martini Turon. eccl. 155. — »Specialis illa dilectio.«

» 4 — » — (21858) (Iohanni) archiepiscopo Nidrosiensi, qui sedi apostolicae nunciaverat, decimam in Islandiae et Feroyum insulis in regno Norwegiae constitutis in diversis rebus persolvi, quae de facili permutari vel pecunialiter vendi non possent, et decimam Gronlandiae non percipi nisi in bovinis et focarum coriis ac dentibus et funibus balenarum, quae ad competens pretium vendi possent, mandat, ut tam insularum quam Gronlandiae decimas in argentum vel aurum convertere studeat et illud una cum illa alia decima in ipso regno collecta pro Terrae sanctae subsidio ad apostolicam sedem quamcito transmittat. IV non. Mart. aº 1º. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 63. nº 71; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 153. — »Tua nobis fraternitas.«

» 4 — » — (21859) (Eiricum) regem Norwegiae hortatur, ut nequaquam impediat neque impediri permittat, quin decima pro Terrae sanctae subsidio deputata de regno suo extrahatur. IV non. Mart. aº 1º. ‖ Lange l. c. 64. nº 72; Munch l. c. 153. — »Quam sit gravis.«

» 4 — » — (21860) Eundem rogat, ut edictum, ne quivis laicus regni sui sterlingos vel argentum aliud ipsius regni clericis vendere praesumat, revocet, cum alioquin iidem clerici ad persolvendam in pecunia vel argento decimam pro Terrae sanctae subsidio reddantur impotentes. IV non. Mart. aº 1º. ‖ Lange l. c. 65. nº 73; Munch l. c. 154. — »Paterne dilectionis affectus.«

» 5 — » — (21861) Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis significat, se districtius inhibere, ne archiepiscopus, vel archidiaconus, archipresbyter Turonenses aut eorum officiales *etc.* in praefatum capitulum aut aliquam eiusdem personam sine consensu apostolicae sedis interdicti, suspensionis vel excommunicationis sententias promulgent. III non. Mart. aº 1º. ‖ Défense des priviléges de l'égl. de S. Martin de Tours 40.

» 7 — » — (21862) Magistro Gifredo de Vezano canonico Cameracensi camerae apostolicae clerico sedis apostolicae nuntio concedit facultatem exigendi ac recipiendi nomine Terrae sanctae in partibus Angliae, Walliae, Scotiae et Yberniae ea omnia, quae eidem terrae ex voto aut promisso aut redemptionibus votorum a quibuscunque personis debentur, exceptis decimis. Non. Mart. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 126. nº 279. — »De tue circumspectionis.«

» 7 — » — (21863) Abbati monasterii Lacromensis Ragusin. dioc. mandat, ut omnes retentores occultos decimarum, possessionum, terrarum *etc.* ad archiepiscopalem sedem Ragusinam spectantium publice in ecclesiis coram populo moneat, ut archiepiscopo Ragusino a se debita restituant; si id non impleverint, in eos generalem excommunicationis sententiam proferat. Non. Mart. aº 1º. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 116. — »Sua nobis venerabilis.«

» 7 — » — (21864) Abbati et conventui monasterii de Altha ord. s. Ben. Pataviens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. Non. Mart. aº 1º. ‖ Mon. Boica XV. 15; *cf.* Lang Regesta IV. 174. — »Solet annuere sedes.«

» 7 — » — (21865) Matthaeo abbati monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. concedit facultatem absolvendi a sententia excommunicationis clericos et laicos villae s. Dionysii et aliorum locorum, in quibus monasterium praefatum spiritualem et temporalem iurisdictionem habet. Non. Mart. aº 1º. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 610. — »Etsi cunctis orbis.«

» 7 — » — (21866) Eidem concedit facultatem atque eius successoribus ordine sacerdotali fungentibus in perpetuum, conferendi tonsuram et alios ordines minores suis et praefati monasterii subditis de villa s. Dionysii ac aliis locis in quibus iurisdictionem plenam habent *etc.* Non. Mart. aº 1º. ‖ Doublet l. c. 611. — »Laudanda religio quae.«

» 7 — » — (21867) Eundem ecclesiae Romanae procuratorem statuit eique mandat, ut, cum adversus ipsius ecclesiae Romanae possessiones et iura nonnisi centenaria currat praescriptio,

		1282.
		vice papae procuret quae pro defensione huius iuris fuerint in iudicio procuranda. Non. Mart. a° 1°. ‖ Doublet l. c. 612. — »Ne ius ecclesiae.«
Mart. 10	ap. Urbem veterem	(21868) Simonem ord. Minor. ecclesiae Assisinatensi praeficit in episcopum. vi id. Mart. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 480. n° 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 483. n° 21. — »Militanti ecclesiae disponente.«
» 12	»	(21869) Potestatem, consilium et commune Ariminenses rogat et hortatur, ut centum stipendiarios equites, quos tenebant in favorem prosecutionis negotii Romaniolae ac repressionem hostium ecclesiae, retineant et etiam arment unum lignum in mari. iv id. Mart. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 409; Tonini Rimini III. 636. — »Attendentes fidei vestre.«
» 14	»	(21870) Bonaventurae archiepiscopo Ragusino pallium ei per I(ohannem) S. Mariae in Cosmedin diac. cardinalem assignandum transmittit. ii id. Mart. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 98 in n° 131. — »Cum palleum insigne.«
» 15	»	* (21871) Praeposito de Columbaria mandat, ut clericos, barones, milites et laicos Spirensis, Basiliensis et Argentinae civitatum et diocesium, qui terras, domos et alia bona immobilia sub annuo censu vel redditu a monasterio de Alba tenent, ad exhibendum praefatum censum abbati et conventui dicti monasterii per censuram ecclesiasticam compellat. Id. Mart. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. II. 127, *male ad* a. 1281.
» 18	»	(21872) Abbatissae et conventui monasterii in Dalen Cisterc. ord. Magunt. dioc. omnes libertates, immunitates necnon exemptiones confirmat. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 319. n° 341, *omisso initio*.
» 18	»	(21873) C(arolo) regi Siciliae et C(arolo) primogenito eius principi Salernitano decimam omnium ecclesiasticorum proventuum ad proficiscendum in Terrae sanctae subsidium in tota insula Sardiniae totoque regno Ungariae, si quoad decimam ipsius regni ad id (Ladislai) regis Ungariae assensus accedat, per sex annos concedit. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 349. n° 567; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1282 § 5. 6; ap. Fejér Cod. dipl. V. iii. 138. — »Dum immanis persecutionis.«
» 26	ap. Urbem veterem in platea maioris ecclesiae	(21874) Contra Guidonem dictum comitem Montisferetri et Lambertatios de Bononia processum promulgat. »In die coenae Domini pont. a° 2°«. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 255. n° 406; *non integra* ap. Raynald. l. c. § 29. — »Graves et enormes.«
» 31	ap. Urbem veterem	(21875) Abbatissam et conventum monasterii in Gösse ord. s. Ben. Salzeburgens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem domos, silvas *etc.* eis confirmat. ii kal. Apr. a° 2°. ‖ Pusch Dipl. Styriae I. 129. — »Cum a nobis.«
» 31	»	(21876) Eisdem indulget, ut tempore generalis interdicti liceat eis clausis ianuis *etc.* reddere Domino horas canonicas et divina sibi officia facere celebrari per proprium capellanum. ii kal. Apr. a° 2°. ‖ Pusch l. c. 130. — »Devocionis vestrae precibus.«
(Ianr.-Mart.)	(»)	(21877) P(etro) regi Aragonum, qui petiverat ut ad ipsum Valentinus episcopus deputetur legatus crucem in favorem negotii per regem de novo contra Sarracenos assumpti praedicaturus, respondet, se ad eum B(artholomaeum) Grossetanum episcopum ad obtinendam instructionem huiusmodi destinasse, eumque rogat ut illum benigne recipiat. *Sine signo chronol.* ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 35. — »Dilectus filius nobilis.«
Apr. 5	»	(21878) Iohanni archiepiscopo Lundensi per I(ohannem) S. Mariae in Cosmidin diac. cardinalem palleum assignat. Non. Apr. a° 2°. ‖ Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 374. n° 62. — »Cvm palleum insigne.«
» 5	»	(21879) Abbatissam et conventum monialium monasterii s. Michaelis Revaliae ord. Cist. sub sua pace et protectione suscipit specialiter defensandas cum omnibus bonis ipsisque privilegia confirmat. Non. Apr. a° 2°. ‖ Livl. UB. I. 598. n° 484, *male ad* a. 1283. — »Cum a nobis.«
» 5	»	(21880) Eisdem, quibus Ericus rex Daciae ius parochiale ecclesiae s. Olavi Revaliensis contulerat, hanc collationem confirmat. Non. Apr. a° 2°. ‖ *Mendose* ap. Bunge l. c. 599. n° 485 *et male ad* a. 1283. — »Cum a nobis.«
» 5	»	(21881) Abbati et conventui monasterii s. Mariae Scotorum Wiennensium ord. s. Ben. Pataviens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Non. Apr. a° 2°. ‖ Sickel Monum. graph. Fasc. VI. tab. 9; *eiusd.* Texte 99; Hauswirth Urk. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XVIII.) 70. n° 53. — »Cum a nobis.«
» 9	»	(21882) Eisdem ius patronatus in ecclesia s. Marie de Gaunesdorf, quod Rudolfus rex Romanorum eis contulit, confirmat. v id. Apr. a° 2°. ‖ Hauswirth l. c. 71. n° 54. — »Cum a nobis.«
» 9	»	(21883) (Petro) episcopo Clusino mandat, ut ministro et fratribus ord. Minor. administrationis Tusciae praesidio efficacis defensionis assistat. v id. Apr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 484. n° 22. — »Inundans malitia personarum.«

		1282.
Apr. 13	ap. Urbem veterem	(21884) Regi Daciae notum facit, se Lundensi ecclesiae per obitum T(rugoti) archiepiscopi destitutae pastore Iohannem archidiaconum eiusdem ecclesiae praefecisse in archiepiscopum. Commendat eundem. Id. Apr. a° 2°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 372. n° 61. — »Dudum Lundensi ecclesia.«
» 13	»	(21885) Alanum capellanum Hugonis tit. S. Laurentii in lucina presb. card. post obitum Archebaldi episcopi Cathanensi ecclesiae praeficit in antistitem. Id. Apr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 485. n° 23. — »Dudum Cathanensi ecclesia.«
» 13	»	(21886) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. indulget, ut archiepiscopi, episcopi, archidiaconi et officiales eorum, aut etiam canonici ecclesiarum cathedralium, qui per litteras apostolicas fuerint iudices, conservatores aut executores dati, contra dictum monasterium et membra ipsius super bonis, quae monasterium et membra ipsa infra loca subiecta iurisdictioni eorundem archiepiscoporum et aliorum obtinent, minime procedere possint absque speciali mandato praedictae sedis. Id. Apr. a° 2°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 613. — »Syncerae devotionis quam.«
» 13	»	(21887) Eisdem indulget, ut pro domibus et grangiis, in quibus ipsius monasterii monachos abbas pro redditibus et iuribus conservandis ponit, legatis et nuntiis a sede apostolica deputatis procurationem aliquam solvere minime teneantur. Id. Apr. a° 2°. ‖ Doublet l. c. 612. — »Specialis dilectionis affectus.«
» 13	»	(21888) Abbatissae et conventui monasterii de Roseto ord. s. Ben. Senonens. dioc. libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Id. Apr. a° 2°. ‖ Morin Hist. du Gastinais 596.
» 16	»	(21889) Potestati, consilio et communi de Espello Spoletan. dioc. iniungit, ne Perusinis Fulginates impugnare volentibus auxilio sint, ut se potius praeparent, ut ad requisitionem ecclesiae, si oportuerit, ad reprimendam Perusinorum proterviam consurgant. xvi kal. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 486. n° 24. — »Diebus istis praeteritis.«
» 17	»	(21890) (Theodorico) episcopo Olomucensi mandat, ut bona monasterio s. Crucis in Dobranig ord. s. Aug. alienata ad ius et proprietatem eius legitime revocet. xv kal. Mai. a° 2°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 275; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 548. n° 1274. — »Dilectarum in Christo.«
» 17	»	(21891) Abbatissam et conventum praefati monasterii cum omnibus bonis tuendas suscipit. xv kal. Mai. a° 2°. ‖ Boczek l. c. 275. n° 70; *cf.* Erben l. c. 547. n° 1273. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 26	»	(21892) Episcopo Ripensi mandat, compellat Petrum ord. Minor., quem b. m. Iacobus archiepiscopus Lundensis ecclesiae Vibergensi praefecerat in episcopum, ut Thrugillum, quem praepositum eiusdem ecclesiae capitulum in suum episcopum canonice elegerat, dictus autem Petrus carcerali custodiae mancipavit, plenarie restituat libertati *etc.* vi kal. Mai. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 488. n° 25; Rördam Ny kirkehistor. Samlinger III. 376. n° 63 *et* 380 in n° 65. — »Significarunt nobis dilecti.«
» 26	»	(21893) Priori et conventui monasterii s. Trinitatis London. indulget, ut liceat eis tempore generalis interdicti divina officia celebrare. vi kal. Mai. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 204. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 27	»	(21894) Priori de Crucerois Londoniens. dioc. mandat, ut parochianos de Lesenes et Bixele ecclesiarum Roffens. dioc., quas prior et conventus monasterii s. Trinitatis Londoniens. ord. s. Aug. in usus proprios obtinent, ad eisdem ecclesiis decimas proventuum terrarum, ortorum, pratorum et aliarum rerum integre persolvendas compellat. v kal. Mai. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 201. — »Sua nobis dilecti.«
Mai. 7	ap. Urbem veterem in platea maioris ecclesiae	(21895) Acriter conqueritur, quod nonnulli protervae temeritatis spiritum assumentes in regno Siciliae ignem turbationis emortuae reaccendere moliuntur; pro qua re testem affert feralem immanitatem horrendi facinoris de novo in civitate Panormitana patrati »ubi sic debacchatus est gladius, ... quod ... non suffecit virorum ac mulierum multitudinem inibi caedi dari.« Universos et singulos monet, ne in regno Siciliae ipsum et Romanam ecclesiam ac Carolum regem Siciliae in ipsa, qui regnum praedictum ab eadem teneat ecclesia, molestent vel perturbent. Praecipit eis insuper, ne praedictis in occupatione vel invasione cum armis vel sine armis ad turbandam in dicto regno pacem consilium aut auxilium publice vel occulte praestent *etc.* Anathematis sententiam fert in Panormitanos et omnes qui Siciliam invadant vel qui coniuratorum partibus irretiti opem aliquam illis praebeant. »In die ascensionis Domini« a° 2°. ‖ Hermanni Altahens. Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 412; Mansi Conc. XXIV. 391; Raynaldi Ann. ad a. 1282 § 13—18; Labbe Conc. XI. i. 1146; Aguirre Conc. Hispan. V. 312; Canisius Lect. antiq. I. 316 (ed. 1a); *sine nota temporis* Lünig Cod. Ital. dipl. II. 995 in n° 55; Graevius Thesaur. antiq. Sicil. V. Pars: Descript. victor. per Carolum contra Manfr. 41; Abr. Bzovius Pontifex Romanus (Colon. Agr. 1619. fol.) 569; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1281 § 10. XIII. 884. n° 3. — »Cogit nos temporis.«

1282.

Mai. 7	ap. Urbem veterem in platea maioris ecclesiae	(21896) Sententias, quas in festo dedicationis basilicae Principis apostolorum proximo praeterito (*vid.* nº 21815) contra Michaelem Palaeologum »qui Graecorum imperatorem se nominat« eiusque fautores tulit, ratas habet et innovat. »In die ascensionis Domini« aº 2º. ‖ Raynald. l. c. § 8; Canisius l. c. I. 309 extr. — »Dudum apud civitatem.«
» 7	»	(21897) Innovat excommunicationis et interdicti sententias pridem in die Coenae Domini transacto (*vid.* nº 21874) novissime latas in Guidonem dictum Comitem Montis Ferretri, stipendiarios et complices eius et specialiter capitaneum, consilium et universitatem partis Lambertatiorum de Bononia, necnon et potestates et consiliarios Forolivii, Forlimpopoli, Caesenae et Cerviae civitatum, castri Brettenorii et aliorum locorum provinciae Romaniolae. Ordinat ut hic processus ad communem omnium noticiam deducatur. »In die ascensionis Domini« aº 2º. ‖ Fantuzzi Mon. Ravenn. IV. 388. nº 136 *perperam ad* a. 1284. — »Pridem in die.«
» 7	ap. Urbem veterem	(21898) Abbatissae et conventui monasterii s. Clarae de Seusliz ord. s. Clarae Misnens. (dioc.?), quarum coenobium Henricus marchio Misnensis iuxta dispositionem quondam Agnetae uxoris suae in fundo proprio de bonis suis construxit, postmodum quoque quosdam redditus et proventus eidem liberaliter donavit, haec omnia confirmat. Non. Mai. aº 2º. ‖ Unschuldige Nachrichten von Alten u. Neuen theol. Sachen. 1725. (Leipz. 8º) 183; Ioh. Gottl. Horn Princeps Henricus cogn. Illustris landgrav. quond. Thuringiae (Francof. & L. 1726. 4º) 366. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(21899) Mauro Tervisino et Iohanni de Abbate Paduano canonicis causam inter priorem conventumque monasterii s. Mariae in Portu Ravennati ord. s. Aug. et potestatem ancianos consilium et commune Paduanos super quibusdam possessionibus et rebus aliis vertentem committit decidendam. Id. Mai. aº 2º. ‖ Fantuzzi Mon. Ravenn. VI. 98. nº 51. — »Conquesti sunt nobis.«
» 15	»	(21900) (Iohanni) archiepiscopo Nidrosiensi collectori decimae in regno Norweiae pro Terrae sanctae subsidio mandat, ut decimam collectam et colligendam Raynutio Runsini, Bartholino Corsi, Raynutio Venturae et Iacobo Taditionis de Sohorciasupi necnon Thedaldino dicto Mangialmachi, Donato Lamberti, Orlando Cianchocti et Masseo Roscionpelli de Guiditionis de Luca societatibus civibus et mercatoribus Lucanis assignet. Id. Mai. aº 2º. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 42. nº 46; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 154. — »Licet tibi dudum.«
» 15	»	(21901) Guardiano ord. Minor. de Divione Lingonens. dioc. committit, dispenset cum Hugone nato quondam Hugonis ducis Burgundiae et Margareta nata quondam Iohannis comitis Cabilonensis, ut, non obstante quarto consanguinitatis gradu, in contracto matrimonio licite remanere valeant. Id. Mai. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 490. nº 26. — »Exhibita nobis dilecti.«
» 18	(»)	(21902) Fratri Bonaiuntae ord. hospitalis s. Iohannis Ierosolimit. mandat, ut 300 milites, quos fideles marchiae Anconitanae pro trimestri in servitium ecclesiae gratis obtulerint, in Romaniolam deducat. xv kal. Iun. aº 2º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 258. nº 407. — »Cum nuper nonnulli.«
» 23	»	(21903) Episcopis, abbatibus *etc.* per Anconitanam marchiam constitutis significat, se in dicta provincia Giffrido de Anagnia auditori contradictarum capellano suo rectoriam in spiritualibus et temporalibus commisisse *etc.* x kal. Iun. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 490. nº 27. — »Cum incumbentia nobis.«
» 23	»	(21904) Compositionem inter Claromontensem et Autissiodorensem episcopos ac capitula conventuum aliasque personas ecclesiasticas et saeculares ducatus Burgundiae ex parte una et Robertum Burgundiae ducem ex altera initam confirmat. x kal. Iun. aº 2º. ‖ Pérard Recueil des pièces 353. — »Inter praelatos ecclesiarum.«
» 26	»	(21905) Roberto de Ricavilla curiae marescallo concedit facultatem stipendiandi in Galliis et aliis partibus ultramontanis milites in servitium ecclesiae. VII kal. Iun. aº 2º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 258. nº 408. — »De tua experta.«
» 26	»	(21906) Magistro Henrico canonico Lemovicensi capellano suo mandat, ut dicto marescalco in adducendis ex Galliis militibus praesto sit deque pecunia camerae necessarios nummos exsolvat. VII kal. Iun. aº 2º. ‖ Theiner l. c. 259. nº 409. — »Cum dilectum filium.«
(» —)	(»)	(21907) Episcopo Reatino mittit tenorem processus qui occasione eorum quae »diebus istis« in civitate Panormitana contigerant, iuxta morem ecclesiae Romanae habiti sunt (*vid.* nº 21895), quo inhibet, ne quis consilium, auxilium et favorem Siculis praestet quod in sua rebellione sint pertinaces, eique praecipit, ut hunc tenorem in regno Siciliae, in terris et locis videlicet ipsius regni, in quibus expedire viderit, publicet et per alios publicari faciat. *Absque nota chronol.* ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 884. nº 40; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 995. nº 55; Graevius Thes. antiq. Sicil. V. Pars: Descript. vict. obt. per Car. Sicil. reg. 41. — »Nuper ascensionis eorum.«
Iun. 1	»	(21908) Abbatissae et conventui monasterii de Valle Rosarum Cisterc. ord. Wormat. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona a personis liberis in earum coenobio professio-

1282.

		nem facientibus, feudalibus duntaxat exceptis, petere recipere ac retinere possint. Kal. Iun. aº 2º. ‖ Remling Gesch. d. ehem. Abteien I. 349. — »Devotionis vestre precibus.«
Iun. 1	ap. Urbem veterem	* (21909) (Conrado) abbati monasterii Fabariensis mandat, ut (Henricum) abbatem et conventum monasterii Heremitarum a praedonum et invasorum audacia efficaciter defendat. Iun. 1. aº 2º. ‖ Morel Regest. von Einsiedeln 13. nº 105; Wegelin Regest. von Pfävers 19. nº 103.
» 3	»	(21910) Abbati de Waletham Londoniens. dioc. mandat, compellat clericos, comites, barones, milites et alios laicos Lincolniensis, Londoniensis et Roffensis diocesum, qui prata, pascua *etc.* sub annuo censu vel redditu a monasterio s. Trinitatis London. ord. s. Aug. tenent, huiusmodi autem censum aut redditum ei non exhibent, ut eundem priori et conventui praefati coenobii integre exhibeant. III non. Iun. aº 2º. ‖ Rymer Foed. I. II. 204. — »Querelam dilectorum filiorum.«
» 4	»	(21911) Priori de Cruceroys London. dioc. mandat, compellat parochianos s. Michaelis infra Alegate et s. Katerinae in atrio monasterii s. Trinitatis London. ecclesiarum Londoniensium, ut priori et conventui dicti monasterii, qui easdem ecclesias in proprios usus canonice obtinent, decimas persolvant. II non. Iun. aº 2º. ‖ Rymer l. c. 204. — »Ex parte dilectorum.«
» 5	»	(21912) Gerardo episcopo Sabinensi in regno Siciliae plenae legationis officium committit. Non. Iun. aº 2º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1282 § 20. — »Licet christicolarum singulae.«
» 5	»	(21913) Eidem in regno Siciliae apostolicae sedis legato indulget, ut in dicto officio uti possit opera fratrum uniuscuiusque ordinis. Non. Iun. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 491. nº 28. — »Cum te in.«
» 13	»	(21914) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Reginensibus mandat, ut si electionem Margaritae de Campilio priorissae in abbatissam monasterii s. Alexandri Parmensis ord. s. Ben. canonice celebratam *etc.* invenerint, eandem confirment. Id. Iun. aº 2º. ‖ Sbaralea l. c. nº 29. — »Sua nobis dilectae.«
» 15	»	(21915) Edwardo regi Anglorum nunciat, se ecclesiae Wyntoniensi Iohannem archidiaconum Exoniensem et capellanum suum in episcopum praefecisse. XVII kal. Iul. aº 2º. ‖ Rymer Foed. I. II. 205. — »Romani pontificis quem.«
» 17	»	(21916) Iohannem monachum monasterii Casinensis ord. s. Ben. ecclesiae Beneventanae per obitum Caputerri viduatae praeficit in archiepiscopum, electione Iacobi de Alifia canonici ipsius ecclesiae praetermissa. XV kal. Iul. aº 2º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 492. nº 30. — »Ex susceptae servitutis.«
» 18	»	(21917) Archiepiscopo Colocensi et Batiensi ac Sirmiensi et Chanadiensi episcopis mandat, ut, si electionem Thomae praepositi ecclesiae s. Michaelis de Castroferreo Iauriens. dioc. in episcopum Waradiensem canonice de persona idonea celebratam invenerint, eandem confirment et archiepiscopus praedicto electo munus consecrationis impendat. XIV kal. Iul. aº 2º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 350. nº 568; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 240. — »Sicut dilecti filii.«
c. » 24		»Tunc temporis circa festum nativitatis b. Iohannis baptistae dictus domnus papa se transtulit
	apud Montem Flasconem.	Set Romani parvipendentes eundem exercitu congregato circa Cornetum, eo vidente, vineas ortos et blada vastaverunt.« ‖ Martini Pol. Cont. pontif. Romana ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XXII. 478.
Iul. 10	»	* (21918) »Magistro Alirono (de Rikardis *add. Lang*) canonico ecclesiae s. Marci Venetiis collectori decimae in Salzeburgensi provincia et Pragensi, Olomucensi, Ehistetensi et Bambergensi civitatibus et diocesibus provinciae Maguntinae Terrae sanctae subsidio deputatae«, quem magistro Rogerio canonico Virdunensi in hoc ministerio subrogat, normam agendi praescribit. VI id. Iul. aº 2º. ‖ Palacky Reise 47. nº 380; *cf.* Lang Regesta IV. 186.
» 18	»	(21919) Episcopo Arusiensi mandat, ut Wilgrippum praepositum de Roxho et magistrum Wilg»ppum (*sic!*) canonicum Arusiensem, quos Bertrandus Arelatensis archiepiscopus olim canonicus Remensis, qui super colligenda decima in partibus Daciae Terrae sanctae concessa subsidio dudum a sede apostolica exstitit deputatus, in Arusiensi diocesi super hac decima collectores duxerat ordinandos, sed excommunicaverat quia in reddenda sibi quadam summa pecuniae de praefata decima collecta defecerant, absolvat a sententia memorata. XV kal. Aug. aº 2º. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 378. nº 64. — »Exhibita nobis dilecti.«
» 26	»	(21920) Capitulum ecclesiae Feretranae hortatur, ut in laudabili proposito concives ad obedientiam ecclesiae reducendi perseveret. VII kal. Aug. aº 2º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 259. nº 410. — »Statu illarum parcium.«
» 27	»	(21921) Universos homines Civitatis s. Leonis, inter quos ac in partibus Romandiolae pravitatis alumnus Guido de Monteferetro persecutor ecclesiae manifestus tantae dis-

1282.

		cordiae virus evomuit et rancoris materiam seminavit »ut ipsarum partium incolae ... ad prosperitatis statum reduci studiis humanis non possent«, hortatur ut in apostolicae sedis benevolentia firmam spem obtineant *etc.* VI kal. Aug. a° 2°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 410. — »Ab olim inquitatis.«
Aug. 17	ap. Montem Flasconem	(21922) Rogerium praepositum ecclesiae Aprutinae praeficit eidem in episcopum, postquam Alexander de Verulis ord. Minor. tunc ecclesiae s. Erasmi Verulani canonicus electioni de se factae consentire noluit. XVI kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 491. n° 31; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 117. — »Dudum Aprutina ecclesia.«
» 28	»	(21923) Ladislao regi Ungariae indulget, ut per institutiones Philippi Firmani episcopi tunc in illis partibus apostolicae sedis legati, qui tempore excommunicationis in dictum regem post appellationem ad sedem Romanam legitime interiectam promulgatae in nonnullis regni eius ecclesiis tunc vacantibus et a rege patrocinandis aliquos in plebanos, in quibusdam vero rectores instituit ab ipso rege minime praesentatos, taliter factas nullum ei eisve successoribus possit generari praeiudicium. V kal. Sept. a° 2°. ‖ Catalani De ecclesia Firm. 370. n° 74; Theiner Mon. Hungar. I. 350. n° 569; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 242. — »Sicut porrecta nobis.«
» 30	»	(21924) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. de Urbe mandat, dispensent cum Francisco Nicolai Crescentii et Magdalena nata Nicolai Iohannis de Insula civium Romanorum, ut, quarto consanguinitatis gradu non obstante, matrimonium libere consummare ac in eo licite remanere possint. III kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 494. n° 32. — »Exposita coram nobis.«
Sept. 4	»	* (21925) Abbati s. Iohannis monasterii in Turthal mandat, ut inter Walterum dictum Marescalcum canonicum ecclesiae Curiensis ex parte una et Manegoldum ac Walveradum dictos de Veringen canonicos eiusdem ecclesiae ex altera, qui illum super praebenda sua *etc.* molestabant, iudicium faciat. II non. Sept. a° 2°. ‖ Mohr Cod. dipl. II. 14. n° 13; *cf.* Mohr Regest. von Disentis 12. n° 69.
» 11	»	(21926) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Bononiensibus mandat, ut lites academiae et urbis Bononiensis componant et scholares Bononienses cuiusdam iuramenti vinculo obstrictos absolvant. III id. Sept. a° 2°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 106; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 461; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 3; Wadding Ann. Minor. V. 483. n° 5; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 495. n° 33. — »Nuper ad nostrum.«
» 13	»	(21927) Praeceptori et fratribus hospitalis s. Mariae domus Theuton. Ierusol. in Livonia confirmat donationes terrarum in Livonia de Gervia, de Alempriis (Alempois *Bunge*), de Nurmagunde (Normekunde *B.*), de Moke et de Waijgade (Waigel *B.*) per Waldemarum Danorum Slavorumque regem et eius filium Abelem istorum domui factas. Id. Sept. a° 2°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 596. n° 482; *cf.* Celse Apparat. ad hist. Sveo-Goth. I. 90. n° 8.
» 14	»	(21928) Potestati, consilio et communi Spoletanorum mandat, ut a molestandis fidelibus et nobilibus castrorum Alviani et Movalis et universitatum Nursiae et Cerreti omnino desistant. XVIII kal. Oct. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 259. n° 411. — »Gravem dilectorum filiorum.«
» 24	»	(21929) Abbati monasterii Fiscannensis ord. s. Ben. Rothomagens. dioc. concedit facultatem benedicendi calices, pallas altaris, corporalia et vestes sacerdotales ad usus tantum monasterii sui. VIII kal. Oct. a° 2°. ‖ Dumonstier Neustria pia 246. — »Ut ex sincerae.«
» 25	(»)	* (21930) Deodatum de Capua ord. Praedic. electum episcopum Melitensem confirmat. VII kal. Oct. 1282. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 955.
(» 27)	(»)	(21931) (Alphonsi) regis Castellae et Legionis sortem miseratur, quod eius filius Sancius aliique filii, contra eum subito insurgentes et ad eius totalis exheredationis iniuriam conspirantes, officiales quos instituerat amovere, instituere alios et omnia ei regalia iura subtrahere praesumserunt, nullumque ei dominium nullamque potestatem in suis regnis, praeterquam in regno Wandaliae, habere permittunt. Hortatur eum, »quod non concidat regalis animus a facie alicuius adversi«, sed in Domino confidat et speret, »quod sua victrici dextra restituat in integrum statum tuum.« *Sine nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1291. — »Volucri fama praenuntia.«
» 27	»	(21932) Universis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis ac magistro militiae Templi, priori hospitalis Ierosolymitani, magistris militiarum s. Iacobi et Calatravensis per Castellae et Legionis regna constitutis scribit de eadem rebellione Sancii et Emmanuelis adversus A(lphonsum) patrem Castellae et Legionis regem, eosque monet et hortatur, ut apud regem pacificum (*i. e.* Deum) sic devotis animis et precibus insistant, »quod ab eodem retributore bonorum omnium aeternae retributionis gratiam merito exspectare possitis.« V kal. Oct. (a° 2°). ‖ Martene l. c. 1292. — »Insurgentis fremitus tempestatis.« *Cf.* 1283. Aug. 9.
» 30	»	(21933) (Ladislaum) regem Ungariae propter exacta pericula (*i. e.* ob victoriam de Cumanis relatam) ad gratitudinem erga Deum excitat eumque adhortatur ad vitia fugienda ac

1282.

		virtutem sectandam. II kal. Oct. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1282 § 36; Kollar Hist. iur. patron. 192; Katona Hist. crit. VI. 873; Fejér Cod. dipl. V. III. 136; Theiner Mon. Hungar. I. 351. n° 570. — »Paterna nos monet.«
Oct. 1	ap. Montem Flasconem	(21934) Episcopo Arusiensi mandat, ut, cum post recessum Bertrandi archiepiscopi Arelatensis olim canonici Remensis et decimae collectoris inibi colligenda decima pro subsidio Terrae sanctae remanserit, eandem exigat ac recipiat. Kal. Oct. a° 2°. ‖ Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 155. — »Terre sancte negotium.«
» 13	»	• (21935) Le pape permet pour un terme de trois ans à Isabelle comtesse de Flandre et aux nobles demoiselles qui l'entourent, de choisir pour confesseur un prêtre séculier ou un religieux. III id. Oct. a° 2°. ‖ Saint Genois Inventaire 99. n° 318.
» 13	»	• (21936) Le même permet pour un terme de 3 ans à Guy comte de Flandre de pouvoir, lorsqu'il viendra dans les lieux frappés d'interdit, y faire célébrer et y entendre les offices divins avec toute sa maison. III id. Oct. a° 2°. ‖ Saint Genois l. c. n° 319.
» 13	»	• (21937) Le même écrit à Isabelle comtesse de Flandre, qu'il lui permet de se rendre deux fois par an avec 5 dames dans les monastères de l'ordre de Sainte-Claire à Bruges dioc. de Tournai, à Ypres dioc. de Térouane, et dans celui des soeurs (de l'Abbiette) de Lille dioc. de Tournai. III id. Oct. a° 2°. ‖ Saint Genois l. c. n° 320.
» 15	»	(21938) Rectorem et fratres domus s. Mariae de Misericordia Pauperum Senenses ord. Humiliatorum protegendos suscipit, specialiter autem domos, vineas *etc.* eis confirmat. Id. Oct. a° 2°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 309. — »Cum a nobis.«
(» 12-31)	»	(21939) Carolo Siciliae regis primogenito principi Salernitano nunciat, se eius litteras inter cetera continentes, quod Carolus genitor eius a dicratia (*leg.* dyscrasia) plenarie liberatus sit, die dominico XI. mensis praesentis Octob. recepisse. Rogat eum, ut statum et processum ipsius regis et suos totiusque sui exercitus frequenter pontifici intimet. *Sine signo chronol.* ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 34. — »Die dominico XI.«
Nov. 1	»	(21940) Abbatem et conventum monasterii s. Mariae de Cella Principis Cisterc. ord. Pataviens. dioc. protegendos suscipit, specialiter autem terras, prata, pascua et alia bona eis confirmat. Kal. Nov. a° 2°. ‖ Mon. Boica V. 24. n° 20. — »Cum a nobis.«
» 4	»	(21941) (Thomae) episcopo Vaciensi mandat, ut, si invenerit magistrum Gerardum canonicum Albensem in ecclesiae s. Petri de Veteri Buda Vesprimiens. dioc. praepositum canonice electum esse, hanc electionem confirmet. II non. Nov. a° 2°. ‖ Fejér Cod. dipl. V. III. 135 *et* VII. V. 456; Theiner Mon. Hungar. I. 351. n° 571. — »Fuit ab olim.«
» 6	»	(21942) Compositionem inter magistrum fratresque domus s. Mariae Teuton. Ierosol. in Prussia ex parte una et Mestwinum ducem Pomeraniae ex altera super quibusdam possessionibus, honoribus, iuribus et rebus aliis mediante Philippo Firmano episcopo tunc in illis partibus apostolicae sedis legato factam confirmat. VIII id. Nov. a° 2°. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. IV. 34. n° 40; Dähnert Pommersche Bibl. IV. 364; Act. Boruss. III. 934. — »Cum a nobis.«
» 11	»	(21943) Gerardo archidiacono Bracharensi collectori decimae in regni Portugalliae partibus deputato mandat, ut fratri Monaldo de S. Anatholia ord. Minor. de statu decimae reddat rationem *etc.* III id. Nov. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 496. n° 34. — »Terrae sanctae negotio.«
» 11	»	(21944) Fratri Monaldo de S. Anatolia ord. Minor. mandat, ut ad regnum Portugalliae se conferens a G(erardo) archidiacono Bracharensi collectore decimae in eodem regno de decima plenam exigere studeat rationem. III id. Nov. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 484. n° 6; Sbaralea l. c. 497. n° 35. — »Illa te credimus.«
» 13	»	(21945) (Henrico) episcopo Warmiensi mandat, ut Mistewinum ducem Pomeraniae ad observationem compositionis, quam cum magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. in Pruscia super quibusdam possessionibus *etc.* (*vid.* n° 21942) fecerit, per censuram ecclesiasticam compellat. Id. Nov. a° 2°. ‖ Voigt Cod. dipl. Pruss. I. 175. n° 144; Woelky Cod. dipl. Warm. I. 110. n° 63. — »Sua nobis dilecti.«
» 13	»	(21946) Episcopo Vicentino causam inter fratres Praedic. Paduanos et Blasium Booz de Venetiis laicum Castellan. dioc. super quadam pecuniae summa vertentem committit decidendam. Id. Nov. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 47. n° 6. — »Conquesti sunt nobis.«
» 18	ap. Montem Flasconem ante ecclesiam s. Flaviani	(21947) Processus contra Petrum regem Aragonum, »qui insulam Siciliae terram peculiarem ecclesiae Romanae invadens et occupans regium in praedicto regno nomen usurpat et se regem Siciliae nominat et gerere pro Siciliae rege praesumit.« Iterum eundem eiusque comites, ministros, insulae memoratae rebelles *etc.* excommunicat; inhibet, ne idem rex Aragoniae se regem Siciliae nominet, sigillum regium sub intitulatione regni Siciliae assumat vel utatur assumpto, neque privilegia, immunitates, feuda .... concedat *etc.* »In festo dedicationis basilicae Principis apostolorum, pont. a° 2°, sub a° D[i] 1282. indict. XI.« ‖ Achery Spicil. III. 684; Mansi Concil. XXIV. 475; Aguirre Conc. Hisp. V. 314; *fragm.* in Raynaldi Ann. ad a. 1282 § 24, 25; *sine signo chronol.* A. Bzo-

1282.

		vius Pontifex Romanus seu De praestantia .... Rom. pontificum comment. (Colon. Agripp. 1619. fol.) 971; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1281 § 10. XIII. 886; Dumont Corps univ. dipl. I. 256. n° 482. — »Longa retro series.«
Nov. 18	ap. Montem Flasconem ante ecclesiam s. Flaviani	(21948) In Michaelem Palaeologum, qui Graecorum imperatorem se nominat, sententias quas apud civitatem Urbevetanam in platea maioris ecclesiae in festo ascensionis Domini proximo praeterito promulgavit, ratas habet et ex causis eisdem innovat. »In festo dedicationis Principis apostol.« (a° 2°). ‖ Raynald. l. c. § 10, *fragm.*
» 18	»	(21949) Conradum de Antiochia, qui in Carolum regem Siciliae perduellionis signa extulit et comminationes aliosque processus ecclesiae Romanae contempsit, monet ut abiectis armis ad officium redeat, legesque spernenti iudiciorum ac poenarum graviorum terrorem incutit. »In festo dedicationis Princ. apost.« (a° 2°). ‖ Raynald. l. c. § 26, *fragm.* — »Dudum nobilis vir.«
» 22	ap. Montem Flasconem	(21950) Inquisitoribus pravitatis haereticae in civitate ac diocesi Florentina constitutis mandat, ut bona haereticorum, quae, crimine eorum non detecto nec contra ipsos aliqua inquisitione speciali pendente, alienationis vel concessionis titulo distraxerint, minime ad praesens revocent a possessoribus. x kal. Dec. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 32; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 497. n° 36. — »Ex parte dilectorum.«
» 22	»	(21951) Michaelem canonicum Catharensem ecclesiae Antibarensi praeficit in archiepiscopum. x kal. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 98. n° 132. — »Ex suscepte servitutis.« * *In eundem modum* Archidiacono et capitulo Antibarensibus — Populo civitatis Antibarensis — Universis suffraganeis ecclesiae Antibarensis — Regi Serbiae.
» 23	»	* (21952) Gerardo Sabinensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut, si Goffredum episcopum Leucadiensem dignum repererit, postulatum eundem ad ecclesiam Uxentinam transferat. ix kal. Dec. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 111.
» 23	(»)	* (21953) Eidem mandat, ut, si postulationem Tancredi episcopi Neocastrensis in archiepiscopum Hydruntinum canonice celebratam eumque idoneum tanto oneri invenerit, eandem confirmet. ix kal. Dec. a° 2°. ‖ Ughelli l. c. 57. — *Ille remansit in priori ecclesia.*
» 23	»	* (21954) Capitulo ecclesiae Monopolitanae praecipit, ut quantocius ecclesiae diu pastore viduatae de episcopo provideant. ix kal. Dec. a° 2°. ‖ Ughelli l. c. I. 968.
(Nov. Dec.)	(»)	(21955) (Carolum) regem Siciliae, qui papâ inscio consensit ut cum Petro rege Aragonum particulare certamen inire promiserit — praevio iuramento praestito, ut ille quem ex ipsis contingeret in certamine succumbere, si de illo vivus evaderet, ex tunc nec regem se nec alicuius terrae dominum nominet — planitie Burdegalensi pro loco et kal. Iunii pro termino ad id assignato, rogat et hortatur, ut a prosecutione promissorum et iuratorum totaliter abstineat et omnino desistat. *Sine nota chronol.* ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. II. 1013. n° 57; Graevius Thesaur. antiq. Ital. V. Pars: Descript. victor. per Carolum c. Manfred. 61. — »His quos sincerae.« *Cf.* 1283. Febr. 6.
Dec. 1	»	(21956) Philippum de Lavena regium in Urbe vicarium hortatur, ut, cum per aliquorum insidias procuretur, »quod Civitas Vetus per gentem (Petri) regis Aragonum iam ad id sollicitati occupetur,« ad praeservandam dictam civitatem a tanto periculo diligentiam adhibeat. Kal. Dec. a° 2°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 38; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 260. n° 412. — »Fide digna relatione.«
» 7	»	(21957) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. vii id. Dec. a° 2°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. i. 67. n° 69. — »Solet annuere sedes.«
» 9	»	(21958) Uguitioni cubiculario et Iohanni marescalco familiae suae mandat, ut e militibus a Philippo rege Francorum et a Carolo rege Siciliae in servitium ecclesiae missis 300 Gallicos et 200 Latinos, reliquis licentiatis, retineant. v id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 260. n° 413. — »Inter ceteras sollicitudines.«
» 10	»	(21959) Gerardo episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato mandat, ut quamlibet fortelitiam montis Casini, in quo situm est monasterium Casinense, tam infra ipsius monasterii septa vel ambitum, quam etiam extra in monte praedicto, et castra ecclesiae Salernitanae ac specialiter castrum Olibani *etc.* faciat per Carolum regem Siciliae in expensis eius custodiri. iv id. Dec. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1282 § 27; Gattola Hist. Cassin. 374. — »Consideratis attentius tam.«
(Iul. 10-Dec. 10)	»	(21960) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. *Absque signo chronol.* ‖ Strehlke Tab. 423. n° 659. — »Solet annuere sedes.«
Dec. 25 resp. 26	ap. Urbem veterem	(21961) Philippo de Caven. (*leg.:* Lavena) regio in Urbe vicario significat, se comperisse »quod in civitate Romana diversae cuduntur seu cudi debent sive fabricari monetae, quae in civitate praefata cudi seu fabricari non possunt nec debent absque licentia sedis apostolicae speciali.« Eum monet et rogat, procuret ut a cusione seu fabricatione huiusmodi monetarum desistatur omnino, vel ad eas cudendas seu fabricandas processus aliquis non habeatur. viii (vii *Th.*) kal. Ianr. a° 2°. ‖ Floravantes Antiq. pontif. denar. 34; Vitale Senatori di Roma 186; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 260. n° 414, *sed incipit* »Grave nec immerito.« — »Grave gerimus et.«

1282. 1283.

—	—	(21962) Iohanni tit. S. Caeciliae presb. card. scribit de Petro quondam rege Aragonum, illo iniquitatis filio qui Siciliae regnum ecclesiaeque Romanae iura invaserat, se regem Siciliae nominabat et gerere pro Siciliae rege praesumebat, rebellibus aliisque regni eiusdem incolis ratione uxoris suae filiae quondam Manfredi olim principis Tarentini natorumque communium se falso teneri confingens. *Sine nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1294. — »Solebat hactenus mater.«

1283.

Ianr. 5	ap. Urbem veterem	(21963) Priori de Letherigham Norwicens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii monialium de Wikes ord. s. Aug. London. dioc. per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 216; Dugdale Monast. Anglic. IV. 516. n° 5. — »Ad audientiam nostram.«
» 5	»	(21964) Priori S. Mariae de Letherigham Norw. dioc. mandat idem de bonis monasterii monialium de Wikes ord. s. Ben. eiusd. dioc. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Dugdale l. c. n° 6. — »Ad audientiam nostram.«
» 7	»	(21965) Archipresbytero maioris ecclesiae, priori Praedic. et guardiano Minor. Mediolanensibus mandat, ut, si electionem de Daria in abbatissam S. Nicolai de Loco Sexto Iohanne ord. s. Ben. Mediolan. dioc. canonice celebratam invenerint, eam confirment. vii id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 498. n° 37. — »Dudum monasterio monialium.«
» 8	»	(21966) Eisdem de postulatione Sophiae de Casate in abbatissam monasterii s. Petri de Brugola ord. s. Ben. Mediolan. dioc. mandata dat. vi id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 499. n° 38. — »Dudum monasterio monialium.«
» 8	»	(21967) (Eduardum) regem Angliae, qui per magistros Robertum decanum Eboracensem et Iohannem dictum Claret capellanum papalem nuncios suos petierat, ut decimam regni Angliae pro Terrae sanctae subsidio Eadmundo Campaniae ac Briae comiti fratri suo, cum rex ipse ex certis causis non intenderet generalis passagii tempore a sede apostolica statuendi ad partes accedere transmarinas, benigne concederet, cum idem comes sit paratus in terrae memoratae succursum praedicto tempore proficisci, exorat, »quatenus non mireris, si petitionem eandem exaudire distulimus.« vi id. Ianr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 62—66; Rymer Foed. I. ii. 216. — »Charitatis foecundae sinceritas.«
» 9	»	(21968) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Lugdunensibus ac decano Viennensi mandat, ut archiepiscopum et capitulum Lugdunenses citent ad comparendum coram papa ordinationem et provisionem ipsius in querelis vertentibus audituros. v id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 499. n° 39. — »Sicut ad nostrum.«
» 12	»	(21969) (Rudolpho) episcopo Constantiensi mandat, ut ea quae de bonis hospitalis s. Spiritus extra Ulmam Constantiens. dioc. per concessiones *etc., ut in* n° 21963. ii id. Ianr. a° 2°. ‖ Pressel Ulmisches UB. I. 174. n° 146. — »Ad audientiam nostram.«
» 12	(»)	* (21970) Aldobrandum ex canonico Balneoregiensi a capitulo Sutrino postulatum in episcopum confirmat. ii id. Ianr. a° 1283. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1275.
» 13	»	(21971) Sancium filium (Alfonsi) regis Castellae ac Legionis, qui Mariam natam quondam Alfonsi cl. mem. regis Ferrandi avi eius germani et (Alfonsi) regis patris consobrinam eique proinde tertio consanguinitatis gradu coniunctam de facto sibi copulaverat in uxorem, monet et hortatur, ut ad cor rediens praedictam Mariam omnino dimittat. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 57. — »Tui processus, immo.« * Mariae praefatae mandat, ut impudico thoro abeat. Burgensi et Astoricensi episcopis mandat, ut nefariam copulam ipsos dissolvere iubeant.
» 13	»	(21972) (Gerardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato mittit litteras amplissimam criminum veniam proponentes pro eis, qui contra Petrum regem Aragonum *etc.* pugnaturi sunt, eique mandat, ut has litteras in omnibus locis suae legationis promulget. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 1; *sine nota chronol.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1281 § 10. XIII. 884. — »Exurgat Dominus, iudicet.«
» 13	»	(21973) S. Frediani et S. Bartholomaei in Silice prioratuum prioribus Lucanis ac Bellomo plebano plebis de Cascina Pisan. dioc. mandat, ut causam inter Rogerium archiepiscopum Pisanum et commune Pisanum super temporali iurisdictione Nebulae, Montanini,

		1283.
		Belorae *etc.* castrorum et villarum vertentem fine debito decidant. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Borgo Diplomi Pisani 19. — »Conquestus est nobis.«
Ianr. 13	ap. Urbem veterem	(21974) Abbatissae et conventui monasterii in Bullenkeim (Bullenheim *Uss.*) Cisterc. ord. Herbipolens. dioc., cuius curtem, terras, vineas et alia bona in oppido de Heilicbrunne Herbip. dioc. Rudolfus rex Romanorum ab omni collecta et pedagio aut exactione, stura sive precaria vulgariter appellatis exemit, hanc exemptionem confirmat. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Gudenus Cod. dipl. II. 222; Aemil. Ussermann Episcopatus Wirceburg. (Typ. San-Blasianis 1794. 4°) prob. 64. n° 73. — »Cum a nobis.«
» 17	»	(21975) (Alfonso) regi Castellae ac Legionis a filio pulso et per Montaninum de Camilla militem petenti, ut illuc legatum de latere mittat, qui filios ipsius moneat, ut terras regiae iurisdictioni subiectas, sed ab eis occupatas sibi regi plene restituant, respondet, se eius petitionem propter rationabiles causas non admisisse, praesertim cum archiepiscopis *etc.* per Castellae ac Legionis regna constitutis dirigat scripta sua super opportuno circa eius et regnorum ipsorum statum remedio adhibendo. XVI kal. Febr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 54. — »Dilectus filius Montaninus.«
» 18	»	(21976) Generali, provincialibus ministris ac custodibus universis ord. Minor. concedit facultatem instituendi syndicos saeculares. XV kal. Febr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 485. n° 7; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 501. n° 40. — »Exultantes in Domino.«
» 19	»	(21977) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Pisanos hortatur, ut ad restaurandam concordiam inter ipsos et Ianuenses ad sedem apostolicam nuncios plena potestate munitos mittant. Porro destinat ad eos fratrem Rainonem ordinis Praedicatorum, ut eos de intentione papali super praedictis plenius informet. XIV kal. Febr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 53. — »Quia nil melius.«
» 21	»	(21978) (Gerardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato mandat, ut electionem de Marco canonico in episcopum ecclesiae s. Marci factam, si nihil obsit, confirmet. XII kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 502. n° 41. — »Dudum ecclesia sancti.«
» 21	»	(21979) Adae Forrerii rectori patrimonii b. Petri in Tuscia mandat, ne indebitis exactionibus quosdam fideles Urbevetanis subiectos amplius molestet et Romam ad se ob id purgandum veniat. XII kal. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 261. n° 415. — »Dilecti filii.«
Febr. 1	»	(21980) (Edwardo) regi Angliae Cluniacensem ordinem eiusque professores commendat. Kal. Febr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. II. 217. — »Libenter excellentiae regiae.«
» 6	»	(21981) Carolo regi Siciliae scribit, se grandi nec immerito fuisse admiratione permotum, cum in regis litteris legerit, eum temere consensisse, ut cum Petro rege Aragonum particulare certamen in civitatis Burdegalensis territorio sive campo, statuto ad hoc in kal. primo venturi mensis Iunii termino, exerceat. Vituperat eum, quod praefatum regem Aragonum ei prorsus viribus imparem induxerit, ut bellicae damnataeque sortis iudicio se facilem daret. Demum eum monet et hortatur, ut a prosecutione praemissorum omnino desistat. VIII id. Febr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 8. — »Morale est ut.«
» 8	»	* (21982) Confirmat donationem loci Heselbach ab Heinrico Gula de Wolfsperch monialibus in Schoenfeld factam. VI id. Febr. (a° 2°). ‖ Lang Regesta IV. 205.
» 9	»	* (21983) Abbati et conventui Cluniacensibus significat, se prohibere, ne ullus abbas annuos redditus dicto conventui collatos pro faciendis anniversariis abbatum et priorum ordinis aut pro usu clericorum et laicorum sine apostolicae sedis licentia convertere praesumat. V id. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniacens. 147.
» 9	»	(21984) Eisdem ecclesiam s. Petri de Castanea Viterbiensem, ubi fratres de Poenitentia Iesu Christi hactenus permanserant, concedit. V id. Febr. a° 2°. ‖ Bull. ord. Cluniac. 148; Duchesne Bibl. Cluniac. I. 1536. — »Ex parte vestra.«
» 9	»	* (21985) Abbati de S. Aegidio Nemausens. dioc. mandat, curet ne bona conventus Cluniacensis in provincia Narbonensi sita contra privilegia sedis apostolicae eidem indulta ab aliquo indebite molestentur. V id. Febr. a° 2°. ‖ Bull. ord. Cluniac. 148.
		* *In eundem modum* Abbati S. Guilelmi de Desertis Lodevens. dioc.
» 13	»	(21986) Iohannem abbatem monasterii s. Sequani ord. s. Ben. Lingonens. dioc. ecclesiis Valentinensi et Diensi praeficit in episcopum eique propriis manibus munus consecrationis impendit. Id. Febr. a° 2°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 124. — »Ex susceptae servitutis.«
» 13	»	(21987) Repetit n° 21963 d. d. 1283. Ianr. 5: »Id. Febr. a° 2°« — »Ad audientiam nostram.« ‖ Rymer Foed. I. II. 218.
» 15	»	(21988) (Iohanni) episcopo Paduano, (Bovatino) archipresbytero et Iohanni de Abbatibus canonico Paduanis causam appellationis fratrum domus militiae templi s. Thomasii Tervisini adversus monasteria s. Pauli Tervisini et s. Mariae de Cella Venetiarum ord. s.

		1283.
		Clarae remittit. XV kal. Mart. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 168; Dondi Orlogio Dissert. VII. docum. 188. n° 159; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 503. n° 42. — »Sua nobis preceptor.«
Febr. 16	ap. Urbem veterem	(21989) Guardiano et fratribus Minoribus Civitatis s. Leonis mandat, ut, cum electus Feretranus canonicos Feretranos ab ecclesia Feretrana ad tempus duxerit excludendos, interim hominibus praefatae civitatis celebrent officia et ministrent ecclesiastica sacramenta. XIV kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 504. n° 43. — »Cum dilecti filii.«
» 25	»	(21990) Decano ecclesiae Concordiensis mandat, ne permittat ut abbatissa et conventus monasterii s. Mariae de Cella Tergestini ord. s. Clarae contra indulta privilegiorum sedis apostolicae ab aliquibus indebite molestentur. V kal. Mart. a° 2°. ‖ Kandler Cod. dipl. Istr., *ad* a. 1282. — »Etsi quibuslibet ecclesiis.«
» 28	»	(21991) Guardiano fratrum Minorum conventus S. Leonis concedit facultatem absolvendi nonnullos Civitatis s. Leonis et Castri Maioli Feretran. dioc. ab excommunicationis sententia, quam pro violenta iniectione manuum in clericos saeculares incurrerunt. II kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 504. n° 44. — »Ex parte hominum.«
Mart. 2	(»)	* (21992) Conventionem inter monasterium s. Bavonis Gandensis et coenobium s. Bertini (in Audomaro) de decimis in Cadzant initam confirmat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 44.
» 7	(»)	* (21993) (Iohanni) abbati conventuique S. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. concedit, ut possessiones et alia bona exceptis feudis a personis in eorum coenobio professionem facientibus petere, recipere et retinere possint. ‖ v. Lokeren l. c. 44.
» 7	(»)	* (21994) Monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. privilegia, indulgentias ac immunitates confirmat. ‖ v. Lokeren l. c. 44.
» 11	(»)	* (21995) Eiusdem protectionem suscipit bonaque confirmat. ‖ v. Lokeren l. c. 44.
» 15	»	* (21996) Monasterium s. Mariae de Pomposia Comacens. dioc. ipsiusque ecclesias et membra declarat exempta a gravaminibus. Id. Mart. a° 2°. ‖ Mittarelli Access. hist. Favent. 515.
» 19	»	(21997) Magistro Guillelmo Durandi capellano suo vicario in spiritualibus et Iohanni de Epa rectori in temporalibus provinciae Romaniolae, qui nuper in generali colloquio praeter papae conscientiam convocato plures constitutiones de novo ediderant et antiquas novis adiectionibus seu correctionibus immutaverant, significat, se illas totaliter cassare, etiam iuribus vacuare *etc.* XIV kal. Apr. a° 2°. ‖ Ghirardacci Hist. di Bologna I. 262; *cf.* Mittarelli l. c. 514. — »Quam graves et.«
» 21	apud Urbem veterem in piatea maioris ecclesiae	(21998) Petrum nepotem regem Aragoniae regno Aragonum ceterisque terris regioque honore sententialiter privat, »et privantes exponimus eadem regnum et terras occupanda catholicis.« Universitates, civitates, castra et loca cetera interdicti sententiis subiicit; archiepiscopis, episcopis et ceteris personis ecclesiasticis, comitibus ... incolis et habitatoribus eorundem regni Aragoniae et terrarum prohibet expresse »ne dictum Petrum olim regem Aragoniae pro rege vel pro domino recipiant vel habeant, aut ipsi de redditibus vel iuribus regalibus respondeant.« XII kal. Apr. a° 2°, a° D[i] 1283. indict. XI. ‖ Achery Spicil. III. 689; Aguirre Conc. Hisp. V. 220; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 874; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 54. n° 5; Mansi Conc. XXIV. 487; *sine signo chronol.* Lünig Cod. Ital. dipl. II. 999. n° 56; Graevius Thes. antiq. Sicil. V. Pars: Descript. victor. per Carolum c. Manfred. 77; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1283 § 15–24. — »De insurgentis in.«
		1282. Mart. 23 — **1283.** Mart. 22.
—	(ap. Urbem veterem)	(21999) Compositionem inter decanum capitulumque Wissehradensis ecclesiae ex parte una et Petrum eiusdem ecclesiae praepositum super Cholecz, Tinecz, Budecz et quibusdam aliis possessionibus, villis et terris, quas idem praepositus contra iustitiam occuparat, amicabiliter initam confirmat. A° 2°. ‖ Hammerschmidt Glor. Wissehrad. 401. — »Cum a nobis.«
		1283.
» 27	»	* (22000) Abbati et conventui monasterii de Alba omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. VI kal. Apr. a° 3°. ‖ Mone Zeitschr. II. 221, *male ad* a. 1282.
» 28	»	(22001) G(erardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato elargitur facultatem praeficiendi duabus ecclesiis cathedralibus suae legationis pastores ex ordine Praedic. vel Minorum. V kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 505. n° 45. — »Cum nuper tibi.«
» 28	»	(22002) Archidiacono Castellano mandat, ut infeudationes de bonis monasterii s. Georgii maioris Venetiarum contra iustitiam factas in irritum revocet. V kal. Apr. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 256. — »Sua nobis dilecti.«

		1283.
Apr. 1	ap. Urbem veterem	(22003) Potestatem, consilium et commune Ariminenses monet et hortatur, ut nullum Guidoni de Montefiltro persecutori ecclesiae Romanae manifesto ac Guibellinis civitatis Urbini eidem adhaerentibus favorem vel praesidium exhibentes eis ministrare victualia vel habere cum ipsis aliquod commercium nullatenus praesumant, sed potius Guelfis eiusdem civitatis ad retinendum castrum Saxi Corbarii auxilium praestent. Kal. Apr. a° 3°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 410; Tonini Rimini III. 638. — »Ex parte dilectorum.«
» 1	»	(22004) Thomae episcopo Nepesino testandi de nonnullisque rebus libere disponendi facultatem tribuit. Kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 505. n° 46. — »Quia praesentis vitae.«
» 5	»	(22005) Eduardo regi Angliae mandat, ut duellum detestabilem et horrendum inter Carolum regem Siciliae et Petrum vinculo excommunicationis astrictum quondam Aragonum regem eiusque praeparatoria omni studio quo possit impediat, dictorum regum adventum ad civitatem Burdigalensem eiusque territorium, quin etiam ad quamcunque partem Vasconiae omni remedio praepeditionis impediat et interdicat *etc.* Non. Apr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 219; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 1021. n° 59; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1283 § 1. XIII. 903; Aguirre Conc. Hisp. V. 222; Labbe Conc. XI. I. 1148; Mansi Conc. XXIV. 394; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1283 § 7. — »Decet excellentiam regiam.«
» 5	»	(22006) Carolo regi Siciliae et Petro regi Aragonum inhibet sub poena excommunicationis ne ad executionem tam damnati certaminis procedant, et universis ac singulis Christifidelibus, ne illis favore vel auxilio in eo prosequendo assistant. Non. Apr. a° (2°, *sed legas*) 3°. ‖ Raynald. l. c. § 6.
» 6	»	(22007) Archiepiscopo Iadrensi mandat, ut in Galvanum Dalmatinum professum ord. Praedic., qui episcopatum Scardonensem contra inhibitionem suorum superiorum acceperat, inquirat et, si rem invenerit ita esse, eum ab officio beneficioque suspendat. VIII id. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 99. n° 133. — »Significavit nobis dilectus.«
» 8	»	(22008) Marchionem Estensem rogat, ut magistro Guillelmo Duranti vicario in spiritualibus provinciae Romaniolae arma Ferrariae aliisque in locis suae iurisdictionis empta sine alicuius exactionis onere extrahi permittat. VI id. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 262. n° 417. — »Sicut nuper accepimus.«
» 10	»	(22009) (Thomae) Wratislaviensi et (Iohanni) Poznaniensi episcopis mandat, ut, si eis constiterit, Lestchonem (Leschonem *Rayn.*) Cracoviae, Sandomeriae et Syradiae ducem in Paulum Cracoviensem episcopum proditionaliter et iniuriose manus iniecisse et castra, libros, vestes, pontificalia ornamenta necnon et equos *etc.* tam ipsius episcopi quam episcopalis sedis Cracoviensis occupasse, eum eiusque complices excommunicatos publice nuncient. IV id. Apr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 58; Theiner Mon. Polon. I. 89. n° 163; *cf.* Röpell Gesch. Polens I. 538, *sed ad* Iul. 26. — »Gravem et horrendum.«
» 10	»	(22010) Magistro Guillelmo Duranti capellano suo decano Carnotensi vicario in spiritualibus et Iohanni de Epa rectori in temporalibus provinciae Romaniolae mandat, ut stipendiariis Gallicis, qui castrum Cerviae ad devotionem ecclesiae reduxerint, quaedam bona ipsius castri assignent salemque ibi inventum in commodum camerae apostolicae vendant. IV id. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 261. n° 416. — »Sicut nuper accepimus.«
» 10	»	(22011) (Sabbatino) episcopo Tiburtino et guardiano fratrum Minorum de Urbe mandat, ut in ecclesia s. Mariae Rotundae de Urbe visitationis officium exerceant. IV id. Apr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V 486. n° 8; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 505. n° 47. — »Ad audientiam nostram.«
» 12	»	(22012) G(erardo) Sabinensi episcopo apostolicae sedis legato concedit, ut ad obsequia sua quoscumque fratres religiosos vocare possit. II id. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. III. 506. n° 48. — »Cum te ad.«
» 15	ap. Urbem veterem in platea maioris ecclesiae Urbevetanae	(22013) Repetit sententiam latam contra Petrum quondam regem Aragonum persecutorem Dei et ecclesiae manifestum, qua eum regno Aragoniae omnique regio honore privavit et regnum exposuit occupandum catholicis. Omnes processus contra eum habitos ratificat ratosque manere decernit. »Ut autem huiusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas sive membranas processum continentes eundem in praesentis ecclesiae maioris Urbevetanae appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus.« In die coenae Domini. A° 3°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 38. — »Detestabiles excessus et.«
» 27	ap. Urbem veterem	(22014) I. thesaurario domus templi Parisiensis mandat, ut ex pecuniis in eadem domo depositis 20000 libras Turonenses pro stipendiariis Gallicis in Romaniola assignet. V kal. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 262. n° 418. — »Pridem pro negocio.«
» 27	»	(22015) Praeposito, decano et scolastico ecclesiae Cardanensis Trevir. dioc. mandat, iudicent inter fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in Confluentia atque abbatem et conventum monasterii de Hemmenrode Cisterc. ord. Trevir. dioc. de debitis et pos-

		1283.
		sessionibus quibusdam litigantes. V kal. Mai. a° 3°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 252. — »Conquesti sunt nobis.«
Mai. 3	ap. Urbem veterem	* (22016) Ducem et commune Venetorum laudat propter fidelitatem erga ecclesiam et commemorat petitionem suam priorem ut parati sint »pro favore in victualibus ministrando fidelibus nostris partium Romaniole, qui pro exaltatione prospera eiusdem ecclesia(!) incommoda perferunt, et quasi continua concertatione laborant, quibus ad presens est tanto abundantius succurrendum, quantum fecundius per Dei gratiam fideles ipsi concrescunt, et quod successione diminuantur vires rebellium maiori potest securitate sperari, cum ipse Deus causam suam gerentes non deserat, et iam sua virtute Cervienses et nonnullos alios partium earundem ad gremium eiusdem ecclesie reduxerit, propter quod necnon et instantis temporis qualitatem est dictis fidelibus maius victualium subsidium procurandum.« Rogat eos, ut per districtum suum victualia perduci et de ipso districtu educi permittant; »et ecce ven. fratrem nostrum Bartholomeum episcopum Grossetanum, de cuius fidelitate ac circumspectione confidimus, illuc propter hoc duximus destinandum, per quem de intentione nostra super premisso poteritis plenius informari.« ‖ Copia de' commemoriali l. 359 a. b in archiv. imperiali secret. Vindobon. ap. J. E. Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde II. II. Hälfte 2. (Berlin 1871. 8°) 221. not. 4.
» 4	»	(22017) I(ohanni) tit. S. Caeciliae presb. card. in Francia apostolicae sedis legato mandat, ut quaedam statuta per (Iohannem) archiepiscopum Turonensem in suo provinciali concilio a° 1282 facta corrigat et reformet. IV non. Mai. a° 3°. ‖ Martene Ampl. collect. VII. 281; Mansi Concil. XXIV. 473. — »Non indignae sollicitudinis.«
» 7	»	(22018) Cerviensibus ad ecclesiae obedientiam redeuntibus omnes poenas temporales et spirituales remittit. Non. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 262. n° 419. — »Grate devotionis studiis.«
» 9	»	* (22019) Priori et conventui monasterii ord. Praedic. Frisacensis omnia privilegia ac iura omnesque immunitates et libertates confirmat. VII id. Mai. (a° 3°?). ‖ Lamatsch Beiträge 181. — »Cum a nobis.«
» 10	»	* (22020) Capitulo Pataviensi donationem parochiae Holabrunne ab Ottocaro Bohemorum rege factam confirmat. VI id. Mai. (a° 3°). ‖ Mon. Boica XXIX. II. 551.
» 11	»	(22021) Potestatem, consilium et commune Esculanos hortatur, ne exules et rebelles K(aroli) regis Siciliae apud se receptent. V id. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 263. n° 420. — »Intellecto nuper quod.«
» 11	»	(22022) Guidonem de Monteforti in capitaneum exercitus Romanae ecclesiae in Romaniolae partibus generalem praeficit, ordinat et constituit eique omnia, quae ad capitaniam hanc pertinent et quae praefati exercitus regimen contingunt, plenarie committit. V id. Mai. a° 3°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 886. n° 41. — »Quum sit excelsa.«
» 14	»	(22023) (Edwardo) regi Angliae scribit, se IV id. Mai. (*i. e.* 12. Mai.) cessionem Nicolai abbatis monasterii s. Augustini Cantuariensis ord. s. Ben. admisisse et Thomam de Fyndona tertium priorem praefati monasterii eidem praefecisse in abbatem. II id. Mai. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 220. — »Divinae gratia maiestatis.«
» 14	»	(22024) Ericum ecclesiae s. Bonifacii Halberstadensis praepositum capellanum suum praeficit ecclesiae Magdeburgensi in archiepiscopum. II id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 506. n° 49. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 14	»	(22025) Evenum canonicum Corisopitensem ecclesiae Corisopitensi in episcopum praeficit. II id. Mai. a° 3°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 197. — »In supremae dignitatis.«
» 27	ap. Urbem veterem in platea ecclesiae Urbevetanae	(22026) Ad communem omnium notitiam deducit, se Petrum quondam regem Aragonum sententialiter regno omnique regio honore privavisse et vassallos ipsius a iuramento fidelitatis absolvisse. Decernit, omnes processus contra rebelles Siculos, qui eidem Petro adhaereant, et contra ipsum Petrum habere plenum robur firmitatis; addit, se de novo eundem Petrum propter contumaciae tam gravis augmentum simili sententia innodare. In festo ascens. Dñi. a° 3°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 44. — »Propter notorios excessus.«
» 28	ap. Urbem veterem	(22027) Malatestam de Veruculo potestatem Ariminensem laudat, quod Cesenates rebelles persequens in eorum territorium potenter accessit, damna ipsis gravia inferendo. V kal. Iun. a° 3°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 410; Tonini Rimini III. 639. — »Intellecto ex tuarum.«
Iun. 1	»	(22028) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Kal. Iun. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 423. n° 660. — »Solet annuere sedes.«
» 1	»	* (22029) Le pape écrit à l'official de Tournai, qu'il à la demande de la prieure et des soeurs du couvent du Saint-Sauveur à Lille dioc. de Tournai lui ordonne de faire restituer à ces dernières tous les biens qu'il trouverait leur avoir été enlevés injustement. Kal. Iun. a° 3°. ‖ Saint Genois Inventaire 103. n° 334.

1283.

Iun. 3 ap. Urbem veterem * (22030) Confirmat monasterio in Zderaz ius patronatus ecclesiae, quod quondam Eidius (Egidius) de Uppa miles Pragensis dioc. in s. Mariae et s. Petri in Uppa ecclesiis habebat et monasterio praedicto de consensu episcopi Pragensis contulit. III non. Iun. a° 3°. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 557. n° 1294.

" 8 " (22031) Episcopo Castellanetensi mandat, ut personaliter ad Venetiarum civitatem accedens, in ecclesia s. Marci vel platea ipsius vel alio loco clero et populo convocatis, processus contra Petrum quondam regem Aragonum insulae Siciliae invasorem rebellesque Siculos seriatim legi faciat et omnes, qui contra prohibitiones sedis apostolicae memorati Petri nuntios vel litteras receperunt aut suas miserunt eidem, eive ac praefatis rebellibus praestiterunt auxilium et consilium, generaliter denuntiet excommunicationum sententiis promulgatis innodatos. VI id. Iun. a° 3°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 51; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1283 § 39. — »Refert temporis exacti.«

" 8 " (22032) Potestatem, consilium et commune Anconitanos monet et hortatur, ut Carolo Siciliae regi eiusque primogenito contra Petrum quondam regem Aragonum et Siculos rebelles galeas suas armatas in auxilium mittant. VI id. Iun. a° 3°. ‖ Lazeri l. c. 54. — »In apostolicae sedis.«

" 8 " (22033) Carolo regi Siciliae solutionem census 8000 unciarum auri ad pondus regni Siciliae, quam in instanti festo b. apostolorum Petri et Pauli praestare debebat, ad diem Domini natalem prorogat. VI id. Iun. a° 3°. ‖ Lazeri l. c. 56. — »Per tuos nobis.«

" 9 " (22034) Monasterium s. Mariae de Porcilia Paduanum ord. s. Ben. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, domos *etc.* eidem confirmat. V id. Iun. a° 3°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. V. app. 260. n° 152. — »Cum a nobis.«

" 10 " * (22035) Le pape écrit à Robert comte de Nevers qu'il permet à quatre de ses clercs de percevoir pendant cinq ans les fruits et revenus de tous les bénéfices ecclésiastiques dudit comte, tout comme s'ils résidaient personnellement dans les églises, auxquelles ces bénéfices sont attachés. IV id. Iun. a° 3°. ‖ Saint Genois Inventaire 104. n° 335.

" 13 " (22036) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. concedit, ut de cetero privilegiis et indulgentiis, quibus propter simplicitatem et iuris ignorantiam usi non sint temporibus retroactis, libere uti possint. Id. Iun. a° 3°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 67. n° 70. — »Cum sicut ex.«

" 16 " (22037) (Henrico) abbati et conventui monasterii Corbeiensis ad Romanam ecclesiam nullo (modo, *sed legas*) medio pertinentis, ord. s. Ben. Pagdeburnens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus petere, recipere ac retinere libere possint. XVI kal. Iul. a° 3°. ‖ Schaten Ann. Paderb. II. 150. — »Devotionis vestrae precibus.«

" 17 " (22038) Bernardo episcopo Portuensi in Aquileiensi et Gradensi patriarchatibus, ac in Ravennate, Mediolanensi, Ianuensi et Pisana provinciis, et in eorundem ac in Bononiensi, Lunensi, Ferrariensi, Papiensi, Placentina et Castellana civitatibus et diocesibus, necnon et generaliter in Lombardiae, totius Romaniolae, Tusciae quoque in imperio constitutis, marchiae Tarvisinae ac Venetiarum partibus plenae legationis officium committit. XV kal. Iul. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 49. — »Diu inter alias.«

* *De eodem argumento* Aquileiensi et Gradensi patriarchis — Archiepiscopo Ravennati.

" 17 " (22039) Eidem concedit, ut in sua legatione opera fratrum uniuscuiusque ordinis uti valeat. XV kal. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 507. n° 50. — »Cum te ad.«

" 17 " (22040) Eidem facultatem tribuit dandi eisdem fratribus licentiam ingrediendi monasteria sanctimonialium et equitandi. XV kal. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 508. n° 51. — »Ut in commissis.«

Iul. 1 " (22041) Cantori ecclesiae Catacensis mandat, ut ea quae de bonis Squillacensis archidiaconatus per concessiones illicite alienata invenerit vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Kal. Iul. a° 3°. ‖ Tromby Storia VI. app. 9 in n° 8. — »Ad audientiam nostram.«

" 1 " (22042) Universitatibus Neapolitanae, Capuanae, Aversanae ac aliarum civitatum, castrorum ceterorumque locorum iusticiariatus Terrae Laboris et comitatus Molisii petentibus, ut revocarentur in usum leges Guillielmi II regis Siciliae de subventionibus et collectis, respondet, de illis non constare: »nec nos decet, nec nostra conscientia pateretur, in incerto praecipitare sententiam, praesertim in eo quod respicit perpetuum regni Siciliae statum et vestrum.« Se regno datis legibus consulturum promittit. Kal. Iul. a° 3°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 58. — »Quantae compassionis, quam.«

* *In eundem modum eodemque die* Universitatibus iusticiariatus terrae Bari — iusticiariatus terrae Aprutii — iusticiariatus Capitinatae — iusticiariatus Basilicatae — iusticiariatus terrae Idronti — Universitatibus Salernitanae, Amalphitanae ac aliarum civitatum, castrorum ceterorumque locorum iusticiariatus Principatus.

1283.

Iul. 3 ap. Urbem veterem (22043) G. de Dragona vicarium regium in Urbe hortatur, ne Sabinenses gravibus oneribus molestet. V non. Iul. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 263. n° 421. — »Nuper ad audientiam.«

" 5 " (22044) Abbatissae et conventui monasterii de Sandech ord. s. Clarae Cracoviens. dioc. villas nominatim recensitas et possessiones a cl. mem. Kunegunde filia B(elae) regis Hungariae, relicta quondam Boleslai ducis Cracoviae et Sandomiriae, principissa de Sandech vidua eis liberaliter concessas confirmat. III non. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 508. n° 52. — »Cum a nobis.«

" 5 " (22045) Priori fratrum Praed. Florentiae mandat, ut Iohanni Peponis rectori ecclesiae s. Margaritae Florentinae canonicatum ecclesiae Florentinae cum plenitudine iuris canonici et subsequenter archipresbyteratum eiusdem conferat. III non. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 47. n° 7. — »Cum sicut intelleximus.«

" 5 " (22046) Petro abbati Fossatensi eiusque successoribus annulum, mitram, dalmaticam et tunicam continue et ubique praeterquam in ecclesia cathedrali Parisiensi gestandi licentiam concedit. III non. (*al.* id.) Iul. a° 3°. ‖ Gallia christ. VII. 299, *fragm.*

" 5 " (22047) (Eduardum) regem Angliae, qui pecuniam decimae in regno suo per Lugdunensis concilii providentiam Terrae sanctae concessae subsidio, quae per collectores in sacris tutisque locis deposita sub fida custodia servabatur, de locis ipsis, sigillis serisque violenter effractis, motu proprio totaliter amoveri et ad certum locum pro suae libito voluntatis asportari fecerat, rogat et hortatur, ut praefatam pecuniam cum integritate restituat. III non. Iul. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 67—69; Rymer Foed. I. II. 222. — »Dum regalis prudentiae.«

" 5 " (22048) (Iohanni) archiepiscopo Cantuariensi mandat, moneat et inducat praefatum regem, ut infra mensem dictam pecuniam in locis eisdem cum integritate restitui faciat. III non. Iul. a° 3°. ‖ Wilkins Concil. II. 97. — »Intellecto nuper quod.«

" 7 " (22049) Eduardo regi Angliae scribit: »Nobis occurrit vehementius admirandum, quod tu .. devotus ecclesiae filius ... tractatum habuisse et habere cum Petro quondam rege Aragoniae diceris, ut Alienora nata tua Alfonso primogenito dicti Petri coniugali vinculo copuletur.« Hortatur eum, ut solerter attendat, »quod cum inimico et persecutore ecclesiae manifesto te non decet contrahere parentelam et quod, si praedicta coniunctio fieret, te regi altissimo, per quem regnas, quamplurimum redderes odiosum;« et ut omnem tractatum revocet. Non. Iul. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 36; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1283 § 11. XIII. 908. — »Quantas et quam.«

" 23 " (22050) (G. de Dragona) vicarium Urbis rogat, ne fideles Centumcellarum a grasciariis Urbis molestari permittat. X kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 263. n° 422. — »Inter alia que.«

" 23 " (22051) Maioris et s. Mariae ad gradus Maguntin. decanis ac scolastico eiusdem maioris ecclesiarum mandat, iudicent inter commendatorem et fratres hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. in Confluencia atque abbatem et conventum monasterii de Otterburg Cisterc. ord. Maguntin. dioc. de quibusdam possessionibus litigantes. X kal. Aug. a° 3°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 253. — »Conquesti sunt nobis.«

" 23 " (22052) Episcopo Castellano mandat, ut fratribus ord. Minor. s. Francisci contra molestatores efficaciter assistat. X kal. Aug. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 486. n° 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 509. n° 53. — »Inundans malitia personarum.«

" 28 " (22053) Priorissae et conventui monasterii s. Mariae Magdalenae in Nuenkilgen ius patronatus ecclesiae de Nuenkilgen eis ab Iohanne dicto de Kosnach collatum confirmat. V kal. Aug. a° 3°. ‖ Der Geschichtsfreund V. 162. — »Cum a nobis.«

" 30 " (22054) Iacobum cantorem Gneznensis ecclesiae, Henrico de Bren (Brem *Sb.*) ord. Minor. quem papa praedictae ecclesiae providerat hanc provisionem acceptare renuente, eidem ecclesiae in archiepiscopum praeficit. III kal Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 509. n° 54; Theiner Mon. Polon. I. 90. n° 164. — »Recte tunc ecclesiarum.«

* *De eodem argumento* Decano et capitulo Gneznensis ecclesiae — Clero Gneznensis civitatis et diocesis — Populo civitatis et dioc. Gnezn. — Universis suffraganeis ecclesiae Gnezn. — Duci Poloniae.

Aug. 9 " (22055) (Edwardo) regi Angliae conqueritur »quod ... Sanctius aliique ... A(lfonsi) regis Castellae ac Legionis nati, Emanuel germanus necnon subditi regis eiusdem in eum subito insurgentes et aspirantes ad totalem exheredationem ipsius officiales, quos idem rex instituerat in suis regnis et terris, penitus amovere, instituere alios et omnia sibi regalia iura subtrahere praesumpserint, eundemque regem nullum dominium nullamque potestatem in praedictis suis regnis et terris habere permittant« *etc.* Hortatur eum ut »pensatis prudenter quam sit perniciosum exemplum, quod in praedictis regnis noscitur contigisse,« magnitudinem suae provisionis apponat ita, ut ecclesiastica libertas illaesa servetur ac praefatis regnis pax et tranquillitas adveniat. V id. Aug. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 222. — »Insurgentis fremitus tempestatis.« *Cf.* 1282. Sept. 27. n° 21932.

1283.

Aug. 9	ap. Urbem veterem	(22056) Archiepiscopis et episcopis ac electis, abbatibus ... et universis ecclesiarum praelatis .... necnon comitibus, baronibus et aliis tam clericis quam laicis per Castellae ac Legionis, Toleti, Galletiae, Sibiliae, Cordubae, Murtiae et Gihennii regna constitutis scribit de eodem argumento eisque mandat, ut Alfonso regi efficaciter intendentes omnes civitates, castra, bona et iura regis ipsius libera et quieta dimittant eidem *etc.* v id. Aug. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 56. — »Habet communis famae.«
„ 13	„	(22057) Universis suffraganeis Gneznensis ecclesiae mandat, ut unus eorum Iacobum electum Gneznensem in diaconatus ordine constitutum ad presbyteratus ordinem statutis a iure temporibus promoveat. Id. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 91. n° 165. — »Cum nos nuper.«
„ 13	„	(22058) Eisdem mandat, ut unus eorum Iacobo electo, postquam fuerit in presbyterum ordinatus, munus consecrationis impendat. Id. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. n° 166. — »Cum nuper dilectum.«
„ 13	„	(22059) Iacobo electo Gneznensi de superiore epistola significat eique, ne ipsum oporteat postmodum ad apostolicam sedem pro obtinendo ab ea pallio accedere vel nuncium destinare, palleum ipsum per Philippum custodem, Iohannem et Raynerium canonicos Gneznenses transmittit per Plocensem vel Poznaniensem episcopos ei assignandum. Id. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. n° 167. — »Cum nos venerabilibus.«
„ 19	„	• (22060) Confirmat Iacobum Hydruntinum archiepiscopum, quem Gerardus Sabinensis episcopus apostolicae sedis legatus ex potestate sibi tradita in locum demortui Matthaei elegerat. xiv kal. Sept. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 58.
„ 27	„	(22061) Iohanni tit. S. Caeciliae presb. card. significat, se Petrum quondam regem Aragonum propter occupationem insulae Siciliae variosque conatus et insidias ad partes regni Siciliae occupandas, seditionem in ea insula motam, commotionem et concitationem populi factam initi contra »nos«, rempublicam ecclesiamve privavisse regno Aragoniae, eique transmittit conventiones et pacta, sub quibus a (Philippo) rege Franciae solemniter promittendis alicui filiorum eiusdem regis Aragoniae regnum et comitatum Barchinoniae »qui est de terris expositis quae olim fuerant dicti Petri,« nomen et titulum regium tradat. vi kal. Sept. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. ii. 223; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 25—34; *fragm., gallice* Daniel Hist. de France IV. 670. — »Qui regna transfert.«
„ 28	„	(22062) B(ernardo) episcopo Portuensi mandat, ut statuto Urbinatum certos articulos reformatos inserendos curet. v kal. Sept. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 264. n° 423. — »Ut responsum congruum.«
Sept. 12	„	(22063) Petrum de Vico requirit, ut Iacobum Poli de castro Bledae, qui 170 porcos ad cameram apostolicam pertinentes in praedam abduxerit, omnes restituendos ipsumque et eius complices latrones Romam mittendos curet. ii id. Sept. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 266. n° 424. — »Ad auditum nostrum.«
„ 13	„	(22064) Praefecto provinciae Aemiliae intimat, se, cum omnipotens Dominus his diebus colla rebellium et persecutorem ecclesiae in eiusdem provinciae partibus efficaciter subiugarit, et Iohannis de Epa et stipendiariorum praesentia multo magis principi Salernitano quam sibi existere possit opportuna, illis dare in mandatis, ut expleto tempore, pro quo papalia stipendia receperint, ad eundem principem se conferant. Id. Sept. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 48, *fragm.*
Oct. 4	„	(22065) Malatestam de Veruculo potestatem Ariminensem laudat, quod Guidoni de Monteforti capitaneo exercitus Romanae ecclesiae in provincia Romaniolae adversus homines de Urbino hostes ecclesiae antiquatos cum hominibus de Arimino ferventer assistit, eumque hortatur, ut favoris praesidium vigorose continuare studeat. iv non. Oct. a° 3°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 410; Tonini Rimini III. 639. — »Per tuas et.«
„ 7	„	(22066) Gilfredum canonicum Cameracensem camerae apostolicae clericum in Anglia commorantem Iohanni archiepiscopo Dublinensi in officio collectionis decimae pro Terra sancta in regno Angliae subrogat. Non. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 126. n° 281. — »Exhibita nobis venerabilis.«
„ 8	„	(22067) Guardiano conventus fratrum ord. Minor. Nivernensium mandat, ut, si electionem de Iohanne de Chaonio canonico Nivernensi in episcopum Frasniacensem canonice celebratam invenerit, eam confirmet. viii id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 510. n° 55. — »Lecta nobis dilectorum.«
„ 11	„	(22068) Abbati S. Vicentii iuxta Wratislaviam mandat, ut disceptet controversiam inter abbatissam conventumque monasterii Stellae s. Mariae Cisterc. ord. ex parte una et Ottonem, Hermannum et Gerascium de Donin fratres, Hertwicum de Gucz, Ottonem de Luptiz, Ottonem de Lossow *etc.* laicos ex altera, qui illas bobus, equis, pannis et rebus aliis spoliaverant. v id. Oct. a° 3°. ‖ Köhler Cod. dip. Lus. super. II. ii. (Urk. d. Kl. arienstern) 15. — »Conqueste sunt nobis.«

1283.

Oct. 11	ap. Urbem veterem	(22069) Iohannem archiepiscopum Dublinensem ab onere collectionis decimae pro Terra sancta in regno Angliae absolvit concedens ei postulatam licentiam ad ecclesiam suam accedendi. v id. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 126. n° 280. — »Diligentis sollicitudinis studium.«
„ 23	„	(22070) Iohanni de Epa capitaneo generali totius exercitus Romanae ecclesiae iniungit, ut audaciam Adinulfi quondam Mathiae de Anagnia eiusque sequacium et fautorum in occupando castro Frusinonis reprimat. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 266. n° 425. — »Offensas graves.«
„ 27	„	• (22071) Monasterium de Wltenbach [Fultenbach] ord. s. Ben. Augustens. dioc. in protectionem suam suscipit. vi kal. Nov. a° 3°. ‖ Lang Regesta IV. 231.
„ 28	„	(22072) Monasterium de Scho ord. s. Ben. Upsall. dioc. tuendum suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. v kal. Nov. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 637. n° 775; *cf.* Celse Appar. 90. n° 9. — »Cum a nobis.«
Nov. 3	„	(22073) Consilio et populo Romanis notum facit, se eorum nuncios, qui humiliter supplicaverint, ut, cum propter sterilitatem temporis nimiam victualibus Roma non affluat, papa Romanis subventionis auxilium praeberet, affectione paterna recepisse. »Licet ob grandium onera sumptuum, quos ... pro recuperandis et manutenendis Romanae ecclesiae iuribus pridem fecisse dignoscimur, camera nostra ultra quam credi posset procul dubio sit gravata; nos tamen ... vobis iuxta subscriptum modum decrevimus subvenire« *etc.* Elargitur 5000 florenorum aur. ad emendum frumentum in Sicilia. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 51, 52; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 267. n° 426. — »Etsi cunctorum fidelium.«
„ 3	„	(22074) Magistro Alberto de Parma canonico basilicae Principis apostolorum et Iohanni Basilii fratri hospitalis s. Spiritus in Saxia, »cum gravis frumenti caristia sit in Urbe«, per magistrum Angelum de Fulgineo camerae apostolicae clericum et iudicem Matthaeum Cittadini de Urbe veteri pro emendo frumento ad opus populi Romani 5000 florenorum assignat. iii non. Nov. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 203; *cf.* Raynald. l. c. § 51. — »Nuper nobis dilecti.«
„ 17	„	(22075) Abbatissae et conventui monasterii de Stella s. Mariae Cisterc. ord. Misnens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. II. ii. (Urk. d. Kl. Marienstern) 16, *perperam ad* 1284. Dec. 15. — »Cum a nobis.«
„ 17	„	(22076) Monasterii de Scho ord. s. Ben. tutelam suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 638. n° 776. — »Cum a nobis.«
„ 18	„	(22077) Petrum quondam regem Aragonum, contra quem et contra rebelles Siculos in praeterito festo ascensionis Domini omnes processus roboravit, de novo excommunicationis sententia innodat et universis et singulis Christifidelibus et specialiter duci Venetorum et Venetis, potestatibus, capitaneis, consiliariis Ianuensium, Pisanorum, Anconitanorum omniumque maritimarum civitatum, castrorum et locorum necnon et universitatibus eorundem interdicit commercium omne spontaneum cum Siculis *etc.* In festo dedicationis basilicae Principis apostolorum a° 3°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 63. — »Petri quondam regis.«
„ 21	„	(22078) (Iohanni) archiepiscopo Cantuariensi, (Iohanni) episcopo Lincolniensi et archidiacono Dorsetiae in ecclesia Saresbiryensi mandat, ut abbatem monasterii de Glocestria ord. Ben. Vigorn. dioc. collatorem et magistrum Robertum de Glocestria clericum detentorem ecclesiae de Wiradesbiry Lincoln. dioc. ad dicendam causam ad sedem apostolicam citent. xi kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 511. n° 56. — »Devotionis merita dilecti.«
„ 22	„	(22079) Abbati monasterii s. Vincentii Wratislaviensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Stella s. Mariae Cisterc. ord. Misnens. dioc. per concessiones alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. II. ii. (Urk. d. Kl. Marienstern) 14, *male ad* a. 1284. — »Ad audientiam nostram.«
„ 26	„	(22080) (Gerardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato iterum mandat, ut de modo subventionum et collectarum, quae in regno Siciliae tempore c. mem. Guillelmi regis Siciliae solvebantur, diligenter inquirat. vi kal. Dec. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 46. — »Olim tibi per.«
„ 27	„	(22081) Episcopo Tiburtino, S. Pauli et S. Praxedis de Urbe monasteriorum abbatibus mandat, ut, si expedire viderint, concedant abbati S. Gregorii de Urbe permutandi tertiam partem castri Petrae pertusae cum tertia parte castri de s. Vito. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 263 in n° 154. — »Sicut nuper ad.«
„ 27	„	• (22082) Magistro Alirono canonico ecclesiae s. Marci Venetiis collectori decimae *etc.* (*vid.* 1282. Iul. 10. n° 21918) respondet ad quaestiones quasdam in facto collectionis eiusdem. v kal. Dec. a. 3°. ‖ Palacky Reise 47. n° 381.

1283.

Nov. 30 — ap. Urbem veterem — (22083) (Brunnulpho) Scarensi et (Anundo) Strengianensi episcopis mandat, ut praedia ad mensam episcopalem Aboensem pertinentia, sed minus iuste concessa vel alienata, ad ius et proprietatem eiusdem mensae legitime revocent. II kal. Dec. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 638. n° 779. — »Ad audientiam nostram.«

Dec. 2 — » — (22084) B(ernardo) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato mandat, ut illorum ordinum et religiosorum civitatis Urbini ecclesias, in quarum portis in fraudem interdicti foramina facta sint ut populus etiam clausis ianuis possit liberius audire divina, ecclesiastico subiiciat interdicto *etc.* IV non. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 513. n° 57. — »Intimante nobis tua.«

» 13 — » — (22085) Accursii plebani S. Adriani de Castro Matelice Camerin. dioc. electionem in episcopum Pensauriensem confirmat. Id. Dec. a° 3°. ‖ Olivieri-Giordani Mem. della chiesa Pesarese 140. n° 17; *cf.* Ughelli Ital. sacra II. 859. — »Sane Pensauriensis ecclesia.«

» 19 — » — (22086) B(ernardo) episcopo Portuensi mandat, ut magistro Guilelmo Duranti decano Carnotensi rectori Romaniolae super singulis pecuniarum summis, quas pro stipendiis militum Gallicorum in servitio ecclesiae Romanae Petro de Molanis dederit, testimonium exhibeat. XIV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 279. n° 440. — »Sicut alias plenius.«

» 20 — » — (22087) Guilelmo Duranti decano ecclesiae Carnotensis de superiore epistola significat. XIII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 280 in n° 440. — »Intelligimus quod dilectus.«

» 23 — » — (22088) Moricum (Marcum *Ugh.*) canonicum Assisinatem capellanum suum ecclesiae Suanensi praeficit in episcopum. X kal. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 513. n° 58; *cf.* Ughelli Ital. sacra III. 742. — »Rationis oculis intuentes.«

— — (») — • (22089) (Lodomerio) archiepiscopo, praeposito et cantori Strigoniensibus litem inter Arnoldum rectorem ecclesiae s. Elisabeth de Cassa et commendatorem fratresque hospitalis s. Iohannis Hierosol. de regali Alba super redditibus hospitalis pauperum villae de Cassa exortam committit dirimendam. *Sine signo chronol.* ‖ Fejér Cod. dipl. V. III. 207.

— — (») — (22090) Abbati et conventui monasterii Cormeriacensis ord. s. Ben. Turonens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, feudalibus exceptis, a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus petere, recipere ac retinere possint. ‖ *Sine nota chronol.* ‖ J. J. Bourassé Cartul. de Cormery (Mém. de la soc. arch. de Touraine. XII. [Tours 1861]) 182. n° 106. — »Devotionis vestrae precibus.«

1284.

Ianr. 6 — » — (22091) Ducem, consilium et commune Venetorum hortatur, ut eis, qui salem ex salinis Cerviae in Lombardiam ad vendendum asportaturi sint, liberum passum sine vectigalis exactione concedant. VIII id. Ianr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 270. n° 428. — »Inconcusse devotionis integritas.«

» 10 — » — (22092) I(ohanni) tit. S. Caeciliae presbytero card., cui concessit potestatem regnum Aragoniae conferendi alicui filiorum (Philippi) regis Franciae, mandat, ut in negotio regni praefati procedat, licet idem rex litteras promissorias non dederit. IV id. Ianr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 227. — »In quibusdam articulis.«

» 10 — » — (22093) Eidem significat, filium quem praefatus rex ad regnum Aragoniae suscipiendum elegerit, nonnisi ea pacta et conventiones promittere, iurare ac renovare debere, quae contingant eundem. IV id. Ianr. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 227. — »In litteris apostolicis.«

» 10 — » — (22094) Eidem declarat, quid per »antiquas consuetudines approbatas bonaque usagia« regni Aragoniae in istis pactis sit intelligendum. IV id. Ianr. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 227. — »In litteris apostolicis.«

» 13 — » — (22095) Archiepiscopo Narbonensi committit et mandat, ut, cum incolae et habitatores Aragoniae et Valentiae regnorum, comitatus Barchinonensis et aliarum terrarum sententias contra Petrum quondam regem a sede apostolica latas contempserint et interdictum non observent, partes suas sic solicite interponat, »quod nos ex serie tuae rescriptionis instructi . . . circa haec . . . procedere valeamus.« Id. Ianr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1284 § 11. — »Quia sicut intelleximus.«

» 13 — » — (22096) Abbati et conventui monasterii de Blauburen (Blaburron *Bes.*) ord. s. Ben. Constantiens. dioc. omnes libertates et immunitates confirmat. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Petrus Suevia eccles. 183; Besoldus Docum. rediv. 922 (ed. alt. 573. n° 5). — »Cum a nobis.«

» 18 — » — (22097) I(acobo) electo Gneznensi concedit facultatem concedendi tabellionatus officium duobus viris idoneis. XV kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Pol. I. 92. n° 168. — »Devotionis tue merita.«

» 25 — (») — • (22098) Vivianum archidiaconum Aretinum eligit in Faventinum episcopum. VIII kal. Febr. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 500.

1284.

Ianr. 31 — ap. Urbem veterem — (22099) Guillelmo Duranti decano ecclesiae Carnotensis rectori provinciae Romaniolae mandat, ut militibus propter victualium penuriam stipendia adaugeat. II kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 273. n° 430. — »Intellecto dudum quod.«

• *In eundem modum* B(ernardo) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato.

Febr. 3 — » — (22100) Monasterii de Rysiberg ord. s. Ben. Strengian. dioc. tutelam suscipit eiusque bona possessionesque confirmat. III non. Febr. a° 3°. ‖ Dalin hist. Svec. II. 295; Rhyzelius Monast. 233; Liljegren Svenskt diplom. I. 641. n° 783; *cf.* Celse Appar. 90. n° 10. — »Cum a nobis.«

» 4 — » — (22101) Deotaleve de Perusio ord. Minor. mandat, ut Perusinis excommunicatis propter notorias contumacias, continuatos diutius excessus contra Fulginates *etc.* absolutionis beneficium impendat. II non. Febr. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 487. n° 10; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 515. n° 59. — »Dudum in potestatem.«

» 13 — » — (22102) (Edwardum) regem Angliae requirit et rogat, ut censum annuum 1000 marc. sterling. pro duobus annis transactis terminatis in festo b. Michaelis proximo praeterito magistro Giffredo camerae apostolicae clerico in Anglia commoranti assignet. Id. Febr. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. II. 228. — »Honorem tuum fili.«

» 13 — » — (22103) Magistro Giffredo *etc.* de superiore epistola significat eique concedit facultatem apochandi. Id. Febr. a° 3°. ‖ Rymer l. c. 228. — »Cum super solutione.«

» 13 — » — (22104) Concedit, ut Ulpho Hollingeri filius Lincopens. dioc. et Elena consanguinea M(agni) regis Swetiae, quamvis quarto consanguinitatis gradu coniuncti sint, inter se matrimonium libere contrahant. Id. Febr. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 641. n° 784; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1284 § 23; *cf.* Porthan Bullar. access. 58. n° 1. — »Apostolice sedis benignitas.«

» 26 — » — (22105) Annibaldo potestati Viterbii mandat, ut Angelo de Reate ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in Romana provincia super omnibus quae ad officium inquisitionis pertinent, pareat et obtemperet. V kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 516. n° 60. — »Inter alia quae.«

Mart. 1 — » — (22106) Magno Sweorum et Gottorum regi concedit, ut in divinis officiis in regia capella celebrandis ordo Romanus perpetuo observetur. Kal. Mart. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1284 § 22; Liljegren Svenskt diplom. I. 642. n° 785; *cf.* Porthan Bullar. access. 59. n° 2. — »Cum sicut lecta.«

» 1 — » — (22107) Iohanni archi(episcopo) Dublinensi concedit facultatem, ut de bonis suis licite acquisitis libere testari possit. Kal. Mart. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 127. n° 282. — »Quia presentis vite.«

» 1 — » — (22108) Eidem liberam concedit facultatem concedendi tabellionatus officium duabus vel tribus personis, quas ad illud exequendum ydoneas esse repererit. Kal. Mart. a° 3°. ‖ Theiner l. c. in n° 282. — »Tua nobis fraternitas.«

» 6 — » — (22109) Praeposito et conventui monasterii Omnium Sanctorum villam Taufbrunnen, quam eis Wolframmus dictus Advocatus de Altenstaig miles Constantiens. dioc. cum omnibus iuribus et pertinentiis donavit, confirmat. II non. Mart. a° 3°. ‖ Schannat Vindem. I. 149. — »Cum a nobis.«

» 7 — » — (22110) (Lodomerio) archiepiscopo, praeposito et cantori Strigoniensibus querimoniam Arnoldi rectoris ecclesiae s. Elisabeth de Cassa contra commendatorem fratresque hospitalis s. Iohannis Ierosol. de regali Alba Vesprim. dioc. ratione reddituum motam committit componendam. Non. Mart. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. V. III. 511. — »Conquestus est nobis.«

» 7 — » — (22111) Abbatem de Affligemo ord. s. Ben. Cameracens. dioc. conservatorem bonorum monasterii Cortembergensis ord. s. Ben. constituit. Non. Mart. a° 3°. ‖ Miraeus Opp. diplom. II. 1011. — »Sua nobis dilectae.«

» 7 — » — (22112) Abbati et cancellario S. Genovefae provinciam dat consulendi, ut unusquisque magistrorum et scholarium Parisiensium duos solidos Parisienses singulis hebdomadibus pro necessariis universitatis expensis persolvat. Non. Mart. a° 3°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 463; Factum ou remarques sur l'élection des officiers de l'université (Paris 1668. 4°) 95. — »Ad statum universitatis.«

» 7 — (») — • (22113) Inhibet, ne quis sine interventione iudicis competentis bona monasterii s. Bavonis Gandensis occupare, pecus eiusdem recipere sub praetextu cuiusdam pravae consuetudinis praesumat, ut monachi illa redimant pecunia. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 45.

» 8 — » — (22114) Berardo camerario suo mandat, ut pecuniam decimarum pro Terra sancta in Anglia et Ibernia collectarum apud diversos mercatores passim depositam Senensibus mercatoribus integre assignet. VIII id. Mart. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 127. n° 283. — »Sicut ex veridica.«

1284.

Mart. 11	ap. Urbem veterem	(22115) Episcopo Balneoregensi mandat, ut Perusinos ad obedientiam ecclesiae reversos a censuris absolvat. v id. Mart. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 273. n° 431. — »Olim in . . .«
» 15	»	(22116) Iohannem subdiaconum ecclesiae s. Martini Turonensis in executione testamenti magistri Aegidii de Bonavalle decani ecclesiae Turonensis loco Gualterii episcopi Pictavensis et magistri Fulconis archidiaconi in Pontivo in ecclesia Ambianensi emortui subrogat eique et magistro Guillelmo de Esseyo capellano suo canonico Carnotensi mandat, ut ad executionem huiusmodi iuxta dispositionem praelibati testatoris sine mora procedant. Id. Mart. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 517. n° 61. — »Olim sicut accepimus.«
» 18	»	(22117) Magistro Andreae Spiliati capellano suo Campaniae Maritimaeque rectori mandat, ut contra clericos ecclesiae s. Iohannis sitae prope Castrum Zangati Praenestin. dioc., qui contra papae et ecclesiae honorem in nonnulla ignominiosa et detestabilia verba prorupuerant, cum Iohannes de Epa capitaneus generalis ad depopulationem bonorum Adinulphi Mathiae de Anagnia tunc rebellis procederet, inquirat. xv kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 62. — »Pridem sicut ex.«
» 18	»	(22118) Dominos de Ceccano hortatur, ne perditionis filios Iohannem Scottum eiusque complices de Frusinone in suis castris receptent. xv kal. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 274. n° 432. — »Sicut nuper fidedignorum.«
		* *In eundem modum* Andreae Spiliati canonico Cameracensi Campaniae Maritimaeque rectori. ‖ Theiner l. c.
» 25	»	(22119) Episcopo Legionensi, decano et archidiacono de Ledesma Salamantin. transmittit articulos, quos praelati et rex Dionysius Portugalliae ad pacem et concordiam inter se habendum fecerant, in formam redactos iuri conformem et omnis captionis expertem. Eos dare operam iubet, ut se Dionysius aequitati accommodet, ac tum initam a sede apostolica concordiam confirmatum iri. VIII kal. Apr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1284 § 26; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 518. n° 63. — »Ex parte venerabilium.«
» 27	»	(22120) Magistris Giffrido notario marchiae Anconitanae rectori et Gualterio de Fontanis praeposito de Ungreyo in ecclesia Carnotensi capellanis suis mandat, ut cum communibus Esculano, Aesino et Ripaetransonis super solvendis camerae apostolicae condemnationibus sub certa conditione componant. VI kal. Apr. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 275. n° 433. — »Transmissarum nobis litterarum.«
» 28	»	(22121) Praeposito et conventui monasterii Omnium Sanctorum in Nigra Silva Praemonstr. ord. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus, feodalibus tantum exceptis, petere, recipere ac detinere possint. v kal. (id. *H.*) Apr. a° 4°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 282; Schannat Vindem. I. 149. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 28	»	(22122) Magistram et conventum domus de Ulma ord. poenitentiae b. Francisci Constantiens. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem terras, domos, grangias *etc.* eis confirmat. v kal. Apr. a° 4°. ‖ Pressel Ulmisches UB. I. 176. n° 148. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
Apr. 6	apud Urbem veterem in maiori ecclesia	(22123) Petrum quondam regem Aragonum et Siculos, contra quos in festo dedicationis basilicae Principis apostolorum transacto omnes processus roboravit, de novo excommunicationis, civitates vero, castra et loca cetera eorum interdicti sententiis subiicit. »In die coenae Domini a° 4°«. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 74. — »Excitatae in insula.«
» 9	ap. Urbem veterem	Praeposito et conventui monasterii Omnium Sanctorum in Nigra Silva: »v id. Apr. a° 4°«. Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 282, *vid.* n° 22121.
» 17	»	(22124) Archiepiscopo Iadrensi mandat, ut Galvanum Dalmatinum professum ord. Praedic., qui episcopatum Scardonensem contra inhibitionem suorum superiorum acceperat, propter inobedientiae vitium et alias causas excommunicatum nuntiet et iterum ad comparendum coram pontifice citet. xv kal. Mai. a° 4°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 99. n° 134. — »Dudum nobis quondam.«
» 22	»	(22125) Decano et capitulo Paderburnensis ecclesiae curtim sitam in territorio villae de Balhorne Padeburn. dioc., quam eis Henricus praepositus Paderbornensis pro suae et progenitorum suorum animarum remedio concessit, confirmat. x kal. Mai. a° 4°. ‖ Schaten Ann. Paderb. II. 151. — »Cum a nobis.«
» 23	»	(22126) Carolo principi Salernitano notum facit, se misisse Bernardum Portuensem episcopum apostolicae sedis legatum ad Venetos, ut auxilia pro expeditione in Siciliam facienda ab eis eliceret *etc.* IX kal. Mai. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 40. — »Nullae galeae conductitiae.«
» 27	»	(22127) Inhibet, ne quis praetextu cuiusdam pravae consuetudinis abbati et conventui monasterii de Blauburen ord. s. Ben. Constantiens. dioc. molestias inferre aut eiusdem monasterii animalia vel alia bona absque iuris ordine occupare, capere, vadiare vel

1284.

		quomodolibet detinere praesumat. v kal. Mai. a° 4°. ‖ Besoldus Docum. rediv. 923 (ed. alt. 574. n° 6, *ubi* Martino V *ad* a. 1504 *inscripta*); Petrus Suevia eccles. 183. — »Ex parte vestra.«
Apr. 29	ap. Urbem veterem	(22128) Praeposito et conventu monasterii Omnium Sanctorum in Nigra silva Praemonstr. ord. Argentin. dioc. postulantibus inhibet, ne quis bona eorum absque iuris ordine occupare, capere *etc.* praesumat. III kal. Mai. a° 4°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 281. — »Ex parte vestra.«
» 30	»	(22129) Populo Romano enarrat, quae hucusque fecerit ad reformandum et pacificandum eius et Urbis statum. Addit: »Dabimus vobis seu concedemus vicarium vel vicarios et camerarium ad certum salarium ordinandum et statuendum per vos et ad certi temporis spatium, prout nobis videbitur, faciendum. Qui quidem camerarius redditus et proventus Urbis recipiat et ad opus et commodum eius custodiat diligenter.« Porro destinat ad eos Citadinum dictum de Episcopo iudicem civem Urbevetanum, qui de intentione sedis apostolicae super praemissis eos plenius informet. II kal. Mai. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1284 § 17. — »More pii patris.«
Mai. 5	»	(22130) Iohanni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato in Franciae, Navarrae, Aragoniae, Valentiae, ac Maioricarum regnis, necnon Lugdunensi, Bisuntina, Viennensi, Tarentasiensi et Ebredunensi provinciis — in ea videlicet parte ipsius Ebredunensis provinciae, quae sita est extra Provinciae ac Folcalcherii comitatus — et in Leodiensi, Metensi, Virdunensi et Tullensi civitatibus et diocesibus committit plenae legationis officium. III non. Mai. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 4. — »Negotio quod ecclesiae.«
» 5	»	(22131) Carolo Philippi Francorum regis filio, Aragonum Valentiaeque regi ac Barchinoniae comiti terras Petri quondam Aragonum regis attribuit. III non. Mai. indict. XII. incarn. dom. a° 1284. pont. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 5, *omisso exordio incip.:* — »In electione huiusmodi.«
(» 5)	(»)	(22132) Conventiones atque pacta quae inter Karolum regem Aragonum filium Philippi regis Franciae et Iohannem tit. S. Caeciliae presb. cardinalem super Aragoniae regni et comitatus Barchinoniae negotio facta sunt, rata et grata habens confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ Rymer Foed. I. II. 229. — »Dudum propter iniustitias.«
» 7	»	(22133) (Conrado) abbati monasterii de Oetemburum (Ottenburum *L.*) Augustens. dioc. mandat, ut abbati et conventui monasterii ss. Udalrici et Afrae Augustensis ord. s. Ben. adversus raptorum et invasorum audaciam efficaciter assistat. Non. Mai. a° 4°. ‖ Mon. Boica XXII. 229; *cf.* Lang Regesta IV. 251, 277. — »Inundans malitia perversorum.«
» 7	»	* (22134) Praeposito ecclesiae Eystettensis mandat, ut bona alienata monasterii in Wilzburc ord. s. Ben. ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Non. Mai. a° 4°. ‖ Lang Regesta IV. 251.
» 11	»	(22135) Praeposito Upsalensi mandat, ut cum Iohanne Henrici de Aroasia clerico Wpsalens. dioc., qui de soluto genitus et soluta defectum natalium patiatur, dispenset, ut ad omnes ordines promoveri possit. v id. Mai. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 643. n° 787. — »Accedens ad praesenciam.«
» 11	»	(22136) Abbati et conventui de Novavalle Cisterc. ord. Lincopens. dioc. [Nydala Kloster] concedit, ut possessiones et alia bona a personis liberis in monasterio eorum professionem facientibus petere, recipere et retinere possint. v id. Mai. a° 4°. ‖ Liljegren l. c. 644. n° 788; *cf.* Celse Appar. 90. n° 11. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 13	»	(22137) Praeposito et conventui monasterii Omnium Sanctorum in Nigra silva Praemonstr. ord. Argentin. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. III id. Mai. a° 4°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. II. prob. 282. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(22138) Praeposito et conventu monasterii in Herbrechtingen (Herbretingen *Bes.*) ord. s. Aug. Augustens. dioc. postulantibus dictum monasterium cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter autem domos, terras et alia bona eis confirmat. Id. Mai. a° 4°. ‖ Petrus Suevia eccles. 406; Besoldus Docum. rediv. 958 (ed. alt. 597. n° 3, *ubi* Martino V *ad* a. 1550 *inscripta*). — »Iustis petentium desideriis.«
» 15	»	* (22139) Monasterium in Hausen [Auhausen] sub protectione apostolica suscipit. Id. Mai. a° 4°. ‖ Lang Regesta IV. 251.
» 15	»	* (22140) Praepositum ecclesiae Ratisponensis iudicem delegat in causa monasterii in Waldsassen contra iniuriantes Heinricum de Plawe, Heinricum de Wida et Heinricum de Gera dictos advocatos, Heinricum de Wildenvelz iuniorem, Theodericum de Rechenberc, Gebehardum de Valkenberg et Ottonem de Plawa milites et Theodericum Spatzmann laicum. Id. Mai. a° 4°. ‖ Lang l. c. 252.
» 18	ap. Urbem veterem in platea maioris ecclesiae	(22141) De novo in Petrum quondam regem Aragonum, Panormitanos et rebelles ceteros propter eorum contumaciam tanti continuatione temporis augmentatam excommunicationis et interdicti sententias promulgat ipsosque monet aperte, ut in proximum festum

1284.

s. Michaelis, quod eis pro peremptorio assignat termino, ad ecclesiae mandata humiliter redeant. In festo ascensionis D[i] a° 4°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 88. — »Infandis crudelitatis horrendae.«

Mai. 26 — ap. Urbem veterem — (22142) Eduardo regi Angliae gratulatur, quod tenens recenti memoria angustias et calamitatum incendia, quibus Terra sancta indesinenter affligatur, »quaeque propriis inspexisti oculis pridem in illis partibus divinis insistendo servitiis constitutus«, per G(ualterum) canonicum Wellensem et Eliam nobilem virum nuncios regios se voluntarium obtulit vivificae crucis signaculum ad sui redemptoris iniurias ulciscendas assumere in Terrae sanctae subsidium. vii kal. Iun. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1284 § 33; Rymer Foed. I. ii. 231. — »Exultat in Domino.«

" 26 — " — (22143) Eidem, qui per magistrum W(alterum) canonicum Wellensem et Helyam (de Hauvilla) nuncios suos papae octo petitiones de tota decima collecta in regnis Angliae et Scotiae *etc.* sibi concedenda *etc.* praesentaverat, responsiones intimat. vii kal. Iun. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 35—43; Rymer l. c. 231; Theiner Mon. Hibern. 128. n° 285. — »Venientes ad nos.«

" 26 — " — (22144) Wygorniensi et Bangorensi episcopis mandat, ut illis, qui in guerris inter b. m. Henricum, Edwardum reges Angliae, Simonem de Monteforti, Leulinum, qui pro principe Walliae se gerebat ac David fratrem eius gestis propter homicidia, sacrilegia, furta *etc.* excommunicati sint, absolutionis beneficium impendant, postquam passis iniuriam competenter satisfecerunt. vii kal. Iun. a° 4°. ‖ Rymer l. c. 230. — »Ex parte carissimi.«

" 31 — " — (22145) Abbatissae et conventui de Risiberg ord. s. Ben. Strangian. dioc. concedit idem, quod legis in n° 22136. ii kal. Iun. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 646. n° 791; *cf.* Celse Appar. 91. n° 12. — »Devotionis vestrae precibus.«

Iun. 1 — " — • (22146) Confirmat bulla brevi iura, libertates et possessiones monasterii Campililiensis. Kal. Iun. a° 4°. ‖ Hanthaler Recensus I. 9.

" 2 — " — (22147) Abbatissae et conventui monasterii de Scho ord. s. Ben. Wpsplens. dioc. concedit idem, quod reperis in n° 22136. iv non. Iun. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt diplom. I. 646. n° 792; *cf.* Celse l. c. n° 13. — »Devotionis vestrae precibus.«

" 2 — " — (22148) I(acobo) archiepiscopo Gneznensi concedit facultatem conferendi ecclesias lege ipsi diocesanea subiectas vacantes singulis personis idoneis. iv non. (Iul., *sed legerim*) Iun. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 92. n° 169. — »Ex parte tua.«

(" 4) — (") — (22149) (Bernardo) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato enumerat excessus Petri regis Aragonum fautorumque illius, eique committit et mandat, ut ad relevanda christianae fidei dispendia et longe maiora pericula, quae fidei, terrae ac ecclesiae totique christianitati ex praefati Petri et rebellium nefandis conatibus, nisi divino et (Caroli) regis Siciliae aliorumque fidelium Christi compescantur auxilio, imminent, conatusque huiusmodi taliter compescendos, ut illorum impedimentis profligatis omnino, ipsarum fidei, terrae christianitatisque negotia feliciter prosperentur, in omnibus terris suae legationis contra dictum Petrum rebellesque praefatos verbum crucis praedicet. Indulgentias amplas promittit. *Sine nota chronol.* ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1281 § 10. XIII. 881. — »Solebat hactenus mater.«

" 4 — " — (22150) Gerardo episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato *in eundem modum.* ii non. Iun. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1284 § 2, *omissa maiori parte incip.* — »Habet excessuum Petri.«

" 4 — " — (22151) Magistro Alberto de Parma canonico basilicae Principis apostolorum de Urbe mandat, ut Iacobum Lucam et Conradum, qui contra pontificis conscientiam in canonicos basilicae de Sancta Sanctorum recepti erant, amoveat et excludat. ii non. Iun. a° 4°. ‖ Bullar. Vatic. I. 204. — »Ad audientiam nostram.«

" 4 — " — (22152) Priori et capitulo basilicae de Sancta Sanctorum de Urbe mandat, ut revocantes quod per eos tam improvide sit praesumptum, Iacobum Lucam et Conradum pro canonicis ipsius basilicae nullatenus teneant nec etiam admittant. ii non. Iun. a° 4°. ‖ Bullar. Vatic. I. 205. — »Ad audientiam nostram.«

" 4 — " — (22153) Priori Praedicatorum et ministro Minorum ord. provincialibus Sardiniae et Corsicae mandat, ut contra Petrum quondam regem Aragonum incubatorem Siciliae Siculosque rebelles crucem praedicent; promittit indulgentias. ii non. Iun. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 519. n° 64. — »Solebat hactenus mater.«

" 5 — " — (22154) (Gerardo) episcopo Sabinensi concedit facultatem conferendi fratri Leonardo ord. Minor. poenitentiario suo episcopatum Tricaricensis ecclesiae. Non. Iun. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 488. n° 11; Ughelli Ital. sacra VII. 150; Sbaralea l. c. 524. n° 65. — »Ex parte tua.«

" 5 — " — (22155) Abbati et conventui monasterii Vallium Sernaii omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. Non. Iun. a° 4°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. ii. 830. — »Cum a nobis.«

1284.

Iun. 5 — ap. Urbem veterem — (22156) Eisdem concedit, ut apostolicis privilegiis et indulgentiis datis, dummodo eis non sit per praescriptionem vel alias legitime derogatum, negligentia vel omissione huiusmodi non obstante, etiam de cetero libere uti possint. Non. Iun. a° 4°. ‖ Merlet l. c. 830. — »Licet monasterium vestrum.«

" 5 — " — (22157) Monasterii eiusdem protectionem suscipit et possessiones ac bona confirmat. Non. Iun. a° 4°. ‖ Merlet l. c. 829. — »Sacrosancta romana ecclesia.«

" 10 — " — (22158) Populo civitatis et diocesis Lugdunensis significat, se de magistro Rodolpho de Torreta canonico Virdunensi providere Lugdunensi ecclesiae ipsumque isti ecclesiae praeficere in archiepiscopum. Mandat eis, ut praefatum electum devote recipiant *etc.* iv id. Iun. (a° 4°?). ‖ Ménestrier Hist. de Lyon, preuv. II. *inscr.* Tract. *etc.* 31. — »Dum ecclesia Lugdunensis.«

" 13 — " — (22159) (Bonaventurae) archiepiscopo Ragusino mandat, ut Tribuniensi et Stagnensi ecclesiis, quae tanto tempore pastoribus iam vacaverint, quod earum provisio sit ad sedem apostolicam secundum generalis statuta concilii legitime devoluta, personas singulas ydoneas praeficiat in episcopos eisque munus consecrationis impendat. Id. Iun. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 293; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 100. n° 135. — »Ad audientiam nostram.«

" 13 — " — • (22160) Abbati S. Mariae foris portam (Faventinam) committit, ut faveat contra iniuriatores priori saecularis ecclesiae s. Mariae de Broilo de Faventia. Id. Iun. a° 4°. ‖ Mittarelli Access. hist. Favent. 515.

" 16 — " — (22161) Hominibus castri Frusinonensis concedit, ut possint eligere conestabiles, aliaque privilegia. xvi kal. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 277. n° 435. — »Sincere devotionis affectus.«

" 21 — " — (22162) Angelo de Perusio ord. Minor. mandat, ut petentibus Perusinis excommunicatis propter multiplices excessus perpetratos contra Fulginates, ecclesias et ecclesiasticas personas absolutionis beneficium tribuat. xi kal. Iul. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 524. n° 66; *cf.* Archivio stor. Ital. XVI. ii. 489. — »Contigit hactenus quod.«

" 22 — " — (22163) Episcopo Ripensi mandat, ut Petrum ord. Minor. in episcopum Vibergensem ordinatum vel intrusum ad sedem apostolicam pro recipienda sententia citet. x kal. Iul. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 526. n° 67. — »Exposuerunt nobis dilecti.«

" 22 — " — • (22164) Le pape mande à Isabelle comtesse de Flandre qu'il lui permet pour un terme de trois ans de faire célébrer les offices divins et d'y assister avec toute sa maison dans les endroits de ses comtés de Flandre et de Namur qui pourraient étre frappés d'interdit. x kal. Iul. a° 4°. ‖ Saint Genois Inventaire 107. n° 349.

" 22 — " — • (22165) Le même mande à la même dame, qu'il lui permet d'entrer deux fois l'an avec quatre dames dans les couvents de femmes situés dans les comtés de Flandre et de Namur. x kal. Iul. a° 4°. ‖ Saint Genois l. c. 108. n° 350.

»Eo tempore praefatus summus pontifex maliciam et nequiciam Reneri capitanei Urbevetani ultra sustinere non valens exinde (*i. e.*

" 27 — de Urbe veteri) — decessit die Martis post festum b. Iohannis baptistae — (»Eodem a° pp. Martinus recessit de Urbe veteri IV die exeunte Iunio.« ‖ Ann. Urbev. ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 219) — et

" 29 — Castrum Plebis — secunda die intravit. Deinde gravitate corporis detentus ibidem remansit usque ad diem dominicam post festum b. Michaelis« (*i. e.* Oct. 1). ‖ Martini Pol. Contin. pontif. Romana ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XXII. 480.

Iul. 4 — — — I(acobo) archiepiscopo Gneznensi: »Ap. Urbem veterem iv non. Iul. a° 4°«. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 92. n° 169, *vid.* 1284. Iun. 2. n° 22148.

" 15 — ap. Castrum Plebis — (22166) Consulibus consilio et communi Civitatis S. Leonis notum facit, se rectori Romandiolae scribere, ut absque difficultate qualibet captivos, quos potestas Montisferetri propria temeritate capere praesumpsit, restitui faciat libertati. Mittit eis magistrum Christophorum priorem de Salcian capellanum suum, per quem de intentione sua circa praemissa poterunt plenius informari. Id. Iul. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 411. — »Nuper ad nostrum.«

" 19 — (") — • (22167) Martino IV assolve i Perugini dalla scomunica e interdetto, incorsi per le ostilità contro i Folignati. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 490.

" 25 — " — (22168) Berardo apostolici aerarii praefecto mandat, ut de pecunia decimarum regnorum Scotiae, Daciae, Sueviae et Ungariae necnon partium Sclavoniae et Poloniae apud mercatores vel alias personas tam in Romana curia, quam etiam extra deposita Iohanni de Tomasis Spiliati usque ad quantitatem 15,600 unciarum auri pro Carolo rege Siciliae ad defensionem ac custodiam regni Siciliae assignet. viii kal. Aug. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 41. — »Nuper ex parte.«

1284.

Iul. 31 — ap. Castrum Plebis — (22169) Hugoni de Varanis mandat, ut capitanei officium perperam usurpatum deponat et Guillelmo Chinini vicario capitanei generalis exercitus ecclesiae in Romaniola obediat. II kal. Aug. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 278. n° 436. — »Pridie propter absentiam.«

Aug. 15 — " — (22170) Consulibus, consilio et communi Civitatis s. Leonis quosdam ex eis captivos a potestate Montisferetri illicite factos restituit. XVIII kal. Sept. a° 4°. ‖ Theiner l. c. n° 437. — »Intellecto pridie quod.«

Sept. 22 — " — (22171) (Edwardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut ecclesiam de Wintel, quam avus eius hospitali s. Spiritus in Saxia de Urbe concessit, in suis iustitiis et libertatibus commendatam habeat. X kal. Oct. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. II. 236. — »Ut ei te.«

" 22 — (") — * (22172) Fridericum administratorem ecclesiae Eporediensis a° 1284 X kal. Oct. in eiusdem episcopum ordinat. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 1075.

" 24 — " — * (22173) Priori Moguntino ord. Praedic. mandat, ut Henrico lanthgravio Hassiae, qui cum Theodorica comitis Clivensis sorore in quarto gradu matrimonium contraxerat, faciat potestatem in contracto matrimonio perseverandi. VIII kal. Oct. (a° 4°). ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1284 § 4. XIII. 914.

" 29 — (") — * (22174) Iohannem archidiaconum Ravellensem praeficit Uxentinae ecclesiae in episcopum et pastorem. III kal. Oct. a° 4°. ‖ Ughelli l. c. 111.

" 29 — (") — * (22175) Transfert Iohannem electum Uxentinae ecclesiae ad ecclesiam Ravellensem. III kal. Oct. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 111.

Oct. 1 — »Tunc (*vid. supra sub* Iun. 29) exiens
" 4 — Castrum Plebis, Perusium — in die s. Francisci
intravit, ubi cum ingenti gaudio et honore multiplici a Perusinis . . . fuit receptus.« ‖ Martini Pol. Cont. pontif. Romana ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XXII. 480.

" 7 — Perusii — (22176) (Arnoldo) abbati monasterii de Monte Angelorum Constantiens. dioc. mandat, ut ea, quae de bonis monasterii de Rathusen Cisterc. ord. eiusd. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. Non. Oct. a° 4°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 74; *cf.* Versuch e. urk. Darstellung des Stiftes Engelberg 155. n° 118a. — »Ad audientiam nostram.«

" 7 — " — * (22177) Ius patronatus ecclesiae de Sicendorf per Rapotonem et Hartmannum comites palatinos de Craiburch, et Alheidim Rapotonis et Elizabeth Hartmanni praedictorum uxores monasterio Baumburchensi donatum confirmat. Non. Oct. a° 4°. ‖ Lang Regesta IV. 258.

" 7 — " — * (22178) Ius patronatus ecclesiae in Sighartzchirchen per Rapotonem donatum confirmat. Non. Oct. a° 4°. ‖ Lang l. c. 258.

" 11 — " — (22179) Priori et conventui monasterii s. Crucis de Huyo ord. s. Aug. Leodiens. dioc. privilegia confirmat. V id. Oct. a° 4°. ‖ Hermans Annales canon. reg. s. Aug. ord. s. Crucis II. 84. — »Solet annuere sedes.«

" 14 — " — (22180) (Arnoldo) abbati monasterii de Monte Angelorum Constantiens. dioc. mandat, ut barones, milites et alios laicos, qui terras et alia bona sub censu annuo vel redditu a monasterio de Rathusen ord. Cisterc. tenent, ad exhibendum praefatum censum vel redditum abbatissae et conventui per censuram ecclesiasticam compellat. II id. Oct. a° 4°. ‖ Der Geschichtsfreund II. 74; *cf.* Versuch e. urk. Darstellung des Stiftes Engelberg 115. n° 118b. — »Querelam dilectarum in.«

" 15 — " — (22181) Electo Yporiensi Campaniae rectori gratulatur, quod Conradum de Antiochia aemulum pacis regni Siciliae, partes ipsius regni invadere per castrum Cellae temere attentantem debellavit una cum Stephano de Genazano ac stipendiariis apostolicis. Id. Oct. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1284 § 15; *fragm.*; *cf.* Gregorovius Gesch. der Stadt Rom V. 489. not. 2.

" 21 — " — (22182) (Iacobo) archiepiscopo Gneznensi, . . . abbati monasterii de Henrichow Wratisl. dioc. et (Dobegneo) archidiacono Wladislaviensi mandat, faciant ut excommunicationis et interdicti sententiae, quas (Thomas) Wratislaviensis episcopus in Henricum ducem Sleziae et dominum Wratislaviae eiusque terras promulgavit pro eo, quod quasdam villas, oppida, castra et terras episcopatus Wratislaviensis nequiter tenebat occupata *etc.*, inviolabiliter observentur. XII kal. Nov. a° 4°. ‖ Stenzel Urk. zur Gesch. d. Bisth. Breslau 169. — »Sua nobis venerabilis.«

Nov. 22 — " — (22183) Communis et populi Ariminensis eorumque civitatis protectionem suscipit eisque confirmationes de monetis, portubus *etc.* a praedecessoribus suis factas innovat. X kal. Dec. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 279. n° 438; Tonini Rimini III. 640. — »Sedes apostolica pia.«

Dec. 18 — " — (22184) Willelmum abbatem monasterii de Aberbrothoc ord. s. Ben. S. Andreae dioc., quem capitulum Dumblanensis ecclesiae sibi communiter elegerat episcopum, eidem ecclesiae praeficit in episcopum. XV kal. Ianr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 128. n° 284. — »Ex suscepte servitutis.«

* *De eodem argumento* Capitulo ecclesiae Dumblanensis — Clero et populo civitatis et dioecesis Dumblanensis — Molisio comiti de Stratherno ecclesiae Dumblanensis patrono.

Dec. 19 — Perusii — (22185) (Arnoldo) abbati monasterii de Monte Angelorum ord. s. Ben. Constantiens. dioc. concedit, ut monachos et conversos sui coenobii, qui pro violenta manuum iniectione in se ipsos *etc.* in excommunicationis laqueum inciderint, ab huiusmodi sententiis absolvat. XIV kal. Ianr. a° 4°. ‖ Versuch e. urk. Darstell. des Stiftes Engelberg 124; *cf.* 100 et 155. n° 119. — »Exhibita nobis tua.«

" 19 — (") — * (22186) Conradum archidiaconum Viterbiensem a capitulo Hortano in episcopum postulatum confirmat. XIV kal. Ianr. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 737 ex reg. Vatic. ep. 66.

" 20 — " — (22187) G(erardo) Sabinensi episcopo apostolicae sedis legato transmittit palleum, ut Rogerio ord. Minor. episcopo Troiano idem assignet. XIII kal. Ianr. a° 4°. Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 526. n° 68. — »Sicut ex fraternitatis.«

" 21 — " — (22188) Monaldo ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in administratione b. Francisci mandat, ut Narniensibus ad ecclesiae praecepta reversis absolutionem ab ecclesiasticis censuris impendat. XII kal. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 527. n° 69. — »Ex parte potestatis.«

" 23 — " — (22189) Birgero filio Magni regis Sueciae et Margaritae filiae Erici regis Daciae concedit, ut matrimonium invicem, licet quarto sint consanguinitatis gradu coniuncti. libere contrahere possint. X kal. Ianr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1284 § 24; Liljegren Svenskt dipl. I. 649. n° 797; *fragm.* ap. Celse Appar. 91. n° 14; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1284 § 4. XIII. 914. — »Petitio vestra nobis.«

" 23 — (") — * (22190) Concedit dispensationem matrimonialem in quarto consanguinitatis gradu pro Friderico filio Meoderici marchionis de Landesberch et Catharina filia Henrici Bavariae ducis pro conservanda pace inter praefatos ducem et marchionem. X kal. Ianr. a° 4°. Deutinger Beyträge II. 156. n° 40.

" 28 — " — (22191) Iohanni Moscatae archidiacono Lancitiensi in ecclesia Gneznensi committit et mandat, ut illos episcopos, archidiaconos et alios ecclesiarum praelatos, quos ei constiterit de denario b. Petri sive censu in Polonia et Pomerania ecclesiae Romanae debito magnam collegisse vel recepisse pecuniae quantitatem nec de ipsa camerae apostolicae satisfecisse, ad restitutionem ipsius pecuniae per censuram ecclesiasticam compellat. V kal. Ianr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 92. n° 170. — »Cum sicut accepimus.«

" 31 — " — (22192) Magistro Gifrido de Anagnia notario suo marchiae Anconitanae rectori mandat. ut Anconitanis, Firmanis et Esculanis exgravatores super causis appellationum, inconsulta apostolica sede, eligere interdicat. II kal. Ianr. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 279. n° 439. — »Sicut nuper ex.«

— — — — (22193) (Eduardo) regi Anglorum gratulatur, quod ab assasino gravium vulnerum acerba illisione confossus miraculose vitae periculum evasit, eumque hortatur, ut ob suae redemptionis memoriam Terrae sanctae negotium strenue prosequatur. *Sine signo chron.* Martene Ampl. collect. II. 1297. — »Magnum ad terrae.«

— — — — (22194) Regem Cypri monet et hortatur, ut a magistri et fratrum militiae Templi, quibus, ipsorum bona in regno Cypri existentia arrestans, illorum administrationem et usum liberum interdicebat, infestatione desistat. *Sine signo chronol.* ‖ Martene l. c. 1300. — »Habet dilecte fili.«

1285.

Ianr. 3 — Perusii — (22195) Roberto duci Burgundiae significat, se auctoritate apostolica confirmasse tractatum super frequenti mutatione monetarum habitum inter eum et personas ecclesiasticas et saeculares ducatus Burgundiae. III non. Ianr. a° 4°. ‖ Plancher Hist. de Bourgogne II. pr. LIII. — »Petitio tua nobis.«

" 8 — " — (22196) Iohanni S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut monasterium de Custodia B. M. V. sub protectione sedis apostolicae suscipiat, exemptum a cuiusvis iurisdictione declaret *etc.* VI id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 528. n° 70. — »Lecta nobis dilectarum.«

" 8 — " — (22197) Priori Praedic. ac ministro Minor. ord. Lombardiae et Ianuensis provinciarum mandat, ut causam inter Humiliatos et archiepiscopum Mediolanensem, Cumanum et Brixiensem episcopos cognoscant et cognita ad sedem apostolicam transmittant. VI id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 528. n° 71. — »Petitio dilectorum filiorum.«

" 9 — " — (22198) Universos duces per Poloniam et Pomeraniam constitutos requirit et rogat, ut Iohanni Muscatae archidiacono Lancitiensi in ecclesia Gneznensi, cui denarium b. Petri,

1285.

census aliaque iura omnia apostolicae sedi debita in partibus Poloniae et Pomeraniae commiserit exigenda, super his efficacem impendant favorem. v id. Ianr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 92. n° 171. — »Credimus quod geratis.« *Cf.* n° 22256.

* *In eundem modum* (Henricum) ducem Sleziae et dominum Wratislaviae — Ducem Cracoviae.

Ianr. 9 — Perusii — (22199) Iohanni Moscatae archidiacono Lancitiensi in ecclesia Gneznensi concedit facultatem exigendi, colligendi et recipiendi denarium b. Petri in Polonia et Pomerania. v id. Ianr. a° 4°. ‖ Theiner l. c. 93. n° 172; *cf.* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1284 § 4. XIII. 914. — »Puritas devotionis et.«

» 12 — » — (22200) (Iohannem) archiepiscopum Gneznensem et eius suffraganeos rogat et hortatur, ut Iohannem archidiaconum Lancitiensum in ecclesia Gneznensi ad colligendum in Polonia et Pomerania denarium b. Petri missum benigne recipiant. II id. Ianr. a° 4°. ‖ Theiner l. c. n° 174. — »Cum de dilecti.«

* *In eundem modum* Magistrum, praeceptorem et fratres hospitalis s. Mariae Theotonicorum per Prusciam, Poloniam et Pomeraniam constitutos — (Hermannum) episcopum Caminensem.

» 12 — » — (22201) (Miecislaum et Boleslaum) duces de Opol Wratislaviens. et Cracoviens. dioec. rogat et hortatur, faciant, ut Theotonici et alii, qui se ad incolatum terrarum ducatuum transtulerunt, sed denarium b. Petri ecclesiae Romanae solvere indebite contradicunt, Iohanni Muscatae archidiacono Lancitiensi in ecclesia Gneznensi, cui exactio memorati denarii *etc.* in Polonia et Pomerania commissa sit, pro praesenti et praeteritis annis a tempore, quo non solutus extitit, integraliter persolvant. II id. Ianr. a° 4°. ‖ Theiner l. c. 93. n° 173. — »Honorem vestrum decere.« *Cf.* n° 22257.

» 13 — » — (22202) B(ernardo) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato mandat, ut, ne ex castris in provinciis Romandiolae ac Massae Trabariae et maxime in Monte feretro constitutis, de quorum rebellione praesumatur, possit aliquod scandalum seu turbatio provenire, maturam adhibeat diligentiam et cautelam. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 411. — »Sicut nuper ex.«

» 17 — » — (22203) Sententiam diffinitivam, quam magister Nicolaus de Terracensi capellanus suus archidiaconus Lexoviensis in causa decani capitulique ecclesiae Lubicensis contra consules et cives civitatis Lubicensis, qui Radolphum de Rinowe clericum Argentinensis diocesis in vacante parochiali ecclesia s. Mariae rectorem instituerant, promulgavit, auctoritate apostolica confirmat. XVI kal. Febr. a° 4°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 325. n° 293. — »Ea que iudicio.«

» 17 — » — (22204) Decano et cantori ecclesiae Bremensis scribit de eodem argumento eisque mandat, curent ut sententia ipsa executioni debitae demandetur. XVI kal. Febr. a° 4°. ‖ Leverkus l. c. 328. n° 294. — »Petitio dilectorum filiorum.«

» 18 — » — (22205) Abbati monasterii s. Mariae de Tuta insula Nidros. dioc. Cisterc. et priori Praedic. Nidrosiensi ac guardiano Minor. Bergensi ordd. mandat, ut, cum Nidrosiensis ecclesia per obitum b. m. Iohannis archiepiscopi pastoris solatio destituta sit et capitulum eiusdem Nervam episcopum Bergensem in archiepiscopum postulaverit, eundem Nervam dictae ecclesiae in archiepiscopum praeficiant, si illum esse dignum ad supportationem archiepiscopalis honoris invenerint. XV kal. Febr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 529. n° 72; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VIII. I. 20. n° 12. — »Militanti ecclesiae disponente.«

» 29 — » — (22206) Guardiano Minorum fratrum civitatis Castelli mandat, ut civibus Castellanis sententias censurarum ecclesiasticarum relaxet, si poenas pecuniarias ecclesiae Romanae persolverint. IV kal. Febr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 73. — »Ex parte potestatis.«

Febr. 3 — » — (22207) Andriae civibus significat, Conradi de Antiochia malitiam in tantam prorupisse audaciam, ut regnum Siciliae per partes Aprutii cum non modica suorum fautorum comitiva ingressus iam nonnulla castra ipsarum partium occupaverit non sine gravi Romanae ecclesiae ac (Caroli) haeredis cl. m. Caroli regis Siciliae iniuria et contemptu. Addit, se ad repressionem tantae superbiae Iohannem de Epa ad partes illas cum ipsius ecclesiae gente non modica mittere. III non. Febr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 9, *non integra.* — »Mirantes audivimus et.«

» 7 — » — * (22208) Iacobo regi Maioricarum, ut sumptus habeat, quibus et civitates regni sui munire et copias sufficientes una cum Philippo rege Francorum educere possit contra Petrum quondam Aragonum regem hostem ecclesiae, decimam omnium fructuum etiam ecclesiarum in tres annos concedit. VII id. Febr. (a° 4°). ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1284 § 3. XIII. 914. — *Bulla eiusdem argumenti eidemque* Iacobo *inscripta, sed* »Perusii IV non. Ianr. a° 4°« *(i. e. 1285. Ianr. 2) data et incipiens* »Affluentis devotionis affectus« *ap. Raynald. Ann. ad a. 1285 § 25* Honorio IV *tribuitur. Ad* Martinum IV *bullam istam pertinere vix dubito, cui coniecturae illa* Bzovii *verba opportuna accedunt.*

» 11 — » — (22209) (Gerardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato mandat, moneat urbium magistratus proceresque, ut nuncios ad sedem apostolicam mittant, quibuscum optima

1285.

consilia pro reformando regni Siciliae statu ac tollendis publicis gravaminibus explicet. III id. Febr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 3. — »Ad statum regni.«

Febr. 13 — Perusii — (22210) (Iohanni) archiepiscopo Gneznensi et eius suffraganeis ac abbatibus, prioribus *etc.* significat, se Iohanni Muscatae archidiacono Lancitiensi exactionem denarii b. Petri in Polonia et Pomerania commisisse, eosque rogat et hortatur, ut ei, si ad partes ipsas pervenerit, singulis diebus in 16 solidos Turonenses pro suis necessariis et de securo conductu provideant. Id. Febr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 94. n° 175. — »Cum dilecto filio.« *Cf.* n° 22258.

» 13 — » — (22211) Abbati et conventui monasterii s. Georgii in Nigra Silva ord. s. Ben. Constantiens. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus duntaxat exceptis, petere recipere ac tenere libere possint. Id. Febr. a° 4°. ‖ Gerbert Nig. Silva III. 207. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 13 — » — (22212) Abbati monasterii s. Pancratii Florentini mandat, ut causam inter priorem conventumque heremi Camaldulensis et rectores ecclesiarum de Frasseneta, de Monte Silvestri, de Vespro *etc.* Aretinae diocesis super decimis, terris, possessionibus *etc.* vertentem debito fine decidat. Id. Febr. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 274. n° 161. — »Conquesti sunt nobis.«

» 16 — » — (22213) G(erardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato et R(oberto) comiti Atrebatensi baiulis regni Siciliae per Romanam ecclesiam constitutis baiulatum, curam, regimen, gubernationem, administrationem, potestatem omnemque iurisdictionem et plenam in praedicto regno committit. Ordinat inter cetera, ut non solum a maioribus officialibus et iudicibus, verum etiam ab aliis inferioribus ad quemlibet baiulorum praedictorum in causis et iudiciis appelletur »quemadmodum ad regem Siciliae, qui existit pro tempore, contingeret appellari.« XIV kal. Mart. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 6; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1284 § 3. XIII. 913. — »Dum clarae memoriae.«

» 21 — » — (22214) Ubaldo et Brunecto Cardellini de Cardellinorum et Orlandino Paganelli de Paganellorum societatibus civibus et mercatoribus Lucanis testatur, eos 6000 florenorum ex pecunia decimarum pro Terra sancta apud ipsos deposita persolvisse. IX kal. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 530. n° 74. — »Cum de pecunia.«

» 21 — » — (22215) B(ernardo) episcopo Portuensi apostolicae sedis legato, qui scripserat, Urbinates velle sub ea conditione ad mandata apostolica redire, »videlicet quod alienigenae rebelles inibi receptati salvis personis et rebus abire libere permittantur,« respondet, »quod nisi ipsi sine aliquo pacto ... voluerint ad mandatum nostrum redire, ipsos in talibus aliquatenus non audias.« IX kal. Mart. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 10. — »Nuper fraternitatis tuae.«

» 25 — (») — * (22216) Confirmat electionem Iohannis de Clusan subdiaconi apostolici in episcopum Forosemproniensem. v kal. Mart. 1285. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 832.

» 27 — » — * (22217) Gherardo episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato, ut Robertus comes Atrebatensis in sumptus ordinarios ex proventibus regni permittat 1000 uncias auri tantisper, donec officio balivi fungatur, accipere, iniungit. III kal. Mart. a° 4°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1284 § 3. XIII. 914.

» 28 — » — (22218) Guardiano fratrum Minor. Castri Gualdi Nucerin. dioc. mandat, ut hominibus eiusdem castri excommunicatis pro eo, quod contra homines de Fulgineo hominibus de Perusio tunc in rebellione ecclesiae persistentibus dederant auxilium, beneficium absolutionis impendat. II kal. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 531. n° 75. — »Ex parte potestatis.«

Mart. 7 — » — (22219) (Iohanni) abbati et conventui monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. nuntiat, se inhibere, ne quis clericus vel laicus monachos, conversos, animalia et alia bona monasterii dicti praetextu cuiusdam pravae consuetudinis vadiare, invadere vel quolibet modo detinere praesumat. Non. Mart. a° 4°. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon I. 218. — »Ex parte vestra.«

» 12 — » — (22220) Potestatem, consilium et commune Aesinos hortatur, ut equis et armis muniti ad exercitum ecclesiae in Romaniola contra Urbinates accedant et (Bernardum) episcopum Portuensem apostolicae sedis legatum adiuvent. IV id. Mart. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 282. n° 441. — »Cum sicut venerabilis.«

* *In eundem modum* Fanenses, Senogallienses, Callenses, Firmanos *etc. singulis litteris.* Theiner l. c.

» 24 — » — (22221) Guardiano Minor. Castri de Bictonio Asisinat. dioc. mandat, ut Bictonienses, qui Perusinis contra homines de Fulgineo praesto fuerint, ab excommunicatione absolvat. IX kal. Apr. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 531. n° 76; Theiner l. c. n° 442. — »Ex parte potestatis.«

1281—1285.

— — (22222) Priori Praedic. et guardiano Minor. de Urbe committit, ut, a Francisco Nicolao Crescentio et Magdalena nata Nicolai Ioannis de Insula civibus Romanis iuramento recepto quod sponsalia contraxerint ignorantes consanguinitatis quarti gradus vinculum, quod matrimonium libere consummare valeant, cum ipsis dispensent. *Sine signo chronol.* ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 32. — »Exposita coram nobis.«

— — * (22223) (Waltero) abbati S. Bertini concedit, ut gratiis ab apostolica sede monasterio suo concessis uti possit, licet praedecessores usi non fuerint illis vel per simplicitatem vel iuris ignorantiam, modo tamen per rescriptionem vel alias non fuerit eis legitime derogatum. ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 762.

— — * (22224) Monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. privilegia ac immunitates confirmat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St.-Bavon II. 42.

1285.

Mart. 28 — Perusii

MORITUR. »Mortuus est de Martio circha finem 4 exeunte papa Martinus; sepultus fuit eo die Lune secundo Aprilis.« ‖ Annal. Mantuani ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 29. — »In festo resurrectionis dominus papa Martinus IV sollemniter celebravit, et sequenti quarta feria infra octavam paschae, qua die cantatus fuit introitus ad missam *Venite benedicti*, ultimum diem clausit; et Assisii in ecclesia b. Francisci sepulturam elegit.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 332. — »v kal. Apr. moritur.« ‖ Ann. S. Rudberti Salisb. ap. Pertz l. c. scr. IX. 809. — »Die Mercurii post resurrectionem dominicam (*i. e.* d. 28. Mart.) papa Martino defuncto Romanae ecclesiae Honorius IV praesidet.« ‖ Guill. de Nangiaco Chron. ap. Achery Spicil. III. 46. — »A° 1285 die annunciationis b. Mariae, qui fuit dies resurrectionis dominicae, postquam papa Martinus missam celebrasset et refectionem solitam sumpsisset cum suis capellanis, arripuit eum occulta et gravis infirmitas. ... Die vero Mercurii proxime sequenti (*i. e.* d. 28. Mart.) circa noctis horam quasi (*om. Murat.*, sextam *Pertz*) quintam .... ad Dominum ... transmigravit.« ‖ Guill. de Nang. Gesta Philippi III ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 544; *eadem verba* ‖ *in* Vita M-i ex ms. bibl. Ambros. ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 611. not.; Martini Pol. Cont. pontif. Romana ap. Pertz l. c. XXII. 481 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1285 § 12). — »In die annunciationis dominicae, quae tunc fuit dies paschae, post missarum sollemnia a se celebrata corporisque refectionem arripuit eum infirmitas, et die Mercurii proxime sequenti sanctam ut pie credimus animam Deo dedit.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 765. — »Obiit in Perusio die Mercurii infra octabam paschae, scil. v kal. April., sepultusque fuit in ecclesia cathedrali a° D[i] 1285. Fertur a quibusdam post mortem miraculis claruisse.« ‖ Vita M-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 609. — »A° 1285 papa Martinus moritur apud Perusium quarta feria infra octavas dominicae resurrectionis (*i. e.* d. 28. Mart.) et in ecclesia maiori sepelitur.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 12 ap. Muratori l. c. XI. 1190. — »v kal. Apr. obiit.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 491.

»Nuper siquidem quarto kalendas Aprilis (*i. e.* d. 29. Mart.) fel. rec. Martino papa praedecessore nostro ... per naturalis mortis occasum de nequam seculi huiusmodi angustiis liberato et ipsius corpore ... sepulto.« ‖ Honorii IV Epist. encycl. ap. Raynald. Ann. ad a. 1285 § 19; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 68; ap. Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 101. n° 136. — *Cf.* n° 22231. — »Apud Perusium iv kal. April. vitae terminum fecit sepultus ibidem primo die mensis eiusdem.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 235. — »iv kal. Apr. obiit.« ‖ Ann. de Waverleia *in* Annal. monast. II. 402.

»Obiit in Perusio kal. Aprilis in octava paschae.« ‖ Vita M-i ms. ap. Raynald. l. c. § 12.

»Post pascha (*erat* d. 25. Mart.) mortuus est.« ‖ Annal. Admunt. Contin. Vindob. ap. Pertz l. c. scr. IX. 713.

»Mense Martio moritur.« ‖ Ricobaldi Hist. imper. ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1186.

»Martinus papa Theutunicorum inimicus.« ‖ Chron. Austr. ap. Rauch Scr. rer. Austr. II. 279. — »In tanto odio habebat Theutonicos, quod ipse frequenter optabat effici ciconia sub hac forma, quod Theutonici in paludibus essent rane, ut saltem sic eos posset devorare; aut in lacu esset lucius et ipsi pisces, quod sic eos posset deglutire.« ‖ Ann. Admunt. Contin. Vindobon. ap. Pertz l. c. 712. 713. — »Domitor Forlivii.« ‖ Ricobaldus l. c.

VACATIO. »Vacavit tunc ecclesia solum 4 diebus.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. ap. Muratori l. c. XI. 1190; Pertz l. c. XXII. 481. — »Vacavit sedes solis diebus quatuor.« ‖ Iperii Chron. l. c. III. 765.

Symbolum Martini IV: **Portio mea, Domine, in terra viventium.** ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1281 § 3.

Testes subscripserunt:

Hugo (Atratus de Evesham, Anglus) presb. card. tit. S. Laurentii in lucina. 1284. Mai. 5. n° 22131.
Comes (Glusianus de Casate, Italus) presb. card. tit. SS. Marcellini et Petri. n° 22131.
Gervasius (Giancoletus de Clinchamp, Gallus) presb. card. tit. S. Martini. n° 22131.
Ancherus (Pantaleo) presb. card. tit. S. Praxedis. (*Cf.* p. 1755). n° 22131.
Gaufridus (de Barbo seu de Barbeau, Burgundus) presb. card. tit. S. Susannae. n° 22131.

Gottofridus (de Alatro) diac. card. tit. S. Georgii ad velum aureum. (*Cf.* p. 1755). n° 22131.
Iacobus (Sabellus, Romanus) diac. card. tit. S. Mariae in Cosmidin. (*Cf.* p. 1755). n° 22131. Fit papa Honorius IV.
Benedictus (Caietanus, Anagninus) diac. card. tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. n° 22131. Fit papa Bonifacius VIII.

Bulla data est per manum
magistri **Petri** (Peregrossi) **de Mediolano** S. R. E. vicecancellarii. n° 22131.

HONORIUS IV. 1285—1287.

Is antea Iacobus vocabatur, Romae summo loco natus de domo Sabellorum, quae antiquum genus erat in Urbe. En stemma:

Haimericus de Sabello
Honorius III pp. — Lucas?
Lucas, senator Urbis † 1266, uxor: Iohanna Aldobrandesca — Thomas presb. card. tit. S. Sabinae
Honorius IV pp. — Iohannes, potestas Urbevetanus † ante 1279 — Pandulfus, senator Urbis, † 1306 — Mabilia, uxor Agapiti Columnae
Lucas (filius Iohannis) — Iacobus, senator Urbis — Andrea filia (liberi Pandulfi)

Iacobus litteris annis pluribus operam dedit in Parisiensi academia, quae tunc scientiarum omnium gloria efflorescebat. Eum canonicatum et praebendam in ecclesia Cathalaunensi obtinuisse ipse testatur (*vid.* n° 22593). Emensus dein varios honorum gradus et ab Urbano IV a° 1261 in diaconum cardinalem tit. S. Mariae in Cosmidin creatus ab Hadriano V una cum episcopo Sabinensi et Iohanne Caietano S. Nicolai in carc. Tull. diac. card. Viterbium missus est, ut ineundi inter Rudolphum Romanorum et Carolum Siciliae reges foederis interpretis munere fungeretur, quamquam ob immaturam Hadriani mortem coeptis supersedit. Praeterea multis legationibus perfunctus prudentiae et probitatis opinionem apud omnes acquisivit eamque ob rem clavo Ecclesiae admovetur.

1285.

Apr. 2 — Perusii

ELIGITUR. »Nuper siquidem iv kal. Apr. Martino papa praedecessore nostro ... de nequam seculi huiusmodi angustiis liberato ..., prima die dicti mensis (*i. e.* 1. Apr.) cum fratribus nostris, de quorum numero tunc eramus, libere, nulla inclusionis coactione praeambula, ... convenimus ad tractandum de substituendi electione pastoris et ... tandem in crastinum (*i. e.* d. 2. Apr.) scrutinii via electa concorditer, factoque ac publicato scrutinio ... votorum fratrum eorundem directorum in nos eo tempore S. Mariae in Cosmedin diaconum cardinalem ... est inventa concordia, et de unanimi eorum omnium voluntate ... concors de nobis in summum pontificem electio subsecuta.« ‖

1285.

		Honorii IV Epist. encycl. ap. Raynald. Ann. ad a. 1285 § 17; ap. Theiner Vet. mon. Slavor. merid. I. 101. n° 136. — »Honorius IV natione Romanus de domo Sabellorum a° D[i] 1285 (1284 *Ecc.*) die 2. mensis Aprilis eligitur in Perusio concordia fratrum prima die, qua convenerunt ad electionem futuri summi pontificis celebrandum.« ‖ Martini Pol. Cont. pontif. Romana ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1461; ap. Pertz Mon. G. hist., scr. XXII. 482. — »Creatur Perusii a° D[i] 1285 secunda die intrantis Aprilis.« ‖ Alia cont. codicis 5. ap. Pertz l. c. 482. — »Electus fuit in papam secundo die mensis Aprilis.« ‖ Memoriale potestat. Regiens. ap. Muratori Rer. Ital. scr. VIII. 1167. — »Fuit electus in papam in Perusio 5. die a transitu praedecessoris sui . . . die lunae post octabam paschae, scil. IV non. Apr. Qui statim inde Romam veniens coronatus et consecratus fuit Romae a° D[i] 1285, seditque annis 2.« ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 611. — »Immediate post octavam paschae, scilicet secunda die intrante Aprile (Martinus IV) habuit successorem dominum Iacobum de Sabellis de civitate Romana.« ‖ Salimbene Parmens. Chron. 332.
		»A° D[i] 1285 Honorius IV in octavis paschae, alii dicunt die lunae post octavam in cathedra Petri locatur, natione Romanus de domo Sabellorum.« . . . »Statim creatus ad Urbem se transfert.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 13 ap. Muratori l. c. XI. 1191.
		»Die 28. Martii obiit papa Martinus et die 4. sequenti (*i. e.* d. 1. Apr.) Iacobus de Savello card. natione Romanus fuit electus in summum pontificem.« ‖ Iacobi Auriae Annal. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 314.
		»Die ultimo mensis Martii.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 698 (Chron. tria Parmens. 62).
		»(Martino IV) successit pp. Honorius IV ante papatum vocatus Iacobus de Sabellis, a cardinalibus in Perusio prima die mensis Aprilis, licet impotens ad hoc crederetur, est in sacerdotem promotus, et die crastina (*i. e.* d. 2. Apr.) coronatus in papam (*falso!*), missae tamen officio per eum primitus celebrato. Hic statim ut electus est coronatus est« (!). ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 765.
Apr. 3	Perusii	(22225) Magistrum Guillelmum Duranti decanum ecclesiae Carnotensis capellanum suum rectorem Romanum hortatur, ut commissum sibi rectoris officium cum omni diligentia et solicitudine exequatur. III non. Apr. »suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Vitale Senatori di Roma 196; *fragm.* ap. Mariotti Mem. istor. di Perugia I. III. 456. — »Etsi praeambulatae famae.«
„ 5	„	(22226) Populo Romano gratias agit, »quod nos ad vitam in senatorem Urbis concorditer eligentes potestatem eandem ad temporalis etiam vestri curam regiminis quantum in vobis extitit ampliastis, nobis electionem huiusmodi per vestros ambassatores et nuntios, quos laetanter et benigne facie serena recepimus, praesentando . . . . Quasi e vestigio ad Urbem ipsam venire proponimus, inibi consecrationis et benedictionis munus ac . . . . diadema summi pontificii recepturi. . . . . Nec miremini, quod bulla non exprimens nomen nostrum est appensa praesentibus, quae ante sollemnia memorata praecedunt; quia hi qui fuerunt hactenus in Romanos electi pontifices, consueverunt in bullandis litteris ante suae consecrationis et benedictionis munus modum huiusmodi observare.« Non. Apr. »suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 30; Vitale Senatori di Roma 194. — »Levantes in circuitu.«
„ 5	„	(22227) (Tuchoni) episcopo Ripensi intimat, magistrum Petrum de Mediolano S. R. E. vicecancellarium retulisse »quod ipse fel. rec. Martino papa praedecessore nostro adhuc vivente quasdam litteras recepit confectas sub eiusdem praedecessoris nomine« (*vid.* n° 21892) . . . . Verum quia, antequam litterae bullatae fuissent huiusmodi, praedecessor diem clausit extremum, idem vicecancellarius illas nobis . . . . ad apicem summi apostolatus assumptis attentius legere procuravit. Nos itaque . . . . . quod idem praedecessor inchoavit in hac parte favorabiliter prosequentes« . . . . mandat ei, ut praemissa iuxta praescriptam formam exequatur. Non. Apr. »suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 533. n° 1; Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 380. n° 65. — »Dilectus filius magister.«
„ 12	„	(22228) Abbati monasterii s. Mariae de Tuta insula Nidros. dioc. Cisterc. et priori Praedicatorum Nidrosiensi ac guardiano Minorum ord. Bergensi scribit, magistrum Petrum S. R. E. vicecancellarium retulisse »quod ipse f. rec. Martino pp. . . adhuc vivente quasdam litteras recepit confectas sub eiusdem praedecessoris nomine« (*vid.* n° 22205). »Verum quia . . .« (*ut in* n° 22227), mandat eis, ut praemissa iuxta praescriptam formam exequantur. II id. Apr. »suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Sbaralea l. c. 534. n° 2; Unger og Huitfeldt Dipl. Norveg. VIII. I. 22. n° 13. — »Dilectus filius magister.«
„ 17	„	(22229) Magistro Iohanni de Stanford decano ecclesiae Dublinensis concedit, ut, licet defectum natalium patiatur, decanatum, thesaurariam et ecclesias de Yochel, de Kavenedisse et de Loitheburche licite retinere, ministrare in susceptis ordinibus et ad maiores promoveri possit. XV kal. Mai. »suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Theiner Mon. Hibern. 129. n° 286. — »Petitio tua nobis.«
„ 20	„	(22230) (Eduardo) regi Angliae respondet ad ea, quae per magistrum Walterum canonicum Wellensem et Heliam de Hauvilla nuntios suos super collecta Terrae sanctae decima

1285.

		sibi in regnis Angliae et Scotiae, Hybernia et Wallia concessa et aliis dictae terrae subsidiis sedi apostolicae exposuit. XII kal. Mai. »suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Rymer Foed. I. II. 239; Theiner l. c. 130. n° 287. — »Accedentes ad apostolicam.«
Apr. 25	Perusii	(22231) Eidem intimat »quod fel. rec. Martino pp. IV praedecessore nostro . . . IV kal. praesentis mensis Aprilis de hac luce subtracto, demum . . . . IV non. eiusdem mensis nos, tunc S. Mariae in Cosmidin diaconus card., fuimus de fratrum nostrorum electione concordi ad apostolatus officium evocati.« Rogat eum, fundat sedulas altissimi filio preces, ut »debilitatem nostram suae potentiae virtute communiat« *etc.* VII kal. Mai. »suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Rymer l. c. 240. — »Sincerae caritatis affectus.«
Mai. 18	Romae ap. S. Petrum	Episcopo S. Andreae in Scotia: »XV kal. Iun. pontificatus nostri a° 1°«. ‖ Theiner l. c. 131. n° 288, *vid.* 1285. Iun. 17. n° 22249.
„ 20	„	CONSECRATUR ET CORONATUR. »Consecratus in festo s. Trinitatis.« ‖ Ann. de Oseneia *in* Annal. monast. IV. 304. — »Die (*supple* 19.) mensis Maii, licet impotens ad id crederetur et penitus inhabilis famose diceretur, in sacerdotem est per domnum Latinum Ostiensem episcopum card. promotus ap. S. Petrum et ibidem die crastina dominica (Mai. 20) coronatus per eum, in altari S. Petri primitus divino misse officio celebrato.« ‖ Martini Pol. Cont. pontif. Romana ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1461; ap. Pertz Mon. Germ. hist. XXII. 482.
„ 25	„	(22232) Universis Christifidelibus notum facit, se d. 2. April. in summum pontificem de unanimi cardinalium voluntate electum esse, eosque exhortatur, ut pro ipso devotas et sedulas preces ad Dominum fundant. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 17—22; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 67. n° 1. — »Quis loquetur potentias.«
„ 25	„	(22233) (Michaeli) archiepiscopo Antibarensi eiusque suffraganeis ac abbatibus, prioribus . . . et aliis ecclesiarum praelatis per Sclavoniae provinciam constitutis suam ad summum apostolatum promotionem notam facit. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 101. n° 136. — »Quis loquetur potentias.«
„ 27	„	(22234) R(ambottum) archidiaconum ecclesiae Camerinensis post obitum Guidonis episcopi eidem ecclesiae praeficit in episcopum. VI kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 536. n° 3; Turchius De eccles. Camerin. pontificibus, app. 95. n° 62; *cf.* 227; Ughelli Ital. sacra I. 560. — »Dudum Camerinensi ecclesia.«
„ 28	„	(22235) Priori Praedicatorum ac ministro Minorum ord. Lombardiae et Ianuensis provinciarum discussionem causae inter quosdam episcopos Insubriae et fratres ord. Humiliatorum a Martino IV pp. commissam (*vid.* n° 22197) committit prosequendam. V kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 537. n° 4. — »Exhibita nobis dilectorum.«
„ 30	„	(22236) Edwardo regi Angliae nunciat, se electionem magistri Iohannis de Sanfordia, Dublinensis ecclesiae s. Patritii tunc decani, canonice celebratam confirmasse et dictum electum ecclesiae Dublinensi praefecisse in archiepiscopum. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Wilkins Concil. II. 120; Rymer Foed. I. II. 241. — »Dudum ecclesia Dublinensis.«
„ 30	„	(22237) Iohannem de Saunfordia decanum ecclesiae s. Patricii Dublinensis, quem s. Trinitatis et s. Patricii Dublinensium ecclesiarum capitula concorditer elegerant in archiepiscopum Dublinensem, in hac dignitate confirmat. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 132. n° 289. — »Dudum ecclesia Dublinensis.«
		• *In eundem modum* Decano et capitulo ecclesiae s. Patricii Dublinensis — Priori et conventui ecclesiae s. Trinitatis Dublin. — Clero et populo civitatis et diocesis Dublinensis — Universis ecclesiae Dublinensis vassallis.
„ 30	„	(22238) S. Trinitatis et s. Patricii ecclesiarum Dublinensium capitulis ius eligendi archiepiscopum Dublinensem iuxta ordinationem Nicolai pp. III (d. d. 1279. Mart. 7, *vid.* n° 21542) confirmat. III kal. Iun. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 290. — »Cum sicut asseritis.«
Iun. 1	„	(22239) (Ranulfo) episcopo Parisiensi mandat, ut, cum Aegidius Romanus de ordine eremit. s. Aug., olim Parisiis vacans studio, obtulerit se paratum ad revocandum quae dixerit vel scripserit, magistro Nicolao Parisiensi cancellario et omnibus aliis magistris theologicae facultatis Parisiis commorantibus ad hoc specialiter convocatis, ab eo specialiter praepositiones quas Stephanus Parisiensis episcopus praedecessor iam damnaverit, palam et publice revocari faciat et circa licentiam et expeditionem ipsius provideat. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Oldoinus Vitae pontif. Roman. II. 334; Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 76; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 472; d'Argentré Collect. iudic. I a. 235. — »Licet dilectus filius.«
„ 7	„	(22240) Episcopo Trecorensi mandat, ut domum, quam fratres ordinis Poenitentiae Iesu Christi iuxta muros villae Guengampi Trecorens. dioc. habebant, postquam praefati fratres dimiserint, omnino cum pertinentiis priori ordinis Praedicatorum in Francia vendat. VII id. Iun. a° 1°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 273. — »In ordine fratrum.«
„ 9	(-)	• (22241) Thomam Pistoriensem episcopum confirmat. V id. Iun. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 304 ex reg. Vatic. 261.

1285.

Iun. 11	Romae ap. S. Petrum	(22242) Iohanni Dublinensi electo concedit facultatem recipiendi rite statutis temporibus superiores ordines a quocumque maluerit catholico episcopo Angliae vel Yberniae. III id. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 133. n° 291. — »Devotionis tue supplicationibus.«
» 11	»	(22243) Lechlinensi et Fernensi episcopis mandat, ut alter eorum Iohanni Dublinensi electo, postquam superiores ordines receperit, in ecclesia Dublinensi munus consecrationis impendat. III id. Iun. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 292. — »Cum nos dilecti.«
» 12	»	(22244) Eisdem mandat, ut eidem electo, postquam praedictos ordines ac consecrationis munus receperit, pallium liberaliter assignent. II id. Iun. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 293. — »Dilecti filii Iohannis.«
» 13	»	(22245) Cartusiae et aliis prioribus et fratribus universis Cartus. ord. indulget, ut de possessionibus, quas propriis manibus vel sumptibus infra suos terminos colunt, nullis decimas solvere teneantur. Id. Iun. a° 1°. ‖ Tromby Storia VI. app. 12. n° 11. — »Speciali gratia et.«
» 13	»	(22246) Iohanni Dublinensi electo concedit facultatem concedendi tabellionatus officium duabus dumtaxat personis ydoneis. Id. Iun. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 294. — »Tua nobis devotio.«
» 13	»	(22247) Rollando de Ferentino capellano suo ducatus Spoletani rectori mandat, ut homines castrorum Cassiae et Vissi, si Perusinis in bello contra Fulginates nullum praestiterint auxilium, ab excommunicatione absolvat. Id. Iun. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 285. n° 444. — »Ex parte universitatum.«
» 13	»	(22248) Aegidio archiepiscopo et capitulo Senonensibus, quibus b. m. Guillelmus archiepiscopus Senonensis quasdam decimas, quas redemerat a manibus laicorum, pro anniversario suo concesserat, hanc concessionem confirmat. Id. Iun. a° 1°. ‖ Quantin Recueil 382. n° 730. — »Cum a nobis.«
» 17	»	(22249) Episcopo S. Andreae in Scotia mandat, ut priori et conventui fratrum domus de Veranyco ord. Praed., cum eorum domus a villa praedicti loci et ab habitatione hominum valde remota sit, vendat locum quem fratres ordinis Poenitentiae Ihesu Christi infra supradictam habuerunt villam. XV kal. (Iun., *sed legendum est*) Iul. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 131. n° 288. — »Ex parte dilectorum.«
» 22	(Romae) ap. S. Petrum	(22250) Magistro Guillelmo Durandi decano ecclesiae Carnotensis rectori Romaniolae mandat, ut si expedire viderit, Conrado, Bandino .... et Manfredo Guidonis Novelli, virorum nobilium comitum filiis, arcem Mucillam custodiendam tradat. X kal. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 285. n° 445. — »Dilecti filii nobiles.«
Iul. 4	?	* (22251) Petro Capoccio episcopo Anconitano mandat, ut bona monasterii ss. Andreae et Sylvestri civitatis Castellanae defendat. IV non. Iul. a° 1285. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 335 ex reg. Vatic. a^{i} 1^{i} ep. 6. fol. 123.
» 5	Palumbariae	(22252) Regem Scotiae rogat et hortatur, ut camerae apostolicae mercatoribus se propitium exhibens revocet, quidquid super arrestatione et asportatione decimae collectae pro Terrae sanctae subsidio officiales regii contra mercatores, quibus dicta decima erat assignata, praesumptum sit. III non. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 133. n° 295. — »Dilecti filii Maynettus.«
» 10	Tibure	(22253) Praeposito ecclesiae Curiensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii Disertinensis ord. s. Ben. Curiens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. VI id. Iul. a° 1°. ‖ Mohr Cod. dipl. II. 40. n° 33; *cf.* Eichhorn Episc. Curiens. 233; Mohr Regest. von Disentis 13. n° 73. — »Ad audientiam nostram.«
» 10	»	(22254) Priori et fratribus Eremi s. Guillelmi ord. s. Guillelmi Grossetan. dioc., quibus R(ogerius) episcopus et capitulum Massani monasterium s. Quirici de Populonia ord. s. Ben. Massan. dioc. pro eiusdem reformatione concesserant, hanc concessionem confirmat. VI id. Iul. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 717. — »Iusta desideria vestra.«
» 11	»	(22255) (Edwardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut Thomasium Spillati et Lapum Hugonis de Florentia apostolicae camerae mercatores eorumque socios in Anglia commorantes ipsorumque negotia habeat commendatos. V id. Iul. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 5. — »Grandis fiducia quam.«
» 11	»	(22256) Universos duces per Poloniam et Pomeraniam constitutos requirit et rogat, ut Iohanni Muscatae archidiacono Lancitiensi in ecclesia Gneznensi, cui denarium b. Petri, censum aliaque iura omnia apostolicae sedi debita in partibus Poloniae et Pomeraniae commiserit exigenda, super his impendant favorem. V id. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 95. n° 176. — »Credimus quod geratis.« *Cf.* n° 22198.
		* *In eundem modum* (Henricum) ducem Slezіae et dominum Wratislaviae — Ducem Cracoviae.
» 11	»	(22257) Duces de Opol Wratislav. et Cracoviens. dioec. rogat et hortatur, faciant ut Theotonici et alii, qui se ad incolatum terrarum ducatuum transtulerint, sed denarium b.

1285.

		Petri ecclesiae Romanae solvere indebite contradicant, Iohanni Muscatae archidiacono Lancitiensi in ecclesia Gneznensi, cui exactio memorati denarii *etc.* in Polonia et Pomerania commissa sit, pro praesenti et praeteritis annis a tempore, quo non solutus existat, integraliter persolvant. V id. Iul. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 95. n° 177. — »Honorem vestrum decere.« *Cf.* n° 22201.
Iul. 11	Tibure	(22258) (Iohanni) archiepiscopo Gneznensi et eius suffraganeis ac abbatibus, prioribus *etc.*, ad quos litterae istae pervenerint, significat, se Iohanni Muscatae archidiacono Lancitiensi exactionem denarii b. Petri in Polonia et Pomerania commisisse, eosque rogat et hortatur, ut isti, si ad partes ipsas pervenerit, singulis diebus in 16 solidos Turonenses pro suis necessariis et de securo conductu provideant. V id. Iul. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 95. n° 178. — »Cum dilecto filio.« *Cf.* n° 22210.
» 13	»	(22259) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. III id. Iul. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 68. n° 71. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(22260) Guardiano fratrum Minorum Castri Spelli Spoletan. dioc. mandat, ut incolas eiusdem castri pro eo excommunicatos, quod olim contra homines de Fulgineo hominibus de Perusio tunc rebellibus auxilium dederant, ad ecclesiae mandatum reversos absolvat. Id. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 538. n° 5. — »Ex parte potestatis.«
» 15	»	(22261) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Pisanis mandat, ut, si electionem Raynerii Thomasi de Yndia in rectorem hospitalis novi Misericordiae s. Spiritus Pisani ord. s. Aug. de persona idonea canonice celebratam invenerint, eandem confirment. Id. Iul. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 538. n° 6. — »Sua nobis dilecti.«
» 15	»	* (22262) Le pape mande au doyen et à maître Brice chanoine de Saint-Donat à Bruges, qu'à la prière d'Isabelle comtesse de Flandre il a octroyé à cette dernière d'avoir toujours à son service deux clercs, qui pourront, l'un pendant 5 ans, l'autre pendant 3 ans, percevoir tous les produits de leur bénéfice. Id. Iul. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 116. n° 381.
		* *In eundem modum* A la comtesse de Flandre.
» 15	»	* (22263) Le même mande à Guy comte de Flandre qu'il permet à l'abbé de Citeaux d'accorder la permission de manger de la viande au moine ou frère convers dudit ordre qui est attaché au service du dudit comte pour distribuer chaque jour aux pauvres les aumônes et les secours. Id. Iul. a° 1°. ‖ Saint Genois l. c. n° 382.
» 18	»	(22264) Regem Scotiae rogat et hortatur, ne permittat ut Rossensis et Moraviensis episcopi ab officialibus regiis molestentur, et ut ecclesias et personas ecclesiasticas benigne prosequens iura et bona illorum regii favoris praesidio tueatur. XV kal. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 134. n° 296; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1285 § 81. — »Inter cetera desideria.«
» 18	»	(22265) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Traiectensibus committit, concedant Gerardo de Velsen et Hildegundi uxori eius ad cautelam, ut in contracto matrimonio possint licite remanere. XV kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 539. n° 7. — »Sicut ex parte.«
» 19	»	(22266) Episcopo Tiburtino mandat, ut ordini Praedic. ecclesiam s. Blasii in civitate Tiburtina cum iuribus et pertinentiis conferat ac duobus ipsius ecclesiae clericis de canonicatibus et praebendis in s. Petri et Pauli praefatae civitatis ecclesiis provideat. XIV kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 6. — »Considerantes attentius fructus.«
» 21	»	(22267) Populo civitatis et diocesis Calliensis significat, se electionem de Guilelmo Calliensis ecclesiae canonico in episcopum Calliensem canonice celebratam confirmasse. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 818.
» 21	(»)	* (22268) Paperonum ord. Praed. ex Fulginate episcopo ad Spoletanam ecclesiam transfert. XII kal. Aug. 1285. ‖ Ughelli l. c. I. 1263.
» 21	(»)	* (22269) Bernardum electum Fulginatem episcopum confirmat. XII kal. Aug. 1285. ‖ Ughelli l. c. I. 700.
» 21	»	* (22270) Le pape mande aux abbés de Saint-Denis de France et de Saint-Lucien de Beauvais qu'il a accordé au roi de France comme augmentation de subside pour les affaires d'Arragon de pouvoir recueillir entièrement sa part des legs, sans en devoir rien défalquer pour la dîme affectée en faveur de l'église sur ces legs. Il charge les abbés susmentionnés de la mise à exécution de ce privilége. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 117. n° 385.
» 23	»	(22271) Potestatem, consilium et commune Auximanorum rogat et hortatur, ut moleste ferentes enormes iniurias et excessus, quos iniquitatis filii Mercennarius, Raynaldus et Guillelmus Simonetti fratres de Aesio contra ecclesiam commiserunt, magistro Giffredo de Anagnia notario apostolico marchiae Anconitanae rectori, cum ab eo fuerint requisiti,

1285.

		contra illos civitatem Aesinam temere detinentes assistant. x kal. Aug. aº 1º. ‖ Zachariae Excursus liter. per Italiam (Venetiis 1754. 4º) 267. — »Quanto maioris devotionis.«
Iul. 23	Tibure	(22272) Abbatissae et conventui monasterii de Blankenouwe ord. s. Ben. indulget, ut bona mobilia et immobilia feudalibus exceptis a personis liberis in earum claustro professionem facientibus recipere et retinere libere valeant. x kal. Aug. aº 1º. ‖ Schannat Dioces. Fuldens. 293. nº 86. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 23	»	(22273) Magistro et fratibus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. x kal. Aug. aº 1º. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 264; Strehlke Tab. 424. nº 661. — »Solet annuere sedes.«
» 28	»	(22274) (Eduardo) regi Angliae terminum assumendi vivificae signum crucis usque ad festum pentecostes secundo venturum prorogat. v kal. Aug. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 80; Rymer Foed. I. III. 5. — »Licet nuper excellentiae.«
» 29	(»)	* (22275) Luitardum priorem S. Mariae de Castello Cornetan. dioc. eligit in episcopum Nepesinum. IV kal. Aug. 1285. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1029.
Aug. 1	»	(22276) (Rodulfo) regi Romanorum scribit, se eius litteras per magistrum Henricum protonotarium regium solita benignitate recepisse, ei ob egregiam erga ecclesiam et haeredes cl. mem. Caroli regis Siciliae voluntatem gratias agit eumque monet, ne gravius ferat, nonnullas decimas in Leodiensi, Metensi, Virdunensi et Basiliensi ecclesiis concessas esse (Philippo) regi Francorum, cum ille pro tuenda ecclesiae causa contra Petrum quondam regem Aragonum expeditionem susceperit. Kal. Aug. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 23. — »Regiae celsitudinis litteras.«
» 5	»	(22277) (Eduardo) regi Angliae pro iocalibus sibi missis gratias agit. Non. Aug. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. III. 5. — »Missa nobis a.«
» 5	»	(22278) Episcopo Castellano mandat, ut interdictum civitatis Venetiarum relaxet atque ducem, consilium et commune eiusdem diligenter moneat, ut in devotione ecclesiae Romanae stabiliter perseverent, ipsam specialiter in eiusdem ecclesiae et Siciliae regni negotiis efficaciter ostensuri. Non. Aug. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 64. — »Accedentes ad apostolicam.«
» 6	(»)	* (22279) Fidemundum canonicum a capitulo postulatum ecclesiae Nucerinae in episcopum praeficit. VIII id. Aug. 1285. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1068.
» 13	»	(22280) Decano ecclesiae Bremensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii monialium b. Mariae in Borstello Cisterc. ord. Osnabrugens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Aug. aº 1º. ‖ Sudendorf Beiträge 80. nº 31. — »Ad audientiam nostram.«
» 21	»	* (22281) Le pape écrit au prieur des frères Prêcheurs de Valenciennes et au gardien des frères Mineurs de Cambrai, que l'abbé et les moines de Saint-Corneille de Yda de l'ordre de s. Benoît dioc. de Cologne lui ont exposé, qu'étant gravés de dettes énormes ils ont pris le parti de vendre à Guy comte de Flandre les lieux Renaix [Rothnacum], Hoorebeke-Saint-Corneille [Herembeke], Bracle, Acrenne [Acrinie] *etc.* Le pape ajoute, que le couvent de Yda se sont adressés à lui pour obtenir sa ratification. Il ordonne aux prieur et gardien d'examiner si cette cession est utile à ce monastère. XII kal. Sept. aº 1º. ‖ Saint Genois Inventaire 118. 388.
» 27	»	(22282) Abbati monasterii s. Praxedis et magistro Alberto canonico basilicae Principis apostolorum mandat, permittant, ut quarundam possessionum ad monasterium s. Pauli de Urbe et monasterium de Palassolis Albanens. dioc. pertinentium et in s. Proculi et Cerqueti casalibus existentium commutatio fiat, modo hanc postulet utriusque coenobii commodum. VI kal. Sept. aº 1º. ‖ Bullar. Vatic. I. 205. — »Exposuerunt nobis dilecti.«
Sept. 3	»	(22283) Archiepiscopo Beneventano et episcopo Troiano mandat, citent Iacobum episcopum Nuscanum, qui episcopatum Nuscanum de facto receperat contra ord. Minor. privilegia, ut infra mensem unum cum omnibus actis, iuribus *etc.* causam ipsam contingentibus personaliter coram papa compareat. III non. Sept. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 536; Wadding Ann. Minor. V. 489. nº 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 540. nº 8. — »Significarunt nobis dilecti.«
» 4	in palatio episcopali ecclesiae Tiburtinae	(22284) Ad temperandum censurae rigorem in Viterbienses ob Matthaeum et Iordanum Ursinos cardinales post Nicolai III obitum e conclavi in vincula abreptos latae decernit et praecipit, ut »per ipsum commune tantum de muris civitatis Viterbiensis ac ipsorum murorum turribus per circuitum dicti communis sumptibus diruatur, quod de muris et turribus ipsis duo dumtaxat senatus urbis palatia remaneant super terram« *etc.* Porro commune Viterbiense iurisdictione omnimoda privat, rectoriam seu potestariam civitatis eiusdem sibi et Romanae ecclesiae retinens exercendam. II non. Sept. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 70, *non integra.*
» 4	»	(22285) Sententiam super discordia inter nobiles viros Ursum de Filiis Ursi et Petrum de Vico quibusdam de castris exorta promulgat. II non. Sept. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar.

1285.

		Francisc. III. 543. nº 10; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 292. nº 454. — »Dudum inter nobiles.«
Sept. 4	in palatio episcopali ecclesiae Tiburtinae	(22286) Composito inter Viterbienses et Ursum de Filiis Ursi de Urbe dissidio vertente super Castris Valerani, Cornentae Novae et Veteris, Roccae altiae, Corviani et Fractae *etc.* relaxatisque censuris ecclesiasticis in Viterbienses ob eam rem latis notum facit, se eorum absolutionem fratri Angelo de Reate ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in Romana provincia committere. II non. Sept. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 541. nº 9. — »Beneplacitum est Domino.«
» 13	Tibure	(22287) Magistro et fratribus ord. Praedic. indulget, ut tempore ecclesiastici interdicti sua confiteri peccata et ab ipsis absolvi ac simul legere divinum officium, missas celebrare ianuis clausis, non pulsatis campanis, voce submissa, excommunicatis et interdictis ac omnibus personis, quae non sint de ordine Praedicatorum, exclusis *etc.* possint. Id. Sept. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 6. — »Meritis vestrę religionis.«
» 13	»	* (22288) Bulla data ad Nicolaum de Lipe archiepiscopum (?) Salisburgensem in causa beneficii ad monasterium Goess in Styria pertinentis. Id. Sept. aº 1º. ‖ Tabulae codd. mss. in bibl. Vindobon. II. 41. nº 2238. 6.
» 14	»	(22289) Ad tollendum de Siciliae regno gravamina, quae inibi quondam Fredericus olim Romanorum imperator tunc Siciliae rex induxit, provisionem generalem edit nullum incolam regni a sui participio excludentem et sibi reservat expresse liberam potestatem reddendi universitates et singulares personas regni eiusdem, quae a fidelitate cl. m. Caroli regis Siciliae vel haeredum suorum recesserunt, nisi celeriter ad ecclesiae mandata redierint, ab eiusdem provisionis beneficio penitus alienas. XVIII kal. Oct. aº 1º. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 92. — »Ad tollendum de.«
» 17	»	(22290) Statuit, ut constitutiones quas Carolus cl. mem. Caroli regis Siciliae primogenitus, tunc princeps Salernitanus et eiusdem regis in regno Siciliae vicarius generalis pro bono statu ecclesiarum regni praedicti et ad conservationem iurium earundem, licet sub alio forsan verborum schemate, edidit de persolvendis decimis, de clericis non trahendis ad forum saeculare, de praelatorum electionibus liberis *etc.*, firmitatis perpetuae robur obtineant et perpetuis temporibus inviolabiliter observentur. XV kal. Oct. domin. incarn. aº 1285. pont. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1283 § 43–45; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 80. nº 3; *cf.* Gattola Ad histor. Cassinens. access. 719. — »Dilectus filius nobilis.«
» 17	»	(22291) Provisionem sive ordinationem pro bono statu regni Siciliae edit. XV kal. Oct. indict. XIV. incarn. dom. aº 1285. pont. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. ad a. 1285 § 29–51; Gattola l. c. 720; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 1023. nº 60; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 70. nº 2. — »Iustitia et pax.«
» 17	—	(22292) Archiepiscopo Toletano mandat, ut de molestiis ab episcopo Zamorensi fratribus ord. Praedic. et sororibus monasterii s. Mariae Zamorensis quae regulam b. Aug. et ord. Praedic. et habitum susceperunt, exhibitis quaestionem instituat et constitutiones ord. Praedic. et habitum susceperunt, exhibitis quaestionem instituat et episcopum ipsum citet, ut infra 4 menses post citationem personaliter coram apostolico conspectu compareat. »Viterbii« XV kal. Oct. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 7. — »Moleste ferimus quascunque.«
» 22	Tibure	(22293) G(erardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato et R(oberto) comiti Atrebatensi baiulo regni Siciliae per Romanam ecclesiam constituto mandat, ut provisionem generalem seu ordinationem a se d. 17. Sept. 1285 (*vid.* nº 22291) necnon et praedictas alias litteras super reservatione conceptas in Neapolitana et aliis civitatibus solemniter publicent. x kal. Oct. aº 1º. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 93; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 53; *aliud fragm. sine nota chronol. ibid. ad* a. 1282 § 11. — »Quam gravis, quam.«
» 22	»	(22294) Priorissae et conventui sororum inclusarum monasterii s. Mariae in Insula Danubii ord. s. Aug. secundum instituta et sub cura fratrum ord. Praedic. viventibus Vesprimiens. dioc. indulget, ut iuxta ordinationem archiepiscopi Strigoniensis tertiam partem proventuum ecclesiae s. Mariae in Monte Budensi, cuius ius patronatus cl. mem. Bela rex Ungariae eis concesserat, perpetuo recipiant ac libere teneant. x kal. Oct. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 353. nº 572; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 278. — »Petitio vestra nobis.«
» 24	»	(22295) Herminiae abbatissae monasterii s. Silvestri in Capite de Urbe eiusque sororibus significat, se Hieronymo Praenestino episcopo ad suam diocesim »ubi tunc temporis in Monte Praenestino habitabatis et adhuc habitare dicimini,« personaliter accedenti commisisse, ut eis regulam ordini Sororum Minorum inclusarum concessam assignaret, ac processum ipsum episcopi confirmasse. Praeterea eis monasterium s. Silvestri in Capite de Urbe hactenus ord. s. Ben., vacans per translationem monachorum ad coenobium s. Laurentii foris muros Urbis, cum domibus, hortis *etc.* concedit. VIII kal. Oct. indict. XIV. incarn. dom. aº 1285. pont. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 490. nº 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 544. nº 11; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 83. — »Ascendit fumus aromatum.«

1285.

Sept. 25	Tibure	(22296) Abbatissae et conventui monasterii de Felines Cisterc. ord. Attrebatens. dioc. omnes libertates, immunitates *etc.* confirmat. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 272. n° 252. — »Cum a nobis.«
» 30	»	(22297) Guardiano ord. Minor. et officiali Turonensibus mandat, ut cum magistro Petro dicto de Blesis canonico Turonensi super irregularitate in interdicto contracta dispensent. ii kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 546. n° 12. — »Significavit nobis magister.«
» 30	»	(22298) Archiepiscopo Thebano, priori Praedic. et ministro Minor. ord. provincialibus in provincia Graeciae mandat, ut, si expedire viderint, Nicolaum Lacedaemonensem episcopum a capitulo ecclesiae Olenensis postulatum praefatae ecclesiae praeficiant in episcopum. ii kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 547. n° 13. — »Vacante dudum Olenensi.«
Oct. 1	»	(22299) Magistro et fratribus ord. Praedic. concedit facultatem immutandi divinum officium, quod frater Humbertus tunc magister eiusdem ordinis prudenter ordinaverat, addendo scilicet vel subtrahendo, prout per tria capitula generalia fuerit ordinatum, dummodo libri ordinati et compositi super praedicto officio non mutentur nec etiam destruantur. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 8. — »Meritis vestrę religionis.«
» 1	»	(22300) Priorissae et conventui monasterii (b. Mariae) de Insula ord. s. Aug. secundum instituta et sub cura fratrum ord. Praedic. viventibus omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 8; Miraeus Opp. dipl. III. 133. n° 5. — »Cum a nobis.«
» 3	»	(22301) Adinulfo Mathiae civi Anagnino eiusque cognatis restituit bona et castra, quae propter rebellionem contra sedem apostolicam perdiderant. v non. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 285. n° 446. — »Constitutus in nostra.«
» 3	»	• (22301 a) Aegidium ex archidiacono Spoletano eligit in Urbinatem episcopum. v non. Oct. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 786.
(ante Oct. 5)	?	(22302) P(hilippo) regi Franciae conqueritur, quod burgenses villae Parisiensis scholis inferunt multa mala nec sufficit eis, »quod onerant scholares necessariorum cara venditione et hospitiorum gravissima pensione, sed apponunt iniquitatem iniquitati, in personis laedentes eos et nocte vel vi vel clam hostia eorum aperiunt et verberatis eis auferunt universa«. Consulit ei, »ut attendas, quod progenitores tui semper erant viri christiani, quod etiam quilibet rex Franciae speciali nomine CATHOLICVS appellatur, et studium per quod consistit fides catholica non permittas a tuis hominibus impediri, sed in manu potenti compescas eos, praecipiens ipsis ut cessent a scolarum laesione.« ‖ *Sine nota chronol.* Schannat Vindem. I. 210. — »De turbatione studii.«
» 7	Tibure	(22303) (Philippo) episcopo Viterbiensi facultatem concedit condendi testamentum *etc.* Non. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 548. n° 14. — »Quia praesentis vitae.«
» 8	»	(22304) Margaritae filiae Guidonis comitis Flandriae, relictae quondam Alexandri primogeniti ... regis Scotiae dotalitium — *i. e.* 300 marcas sterlingorum de proventibus villae de Bervich in Scotia et 200 marcas sterl. de manerio de Linlithen S. Andreae dioc. — ei propter nuptias ab Alexandro rege concessum confirmat. viii id. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 134. n° 297. — »Petitio tua nobis.«
» 8	»	• (22305) Priori fratrum Praedicatorum Valencenis et guardiano fratrum Minorum apud Cameracum significat, quanta debeat esse et quomodo attestetur nobilitas mulieris, quae canonicatum in ecclesia Andenensi Leodiens. dioc. susceptura sit. viii id. Oct. a° 1°. ‖ Ménestrier Blason de la noblesse 50.
» 9	»	(22306) Herminiae abbatissae et conventui monasterii s. Silvestri de Urbe transmittit regulam sororum Minorum inclusarum ab Alexandro IV editam, ab Urbano IV correctam et approbatam. vii id. Oct. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 492. n° 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 548. n° 15. — »In mandatorum suorum.«
» 18	Romae ap. S. Sabinam	(22307) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in administratione Tusciae deputatis inquisitionis in Sardiniae insula negotium committit. xv kal. Nov. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 142; Sbaralea l. c. 549. n° 16. — »Ad extirpandam ubilibet.«
» 25	»	(22308) Abbati monasterii s. Crucis de Edinburch S. Andreae dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Scona ord. s. Aug. eiusdem dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. viii kal. Nov. a° 1°. ‖ Liber ecclesie de Scona 86. n° 121. — »Ad audientiam nostram.«
Nov. 1	»	(22309) Thesaurario ecclesiae de Futhwinch mandat, ut Rudolphum et Eberhardum dictos Hervich laicos Augustens. dioc. usurarios in monasterium s. Martini in Theggingen grassantes per censuram ecclesiasticam compellat. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Pez Thes. anecd. VI. (Cod. dipl. II.) 149. n° 244. — »Conquesti sunt nobis.«
» 1	»	(22310) Episcopo Arusiensi mandat, ut Huguitioni plebano plebis de Castellione Aretinae dioc. capellano suo totam pecuniam ex decima collectam assignet. Kal. Nov. a° 1°. ‖

1285.

		Celse Appar. 92. n° 4; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 158; *epit.* ap. Lagerbring Svea Rikes Hist. II. 734. — »Intellecto dudum felicis.«
Nov. 1	Romae ap. S. Sabinam	(22311) Huguitioni plebano plebis de Castellione .... collectori decimae in regno Norweye Terrae sanctae deputatae mandat, ut pecuniam de decima et obventionibus collectam eique per episcopum Arusiensem assignatam Bindo Isquartiae de Thomasii Spilati et Lapi Ugonis Spinae ... et Forensi Iohannis Alfani de Alfanorum societatibus civibus et mercatoribus Florentinis tradat. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Munch l. c. 158. — »Cum venerabili fratri.«
» 1	»	(22312) Eidem mandat, ut Açulino Salui de Thomasii Spilati et Lapi Ugonis Spinae ... et Iohanni Gualterotti de Alfanorum societatibus civibus et mercatoribus Florentinis totam pecuniam de decima, legatis, redemptionibus votorum, obventionibus et aliis concessis collectam assignet, aequis inter societates easdem portionibus dividendam. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. i. 43. n° 47; Munch l. c. 158. — »Cum te ad.«
» 1	»	(22313) (Magno) regi Suetiae Huguitionem plebanum plebis de Castellione *etc.* collectorem decimae in regno Suetiae commendat. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Suhm Hist. af Danmark X. 1026; Munch l. c. 159; Liljegren Svenskt dipl. I. 678. n° 819; *cf.* Celse Appar. 92. n° 2. — »Quanto maiori affectu (»effectu« *Liljeg.*).
» 1	»	(22314) Universos archiepiscopos, episcopos *etc.* necnon et nobiles viros, duces, marchiones *etc.*, consilia civitatum, castrorum et aliorum locorum, ad quos litterae istae pervenerint, hortatur, ut Huguitioni plebano plebis de Castellione latori praesentium ad regnum Norweyae causa colligendi decimam pro se et familia et bonis suis de securo conductu in eundo morando et redeundo provideant. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. i. 44. n° 48; Munch l. c. 159. — »Cum dilectum filium.«
» 1	»	(22315) Archiepiscopis et episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis regni Suetiae Huguitionem plebanum *etc.* pro negotio decimae Terrae sanctae destinatae missum commendat. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Munch l. c. 160. — »Credentes firmiter quod.«
» 1	»	(22316) Huguicioni plebano plebis de Castellione *etc.* significat, se in ministerio collectionis decimae in regno Norwegiae Terrae sanctae deputatae eum (Iohanni) Nidrosiensi archiepiscopo sublato de medio subrogare, ipsique mandat, ut in negotio illo iuxta tenorem literarum apostolicarum eidem archiepiscopo directarum diligentia exacta procedat. Kal. Nov. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. i. 67. n° 75; Munch l. c. 156. — »Gerentes cordi negotium.«
» 2	»	(22317) Generali et provinciae Romanae ministris ord. Minor. mandat, ut monialibus monasterii s. Silvestri in Capite de Urbe ord. sororum Minorum inclusarum aliquot fratres ad divina celebranda officia *etc.* concedant. iv non. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 493. n° 4; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 549. n° 17. — »Nuper dilectae in.«
» 4	»	(22318) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Pisanis mandat, ut super electione Iohannis de Agnello in rectorem hospitalis novi Misericordiae s. Spiritus Pisani »quod papae Alexandri dicitur« ord. s. Aug. inquirant eamque confirment si canonice celebrata sit. ii non. Nov. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 550. n° 18. — »Significarunt nobis dilecti.«
» 5	»	(22319) Raymundo Argerio mandat, ut potestati, consilio et communi civitatis Florentinae, qui statuta iuri ecclesiastico adversantia de novo ediderant, peremptorium diem apud sedem apostolicam ad dicendam causam constituat. Non. Nov. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 66, *omisso exordio.*
» 5	»	(22320) Abbati et conventui monasterii de Homburgk ord. s. Ben. Maguntin. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti divina officia celebrare possint. Non. Nov. a° 1°. ‖ (Krannichfeld) Hist. Nachrichten von d. ersten Stiftung ... des Kl. Homburg (Langensalza 1774. 4°) 47; Förstemann Urk. des Bened.-Klosters Homburg 33, *ubi* Honorio III *perperam tribuitur*; *cf.* 11. — »Devocionis vestre precibus.«
» 5	»	(22321) Universis Christifidelibus commendat Açulinum Salvi, Baldum Ruffoli ... Brosium Iuncti et Iohannem Gualterotti de Alfanorum societatibus, cives et mercatores Florentinos pro quibusdam ecclesiae Romanae negotiis ad Norweyae, Datiae et Suetiae partes destinatos. Non. Nov. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. i. 44. n° 49; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 160; *cf.* Celse Appar. 92. n° 3. — »Cum dilectos filios.«
» 5	»	• (22322) Iohanni Galandi et Iohanni Vigorosi ord. Praedic. inquisitoribus haereticae pravitatis in regno Franciae mandat, ut contra habitatores civitatis et diocesis Carcassonensis, qui ipsos in officio molestent, iuxta instructionem procedant. Non. Nov. a° 1°. ‖ Mahul Cartul. V. 645, *perperam ad* a. 1288.
» 10	»	(22323) Abbatem et conventum monasterii Lucensis Praemonstr. ord. Olomucens. dioc. cum omnibus bonis, specialiter autem decimas, vineas *etc.* eis confirmat. iv id. Nov. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 299; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 587. n° 1359. — »Cum a nobis.«

1285.

Nov. 13 Romae ap. S. Sabinam (22324) Abbati monasterii s. Proculi et archipresbytero ecclesiae Bononiensis ac priori S. Mariae de Reno Bononiens. dioc. mandat, ut inter Cantarinum rectorem ecclesiae s. Crucis de Spagna Mutinens. dioc. et Barthalotum archipresbyterum plebis de Coscogno eiusdem dioc. super possessione praefatae ecclesiae litigantes iudicium faciant. Id. Nov. aº 1º. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 396. nº 486. — »Sua nobis Cantarinus.«

» 13 » (22325) Praeposito monasterii Piniacensis ord. s. Aug. Foroiuliens. dioc. indulget, ut fratribus s. Iohannis Hierosolymitani de S. Aegidio in Provincia domum, quam unus fratrum ordinis Poenitentiae Iesu Christi in civitate Massiliensi habet, vendere possit. »Romae ap. S. Sebastianum« (!) id. Nov. aº 1º. ‖ Bouche Hist. de Provence II. 312. — »Exhibita nobis dilectorum.«

» 13 » (22326) Abbati et conventui monasterii de Dunemunde Cisterc. ord. Rigensis dioc., quibus Otto, Albertus et Otto marchiones de Brandeburch ius patronatus in ecclesiis de Trampiz (Trampif *Raum.*), de Snetlinge et de Mudlinghe (Quedlinghe *Raum.*) Camin. et Havelberg. diocc., villas quoque ipsorum locorum, grangiam de Trampiz, molendinum de Torneu (Tornow *Raum.*) et Griop (Griep *Raum.*) *etc.* contulerant, hanc donationem confirmat. Id. Nov. (*omitt. Raumer*) aº 1º. ‖ G. W. v. Raumer Cod. dipl. Brandenb. Cont. I. (Berlin 1831. 4º) 25. nº 33 *omisso exordio;* Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. II. 305; Bunge Livländ. UB. VI. 44. nº 2755 *sine die et mense*; *cf.* Lisch Mecklenb. Jahrb. XIV. 71; Bunge Livl. UB. III. Regest. 34. nº 563a. — »Cum a nobis.«

» 13 » (22327) Riccardum comitem Fundanum rogat et hortatur, ne cives Terracinenses super quadam tenuta quae saltus vulgariter nuncupatur, ulterius molestet. »Si vero in tenuta ipsa te aliquod ius habere contendis, parati sumus facere tibi exhiberi iustitiae complementum.« Id. Nov. aº 1º. ‖ Contator Histor. Terracin. 286. — »Inter caeteras sollicitudinis.« *Cf.* nº 22456.

» 19 (») (22328) Abbatissae et conventui monasterii s. Claudii iuxta flumen Topini extra muros Fulginates ord. s. Clarae omnia privilegia et exemptiones quorumcunque confirmat. »Ap. Urbem veterem« xIII kal. Dec. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 551. nº 19. — »Cum a nobis.«

» 20 (») (22329) Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus ordinis Minorum omnia privilegia vulgo *Mare magnum* confirmat. »Ap. Urbem veterem« xII kal. Dec. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. nº 20. — »Virtute conspicuos sacri.«

» 20 » (22330) Constitutionem ordinis Praedicatorum, eorum privilegia, libertates *etc.* continentem et vulgariter *Mare magnum* nuncupatum confirmat, promulgat et auget. xII kal. Dec. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 9. — »Virtute conspicuos sacri.«

» 20 » (22331) Praeposito ecclesiae Pragensis mandat, ut inter priorissam et conventum monasterii s. Mariae de Cella ord. s. Aug. et plebanos S. Petri et S. Iacobi de Brunna Olomucens. dioc. super terris, debitis *etc.* discordantes iudicium faciat. xII kal. Dec. aº 1º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 302; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 587. nº 1361. — »Conqueste sunt nobis.«

» 22 » (22332) Uguitioni plebano plebis de Castellione Aretinae dioc. capellano suo collectori decimae pro Terra sancta in regno Norweyae transmittit ad instructionem tenorem quarundam literarum a Gregorio pp. praedecessore [Lugd. x kal. Nov. pont. aº 3º] (Iohanni) archiepiscopo Nidrosiensi b. m. datarum continentem declarationes quasdam pro negotio decimae dictae. x kal. Dec. aº 1º. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 45. nº 50 b; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 161. — »Olim felicis recordationis.«

» 25 » (22333) Magistro et fratribus ord. Praedic. concedit, ut, si episcopus diocesanus sit difficilis, quilibet episcopus primarium lapidem immittere, templa eorum consecrare *etc.* possit. vII kal. Dec. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 9. — »Ex parte vestra.«

» 27 » (22334) Universis abbatissis et conventibus monasteriorum ord. s. Clarae per Italiam constitutis concedit, ut de fructibus *etc.* solvere minime teneantur decimam nuper negotio regni Siciliae per sedem apostolicam deputatam. v kal. (*om. Wadd.*) Dec. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 494. nº 5; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 551. nº 21. — »Attendentes benignius quod.«

Dec. 5 » (22335) (Hermanno) episcopo, praeposito ac decano ecclesiae Osiliensis mandat, ut ea, quae de bonis archiepiscopalis mensae Rigensis alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem studeant legitime revocare. Non. Dec. aº 1º. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 5, *qui* Honorio III *hanc bullam perperam tribuit*; Bunge Livl. UB. I. 622. nº 502. — »Ad audientiam nostram.«

» 5 » (22336) Priori monasterii de Cruceroys London. dioc. mandat, ut inter priorem conventumque monasterii s. Trinitatis Londoniensis ex parte una, et magistrum Robertum de Horsele rectorem ecclesiae s. Edmundi regis de Graschirch, custodem, fratres et sorores hospitalis s. Caterinae iuxta Turrim Londoniensem ex altera super decimis *etc.* litigantes iudicium faciat. Non. Dec. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. III. 6. — »Conquesti sunt nobis.«

1285.

Dec. 5 Romae ap. S. Sabinam (22337) Raynucio priori saecularis ecclesiae s. Michaelis de Castillione Vallis pesae Florentin. dioc. collectori decimae regni Siciliae negotio concessae in ducatu Spoletano, patrimonio b. Petri in Tuscia *etc.* deputato mandat, concedat monasterio s. Martini in Monte Cisterc. ord. Viterbiens. dioc., ut decimam iuxta benigniorem proventuum aestimationem persolvat. Non. Dec. aº 1º. ‖ Bullar. Vatic. I. 206. — »Dilecti filii abbas.«

» 7 » (22338) Priori Praedic. et fratri Droconi de Provino doctori theologicae facultatis Minor. ord. Parisiensibus committit examen resp. confirmationem abbatissae in monasterio Iotrensi ord. s. Ben. Meldens. dioc. electae. vII id. Dec. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 552. nº 22. — »Debitum nostri nos.«

» 11 » (22339) Episcopo Senensi mandat, ut fratribus ord. Minor. de Monte Alcino Aretin. dioc., quibus abbas monasterii s. Antimi Vallis Stratiae ord. s. Ben. ecclesiam s. Angeli Castriveteris dicti loci de Monte Alcino ad usum concessit, hanc concessionem confirmat. III id. Dec. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 494. nº 6; Sbaralea l. c. 555. nº 23. — »Exhibita nobis dilectorum.«

» 11 » (22340) Magistro Guillelmo Duranti decano ecclesiae Carnotensis rectori Romaniolae mandat, ut Balducio Barrachiae et Benevenuto fratribus, Ardensio et Carmaniolo nepotibus eorum de Caesena laicis propter excessus expulsis ad propria redeundi praeviis debitis cautionibus licentiam largiatur. III id. Dec. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 286. nº 449. — »Ad audientiam nostram.«

» 13 » (22341) Iohanni Galandi ord. Praedic. inquisitori haereticae pravitatis in regno Franciae mandat, ut omnes contra Sancium dictum Morlana archidiaconum in ecclesia Carcassonensi, pravitatis haereticae labe respersum, depositiones testium sub manu publica et sigillis authenticis sedi apostolicae ad informationem mittat. Id. Dec. aº 1º. ‖ Mahul Cartul. V. 646. — »Intimante nobis tua.«

» 13 » (22342) Priori et fratribus domus b. Mariae de Franckenford ordinis b. Mariae de Monte Carmeli Moguntin. dioc. concedit, ut tempore generalis terrae interdicti eis liceat, clausis ianuis *etc.* divina officia celebrare. Id. Dec. aº 1º. ‖ Bullarium Carmel. II. III; Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 222. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 13 » (22343) Huguitioni plebano plebis de Castellione Aretinae dioc. capellano suo collectori decimae in Datiae et Suetiae regnis pro Terra sancta mandat, ut ad partes illas quam cito se personaliter conferens tam ab Arusiensi episcopo quam ab aliis ad colligendam praefatam decimam deputatis exigat rationem. Id. Dec. aº 1º. ‖ Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 161. — »De statu decime.«

» 13 » (22344) Scolastico ecclesiae s. Mariae in Erfordia Maguntin. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Afrae Misnensis ord. s. Aug. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Dec. aº 1º. ‖ Joh. Fr. Ursinus Sanct Afra in d. Stadt Meissen (Leipzig 1780. 8º) 121, *male tributa* Honorio III; Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. Hauptth. IV. 123. nº 174. — »Dilectorum filiorum praepositi.«

» 13 (») * (22345) Bonum Iohannem a capitulo Esculano electum episcopum confirmat. Id. Dec. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 466 ex reg. Vatic. ep. 361.

» 17 » (22346) Abbati et capitulo generali Praemonstrat. ordinis privilegia et immunitates confirmat. xvI kal. Ianr. aº 1º. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 690. nº 106. — »Solet annuere sedes.«

» 18 » (22347) Abbati et conventui monasterii de Castellariis Cisterc. ord. Pictavens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. xv kal. Ianr. aº 1º. ‖ Duval Cartul. des Chatelliers 112. nº 104. — »Solet annuere sedes.«

» 20 » (22348) Consanensi archiepiscopo et magistro (priori *Ugh.*) fratrum Praedic. provinciae Lombardiae poenas praescribit, quas infligant Guillelmo marchioni Montisferrati, si propter necem M(elchioris) Terdonensis episcopi a militibus suis perpetratam absolvi flagitet. xIII kal. Ianr. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 637; Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 68, *non integra.* — »Tenemur ex debito.«

» — »Hic (*scil.* Honorius IV) anno primo sue creationis de mense Decembris domnum Iohannem de progenie Bucomaciorum de Urbe, tunc Montis Regalis archiepiscopum, ad ecclesiam Tusculanam transferens, in episcopum cardinalem assumpsit.« ‖ Alia contin. codicis 5. (Martini Pol.) ap. Pertz Mon. Germ. h. XXII. 482; *cf.* Lello Hist. di Monreale II. 27.

1286.

Ianr. 5 » (22349) (Ericum) regem Norwegiae rogat et hortatur, ut prohibitionem, ne quivis laicus sterlingos vel argentum aliud praedicti regni clericis quomodolibet vendat, revocet, cum in negotii Terrae sanctae dispendium redundet. Non. Ianr. aº 1º. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 70. nº 76; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 163; *deficiente initio* ap. Raynald. Ann. ad a. 1286 § 34; ap. Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 107. — »Gerentes personam regiam.«

» 5 » (22350) Eundem hortatur, ut nullatenus impediat nec impediri permittat, quin decima Terrae sanctae subsidio in eius regno per Lugdunense concilium deputata extrahatur. Non. Ianr. aº 1º. ‖ Lange l. c. I. I. 70. nº 77; Munch l. c. 163. — »A regie serenitatis.«

1286.

Ianr. 9	Romae ap. S. Sabinam	(22351) Priori et conventui ord. Praedic. Wartbergensibus Paderburn. dioc., quibus Otto electus Paderburnensis post electionem suam canonice confirmatam, considerans quod ecclesia parochialis b. Mariae in vinea oppidi Warburgensis adeo tenuis in redditibus existebat quod rector in ea non posset de illis commode sustentari, ibidem parochia ipsius ecclesiae s. Mariae parochiae s. Iohannis vicinae unita, ecclesiam ipsam cum iuribus et pertinentiis pro aedificando inibi claustro contulerat, hanc collationem confirmat. v id. Ianr. a° 1°. ‖ Schaten Ann. Paderborn. II. 156. — »Cum a nobis.«
» 18	»	(22352) Generali ministro et fratribus ord. Minor. indulget, ut, si diocesani episcopi primarium lapidem in eorum ecclesiis vel oratoriis ponere *etc.* denegaverint, per quoscumque episcopos communionem apostolicae sedis habentes praemissa recipere valeant. xv kal. Febr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 155 et 495. n° 7; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 555. n° 24. — »Ex parte vestra.«
» 19 resp. 20	»	(22353) Magistro et fratribus ord. Praedic. supplicantibus decernit, ut, cum nonnulli priores et fratres in receptionibus domorum et locorum eiusdem ordinis cum praelatis, rectoribus et clericis ecclesiarum, in quarum territorio domus et loca praedicta consistunt, sine magistri ac generalis capituli licentia et assensu compositiones et pacta varia in praeiudicium privilegiorum eidem ordini concessorum temere inierint, ex compositionibus et pactis talibus et taliter initis ordini, locis, domibus *etc.* praeiudicium nullum fiat, sed eis ius pristinum conservetur. xiv (xiii *Arch.*) kal. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 10; *cf.* Archiv f. Hessische Geschichte II. 331. not. 69, *male ad* a. 1285. — »Religionis favor sub.«
» 21	»	(22354) Petro Remensi archiepiscopo indulget, ut, si Remensem provinciam visitans aliquam ipsius provinciae diocesim, postquam illam visitare incoeperit, ea non plene visitata exiverit ad loca non visitata in ipsa diocesi visitanda, iterato redire possit. xii kal. Febr. a° 1°. ‖ Marlot Metrop. Remens. II. 575; Marlot Hist. de Reims III. 816. n° 174. — »Ad personam tuam.«
» 23	»	(22355) Cancellario Parisiensi mandat, provideat ad exemplar Innocentii IV pp., Alexandri IV pp. et Clementis IV pp., ne clerici tam in Arabica quam in aliis linguis partium orientalium eruditi, qui ad studendum Parisius mittantur, ut doctrinam sacrae paginae consecuti alios in transmarinis partibus erudiant, pro necessariorum defectu ab incepto studio desistere cogantur. x kal. Febr. a° 1°. ‖ Jourdain Ind. chronol. 51. n° 280. — »De affectione pia.«
» 23	(»)	* (22356) (Ludovico) abbati Tegernseensi mandat, ut apostolica auctoritate intentatisque ecclesiastici fulminis comminationibus ad restitutionem et satisfactionem compellat omnes, qui rerum monasterii de Wessinsbrunnen ord. s. Ben. Augustens. dioc. quidpiam pro suo occupasse vel usurpasse convincantur. x kal. Febr. a° 1285. ‖ Leutner Histor. Wessofont. I. 286; *cf.* Lang Regest. IV. 296.
» 26	»	(22357) Episcopo Lausanensi et guardiano ord. Minor. Lausanen. dat facultatem dispensandi cum Iohanne de Cossonay et Margareta de Villariis super matrimonii impedimento, si vera sint exposita. vii kal. Febr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 556. n° 25. — »Exhibita nobis dilecti.«
» 28	»	(22358) Universis tam viris quam mulieribus de Poenitentia s. Dominici sub habitu religionis Domino famulantibus per Italiam constitutis indulget, ut tempore generalis interdicti liceat eis in ecclesiis, in quibus ex indulto sedis apostolicae celebretur, audire divina officia et ecclesiastica recipere sacramenta. v kal. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 10; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 90. n° 31. — »Congruum existimantes ut.«
» 30	»	(22359) (Gualterio) episcopo Pictaviensi testamentum condendi ac de quibusdam rebus disponendi facultatem tribuit. iii kal. Febr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 556. n° 26. — »Quia praesentis vitae.«
Febr. 1	»	(22360) (Gerardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato mandat, ut monasterium s. Demetrii Neapolitani ord. s. Ben. deformatum, si expedire viderit, abbatissae et conventui S. Iohannis ad Nidum Neapolitanis ord. s. Dam. concedat. Kal. Febr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 27. — »Ex parte dilectarum.«
» 1	»	(22361) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Perusinos monet et hortatur, ut Martini IV pp. corpus iuxta eius dispositionem ad ecclesiam s. Francisci de Assisio libere deferri ibique illud tumulari permittant. Kal. Febr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 151; Sbaralea l. c. 558. n° 29. — »Sincera et antiqua.« * *In eundem modum* Episcopum, archipresbyterum et capitulum Perusinos. ‖ Wadding l. c. 496. n° 8; Sbaralea l. c. 557. n° 28. — »Vestram non credimus.«
» 2	»	(22362) Abbati monasterii s. Bartholomaei Ferrariensis, Ferrarino Ferrariensi et Bonifacio de Loiano Bononiensis ecclesiarum canonicis causam inter priorem conventumque monasterii de Nonantula ord. s. Ben. et abbatissam conventumque monasterii s. Francisci

1286.

		Bononiensis ord. s. Clarae super decimis, terris *etc.* vertentem committit diiudicandam. iv non. Febr. a° 1°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 397. n° 487. — »Conquesti sunt nobis.«
Febr. 4	Romae ap. S. Sabinam	(22363) (Simoni) archiepiscopo Bituricensi significat, Guillelmum de Narbona archidiaconum Redonensem a canonicis Mimatensis ecclesiae in episcopum esse electum seque, cum archiepiscopus Ravennas eius electionem confirmaverit, eandem confirmasse. Rogat eum et hortatur, ut praefatum electum eiusque ecclesiam commendatos habeat. ii non. Febr. a° 1°. ‖ Gallia christ. I. instr. 16. n° 7. — »Ad cumulum tuae.«
» 4	»	(22364) (Michaeli) episcopo Tornacensi notum facit, Isabellam comitissam Flandriae licentiam petivisse construendi in fundo proprio in parochia de Werkin dioc. Tornac. monasterium monialium in honorem s. Clarae sub regula s. Francisci. Mandat ei, ut dictae comitissae hanc licentiam largiatur. ii non. Febr. a° 1°. ‖ Miraei Opp. dipl. III. 141; Wadding Ann. Minor. V. 497. n° 10; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 559. n° 31. — »Ex parte dilectae.«
» 4	»	(22365) (Francisco) episcopo et priori Praedicatorum ac custodi Minor. ord. Urbevetanis mandat, ut inquirant super venditione castri Pontini Clusin. dioc., an expediat. ii non. Febr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 558. n° 30. — »Exposuit nobis venerabilis.«
» 4	»	(22366) (Philippo) episcopo et guardiano fratrum Minorum Tornacensibus mandat, ut Guidonem Flandriae comitem et Robertum natum eius Nivernensium comitem a iuramento de quodam coniugio ex hypothesi absolvant. ii non. Febr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 559. n° 32. — »Ex parte dilectorum.«
» 4	(»)	* (22367) Petrum Saracenum de Urbe consecrat inconsulto capitulo in episcopum Monopolitanum. ii non. Febr. 1286. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 968.
» 4	»	* (22368) Le pape mande aux doyen et archidiacre de Gand dioc. de Tournai, qu'il a pris connaissance de la demande de dispense adressée au saint Siége par Renaud comte de Gueldre et par Marguerite fille du comte de Flandre et veuve (d'Alexandre d'Écosse), pour qu'il leur soit permis, quoiqu'étant parents au 3e degré, de contracter mariage. Il les commet d'examiner s'il y a lieu d'accorder les dispenses demandées et en cas d'affirmative il les autorise à délivrer lesdites dispenses. ii non. Febr. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 119. n° 392.
» 5	»	(22369) Priori et conventui monasterii s. Iacobi Septiniani de Urbe ord. s. Ben. concedit, ut eodem privilegio libere utantur, quo Heremo Montis Fani ord. s. Ben. Camerinens. dioc. collatum fuit, ut sepultura in eadem heremo omnibus sit libera. Non. Febr. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 207. — »Meritis vestrae religionis.«
» 5	»	(22370) Eisdem concedit, ut marchas argenti 300 ex usuris, furtis et votorum commutationibus ad quinquennium colligendas in aedificandas domus et officinas conferant. Non. Febr. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 208. — »Vestrae meritis religionis.«
» 10	»	(22371) Generali ministro et provincialibus ministris ord. Minor. dat et concedit facultatem committendi fratribus ordinis in sacra pagina eruditis praedicationis officium *etc.* iv id. Febr. a° 1°. ‖ Mansi Concil. XXIV. 633. — »Ad fructus uberes.«
» 10	»	(22372) Decernit irrita esse pacta quaecumque a generali ministro et fratribus ordinis Minorum cum praelatis, rectoribus et clericis ecclesiarum, in quarum territorio domus et loca ordinis consistunt, inita in praeiudicium suae religionis. iv id. Febr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 496. n° 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 560. n° 33. — »Religionis favor sub.«
» 13	»	(22373) (Berardum) episcopum Auximanum rogat et hortatur, ut, cum monasterium s. Florentii Auximani ord. s. Ben. extet in spiritualibus et temporalibus deformatum, idem cum domibus ac aliis pertinentiis, si ad id capituli Auximani consensus accesserit, ordinis Praedic. fratribus concedat. Id. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 10; Compagnoni Mem. di Osimo V. 104. n° 65; Sbaralea l. c. 561. n° 34. — »Ad sacrum fratrum.«
» 18	»	(22374) Priori ord. Praedic. Spirensium mandat, ut clericos et cives Spirenses ab observantia cuiusdam iurisiurandi temerarie dati absolvat. xii kal. Mart. a° 1°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 377. n° 413. — »Exhibita nobis venerabilis.«
» 20	»	(22375) (Ranulfo) episcopo Parisiensi indulget, ut nullus exemptus civitatis vel diocesis Parisiensis contra eum vel Parisiensem ecclesiam per litteras sedis apostolicae conservator vel executor esse possit. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. de Notre-Dame de Paris I. 217. — »Exigentibus tue devotionis.«
» 20	»	(22376) Abbatissae et conventui monasterii in Benekinchusen Cisterc. ord. Coloniens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in monasterio illo professionem facientibus petere recipere ac retinere possint. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Seibertz UB. I. 503. n° 416. — »Devotionis nostre (*legas* vestre) precibus.«
» 20	»	(22377) Priori et fratribus domus b. Mariae Coloniensis ord. b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut tempore generalis interdicti eis liceat, clausis ianuis *etc.* divina officia celebrare. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. II. p. iii. — »Devotionis vestrae precibus.«

1286.

Febr. 20 Romae ap. S. Sabinam — (22378) Priorissam et conventum monasterii de Cella s. Mariae in Brunna ord. s. Aug. Olomucens. dioc. tuendas suscipit, specialiter autem terras, domos, grangias *etc.* eis confirmat. x kal. Mart. aº 1º. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 308; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 590. nº 1369. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

» 20 » — (22379) Eisdem indulget idem, quod legis in nº 23376. x kal. Mart. aº 1º. ‖ Boczek l. c. 309; *cf.* Erben l. c. nº 1370. — »Devotionis vestre precibus.«

» 23 » — (22380) Guillelmo Duranti electo Mimatensi rectori Romaniolae mandat, ut Bononienses, qui terram Medecinae violenter occupaverint, ad cor reversos a censuris absolvat eisque omnem iurisdictionem super eadem terra interdicat. vii kal. Mart. aº 1º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 287. nº 450. — »Mansuetudinis apostolice plenitudo.«

» 24 » — (22381) F. electo Iponensi marchiae Anconitanae rectori de summa 5000 librarum Ravennatum, quam cives Aesini per compositionem dudum inter quondam magistrum dominum (Giffridum) de Anagnia marchiae Anconitanae rectorem et eosdem initam de condemnationibus tenentur camerae apostolicae exhibere, mandata dat. vi kal. Mart. aº 1º. ‖ Baldassini Città di Jesi. Append. 46. — »Nuper nobis ex.« *Cf.* nº 22120.

» 27 » — (22382) Uguitioni plebano plebis de Castellione Aretin. dioc. capellano suo, cui loco Arusiensis episcopi collectionem decimae et aliarum obventionum deputatarum Terrae sanctae subsidio in Datiae et Suetiae regnis commisit, ad instructionem tenorem literarum Martini praedecessoris sui [*vid.* nº 21934] eidem episcopo directarum legat. iii kal. Mart. aº 1º. ‖ Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 164. — »Olim felicis recordationis.«

» 27 » — (22383) Collectori decimae Terrae sanctae in provincia Salzeburgensi et Pragensi, Olomucensi, Ehistetensi ac Bambergensi diocesibus et civitatibus provinciae Maguntinae a sede apostolica deputato mandat, ut clerum Pragensis diocesis, qui propter turbationem regni decimam subsidio Terrae sanctae deputatem non solvit, pro annis praeteritis absolvat a sententia excommunicationis, pro futuris tamen illam exigere non omittat. iii kal. Mart. aº 1º. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 590. nº 1372; *cf.* Palacky Reise 47. nº 382. — »Habet assertio.«

Mart. 2 (») — ° (22384) Ptolemaeum eremitam s. Aug. episcopum Sardensem transfert ad Ravellensem ecclesiam. vi non. Mart. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1188.

» 5 » — (22385) (Petrum) fratrem ord. Minor. Salamantinae ecclesiae praeficit in episcopum. iii non. Mart. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 562. nº 35. — »Cura pastoralis officii.«

» 5 » — (22386) Capitulo ecclesiae et Clero civitatis et dioc. Salamantinae de superiore epistola significat *etc.* iii non. Mart. aº 1º. ‖ Sbaralea l. c. 562. nº 36. — »Cura pastoralis officii.«

° *In eundem modum* Populo civitatis Salamantinae. ‖ Sbaralea l. c. nº 37.
» » » Vassallis ecclesiae Salamantinae. ‖ Sbaralea l. c. nº 38.

» 6 » — (22387) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis, in quorum civitatibus vel diocesibus fratres ordinis b. Mariae de Monte Carmeli consistunt, mandat, ut ab eorum molestiis et gravaminibus desistant eisque in suis oratoriis divina officia libere celebrare permittant. ii non. Mart. aº 1º. ‖ Bullarium Carmel. I. 524. — »Olim ad aures.«

» 7 (») — ° (22388) Pandulphum capellanum suum praeficit Liparensi ecclesiae in episcopum. Non. Mart. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 779.

» 8 » — (22389) Gerardo Sabinensi episcopo apostolicae sedis legato mandat, ut Henricum filium cl. mem. Ferrandi regis Castellae ac Legionis, qui pro eo, quod contra monitiones et inhibitiones apostolicae sedis quondam Conradino nepoti olim Friderici dudum Romanorum imperatoris adhaesit, nec non pro eo quod Matthaeo S. Mariae in porticu et Iordano S. Eustachii diaconis cardinalibus *etc.* damna intulit *etc.*, diversis excommunicationum sententiis innodatus sit, absolvat, postquam praedictis cardinalibus et haeredibus de offensis et damnis satisfecerit. viii id. Mart. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 19. — »Cum nobilis vir.«

» 10 » — (22390) Venturae de basilica Petri canonico Mediolanensi mandat, faciat ut illi qui decimas, redditus, census, legata *etc.* ecclesiae s. Iohannis Modoetiensis temere ac malitiose occultent et detineant, archipresbytero et capitulo eiusdem ecclesiae ea restituant et revelent. vi id. Mart. aº 1º. ‖ Frisi Mem. stor. di Monza e sua corte II. 138; Marimonti Monza 413. nº 49. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 11 » — (22391) Universis archiepiscopis et episcopis ac cathedralium ecclesiarum electis et vicariis earundem mandat, ut quoscumque illorum, qui sub nomine Ordinis apostolorum habitum novae religionis assumpserunt, in suis civitatibus et diocesibus invenire contigerit, eos ad deponendum eiusmodi habitum per censuram ecclesiasticam compellant. v id. Mart. aº 1º. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1286 § 1. XIII. 931; Cherubini Bullar. I. 145; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 84. nº 5. — »Olim foelic. record.«

» 11 » — (22392) (Bonaventurae) archiepiscopo Ragusino mandat, ut iuxta litteras (*vid.* nº 22159) Martini IV papae praedecessoris, qui »antequam praedictae eius litterae tibi praesen-

1286.

tatae fuissent, debitum naturae persolvit,« ecclesiis Tribuniensi et Stagniensi cathedralibus de episcopis provideat. v id. Mart. aº 1º. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 293; Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 103. nº 137. — »Lecta coram nobis.«

Mart. 14 Romae ap. S. Sabinam — (22393) Episcopo Herefordensi committit, ut Iohanni Giffardi domino de Clifford et Margaretae de Novavilla inter se matrimonium libere contrahendi licentiam concedat, si ipsi constiterit, eosdem nobiles quarto non esse consanguinitatis gradu coniunctos. ii id. Mart. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. iii. 6. — »Dilectus filius nobilis.«

» 15 » — ° (22394) Abbati et conventui Cluniacensis monasterii indulget, ut nullus possit provideri de prioratibus et grangiis monasterii, nisi ex litteris apostolicae sedis de hac indulgentia specialem mentionem facientibus. Id. Mart. aº 1º. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 151.

» 15 » — ° (22395) Eisdem indulget, ut bona a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus libere petere, recipere ac retinere possint, feudalibus dumtaxat exceptis. Id. Mart. aº 1º. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 151.

» 15 » — ° (22396) Priori Montis s. Nicolai Daventriae mandat, ut ea quae de bonis monasterii in Hunnep prope Daventriam illicite alienata vel distracta invenerit, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. Id. Mart. aº 1º. ‖ (J. van Doorninck) Tijdrekenk. Register op het oud provinc. Archief van Overyssel I. 30.

» 18 » — (22397) (Bartholomaeo) episcopo Castellano scribit, se ei mandavisse, ut, antequam ad interdicti contra civitatem Venetorum prolati relaxationem procederet, ducem, consilium et commune eiusdem civitatis moneret, ut statutum illud, de quo in ipsis primis litteris mentio habebatur expressa, declarare studerent, ac huiusmodi declarationem libro statutorum suorum conscribere non tardarent. Mandat ei nunc, ut, cum illorum nuncii fratres Baxianus et Daniel Praedicatorum ac fratres Fidentius et Alexander Minorum ordinum hanc declarationem in libris statutorum conscriptam esse retulerint, interdictum relaxet. xv kal. Apr. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1286 § 16; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 11; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 563. nº 39. — »Olim tibi sub.«

» 18 » — (22398) I(ohanni) tit. S. Caeciliae presbytero card. apostolicae sedis legato mandat, concedat sine praeiudicio episcopi Parisiensis abbati et conventui monasterii Cluniacensis Matisconens. dioc., qui in civitate Parisiensi obtinent domum in qua 40 fratres sui ordinis studentes in theologica facultate continue commorantur, licentiam habendi cimiterium iuxta capellam quam habent in domo praedicta, et campanas in capella ipsa ad convocandum fratres. xv kal. Apr. aº 1º. ‖ Jourdain Ind. chronol. 52. nº 282. — »Ex parte dilectorum.«

» 22 » — (22399) Clero civitatis et diocesis Marsicanae significat, se Iacobum canonicum ecclesiae Marsicanae praefecisse in episcopum, eosque hortatur, ut illum ad sedem episcopalem venientem humiliter admittant *etc.* xi kal. Apr. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 910. — »Inter varias sollicitudines.«

» 22 (») — ° (22400) Confirmat electionem Thomae in episcopum Theatinae ecclesiae. xi kal. Apr. aº 1º. ‖ Ughelli l. c. VI. 731.

» 27 » — (22401) Decano et capitulo Hamburgensibus asserit ius, vacante praepositura eiusdem ecclesiae eligendi praepositum de antiqua et hactenus pacifice observata consuetudine. vi kal. Apr. aº 1º. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 665. nº 814. — »Ea que iudicio.«

» 27 » — (22402) (Henrico) episcopo Havelbergensi et praeposito ecclesiae de Gericho mandat, ut Albertum de Holtsacia quem capitulum Hamburgense rite praepositum elegerit, archiepiscopus autem Bremensis contra iusticiam renuerit confirmare, in praepositurae corporalem possessionem inducant. vi kal. Apr. aº 1º. ‖ Lappenberg l. c. 669. nº 815. — »Peticio dilecti filii.«

» 28 » — (22403) (Wislao) Wladislaviensi et (Iohanni) Poznaniensi episcopis mandat, ut H(enricum) ducem Slesiae et dominum Wadislaviae (*i. e.* Wratislaviae), cum prava patris imitando vestigia episcopum, capitulum et ecclesiam Wadislavienses (*i. e.* Wratislavienses) decimis, villis, possessionibus, iuribus et aliis bonis nequiter spoliarit necnon et homines et vassallos episcopi et ecclesiae praedictorum capiens eisque indebitas servitutes imponens tam episcopo, capitulo et ecclesiae supradictis, quam hominibus et vassallis eisdem damna gravia irrogarit, et cum latum super hoc a (Philippo) Firmano episcopo tunc in partibus illis apostolicae sedis legato arbitrium observare non curet, excommunicatum publice nuncient eiusque terram interdicto ecclesiastico supponant. v kal. Apr. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 30—32; Stenzel Urk. zur Gesch. d. Bisth. Breslau 202; Theiner Mon. Polon. I. 95. nº 179; *cf.* Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. II. i. 112. nº 129. — »Oblata nobis venerabilis.«

» 28 » — (22404) Priori et fratribus domus oppidi de Landowen ord. s. Aug. dioc. Spirens. fundum quem eis Emicho comes de Leiningen ad ecclesiam et officinas ipsis necessarias construendum donavit, totumque allodium curiae suae in Ensigisheim, quod eis concessit in perpetuum, confirmat. v kal. Apr. aº 1º. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. II. 31. nº 745. — »Cum a nobis.«

		1286.
Apr. 1	Romae ap. S. Sabinam	* (22405) Exemptionem, qua Iohannes Remensis archiepiscopus et Guido Autissiodorensis episcopus canonicos beneficiatos et clericos ecclesiae Parisiensis a contributione magistris et scolaribus Parisiensibus imposita ratione universitatis debitorum solvendorum liberat. Kal. Apr. a° 1°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris II. 394. not. 3.
„ 1	„	* (22406) Monasterii Amorbacensis privilegia confirmat. Kal. Apr. a° 1°. ‖ Gropp Histor. Amorbacens. 219.
„ 2	„	(22407) Episcopo, priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Ferrariensibus committit, dispensent cum Hugolino Alberti Malevoltae et Isabetae natae nobilis Gruamuntis civium Ferrariensium, ut in contracto matrimonio remanere valeant. IV non. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 564. n° 40. — »Exhibita nobis dilecti.«
„ 3	„	(22408) Abbatissae et conventui monasterii de Borchi [Burtscheid] Cisterc. ord. Coloniens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. III non. Apr. a° 1°. ‖ Quix Burtscheid 289. — »Cum a nobis.«
„ 6	„	(22409) S. Mariae Florentinae et S. Salvatoris de Septimo Florent. dioc. monasteriorum abbatibus ac Rogerio praeposito ecclesiae Faesulanae mandat, ut causam inter priorem capitulumque saecularis ecclesiae s. Laurentii Florentini et abbatissam conventumque monasterii de Burgo s. Laurentii de Mugello ord. s. Ben. de eo, quod moniales se ad habitandum infra fines parochiae dictae ecclesiae motu proprio transferentes oratorium et domos ibidem construere inceperant, versantem audiant et fine canonico decidant. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1801; Cianfogni Ambros. basilica di Firenze 217. — »Sua nobis prior.«
„ 7	„	(22410) (Loderengo) magistro Humiliatorum, qui fratribus sui ordinis mandaverat, ut modum Romani officii in cantando et psallendo circa celebrationem divinorum in domibus suis infra certum terminum inciperent et servarent, committit ut praedictum terminum usque ad suum beneplacitum valeat prorogare. VII id. Apr. a° 1°. Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 310. — »Ad audientiam nostram.«
„ 8	„	(22411) Episcopo, priori Praedic. et custodi Minor. ord. (Assisinat.?) mandat, ut episcopo Eugubino concedant licentiam petitam se componendi cum subditis pro nonnullis bonis et alienandi quasdam possessiones. VI id. Apr. a° 1°. Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 564. n° 41. — »Exposuit nobis venerabilis.«
„ 9	„	* (22412) Abbati et conventui monasterii Cluniacensis significat se inhibere, ne prioratus ordinis Cluniacensis per litteras apostolicas conferantur et ipse abbas ad eorum collationem compellatur. V id. Apr. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 151.
„ 11	in Urbe ante ecclesiam s. Sabinae	(22413) Recenset sententias adversus Petrum quondam regem Aragonum latas et asseverat, se eas contra Alphonsum memorati Petri filium esse iteraturum, nisi ecclesiae et pontifici satisfaciat; interea, quod rex legatos missurum spondeat, se omnem processum usque festum ascensionis dominicae primo venturum duxisse sustinendum. In die coenae Dñi a° 1°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 96; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1286 § 11. — »Graves et detestandos.«
„ 11	„	(22414) Constantiam Manfredi olim principis Tarentini filiam, dudum Petri quondam regis Aragonum uxorem et Iacobum natum ipsorum, qui turbationem et rebellionem in Siciliae insula fovent et nutriunt ac etiam pro viribus augmentare non cessant, et excommunicationis Martini pp. IV praedecessoris sententias incurrisse noscuntur, de novo excommunicatos decernit et declarat. In die coenae Dñi a° 1°. ‖ Lazeri l. c. 100; *extrema pars dumtaxat* ap. Raynald. l. c. § 6. — »Dudum felicis recordationis.«
„ 16	Romae ap. S. Sabinam	(22415) Philippo de Mantua ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in marchia Tarvisina concedit facultatem concedendi tabellionatus officium Danieli Alberti de Liazano et Blanco Francini civibus Veronensibus. XVI kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 152; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 565. n° 42. — »Cum circa prosecutionem.«
„ 17	„	(22416) Universos marchiones, comites et alios magnates necnon potestates, capitaneos ... ac universitates civitatum, castrorum ac aliorum locorum ceterosque per partes Tusciae imperio Romano subiectos monet et hortatur, ut Perzivallum de Lavania subdiaconum et capellanum suum, quem Rodulfus rex Romanorum in Tuscia generalem vicarium ordinaverit, devote recipiant *etc.* XV kal. Mai. a° 1°. Ficker Forschungen zur Reichsgesch. Italiens IV. 488. n° 484. — »Ad statum Romani.«
„ 20	„	(22417) Generali ceterisque prioribus et fratribus ord. s. Guillelmi monasterium, »quod, dum essemus in minori officio constituti, in fundo paterno consistente in Albano in honorem b. Pauli apostoli fecimus construi et dotavimus de bonis propriis,« cum omnibus iuribus et pertinentiis suis concedit. XII kal. Mai. a° 1°. Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 37; Ughelli Ital. sacra I. 265. — »Dum humanae fragilitatis.«
„ 26	„	(22418) Abbatissae et conventui monasterii s. Bernhardi in Chrueg ord. Cisterc. Pataviens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. VI kal. Mai. a° 1°. ‖ Zeibig Stiftungsbuch 162. n° 14, *perperam ad* a. 1285. — »Cum a nobis.«

		1286.
Apr. 26	Romae ap. S. Sabinam	(22419) Mathaeo abbati monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. concedit, ut, quotiens eum diebus solemnibus in pontificalibus missarum solemnia contigerit celebrare, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui huiusmodi solemniis interfuerint, 10 dierum indulgentiam largiatur. VI kal. Mai. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 614; Félibien Hist. de l'abb. de Saint-Denys, pr. 128. — »Ut populus tuae.«
„ 26	„	(22420) Eidem eiusque successoribus indulget, ut in villa s. Dionysii et aliis locis, in quibus iurisdictionem spiritualem habent, benedicere calices possint. VI kal. Mai. a° 1°. ‖ Doublet l. c. 615. — »Ad monasterium vestrum.«
„ 26	„	(22421) Eidem concedit, ut ecclesias et coemeteria villae s. Dionysii et aliorum locorum, in quibus ipse et dicti monasterii conventus iurisdictionem spiritualem habent, quotiens ea contigerit per effusionem sanguinis et seminis violari, libere reconciliare possit. VI kal. Mai. a° 1°. ‖ Doublet l. c. 615. — »Sicut petitio tua.«
„ 27	„	(22422) Philippo regi Franciae indulget, ut sex clericorum eius, qui se Parisius litterarum studio contulerint, redditus et proventus beneficiorum suorum percipiant. V kal. Mai. a° 1°. ‖ Priviléges spirituels de la couronne de France (Paris 1855. 4°) 81. — »Indulgemus ut si.«
„ 29	„	* (22423) Eidem concedit, ut, si eum ad loca interdicto supposita ecclesiastico declinare contigerit, liceat ei et eius familiaribus domesticis ibidem clausis ianuis *etc.* audire divina etiamsi alta voce celebrentur. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Teulet Layettes I. 442. n° 1210, *ubi* Honorio III *perperam tribuitur.* — »Desideriis regiis benigne.«
Mai. 1	„	(22424) Monasterium s. Petri de Montibus ord. s. Ben. Austoricens. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones nominatim recensitas confirmat. Kal. Mai. indict. XIV. incarn. dom. a° 1286. pont. a° 1°. ‖ Yepes Coronica II. app. 12. — »Religiosam vitam eligentibus.«
„ 3	„	(22425) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Pisanis mandat, ut electionem Philippae canonicae in priorissam conventus monasterii s. Felicis de Vada ord. s. Aug. Pisan. dioc. examinent. V non. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 566. n° 43. — »Sua nobis dilectae.«
„ 3	„	(22426) Universis Christifidelibus per Florentinam, Pistoriensem et Aretinam civitates et dioceses constitutis, qui ad consummationem ecclesiae, quam prior et conventus fratrum Praedic. civitatis Florentinae construere incoeperunt opere sumptuoso, manus porrexerint adiutrices, indulgentiam 40 dierum concedit. V non. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 12. — »Quoniam ut ait.«
„ 5	„	(22427) (Edwardi) regis Angliae devotionem erga Deum mirifice laudat et addit, se Oddoni de Grandissono eius familiari ac nuntio super negotio Aragoniae clare suam, quae facti congruat qualitati, expressisse voluntatem. III non. Mai. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. II. 240, *perperam ad* a. 1285. — »Exegit regalis ad.«
„ 6	„	(22428) (Olivario) archiepiscopo Turonensi scribit de iurgiis, quae inter Iohannem comitem Britanniae et Iohannem abbatem ac conventum monasterii Rothonensis ord. s. Ben. Venetens. dioc. super temporali iurisdictione quarundam parochiarum *etc.* moventur, eique mandat, ut praefatum comitem Romam citet. II non. Mai. a° 1°. ‖ Gallia christ. XIV. instr. 217. — »Exhibita nobis dilectorum.«
„ 7	„	(22429) Episcopo Parmensi mandat, citet peremptorie potestatem, capitaneum, ancianos *etc.* Parmensis civitatis, ut infra unum mensem post citationem per se vel per syndicos sufficienter instructos apostolico se conspectui repraesentent, super excessibus, offensis et iniuriis, quibus affecerint fratres ord. Praedic. ibidem commorantes, recepturi quod ordo dictaverit rationis. Non. Mai. a° 1°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1285 § 12. XIII. 926; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 12; Matthaeus Summa 31. — »Olim sicut accepimus.«
„ 7	„	(22430) Mathaeo abbati monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. concedit, ut in illis casibus, in quibus ei liceat monachis suis excommunicationum ligatis sententiis absolutionis beneficium impertiri, maiori priori monasterii vices suas committere possit. Non. Mai. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 616. — »Devotionis tuae precibus.«
„ 7	„	* (22431) Abbati et conventui monasterii Cluniacensis notum facit, se dedisse in mandatis archiepiscopis, episcopis ac eorum officialibus aliisque ecclesiarum praelatis, qui privilegia dicti monasterii impugnant obedientiam a monachis Cluniacensibus exigentes, ut ab hac invasione deinceps abstineant. Non. Mai. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 148.
„ 7	„	* (22432) Eisdem privilegia a praedecessoribus suis monasterio eorum concessa, quibus usi non erant temporibus retroactis, renovat, dummodo dictis privilegiis per praescriptionem vel alias legitime derogatum non sit. Non. Mai. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 148.
„ 7	„	* (22433) Eisdem significat, se irritas et inanes declarasse venditiones et alienationes necnon et concessiones prioratuum, grangiarum, pensionum et praebendarum mona-

		1286.
		chalium ab abbatibus et prioribus Cluniacensis ordinis contra statuta et inhibitionem apostolicae sedis factas. Non. Mai. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 149.
Mai. 7	Romae ap. S. Sabinam	• (22434) Abbati monasterii de Corbeya mandat, curet ne abbates, priores et monachi Cluniacenses necnon et conventus ac prioratus eidem monasterio subiecti in personis et bonis suis ab aliquibus contra indulta sedis apostolicae privilegia indebite molestentur. Non. Mai. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 150.
» 7	»	(22435) Priori et conventui monasterii Silviniacensis Cluniac. ord. Claromontens. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam eorum in die anniversario translationis ss. Maioli et Odilonis, quorum corpora in eadem ecclesia requiescunt, visitaverint, indulgentiam 100 dierum concedere. Non. Mai. a° 1°. ‖ Duchesne Bibl. Cluniac. I. 310; Séb. Marcaille Antiq. du prieuré de Souvigny 188. — »Clara sanctorum merita.«
» 11	»	• (22436) Abbati et conventui monasterii Cluniacensis omnia privilegia eorum ordini a sede apostolica concessa et specialiter privilegium Alexandri IV datum d. 3. Maii a° 1258 confirmat. v id. Mai. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 150.
» 15	»	(22437) Decano ecclesiae Halberstadensis causam inter abbatissam conventumque monasterii de Glouch Cisterc. ord. et Heyndericum de Hallis dictum Comitem Salis laicum vertentem super quadam pecuniae summa committit decidendam. Id. Mai. a° 1°. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 816. n° 243. — »Conqueste sunt nobis.«
» 15	»	(22438) Henricum episcopum Basiliensem ad Maguntinam ecclesiam per obitum Werneri archiepiscopi solatio destitutam pastoris transfert eique mandat, ut eiusdem ecclesiae sollicitam curam gerat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Schunck Cod. dipl. 66; Gerbert Nig. Silva III. 210. — »Romani pontificis qui.«
» 15	»	(22439) Rodulpho regi Romanorum significat, se Henricum episcopum Basiliensem Maguntinae ecclesiae in archiepiscopum praefecisse, eumque hortatur, ut se illi et specialiter in recuperandis et manutenendis bonis et iuribus ecclesiae Maguntinae benignum exhibeat. Id. Mai. a° 1°. ‖ Schunck l. c. 71; Gerbert l. c. 212. — »Romani pontificis qui.«
» 15	»	(22440) Capitulo ecclesiae Maguntinae scribit de eodem argumento eisque mandat, ut eidem archiepiscopo obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. Id. Mai. a° 1°. ‖ Schunck l. c. 75; Gerbert l. c. 212. — »Romani pontificis qui.«
» 15	»	(22441) Episcopo, priori Praedic. et custodi Minor. ord. Lausanensibus mandat, ut de facinoribus Petri de S. Sigismundo, qui pro abbate monasterii s. Mauritii Agaunensis ord. s. Aug. Sedunens. dioc. se gerat, investigent *etc.* et monasterium reforment. Id. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 566. n° 44. — »Constitutus in praesentia.«
» 15	»	(22442) (Henrico) episcopo Lunensi et guardiano fratrum Minorum de Sarzana Lunens. dioc. mandat, ut, si Dinus de Grappo S. Petri et Iohanna nata Bonaccursi de Dallo vera protulerint, eos ab impedimento matrimonii absolvant. Id. Mai. a° 1°. Sbaralea l. c. 567. n° 45. — »Exhibita nobis dilecti.«
» 15	»	• (22443) Clero civitatis et diocesis Babenbergensis notificat, se facta resignatione Manegoldi electi in eiusdem locum Arnoldum episcopum suffecisse. Id. Mai. a° 1°. ‖ Lang Regesta IV. 279, *male ad* a. 1285. • *Similiter* Capitulo Babenbergensi — Vassallis ecclesiae Babenbergensis.
» 18	»	(22444) I(ohanni) archiepiscopo Lundensi pallium mittit, ut idem Magno electo Upsalensi assignet. xv kal. Iun. a° 1°. ‖ Vastovius Vitis Aquilon. 189; Chronic. de archiep. Upsal. ed. Scheffer 172; Liljegren Svenskt dipl. I. 662. n° 806; *epit. ap.* Neumann Hist. primatus Lundens. 172; *cf.* Celse Appar. 91. n° 1. — »Palleum insigne pontificalis.
» 18	»	(22445) (Ingvaro) Roskildensi et (Iohanni) Othoniensi episcopis mandat, ut, si (Iohannes) Lundensis archiepiscopus morte praeventus vel alio impedimento legitime impeditus pallium Magno electo Upsalensi tradere non possit, eidem illud assignent. »Ceterum non intendimus, quod per hoc eisdem ecclesiis vel earum alicui circa praemissa in prosecutione sui iuris petitorio vel possessorio ius aliquod accrescat vel decrescat.« xv kal. Iun. a° 1°. ‖ Liljegren l. c. II. 662. n° 1725; *cf.* Porthan Bullar. access. 60. n° 1. — »Palleum insigne pontificalis.«
		1285. Mai. 21 — **1286.** Mai. 20.
—	—	• (22446) Mandat et committit, ut episcopus Veszprimiensis decimarum in Kerenfölde verus et indubitatus possessor constituatur. A° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. v. 468.
		1285. Oct. 18 — **1286.** Mai. 20.
—	Romae ap. S. Sabinam	• (22447) Abbati et conventui monasterii Cluniacensis notum facit, se archiepiscopis, episcopis aliisque ordinariis regni Angliae, qui priores et monachos ordinis Cluniacensis in dicto regno existentes excommunicare praesumebant, iniunxisse, ne de cetero audeant privilegia Cluniacensis monasterii frangere vel invadere. A° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 151.

		1286.
Mai. 21	Romae ap. S. Sabinam	(22448) Compositionem inter Ursum de Filiis Ursi senatorem Urbis et cives Viterbienses super Vallerani, Cornetae novae et veteris, Roccae altiae, Fractae, Corviani castris *etc.* mediante fratre Angelo de Reate ord. Minor. factam confirmat. xii kal. Iun. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 568. n° 46. — »Sic ad bonum.«
» 23	in Urbe in ecclesia s. Sabinae	(22449) Iacobum quondam Petri olim regis Aragonum persecutoris ecclesiae manifesti filium, »qui novissime propria et Siculorum ipsorum ductus insania .... coronari vel verius execrari se fecit in regem Siciliae regni soliumque conscendere ... praesumpsit, seque regem Siciliae nominans regio sigillo abutitur«, declarat ac denunciat excommunicationis vinculo innodatum *etc.* »Die ascensionis dominicae pont. n. a° 2°.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 8, *lacunosa.* — »De colubro regulus.« »Circa pentecosten Honorius pp. IV sententiam, quam Martinus pp. praedecessor suus contra Petrum Arragoniae regem defunctum protulerat, in filios ipsius Alphonsum tunc regem in Arragonia et Iacobum ac Constantiam eorum matrem coronatos in Sicilia, eadem firmitate et edicto simili confirmavit.« ‖ Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 268.
» 23	Romae ap. S. Sabinam	(22450) Abbati monasterii de Andreow (Cisterc. ord.) Cracoviens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis domus dominici Sepulchri Miechoviensis Cracov. dioc. ord. s. Aug. alienata invenerit illicite vel distracta, ad eiusdem ius et proprietatem legitime revocet. x kal. Iun. a° 2°. ‖ Nakielski Miechovia 208. — »Ad audientiam nostram.«
» 23	»	(22451) Priori saecularis ecclesiae s. Petri Scharadii Florentini mandat, ut fratribus ord. de Poenitentia Iesu Christi Florentinis licentiam largiatur permutandi cum Fulcone de Portinariis cive Florentino quandam petiam terrae suae pro hospitali in eadem ab illo construendo. x kal. Iun. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 130. — »Significavit nobis Fulco.«
» 23	»	(22452) Generali et aliis prioribus ac fratribus ordinis Eremitarum s. Aug. indulget, ut tempore generalis interdicti in vigilia et festo s. Augustini conf. in ecclesiis et oratoriis suis divina officia solemniter celebrare possint. x kal. Iun. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 160. — »Pro reverentia beati.«
» 23	»	• (22453) Episcopo Antheradensi mandat, ut, si viderit expedire, dispenset super consanguinitate cum uno filio et una filia Hugonis regis Cypri ex parte una et ex alia cum uno filio et una filia regis Armeniae. x kal. Iun. a° 2°. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 85.
» 23	»	(22454) Marquardum decanum monasterio Fuldensi praeficit in abbatem. x kal. Iun. a° 2°. ‖ Schannat Hist. Fuldens. Cod. prob. 212. n° 101. — »Dilectus filius Berthous.«
» 23	»	(22455) (Arnoldo) episcopo Bambergensi mandat, ut Marquardo abbati Fuldensi munus benedictionis impendat. x kal. Iun. a° 2°. ‖ Schannat l. c. 213. n° 102. — »Nuper monasterio Fuldensi.«
» 23	»	(22456) Universis ministerialibus et vasallis monasterii Fuldensis mandat, ut Marquardo abbati assuetum homagium praestent. x kal. Iun. a° 2°. ‖ Schannat l. c. 213. n° 103. — »Dilectus filius Berthous.«
» 25	»	(22457) Eberhardo de Yseni canonico canonicatum et praebendam in ecclesia Maguntina, quos Arnoldus electus Bambergensis promotionis suae tempore ad episcopatum obtinebat, confert eumque de ipsis per suum annulum praesentialiter investit. viii kal. Iun. a° 2°. ‖ Schunck Cod. dipl. 78; Würdtwein Nova subsid. IX. 49. — »Adiutos morum et.«
» 25	»	(22458) (Petro) electo Basiliensi, (Henrico) praeposito S. Andreae Wormaciensis et magistro Iohanni de Sirkis canonico Trevirensi mandat, ut Eberhardum de Iseni in corporalem possessionem canonicatus et praebendae ecclesiae Moguntinensis inducant. viii kal. Iun. a° 2°. ‖ Schunck l. c. 82; Würdtwein l. c. IX. 52. — »Adiutos morum et.«
» 25	»	(22459) Riccardum comitem Fundanum vituperat, quod preces et hortationes sedis apostolicae (*cf.* n° 22327) parvipendat et hostiliter procedere contra cives Terracinenses intendat. Rogat eum, ut ab suae intentionis proposito desistat nullamque faciat novitatem et, si forte adversus illos procedere inceperit, desistat penitus ab inceptis. viii kal. Iun. a° 2°. ‖ Contator Histor. Terracin. 287. — »Pridem querela gravi.«
» 27	»	(22460) Edwardo regi Angliae concedit, ut eius filii et filiae personis, ipsis quarto affinitatis vel consanguinitatis gradu coniunctis, impedimento affinitatis vel consanguinitatis huiusmodi non obstante, licite possint matrimonialiter copulari. vi kal. Iun. a° 2°. ‖ Stevenson Doc. of the hist. of Scotland I. 35. n° 20, *male ad* a. 1287. — »Eximiae devotionis affectus.«
» 27	»	(22461) Eidem significat, non existere suae intentionis, ut istius filii vel filiae praetextu dispensationis huiusmodi cum filiis vel filiabus, nepotibus neptibusve quondam Petri olim regis Aragoniae *etc.* matrimonium contrahere possint. vi kal. Iun. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 8. — »Licet nuper ad.«
» 28	Romae ap. S. (Sabinam)	(22462) Iacobum de Perusio priorem fratr. Praedic. S. Sabinae de Urbe praeficit ecclesiae Florentinae in episcopum. »Romae ap. S. Sebastianum« v kal. Iun. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 128; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 13. — »Debitum officii nostri.«

1286.

Mai. 28 — Romae ap. S. Sabinam — ° (22463) Abbati monasterii de Althenberg Patavieus. dioc. mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae Wissegradensis alienata invenerit illicite vel distracta, ad proprietatem eiusdem legitime revocet. v kal. Iun. a° 2°. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 594. n° 1381.

" 28 — (") — ° (22464) Cynthium de Pinea ex electo Tripolitano episcopo subeligit in archiepiscopum Capuanum. v kal. Iun. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 340.

" 31 — " — (22465) Rodulpho regi Romanorum ad unctionem, consecrationem et coronationem imperialis diadematis in basilica Principis apostolorum de Urbe recipiendas festum purificationis b. Virginis primo venturum assignat. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Schunck Cod. dipl. 86; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 291. n° 452; *deficiente initio* ap. Raynald. Ann. ad a. 1286 § 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 569. n° 47. — »Sacerdotium et imperium.«

" 31 — " — (22466) Octoni, Alberto et Octoni marchionibus Brandeburgensibus notum facit, se Rudolpho regi Romanorum ad petitas unctionem, consecrationem et coronationem in basilica Principis apostolorum in Urbe recipiendas festum purificationis b. Virginis primo venturum assignavisse et I(ohannem) episcopum Tusculanum ad regiae petitionis instantiam legatum in Alemanniae ac aliis quibusdam partibus deputare. Rogat eos et hortatur, ut eidem regi ad decus tanti culminis obtinendum consiliis et auxiliis opportunis assistant et apud eundem insistant, ut ad recipiendum diadema imperiale Romam veniat. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner l. c. n° 453; *cf.* Raynald. l. c. § 3. — »Sacerdotium et imperium.«

° *In eundem modum eodemque die* Ducibus, marchionibus, lancraviis, palatinis comitibus et aliis nobilibus in imperio per Alemanniam et Slaviam constitutis.
" " " " " Octoni et Conrado marchionibus Brandeburgensibus.
" " " " " Lodovico duci Bavariae comiti palatino Rheni. } *cf.* Deutinger Beyträge II. 156. n° 41; Lang Regesta IV. 310.
" " " " " Henrico duci Bavariae comiti palatino Rheni. }
" " " " " Menhardo comiti Charintiae.
" " " " " Duci Saxoniae.
" " " " " (Wenceslao) regi Boemiae. ‖ Schunck l. c. 92; *cf.* Palacky Reise 47. n° 383; Erben l. c. n° 1384.
" " " " " (Sigfrido) archiepiscopo Coloniensi.
" " " " " (Henrico) " Maguntino. ‖ Schunck l. c. 90.
" " " " " (Rudolfo) " Salzeburgensi. ‖ Lang l. c.
" " " " " Universis archiepiscopis et episcopis in imperio per Alemanniam et Slaviam constitutis.
" " " " " Universis iudicibus, advocatis, universitatibus civitatum, villarum et aliorum locorum necnon scabinis et aliis ministris ipsorum in imperio per Alemanniam et Slaviam constitutis.

" 31 — " — (22467) Iohanni episcopo Tusculano committit considerans, partes Alamanniae longis iam exactis temporibus non fuisse per legatum praesertim missum de latere visitatas, supplicatione insuper R(udolphi) regis Romanorum inductus, in dictis partibus plenae legationis officium. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 4; Theiner Mon. Polon. I. 96. n° 180; *cf.* Palacky Reise 48. n° 384; Erben Regest. Bohem. II. 595. n° 1383. — »Subit assidue nostre.«

" 31 — " — (22468) Eidem in regnis Boemiae, Datiae ac Svetiae, per Poloniae, Pomeraniae, Cassubiae, Prusciae, Livoniae et Rusciae ducatus idem committit. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 97; *cf.* Lello Hist. di Monreale (II.) 27, *ad* Mai. 22. — »Subit assidue nostre.«

" 31 — " — (22469) Archiepiscopos et episcopos ac electos, abbates .... et alios ecclesiarum praelatos, capitula, conventus et collegia Cisterc., Praemonstr., Cluniac., s. Ben., s. Aug., Cartus., Grandimontens. et aliorum ordinum, necnon priores hospitalis s. Iohannis Ierosol., domorum militiae Templi et b. Mariae Theoton. praeceptores ceterasque omnes personas ecclesiasticas regulares et saeculares *etc.* per partes Alemanniae [*in eundem modum* per Boemiae, Datiae et Svetiae regna, Poloniae, Pomeraniae, Cassubiae, Prusciae, Livoniae et Rusciae ducatus] constitutos monet et hortatur, ut cardinalem eundem benigne recipiant ac ipsius monita et praecepta efficaciter adimpleant. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 97. — »Subit assidue nostre.«

" 31 — " — (22470) I(ohanni) episcopo Tusculano apostolicae sedis legato concedit facultatem faciendi recipi personas idoneas in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis infra eiusdem legationis terminos in canonicos et providendi eis de praebendis. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 98. — »Cum te ad.«

" 31 — " — (22471) Eidem concedit facultatem dispensandi cum tribus Alemanniae partium, in singulis autem praedictis regnis cum duobus clericis, in praefatis vero ducatibus cum singulis clericis, ita ut eorum quilibet duo beneficia, personatus vel dignitates, etiamsi curam habeant animarum annexam, licite recipere ac libere retinere possint. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 98. — »Cum te ad.«

1286.

Mai. 31 — Romae ap. S. Sabinam — (22472) Eidem tribuit facultatem concedendi quatuor nobilibus mulieribus, ut earum quaelibet cum decenti comitiva mulierum usque ad triennium post eius concessionem semel in anno monasterium quorumcunque ordinum causa devotionis intrare possit. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 98. — »Cum te ad.«

" 31 — " — (22473) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. praecipit, ut inquirant, an Gaufridus praepositus Bariolensis Foroiuliens. dioc. decimam pro Terra sancta integre persolverit *etc.* II kal. Iun. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 569. n° 48. — »Venerabilis frater noster.«

Iun. 1 — " — (22474) Episcopum Auxitanum conservatorem iurium et defensorem fratrum Minorum provinciae marchiae Anconitanae constituit. Kal. Iun. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 570. n° 49. — »Inundans malitia perversorum.«

" 1 — " — (22475) Magistro ac praepositis, prioribus, praelatis, fratribus et sororibus ordinis Humiliatorum indulget, ut, si diocesani praesentatas eis electiones praepositorum absque examinationis scrutinio infra 15 dies distulerint confirmare, dicti electi ex tunc ut veri praepositi curam et administrationem domorum in spiritualibus et temporalibus eo ipso libere habeant. Kal. Iun. a° 2°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 312. — »Presignis ordinis vestri.«

" 1 — " — (22476) Eisdem indulget, ut ad praestationem aliquarum collectarum, subsidiorum et aliarum exactionum minime teneantur. Kal. Iun. a° 2°. ‖ Tiraboschi l. c. 314. — »Religionis vestre meretur.«

" 4 — " — (22477) Petro episcopo Clusino concedit, ut castrum Potentinum suae diocesis et mensae vendere valeat. II non. Iun. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 571. n° 50. — »Te nobis hactenus.«

" 5 — " — (22478) Decano et priori Praedic. ac guardiano Minor. ord. Astoricensibus mandat, ut, si Marchus monachus in abbatem monasterii s. Petri de Montibus ord. s. Ben. Astor. dioc. unanimiter postulatus sit, eius postulationem confirment. Non. Iun. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 51. — »Nuper ad audientiam.«

" 5 — " — (22479) (Petro) electo Basiliensi mandat, ut ea quae de bonis ad mensam archiepiscopi Maguntini spectantibus alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem mensae legitime revocet. Non. Iun. a° 2°. ‖ Schunck Cod. dipl. 94. — »Significavit nobis venerabilis.«

" 5 — " — (22480) Eidem mandat, ne permittat, ut Henricus archiepiscopus Maguntinus, quem nuper de Basiliensi ecclesia ad ecclesiam Maguntinam transtulerit, contra indulta privilegiorum ei a sede apostolica concessorum ab aliquibus indebite molestetur. Non. Iun. a° 2°. Schunck l. c. 96. — »Etsi quibuslibet ecclesiis.«

" 5 — " — (22481) (Simeoni) plebano ecclesiae s. Pantaleonis de Venetiis mandat, ut controversiam inter monasterium s. Salvatoris ord. s. Aug. et ecclesiam s. Bartholomaei de Venetiis super quibusdam iuribus parochialibus litigantes sine strepitu iudicii audiat et debito fine decidat. Non. Iun. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIV. 137. — »Petitio dilectorum filiorum.«

" 9 — " — (22482) Episcopo, priori Praedic. et custodi Minor. ordd. Urbevetanis mandat, curent ut Castrum Potentinum Clusin. dioc. vendatur et pecunia tuto loco servetur. v id. Iun. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 572. n° 52. — »Exponente nobis hactenus.« *Cf.* n° 22477.

" 9 — Romae (ap. S. Sabinam) — ° (22483) Le pape Honorius institue des arbitres pour juger le différend survenu entre la ville d'Anvers et Adolphe comte de Berghe. v id. Iun. (a° 2°). ‖ Fréd. Verachter Inventaire des chartes . . . d'Anvers (1860. 4°) 14. n° 47.

" 11 — Romae ap. S. Sabinam — (22484) Hospitale s. Bernardi de Monte Iovis Sedunens. dioc. tuendum suscipit eiusque bona et possessiones nominatim exhibita, iura ac privilegia confirmat. III id. Iun. indict. XIV. incarn. dom. a° 1286. pont. a° 2°. ‖ Mém. et docum. de Genève XV. docum. 23. n° 23. — »Religiosam vitam eligentibus.«

" 13 — " — (22485) (Radulpho) archiepiscopo Lugdunensi, (Iacobo) Eduensi et (Raymundo) Vapincensi episcopis mandat, ut Guillelmum Viennensem archiepiscopum, quem Ludovicus de Sabaudia et eius complices tam diu detinuere captivum, donec mediante Guillelmo Gratianopolitano episcopo quasdam eidem nobili promissiones et obligationes fecerit illicitas et pro illis servandis fideiussores exhibuerit, una cum fideiussoribus decernant ad observationem huiusmodi promissionis et obligationis non teneri, dictos autem sacrilegos tam diu excommunicatos publice nuncient, donec super eis competenter satisfecerint. Id. Iun. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 29; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 14. — »Nuper ad nostrum.«

" 17 — " — (22486) Edvardo regi Angliae ad quinque petitiones circa Terrae sanctae negotium per Othonem de Grandisono eius familiarem et nuntium propositas respondet. XV kal. Iul. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. III. 9. — »Ille a quo.«

1286.

Iun. 17 | Romae ap. S. Sabinam | (22487) Eundem rogat, ut intentionem papalem de matrimoniis filiorum suorum filiarumque cum quibuslibet indevotis ecclesiae non contrahendis diligentius observet et ab eisdem suis filiis et filiabus faciat observari. Addit, se super negotio, quo praefatum nuntium specialiter destinaverit, per alias litteras respondere *etc.* xv kal. Iul. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 9. — »Processit ex intimae.«

» 27 | — | Veronensem episcopum monet: »Laterani v kal. Iul. a° 2°«. ‖ Federici Istor. de caval. Gaudenti II. doc. 221. n° 189; Dondi Orlogio Dissert. VIII. docum. 30. n° 13, *vid.* 1224. Iun. 27. n° 7276.

» 30 | » | * (22488) Capitulo Amerino mandat, ut sibi personam idoneam in episcopum pro Bartholomaeo resignato eligant. ii kal. Iul. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 299.

Iul. 4 | Tibure | (22489) Magistro et praepositis, prioribus, praelatis, fratribus et sororibus ordinis Humiliatorum concedit, ut magister cum unanimiter et concorditer electus fuerit, ante confirmationem libere administret. iv non. Iul. a° 2°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliatorum mon. II. 315; *cf.* Sala Documenti 61. n° 11. — »Presignis ordinis vestri.«

» 5 | » | (22490) Guidoni sacristae administrationem monasterii Nonantulani ord. s. Ben. Mutinens. dioc. concedit. iii non. Iul. a° 2°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 397. n° 488. — »Olim monasterio de.«

» 12 | » | (22491) Edwardum regem Angliae hortatur, ut Thomae de S. Leodegario electo Midensis ecclesiae regalia eiusdem ecclesiae, quae per ipsum regem vacationis eius tempore detinebantur, restituat. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 10; Wilkins Concil. II. 124. — »Licet continuata supervenientium.«

» 12 | » | (22492) Stephanum episcopum Waterfordensem ad ecclesiam Tuamensem transfert eique in archiepiscopum praeficit. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 498. n° 11; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 573. n° 53; Theiner Mon. Hibern. 135. n° 298. — »Romani pontificis qui.«

* *De eodem argumento* Capitulo ecclesiae Tuamensis — Clero et populo civitatis et diocesis Tuamensis — Vassallis ecclesiae Tuamensis — Suffraganeis ecclesiae Tuamensis — Regi Angliae.

» 12 | » | (22493) Eidem transmittit pallium, ut illo intra ecclesiam suam illis diebus utatur, qui expressi in ipsius ecclesiae privilegiis continentur. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 575. n° 54; Theiner l. c. 136. n° 299. — »Cum nos nuper.«

» 12 | » | (22494) Aladensi, Elfiensi ac Waterfordensi episcopis mandat, ut Stephano Tuamensi electo pallium assignent. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 55; Theiner l. c. n° 300. — »Cum nos nuper.«

» 12 | » | (22495) Walterum decanum Waterfordensem, quem olim Armachanus archiepiscopus ecclesiae Midensi praefecerat in episcopum, qui autem una cum Thoma Midensi electo a maiori parte cleri Midensis in manibus papae cesserat huic episcopatui, Waterfordensi ecclesiae praeficit in episcopum et pastorem. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 136. n° 301. — »In supreme dignitatis.«

* *De eodem argumento* Capitulo ecclesiae Waterfordensis — Clero et populo civitatis et diocesis Waterf. — Archiepiscopo Cassellensi et — E(duardo) regi Angliae.

» 12 | » | (22496) Thomam de S. Leodegario electum Midensem post obitum Hugonis episcopi ecclesiae Midensi praeficit in episcopum et pastorem. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 137. n° 302. — »Licet continuata supervenientium.«

* *De eodem argumento* Clero et populo civitatis et diocesis Midensis — Universis vasallis ecclesiae Midensis — Regi Angliae.

» 12 | (») | * (22497) Sabam electum a capitulo Melitensi episcopum confirmat. iv id. Iul. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 955.

» 14 | » | (22498) I(ohanni) episcopo Tusculano apostolicae sedis legato in partibus Alemanniae, in regnis Boemiae, Datiae *etc.* concedit facultatem absolvendi illos suae legationis, qui adhaeserunt quondam Corrado nato Frederici olim Romanorum imperatoris et Corradino eiusdem Corradi filio contra mandatum sedis apostolicae. ii id. Iul. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 98. — »Cum te ad.«

» 15 | » | (22499) R(oberto) comiti Atrebatensi una cum G(erardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato baiulo regis Siciliae per Romanam ecclesiam constituto expresse adimit omnem auctoritatem procedendi contra Adinulphum Acerrarum comitem. Id. Iul. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 15. — »Magnitudini tuae per.«

» 15 | » | (22500) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Perusinis dat facultatem dispensandi cum Loctulo nato Elimosinae et Herminia filia quondam Mersuli civium Perusinorum causa matrimonii. Id. Iul. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 576. n° 56. — »Exhibita nobis dilecti.«

1286.

Iul. 18 | Tibure | (22501) P. Cracoviensi episcopo committit, ut illis cum clericis, qui, cum ipse episcopus per L. ducem Cracoviae captus et detentus fuerit, de mandato ducissae Cracoviae divina officia non tamen in contemptum clavium celebrarint, super irregularitate dispenset, dummodo septennarium numerum non excedant ac in episcopi captionem non fuerint machinati. xv kal. Aug. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 98. n° 181. — »Ex parte dilecte.«

» 23 | » | (22502) Thomae Midensi electo concedit, ut a quocumque catholico episcopo in diaconum et presbyterum se possit facere statutis temporibus promoveri et, postquam ad praedictos ordines fuerit promotus, quivis talis episcopus consecrationis munus »vice nostra« ei valeat impertiri. x kal. Aug. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 138. n° 303. — »Cum te in.«

» 30 | » | * (22503) Ademarum, Claromontensis ecclesiae cantorem ac defectum in ordinibus patientem, in Claromontensem episcopum postulatum confirmat. iii kal. Aug. a° 2°. Gallia christ. II. 280.

Aug. 3 | » | (22504) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui pro remedio animae Philippi regis Franciae nuper defuncti († 1285. Oct. 5) orationem dominicam dixerint, indulgentiam 10 dierum elargitur. iii non. Aug. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 27. — »Qualiter hoc clarae.«

» 5 | » | (22505) Episcopo, priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Petragoricensibus mandat, ut Hilariam in abbatissam monasterii s. Mariae Xantonensis ord. s. Ben. per mortem Yvae abbatissae regimine destituti electam, si nihil ei obsit, confirment. Non. Aug. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 576. n° 57. — »Dudum monasterio sanctae.«

» 9 | » | * (22506) Episcopo Tudertino mandat, ut Fidemundum Nucerinum electum in subdiaconum ordinet, inde illum in episcopum consecret. v id. Aug. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1068.

» 13 | » | (22507) Priori S. Margaritae de Corneto Tuscan. dioc. mandat, ut bona iniuste alienata aut distracta ad ius et proprietatem monasterii s. Martini in Monte Cisterc. ord. Viterbiens. dioc. revocet. Id. Aug. *Annus deest.* ‖ Bullar. Vatic. I. 207. — »Dilectorum filiorum abbatis.«

» 18 | » | (22508) Abbati et conventui monasterii s. Benedicti supra Padum et Lironem Mantuan. dioc. concessionem usus mitrae et baculi pastoralis, annuli, chirothecarum, tunicae, dalmaticae, sandaliorum et caligarum ab Innocentio pp. IV a° 1250. Mart. 1 factam confirmat. xv kal. Sept. a° 2°. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 39. — »Tenorem quarundam litterarum.«

» 23 | » | (22509) Petri patriarchae Constantinopolitani electionem confirmat eique per Latinum Ostiensem episcopum, munere consecrationis impenso, pallium facit exhiberi. x kal. Sept. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 35; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 14, *apud utrumque sine initio.*

» 24 | (») | * (22510) Petrum Capoccium episcopum Anconitanum ad Viterbiensem ecclesiam transfert. ix kal. Sept. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1414 ex reg. Vatic. ep. 106.

» 25 | » | (22511) Magistro et priori provinciali Hispaniae ord. Praedic. curam priorissae, conventus et monasterii s. Mariae Magdalenae Valentinae ord. s. Aug. committit. viii kal. Sept. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 15. — »Apostolicę sedis benignitas.«

» 25 | (») | * (22512) Bernardum de Podio Lucensem apostolicum capellanum ecclesiae Anconitanae praeficit in episcopum. viii kal. Sept. a° 1286. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 335 ex reg. Vatic. ep. 104.

Sept. 17 | » | (22513) (Opizoni) episcopo Parmensi et abbati monasterii s. Benedicti de Placentia ord. Vallis Umbrosae mandat, ut monasterium s. Sixti Placentinum, cuius venditionem factam monialibus s. Clarae eiusdem civitatis, si constet, nullam declarat, Benedicto abbati eiusdem restituatur, *etc.* xv kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 578. n° 58. — »Petitio dilectorum filiorum.«

Oct. 1 | » | (22514) Guillelmum Glifford capellanum suum post obitum b. m. David episcopi ecclesiae Imelacensi praeficit in episcopum. Kal. Oct. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 138. n° 304. — »In supreme dignitatis.«

* *De eodem argumento* Capitulo Imelacensi — Clero et populo civitatis et diocesis Imelacensis — Universis vassallis ecclesiae Imelacensis — Archiepiscopo Cassellensi — Regi Angliae.

» 1 | » | (22515) (Rambocto) episcopo Camerinensi, quem exhortaverat ut priori et fratribus ordinis Praedicatorum de Camerino ecclesiam canonicorum s. Sebastiani Camerinensis concederet, mandat, ut, cum ex hoc non solum Benevenutus et canonici dictae ecclesiae, sed etiam clerus Camerinensis civitatis graviter perturbentur, de numero canonicorum istorum veritatem sedi apostolicae significet. Kal. Oct. a° 2°. ‖ Turchius De eccles. Camerin. pontificibus, app. 97. n° 63; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 580. n° 59. — »Accedens ad apostolicam.«

1286.

Oct. 7 — Romae ap. S. Sabinam — (22516) Priori de Garibaldasco ord. s. Ben. Placentin. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii ss. Systi et Francisci Placentini alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Non. Oct. a° 2°. ‖ Campi Hist. di Piacenza III. 263. n° 4. — »Dilectarum in Christo.«

» 15 — Romae (ap. S. Sabinam) — (22517) Willelmo de Glifford electo Imelacensi concedit, ut a quocumque archiepiscopo vel episcopo in diaconum et presbyterum se possit statutis temporibus facere promoveri, et ut, postquam ad praedictos ordines fuerit rite promotus, quivis talis episcopus ei consecrationis munus valeat impertiri. Id. Oct. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 130. n° 305. — »Cum te in.«

» 15 — Romae ap. S. Sabinam — (22518) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Tullensibus dat facultatem dispensandi cum Ioffredo dicto Bridamnae de Novo Castro armigero et Margaronna eius uxore super matrimonio contracto. Id. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 581. n° 60. — »Petitio dilecti filii.«

» 15 — » — (22519) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. de Florentia scribit idem de matrimonio Doni dicti Duci filii quondam Angiolini de Malchiavellis et Contessae dictae Tessae neptis Staldi Iacobi de Florentia militis. Id. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 582. n° 61. — »Lecta coram nobis.«

» 21 resp. 26 — » — (22520) Blancae cl. mem. L(udovici) regis Francorum uxori concedit, ut infra septa monasterii de Humilitate b. Mariae V. Parisiens. dioc. cum mulierum et puellarum honestarum numero moderando abbatissae ipsius coenobii arbitrio ei liceat habitare. XII (VII *Wadd.*) kal. Nov. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 22; Wadding Ann. Minor. V. 500. n° 12; Sbaralea l. c. n° 62. — »Litterarum tuarum series.«

» 26 — » — (22521) Ministro fratrum Minorum Franciae et abbatissae monasterii de Humilitate B. M. V. Paris. dioc. de superiore epistola significat eisque mandat, ut praemissa exacte exequantur. VII kal. Nov. a° 2°. Wadding l. c. n° 13; Sbaralea l. c. 583. n° 63. — »Litterarum dilectae in.«

» 29 — » — (22522) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. de Ancona concedit facultatem dispensandi cum Iacobo Petri et Oliveta filia Leonardi Stephani civium Anconitanorum matrimonii causa. IV kal. Nov. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 64. — »Petitio dilecti filii.«

» 30 — » — (22523) Archiepiscopo Eboracensi et Dunelmensi episcopo mandat, ut domum quam habent fratres ordinis Poenitentiae Iesu Christi in novo castro super Tynam Dunelmens. dioc., vendant pro construendo monasterio sororum ordinis s. Clarae. III kal. Nov. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 501. n° 14; Sbaralea l. c. n° 65. — »Dilectus filius nobilis.«

Nov. 3 — » — (22524) Episcopo Quinqueecclesiensi mandat, ut ea quae de bonis hospitalis s. Iohannis Hierosol. in Hungaria alienata invenerit illicite vel distracta, ad eiusdem ius et proprietatem legitime revocet. III non. Novb. a° 2°. Mon. Hungar. hist. Dipl. VI. 146. — »Ad audientiam nostram.«

» 6 — » — (22525) E(dwardo) regi Angliae scribit, se ex eius litteris collegisse, eum treugas inter Philippum regem Francorum et Alfonsum natum (Petri) quondam regis Aragonum tractavisse, et addit, se litteras misisse responsales continentes inter alia, se super hoc negotio plenius informatas personas intendere quantocius ad regem destinare. Rogat eum et hortatur, ut, cum ad perducendum suam intentionem ad effectum Bonifacium Ravennatem et Petrum Montis Regalis archiepiscopos mittat, illos benigne recipiat. VIII id. Nov. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. III. 15. — »Collegimus nuper ex.«

» 6 — » — (22526) Eidem, qui rogaverat, ut papa ad conciliandam inter Alfonsum et Carolum de Aragoniae regno certantes concordiam ad se mitteret internuncios, respondet, praetactum negotium esse arduum atque difficile, cum illud Romanam ecclesiam, domum Franciae, Carolum primogenitum cl. mem. Caroli regis Siciliae, liberos quoque quondam Fernandi nati Alfonsi regis Castellae necnon et eundem Alfonsum (*i. e.* Aragonium) ac Iacobum germanum et (Constantiam) matrem ipsius, et etiam Franciae Castellaeque regna contingat. »Propter quod penitus expedit, ut in illo non perfunctorie sed exacte et mature procedatur.« Rogat et hortatur eum, »quatenus non moleste ferat, si Bonifacio Ravennati et Petro Montis Regalis archiepiscopis ad te pro iam dicto negotio destinatis potestatem huiusmodi non duximus concedendam.« VIII id. Nov. a° 2°. ‖ Rubeus Histor. Ravenn. 465; Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 13, *non integra*. — »Habebat inter cetera.«

» 7 — » — (22527) Bonifacio Ravennati et Petro Montis Regalis archiepiscopis, quibus perficiendae pacis potestatem permisit, mandat, ut, si Alfonsus rex conditiones ei traditas recuset adimplere, propterea nequaquam rumpant negotium, sed potius iuxta informationis apostolicae tenorem prudenter procedant in eodem. VII id. Nov. a° 2°. ‖ Rubeus l. c. 465; Raynald. l. c. § 14, *fragm.* — »Licet vobis et.«

» 7 — » — (22528) Archiepiscopo Toletano et episcopo Burgensi mandat, ut suspensionem interdicti, quod a Martino papa ob defectionis ab Alfonso rege crimen vibratum fuerat contra archiepiscopos et episcopos aliosque praelatos, comites, barones et alios tam clericos

1286.

quam laicos per Castellae ac Legionis, Toleti, Galletiae, Sibiliae, Cordubae, Murciae atque Gihennii regna, cum iam Alfonsus e vivis sublatus esset, publicent et faciant publicari. VII id. Nov. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 584. n° 67. — »Dudum felicis recordationis.«

Nov. 10 — Romae ap. S. Sabinam — (22529) I(ohanni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, faciat ut Sugerio Gadicensi episcopo, qui ecclesia sua spoliatus et in partibus Franciae morari coactus sit, ab aliquibus monasteriis regni Franciae in aliqua quantitate pecuniae annis singulis usque ad triennium subveniatur. IV id. Nov. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 21. — »Movet nos apostolicae.«

» 11 — » — (22530) Guillelmo electo Imelacensi concedit potestatem tabellionatus officium personae idoneae concedendi. III id. Nov. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. in n° 305. — »Ut eo magis.«

» 12 — » — (22531) Angelo priori ecclesiae Fulginatis in causa communis Castri de s. Victoria Firman. dioc. contra Raynaldum de Morta et Gentilem eius filium laicos Esculan. dioc., qui illos coram Abbamonte archidiacono Esculano super terris, debitis *etc.* convenerant, mandata dat. II id. Nov. a° 2°. ‖ Colucci Antich. Picene XXIX. app. 127. n° 71. — »Sua nobis commune.«

» 13 — » — (22532) Abbati S. Petri Gandensis ord. s. Ben. Tornacens. dioc. indulget, ut minime teneatur ad solutionem aliquorum debitorum per praedecessores suos ipsius monasterii nomine contractorum, nisi ea forsan auctoritate litterarum sedis apostolicae sint contracta *etc.* Id. Nov. a° 2°. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de Saint Pierre I. 241. n° 450, *ubi* Honorio III *perperam tribuitur*. — »Indempnitati monasterii tui.«

» 15 — » — (22533) Priori generali et fratribus Eremitarum ord. s. Aug., quibus abbas et conventus monasterii s. Victoris Parisiensis quandam domum sitam in Vico s. Victoris Paris. fratri Iuvenali de Narnia Eremitarum ordinis Parisius vicario nomine ordinis ad usus fratrum ipsius ordinis Parisiis studentium ad annuum censum concesserant, hanc concessionem confirmat. XVII kal. Dec. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 154. — »Petitio vestra nobis.«

» 15 — » — (22534) Eisdem, quibus capitulum ecclesiae Parisiensis quandam petiam terrae sitam in loco qui dicitur Cardinetum ultra parvum pontem infra muros Parisienses vendiderant, hanc venditionem confirmat. XVII kal. Dec. a° 2°. ‖ Empoli l. c. 156. — »Petitio vestra nobis.«

» 15 — » — (22535) Eisdem, quibus Agnes relicta Auberti dicti ad Fabas civis Parisiensis vidua quoddam arpentum terrae situm in loco qui dicitur Cardinetum infra muros Parisienses, quod a monasterio s. Victoris Paris. sub annuo censu 12 denariorum tenebat, ordini Eremitarum vendiderat, hanc venditionem confirmat. XVII kal. Dec. a° 2°. ‖ Empoli l. c. 159. — »Meritis vestrae religionis.«

» 17 — » — (22536) Praeposito et capitulo ecclesiae Sistaricensis concedit, ut fundum quendam fratribus ord. Minor. vendant, eosque a iuramento non alienandi solvit. XV kal. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 585. n° 67. — »Considerantes attentius quod.«

» 18 — in Urbe in ecclesia S. Sabinae — (22537) Processum contra Iacobum »qui se regem Siciliae nominat«, Constantiam eius matrem et Siculos approbat, ratificat et confirmat, Cephaludensem autem et Neucastrensem ac alios episcopos, qui eiusdem Iacobi unctioni et coronationi praesumpserunt personaliter interesse, excommunicat et ab administratione spiritualium et temporalium suspendit. »In die dedicat. basil. Princip. apostolor.« a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 9, *non integra*.

» 20 — Romae ap. S. Sabinam — (22538) Abbatissae et conventui monasterii de s. Apollinari ord. s. Ben. Assisinat. dioc. concedit, ut intra Assisinatem civitatem se transferre possint non obstante monialium Clarissarum oppositione. XII kal. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 586. n° 68. — »Petitio vestra nobis.«

» 27 — » — (22539) Galgano de Eugubio ordinis fratrum Minorum inquisitori haereticae pravitatis in ducatu Spoletano committit, ut declaret, si ipsi constiterit »quod Archionus miles natus quondam Philippi dicti Palmerii militis Spoletani et filii eius non sint de haeretica pravitate suspecti«, illos ad omnia saecularia officia et beneficia ecclesiastica assumi posse. V kal. Dec. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 152; Sbaralea l. c. 587. n° 69; Cherubini Bullar. I. 145; Matthaeus Summa p. 32; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 86. n° 6; *in* Septim. Decret. lib. 5. tit. 3 *de haeret.* c. 5 ap. Boehmer Corp. II. app. 140. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 28 — » — (22540) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Toletanis mandat, ut detentores beneficiorum ecclesiasticorum Aegidio Martini capellano suo consanguineo Iohannis pp. (XXI) collatorum ad sistendum se pontifici citent. IV kal. Dec. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 588. n° 70. — »Dilectus filius Aegidius.«

» 30 — » — (22541) (Iohanni) archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis eius mandat, ut, cum nimis in partibus Anglicanis Iudaeorum damnata perfidia in contumeliam creatoris et detrimentum catholicae fidei nefandis actibus et horrendis operibus relaxaverit habenas, et

1286.

cum librum maligna fraude compositam habeant, quem Thalmud vulgariter nuncupant, abominationes, falsitates, infidelitates et abusiones multimodas continentem, in quo damnabili libro suum continuant studium *etc.*, promptis animis consurgant ad tantae audaciae repressionem. ɪɪ kal. Dec. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1286 § 25—27; Sbaralea l. c. 590. n° 71. — »Nimis in partibus.«

Dec. 5 — Romae ap. S. Sabinam — (22542) Abbatissae et conventui monasterii de Quidlingemborch ord. s. Aug. Halberstad. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Non. Dec. a° 2°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 282; Kettner Dipl. Quedlinb. 246; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII von Aebtiss. 222. n° 74. — »Cum a nobis.«

„ 5 — „ — (22543) Eisdem concedit facultatem utendi de cetero illis privilegiis et indulgentiis, quibus propter simplicitatem et iuris ignorantiam usae non fuerint temporibus retroactis. Non. Dec. a° 2°. ‖ Erath l. c. 283; Lünig l. c. 220. n° 70; Kettner l. c. 245. — »Cum sicut ex.«

„ 5 — „ — (22544) Priori fratrum Praedic. et magistro Adinulpho de Anagnia capellano suo canonico ac officiali Parisiensi significat, se dare in mandatis Leodiensi episcopo, qui civitatem Leodiensem cum suis incolis excommunicationis et interdicti sententiis subiecerat, ut infra octo dies interdictum hoc quoad duo sacramenta, videl. baptisma parvulorum et poenitentiam morientium, relaxet. Mandat eis, ut si dictus episcopus mandatum apostolicum neglexerit adimplere, ipsi ex tunc interdictum huiusmodi quoad praemissa duo sacramenta relaxari curent. Non. Dec. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 15. — »Decet venerabilem fratrem.«

„ 7 — „ — (22545) Magistro et fratribus ord. Praedic. indulget, ut si diocesani locorum requisiti primarium lapidem in ecclesiis vel oratoriis, quae illi de novo velint construere, ponere ac ecclesias vel oratoria praedicta ac etiam altaria consecrare et cimiteria benedicere denegaverint *etc.*, per quoscunque voluerint episcopos praemissa recipere possint. ᴠɪɪ id. Dec. a° 2°. ‖ Ripoll l. c. I. 5. n° 6, *ubi* Honorio III *perperam adscribitur.* — »Ex parte vestra.«

„ 9 — „ — (22546) Domus Praedic. et s. Aug. prioribus ac guardiano Minor. ord. Reatinis mandat, ut inquirant, an expediat venditio nonnullorum praediorum ecclesiae Reatinae pro aere alieno solvendo, et, si id quidem, venditionem permittant. ᴠ id. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 591. n° 72. — »Lecta coram nobis.«

„ 18 — „ — (22547) Praeposito et capitulo ecclesiae Wibergensis mandat, ut, cum Petrus de ord. Minor., qui se gesserit diu pro episcopo Wibergensi, sponte resignarit, praefatae ecclesiae de persona idonea per electionem canonicam aut postulationem concordem provideant. xᴠ kal. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 592. n° 73; Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 382. n° 66. — »Cum frater Petrus.«

„ 18 — „ — (22548) Priori provinciali Franciae ord. Praedic. concedit facultatem concedendi duabus personis idoneis tabellionatus officium. xᴠ kal. Ianr. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 16. — »Cum sicut dilecti.«

1287.

Ianr. 5 — „ — (22549) Petro Stephani de Urbe rectori Romaniolae mandat, permittat Leoni de Fontis civi Cerviensi, ut salem ex propriis salinis extrahat et sine pedagii solutione vendat. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 293. n° 455. — »Habet assertio dilecti.«

„ 9 — „ — (22550) I(ohanni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato mandat, ut Galieno de Pisis canonico ecclesiae de S. Audomaro concedat facultatem erigendi monasterium pro sanctimonialibus ord. s. Clarae iuxta Villam s. Marcelli prope Parisius. ᴠ id. Ianr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 502. n° 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 592. n° 74. — »Ex parte charissimi.«

„ 11 — „ — (22551) (Philippo) episcopo Tornacensi, priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Insulensibus mandat, concedant, si expedire invenerint, decano et ecclesiae Insulensis Tornac. dioc. licentiam permutandi quasdam possessiones cum (Guidone) comite Flandriae. ɪɪɪ id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 593. n° 75. — »Significarunt nobis decanus.«

Febr. 4 — „ — (22552) Archidiacono, priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Pergamensibus mandat, ut cum Theobaldo de Cataneis de Muco et Gilla filia Armanni de Bongiis de Pergamo super contracto matrimonio dispensent. ɪɪ non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 594. n° 76. — »Exhibita nobis dilecti.«

„ 4 — „ — (22553) Priorem et fratres ecclesiae s. Mariae de Burgo s. Sepulchri ord. s. Aug. Castellan. dioc. cum omnibus bonis et possessionibus sub b. Petri protectione suscipit. ɪɪ (*sic legerim pro* ᴠ) non. Febr. a° 2°. ‖ Gianii Annal. I. 158. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 5 — („) — • (22554) Iohanni Gregorii subdiacono Pragensi et Wissegradensi canonico: dispensat cum ipso, quod ecclesiam de Zatch non suscepto presbyteratus ordine per quatuor annos et amplius tenuerit. ‖ Palacky Reise 48. n° 385.

„ 6 — „ — (22555) Adam de Polonia canonicum Cracoviensem capellanum suum Girardo episcopo Caiacensi, cui tunc subdiacono et scriptori suo in Ungariae, Poloniae et Iadrensi pro-

1287.

vinciis collectio decimae Terrae sanctae per sedem apostolicam commissa erat, ne collectionem eandem contingat in illis partibus negligi vel omitti, in hoc officio subrogat eumque instruit, quomodo procedere debeat. ᴠɪɪɪ id. Febr. a° 2° (1° *Prz.*). ‖ Theiner Mon. Polon. I. 99. n° 182; *cf.* Przezdziecki Wiadomość 160. n° 43. — »De statu decime.«

Febr. 6 — Romae ap. S. Sabinam — (22556) Eidem mandat, ut totam pecuniam, quam de praedicta decima, et vicesima, legatis, obventionibus *etc.* collectam invenerit, Iacomino Alfani, Lapo Brunecti de Alfanis, Vermilio praedicti Iacomini filio *etc.* civibus et mercatoribus Florentinis de Alfanorum societate, vel eorum sociis pro eis assignet. ᴠɪɪɪ id. Febr. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 100. n° 183; *cf.* Przezdziecki l. c. 161. n° 44. — »Cum te ad.«

„ 9 — „ — • (22557) Guidoni de Battifollis comiti Tusciae palatino concedit, ut castrum Gangareti Aretin. dioc. a Florentinis destructum libere restaurare possit. ᴠ id. Febr. a° 2°. ‖ Ildef. a San Luigi, Delizie degli erud. Tosc. VIII. 114.

„ 13 — „ — (22558) Priorem et fratres ecclesiae s. Mariae sitae in Burgo s. Petronii ord. s. Aug. tuendos suscipit ac eorum bona possessionesque confirmat. Id. Febr. a° 2°. Gianii Annal. I. 192. — »Iustis petentium desideriis.«

„ 14 — „ — (22559) Englesium ord. Minor. fratrum ecclesiae Novariensi providet in episcopum. xᴠɪ kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 594. n° 77; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 165 § 17. — »Ex susceptae servitutis.«

„ 14 — („) — • (22560) Petrum de Saracenis episcopum Monopolitanum ad Vicentinam ecclesiam transfert. xᴠɪ kal. Mart. 1287. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 968, V. 1054.

„ 14 — („) — • (22561) Paulum Rossanensem electum archiepiscopum confirmat. xᴠɪ kal. Mart. a° 1287. ‖ Ughelli l. c. IX. 301.

„ 15 — „ — (22562) Iarundum Hamarensem episcopum Nidrosiensem electum Nidrosiensi ecclesiae praeficit in archiepiscopum. xᴠ kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. III. 595. n° 78; Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VIII. ɪ. 22. n° 14. — »Debitum pastoralis officii.«

„ 15 — „ — (22563) Capitulo ecclesiae Nidrosiensis mandat, ut praefatum electum, cum ad ipsos pervenerit, benigne recipiant eique obedientiam exhibeant. xᴠ kal. Mart. a° 2°. ‖ Unger og Huitfeldt l. c. 25. — »Debitum pastoralis officii.«

„ 15 — „ — (22564) Clero civitatis et diocesis Nidrosiensium *in eundem modum.* xᴠ kal. Mart. a° 2°. ‖ Unger og Huitfeldt l. c. 25. — »Debitum pastoralis officii.«

„ 15 — „ — (22565) Universis ecclesiae Nidrosiensis suffraganeis *in eundem modum.* xᴠ kal. Mart. a° 2°. ‖ Unger og Huitfeldt l. c. 25. — »Debitum pastoralis officii.«

„ 15 — „ — (22566) Populo civitatis et diocesis Nidrosiensium *in eundem modum.* xᴠ kal. Mart. a° 2°. ‖ Unger og Huitfeldt l. c. 26. — »Debitum pastoralis officii.«

„ 15 — „ — (22568) Erico Magno regi Norweiae scribit de eodem argumento eumque rogat et hortatur, ut eundem electum et ecclesiam isti commissam habeat propensius commendatos. xᴠ kal. Mart. a° 2°. ‖ Unger og Huitfeldt l. c. 26. — »Ad fovendum in.«

„ 15 — „ — (22569) Haquino duci Norwegiae *in eundem modum.* xᴠ kal. Mart. a° 2°. Unger og Huitfeldt l. c. 26. — »Ad fovendum in.«

„ 20 — „ — (22570) Bernardo electo Paduano concedit facultatem contrahendi mutuum usque ad summam 2000 florenorum boni et puri auri nomine suo et Paduanae ecclesiae. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VIII. docum. 32. n° 14. — »Cum sicut in.«

„ 20 — „ — (22571) Priori et fratribus Eremitarum ecclesiae s. Mariae de Populo Urbis ord. s. Aug. ecclesiam parochialem s. Triphonis de Urbe cum omnibus domibus, vineis aliisque iuribus et pertinentiis concedit in perpetuum. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 161. — »Meritis vestrae religionis.«

„ 20 — „ — • (22572) Le pape écrit aux évêques de Cambrai et d'Arras, qu'il a appris que plusieurs clercs de leurs villes et diocèses ne cessent de commettre, au detriment de Guy comte de Flandre et au grand scandale du clergé de ce pays, des homicides, vols, rapines *etc.* Il blâme les deux évêques de ne pas retenir plus longtemps en prison ces indignes clercs, lorsqu'on est parvenu à les saisir. C'est pourquoi il leur ordonne de les punir avec toute la sévérité canonique. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Saint Genois Inventaire 129. n° 429; Le Glay Mém. sur les archives du Cambrésis (Lille 1852. 8°) 49.

• *In eundem modum* A l'évêque de Liége. ‖ *Ibid.* n° 430.

„ 25 — „ — (22574) Iohanni Gregorii subdiacono Pragensis et Wissegradensis ecclesiarum canonico, rectori ecclesiae parochialis de Zatch Pragens. dioc. concedit, ut dictam ecclesiam de Zatch licite retinere et fructus percipere ex eadem possit. *Omissis signis chronol.* ‖ Erben Regest. Bohem. II. 600. n° 1397. — »Exhibita nobis tua.«

„ 25 — „ — • (22575) Le pape mande au doyen de l'église de Saint-Quentin en Vermandois dioc. de Noyon, que les prieurs des frères Mineurs de Lille et de Douai, ainsi que Pierre prévôt

1287.

de l'église de Béthune, et Baudouin d'Avesnes seigneur de Beaumont exécuteurs testamentaires de Marguerite comtesse de Flandre et de Hainaut, lui ont exposé que des clercs et des laïcs de ces pays prétendent retenir et s'approprier des sommes d'argent et des biens que ladite comtesse avait destinés à des oeuvres pies .. Il prie le doyen de forcer les clercs et laïcs à rendre ce dont ils se sont emparés illégalement. v kal. Mart. a° 2°. ‖ Saint Genois Inventaire 130. n° 432.

Mart. 1 — Romae ap. S. Sabinam — (22576) B(onifacio) Ravennati et P(etro) Montis Regalis archiepiscopis committit, ut in tractatu concordiae inter quosdam principes (*i. e.* Philippum regem Francorum et Alfonsum natum quondam regis Aragoniae) reformandae, quem E(duardus) rex Angliae proponat assumere vel iam forsan assumpserit, consilio et auxilio assistant eidem, cum ad hoc eos duxerit requirendos. Kal. Mart. a° 2° (ɪv non. Mart. a° 3° *Laz.*). ‖ Rymer Foed. I. ɪɪ. 16; (Lazeri) Misc. II. 103. — »Licet vos ad.«

" 1 — " — (22577) E(duardo) regi Angliae de superiore ad dictos archiepiscopos directa epistola significat. Kal. Mart. a° 2° (ɪv non. Mart. a° 3° *Laz.*). ‖ Rymer l. c. 16; Lazeri l. c. 104. — »Licet venerabiles fratres.«

" 1 — " — (22578) L(atino) Ostiensi episcopo, qui bona nominatim recensita a clericis ecclesiae s. Michaelis Frisonum in porticu S. Petri de Urbe emerat, hanc emptionem, cuius documenta inseruntur, ratam habet et confirmat. Kal. Mart. a° 2°. ‖ Bullar. Vatic. I. 208. — »Exposuit tua fraternitas.«

" 1 — " — (22579) Arnuldo thesaurario ecclesiae Tornacensis concedit, ut in illos, qui in Tornacensi ecclesia vel eius cimiterio manifeste ac notorie delinquentes ad alia loca postea se duxerint transferendos, possit censuram ecclesiasticam exercere, dummodo per hoc ius alicuius alterius non ledatur. Kal. Mart. a° 2°. ‖ Anal. p. s. à l'hist. ecclés. de la Belgique III. 110. — »Ex parte tua.«

" 3 — (") — ° (22580) Le pape approuve la convention arrêtée entre l'abbaye de St. Pierre, les curés des églises de St. Jean, de St. Nicolas et de St. Jacques à Gand d'une part et le gardien et le couvent des frères Mineurs en la dite ville d'autre part au sujet de l'inhumation des habitants de cette ville. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 435. n° 927.

" 4 — " — (22581) C(arolo) cl. m. C(aroli) regis Siciliae primogenito scribit, se ex relatione R(aymundi) episcopi Vapincensis et Gaufridi de Launcello ecclesiae Aptensis praepositi nunciorum eius didicisse, »quod nonnullis pactis tractatibus inter te ac Alfonsum et Iacobum natos quondam Petri olim regis Aragonum hactenus habitis dictus Alfonsus tibi per ecclesiae Salsensis praepositum intimavit, quod idem Iacobus et Constantia mater eius ipsum per nuncios speciales duxerant requirendum, ut a compositione sive concordia pridem inter te illosque tractata, dum adhuc esses in Siciliae partibus, recedere non deberet« *etc.* »Cum autem petitiones in dicto contentae tractatu nihil rationis habeant, ... nos tractatum eundem ... cassantes et penitus revocantes ipsum omnemque alium ei similem praesumi de cetero districtius inhibemus« *etc.* ɪv non. Mart. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1287 § 4; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 16. — »Venerabilis fratris nostri.«

" 4 — " — (22582) Eidem indulget, ut ecclesiastico interdicto, cui regnum Aragoniae et comitatus Barciloniae supposita sint ad praesens, durante, dum eum captum inibi contigerit detineri, liceat ei et eius familiae, ut per capellanos et clericos suos missarum sollemnia et alia divina officia submissa voce *etc.* faciat celebrari. ɪv non. Mart. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 7, *fragm.*

" 4 — " — (22583) Eduardum regem Angliae, qui per Odonem de Grandisono familiarem et nuntium suum circa negotium Aragoniae pontifici id exposuerat, quod ad christianitatis statum pacificum intendat, hortatur ut in his perstet. »Ceterum super dicto negotio nobili memorato plene respondimus regali ministro, quo et tu ad nos usus fueras nuncio.« ɪv non. Mart. a° (3°, *sed legas*) 2°. ‖ (Lazeri) Misc. II. 105. — »Exigit regalis ad.«

" 4 — " — B(onifacio) Ravennati et P(etro) Montis Regalis archiepiscopis } (Eduardo) regi Angliae } : »ɪv non. Mart. a° (3°, *sed legas*) 2°«. ‖ (Lazeri) Misc. II. 103. 104, *vid.* n° 22576. 22577.

" 11 — " — (22584) Priori et fratribus domus s. Mariae de Caphagio episcopatus Florentini ord. s. Aug. indulget, ut tempore generalis interdicti liceat eis clausis ianuis *etc.* divina officia celebrare. v id. Mart. a° 2°. ‖ Gianii Annal. I. 159. — »Devotionis vestrae precibus.«

" 12 — " — (22585) Ladislaum regem Ungariae ob societatem cum Sarracenis, Tartaris, Neugeriis familiariorem ac E(lisabetham) reginam dimissam captivatamque redarguit eumque ad frugem meliorem revocat. ɪv id. Mart. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1287 § 1; Fejér Cod. dipl. V. ɪɪɪ. 358; Theiner Mon. Hungar. I. 353. n° 573; *cf.* Palacky Reise 48. n° 386; Erben Regest. Bohem. II. 602. n° 1400. — »Si sparsa semina.«

" 12 — " — (22586) (Lodomerio) archiepiscopo Strigoniensi Elisabeth reginam Hungariae e carcere moeroris liberandam in iuribusque tuendam commendat. ɪv id. Mart. a° 2°. ‖ Katona Hist. crit. VI. 936; Fejér l. c. 361; Theiner l. c. 355. n° 576. — »Habet orrenda nostris.«

1287.

Mart. 12 — Romae ap. S. Sabinam — (22587) Eidem mandat, ut, si Tartari, Sarraceni, Neugerii et Pagani damnatos suos conatus contra catholicae fidei professores exercitare voluerint, contra eos et eisdem adhaerentes omnibus Christifidelibus per regnum Ungariae ac per alias circumpositas provincias proponere verbum crucis et ad illam assumendam christianum populum exhortari sollicite studeat. ɪv id. Mart. a° 2°. Theiner l. c. 354. n° 574; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 294; *cf.* Raynald. l. c. ad a. 1287 § 3. — »Si sparsa semina.«

" 12 — (22588) (Rudolfo) regi Romanorum scribit de eodem argumento cumque hortatur, ut archiepiscopo Strigoniensi requisitus contra Tartaros favorabiliter assistat. ɪv id. Mart. a° 2°. Theiner l. c. 355. n° 575; Mon. Hung. hist. l. c. 296. — »Si sparsa semina.«

° *In eundem modum* Regi Boemiae — Duci Austriae.

" 12 — " — (22589) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus *etc.* ac capitulis et conventibus Cisterciensis, s. Benedicti *etc.* ordinum et universo clero ac hospitalis s. Iohannis Ierosol.. militiae Templi et s. Mariae Theoton. magistris, praeceptoribus et fratribus per regnum Ungariae *etc.* constitutis scribit de eodem argumento in eundem modum. ɪv id. Mart. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 355 in n° 575; Mon. Hungar. hist. l. c. 297. — »Si sparsa semina.«

" 12 — " — (22590) Nobilibus viris Poloniae ac Sclavoniae aliisque ducibus *etc.* ac universo populo Christifidelibus per regnum Ungariae *etc.* constitutis scribit de eadem re. ɪv id. Mart. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 355 in n° 575; Mon. Hung. hist. l. c. 298. — »Si sparsa semina.«

" 12 — " — (22591) (Lodomerio) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut, si L(adislaus) rex Ungariae, qui »tanquam criminosus mereatur a singulis denotari pro eo maxime, quod religione christiana postposita vel potius abiecta in contemptum divini nominis se cum Tartaris, Sarracenis, Neugeriis et Paganis conversatione damnata confederare dicitur, immo potius carceri tradita immaniter uxore propria videlicet E(lisabetha) regina Ungariae in ipsius domus exterminium thorum foedare non metuit coniugalem,« praedictam reginam a carcere liberatam resumere ac tute tractare noluerit, eum ad id per censuram ecclesiasticam compellat. ɪv id. Mart. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 355 in n° 574; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 299. — »Si sparsa semina.«

" 15 — " — (22592) E(duardo) regi Angliae respondet ad quasdam petitiones negotium Terrae sanctae adtingentes, quas Ricardus de Punisei et magister Iohannes Gereberd regis nuncii eius nomine praesentaverant. Id. Mart. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪɪ. 16. — »Ab eo qui.«

(" 15 cca.) — (") — (22593) Iohanni tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato scribit, se multo desiderio affectare, ut inter personas ecclesiae Cathalaunensis »de cuius gremio, dum eramus in minori officio constituti, noscimur extitisse canonicatum et praebendam in eadem obtinendo,« pulchritudo pacis vigeat et requies opulenta. *Sine nota chronol., exordio et fine.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1285 § 15.

" 21 — " — (22594) Episcopo Dunelmensi et priori provinciali ord. Praed. Angliae notum facit, Alexandrum primogenitum cl. mem. regis Scotiae uxori suae Margaretae (filiae Guidonis comitis Flandriae et marchionis Namurcensis) toto tempore vitae ipsius concessisse, si superviveret, ut annuatim prima die Augusti post obitum ipsius primogeniti 1300 marcas sterlingorum de proventibus villae de Beruhic in Scotia, necnon et 200 marcas sterlingorum de manerio suo de Linlithen S. Andreae diocesis in dotalitium seu donationem propter nuptias perciperet et haberet, seque hanc donationem confirmasse. Mandat eis, curent ut praedicta Margareta super his contra huiusmodi confirmationis tenorem a nemine molestetur. xɪɪ kal. Apr. a° 2°. ‖ Reiffenberg Monum. de Namur I. 218; Stevenson Doc. of the hist. of Scotland I. 30. n° 17. — »Petitio dilectae in.«

" 26 — " — (22595) Priori et fratribus domus s. Mariae sitae in Burgo s. Petronii Bonon. concedit idem, quod legis in n° 22584. vɪɪ kal. Apr a° 2°. ‖ Gianii Annal. I. 192. — »Devotionis vestrae precibus.«

Apr. 1 — " — (22596) Edwardo regi Angliae ad assumendam crucem terminum prorogans festum b. Iohannis bapt. proximo futurum festo pentecostes subrogat. Kal. Apr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. ɪɪɪ. 7. — »Attendentes laudabile et.«

(1285. Mai. 20 — **1287.** Apr. 3.)

— — — — (22597) Iohanni S. Caeciliae tit. presb. card. apostolicae sedis legato scribit de dissensionis lite inter magistrum Philippum de Thoriaco Parisiensem cancellarium ex parte una et Parisiensem universitatem super articulis suscitata. *Finis deest. Sine signo chronol.* Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 480. — »Cum hortuus irriguus.«

1287.

Apr. 3 — Romae ap. S. Sabinam — Moritur. »Tertia die Aprilis, scil. in Coena Domini mortuus est papa Honorius IV.« Salimbene Parmens. Chronic. 378. — »1287 die Iovis 3. mensis Aprilis mortuus est supradictus papa dominus Iacobus Sabellus de Roma.« ‖ Annal. Mantuani ap. Pertz Mon. Germ.

1287.

hist., scr. XIX. 30. — »Die (4., *sed legas*) 3. Aprilis in die Iovis sancto obiit dominus Honorius pp. IV ... apud S. Sabinam intra Urbem ... et sepultus est in basilica s. Petri infra dominum Nicolaum pp. III in arca multum pulchra.« ‖ Memor. potestatum Regiens. ap. Muratori Rer. Ital. scr. VIII. 1168. — »Obiit Romae in Coena Domini fuitque sepultus in die parasceve sancta iuxta Nicolaum pp. III in ecclesia s. Petri aº Dⁱ 1286 in fine scilicet illius anni.« ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 612 (ap. Raynald. Ann. ad a. 1287 § 9). — »Vacavit tunc ecclesia de Coena Domini, quia tunc mortuus est Honorius, usque ... « ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 19 ap. Muratori l. c. XI. 1194. — »III non. Apr. diem clausit extremum.« ‖ Annal. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 493.

»Dominus papa feria IV in septimana Palmarum (*i. e.* 2. Apr.) in crastino dominicae Annunciationis(!) apud S. Petrum Romae in fata decessit sepultusque est ibidem die Veneris parasceve sequente.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 237.

»Die parasceves paschae (*i. e.* 4. Apr.) Honorio pp. mortuo ....« ‖ Guillelmi de Nangiaco Chron. ap. Achery Spicil. III. 47 (ed. Géraud I. 269). — »Obiit parasceve Domini.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 765. — »Moritur die parasceue Romae ap. S. Sabinam, et in ecclesia s. Petri iuxta sepulchrum Nicolai III sepelitur.« ‖ Martini Pol. Cont. pontif. Romana ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1461; ap. Pertz l. c. XXII. 482.

»1287. Hoc anno circa principium (*i. e.* 6. Apr.) obiit.« ‖ Iacobi Auriae Annal. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 319. — »Eo anno obiit et sepultus fuit Rome.« ‖ Ann. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. XVIII. 702.

»Honorius moritur apud S. Sabinam et in ecclesia s. Petri iuxta sepulchrum Nicolai III honorifice sepelitur.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. 1194; Raynald. l. c. § 9.

»Hic sapiens homo fuit, nulli laesivus, sed suis bene profectivus.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. lib. 24. c. 13 ap. Muratori l. c. 1191. — »Vir pacificus et decorus facie, licet pedum infirmitate gravatur; propter suam sapientiam, benignitatem et morum modestiam consecratur.... Hic rexit ecclesiam Romanam in magna pace.« ‖ Alia cont. codicis 5 (Martini Pol.) ap. Pertz l. c. XXII. 482. — »Homo podagricus fuit.« ‖ Salimbene l. c. 378. — »Erat senex et antiquus et plenus dierum, infirmus et podagricus et cyragricum habens.« ‖ Salimbene l. c. 332. — »Honorio pedum ac manuum fere ossa abstulerat artetica (arthritica) aegritudo; unde sedendo in sella ad hoc artificiose facta missarum solemnia celebravit.« ‖ Rishangeri Chron. 109; Nic. Triveti Ann. ed. Hog 310. — »Hic fuit non solum novellarum religionum non promotor, verum etiam promotarum et convalescentium, quantum ex parte sua, maximus dissipator.« ‖ Salimbene l. c. 371. — »Studuit magnificare opibus suos, unde multum captator pecuniae erat.« ‖ Fr. Pipini Chron. ap. Muratori l. c. IX. 727. — »Hic persequi semper studuit Teutonicos et maxime ecclesiam Salzburgensem.« ‖ Annal. S. Rudberti Salisb. ap. Pertz l. c. XI. 809.

VACATIO. »Vacavit ecclesia propter dissensionem cardinalium anno 1 mense 1 diebus ....« ‖ Iacobi Auriae Ann. ap. Pertz l. c. XVIII. 319. — »In elligendo alium cardinales steterunt divisi per magnum tempus.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. XVIII. 702. — »Vacavit sedes abhinc usque cathedram s. Petri« (Antioch., *i. e.* 22. Febr.). ‖ Iperii Chron. S. Bertini l. c. III. 765. — »Vacavit pontificatus mensibus 10 diebus 2.« ‖ App. ad Martin. Polon. ap. Raynald. Ann. ad a. 1287 § 9. — »Vacavit sedes usque ad sequens festum cathedrae s. Petri.« ‖ Vita H-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Scr. rer. Ital. III. 612. — »Vacavit sedes mensibus 11 diebus 34«(!) ‖ Florent. Wigorn. l. c. 238. — »Vacavit sedes menses 10 et dies 11.« ‖ Alia cont. cod. 5 ap. Pertz l. c. 482. — »Vacavit sedes 11 mensibus minus 3 vel 4 diebus.« ‖ Memor. potestat. Regiens. ap. Muratori l. c. VIII. 1168.

Symbolum Honorii IV: **Pars mea Deus in saecula.** ‖ Raynald.; Gattola Ad hist. Cassin. access. 726.

Bullis eius subscripserunt:

Bentivenga (de Bentivengis de Aquasparta, ord. Minor.) episcopus Albanensis. (*Cf.* p. 1755.) 1285. Sept. 17. nº 22290—nº 22295. 22424—1286. Iun. 11. nº 22484.

Latinus (Malabranca, Romanus) episcopus Ostiensis et Velletrensis. nº 22290. 22295. 22424. 22484.

Bernardus (de Languissello, Gallus) episcopus Portuensis et S. Rufinae. nº 22290. 22295. 22424.

Hieronymus (e gente Mascia, natus in dioc. Esculan.) episcopus Praenestinus. (*Cf.* p. 1755.) nº 22290. 22295. 22424. 22484.

Ordonius (Lusitanus) episcopus Tusculanus. (*Cf.* p. 1755.) nº 22290. 22295.

Hugo (Atratus de Evesham, Anglus) presb. card. tit. S. Laurentii in lucina. (*Cf.* p. 1795.) nº 22290. 22295. 22424. 22484.

Comes (Glusianus de Casate, Italus) presb. card. tit. SS. Marcellini et Petri. (*Cf.* p. 1795.) nº 22290. 22295. 22424. 24484.

Gervasius (Giancoletus de Clinchamp) presb. card. tit. S. Martini. (*Cf.* p. 1795.) nº 22290. 22295.

Ancherus (Pantaleo) presb. card. tit. S. Praxedis. (*Cf.* p. 1755.) nº 22290. 22295. 22424.

Gaufridus (de Barbo seu de Barbeau, Burgundus) presb. card. tit. S. Susannae. (*Cf.* p. 1795.) nº 22290. 22295. 22424. 24484.

Iordanus (Ursinus, Romanus) diac. card. tit. S. Eustachii. (*Cf.* p. 1755.) nº 22290. 22424. 24484.

Gottofridus (de Alatro) diac. card. tit. S. Georgii ad velum aureum. (*Cf.* p. 1755.) nº 22290. 22295. 22424. 24484.

Matthaeus (Rubeus Ursinus) diac. card. tit. S. Mariae in porticu. nº 22424. 24484.

Iacobus (Columna, Romanus) diac. card. tit. S. Mariae in via lata. nº 22290. 22295. 22424. 24484. Fit papa Nicolaus IV.

Benedictus (Caietanus, Anagninus) diac. card. tit. S. Nicolai in carc. Tulliano. (*Cf.* p. 1795.) nº 22290. 22295. Fit papa Bonifacius VIII.

Datae sunt bullae per manum:
magistri **Petri** (Peregrossi) **de Mediolano** S.R.E. vicecancellarii. nº 22290. 22295. 24484.

SEDE VACANTE.

		1287.
Iul. 22	Cameraci	(22598) Iohannes episcopus Tusculanus sedis apostolicae legatus priori provinciali provinciae Daciae, conventibus ac omnibus fratribus ord. Praedic. per Daciam ac Sueciam constitutis omnes concessiones et indulgentias concedit, quas huius ordinis fratribus in provincia Theutoniae fecerat. XI kal. Aug. aº 1287 apostolica sede vacante. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. I. 30. nº 942; *cf.* Celse Appar. 93. nº 1. — »Qui secularibus desideriis.«
Sept. 21	ap. monasterium Claraevallis Lingon. dioc.	(22599) Idem archiepiscopos, episcopos, abbates .... nec non universos ecclesiarum praelatos intra legationis suae terminos constitutos et collectores futurarum procurationum suarum deputatos monet, ut conventibus monasteriorum Cisterc. ord. nihil nomine procurationum earundem imponere nilque prorsus exigere praesumant. XI kal. Oct. aº Dⁱ 1287 apost. sede vac. ‖ Liljegren l. c. 35. nº 947. — »Cum discreti et.«
Nov. 5	Romae ap. S. Sabinam	(22600) Episcopi, presbyteri et diaconi S.R.E. cardinales Edwardum regem Angliae iterum excitant, ut labores suos ad liberationem Caroli primogeniti C(aroli) regis Siciliae sic continuet, ut ipsius liberationis effectus in brevi sequi possit. Non. Nov. aº Dⁱ 1287 apostolica sede vacante. ‖ Rymer Foed. I. III. 21. — »Regiae celsitudinis litteris.«
» 8	ap. monasterium Claraevallis Lingon. dioc.	(22601) Iohannes Tusculanus episcopus apostolicae sedis legatus (Magno) archiepiscopo, praeposito, capitulo ac clero civitatis et diocesis Upsalensis pro suis procurationibus secundi anni 70 marcas boni et puri argenti ad pondus Coloniense imponit. VI id. Nov. aº Dⁱ 1287 apost. sede vac. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. I. 37. nº 950; *cf.* Celse Appar. 94. nº 3. — »Cum de summa.«
Dec. 6	»	(22602) Idem prioribus provincialibus ceterisque prioribus et conventibus ord. Praedic. provinciarum Daciae et Poloniae permittit, ut pro quovis conventu retineant 25 marcas argenti de usuris et rapinis et alias male acquisitis, si non inveniantur, quibus ipsorum restitutio fieri debeat *etc.* VIII id. Dec. aº Dⁱ 1287 apost. sede vac. ‖ Liljegren l. c. 40. nº 952; *cf.* Celse l. c. 93. nº 2. — »Vestre meritis religionis.«
» 14	Novaevallis	* (22603) Idem scribit universis episcopis et clericis de debita sibi pro legatione contributione eroganda, et quod Cistercienses ab illa liberi sint. »In crastino b. Luciae« 1287 ap. sede vac. ‖ Celse l. c. 94. nº 5.

Frater Hieronymus ante papatum vocabatur. »natus de marchia Anconitana loco qui dicitur Ascoli (»de civitate Gobii« Ann. Mantuan. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 30), patre scriba« (Iacobi Auriae Ann. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 319; *cf.* Memoriale potest. Regiensium ap. Muratori Scr. rer. Ital. VIII. 1171; Francisci Pipini Chron. *ib.* IX. 727; Vita Nicolai IV *ib.* III. a. 612; Ioh. Villanus Hist. Florent. lib. 7. c. 119. — Sozomenus Pistoriensis ed. Tartinius Rer. Ital. scr. I. 196 male »natione Tusculanus«). Erat ex ordine fratrum Minorum, philosophus et theologus egregius, s. Francisci discipulus. S. Bonaventura ord. Minor. minister generalis in capitulo Pisano eum Dalmatiae ministrum nominavit illumque Gregorius X una cum Raymundo Berengarii, Bonagratia *etc.* ex eodem ordine Constantinopolim ad Michaelem imp. a° 1272 legatum misit, ut Graecos ad Romanae ecclesiae communionem reduceret ac patriarcham Constantinopolitanum ad concilium Lugdunense invitaret (*vid.* n° 20633. 20638. 20766. 20810. 21142). Antequam autem ab hac legatione rediret, in capitulo ordinis generali habito Lugduni 1274. Mai. 20 absens in ministrum generalem (»magister generalis fratrum Minorum« Ann. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. XVIII. 703) electus est. Interim Iohannis XXI aut verius Nicolai III nuncius declaratus una cum Iohanne Vercellensi magistro generali Praedicatorum inter Francorum et Castellae reges pacem conciliavit (*vid.* n° 21165. 21253. 21260. 21261. 21359. 21489). Dum in hac legatione Hieronymus abesset, a° 1278. Mai. 23 creatus est cardinalis tit. S. Pudentianae (*vid.* n° 21309). Mansit in Gallia usque ad a. 1279, quo anno generalem conventum Assisii habendum indixit, cui ex pontificis mandato ipse debebat praeesse. Sed incidit in morbum neque potuit praefixo tempore adesse (*vid.* n° 21582). Cum convaluisset, exortas inter Rudolfum Romanorum et Carolum Siciliae reges graves controversias sopire volens Nicolaus III Hieronymum ad Rudolfum 1280. Iul. 6 destinavit, ut praesens quae pacis essent suaderet (*vid.* 21725). Martinus IV, cuius electioni ille cardinalis interfuerat, ipsum Praenestinae ecclesiae praeposuit episcopum Urbevetere 1281. Apr. 12 (*vid.* pag. 1758). Post Martini obitum in eligendo Honorio IV multum elaboravit ab eoque ecclesiam s. Silvestri de Urbe pro monialibus s. Clarae 1285. Sept. 24 obtinuit (*vid.* n° 22295). Tandem ad summum ecclesiae apicem pervenit et in memoriam Nicolai III, a quo fuerat ad cardinalatum evectus, sibi Nicolai IV nomen imposuit.

1288.

Febr. 22 | in palatio S. Sabinae de Urbe

ELIGITUR. »(Honorii papae IV) corpore cum exequiarum solemnitate debita tumulato, nos tunc episcopus Penestrinus cum fratribus nostris aliis in curia Romana praesentibus in palatio s. Sabinae de Urbe, in quo praedecessor ipse resederat, concordi voluntate convenimus substitutioni Romani pontificis soliciti vacaturi. Circa quod licet impedimenta varia .... aliquamdiu conatibus nostris obstiterint, demum tamen in 1ma (*Rayn. coniicit* 2da, *superflue*) dominica praesentis quadragesimae (*i. e.* d. 15. Febr.) nobis et reliquis fratribus tempore ipso praesentibus convenientibus in palatio supradicto, electa concorditer via scrutinii et uno tantum facto publicatoque scrutinio .... tanta finaliter in votis eorundem fratrum est inventa concordia, quod de ipsorum omnium unanimi voluntate ad conscendendam Petri cathedram secuta est de humilitate nostra concors electio et communis. ..... Eorundem fratrum importunitati diversarum excusationum obicem opponendo qua potuimus reluctatione restitimus, aperte negantes *electioni praemissae* praestare consensum et tam ipsi quam iuri nobis ea quaesito renuntiantes expresse. Verum fratres iidem nostrae resistentiae instantius obviantes, *electione nihilominus repetita concordi* (*i. e.* d. 22. Febr.), ut ei consentiremus, ... in virtute obedientiae iniunxerunt. Nos vero ...., ne sub obedientia nutriti diutius eam contemnere .... censeremur, tandem acquievimus eorundem fratrum instantiae ... praestantes *electioni ... iteratae* consensum ....« ‖ Nicolai IV Ep. encycl. (n° 22604) ap. Raynald. Ann. ad a. 1288 § 3—8. — »Electus ad pontificalem cathedram eandem ascendit in festo cathedrae s. Petri (*i. e.* d. 22. Febr.) a° Di 1288«. ‖ Vita N-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 612; Theod. de Niem. Vit. pontif. Rom. ap. Eccard. Corp. hist. medii aevi I. 1462. — »Hic in cathedram Petri ascendit in die cathedrae s. Petri.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. ap. Muratori l. c. XI. 1194. — »Die s. Petri in cathedra in summum pontificem est electus.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 239. — »Die 7. exeunte Februario in cathedra s. Petri dominus fr. Hieronymus card. de ord. Minor., civis Esculanus, electus fuit in summum pontificem.« ‖ Memoriale potestat. Regiens. ap. Muratori l. c. VIII. 1171.

»De mense Februarii eilectus fuit in papam.« ‖ Annal. Parm. mai. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 703 (Chron. Parmens. 72). — »xv kal. Mart. (*i. e.* Febr. 15) .. Ieronimum in patrem ... universalis ecclesiae elegerunt.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Annal. monast. IV. 313. — »xv kal. Mart. Ieronimus de ord. fr. Minorum electus fuit in papam.« ‖ Ann. de Wigornia *ibid.* IV. 495.

»In die Iovis sancto die 25. Mart. frater Ieronimus cardinalis episcopus Sabinensis de ordine fratrum Minorum ... electus est in papam et vocatus est Nicolaus V (*legas* IV)«. ‖ Iacobi Auriae Annal. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 319.

»1288. De Martio factus fuit quidam frater Minor papa, qui erat cardinalis, qui vocabatur Geronimus.« ‖ Ann. Mantuani ap. Pertz l. c. scr. XIX. 30.

»Sedit annis 4 et tantum amplius quantum est a festo cathedrae s. Petri usque ad hebdomadam sanctam in parasceve sancta.« ‖ Vita N-i ex ms. B. Guidonis ap. Mu-

1288.

ratori l. c. 612; Theoder. de Niem l. c. 1462. — »Sedit annis 4 et tanto plus, quantum .... in parasceve, quae circa principium Aprilis fuit.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. 1194. — »Prefuit in papatu annis 4 et diebus 10.« ‖ Iacobi Auriae Ann. l. c.

Febr. 22

CONSECRATUR. »In festo cathedrae s. Petri solemniter consecratus, iam Petri successor effectus eodem die in eadem cathedra, qua Princeps apostolorum Petrus sedere promeruit, summo cum honore collocatur.« ‖ Th. Wykes Chron. *in* Annal. monast. IV. 313.

»In papam circa principium mediae quadragesimae (*i. e.* circa d. 3. Mart.) consecratur.« ‖ Annal. Colmar. maior. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 215.

» 23 | Laterani

(22604) Universis praesulibus et principibus nunciat, se concorditer et unanimi fratrum suorum voluntate electum esse ad conscendendam Petri cathedram, eosque rogat et obsecrat, ut pro ipso frequenter preces porrigant devotas et humiles ad Dominum. VII kal. Mart. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 1. n° 1; *cf.* Bzovius Ann. ad a. 1288 § 1. XIII. 943. — »Iudicia Dei abyssus.«

° *In eundem modum* (Edwardo) regi Angliae. ‖ Rymer Foed. I. III. 21.

» » » Philippo Francorum regi. ‖ Raynald. l. c. § 9, *fragm.*

» 25 | »

(22605) Custodi fratrum ord. Minor. ecclesiae s. Francisci in Assisio nonnulla diversi coloris paramenta pontificalia serica, vasa argentea *etc.* pro eadem ecclesia per magistrum Petrum de Sora clericum et familiarem suum transmittit. VI kal. Mart. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 2. n° 2. — »Suscepimus nuper licet.«

Mart. 1 | »

(22606) Landulpho de Columpna rectoriam ducatus Spoletani in temporalibus concedit eique mandat, ut regimen eiusdem devote suscipiat. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Epist. Nicolai IV. Ms. Paris. Lat. n° 4047. fol. 1. n° 1. — »Dum incumbentia nobis.«

» 1 | »

(22607) Potestatibus seu rectoribus, communitatibus et universitatibus ceterisque personis saecularibus civitatum et castrorum per ducatum Spoletanum constitutis de superiore epistola significat eisque mandat, ut dictum Landulphum benigne recipientes illi plene in omnibus obediant. Kal. Mart. a° 1°. ‖ *Ibid.* n° 2. — »Dum incumbentia nobis.«

(» 1) | (»)

(22608) Landulfo de Columpna de Urbe ducatus Spoletani rectori castellaniam et custodiam Roccae de Cesis et Castri de Percolo necnon regimen terrae Arnulforum cum vassallis, iuribus et pertinentiis committit. *Signa chronol. sunt abscissa.* ‖ *Ibid.* n° 3. — »Ex sinceritate tue.«

» 1 | »

(22609) Hominibus Roccae de Cesis, Castri Percoli et terrae Arnulforum de superiore epistola significat eisque mandat, ut illum benigne recipientes eidem de iuribus et proventibus ecclesiae Romanae debitis integre respondeant. Kal. Mart. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 1v. n° 4. — »Ex sinceritate devotionis.«

» 1 | »

(22610) Magistro Iohanni Anglico canonico Narniensi in ducatu Spoletano iurisdictionem spiritualem committit. Kal. Mart. a° 1°. ‖ *Ibid.* n° 5. — »Cum in ducatu.«

» 1 | »

(22611) Episcopis et abbatibus, prioribus et conventibus Cisterciensis et aliorum ordinum ac decanis, praepositis archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, capitulis et aliarum ecclesiarum praelatis seu rectoribus ceterisque personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis ac ospitalis Ierosolimitani et militiae Templi magistris et praeceptoribus necnon prioribus, guardianis et fratribus Praedic. et Minor. ordinum per ducatum Spoletanum constitutis de superiore epistola significat eisque mandat, ut eundem magistrum benigne recipiant ipsique in omnibus quae ad iurisdictionem spiritualem pertinent, plene obediant. Kal. Mart. a° 1°. ‖ *Ibid.* n° 6. — »Cum in ducatu.«

» 2 | »

(22612) I(ohanni) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato committit, ut iuxta ordinationem magistri Galieni de Pisis canonici ecclesiae de S. Audomaro in maneriis eiusdem iuxta villam s. Marcelli prope Parisius monasterium ordinet et in eodem sorores Minores ord. s. Clarae instituat. VII(!) non. Mart. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 503. n° 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 5. n° 4. — »Ex parte carissimi.«

» 4 | Romae ap. S. Petrum

(22613) Abbati monasterii Bartholomaei Campi Regis Eugubin. dioc. mandat, faciat ut sententia a vicario episcopi Eugubini pro fratribus ord. Minor. de Eugubio contra monasterium s. Petri Eugubii latam firmiter observetur. IV non. Mart. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 4. n° 3. — »Sua nobis dilecti.«

» 9 | Laterani

(22614) Consilio et communi Esculanis notum facit, se regimen civitatis Esculanae, licet illud sibi ex eorum parte oblatum non fuerit, auctoritate apostolica assumere. VII id. Mart. (a° 1°). ‖ Ep. N-i IV. Ms. Paris. Lat. n° 4047. fol. 1v. n° 7. — »Etsi de statu.«

» 15 | Romae ap. S. Petrum

(22615) Alfonsum filium quondam Petri olim regis Aragonum hortatur, ut Carolum cl. m. Caroli Siciliae regis primogenitum in vinculis iniuste detentum plenae restituat libertati, nullumque de cetero fratri suo Iacobo aut quibuscunque aliis in insula et regno Siciliae ecclesiam impugnantibus auxilium ferat. Id. Mart. a° 1°. ‖ Surita Indices rerum ab Aragoniae regibus gestarum. Lib. II. 197; Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 12; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 439. n° 15; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1288 § 4. XIII. 944; Dumont Corps univ. dipl. I. 266. n° 501. — »Si graves et.«

1288.

Mart. 15 — Romae ap. S. Petrum — (22616) (Edwardo) regi Angliae de superiore ad Alfonsum epistola significat eumque rogat et hortatur, inducat illum, ut monitis et beneplacitis apostolicis efficaciter acquiescat. Id. Mart. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 22. — »Ad liberationem carissimi.«

„ 15 — „ — (22617) Eidem communicat »gravissima et durissima« pacta et conditiones, sub quibus liberatio Caroli primogeniti cl. m. C(aroli) regis Siciliae »qui contra Deum et iustitiam, contra fas et licitum carceralibus vinculis detinetur«, tractabatur, et assensum se praebere nullo modo posse denunciat. Id. Mart. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 23. — »Dudum ad procurandam.«

„ 15 — „ — (22618) Episcopo Tripolitano mandat, intimet sibi per litteras qualitatem excessuum, super quibus inter Malatestam de Veruculo de Arimino et sequaces ipsius et Petrum Stephani de Urbe rectorem Romaniolae concordia facienda sit, et formam concordiae praedictae, ut eius informatione praehabita melius procedere in hac parte possit. Id. Mart. a° 1°. ‖ Epist N-i IV. Ms. Paris. fol. 2. n° 8; Tonini Rimini III. 651. — »Solita benignitate recepimus.«

„ 21 — Laterani — (22619) Electo Yporiensi marchiae Anchonitanae rectori scribit de excessibus enormibus nuper in civitate Esculanensi commissis eique mandat, ut omni mora postposita se ad civitatem eandem transferat et illos quos culpabiles invenerit, citet ut infra 12 dies compareant coram papa. XII kal. Apr. a° 1°. ‖ Epist. N-i l. c. n° 9. — »Excessus detestabiles et.«

„ 22 — „ — (22620) I(erundo) Nidrosiensi electo olim episcopo Hamarensi significat, se (Eywindo) Asloensi et (Arnoni) Stauangrensi episcopis pallium mittere, ut illud ipsi tradant. XI kal. Apr. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 46. n° 51. — »Nvper ex parte.«

„ 22 — „ — (22621) (Eywindo) Asloensi et (Arnoni) Stavangrensi episcopis mandat, ut pallium de manibus Thobergi et Toberni canonicorum Nidrosiensium suscipientes illud I(erundo) Nidrosiensi electo assignent. XI kal. Apr. a° 1°. ‖ Lange l. c. 47. n° 52. — »Nvper ex parte.«

„ 22 — „ — (22622) Thobergo et Thoberno canonicis Nidrosiensibus mandat, ut ad (Eywindi) Asloensis et (Arnonis) Stavangrensis episcoporum praesentiam personaliter accedentes eis dictum pallium per ipsos I(erundo) Nidrosiensi electo tradendum fideliter praesentent. XI kal. Apr. a° 1°. ‖ Lange l. c. 47. n° 53. — »Nvper ex parte.«

„ 23 — „ — (22623) Petro de Palumbaria regimen Laureti et castrorum terrarum et locorum omnium in eodem comitatu consistentium necnon Castri Albensis committit. X kal. Apr. (a° 1°). ‖ Epist. N-i IV. Cod. ms. Paris. fol. 3. n° 14. — »Considerantes attentius expertem.«

„ 23 — „ — (22624) Universis hominibus Castri Laureti ipsiusque comitatus et Castri Albensis de superiore epistola significat eisque mandat, ut praefati rectoris mandatis humiliter intendant. X kal. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 3. n° 15. — »Considerantes attentius expertem.«

„ 24 — „ — (22625) Archipresbytero Auximano capellano suo scribit de excessibus in Esculana civitate patratis et de mandato propter hoc electo Yporiensi commisso eique mandat, ut una cum rectore praedicto in Esculana civitate de excessibus et qualitate ipsorum ac personis sic diligenter inquirat, ut, si de illis redierit, possit papam plenius informare. IX kal. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 2. n° 10. — »Intellecto nuper quod.«

„ 24 — „ — (22626) Electo Yporiensi marchiae Anchonitanae rectori de superiore epistola significat eique mandat, ut capellanum ipsum benigne recipiat et super praemissis iuxta formam ei traditam una cum eodem diligenter procedat. IX kal. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 2ᵛ. n° 11. — »Intellecto nuper quod.«

25 — Laterani in basilica s. Iohannis Lateranensis — (22627) Monet publice Iacobum natum quondam Petri olim regis Aragonum ac etiam Siculos in rebellionis spiritu persistentes, ut ad sedis apostolicae et ecclesiae Romanae mandata redeant super commissis ab eis contra praedictam ecclesiam excessibus et offensis curiae, et eiusdem ecclesiae beneplacitis et praeceptis humiliter parituri. »Alioquin contra praefatos . . . spiritualiter et temporaliter procedemus.« Chartas hunc processum continentes in basilicae s. Iohannis Lateranensis appendi vel affigi ostiis faciet. »In die Coenae Domini a° 1°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 10. — »Licet hactenus contra.«

Apr. 1 — Romae ap. S. Petrum — (22628) N. N. (*lacuna in ms.*) civem Romanum iurisperitum constituit auditorem et iudicem generalem. Kal. Apr. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 4. n° 20. — »Inter multiplices curas.«

„ 1 — „ — (22629) Magistrum Mathiam canonicum Theatinum suum et ecclesiae Romanae yconumum procuratorem sive actorem constituit in omnibus causis contra papam dictamque ecclesiam *etc.* motis. Kal. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 4. n° 21. — »De fidelitate ac.«

„ 1 — „ — (22630) G(erardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato et una cum R(oberto) comite Atrebatensi baiulo rengni (*sic!*) Siciliae per Romanam ecclesiam constituto significat, se Petro de Palumbaria Laureti *etc.* regimen nuper commisisse (*vid.* n° 22623) et velle, ut idem iura in comitatu et castro praedictis curiae debita percipiat et conservet, et

1288.

ut generales collectas, quas terris eiusdem comitatus et castro ipsi imponi contigerit aliaque iura omnia, quae in eis regiis heredibus debentur, colligat *etc.* Mandat ei, ne permittat, quod super his collectis et iuribus colligendis per officiales heredum illorum collectores alii deputentur. Kal. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 3ᵛ. n° 18. — »Ad tuam volumus.«

Apr. 2 — Romae ap. S. Petrum — (22631) Argoni regi Tartarorum significat, se eius nuncios vultu sereno recepisse, interiicit plura fidei christianae elogia eumque excitat atque hortatur, ut accedat ad agnitionem eiusdem fidei et suscipiendum baptismatis sacramentum. IV non. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 36; Wadding Ann. Minor. V. 170; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 6. n° 5. — »Ad summi praesulatus.«

„ 2 — „ — (22632) Eundem, qui sedi apostolicae notum fecerat, se, si regnum Hierosolymitanum de manibus liberari contigerit impiorum, in civitate Hierosolymitana renasci desiderare lavacro baptismatis, excitat et hortatur, ut ad baptismum promptus acceleret illumque ad suae salutis profectum festinus suscipere non omittat. IV non. Apr. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 38; Wadding l. c. 171; Sbaralea l. c. 8. n° 6. — »Intelleximus referentibus venerabili.«

„ 2 — „ — (22633) Tuctanem reginam Tartarorum excitat et hortatur, ut augendae religioni studium impendat. IV non. Apr. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 34; Wadding l. c. 172; Sbaralea l. c. 8. n° 7. — »Habet charissima filia.«

° *In eundem modum* Elegagen Tartarorum reginam.

„ 3 — „ — (22634) Petro de Palumbaria Laureti comitatusque ipsius et castri Albensis rectori de epistola ad G(erardum) episcopum Sabinensem kal. Apr. data (*vid.* n° 22630) significat eique mandat, ut generales collectas *etc.* quas Laureto *etc.* imponi contigerit, fideliter colligat easque personae quam praedictus legatus nomine heredum dictorum deputaverit assignet. III non. Apr. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 3ᵛ. n° 19. — »Nuper venerabili fratri.«

„ 4 — „ — (22635) Episcopo Tripolitano intimat, se absolvisse Petrum Stephani de Urbe rectorem Romaniolae ad istius preces a regimine dictae provinciae idemque commisisse Hermanno de Monaldescis de Urbe veteri. Mandat ei, ut de statu ipsius provinciae sollicitam curam gerat, quousque illuc praefatus nobilis se personaliter duxerit conferendum. II non. Apr. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 2ᵛ. n° 12. — »Pridem fratrum nostrorum.«

„ 4 — „ — (22636) Citadino Episcopi civi Urbevetano rectoriam Campaniae Maritimaeque committit. II non. Apr. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 2ᵛ. n° 13. — »Dum incumbentia nobis.«

„ 5 — „ — (22637) Silvestro Iohannis de S. Angelo de Urbe quondam rectori Loreti comitatusque ipsius et Castri Albensis intimat, se Petro de Palumbaria rectoriam Laureti, comitatus ipsius et dicti castri commisisse. Mandat ei, ut praedicta loca cum omnibus armis et utensilibus eidem Petro assignet. Non. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 3. n° 16. — »Cum de fidelitate.«

„ 5 — „ — (22638) Paltomitoni Thebaldi civi Viterbiensi ad preces Hostiensis episcopi medietatem castri Tessampani Viterbiensis cum omnibus iuribus et pertinentiis sub annuo censu quinque solidorum usualis monetae camerae apostolicae solvendorum concedit. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 3. n° 17. — »Tue devotionis et.«

„ 5 — „ — (22639) Leopardo Bonvillani civi Auximano rectoriam civitatis Beneventanae cum toto eiusdem districtu committit. Non. (Apr. a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 4. n° 22. — »Quanto specialius civitas.«

„ 5 — „ — (22640) Populo Beneventano de superiore epistola significat. Non. Apr. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 4ᵛ. n° 22. — »Quanto specialius.«

„ 5 — „ — (22641) Hermannum de Monaldescis civem Urbevetanum provinciae Romaniolae ac civitatis Bononiae comitatusque Brictonorii generalem rectorem in temporalibus statuit. Non. Apr. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 4ᵛ. n° 23. — »Etsi exigente pastoralis.«

„ 5 — „ — (22642) Universis comitibus, baronibus ac nobilibus, potestatibus, capitaneis et rectoribus, consiliis, communibus et universitatibus civitatum, castrorum *etc.* per totam provinciam Romaniolae, civitatem Bononiae et comitatum Brictonorii de superiore epistola significat. Non. Apr. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 4ᵛ. n° 24. — »Etsi exigente pastoralis.«

„ 7 — „ — (22643) Dionysium episcopum in Taurisio in partibus Orientis excitat, ut christianam fidem ferventer amplectens alios in ea solerter instruat *etc.* VII id. Apr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 172; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 9. n° 9; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 33. — »Praesentatas nobis tuae.«

„ 7 — „ — (22644) Yaulahae episcopo in partibus Orientis gratias agit, quod fratres ord. Minor. fidem catholicam praedicantes favore prosequatur, eiusdemque fidei formam mittens hortatur, ut eam suis subsidiis inculcet. VII id. Apr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 9. n° 10; *cf.* Raynald. l. c. § 33; Wadding l. c. 172. — »Copiosae benignitatis affectu.«

° *In eundem fere modum* Bersaumae episcopo in partibus Orientis.
„ „ „ „ Iohanni de Bonachia, Hugoni Gantelini, Petro de Molina, Girardo Casmuri, Balabae Genuensi . . . . laicis, regis Tartarorum ex varia natione interpretibus.

1288.

Apr. 9 Romae ap. S. Petrum (22645) Universis fratribus ord. Minor. inter Tartaros de mandato vel ordinatione seu licentia ac permissione sedis apostolicae constitutis plures facultates impertitur absolvendi, dispensandi, reconciliandi ac benedicendi. v id. Apr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 10. n° 13. — »In apostolicae servitutis.«

„ 10 „ (22646) (Petro) episcopo Salamantino concedit facultatem testamentum condendi. iv id. Apr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 505. n° 4; Sbaralea l. c. 11. n° 14. — »Quia praesentis vitae.«

„ 10 „ (22647) Margaretam filiam (Erici) regis Norweiae hortatur, ut Matheum episcopum, quem Dunkeldensi ecclesiae pastorem praefecerit, et commissam ei ecclesiam pro apostolicae sedis reverentia habeat commendatos. iv id. April. a° 1°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplomatar. Norveg. VII. 1. 23. — »Onerosa pastoralis officii.«

„ 11 „ (22648) Magistro et definitoribus ac capitulo generali ord. Praedic. significat, se in eminenti apostolatus specula constitutum esse, eosque requirit ac rogat, ut, »cum ad ferenda tot onera vires nostrae non sufficiant,« pro ipso instanter ad Dominum medullata precum holocausta offerant. iii id. Apr. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. IV. 1826; Fontana Mon. Domin. 127; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 19. — »Disponente summi regis.«

„ 12 „ (22649) Officiali Abrincensi mandat, ut litem inter monasterium de s. Albino Cisterc. ord. ex una parte et Gaufridum de Soreya, Petrum Tornemine, Guillelmum de Rupe, Gaufridum de Lo … milites et Rollandum Gaufridi, Gaufridum Petri et Gaufridum Le Du laicos Trecorensis et Briocensis civitatum et dioc. ex altera super decimis, terris, debitis *etc.* versantem discernat. ii id. Apr. a° 1°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne III. 175. n° 307. — »Conquesti sunt nobis.«

„ 12 „ (22650) Officiali Trecorensi mandat, ut litem inter abbatem conventumque monasterii de s. Albino ex una parte et abbatem conventumque monasterii b. Mariae de Bello Loco ord. s. August., priorem Villae Monialium, Petrum dictum Faber clericum, abbatissam et conventum monasterii de s. Sulpicio, Petrum de Guerclip et Gaufridum de Monteforti milites, Petrum dictum Diabolus, Gaufridum eius fratrem laicos Macloviensis et Redonensis civitatum et dioc. ex altera super decimis, terris *etc.* vertentem diiudicet. ii id. Apr. a° 1°. ‖ Geslin l. c. III. 176. n° 308. — »Conquesti sunt nobis.«

„ 12 „ (22651) Magistrum et fratres domus militiae Templi Ierosolimitani rogat, ut adiuvent Nargonem (*alio loco* Narzonum) de Duffiaco totius rengni (*sic!*) Siciliae admiratum et Luciam uxorem eius sororem cl. mem. Boemundi principis Antiocheni et comitis Tripolitani, qui, cum idem princeps nullos heredes reliquerit et dicta Lucia eidem in terra eius debuerit de iure succedere, ad partes illas transfretaturi sint. ii id. Apr. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 5. n° 27. — »Exhibita nuper nobis.«

° *In eundem modum* Magistrum et fratres hospitalis s. Iohannis Ierosol.
„ „ „ s. Mariae Theuton. Ierosol.
„ „ „ Barones ceterosque nobiles necnon civitates Tripolitanae civitatis eiusque districtus.
} *Ibid.* fol. 5ᵛ. n° 28–30.

„ 13 „ (22652) Senescallo Bellicadri, qui quasdam litteras, quas B(onifacius) Ravennas et P(etrus) Montis Regalis archiepiscopi sedis apostolicae nuntii in ultramontanis partibus collegio cardinalium per specialem nuntium destinabant, violenter auferre et aperire praesumpserat, hoc ulterius interdicit. Id. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 5. n° 25; *cf.* Lello Hist. di Monreale (II.) 37 sq. — »Grandi nec immerito.«

„ 13 „ (22653) Electo Yporiensi marchiae Anchonitanae rectori mandat, ut curas et regimen civitatis Esculanae exerceat, donec rector »de quo ei iam duximus providendum« veniat. Id. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 5. n° 26. — »Cum sicut intelleximus.«

„ 13 („) (22654) Potestati, capitaneo, consilio et communi Florentinis propter dissensiones et scandala gravia in provincia Tusciae exorta mandat, ut syndicos ad audiendum et recipiendum ea »quae pro bono et tranquillo statu vestro dictaeque provinciae duximus ordinanda« infra terminum eis per magistrum Rogerium de Salerno capellanum suum latorem praesentium assignandum ad sedem apostolicam destinent. Id. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 5ᵛ. n° 31. — »Nuper ad audientiam.«

° *In eundem modum* Potestati, consilio et communi Senensibus,
„ „ „ „ „ „ Aretinis,
„ „ „ Extrinsecis de Aretio.
} ‖ *Ibid.* n° 32. 33. 34.

„ 13 („) (22655) Percivallo capellano suo R(udolphi) regis Romanorum in partibus Tusciae vicario generali scribit de eodem argumento eique mandat, ut infra 15 dies post receptionem praesentium immediate sequentes ad papam personaliter se conferat partes interim ab hostili processu quolibet penitus abstinendo *etc.* *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 5ᵛ. n° 35. — »Nuper ad audientiam.«

„ 13 („) (22656) Episcopo Aretino mandat, ut infra terminum a magistro Rogerio de Salerno ei assignandum apostolico se conspectui repraesentet. *Dat. ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 6. n° 36.

1288.

Apr. 13 Romae ap. S. Petrum (22657) Magistro Iacobo Iohannis clerico ss. Apostolorum Urbevetano rectoriam Campaniae Maritimaeque committit. Id. Apr. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 6. n° 37. — »Cum in Campanie.«

„ 13 „ (22658) Episcopis, abbatibus *etc.* per Campaniam et Maritimam constitutis de superiore epistola significat. *Dat. ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 6. n° 38. — »Cum in Campanie.«

„ 13 „ (22659) Abbati et conventui monasterii Vallium Sarnaii omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. Id. Apr. a° 1°. ‖ Merlet Cart. de l'abb. des Vaux de Cernay I. ii. 858. — »Cum a nobis.«

„ 13 „ (22660) Priorissae et conventui monasterii de Sictunia Cisterc. ord. Strengenens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona a personis monialium iure successionis vel alio titulo petenda ac recipienda recipere ac retinere possint. Id. Apr. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. 1. 47. n° 961; *cf.* Celse Appar. 94. n° 1. — »Deuocionis vestre precibus.«

„ 13 „ (22661) Mathaeum decanum Aberdonensem post obitum Willelmi episcopi Dunkeldensi ecclesiae in episcopum et pastorem praeficit. Id. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 139. n° 306. — »Onerosa pastoralis officii.«

° *De eodem argumento* Decano et capitulo ecclesiae Dunkeldensis — Clero et populo civitatis et diocesis Dunkeldensis — Universis vasallis ecclesiae Dunkeldensis — S. Andreae et Glasguensi episcopis ac aliis ecclesiarum praelatis et custodibus regni Scotiae et — Margarithae natae regis Norweiae.

„ 13 „ (22662) Abbati et conventui monasterii de Neubotle Cisterc. ord. S. Andreae dioc. concedit facultatem utendi de cetero privilegiis et aliis indulgentiis, quibus per simplicitatem et iuris ignorantiam usi non fuerint temporibus retroactis. Id. Apr. a° 1°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 206. n° 242. — »Cum sicut ex.«

„ 13 „ (22663) Sabadinum Archaontem nobilem Tartarum excitat ad augmentum et dilatationem fidei christianae eique benedictionem suam in remissionem peccatorum concedit. Id. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 35. — »Te nuper ad.«

„ 15 („) (22664) Procuratori et conventui monasterii de Nonantula ord. s. Ben. Mutinens. dioc., qui iura et iurisdictionem, quae monasterium ipsum in hominibus et castro Vallis Fabricae ac aliis locis districtus Asisii obtinet, alienare intendunt, inhibet, ne ad distractionem vel permutationem *etc.* praedictorum vel aliorum bonorum procedere praesumant. xvii kal. Mai. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 7ᵛ. n° 51. — »Pervenit ad audientiam.«

° *In eundem modum* Priori et conventui monasterii s. Mariae Vallis Fabricae ord. s. Ben. …. dioc. ‖ *Ibid.* fol. 8. n° 52.

„ 17 „ (22665) Electo Yporiensi marchiae Anconitanae rectori, quia ei ab universis intenditur humiliter et devote, mandat, ut regimen civitatis Esculanae sollicite et prudenter exerceat, donec rector »de quo eidem civitati providimus« illuc se personaliter conferet »quod erit in proximo.« xv kal. Mai. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 6. n° 39. — »Intimasti nobis per.«

„ 17 „ (22666) Iacobo Pacapaliae cubiculario suo castellaniam castri Kiae committit. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 6ᵛ. n° 45. — »Cum de fidelitate.«

„ 17 „ (22667) Hominibus castri Kiae de superiore epistola significat. *Dat. ut supra.* ‖ *Ibid.* n° 46. — »Cum de fidelitate.«

„ 17 („) ° (22668) Iohannem Aquileiensem archidiaconum Perusinae ecclesiae praeficit in episcopum. xv kal. Mai. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1162.

„ 19 „ (22669) Anibaldo de Ceccano et Iohanni nato eius districte praecipit, ne contra Balduinum de Supino hostiliter procedant et ut novitate qualibet in Campaniae Maritimaeque partibus suscitanda penitus abstineant. xiii kal. Mai. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 6. n° 40. — »Mirantes audivimus et.«

„ 19 „ (22670) Balduino de Supino de superiore epistola significat. *Dat. ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 6. n° 41. — »Mirantes audivimus et.«

„ 19 „ (22671) Vicario, consilio et communi Matrici (?) mandat, ut dominis castri Radetti, contra quod homines Cassiae hostiliter processuri sint, assistant. xiii kal. Mai. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 6ᵛ. n° 42, *initium deest.*

° *In eundem modum* Vicario, consilio et communi Accumulae,
„ „ „ „ „ „ Leonissae.
} *Ibid.* n° 43. 44.

„ 20 („) ° (22672) Fratres Minores Turonenses ab omni episcopali iurisdictione eximit. xii kal. Mai. (a° 1°). ‖ Wadding Ann. Minor. V. 189.

„ 21 („) ° (22673) Confirmat Sigismundum abbatem monasterii Sicinensis Nucerin. dioc. a capitulo Senogalliensis ecclesiae in episcopum postulatum. xi kal. Mai. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 870.

„ 22 („) (22674) R(obertum) comitem Atrebatensem et una cum G(erardo) episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato baiulum regni Siciliae rogat et hortatur, concedat ut quidam merca-

1288.

tores Reatini animalia in praefato regno empta ex eodem extrahere possint. x kal. Mai (a° 1°.) ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 6ᵛ. n° 47. — »Solite benignitatis affectu.«

Apr. 22 (Romae ap. S. Petrum) (22675) Potestati, consilio et communi Tudertinis mandat, ut Henrico et Violanti Rodulphi et Raynaldutio Neapoleonis dominis Castri Iovis Ameliens. dioc. castrum ipsum restituant. *Dat. ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 7. n° 48. — »Nuper accepimus quod.«

» 22 (») (22676) Henrico et Violanti Rodulphi et Raynaldutio Neapoleonis dominis Castri Iovis mandat, ut Tudertinis praefatis vel civitati eorum se aut castrum praedictum aut habitatores ipsius nullatenus submittant. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 7ᵛ. n° 49. — »Nuper accepimus quod.«

» 22 (») (22677) Electo Yporiensi marchiae Anchonitanae rectori respondet super articulis diligenter examinatis, quos ille super reformando civitatis Esculanae statu confecit et transmisit. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 7ᵛ. n° 50. — »Recepimus litteras quas.«

» 22 (») * (22678) Confirmatio Nicolai IV de iure patronatus de Smalham a David Olifard dato. ‖ Registrum episc. Glasguens. I. cxxiv. n° 231.

» 25 » (22679) Matthaeo (Rubeo Ursino) S. Mariae in Porticu diac. card. archipresbytero basilicae Principis apostolorum de Urbe canonicatum et praebendam Lincolniensis ecclesiae per obitum Petri de Sabello vacantes confert eumque de ipsis per suum annulum praesentialiter investit. vii kal. Mai. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 211. — »Inter praelatos ecclesiae.«

» 26 » (22680) Potestati, capitulo, consilio et communi Peruscinis, qui magnos armorum et gentis ac aliorum quae requiruntur in talibus, faciunt apparatus contra terram ecclesiae ac specialiter contra civitatem Fuliginatem hostiliter processuri, mandat sub poena 2000 marcharum argenti *etc.*, ut ab huiusmodi et alio hostili processu contra illas penitus abstineant; alioquin *etc.* vi kal. Mai. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 8ᵛ. n° 57. — »Nuper ad audientiam.«

» 26 (») (22681) Iohanni Cynchu de Urbe potestati Peruscino de eodem argumento praecepta dat. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 9. n° 58. — »Nuper ad audientiam.«

» 26 (») (22682) Potestati Asisinati sub poena 1000 marcharum argenti et privationis potestariae Asisii quam exercet districte mandat, ut Landulpho de Columpna de Urbe ducatus Spoletani rectori contra Perusinos assistat. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 9. n° 59. — »Nuper ad audientiam.«

(» 26) (») (22683) Potestati, consilio et communi Tudertinis sub poena 1000 marcharum argenti districte praecipit, ut Perusinis nullum in hac parte impendant auxilium vel favorem. (*Datum ut supra.*) ‖ *Ibid.* fol. 9ᵛ. n° 60. — »Nuper ad audientiam.«

* *In eundem modum* Potestati, consilio et communi Spoletanis.
» » » » » » civitatis Castelli.
» » » » » » Camerinensibus.
» » » Universis potestatibus, consiliis, communibus et universitatibus tam civitatum quam castrorum et aliorum locorum per ducatum Spoletanum constitutis.
‖ *Ibid.* fol. 9ᵛ. n° 61—64.

» 27 » (22684) Iulianae abbatissae et conventui monasterii quod Custodia b. Mariae V. nuncupatur, siti in territorio Blesensi ord. s. Clarae Carnotens. dioc. confirmat, quod a (Iohanne) tit. S. Caeciliae presb. card. apostolicae sedis legato tam quoad receptionem ipsius coenobii in proprietatem b. Petri necnon et quoad exemptionem ab omni subiectione quorumlibet ordinariorum factum est. v kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 506. n° 5; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 11. n° 15. — »Ex parte vestra.«

» 27 » (22685) Potestati, capitaneo, consilio et communi Camerinensibus mandat, ut, cum disponat in proximo ad civitatem Reatinam cum curia sua se transferre, passus civitatis et districtus sui mercatoribus bladi, vini et aliorum victualium libere aperiant. v kal. Mai. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 8. n° 53. — »Cum disponamus in.«

* *In eundem modum* Rectori patrimonii b. Petri in Tuscia — Rectori marchiae Anchonitanae — Rectori Sabiniae — Rectori ducatus Spoletani. ‖ *Ibid.* fol. 8.

» 28 » (22686) Magistro Siffredo camerae apostolicae clerico in Anglia commoranti de superiore epistola significat eique mandat, ut censum ipsum ad opus camerae praedictae quibusdam mercatoribus assignet. iv kal. Mai. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 8ᵛ. n° 55, *deficiente exordio.*

» 28 (») (22687) Eidem concedit facultatem faciendi regi Angliae ecclesiae Romanae nomine refutationem idoneam de huiusmodi censu quinque annorum »postquam tibi de illo praefato nomine fuerit integre satisfactum.« *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 8ᵛ. n° 56. — »Cum felicis recordationis.«

» 28 » (22688) (Edwardum) regem Angliae requirit et rogat, ut censum annuum 1000 marc. sterl. pro tribus annis, pro quibus iam Honorius IV pp. scripta sua ei direxerit, et etiam pro duobus sequentibus terminandis in proximo futuro festo b. Michaelis magistro Siffredo

1288.

camerae apostolicae clerico in Anglia commoranti persolvat. iv kal. Mai. a° 1°. ‖ *Ibid.* fol. 8. n° 54; Rymer Foed. I. iii. 25. — »Honorem tuum fili.«

Apr. 29 (Romae ap. S. Petrum) (22689) Electo Yporiensi marchiae Anconitanae rectori, qui propter multa per marchiam enormia commissa postulavit ut extra civitatem Esculanam moram trahere debeat, concedit ut efficiat quod super hoc utilius esse cognoverit. iii kal. Mai. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 9ᵛ. n° 65. — »Significasti nobis per.«

» 29 (») (22690) Eidem mandat, sollicitet et requirat comites, barones et nobiles necnon communia et universitates civitatum, castrorum aliorumque locorum marchiae praefatae, ut equis et armis se quam citius praeparent ad iuvandum papam et Romanam ecclesiam contra Perusinos et alios illarum partium turbatores, si super hoc fuerint requisiti. iii kal. Mai. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 10. n° 66. — »Intellecto nuper quod.«

» 29 (») (22691) Episcopo Senegaliensi mandat, ut inter Tadaeum comitem Montisfeltri et civitatem Esculanam super salario potestariae litigantes iudicium faciat. iii kal. Mai. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 10. n° 67. — »Exposuit nobis dilectus.«

» 29 » (22692) Alamanno de Balneoregio et Francisco de Reate ord. Minor. inquisitoribus haer. prav. in Romana provincia mandat, ut medietatem portionis communi Viterbiensi debitam, eis ratione inquisitionis perventae, conservare studeant. iii kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 15. n° 16. — »Exposuit nobis dilectus.«

» 30 » (22693) Nicolai patriarchae Hierosolymitani circumspectioni ecclesiam Acconensem vacantem committit per eum una cum dicta Hierosolymitana ecclesia plene in omnibus gubernandam, donec eadem Hierosolymitana ecclesia, bonis suis recuperatis, de adepta ipsorum possessione laetetur. ii kal. Mai. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 41. — »Firma credulitate tenentes.«

» 30 » (22694) Ut fratrum ord. Minor. de Assisio necessitatibus abundantius subveniatur, prohibet ne aliarum religionum monasteria Assisii aedificentur. ii kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 510. n° 6; Sbaralea l. c. 16. n° 17. — »Dum sollicitae considerationis.«

* *Idem* propter conventum monasterii s. Clarae de Assisio statuit circa monialium coenobia. ‖ Wadding l. c. 511. n° 7; Sbaralea l. c. 17. n° 18.

» 30 » (22695) Ministro provinciae ac custodi s. Francisci et fratribus ord. Minor. de Assisio indulget, ut cuiuslibet interdicti tempore in ecclesia s. Francisci clausis ianuis celebrare divina, alta voce cantare *etc.* possint. ii kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 511. n° 8. — »Praeclara gloriosissimi beati.«

» 30 » (22696) Ministro provinciae b. Francisci, guardiano et fratribus ord. Minor. ecclesiae s. Mariae de Portiuncula prope Assisium idem indulget. ii kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 512. n° 9. — »Summa devotionis affectus.«

» 30 » (22697) Ordinem Minorum a quorumcumque iurisdictione eximit et sedi apostolicae immediate subiicit. ii kal. Mai. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 513. n° 12; Sbaralea l. c. 17. n° 19; Mém. et docum. de Genève XIV. (1862.) 204. n° 207. — »Quia nonnulli qui.«

Mai. 1 » (22698) (Edwardo) regi Anglorum de eius sospitate gratulatur eique Terrae sanctae negotium et liberationem Caroli primogeniti cl. m. C(aroli) regis Siciliae commendat. Kal. Mai. a° 1°. ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 10ᵛ. n° 69; Rymer Foed. I. iii. 25. — »Regiae celsitudinis litteras.«

» 3 Romae (ap. S. Petrum) (22699) Potestati, consilio ac communi Urbevetanis sub debito fidelitatis districte mandat, ut nullam omnino cum Perusinis societatem, colligationem seu confoederationem quomodolibet faciant. v non. Mai. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 10. n° 68. — »Dum devotionis eximie.«

» 4 Romae ap. S. Petrum (22700) (Bentivengae) episcopo Albanensi curam et regimen ecclesiae ss. Iohannis et Pauli de Urbe et capellarum eidem subiectarum committit. iv non. Mai. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 11. n° 70. — »Officii nostri debitum.«

» 4 (») (22701) Capitulo ecclesiae ss. Iohannis et Pauli de Urbe necnon et capellanis capellarum eidem ecclesiae subiectarum de superiore epistola significat. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 11ᵛ. n° 71. — »Officii nostri debitum.«

» 4 (») (22702) Bartholomaeo de S. Gemino ord. Minor. curam et regimen S. Marci et aliarum ecclesiarum de Urbe, quae cardinalatuum titulo existentes carere noscuntur auxilio defensorum, et capellarum subiectarum eisdem committit. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 11ᵛ. n° 72. — »Officii nostri debitum.«

» 7 » (22703) Matthaeum S. Mariae in porticu diaconum cardinalem multo antea electum (a° 1279) in protectorem ordinis Minorum confirmat. Non. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 17. n° 20. — »Felicis record. Nicolaus.«

» 7 » (22704) Eidem curam, regimen ac officium protectoris ordinis s. Clarae confert. Non. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 18. n° 21. — »Licet ex iniuncto.«

1288.

Mai. 13 Reate (22705) Generali et provincialibus ministris ord. Minor. declarat, ex singulis provinciis unum dumtaxat custodem suffragari debere electionibus capitularibus. III id. (Mart., *sed legas*) Mai. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 504. n° 2; Sbaralea l. c. 19. n° 22. — »Ad statum pacificum.«

» 13 » (22706) Eisdem inhibet, ne de cetero provinciarum divisio vel novarum provinciarum multiplicatio absque Romani pontificis licentia fiat. III id. Mai. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 505. n° 3; Sbaralea l. c. n° 23. — »Quia provinciarum ordinis.«

» 14 » (22707) Eisdem ac universis fratribus ord. Minor. notum facit, se statuere et ordinare, ut fratres ordinis dicti, qui post professionem ad alios ordines transiverint, ad nullam dignitatem vel praelaturam *etc.* absque speciali licentia apostolica possint assumi. II id. Mai. a° 1°. Wadding l. c. 514. n° 13; Sbaralea l. c. 20. n° 24. — »In vestri ordinis.«

» 14 » (22708) Eisdem inhibet, ne post generalis ministri obitum vicarius generalis absque Romani pontificis licentia constituatur. II id. Mai. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 515. n° 14; Sbaralea l. c. 21. n° 25. — »Quoniam revocatur a.«

» 14 » (22709) Ministro provinciae ac custodi S. Francisci et fratribus ord. Minor. de Assisio concedit, ut nemo Assisinatensem ecclesiam et conventum s. Francisci ecclesiastico interdicto absque speciali sedis apostolicae mandato subiiciat. II id. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 21. n° 26. — »Praeclara gloriosissimi beati.«

» 14 » (22710) Ecclesiae et conventui b. Mariae de Portiuncula prope Assisium idem privilegium confert. II id. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 22. n° 27. — »Summae devotionis affectus.«

» 15 » (22711) Ministro provinciae et custodi s. Francisci mandat, ut oblationes quae fiunt in ecclesia s. Francisci de Assisio et ecclesia s. Mariae de Portiuncula, convertantur in usus fabricae earundem et fratrum. Id. Mai. a° 1° (Dat. ut supra *W.*). ‖ Wadding l. c. 512. n° 10; Sbaralea l. c. 22. n° 28. — »Reducentes ad sedulae.«

» 15 » (22712) Generali ord. Minor. et provinciae s. Francisci ministris circa praedicta auctoritatem committit. Id. Mai. a° 1° (Dat. ut supra *W.*). ‖ Wadding l. c. 513. n° 11; Sbaralea l. c. 23. n° 29. — »Reducentes ad sedulae.«

» 16 »Hic eodem anno in pentecoste fecit unam ordinationem, in qua facti sunt multi cardinales.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 20 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1194.

» 17 » (22713) (Potestati, consilio ac communi) Esculanis significat, se Stephano filio Iohannis de Columpna de Urbe regimen civitatis Esculanae pro anno praesenti in kalendis mensis Iunii venturi proxime inchoando duxisse committendum *etc.* XVI kal. (Iun. a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 11. n° 69. — »Movet nos native.«

» 18 » (22714) Iacobo de Voragine Praedic. et Ruffino de Alexandria Minor. ord. committit et mandat, ut a Ianuensibus, cum illi absolutionem duxerint postulandum, sufficientem de parendo mandatis ecclesiae cautionem recipiant ipsosque ab excommunicationis sententia absolvant iniungendo eis poenitentiam salutarem »et quod deinceps Siculis et Iacobo filio quondam Petri de Aragonia aut eorum fautoribus nullum in eis, pro quibus excommunicati habentur, impendant auxilium vel consilium.« XV kal. Iun. a° 1°. ‖ Wadding Annal. Minor. V. 176; Sbaraleae Bullar. Praed. IV. 23. n° 30; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 19. — »Sua nobis dilecti.«

» 18 » (22715) Potestati, capitaneis, consiliariis et communi Ianuensibus indulget, ne communicantes mercimonii causa cum Siculis excommunicationis sententiam incurrant, dummodo consilium et favorem istis aut Iacobo nato quondam Petri olim regis Aragonum non praebeant. XV kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 24. n° 31. — »Olim per sedem.«

» 19 » (22716) Potestati, consilio et communi Esculanis mandat, ut Iohanni episcopo Aesino, quem pro foederibus pacis et concordiae inter eorum concives reformandis destinet, consiliis et favoribus opportunis assistant. XIV kal. Iun. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 11v. n° 73. — »Gerentes in votis.«

» 19 » (22717) Iohanni episcopo Aesino mandat, ut se personaliter ad civitatem Esculanam conferens ab eiusdem civibus iuramentum et cautiones recipere studeat, quod inter se pacem invicem observabunt. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 12. n° 74. — »Cupientes ut civitatis.«

» 21 » (22718) Magno Svetiae regi dispensationem concedit ab impedimento publicae honestatis pro matrimonio contracto cum Heluigi Gerardi comitis Holdsaciae filia, ac prolem enatam et suscipiendam legitimam declarat. XII kal. Iun. a° 1°. ‖ Skandin. Litter.-Selsk. Skrift. XXI. 92; Liljegren Svenskt dipl. II. I. 47. n° 962; *cf.* Porthan Bullar. access. 61. n° 1. — »Ob tuorum carissime.«

» 26 » (22719) (Edwardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut, licet pro tractanda liberatione Caroli primogeniti cl. m. Caroli regis Siciliae varios sumptus sustinuerit, a prosecutione huiusmodi negotii nullatenus desistat. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 25. — »A regali memoria.«

1288.

Mai 26 Reate (22720) Abbatissae et conventui monasterii s. Clarae Assisinatis indulget, ut recipere et retinere quaecumque bona etiam stabilia possint, acsi essent in saeculo, feudalibus exceptis. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 26. n° 33. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 27 » (22721) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. VI kal. Iun. a° 1°. ‖ Lünig Teutsches Reichsarchiv XVI. 81. n° 79; Strehlke Tab. 424. n° 662. — »Solet annuere sedes.«

» 28 (») • (22722) Niccolò IV invia due cardinali per comporre le differenze tra Perugia e Foligno. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. II. 490.

» 28 » (22723) Iohanni Maccario de Urbe familiari suo Castrum Valentanum sub annuo censu trium librarum monetae usualis concedit. V kal. Iun. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 12. n° 75. — »Tue deuotionis et.«

» 29 » (22724) Potestati, capitaneo, consilio et communi Florentinis mandat, ut, cum ad praesens ad statum civitatis Aretii reformandum intendat et per hoc totius provinciae Tusciae quieti salubriter providere, a quolibet hostili processu contra illas penitus abstineant. IV kal. Iun. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 12. n° 76. — »Intellecto pridem quod.«

° *In eundem modum* Potestati, consilio et communi Senensibus. ‖ *Ibid.* fol. 12v. n° 79.

» 29 » (22725) Episcopo Florentino mandat, moneat et inducat praefatos potestatem *etc.*, ut a talibus omnino desistant. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 12v. n° 77. — »Intellecto pridem quod.«

° *In eundem modum* Episcopo Senensi contra Senenses. ‖ *Ibid.* fol. 12v. n° 78.

» 30 » (22726) Eidem scribit de eodem argumento; »nolumus tamen quod ad excommunicationis sententiam in potestatem *etc.* Florentinos prof:rendam ..... procedas.« III kal. Iun. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 12v. n° 80. — »Licet tibi per.«

° *In eundem modum* Episcopo Senensi. ‖ *Ibid.* fol. 12v. n° 81.

» 31 » (22727) Abbati et conventui de Neubotle Cisterc. ord. S. Andreae dioc., quibus Elena dicta la Zuche ius patronatus in ecclesia de Heryeth contulerat, hanc collationem iam a Willelmo episcopo S. Andreae loci diocesano confirmatam confirmat. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 211. n° 249. — »Cum a nobis.«

(Mai. Iun.) (») (22728) Publicat, conventiones et obligationes initas inter Carolum regem Siciliae et Alfonsum natum quondam Petri Aragonum inferius describendas impietate redundare, iniquitate resultare ac viribus esse invalidas *etc.* Addit, se eidem Alfonso in alio processu in die Coenae Domini circa hoc Romae habito praecepisse, ut conventionibus ipsis tamquam nullis et irritis non innitatur *etc.*, ostenditque iuste a sede apostolica eas rescindi, cum ad ipsam de criminibus christianorum cognoscendi ius spectet et Petrus et Alfonsus principes Aragoniae professi sint, Carolum praefatum ab ipsis inique in carceribus teneri. *Sine nota chronol.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 17. — »Dissolve colligationes impietatis.«

Iun. 1 » (22729) F(riderico) electo Yporiensi (Iponensi *B.*) marchiae Anconitanae rectori scribit, se, cum Aesini de summa 10000 librarum Ravennat., in quibus ex certis condemnationibus et poenis Romanae ecclesiae tenebantur, restent adhuc 3000 persolvenda, eis ad illam pecuniam solvendam terminos tres assignare. Mandat ei, ut cautiones sufficientes pro solvendis praedictis tribus millibus camerae apostolicae recipiat et curet, ut cum integritate persolvantur. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 13. n° 83; Baldassini Città di Jesi. Append. 47. — »Ex parte communis.«

» 1 (») • (22730) Guillelmum de S. Iohanne Hierosolymitani templi militem in demortui Guidonis archiepiscopi Nazareni locum eligit. Kal. Iun. 1288. ‖ Ughelli Ital. sacra VII. 773.

» 1 » (22731) Nicolino de Camilla canonico Ambianensi capellano suo rectoriam patrimonii b. Petri in Tuscia committit. Kal. Iun. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 14. n° 87. — »Licet de singulis.«

» 1 » (22732) Episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis .... per patrimonium b. Petri in Tuscia constitutis de superiore epistola significat. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 14. n° 88. — »Licet de singulis.«

» 1 » (22733) Universis nobilibus, potestatibus .... per patrimonium b. Petri in Tuscia constitutis in eundem modum. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 14. n° 89. — »Licet de singulis.«

» 3 » (22734) (Regem Legionis et Cas)tellae rogat et hortatur, ut in proposito procedendi contra (haereticos?) stabiliter perseveret. III non. Iun. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 13. n° 82. — »Regie celsitudinis litteras.«

» 3 » (22735) Robertum comitem Atrebatensem baiulum regni Siciliae per sedem apostolicam constitutum — apud quem nuncii Andronici Palaeologi ad tractandum matrimonium inter Michaelem dicti Palaeologi primogenitum et Catharinam filiam cl. mem. Philippi imper. Constantinopolitani insistebant, qui autem, cum hoc negotium sine ecclesiae et

1288.

(Philippi) regis Franciae consilio et consensu expediri non posse cogitaret, super hoc papae et eiusdem regis beneplacitum requirere decreverat — rogat et hortatur, ut a tractatu praedicto, donec super hoc dicti regis responsionem receperit, nec recedat nec disrumpat eundem. III non. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 18. — »Litteras tuas recepimus.«

Iun. 4 (Reate) * (22736) Robertum episcopum Marturanensem transfert ad ecclesiam Monopolitanam. II non. Iun. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 968. IX. 279.

„ 5 „ (22737) Gerardo episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato et una cum R(oberto) comite Atrebatensi baiulo regni Siciliae per Romanam ecclesiam constituto scribit: »Tu ad nostram praesentiam pro exponendis maxime quibusdam eiusdem regni conditionibus et necessitatibus a nobis petita licet non expressa licentia te personaliter contulisti. moram apud sedem apostolicam aliquamdiu contrahendo. Ne igitur propter hoc deposuisse commissum tibi huiusmodi legationis officium forsitan censereris, quod tamen absque concessione superioris non est alicui a iure provisum, cum etiam legatus se abdicando imperium non amittat: nos . . . decernimus, tam ipsum plenae legationis officium, quam omnia et singula per Martinum pp. IV et Honorium pp. IV praedecessores ac nos concessa tibi hactenus, omnino integra et illibata necnon in vigore ac robore permanere, in quibus erant tempore, quo ad praesentiam nostram accedens egredi saepefatae legationis terminos incepisti.« Non. Iun. a° 1°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 106. — »Felicis recordationis Martinus.«

„ 5 „ (22738) Eidem concedit, ut, postquam fuerit regni Siciliae partes ingressus, liceat ei eas, quotiens ipsi videbitur, egredi et ad sedem etiam apostolicam, ipsius non petita licentia, se conferre ac redire. Non. Iun. a° 1°. ‖ Lazeri l. c. 108. — »Cum te ad.«

„ 5 „ (22739) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc ord. Cameracens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. Non. Iun. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 68. n° 72. — »Solet annuere sedes.«

„ 9 „ (22740) Abbati monasterii Farfensis ord. s. Ben. mandat, citet Nicolaum de Rubiano clericum actibus detestandis inservientem, ut infra octo dies coram papa personaliter compareat. V id. Iun. (a° 1°). ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 13v. n° 84. — Pervenit ad nos.«

„ 9 „ (22741) Mathaeo S. Mariae in porticu et Benedicto S. Nicolai in carcere Tulliano diaconis cardinalibus significat, se earum litteras benigne recepisse eosque monet, ut pio et salubri operi quod coeperunt, insistant. *Datum ut supra.* ‖ *Ibid.* fol. 13v. n° 85. — »Paterne benignitatis affectu.«

„ 12 „ (22742) Bertoldo de filiis Ursi senatori Urbis mandat. ut nuntiis Iacobi nati quondam Petri olim regis Aragonum, qui nuper cum duabus galeis et unico galeone pervenerunt ad Urbem, dicat ut ipsi galeas et galeonem reduci faciant ultra monasterium s. Pauli ibique in Tiberi commorentur, prout tempore Honorii IV in casu simili factum fuit, et ut ipsi nuntii quam cito poterunt ad apostolicam sedem se conferant. II id. Iun. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 13v. n° 86. — »Affectione paterna recepimus.«

„ 13 („) (22743) Potestatem, populi ac artium et mercatorum capitaneos necnon consilium et commune Anchonitanos rogat et hortatur, ut inter concives suos pacis et concordiae foedera reforment. Id. Iun. (a° 1°). ‖ *Ibid.* fol. 13. n° 83. — »Etsi ex debito.«

„ 15 „ (22744) Petro S. Georgii ad velum aureum diacono cardinali curam et defensionem primi et secundi ordinis Humiliatorum omniumque membrorum suorum in spiritualibus et temporalibus committit. XVII kal. Iul. a° 1°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1045. — »Dum operosum . . .«

„ 20 „ (22745) Monaldum ord. Minor. professum ecclesiae civitatis Castellanae praeficit in episcopum. XII kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 26. n° 34. — »Ex susceptae servitutis.«

* *De eodem argumento* Capitulo et clero ecclesiae Civitatis Castellanae } ‖ Sbaralea l. c. 27.
„ „ „ Populo civitatis et diocesis „ „ } n° 35. 36.

„ 22 „ (22746) Archidiacono Lucano mandat, ut Iacobum priorem et conventum ecclesiae s. Fridiani Lucan. ord. s. Aug. ad sedem apostolicam citet in causa liberae sepulturae cum fratribus ord. Minor. Lucanis. X kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 25. n° 32. — »Dilecti filii guardianus.«

„ 22 „ (22747) Universis Christifidelibus ecclesiam ord. Minor. Velitrensem devote visitantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum donat. X kal. Iul. a° 1°. Sbaralea l. c. 27. n° 37. — »Loca Deo dicata.«

„ 22 „ (22748) Abbati et conventui monasterii de Thela Cisterc. ord. Lausannens. dioc. libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. X kal. Iul. a° 1°. ‖ Cartulaire de Montheron *in* Mém. et docum. de la Suisse romande XII. 70. n° 28, *perperam tributa* Nicolao III. — »Quum a nobis.«

1288.

Iun. 24 Reate (22749) Priori et fratribus domus b. Mariae de Monte Carmeli Trevirensis domum eis a Margaretha dicta Regina Trevirensi donatam et in civitate Trevirensi sitam confirmat. VIII kal. Iul. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. II. IV. — »Cum a nobis.«

„ 27 „ (22750) Abbatissae et conventui monasterii s. Francisci Bononiensis ord. s. Clarae omnes immunitates et privilegia confirmat. V kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 27. n° 38. — »Cum a nobis.«

„ 30 „ (22751) Abbati et conventui monasterii de Neubotle Cisterc. ord. S. Andreae dioc. quasdam terras Estircrag vulgariter nuncupatas, quas eis cl. m. Alexander rex Scociae contulit, confirmat. II kal. Iul. a° 1°. ‖ Registrum S. Marie de Neubotle 210. n° 247. — »Cum a nobis.«

Iul. 1 „ * (22752) Benedicto cardinali (S. Nicolai in carcere Tulliano) curam et protectionem ordinis s. Guillermi committit cum potestate visitandi, reformandi *etc.* Kal. Iul. a° 1°. Muratori Antiq. Ital. VI. 189 XI.

„ 4 „ (22753) De Elsneborch et de Huseborch monasteriorum abbatibus ac praeposito de Hademersleve Halberstad. dioc. committit causam abbatissae et conventus monasterii de Quidelingeburch ord. s. Aug. contra Olricum de Regensten comitem, qui in solo ipsius monasterii quaedam de novo aedificia et munitiones contra iustitiam construere propria temeritate praesumpserit, decidendam. IV non. Iul. a° 1°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 287; Kettner Dipl. Quedlinb. 247; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 223. n° 76. — »Sua nobis dilecte.«

„ 7 „ (22754) Episcopo Saresbiriensi committit. absolvat Iohannem de Wocton militem vicecomitem Wyltesiriae a subeunda, quam voverat, peregrinatione ad basilicae Principis apostolorum de Urbe limina ea lege, ut quod ipse nobilis foret in sua visitatione huiusmodi expensurus, eidem templo Vaticano quantocitius fideliter assignet. Non. Iul. a° 1°. Bullar. Vatic. I. 212. — »Petitio dilecti filii.«

„ 15 „ (22755) Abbati S. Auberti, decano S. Gaugerici et magistro Franconi canonico Cameracensibus significat, decanum S. Georgii et magistrum Godefridum canonicum S. Georgii Coloniensis perperam contra iudicem consules scabinos et universitatem oppidi Tremoniensis diffinitivam sententiam in causa inter ipsos super patronatu quarundam ecclesiarum *etc.* vertente promulgasse iniquam, a qua ex parte illorum fuerit ad sedem apostolicam appellatum, ac decanum et magistrum praedictos hac appellatione contempta in eosdem iudicem *etc.* excommunicationis et interdicti sententias promulgasse. Mandat eis, ut, si dictas sententias invenerint post appellationem legitime interpositam esse latas, eas denucient penitus inanes. Id. Iul. a° 1°. ‖ Zeitschr. f. westfäl. Gesch. VII. 245; Fahne UB. von Dortmund II. 33. — »Sua nobis iudex.«

„ 23 „ (22756) Abbatissae et conventui monasterii s. Servatii de Quidelingeburch ord. s. Aug. Halberstad. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Erath Cod. dipl. Quedlinb. 287; Kettner Dipl. Quedlinb. 248; »Veronae« Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 223. n° 77. — »Cum a nobis.«

„ 23 „ (22757) Urosio regi Sclavorum transmittit Marinum et Cyprianum fratres ord. Minor., ut rex et eius populus Iesum Christum Dei filium, suam gloriosam matrem ac fidei christianae observationem fratrum dictorum salutaribus traditionibus plenius agnoscant. Addit confessionem fidei catholicae. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. V. 476; Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 29, 30; Farlati Illyr. sacr. VII. 46; Wadding Ann. Minor. V. 174; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 27. n° 39; Theiner Mon. Hungar. I. 360. n° 581; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 314. — »Eterni patris immensa.«

„ 28 „ (22758) Ordinem fratrum Praedicatorum, ecclesias, oratoria *etc.* eorum cum omnibus iuribus a cuiusvis alterius iurisdictione ac potestate omnimoda eximit, decernens ex nunc ordinem *etc.* soli Romano pontifici in spiritualibus et temporalibus subiacere. V kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 20; Liljegren Svenskt dipl. II. I. 53. n° 969; *cf.* Celse Appar. 94. n° 2; Lang Regesta IV. 379; Public. de la soc. des monum. hist. de Luxemb. XVII. (1861) 34. — »Dum sollicitę considerationis.«

„ 28 „ (22759) Statuit et ordinat, ut fratres ord. Praedic., qui post professionem ad ordines alios transierunt aut in posterum transibunt, ad nullam omnino administrationem vel officium curam animarum habentia, nec dignitatem *etc.* possint assumi absque apostolicae sedis speciali licentia. V kal. Aug. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 20. — »Inter cetera vobis.«

Aug. 1 „ (22760) Castra et tenimenta S. Agathae, Silvae planae, Billis, Raynerii de Castaldeto . . . et Savinae cum omnibus districtibus sub dominio rectoris Massae Trabariae constituit. Kal. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 295. n° 457; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 87. — »Cum inter alias.«

„ 1 „ (22761) Castrum S. Angeli in Vado iurisdictioni rectoris Massae Trabariae de novo subiicit et Urbinatibus omnem iurisdictionem super eodem interdicit. Kal. Aug. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 458. — »Cum castrum S. Angeli.«

1288.

Aug. 5 (Reate) (22762) Pernae abbatissae et conventui S. Annae de Nuceria Christianorum ord. s. Aug. Salernitan. dioc. omnia bona *etc.*, quae b. mem. Petrus Capudaquensis episcopus huic monasterio a se fundato legavit, confirmat. »Romae« Non. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 21. — »Petitio vestra nobis.«

» 8 » (22763) Helenae reginae Sclavorum nunciat, se, ut eius filii Stephanus et Urosius reges Sclavorum eorumque populus Dei filium Iesum Christum, suam gloriosam matrem ac fidei christianae observationem agnoscant, fratres Marinum et Cyprianum de ordine Minor. ad eos mittere. Rogat reginam, inducat praedictos reges, ut devote redeant ad fidei unitatem et humiliter suscipiant sedis apostolicae et praedictorum fratrum monita. VI (IV *Farl.*) id. Aug. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 31; Farlati Illyr. sacr. VII. 48; Wadding Ann. Minor. V. 175; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 28. n° 41; Theiner Mon. Hungar. I. 359. n° 580; Mon. Hungar. hist. Dipl. IX. 318. — »Gratias agimus gratiarum.«

» 8 » (22764) L(adislaum) regem Ungariae monet et hortatur, ut Tartarorum, Sarracenorum, Neugeriorum ac aliorum infidelium demissis erroribus E(lizabetham) reginam uxorem suam resumens et in securo statu conservans eam maritali affectione pertractet. Addit, se archiepiscopo Strigoniensi iniunxisse, ut regem a sic nephandis erroribus retrahat et contra praedictos Tartaros *etc.*, si suos conatus contra catholicos exercitare voluerint, proponat verbum crucis *etc.* VI id. Aug. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 357. n° 577; Mon. Hung. hist. l. c. 319. — »Si sparsa semina.«

» 8 » (22765) (Lodomerio) archiepiscopo Strigoniensi de superiore ad L(adislaum) regem epistola significat eique mandat, ut, si praedictus rex reginam uxorem suam a carcere liberatam resumere ac tute tractare noluerit, eum ad id per censuram ecclesiasticam compellat. VI id. Aug. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 358. n° 578; Mon. Hung. hist. l. c. 321. — »Si sparsa semina.«

» 8 » (22766) Eidem mandat, ut contra Tartaros, Sarracenos, Neugerios et paganos alios adhaerentes eisdem per regnum Ungariae, per Poloniam, Bohemiam, Austriam, Stiriam, Carinthiam, Sclavoniam et Istriam per se vel per alios verbum crucis proponat et ad illam assumendam christianum populum adhortetur. VI id. Aug. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 358 in n° 578; *non integra* ap. Raynald. Ann. ad a. 1288 § 25; ap. Fejér Cod. dipl. V. III. 420. — »Si sparsa semina.«

» 8 » (22767) Eidem scribit, Honorium IV pp. praedecessorem ad eum litteras destinasse, sed earum missionem illo morte praevento subsecutam non esse. »Continebatur in litteris supradictis, quod L(adislaus) rex Ungariae quasi alienatus ab utero matris ecclesiae, ab E(lisabetha) regina Ungariae consorte sua non sine coniugalis thori foeda violatione divertens, non solum infidelibus se copulavit mulieribus impudenter, verum etiam, ut liberius se foedaret cum illis, dictam reginam carceri mancipavit, in quo .... ipsam fame ac nuditate affligebat .... Unde praefatus praedecessor ... te rogabat, ut studeres eandem reginam de carcere moeroris educere ac restituere plenarie libertati« *etc.* Mandat archiepiscopo, ut super praemissis procedat iuxta praefati praedecessoris expressam continentiam litterarum. VI id. Aug. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 359. n° 579; Mon. Hung. l. c. 324. — »Dudum Romana ecclesia.«

» 8 » (22768) Archiepiscopos et episcopos ac electos, abbates, priores *etc.* per regnum Ungariae constitutos hortatur, ut contra Tartaros, Sarracenos *etc.* archiepiscopo Strigoniensi ad eius requisitionem favorabiliter assistant. VI id. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 29. n° 42; Theiner l. c. 358 in n° 578; Mon. Hung. hist. l. c. 323; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1288 § 26. — »Si sparsa semina.«

* *In eundem modum* Poloniae ac Sclavoniae duces, marchiones ac universum populum Christi fideles per regnum Ungariae *etc.* constitutos — (Rudolphum) regem Romanorum — (Wenceslaum) regem Boemiae. ‖ Palacky Reise 48. n° 387 — Ducem Austriae.

» 10 » Elenae reginae Sclavorum: »IV id. Aug. a° 1°.« ‖ Farlati Illyr. sacr. VII. 48, *vid.* 1288. Aug. 8. n° 22763.

» 11 » (22769) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui in maiori et illa, quae s. Martini vulgariter dicitur, quadragesimarum annis singulis *etc.* ecclesiam s. Mariae maioris de Urbe, »cuius structuram filius eius .. Iesus Christus per immissionem nivis aestus tempore mirabiliter indicavit«, venerabiliter visitaverint, indulgentias largitur diversas. III id. Aug. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 42, *sine initio.*

» 11 » (22770) Iacobo S. Mariae in via lata diacono cardinali archipresbytero ac priori et capitulo basilicae s. Mariae maioris de Urbe significat, se propter devotionem quam habeat ad Virginem matrem Dei indulgentias a Sixto III, Clemente III, Honorio III *etc.* dictae ecclesiae attributas a festo ipsius dedicationis usque ad octavas nativitatis dictae Virginis annis singulis prorogare, *etc.* III id. Aug. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 43. — »Quae reverentia, quae.«

» 12 » (22771) Priori generali et fratribus ord. b. Mariae de Monte Carmeli libertates et immunitates a praedecessoribus suis concessas confirmat. II id. Aug. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 40. n° 1. — »Solet annuere sedes.«

1288.

Aug. 13 Reate (22772) (Edwardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut Alfonsum filium Valasci Gometii de Portugalia ord. Minorum, quem hic ex legitimo thoro suscepit, dum adhuc in saeculo moraretur, in suis iuribus commendatum habeat, cum mansionem in terra regio subiecta dominio elegerit. Id. Aug. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 26. — »Regiae devotionis sinceritas.«

» 13 » (22773) Philippo Francorum regi indulget, ut quatuor clericorum eius, qui se ad litterarum studium ubi solemniter viget duxerint transferendos, possint per quinquennium fructus, redditus et proventus suorum beneficiorum ecclesiasticorum percipere. Id. Aug. a° 1°. ‖ Privilèges spirit. de la couronne de France (Paris 1855. 4°) 88.

» 13 » (22774) Abbati S. Auberti, decano S. Gaugerici et magistro Franconi canonico Cameracensibus mandat, ut causam inter iudicem consules scabinos et universitatem oppidi Tremoniensis, patronos s. Mariae et s. Nicholai parochialium ecclesiarum et altaris s. Iohannis bapt. consistentis in ecclesia s. Reynoldi de Tremonia Coloniens. dioc. ex parte una et decanum ecclesiae s. Mariae ad gradus Coloniensis falso asserentem parochialium ecclesiarum et altaris praedictorum se patronum *etc.* ex altera vertentem decernant. Id. Aug. a° 1°. ‖ Zeitschr. f. westfäl. Gesch. VII. 241; Fahne UB. von Dortmund II. 34. — »Sua nobis iudex.«

» 13 » (22775) Eisdem repetit eandem causam, sed addit, decanum S. Georgii et magistrum Godefridum canonicum S. Georgii recusasse, ut acta communia, per quae eadem causa instrueretur, in autenticam scripturam redigerentur, et contra dictos iudicem consules *etc.* diffinitivam sententiam promulgasse iniquam. Mandat eis, ut quod canonicum fuerit decernant. Id. Aug. a° 1°. ‖ Zeitschr. f. westf. Gesch. VII. 244; Fahne l. c. 36. — »Sua nobis iudex.«

» 13 » (22776) Priorem et fratres ecclesiae s. Mariae extra portam Becciani de Castro Plebis ord. s. Aug. Clusin. dioc. protegendos suscipit eorumque domos, terras, vineas *etc.* eidem ecclesiae confirmat. Id. Aug. a° 1°. ‖ Gianii Annal. I. 132. — »Iustis petentium desideriis.«

» 13 » (22777) Prioris et fratrum ecclesiae s. Mariae de Caphagio episcopatus Florentiae extra portam Ballae ord. s. Aug. protectionem suscipit eorumque bona ac possessiones confirmat. Id. Aug. a° 1°. ‖ Gianius l. c. 161. — »Iustis petentium desideriis.«

» 18 » (22778) (Iacobum Dandulum) ducem et commune Venetorum monet et hortatur, ut (Raimundo) patriarchae et ecclesiae Aquilegensi atque episcopo et civibus Tergestinis Parentinam, Emonensem et Iustinopolitanam civitates ac S. Laurentii Montonensis et Gresignanae Pirani insulae (S. Laurentii, Montonae, Grisignanae, Pirani, Insulae *Bianchi*), Muglae aliaque nonnulla castra, terras, villas et loca in Istriae partibus constituta, sed eis ablata restituant et suos stipendiarios revocent. XV kal. Sept. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 19; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 30. n° 43; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 103. n° 138; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1288; *cf.* Bianchi Docum. 166. n° 551. — »Habet nostris auribus.«

» 18 » (22779) (Bonaventurae) archiepiscopo Ragusino mandat, ut (Iacobum Dandulum) ducem et commune Venetorum ad praedicta exequenda inducat, censura eos compescendo. XV kal. Sept. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 104. n° 139; Kandler l. c. *cf.* Raynald. l. c. — »Habet nostris auribus.«

» 23 » • (22780) Immunitates monasterii in Waldsassen confirmat. X kal. Sept. a° 1°. ‖ Lang Regesta IV. 380.

» 24 (») • (22781) Iohannem canonicum a capitulo postulatum confirmat in episcopum Nucerinum. IX kal. Sept. 1288. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1068.

» 25 » (22782) Ministro et fratribus ord. Minor. praescribit, quomodo tempore interdicti se gerere debeant. VIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 515. n° 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 32. n° 45. — »Meritis vestrae religionis.«

» 26 » (22783) Praeposito, decano et scolastico ecclesiae Daventrensis Traiectens. dioc. mandat, ut decernant causam vertentem inter iudicem, consules, scabinos et universitatem oppidi Tremoniensis ex parte una et (Sigfridum) archiepiscopum Coloniensem ex altera, qui Theoderico de Altena et Roberto canonicis ecclesiae Susatiensis [Soest] Colon. dioc. et Godescalco de Molengassen clerico Coloniensi commiserat motu propriae voluntatis, ut inquirerent de processu Ertmari de Suntheym laici oppidi Tremoniensis, quem occasione cuiusdam excessus dicti iudex, consules *etc.* iuxta statuta et consuetudines sui oppidi punierant. VII kal. Sept. a° 1°. ‖ Fahne UB. von Dortmund II. 39. — »Sua nobis iudex.«

» 27 (») • (22784) Nicolao patriarchae Hierosolymitano legationis munus in Syria, Hierusalem, Cypro et Armenia committit. VI kal. Sept. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 41.

» 31 » (22785) Episcopis Faventino et Imolensi mandat, ut Bononienses a censuris ecclesiasticis absolvant eisque omnem iurisdictionem super terra Medicinae interdicant. II kal. Sept. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 296. n° 459. — »Romane matris ecclesie.«

1288.

Sept. 2 — Reate — (22786) Loderingo magistro et capitulo generalibus necnon praepositis, praelatis et conventibus fratrum et sororum ordinis Humiliatorum significat, se eos eorumque domos *etc.* ab archiepiscoporum, episcoporum et aliorum ordinariorum iurisdictione omnimoda prorsus eximere. IV non. Sept. a° 1°. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. II. 1046; Tiraboschii Vet. Humiliat. mon. II. 322; *cf.* Sala Documenti 62. n° 12. — »Per humilitatis exemplum.«

„ 2 — „ — (22787) (Iacobum) tit. S. Mariae in via lata diaconum cardinalem, (Guidonem) Papiensem et (Avogadrum) Vercellensem episcopos constituit conservatores circa exemptionem, quam ordini Humiliatorum super visitatione, correctione *etc.* dedit. IV non. Sept. a° 1°. ‖ Tiraboschius l. c. 329; *cf.* Sala l. c. n° 13. — »Etsi quibuslibet ecclesiis.«

„ 3 — „ — (22788) Fratribus de ordine Praedicatorum ad terras Sarracenorum, Paganorum, Graecorum, Bulgarorum (Indorum *leg. Fej.*), Cumanorum, Valacorum (Vlacorum *Fej.*) ubicumque existentium, Aethiopum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zirorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mosselitorum, Tartarorum, Hungarorum maioris Hungariae, christianorum captivatorum apud Tartaros aliarumque exterarum nationum Orientis communionem s. Romanae ecclesiae non habentium proficiscentibus pro fidei christianae propagatione varia concedit privilegia. III non. Sept. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. II. 22; *cf.* Fejér Cod. dipl. VII. v. 472; Palacky Reise 48. n° 388. — »Cum hora undecima.«

„ 3 — „ — (22789) Iulianae abbatissae eiusque sororibus significat, se earum monasterium, quod Custodia b. Mariae V. nuncupetur, situm in territorio Blesensi, et ab Iohanne de Castellione comite et Aelide vidua ipsius in fundo proprio constructum sit, in ius et proprietatem b. Petri et apostolicae sedis suscipere illudque ab omni iurisdictione, potestate ac dominio tam episcopi Carnotensis diocesani quam archiepiscopi Senonensis metropolitani perpetuo eximere, statuens ut ordo monasticus qui secundum regulam Humilitatis B. Mariae V. in eodem monasterio institutus sit, ibidem inviolabiliter observetur *etc.* III non. Sept. ind. I. incarn. dom. a° 1288 pont. a° 1°. ‖ Gallia christ. VIII. instr. 440; Wadding Ann. Minor. V. 516. n° 16; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 33. n° 46. — »Olim dilectus filius.«

„ 4 — „ — (22790) Eisdem, quibus Iohannes tit. s. Caeciliae presb. card. in regno Franciae apostolicae sedis legatus regulam, quam sorores monasterii Humilitatis b. Mariae V. sibi iuxta Parisius servant, tradidit, hanc concessionem confirmat. II non. Sept. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 519. n° 17; Sbaralea l. c. 35. n° 47. — »Olim dilectus filius.«

„ 4 — „ — M(atthaeo) S. Mariae in port. diac. card.: »II non. Sept. a° 1°«. — »Cum cura tam.« ‖ Sbaralea l. c. 36. n° 48, *vid.* n° 22800.

„ 5 — „ — (22791) Ministro provinciali ord. Minor. in administratione Provinciae mandat, ut eligat unum fratrem idoneum, qui inquisitionis officium in comitatu »nostro« de Venaysino, ubi infidelitatis error invaluit, exequatur. Non. Sept. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 177; Sbaralea l. c. 36. n° 49. — »Prae cunctis nostrae.«

„ 5 — „ — (22792) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis deputatis in Provincia, Forchalcherii comitatibus et quibuscumque civitatibus et locis sive terris Imperii infra Arelatensem, Aquensem et Ebrodunensem provincias constitutis, haeredibus cl. m. Caroli regis Siciliae mediate vel immediate subiectis et etiam in civitate Avenionensi in antedictis partibus idem officium committit. Non. Sept. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 178; Sbaralea l. c. 37. n° 51. 52. — »Prae cunctis nostrae.«

„ 5 — „ — (22793) Abbati monasterii Sybergensis [Siegburg] ord. s. Ben. Coloniens. dioc., »cum (Sifridus) Coloniensis archiepiscopus dicatur detineri captivus,« mandat, ut, cum Adolfus comes de Monte paratus sit in ecclesia in Dussillendorp ordinare certum canonicorum numerum et de bonis propriis sufficientes assignare praebendas, illum numerum, de quo ipsi comiti visum fuerit, ordinet et ecclesiam collegiatam fore statuat. Non. Sept. a° 1°. ‖ Miraeus Opp. diplom. IV. 44; Lacomblet UB. II. 502. n° 847. — »Ex parte dilecti.«

„ 5 — „ — (22794) Abbati monasterii s. Michaelis de Peclina Ragusin. dioc. mandat, ut Dompnium episcopum Catharensem ob iniurias fratribus Praedicatoribus Catharensibus illatas ad se personaliter coram pontifice praesentandum citet. Non. Sept. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 105. n° 140. — »Petitio dilectorum filiorum.«

„ 5 — „ — (22795) Fratribus Praedic. et Minor. ordinum inquisitoribus haereticae pravitatis mandat, ut contra christianos ad ritum Iudaeorum transeuntes et Iudaeos conversos reiudaizantes vel christianos ad suum ritum trahentes tanquam contra haereticos procedant. Non. Sept. a° 1°. ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1288 § 9. XIII. 947; Cherubini Bullar. I. 146; Wadding Ann. Minor. V. 192; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 22; Sbaraleae Bullar. Franciscc. IV. 38. n° 53; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 88. n° 2. — »Turbato corde audivimus.«

„ 5 — — — Abbatissae et conventui S. Mariae Suessionensis: »Viterbii Non. Sept. a° 1°«. ‖ Germain Hist. de Notre-Dame de Soissons 468, *vid.* 1278. Sept. 5. n° 21403.

„ 7 — — — † (XI) Abbati in Amelinchsborn mandat, ut curam monialium Cisterciensium in Valle Dei [*hodie* Brenkhausen] prope Corbeiam Saxonicam consentiente Heinrico abbate solli-

1288.

cite gerens semel in anno circa festum s. Michaelis archangeli officium visitationis eis impendat et professioni monialium illius monasterii semper intersit. »Laterani« VII id. Sept. a° incarn. dom. 1279. pont. a° 1°. ‖ Visselbeccii Chron. Hüxariense ap. Paullini Rer. Germ. syntagna (1698) 66; Falke Tradit. Corbeiens. 858; Leuckfeld Antiquit. Amelunxborn. 34. — »Cum abbatissa et.«

Sept. 9 — Reate — (22796) Murano et Avellinensi episcopis mandat, citent iterum archiepiscopum Salernitanum, ut infra 20 dies ob gravamina fratribus ord. Minor. illata se apostolico conspectui repraesentet. V id. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 38. n° 54. — »Ad audientiam nostram.«

„ 9 — „ — (22797) Archiepiscopis et episcopis mandat ne permittant, ut canonici Praemonstratenses commorantes in parochialibus ecclesiis Praemonstratensis ordinis nisi propter certas causas per abbates et praepositos Praemonstratenses expressas ad claustrum revocentur. V id. Sept. a° 1°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 690. n° 107. — »Significarunt nobis dilecti.«

„ 11 — „ — (22798) M(atthaeo) S. Mariae in porticu diacono cardinali concedit facultatem visitandi ac reformandi monasterium s. Clarae de Assisio *etc.* III id. Sept. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 519. n° 18; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 39. n° 55. — »Licet in regula.«

„ 11 — „ — (22799) Eidem concedit facultatem praestandi vice papae *etc.* consensum permutationibus, obligationibus *etc.* ordinis s. Clarae. III id. Sept. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 520. n° 19; Sbaralea l. c. 40. n° 56. — »Ut tu cui.«

„ 11 — „ — (22800) Eidem concedit potestatem, ut a censuris quibusdam personas praedicti ordinis absolvere possit. III id. Sept. (II non. Sept. *Sb.*) a° 1°. ‖ Wadding l. c. 520. n° 20; Sbaralea l. c. 36. n° 48, 40. n° 57. — »Cum cura monasterii.«

„ 11 — „ — (22801) Eidem concedit potestatem dispensandi cum illis personis, quae in monasteriis praedicti ordinis habuerunt ingressum per simoniam *etc.* III id. Sept. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 521. n° 21. — »Cum cura tam.«

„ 11 — „ — (22802) Abbatissae et sororibus monasterii s. Clarae de Assisio declarat, constitutionem concilii Lugdunensis (*vid. supra* n° 20950 cap. 23) nullum eis praeiudicium inferre. III id. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 41. n° 58. — »Constitutio fel. record.«

„ 13 — „ — (22803) Abbati monasterii s. Trinitatis, priori S. Pauli et praeposito Omnium Sanctorum ord. Humiliatorum Florentinis mandat, ut monachos detentores monasterii s. Miniatis sanctimonialibus de Monticello ord. s. Clarae ab Alexandro IV concessi ad sedem apostolicam citent ad dicendam causam. Id. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 41. n° 59. — »Sua nobis dilectae.«

„ 13 — „ — (22804) Abbati et conventui monasterii in Halsprunnon Cisterc. ord. Eistetens. dioc. omnes libertates et immunitates et exactionum saecularium exemptiones confirmat. Id. Sept. a° 1°. ‖ Hocker Suppl. z. d. Haylsbronnischen Antiquit.-Schatz 92; *cf.* Lang Regesta IV. 385. — »Cum a nobis.«

„ 13 — „ — (22805) Abbati monasterii s. Autberti, decano ecclesiae s. Gaugerici et magistro Franconi canonico Cameracensibus committit de novo causam inter iudicem, consules *etc.* oppidi Tremoniensis et decanum ecclesiae s. Mariae ad gradus Coloniensis vertentem decernendam (*cf.* n° 22774). Id. Sept. a° 1°. ‖ Zeitschr. f. westfäl. Gesch. VII. 243; Fahne UB. von Dortmund II. 37. — »Significarunt nobis index.«

„ 13 — „ — (22806) Decano ecclesiae Herridensis Eistetens. dioc. mandat, ut ea, quae de bonis monasterii in Halsprunnon Cisterc. ord. Eistetens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Sept. a° 1°. ‖ Hocker Suppl. z. d. Haylsbronn. Antiq.-Schatz 94. — »Ad audientiam nostram.«

„ 13 — („) — • (22807) Philippo regi Francorum ad biennium decimam ad Aragoniam expugnandam concedit. Id. Sept. (a° 1°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 15.

„ 13 — „ — • (22808) Monasterio Heilsbronnensi libertates et immunitates ab exactionibus saecularibus confirmat. Id. Sept. a° 1°. ‖ Lang Regesta IV. 385.

„ 17 — „ — (22809) Episcopo Tornacensi mandat, ut clericos suae iurisdictioni subiectos, quos in praeiudicium dominii temporalis Guidonis comitis Flandriae homicidia, furta, rapinas et alios excessus in terra ipsa commisisse necnon publice arma per terram ipsius comitis detulisse constiterit, severitate canonica castiget. XV kal. Oct. a° 1°. ‖ Warnkönig Flandr. Staatsgesch. III. II. 88; *cf.* argument. ap. Saint Genois Inventaire 149. n° 495. — »Nuper ad nostrum.«

„ 17 — „ — • (22810) Le pape permet à Isabelle comtesse de Flandre d'aller visiter trois fois par an avec ses enfants et 4 femmes le monastère de l'ordre de s. François, que le comte Guy son époux a fait reconstruire dans la paroisse de Werkene. XV kal. Oct. a° 1°. ‖ Saint Genois l. c. 148. n° 494.

„ 17 — „ — (22811) (Iohannem Dandulum) ducem, consiliarios et commune Venetorum monet, ut constitutiones contra haereticam pravitatem editas in capitularibus suis faciant annotari

		1288.
		et ab omnibus sibi subiectis observari. xv kal. Oct. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 42. nº 60. — »Inter ceteras solicitudinis.«
Sept. 22	Reate	• (22812) Le pape accorde à Guy comte de Flandre, qu'aucun légat ou sublégat de la cour de Rome ne pourra pendant le terme de deux ans promulger de sentence d'excommunication contre sa personne *etc.* x kal. Oct. aº 1º. ‖ Saint Genois Inventaire 149. nº 498.
» 22	»	• (22813) Le même mande au même comte, que quatre de ses clercs pourront pendant 5 ans percevoir les fruits et revenus de tous leurs bénéfices ecclésiastiques, comme s'ils résidaient personnellement dans les églises auxquelles ces bénefices sont attachés. x kal. Oct. aº 1º. ‖ Saint Genois l. c. 150. nº 501.
		• *In eundem modum* A Isabelle femme du comte de Flandre. ‖ *Ibid.* nº 502.
		» » » Au prévôt de Cambrai et au doyen de Courtrai, avec ordre de veiller à l'exécution de ce privilége. ‖ *Ibid.* nº 503.
» 22	»	• (22814) Le même mande au même comte, qu'il lui permet, lorsqu'il se trouvera dans des lieux frappés d'interdit, d'y faire célébrer les offices divins. x kal. Oct. aº 1º. ‖ Saint Genois l. c. 150. nº 504.
		• *In eundem modum* A Isabelle comtesse de Flandre. ‖ *Ibid.* nº 505.
» 22	»	• (22815) Le même permet à Isabelle femme du comte de Flandre de choisir pour confesseur tel prêtre sage et discret qu'il lui conviendra. x kal. Oct. aº 1º. ‖ Saint Genois l. c. 151. nº 507.
» 24	»	(22816) Magistro ord. Praedic. petente districtius inhibet, ne quis fratrum sine licentia generalis magistri vel prioris provincialis fiat episcopus. viii kal. Oct. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. II. 23. — »Petitio tua nobis.«
» 25	(»)	• (22817) Philippo regi Francorum iterum Galliarum et aliarum provinciarum decimas ecclesiasticas ad triennium confert. vii kal. Oct. (aº 1º). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 15.
» 26	»	(22818) Episcopo Nonensi, abbati monasterii s. Chrysogoni Iadrensis et archidiacono Spalatensi mandat, citent Gregorium episcopum Traguriensem et Leonardum Faletro plebanum ecclesiae s. Angeli de Venetiis, quos capitulum ecclesiae Morinensis in Dalmatia quod apud ecclesiam castri Sibinicensis Morinens. dioc. residere dicitur, in episcopos Sibinicensis ecclesiae discorditer elegerat, et alios circa ius eligendi dissentientes, ut infra sex menses post citationem apostolico se conspectui repraesentent. vi kal. Oct. aº 1º. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 456; Fejér Cod. dipl. VII. iv. 209; Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 105. nº 141. — »Sua nobis dilecti.«
» 27	»	(22819) Omnibus Christifidelibus ecclesiam ord. Minor. de Assisio in s. Francisci honore constructam in die festivitatis eiusdem *etc.* devote visitantibus indulgentiam 3 annorum et totidem quadragenarum concedit. v kal. Oct. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 43. nº 61. — »Eximiae devotionis affectus.«
Oct. 1	»	(22820) (Bonaventurae) archiepiscopo Ragusino mandat, moneat et inducat potestatem, antianos, consiliarios et commune civitatis Paduanae, ut quaedam statuta clero contraria revocent; alioquin in eos et officiales eorum excommunicationis sententiam promulget. Kal. Oct. aº 1º. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 118; Dondi Orlogio Dissert. VIII. docum. 36. nº 18; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 222; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 106. nº 142. — »Movet (monet *Dondi*) animum mentemque.«
» 1	»	(22821) Regem Cypri rogat et hortatur, ut ad adiuvandum et defendendum particulam Terrae sanctae, quae christianis remanserit et occupetur ab hostibus crucifixi, diligenter invigilet. Kal. Oct. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1288 § 39. — »Licet fili charissime.«
» 2	»	(22822) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Petragoricensibus mandat, ut pecuniam et res Heliae quondam patriarchae Ierosolimitani apud monasterium Grandimontense Lemovicens. dioc. in thesauro ipsius depositas requirant, tuto loco custodiri faciant ac de omnibus relationem transmittant. vi non. Oct. aº 1º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 44. nº 62. — »Nuper ad nostrum.«
» 31 (») (22971) (Guillelmo) Rothomagensi archiepiscopo et (?) episcopo Autissiodorensi significat, se Philippo Franciae regi ad prosequendum Aragoniae negotium sumptuosum decimam omnium ecclesiasticorum proventuum et reddituum per tres annos a nativitate b. Iohannis bapt. proxime praeterita numerandos in regno Franciae ac in Lugdunensi, Viennensi et Bisuntinensi provinciis necnon in Cameracensi, Leodiensi, Metensi, Virdunensi et Tullensi civitatibus et diocesibus concessisse. Exactionem decimae praefatae eis committit. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Notices et extraits XX. II. 91; *cf.* E. Boutaric La France sous Philippe le Bel (Paris 1861. 8°) 461. — »Quantis ab olim.«

» 31 » (22973) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam ord. Minor. de Burgo Castri Villani Lingonens. dioc. certis diebus devote visitarint, indulgentiam elargitur. II kal. Iun. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 76. n° 115; *cf.* Wadding. Ann. Minor. V. 229. — »Licet is de.«

Iun. 1 » (22974) Abbati monasterii de Guamo Lucan. dioc. et guardiano ord. Minor. ac priori SS. Iohannis et Reparatae Lucanis mandat, ut de Bonacurso rectore hospitalis s. Peregrini de Alpibus dilapidatore bonorum eius cognoscant et, si opus fuerit, corrigant et reforment actaque sibi referant. Kal. Iun. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 116. — »Etsi ex iniuncto.«

» 1 » (22975) (Gualtero) episcopo et scholastico Pictaviensibus proponit, ut locum fratrum de Poenitentia Iesu Christi, cum vacaverit, fratribus ord. Minor. Pictaviensis provinciae

1289.

vendant. Kal. Iun. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 525. n° 28; Sbaralea l. c. 77. n° 117. — »Sua nobis dilecti.«

Iun. 2 Reate (22976) Ad preces Caroli regis Siciliae omnibus vere poenitentibus et confessis, qui devotis orationibus divinam pro ipso rege misericordiam implorabunt, singulis diebus orationis indulgentiam decem dierum concedit. IV non. Iun. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 15. — »Piis desideriis mentis.«

» 3 » (22977) (Guillelmo) episcopo Cameracensi elargitur licentiam innovandi concessionem omnis aquae infra clausuram loci fratrum ord. Minor. Cameracensium liberae antea factam perpetuo duraturam. III non. Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 78. n° 118. — »Ad ea quae.«

» 10 » (22978) Archidiacono et thesaurario ecclesiae Aberdonensis committit et mandat, dispensent cum Roberto dicto Flamingo milite et Affrica nata Reginaldi dicti Lichen Aberdon. dioc. quarto consanguinitatis gradu coniunctis, ut impedimento non obstante praedicto possint in matrimonio licite remanere. IV id. Iun. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 144. n° 316. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 13 » (22979) Sacristae ecclesiae Lugdunensis mandat, ut pretium, quod pro loco deserto a fratribus de Poenitentia Iesu Christi Lugdunensibus vendito depositum sit, in ampliationem ecclesiae ord. Minor. Lugdunen. convertat. Id. Iun. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 526. n° 29; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 79. n° 119. — »Ex parte dilectorum.«

» 17 » (22981) (Gualtero) episcopo et scholastico Pictaviensibus mandat, ut locum fratrum de Poenitentia Iesu Christi Pictaviens. iuxta litteras alias (*vid.* n° 22975) a se datas fratribus ord. Minor. eiusdem civitatis una cum pretio dicti loci venditi exhibeant. XV kal. Iul. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 80. n° 120. — »Speciale debitum inter.«

» 18 » (22982) Universis Christifidelibus ecclesiam ord. Minor. Mediolanensem statis anni diebus devote visitantibus indulgentiam concedit. XIV kal. Iul. a° 2°. Sbaralea l. c. n° 121; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 229. — »Loca sanctorum omnium.«

» 18 resp. 19 » (22983) Carolo regi Siciliae testatur, eum ligium homagium et fidelitatis iuramentum ratione regni Siciliae et terrae citra Farum, excepta civitate Beneventana cum toto territorio et omnibus districtibus et pertinentiis suis secundum antiquos fines territorii, pertinentiarum et districtus civitatis eiusdem per Romanos pontifices distinctos, Carolo regi Siciliae patri eius et haeredibus a Romana ecclesia concessorum, sedi apostolicae fecisse ac praestitisse. XIII (XIV *Mur.*) kal. Iul. a° 2°. Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 2—11; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 441. n° 16; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 107. — »Ne in posterum.«

» 19 » (22984) Excommunicationum sententias, quas Carolus rex Siciliae incurrit, necnon et quaslibet sententias interdicti *etc.* penitus relaxat. XIII kal. Iul. a° 2°. ‖ Raynald. l. c. § 14, *fragm.*

» 27 » * (22985) (Reimbottoni) episcopo et praeposito Eistettensibus et praeposito S. Iohannis Herbipolensis significat, Rudolfum archiepiscopum Salzeburgensem in Albertum ducem Austriae et Styriae, qui civitatem de Lavant aliaque loca ad archiepiscopatum Salzeburgensem pertinentia detineat occupata, sententias excommunicationis et in eius terram interdicti tulisse earumque executionem Rudolfo episcopo Pataviensi suffraganeo suo eiusque capitulo commisisse, sed ab eis mandatum apostolicum adimplere neglectum esse. Propterea ad instantiam dicti archiepiscopi illum episcopum, Gotfridum praepositum, Volkerum decanum et archidiaconum Sibotonem de Tannberg suspendit ab omnibus officiis ecclesiasticis, donec archiepiscopo praefato satisfactum sit. Praecipit eis, ut hanc sententiam executioni demandent. ‖ v. Lichnowsky Gesch. des Hauses Habsburg II. (Wien 1837. 8°) CLXXXVI. n° 1035 b.

» 27 » (22986) Philippo de Mantua ord. Minor. concedit facultatem donandi et tradendi Alberto de la Scala et Nicolao quondam Mastini militis et Friderico ac Alberto fratri eius filii et haeredibus quondam Alberti dicti Pichardi civibus Veronensibus Romanae ecclesiae bene meritis Turrim cum palatio et macerie, quae de castro vulgariter Castrum Illasii nuncupato superesse dicuntur. V kal. Iul. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 80. n° 122. — »Considerantes sincerae devotionis.«

» 27 » (22987) Iohannae reginae Franciae concedit facultatem, ut monasteria dominarum ord. s. Clarae, quoties ei visum fuerit, cum 6 honestis matronis *etc.* ingrediatur. V kal. Iul. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 81. n° 123. — »Ex tuae magnitudinis.«

» 28 » (22988) Custodi fratrum Minorum Florentinorum mandat, ut dispenset cum Guidutio Ferrecto de Summifonte et Catharina Lothoringi Florentin. dioc. super matrimonio illicite contracto. IV kal. Iul. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 81. n° 124. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 30 » (22989) Aelidi dominae de Percuves Camerac. dioc. ingressum in monasteria ordd. Praedic. et Minor. bis in anno sub quibusdam conditionibus concedit. II kal. Iul. a° 2°. Sbaralea l. c. 82. n° 125. — »Ex tuae devotionis.«

1289.

Iul. 1 Reate (22990) Monasterium s. Georgii in Pruveninge ord. s. Ben. Ratisponens. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, quorum plurima nominatim recenset, iura ac privilegia confirmat. Kal. Iul. indict. II. incarn. dom. aᵒ 1289. pont. aᵒ 2ᵒ. Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 135, *ubi perperam donatur* Nicolao V; *cf.* Lang Regesta IV. 416; Mon. Boica XIII. 235. — »Religiosam vitam eligentibus.«

„ 1 „ (22991) Priori generali et fratribus ordinis heremitarum de Monte Carmeli regulam ab Innocentio IV mitigatam ac postmodum ab Alexandro IV corroboratam confirmat. Kal. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Bullarium Carmel. I. 40. nᵒ 2. — »Cum a nobis.«

„ 1 „ (22992) Episcopo Caesaraugustano mandat, ut fratres antedicti ordinis in Hispania existentes contra molestatores tueatur. Kal. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Bullarium Carmel. I. 41. nᵒ 3. — »Inundans malitia perversorum.«

„ 1 „ (22993) Episcopo Florentino mandat, ne fratres eiusdem ordinis in Tuscia existentes indebite molestari permittat. Kal. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Bullarium Carmel. I. 41. nᵒ 4. — »Inundans malitia perversorum.«

„ 3 „ (22994) Iohanni archiepiscopo Lundensi mittit pallium tradendum (Magno) electo in archiepiscopum Upsalensem consecrato. v non. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. ı. 79. nᵒ 997; *cf.* Porthan Bullar. access. 62. nᵒ 3. — »Cum palleum insigne.«

„ 3 „ * (22995) Confirmation de la bulle du xv kal. de Novembre 1263 prescrivant de nouvelles règles aux Clarisses. v non. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Publicat. de la soc. des monum. historiq. de Luxembourg XVII. (1861) 42.

„ 7 „ (22996) (Guillelmo) archiepiscopo Rothomagensi et (?) Autissiodorensi episcopo scribit de decima Philippo regi Franciae in subsidio negocii Aragoniae concessa eisque transmittit quasdam dubitationum declarationes, quae olim in negotio decimae deputatae Terrae sanctae subsidio emerserunt et possent forsan in posterum in novatione residui dubii suboriri, ut illas in praesenti negotio ipsius decimae dicto regi concessae, quatenus illud contingant, servent et observari faciant. Non. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Notices et extraits XX. ıı. 94; *cf.* Boutaric La France sous Philippe le Bel (Paris 1861. 8ᵒ) 461, *uterque perperam ad* Mai. 31. — »Cum decimam ecclesiasticorum.«

„ 7 „ (22997) Patriarcham Iacobitarum piis deditum operibus ac studiosum in ord. Minor. professos gentium conversioni in Oriente incumbentes adhortatur, ut se catholicae fidei conformet. Non. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 56; Wadding Ann. Minor. V. 202; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 83. nᵒ 128. — »Disponente summi regis.«

„ 7 „ (22998) Dionysio episcopo in partibus Orientis gratulatur ob affectum erga fidem christianam, gratias agit ob praestita fratribus ord. Minor. beneficia et ad perseverandum in utroque illum exhortatur. Non. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Wadding l. c. 203; Sbaralea l. c. 84. nᵒ 129. — »Affluentis devotionis affectu.«

„ 7 „ (Aytoni) regi Armeniae. Non. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 57, *vid.* nᵒ 23006.

„ 7 „ (22999) Lituardum natum quondam Cyrini civem Tuscanensem liberat ab omni macula, infamia atque nota, quam olim ex haeresi contraxerat, et ad bonam famam omnesque actus legitimos sponte confessum restituit. Non. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Sbaralea l. c. 82. nᵒ 126. — »Dilectus filius frater.«

„ 7 „ (23000) Archiepiscopos, episcopos, universos potestates et rectores .. castrorum aliorumque locorum per Italiam constitutos monet et hortatur, ut favore et auxilio adsint inquisitoribus haereticae pravitatis *etc.* Non. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Wadding l. c. 206; Sbaralea l. c. 83. nᵒ 127. — »Cum dilectos filios.«

„ 10 („) (23001) Clonfertensi, Aladensi et Akadensi episcopis mandat, ut Guillelmo electo Tuamensi, postquam consecrationem receperit, palleum quod per Iohannem archidiaconum et Thomam cancellarium ecclesiae Tuamensis eis destinet, assignent. »Rome« vı id. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Theiner Mon. Hibern. 144. nᵒ 317. — »Nuper Tuamensi ecclesie.«

„ 11 „ (23002) Imperatorem Aethiopiae hortatur ac excitat, ut ad observandam christianam fidem et prosequendam ecclesiae unionem ferventer intendat. v id. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 201. — »Summi pastoris qui.«

* *In eundem modum* Populum Aethiopiae. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 59.

„ 13 „ (23003) Cobyla Cham magno principi Tartarorum ad eius preces Iohannem de Monte Corvino ord. Minor. mittit, quem instanter commendat. ııı id. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Raynald. l. c. § 62; Wadding l. c. 196; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 85. nᵒ 130. — »Gaudemus in Domino.«

„ 13 „ (23004) Caydonum principem Tartarorum excitat et hortatur, ut ad agnitionem christianae fidei se convertat. ııı id. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Wadding l. c. 197; Sbararalea l. c. 86. nᵒ 131; Raynald. l. c. § 63. — »Ad ea quae.«

„ 13 „ (23005) Iolum de Pisis hortatur, ut cunctis religiosis per partes Tartarorum ipsas habentibus transitum impendat auxilium et consilium. ııı id. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Wadding l. c. 198; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 64. — »Laetamur in Domino.«

1289.

Iul. 14 Reate (23006) De (Aytonis) regis Armeniae erga fidem christianam et ecclesiam Romanam affectu laetatur, ei gratias agit de multa in fratres ord. Minor. humanitate eumque rogat, ut in utroque perseveret. ıı id. Iul. (Non. Iul. *Rayn.*) aᵒ 2ᵒ. ‖ Wadding l. c. 199; Sbaralea l. c. 86. nᵒ 132; Raynald. l. c. § 57. — »Gerentes in terris.«

„ 14 „ (23007) Mariae sororis cl. mem. regis Armeniae studium erga fidem catholicam et desiderium unionis cum ecclesia Romana laudat *etc.* eique fratres ord. Minor. ibi commorantes commendat. ıı id. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Wadding l. c. 200; Sbaralea l. c. 87. nᵒ 133; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 58. — »Nuper ad apostolatus.«

„ 14 „ (23008) Leoni comestabulo (Aytonis) regis Armeniae gratulatur, quod fidei catholicae ac Romanae ecclesiae observantiae studeat et fratres ord. Minor. inibi fidei dilatandae causa commorantes benigne foveat, eumque ad perseverantiam hortatur. ıı id. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Sbaralea l. c. 88. nᵒ 135; *cf.* Raynald. l. c. — »Laetati sumus quam.«

* *In eundem modum* Marescallo seu magistro castrorum. ‖ *Ibid.* nᵒ 136.
„ „ „ Universo Armeniae populo. ‖ *Ibid.* nᵒ 137.

„ 15 „ (23009) Argonem regem Tartarorum excitat et hortatur, ut ad agnitionem christianae fidei accedat ac ad suscipiendum baptismatis sacramentum. Id. Iul. aᵒ 2ᵒ. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 195; *omisso exordio* Raynald. l. c. § 60. — »Inter cetera desideria.«

„ 18 „ (23010) Cardinalibus medietatem omnium fructuum, reddituum et proventuum, quos in Siciliae et Angliae aliisque regnis, Sardinia, Corsica aliisque insulis, necnon in marchia Anconitana, provincia Romaniolae, ducatu Spoletano, terra Arnulforum, patrimonio b. Petri in Tuscia, Campania et Maritima, Sabinia, Massatrabaria, Carfagnana, comitatu Venesini, civitate Beneventana ac aliis terris et locis ecclesia obtinet, mulctarum, condemnationum et censuum concedit. xv kal. Aug. indict. II. incarn. dom. aᵒ 1289. pont. aᵒ 2ᵒ. ‖ Raynald. l. c. § 49; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 88. nᵒ 3; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 304. nᵒ 468. — »Celestis altitudo potentie.«

„ 18 „ (23011) Decano et capitulo ecclesiae Lugdunensis concedit spiritualem gladium, ut eo contra suos, beneficiatorum et ecclesiae suae iniuriatores, molestatores, turbatores, impeditores quoslibet, cuiuscumque praeeminentiae, dignitatis aut status existant, libere utantur. xv kal. Aug. aᵒ 2ᵒ. ‖ Ménestrier Hist. de Lyon, preuv. XV. — »Pastoralis officii cura.«

„ 18 „ (23012) Albertum capitaneum et commune Veronenses monet et hortatur, ut, cum Bernardus abbas monasterii s. Mariae de Vangaditia Adriens. dioc. tam infra idem monasterium quam extra in bonis eiusdem turbidis quassatus sit fluctibus, eidem abbati in conservatione dictorum bonorum infra districtum suum consistentium favorabiliter assistant. xv kal. Aug. aᵒ 2ᵒ. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. 178; Verci Marca Trivigiana III. doc. 171. nᵒ 313. — »Circa fovendas personas.«

„ 18 „ (23013) (Alberto) episcopo Yporiensi potestatem facit condendi testamentum ac de nonnullis rebus disponendi. xv kal. Aug. aᵒ 2ᵒ. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 90. nᵒ 139. — »Quia praesentis vitae.«

„ 21 „ (23014) Episcopo Waterfordensi committit, dispenset cum Wilhelmo dicto Lebutill et Iohanna de Fitifelt quarto consanguinitatis gradu coniunctis, ut impedimento non obstante praedicto possint in matrimonio licite remanere. xıı kal. Aug. aᵒ 2ᵒ. ‖ Theiner Mon. Hibern. 145. nᵒ 318. — »Petitio dilecti filii.«

„ 22 „ (23015) Consilio et communi Terracinensibus, qui papam in suum rectorem ac potestatem unanimiter elegerant, significat, se Octaviano de Brunforte Campaniae Maritimaeque rectori praedictum regimen usque ad beneplacitum sedis apostolicae confidenter commisisse, eosque rogat, ut eundem ad dictum regimen admittant. xı kal. Aug. aᵒ 2ᵒ. ‖ Contator Hist. Terracin. 206. — »Nuper nos ad.«

„ 23 „ (23016) Abbati et conventui monachorum Loci Benedicti de Stanlawe Cisterc. ord. Coventrens. et Lichfeildiens. dioc. ecclesiam de Whalleya cum omnibus capellis et iuribus in usus proprios concedit. x kal. Aug. aᵒ 2ᵒ. ‖ Dugdale Monast. Anglic. V. 644. nᵒ 6. — »Ordinis vestri sacra.«

„ 23 „ (23017) Populo civitatis Lugdunensis et eiusdem diocesis notum facit, se praefecisse Beraldum electum Lugdunensem tunc archidiaconum in ecclesia Agennensi Lugdunensi ecclesiae in archiepiscopum. x kal. Aug. aᵒ 2ᵒ. ‖ Ménestrier Hist. de Lyon, preuv. II. *inscr.* Tract. *etc.* 31. — »In supremae dignitatis.«

„ 23 „ (23018) Universis Christifidelibus ecclesiam monialium ord. s. Clarae de Victoria Calaguritan. dioc. devotionis causa adeuntibus indulgentiam unius anni et 40 dierum donat. x kal. Aug. aᵒ 2ᵒ. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 90. nᵒ 140; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 229. — »Vitae perennis gloria.«

„ 28 „ (23019) Gerardo archiepiscopo Moguntino concedit facultatem conferendi beneficia ecclesiastica, quae in civitate et diocesi Moguntinis tanto tempore vacaverunt, »quod eorum

		1289.
		collatio est per lapsum temporis ad sedem apostolicam iuxta Lateranensis concilii statuta legitime devoluta.» v kal. Aug. a° 2°. ‖ Würdtwein Dipl. Magunt. I. 7. n° 2. — »Tuam volentes honorare.»
Iul. 28	Reate	(23020) Eidem plenam concedit facultatem percipiendi libere fructus redditus et proventus primi anni personatuum dignitatum praebendarum et aliorum beneficiorum ecclesiasti- corum, quae in cathedrali et aliis ecclesiis Maguntinae civitatis et diocesis usque ad quinquennium vacare contigerit. v kal. Aug. a° 2°. ‖ Würdtwein l. c. 8. n° 3. — »Circa curam quarumlibet.»
» 28	»	(23021) Abbatissae et conventui monasterii s. Agnetis Maguntini indulget, ut tempore generalis terrae interdicti liceat eis canonicas horas dicere et per capellanum proprium divina officia facere celebrari. v kal. Aug. a° 2°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 427. n° 446. — »Devocionis vestre precibus.»
» 28	»	(23022) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam sanctimonialium de Tollon ord. s. Clarae Pampilon. dioc. devote certis diebus visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum largitur. v kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 90. n° 141. — »Licet is de.»
» 28	»	(23023) Universis Christifidelibus ad ecclesiam monialium s. Clarae de Stella Pampilon. dioc. ord. dictae sanctae de novo construendam subsidia erogantibus eandem promittit indulgentiam. v kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 142; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 220. — »Quoniam ut ait.»
» 28	»	• (23024) Le pape Nicolas invite Thomas de Koerich abbé du monastère de Ste.-Marie à Lucelbourg, à veiller à ce qu'aucunes personnes tant ecclésiastiques que séculières constituées en dignités et charges, comme aussi des comtes, barons, nobles chevaliers et des laics des diocèses de Trèves et de Metz qui tiennent du monastère du St.-Esprit à Luxembourg des terres, maisons ... et autres biens immeubles sous cens et pension annuelle, ne paient pas ces cens et pensions à l'abbesse dudit couvent; il lui mande d'inviter les débiteurs à se libérer et de ne prononcer l'excommunication envers les retardataires qu'après mandement spécial de la cour de Rome. ‖ Publicat. de la soc. des monum. historiq. de Luxembourg XVII. (1861) 43.
» 31	»	(23025) Universis Christifidelibus elemosynis subvenientibus fabricae conventus et ecclesiae fratrum Minorum Duacensium indulgentiam unius anni et 40 dierum impertitur. II kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 91. n° 143. — »Quoniam ut ait.»
» 31	»	(23026) (Guillelmo) episcopo Cameracensi mandat, ut sororibus monasterii de Gandavo ord. s. Clarae facultatem concedat se ad meliorem locum transferendi, si expedire vi- derit. II kal. Aug. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 92. n° 145. — »Ex parte dilectarum.»
» 31	»	(23027) Philippum ord. Minor. professum Tridentinae ecclesiae per obitum Henrici episcopi viduatae praeficit in episcopum. II kal. Aug. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 526. n° 30; Sbaralea l. c. 91. n° 144; *cf.* Ughelli Ital. sacra V. 619. — »Romani pontificis quem.»
(Iul. Aug.)	—	(23028) Carolo regi Siciliae significat, se eius litteras »Conditionis humanae» incipientes benigno affectu recepisse ac ad eius supplicationes universitates et singulares personas Siciliae ad fidelitatem papae, Romanae ecclesiae et eiusdem regis efficaciter redeuntes ad apostolicae sedis gratiam clementer admittere, omnesque culpas et offensas per eos contra sedem ipsam commissas *etc.* misericorditer relaxare. *Sine nota chronol.* ‖ Ray- naldi Ann. ad a. 1289 § 15. — »Gaudet iure mater.»
Aug. 1	Reate	(23029) A l'église de Lyon pour la justice de glaive. 1. Aug. a° 2°. ‖ Jean de Saint-Aubin Hist. ecclésiast. de la ville de Lyon (*ib.* 1666. fol.) 303. — »Ad audientiam nostram.»
» 1	»	(23030) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Martini Turonensis in singulis ipsius sancti festivitatibus devote visitaverint, indulgentias con- cedit. Kal. Aug. a° 2°. ‖ Recueil de pièces sur St.-Martin de Tours 41.
» 3	(»)	(23031) P(etro) archiepiscopo Montis Regalis, quem ab ecclesia Reatina ad hanc trans- tulerat, concedit, ut tempore, quo commercium omne interdictum sit Siculis excommu- nicationis sententia devinctis, ad eandem Montis Regalis ecclesiam pro suis et ipsius negotiis prosequendis nuntios et litteras destinet. »Tibure» III non. Aug. a° 2°. ‖ (Lazeri) Miscellan. II. 110. — »Nuper te a.»
» 5	»	(23032) (Boemundo) archiepiscopo Trevirensi mandat, moneat Iohannem ducem Brabantiae, Henricum de Iuliaco et Adulphum de Monte comites ecclesiae Coloniensis vassallos eosque sub excommunicationis et privationis feudorum quorumlibet, quae ab eadem et aliis ecclesiis et monasteriis tenent, poenis inducat, ut (Sifridum) archiepiscopum Co- loniensem et alios, quos cum eo in pugna apud castrum Worinc prope civitatem Colo- niensem constitutum (d. 5. Iun. 1288) ceperant et detinebant, pristinae restituant libertati. Non. Aug. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 43—45. — »Nefandae praesumptionis excessus.»

		1289.
Aug. 5	Reate	(23033) Henrico de Iuliaco et Adulfo de Monte comitibus sub excommunicationis ac pri- vationis feudorum quae ab Coloniensi *etc.* tenent, poenis districte mandat, ut (Sifridum) Coloniensem archiepiscopum *etc.* restituant pristinae libertati. Non. Aug. a° 2°. ‖ La- comblet UB. II. 517. n° 872. — »Clamat in auribus.»
» 5	»	(23034) Iohanni de Columpna marchiae Anconitanae rectori mandat, faciat ut controversia exorta inter commune Castri s. Victoriae Firman. dioc. et Leonardum de Archionibus civem Romanum potestatem dicti castri, qui salario 50 libr. Ravenn. contentus non erat, a Iohanne de Spoleto iudice suo in praedicta marchia fine debito et celeri termi- netur. Non. Aug. a° 2°. ‖ Colucci Antich. Picene XXIX. app. 130. n° 73. — »Sua nobis dilecti.»
» 5	»	(23035) Willelmo electo Tuamensi concedit, ut ecclesias de Cuockgrafan Cassellensis, de Moydrisue Laoniens., de Athnery Tuamens. et de Castro Coukufin Aladens. dioce., quas electionis tempore tenebat, possit per triennium una cum archiepiscopatu Tua- mensi licite retinere. Non. Aug. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 145. n° 319. — »Cum sicut nobis.»
» 5	»	(23036) Eidem concedit, ut fructus, redditus et proventus primi anni personatuum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quae de iure in diocesi Tuamensi usque ad triennium vacare contigerit, libere percipiat in solutionem debitorum ecclesiae suae. Non. Aug. a° 2°. ‖ Theiner l. c. in n° 319. — »Cum sicut nobis.»
» 7	»	(23037) Custodi et fratribus S. Francisci de Assisio aurifrisium tam materia quam opere pretiosum ad ornatum altaris ecclesiae donat. VII id. Aug. a° 2°. Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 92. n° 146. — »Excitamur ab intimis.»
» 8	»	(23038) (Simoni) episcopo Warmaciensi scribit de iniuriis, quibus Iohannes dux Brabantiae, Henricus de Iuliaco et Adulfus de Monte comites ecclesiae Coloniensis vassalli per- sonam Sifridi archiepiscopi Coloniensis afflixerunt, et de mandatis quae (Boemundo) archiepiscopo Treverensi contra tanti facinoris patratores dedit. Rogat eum, ut dicto Treverensi archiepiscopo in memorato negotio consiliis et auxiliis assistat. VI id. Aug. a° 2°. ‖ Lacomblet UB. II. 518. n° 873. — »Nephande presumptionis excessus.»
		• *In eandem modum eodemque die* (Conrado) episcopo Argentinensi.
» 9	(»)	(23039) Episcopo et capitulo Reatinis, quorum ecclesiae Karolus rex Siciliae, ut corona- tionis suae in eadem memoria perpetua haberetur, annuum redditum 20 unciarum auri in Sulmone percipiendum ac inter episcopum et eiusdem ecclesiae canonicos distri- buendum (Aquilae 1289. Iun. 24) concessit, hanc concessionem, tenore eiusdem inserto, confirmat. »Rome» v id. Aug. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1205. — »Inter ea quae.»
» 13	»	(23040) (Edwardo) regi Angliae scribit de flebili relatione, quam nuper de ultramarinis partibus per Hugonem de Matiscon. et Iohannem ord. Praedic., Petrum de Hezquam hospitalis s. Iohannis, et Hertandum domus militiae Templi Ierosolim. fratres, latores praesentium percepit. Rogat eum, ut illos clementer audiat et intelligat diligenter quae de statu dictarum partium duxerint proponenda *etc.* Id. Aug. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. III. 49. — »Dura nimis et.»
» 13	»	(23041) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. con- cedit, ut de cetero privilegiis et indulgentiis, quibus propter simplicitatem et iuris igno- rantiam usi non sunt temporibus retroactis, libere uti possint, dummodo eis non sit per praescriptionem vel alias legitime derogatum. Id. Aug. a° 2°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 69. n° 74. — »Cum sicut ex.»
» 13	»	(23042) Omnibus devote visitantibus statutis diebus ecclesiam monasterii sororum s. Fran- cisci de Trebis ord. s. Clarae Terracinens. dioc. indulgentiam unius anni et 40 dierum donat. Id. Aug. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 93. n° 147. — »Vitae perennis gloria.»
» 13	(»)	(23043) Universis Christifidelibus per Narbonensem, Tholosanam et Carcassonensem dio- ceses constitutis, qui (Geraldo) abbati et conventui coenobii Montisolivi ord. s. Ben. ad reaedificandam suam ecclesiam manum porrexerint, indulgentiam 100 dierum concedit. »Beatae» id. Aug. a° 2°. ‖ Mahul Cartul. I. 100. — »Cum igitur dilecti.»
» 17	»	(23044) Fratribus et sororibus ord. fratrum de Poenitentia sive tertii ordinis saecularibus in propriis domibus viventibus, Tertiariis nuncupatis, regulam a b. Francisco institutam approbat. XVI kal. Sept. a° 2°. ‖ Cherubini Bullar. I. 146; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 94. n° 150; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 90. n° 4. — »Supra montem catholicae.»
» 18	»	(23045) Abbatissis et conventibus sororum inclusarum monasteriorum ord. s. Clarae con- cedit, ne solvant ulli subsidia. XV kal. Sept. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 527. n° 31; Sbaralea l. c. 93. n° 149. — »Quanto studiosius devota.»
» 18	»	(23046) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae de Monte Lucido Perusini ord. s. Clarae indulget, ut pro molendinis et aliis bonis suis, quae ecclesiastica debent immu-

1289.

nitate defendi, ad subeundum onera publica, praestationes aliquas exhibendum minime teneantur vel compelli possint. xv kal. Sept. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 527. n° 32; Sbaralea l. c. 93. n° 148. — »Personis quae mundo.«

Aug. 18 (Reate) (23047) Universis Christifidelibus, qui ad ecclesiam b. Iuniani Lemovicens. dioc. certis diebus causa devotionis accesserint annuatim, indulgentiam 100 dierum concedit. »Romae« xv kal. Sept. a° 2°. ‖ Maleu Chroniq. 107. — »Loca sanctorum omnium.«

» 20 » (23048) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. concedit, ut ad receptionem alicuius in monasterio suo in monachum et in fratrem, antequam 14. annum suae aetatis exegerit, minime teneantur. xiii kal. Sept. a° 2°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St.-Denys 618. — »Cum monasterium vestrum.«

» 21 » (23049) Abbati et conventui monasterii de Aberconewete (Aberconweia *Dugd.*) in Wallia Cisterc. ord. Bangorens. dioc., quibus Honorius IV pp. nondum benedictus et consecratus transferendi praefatum monasterium ad locum »in quo nunc situm esse dinoscitur, per litteras suas bullatas bulla sua, quae nomen suum nondum exprimebat«, concesserat facultatem, easdem litteras approbat et communit. xii kal. Sept. a° 2°. ‖ Rymer Foed. l. iii. 49; Dugdale Monast. Anglic. VIII. 1657. — »Ex parte carissimi.«

» 21 » (23050) Ecclesiam monialium S. Luciae de Colle Alto ord. s. Clarae Reatin. dioc. certis diebus devote visitantibus indulgentiam concedit. xii kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 97. n° 151. — »Loca sanctorum omnium.«

» 23 » (23051) Concedit indulgentiam pro ecclesia monialium s. Mariae Magdalenae de Alexandria ord. s. Clarae Aquens. dioc. x kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 98. n° 152; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 229. — »Licet is de.«

» 25 » (23052) Elargitur indulgentiam pro ecclesia monialium s. Mariae de Caritate Pergamensi ord. s. Clarae. viii kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 153. — »Vitae perennis gloria.«

» 26 (») (23053) Fratribus ord. Praed. inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia et marchia Ianuen. mandat, ut inquisitionis officium contra haereticos efficaciter prosequi et exequi studeant. »Romae« vii kal. Sept. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 24. — »Licet ex omnibus.«

» 27 » (23054) Archidiacono de Nevia in Ecclesia ac Roderico Fernandi canonico Bracharensibus mandat, ut P(etrum) episcopum Auriensem fratribus ord. Minor. gravamina inferentem in curiam citent. vi kal. Sept. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 528. n° 33; Sbaralea l. c. 99. n° 156. — »Dilecti filii guardianus.«

» 27 » (23055) Largitur indulgentiam pro ecclesia sanctimonialium s. Lucinae Reatina ord. s. Clarae. vi kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 98. n° 154; *cf.* Wadding l. c. 229. — »Vitae perennis gloria.«

» 27 » (23056) Abbatissae et conventui S. Luciae Reatinis ord. s. Clarae confirmat concessionem Alexandri IV pp., qua illis indulsit, ut de possessionibus aut molendinis suis nulli decimas solvere teneantur. vi kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 99. n° 155. — »Favor vestrae religionis.«

» 28 » (23057) (Iohannem Dandulum) ducem, consilium et commune Venetorum, quorum nuncios et syndicos Marcum dictum Bembo et Nicolaum Quirini recepisse testatur, monet et rogat, ut promissionem de auxilio inquisitoribus haereticae pravitatis praestando, etiam sine consilii communis requisitione, efficaciter adimpleant, tenore procuratoriorum seu instrumentorum inserto. v kal. Sept. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 54; Wadding Ann. Minor. V. 204; Sbaralea l. c. 100. n° 157. — »Accedentes ad apostolicam.«

» 28 » (23058) Transumit Innocentii pp. IV n° 15346 d. d. 1254. Apr. 27: »v kal. Sept. a° 2°. — »Tenorem quarundam litterarum.« ‖ Empoli Bullar. 263.

» 28 (») • (23059) Indulgentia pro ecclesia monialium ord. s. Clarae Toloni. v kal. Sept. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 229. — »Licet is.«

» 28 (») • (23060) Niccolò IV intima al comune di Camerino di non prestare ajuto ai Perugini contro Fuligno. ‖ Archivio stor. Ital. XVI. ii. 490.

» 28 » (23061) Generali ac provinciali provinciae Turonensis ministris ord. Minor. declarat, privilegia abbatissae et conventui monasterii de Garda b. Mariae prope Blesis ord. s. Clarae concessa non derogare curae fratribus Minoribus erga illud commissae. v kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 102. n° 158. — »Inter personas alias.«

» 29 » (23062) (Raymundo) episcopo Ruthenensi mandat, ut, nisi Raymundus abbas monasterii de Villa s. Aegidii ord. s. Ben. Nemausens. dioc. iussa pontificia adimpleverit abstinendo ab indebita molestatione fratrum ord. Minor. *etc.*, eum ad sistendum se apostolicae sedi citent. iv kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 159. — »Etsi apostolica sedes.«

» 30 » (23063) Raymundo abbati monasterii de Villa s. Aegidii ord. s. Ben. Nemaus. dioc. mandat, ut a molestatione fratrum Minorum *etc.* penitus desistat. iii kal. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 104. n° 160. — »Exhibita nobis dilectorum.«

1289.

Sept. 1 Reate (23064) Episcopo Tripolitano praedicationem crucis in Sclavonia et marchia Tervisina ac in Venetiarum et Ferrariensi civitatibus, marchia Anconitana ac Romaniolae ripariis contra Sarracenos committit. Kal. Sept. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 66. — »Egressus de partibus.«

» 3 » (23065) Dionysium regem Portugalliae instruit pro bono regimine praeterita regni mala commemorans hortaturque, ut barones et nobiles suae terrae ab oppressionibus et gravaminibus in personas ecclesiasticas inferendis compescat. iii non. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 104. n° 161. — »Pii patris officio.«

» 3 » (23066) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Ulixbonensibus mandat, ut Dionysio regi litteras apostolicas cum nonnullis articulis ipsi regnoque eius utilibus praesentent. iii non. Sept. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 106. n° 162. — »Carissimo in Christo.«

» 3 » (23067) Priori S. Eligii Parisiensi et archidiacono Bononiensi ac cantori ecclesiae Carnotensis mandat, moneant Gerardum archiepiscopum Maguntinum, qui ob magna onera expensarum *etc.* mutuum usque ad summam 326 marcarum argenti nomine suo et ecclesiae Maguntinae contraxerat ac se ipsum et successores suos et Maguntinam ecclesiam creditoribus obligaverat, ut infra duos menses post monitionem de dicta pecunia cum iustis et moderatis expensis *etc.* satisfaciat creditoribus; alioquin eum ad id per excommunicationis sententiam appellatione postposita compellant *etc.* iii non. Sept. a° 2°. ‖ Würdtwein Dioec. Magunt. I. 10. n° 4. — »Exponente pridem nobis.«

» 5 » (23068) Episcopo Ariminensi mandat, citet peremptorie Gerardum priorem monasterii Camaldulensis, qui temere extendens ad illicita manus suas s. Petri ad vincula et s. Sepulchri s. Ben. et Camald. ord. monasteria et quaedam alia loca sedi apostolicae immediate subiecta sibi subiicere non vereatur, ut infra mensem compareat personaliter coram papa. Non. Sept. a° 2°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 412. — »Clamore valido revelante.«

» 5 » (23069) Iohanni archiepiscopo Dublinensi concedit, ut incendiarios ecclesiarum *etc.* et publicos spoliatores ab excommunicationis sententia absolvat. Non. Sept. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 145. n° 320. — »Lecta coram nobis.«

» 5 » (23070) (Thebaldo) archiepiscopo Bisuntino mandat, ut cimiterium circa capellam conventus S. Clarae de Montagniaco ord. s. Clarae suae diocesis benedicat. Non. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 106. n° 163. — »Ex parte dilectarum.«

» 5 » (23071) Universis clericis villae de Gandavo Tornacens. dioc. significat, se inhibere, ne ballivus, subballivus et scabini villae dictae, qui illos diversis exactionibus »tam de frumento vino et aliis victualibus quam pannis lana et omnibus humanis victui et usui oportunis,« et collectis, molestiis et iniuriis oppressuri sint contra canonicas sanctiones, huiusmodi gravamina, iniurias vel molestias ipsis de cetero inferre praesumant. Non. Sept. a° 2°. ‖ Gheldolf Coutume de Gand 418. — »Petitio vestra nobis.«

» 5 » (23072) Officiali Tornacensi mandat, curet ne clerici villae de Gandavo contra inhibitionis suae tenorem ab aliquibus indebite molestentur, molestatores autem per censuram ecclesiasticam compescat. Non. Sept. a° 2°. ‖ Gheldolf l. c. 419. — »Peticio dilectorum filiorum.«

» 7 » (23073) Episcopo Aberdonensi fructus, redditus et proventus primi anni omnium ecclesiarum *etc.*, quae usque ad triennium in Aberdonensi civitate et diocesi vacare contigerit, percipiendos concedit in Aberdonensis ecclesiae fabricam convertendos. vii id. Sept. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 146. n° 321. — »Gaudemus in Domino.«

» 7 » (23074) Archidiacono Moraviensi mandat, faciat ut fructus *etc.* eidem episcopo iuxta suae concessionis tenorem integre assignentur. vii id. Sept. a° 2°. ‖ Theiner l. c. in n° 321. — »Gaudemus in Domino.«

» 10 » • (23075) Magistrum et fratres hospitalis pauperum b. Catherinae Parisiensis cum omnibus bonis tuendos suscipit. iv id. Sept. a° 2°. ‖ Du Breul Theatre 713.

» 11 » (23076) Priori et conventui monasterii s. Mariae extra portam s. Andreae civitatis Castelli ord. s. Aug. indulget, ut tempore generalis interdicti liceat eis divina officia celebrare. iii id. Sept. a° 2°. ‖ Gianii Annal. I. 163. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 12 » (23077) Abbati Cluniacensi eiusque coabbatibus, prioribus et conventibus universis Cluniacensis ordinis statuta moderata ad observandum proponit, quod nonnulla a Gregorio pp. IX pro reformatione eiusdem ordinis editorum statutorum non modicum difficilia sibi ipsi videbantur. ii id. Sept. a° 2°. ‖ Cherubini Bullar. I. 147; Bullar. ord. Cluniac. 152; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 106. n° 164; Bull. Rom. ed. Taur. IV. 95. n° 5. — »Regis pacifici pacis.«

» 13 » (23078) (Nicolao de Hanapis) patriarchae Ierosolymitano significat, se ad praesens 20 galeas instructas usque ad annum de pecunia Terrae sanctae deputata subsidio ad partes ultramarinas pro ipsarum custodia sub ducatu episcopi Tripolitani mittere. Id. Sept.

1289.

		a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 69; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 24. — »Nunciorum ipsorum petitio.«
Sept. 13	Reate	(23079) Archiepiscopo Armachano et episcopo Clochorensi mandat, ut cessionem Gilberti electi Cloanensis, qui per inimicos suos oculorum lumine sit privatus, recipiant. Id. Sept. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 146. n° 322. — »Ad hoc nos.«
" 13	"	(23080) Devote adeuntibus ecclesiam monasterii s. Flaviani foris portam Reatinam ord. s. Clarae certis diebus indulgentiam concedit. Id. Sept. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 107. n° 165. — »Splendor paternae gloriae.«
" 17	"	(23081) Iohanni archiepiscopo Nicosiensi indulget, ut sibi ministrum sacramenti poenitentiae ex ordine fratrum Minor. eligere possit. xv kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 166. — »Benigno tibi sunt.«
" 17	"	(23082) Eidem facultatem tribuit condendi testamentum. xv kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 108. n° 167. — »Quia praesentis vitae.«
" 17	"	(23083) Abbati et conventui monasterii Virzeliacensis ord. s. Ben. Aeduens. dioc. significat, se omnibus vere poenitentibus et confessis, qui eorum ecclesiam, in qua corpus b. Mariae Magdalenae requiescat, certis diebus ibidem expressis visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere. xv kal. Oct. a° 2°. ‖ Ioa. Launoius Disquisitio disquisitionis de Magdalena Massiliensi advena (Paris. 1643. 8°) 95; *eiusd.* Opp. II. I. 289. — »Splendor paternae gloriae.«
" 20	"	(23084) Ministro provinciali Romanae provinciae ac custodi, guardiano et conventui fratrum domus s. Francisci Reatinis ord. Minor., quibus Donadeus Matthaei praepositus et capitulum ecclesiae s. Angeli Reatinae sex mensuras terrae vulgariter Iunctae appellatas vendiderant, hanc venditionem confirmat, tenore instrumenti inserto. xII kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 108. n° 168. — »Religionis vestrae meretur.«
" 22	"	(23085) Indulgentiam confert euntibus devotionis causa ad ecclesiam sororum monasterii de Cella Paduana ord. s. Clarae. x kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 113. n° 169; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 229. — »Vitae perennis gloria.«
" 22	"	(23086) Fratribus Bartholomaeo et Caro inquisitoribus haer. prav. in Tuscia committit, ut quosdam Radicophanos, haeresi parentis ipsorum non obstante, ad publica officia et honores restituant. x kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 113. n° 170. — »Petitio dilectorum filiorum.«
" 22	(")	• (23087) (Augerio) abbati et conventui monasterii Crassensis immunitates ac privilegia confirmat. x kal. Oct. a° 2°. ‖ Mahul Cartul. II. 297.
" 24	"	(23088) Accedentibus devote ad ecclesiam B. Mariae V. de Custodia prope Blesim ord. s. Clarae Carnotens. dioc. indulgentiam tribuit. vIII kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 114. n° 171. — »Splendor paternae gloriae.«
" 24	"	(23089) Indulgentia eadem pro ecclesia fratrum ord. Minor. Parisiensi. vIII kal. Oct. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 229; Sbaralea l. c. n° 172. — »Splendor paternae gloriae.«
" 25	"	(23090) Archidiacono Sicaloniae ac Roberto de Cortenai canonico Aurelianensi mandat, ut magistrum Iohannem dictum Cerarium et Michaelem filium Michaelis Scissoris clericos Cenomanenses in fratres ord. Minor. molestos eosque opprobriis afficientes ad comparendum coram sede apostolica citent. vII kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 173. — »Insolens et effraenis.«
" 27	"	(23091) Abbati et conventui monasterii Fiscannensis ord. s. Ben. Rothomagens. dioc. indulget, ut per litteras apostolicas vel legatorum sedis apostolicae, in quibus Rothomagensis archiepiscopus vel officialis eius iudex aut executor datus fuerit, nullatenus conveniri possint. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Dumonstier Neustria pia 246. — »Petitio vestra nobis.«
" 27	"	(23092) Indulgentia pro visitantibus ecclesiam fratrum Minorum Brixiensium. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 229; Sbaralea l. c. 115. n° 174. — »Splendor paternae gloriae.«
" 27	"	(23093) Indulgentia pro adeuntibus ecclesiam b. Mariae de Petriolo Brixiens. dioc. ord. s. Clarae. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 229; Sbaralea l. c. n° 175. — »Splendor paternae gloriae.«
" 27	"	(23094) Indulgentia pro visitantibus ecclesiam ord. Minor. Laudensem. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Wadding l. c. 229; Sbaralea l. c. n° 176. — »Licet is de.«
" 27	"	(23095) Indulgentia pro visitantibus ecclesiam monasterii b. Mariae de Custodia ord. s. Clarae Carnotens. dioc. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 116. n° 177. — »Sanctorum meritis inclyta.«
" 30	"	(23096) Edwardo regi Angliae mittit Biscarallum de Gisulfo civem Ianuensem nuncium Argoni regis Tartarorum parati et prompti ad requisitionem ecclesiae viriliter accedere in Terrae sanctae subsidium tempore passagii generalis. Rogat eum, ut hunc nuncium

1289.

		benigne recipiat ac diligenter audiat »quae tibi ex parte ipsius Argoni duxerit referenda.« II kal. Oct. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. III. 50. — »Nuper ad praesentiam.«
Oct. 3	Reate	(23097) Monasterium monialium s. Mariae Montis Lucidi Perusinum ord. s. Clarae tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona, iura ac privilegia confirmat. v non. Oct. indict. III. incarn. dom. a° 1289. pont. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 529. n° 34; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 116. n° 178. — »Religiosam vitam eligentibus.«
" 6	"	(23098) Rectores ecclesiarum civitatis et diocesis Cenomanensis rogat et hortatur, ut a fratrum Cenomanensium ord. Praedic. gravaminibus omnino desistant. II non. Oct. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 25. — »Si ad illum.«
" 7	"	(23099) Edwardo regi Angliae respondet ad octo petitiones ex parte regia praesentatas ad efficacem executionem negotii in Terrae sanctae subsidium suscepti. Non. Oct. (Nov. *perperam Thein.*) a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. III. 51; Theiner Mon. Hibern. 146. n° 323; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 72. — »Copiosus in misericordia.«
" 22	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23100) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. de Figiaco Caturcens. dioc. committit et mandat, ut cum Iohanne filio quondam Petri Hebrardi et Praesina filia quondam magistri Rigaldi Belli de Figiaco super matrimonio illicite contracto dispensent. xI kal. Nov. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 117. n° 179. — »Exhibita nobis dilecti.«
" 26	"	(23101) Doctoribus et scholaribus universitatis apud Montem Pessulanum commorantibus indulget, ut in dicta civitate deinceps studium generale, theologia duntaxat excepta, instituatur. vII kal. Nov. a° 2°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 488; Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 51; d'Aigrefeuille Hist. ecclés. de Montpellier II. 340; *gallice* ap. P. Gariel Idée de Montpellier (1665. fol.) II. 110. — »Cum locus Montispessulani.«
Nov. 4	"	(23102) Edwardo regi Angliae significat, censum annuum 1000 marc. sterling. pro sex annis terminatis in festo b. Michaelis proximo praeterito camerae apostolicae esse persolutum. II non. Nov. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. III. 56. — »Nuper dilecti filii.«
" 4	"	(23103) Sanctio regi Castellae ac Legionis scribit, se eius reconciliationem cum Philippo rege Francorum probare, sed super negotio postulationis, ut cum ipso super matrimonio cum nobili muliere sibi tertio consanguinitatis gradu coniuncta contracto dispenset, responsum mittere ad praesens non valere. II non. Nov. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 40; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 117. n° 180. — »Venientes ad apostolicam.«
" 4	(")	• (23104) Abbati monasterii Scotorum Erfordiensis mandat, ut ea quae de bonis coenobii de Camera s. Mariae Cisterc. ord. Magdeburg. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eius legitime revocet. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 805. n° 51.
" 4	(")	• (23105) Praeposito S. Mauritii et decano et scolastico in Acken mandat, ut controversiam inter moniales S. Georgii apud Hallis Cisterc. ord. et Wernerum de Hadmersleve (comitem in Fredebergh) vertentem disceptent. ‖ Dreyhaupt l. c. n° 52.
" 5	"	(23106) Abbatem et conventum monasterii Dubranensis [Doberan] Cisterc. ord. Czwerinens. dioc. tuendos suscipit, specialiter autem domos et alia bona eis confirmat. Non. Nov. a° 2°. ‖ Meklenb. UB. III. 359. n° 2038. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
" 5	"	• (23107) Monasterium de Oliva Cisterc. ord. Wladislaviens. dioc. patrocinandum suscipit omnesque eius possessiones ac bona confirmat. Non. Nov. a° 2°. ‖ v. Ledebur Neues Archiv II. 238.
" 5	—	Eduardo regi Angliae: »Reate non. Nov. a° 2°«. Theiner Mon. Hibern. 146. n° 323, *vid.* 1289. Oct. 7. n° 23099.
" 8	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23108) Decano ecclesiae Segobiensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii monialium s. Dominici de Maiorito ord. s. Aug. Toletan. dioc. illicite alienata vel distracta invenerit, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. vI id. Nov. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 48. n° 30. — »Ad audientiam nostram.«
" 9	(")	• (23109) Le pape autorise le prévôt et le chapitre de l'église d'Alby à conférer à l'avenir l'office de camérier. Il leur concède même le droit de nommer à quelques paroisses du diocèse dont la collation était depuis longtemps réservée au saint-siége. ‖ Auriac Histoire d'Alby 158.
" 10	"	(23110) Eduardo regi Angliae significat, se ei per fratrem Guillelmum de Houdon ord. Praedic. apostolicas litteras mittere, quae super nonnullis petitionibus regiis negotium Terrae sanctae tangentibus responsiones contineant. Addit, se audivisse, »quod nonnulla in partibus Anglicanis auctoritate regia committuntur, quae cedunt apertius in subversionem ecclesiasticae libertatis.« Hortatur eum, ut, cum negotium Terrae sanctae ab eo ferventer assumptum prospero successu proficiat, praemissa corrigat. IV id. Nov. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 72; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 25; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 118. n° 181. — »Sincerae charitatis affectio.«
" 13	"	(23111) Scolastico ecclesiae Lubicensis causam decani et capituli Hamemborgensium Bremens. dioc. contra C(onradum) episcopum Razeborgensem, qui maioris excommunica-

1289.

tionis vinculo publice innodatus ad inhibitionem et provisionem praebendae in ecclesia Hamemborgensi faciendam Iohanni capellano ducis Saxoniae Razeborgens. dioc. contra ius processerat, terminandam committit. Id. Nov. a° 2°. ‖ Meklenb. UB. III. 361. n° 2040. — »Exposuerunt nobis dilecti.«

Nov. 13 — Romae ap. S. Mariam maiorem — (23112) (Bertoldo) Sleswicensi et (Conrado) Razburgensi episcopis committit et mandat, ut cum Waldemaro duce Datiae et Elizabet nata quondam Iohannis ducis Saxoniae se quarto consanguinitatis gradu contingentibus super matrimonio contracto dispenset. Id. Nov. a° 2°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 384. n° 68. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 13 — » — (23113) Concedit indulgentiam devote visitantibus ecclesiam fratrum Minorum Sistaricensium. Id. Nov. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 119. n° 183; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 229. — »Vitae perennis gloria.«

» 13 — » — * (23114) Concedit indulgentiam adeuntibus ecclesias fratrum Minorum Vapingen. ac de Monte Pessulano Magalonen. dioc. Id. Nov. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 120. n° 184.

» 13 — » — (23115) Custodi fratrum Minorum Velletrensium mandat, dispenset cum Petro Nicolai Angeli et Margarita nata quondam Thomasii Frederici de Velletro, ut, non obstante consanguinitatis impedimento, matrimonium insimul contrahere valeant. Id. Nov. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 185. — »Ex parte communis.«

» 13 — » — (23116) Ministro provinciali provinciae Bononiae ac guardiano et fratribus domus ord. Minor. de Placentia concedit licentiam vendendi primum locum, quem habent Placentiae ac pretium recipiendum in aedificium novum convertendi. Id. Nov. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 531. n° 35; Sbaralea l. c. 119. n° 182; Campi Hist. di Piacenza III. 266. n° 6. — »Ex parte vestra.«

» 14 — » — (23117) Abbati et conventui monasterii de Korin Cisterc. ord. Brandenburg. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona immobilia a personis liberis in eorum coenobio professionem facientibus, exceptis rebus feudalibus, petere recipere ac retinere possint. XVIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Gercken Cod. II. 468, *male ad a.* 1329; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Haupttb. XIII. 225. n° 32. — »Devotionis vestre precibus.«

» 16 — » — (23118) Eduardo filio Eduardi regis Angliae concedit, ut cum Margareta filia Erici Norwegiae regis, nepte cl. mem. regis Scotiae, ipsi regi Scotiae in praefato Scotiae regno succedente, consobrina sua matrimonium contrahat, impedimento tertii gradus consanguinitatis non obstante. XVI kal. Dec. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. III. 57; Stevenson Doc. of the hist. of Scotland I. 111. n° 76. — »Petitio tua nobis.«

» 16 — » — (23119) Gileberto comiti Gloverniae et Hertfordiae concedit, ut cum Iohanna filia Edwardi regis Angliae, non obstantibus secundo et tertio affinitatis gradibus quibus mutuo se attingant, matrimonium legitime contrahat. XVI kal. Dec. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 57. — »Petitio tua nobis.«

» 24 — » — (23120) Indulgentia pro visitantibus ecclesiam monasterii s. Agathae Papiensis ord. s. Clarae. VIII kal. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 120. n° 186; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 229. — »Splendor paternae gloriae.«

» 26 — » — (23121) Ravennati archiepiscopo eiusque suffraganeis ac Ferrariensi, Ariminensi, S. Leonis, Urbinati et ceteris aliis episcopis in Anconitana marchia, Massa Trabaria et Romaniola necnon electis, abbatibus, prioribus . . . et aliis ecclesiarum praelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterc. Cluniacens. Praemonstr. s. Ben. s. Aug. Cartusiens. Grandimont. et aliorum ordinum, necnon prioribus hospitalis s. Iohannis Hierosolymit., domorum Militiae Templi et b. Mariae Theoton. praeceptoribus et magistris ceterisque omnibus personis ecclesiasticis regularibus saecularibus et exemptis tam in archiepiscopatu et provincia Ravennatensi quam in ipsius Anconitanae marchiae, Massae Trabariae nec non Ferrarien. Ariminen. S. Leonis et Urbinat. civitatibus et diocesibus ac in Pomposian. et Galliatae monasteriis, s. Mariae de Balneo et s. Agathae plebibus ac eorum et etiam monasterii Farfensis terris in eodem marchia et Romaniola constitutis mandat, ut regi Carolo »a nobis nuper in regem Siciliae coronato« contra Iacobum quondam Petri regis Aragonum filium »qui coronari vel verius execrari se fecit in regem regni Siciliae soliumque regale inverecunde conscendere attemptavit, se regem Siciliae in suis litteris nominando,« subveniant et, compatientes ab intimis doloribus et gravaminibus ecclesiae Romanae suorum ecclesiasticorum reddituum et proventuum decimam per triennium collectori Petro episcopo Vicentino liberaliter persolvant. VI kal. Dec. a° 2°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 411. — »Divulgantis ab olim.«

» 28 — » — (23122) Bathoniensi et Wellensi episcopo committit, ut, cum Eadmundus frater Eduardi Angliae regis infra promissum terminum nequiverit exequi votum suum proficiscendi in succursum Terrae sanctae, eum et illos, qui occasione ipsius subsidii et eius praetextu iuramenta similia praestiterint, a reatu periurii absolvat. IV kal. Dec. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1289 § 73. — »Petitio dilecti filii.«

» 28 — » — (23123) Archiepiscopo Armachano consulenti respondet, »quod tu visitationis officium in tua provincia exercendo in locis tibi metropolitico iure subiectis notoria crimina, quae

1289.

examinatione non egent, punire potes et debes.« IV kal. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 148. n° 324. — »Per vestras nobis.«

Nov. 28 — Romae ap. S. Mariam maiorem — (23124) Episcopo, decano et capitulo Baiocensibus mittit litteras, quibus cavet, ne ibi provideri possit de praebendis, dignitatibus, personatibus aut beneficiis ecclesiasticis cuiquam non nato de legitimo matrimonio, nisi eiusmodi defectus et praesentis indulti fiat mentio expressa. IV kal. Dec. a° 2°. ‖ Le Mare Mém. du clergé II. 943.

Dec. 1 — » — (23125) Rambotto episcopo Camerinensi concedit facultatem, ut de bonis mobilibus ecclesiasticis eius dispensationi seu administrationi commissis, quae non fuerint altaris *etc.*, pro decentibus et honestis expensis sui funeris *etc.* testari ac disponere possit. Kal. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 121. n° 187; Turchius De eccles. Camerin. pontificibus, app. 100. n° 65. — »Quia praesentis vitae.«

» 2 — » — (23126) Custodi fratrum Minorum Terraconensium mandat, dispenset cum Guillelmo de Tenza Dertusens. dioc. et Berengaria filia quondam Guillelmi de Montechano Ilerdens. dioc., ut, non obstante consanguinitatis impedimento, in matrimonio contracto remanere possint. IV non. Dec. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 122. n° 188. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 2 — » — (23127) Guillelmo episcopo Dignensi concedit idem, quod legis in n° 23125. IV non. Dec. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 531. n° 36; Sbaralea l. c. 122. n° 189. — »Quia praesentis vitae.«

» 2 — » — (23128) Willelmo episcopo Brechinensi concedit idem. IV non. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 149. n° 325. — »Quia presentis vite.«

» 3 — » — * (23129) Indulgentia pro ecclesia fr. Minorum de Garignano Brixiens. dioc. III non. Dec. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 191.

» 3 resp. 5 — » — (23130) Indulgentia pro ecclesia fratrum ord. Minor. de Valcamonica Brixiens. dioc. III (*om. W.*) non. Dec. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 123. n° 190; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 229. — »Licet is de.«

» 5 — » — * (23131) Indulgentiae pro ecclesiis fratrum Minorum Lucana et Pistoriensi. Non. Dec. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 123. n° 192.

» 5 — » — * (23132) Universis Christifidelibus ecclesias s. Deodati et s. Mariae de S. Deodato in Tullensi diocesi sitas certis temporibus visitantibus indulgentias largitur. Non. Dec. a° 2°. ‖ J. Ruyr Antiquités de la Vosge 451, *ubi* Nicolao III *perperam tribuitur.*

» 8 — » — (23133) Magistro et prioribus ord. Praedic. statutum Innocentii pp. IV d. d. Lugduni II non. Apr. a° 3° (*vid.* n° 12055) confirmat, quo eis concedit, ut monialium monasteriis, quae eorum curae commisit, visitationis officium impendant corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in membris, quae correctionis vel reformationis officio noverint indigere. VI id. Dec. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 26; Boczek Cod. dipl. Morav. V. 290; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 641. n° 1487. — »Tenorem quarundam litterarum.«

» 9 — » — (23134) Iohanni archiepiscopo Dublinensi concedit facultatem, ut fructus redditus et proventus primi anni omnium dignitatum, personatuum *etc.*, quae usque ad triennium in civitate vel diocesi Dublinensi vacare contigerit, libere percipere possit in suos sumptus necessarios convertendos. V id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 149. n° 326. — »Cum sicut ex.«

» 9 — » — (23135) Universis Christifidelibus ecclesiam s. Petri apostoli de Alexandria Aquens. dioc. devote visitantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. V id. Dec. a° 2°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 258. — »Licet is de.«

» 9 resp. 10 — » — (23136) Indulgentia pro ecclesia sororum monasterii Brugensis ord. s. Clarae Tornacens. dioc. IV (V *W.*) id. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 123. n° 193; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 229. — »Vitae perennis gloria.«

» 11 — » — (23137) Edwardum regem Angliae rogat et hortatur, ut priori Petro de Siviriaco possessionem plenariam prioratus de Lenton Cluniacens. ord. Eboracens. dioc. ac iurium et bonorum suorum restitui faciat eumque in possessione ipsa conservet. III id. Dec. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. III. 59; Dugdale Monast. Anglic. V. 113. n° 4. — »Pridem ad notitiam.«

» 11 — » — (23138) Rodericum ord. Minor. professorem Marrochitanae ecclesiae, quae propter Sarracenorum rabiem diutius viduitatis detrimenta sensivit, in archiepiscopum praeficit. III id. Dec. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 532. n° 37; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 123. n° 194. — »Assumpti quamvis immeriti.«

» 12 — » — (23139) Salvio episcopo Recanatensi mandat, ut, cum ecclesiae Recanatensi dignitas episcopalis, qua Urbanus pp. IV (a. 1263. IX kal. Iul.) civitatem Recanatensem perpetuo privaverit, a sede apostolica restituta sit, ipse eidem ecclesiae praefectus sit episcopus et consecratus per Latinum Ostiensem episcopum, ad dictam Recanatensem ecclesiam accedat eiusque curam solicite agat. II id. Dec. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1219; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 26. — »Quoniam humana conditio.«

1289.

Dec. 13	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23140) Nicolao de Clara presbytero archidiacono Dublinensi indulget, ut archidiaconatum Dublinensem et ecclesias de Loxondi et de Rathymegan possit licite retinere. Id. Dec. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 149. n° 327. — »Benigno tibi sunt.« *Cf.* 1291. Iul. 17.
» 13	»	(23141) Oddoni de Grandisono concedit facultatem aedificandi suis sumptibus ecclesiam in loco suo de Lisernone Lausanens. dioc. pro fratribus ord. Minor. Id. Dec. a° 2°. Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 124. n° 195; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 230. — »Exposuisti nobis quod.«
» 13	»	(23142) (Guillelmo) episcopo Lausanensi mandat, ut in construenda antedicta ecclesia primarium lapidem benedicat. Id. Dec. a° (3°, *sed legas*) 2°. ‖ Wadding l. c. 543. n° 52, *sed cf.* p. 230; Sbaralea l. c. 125. n° 196. — »Exposuit nobis dilectus.«
» 13	»	(23143) Universis priorissis et conventibus monasteriorum sororum inclusarum ord. s. Aug. secundum instituta et sub cura fratrum ord. Praedic. viventibus indulget, ut de fructibus, redditibus et proventibus suis ecclesiasticis solvere minime teneantur decimam pro negotiis Aragoniae, Valentiae ac Siciliae regnorum a sede apostolica deputatam. Id. Dec. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 27. — »Devotionis augmentum vobis.«
» 13	»	(23144) Indulgentia pro visitantibus ecclesiam fratrum Minorum de Alexandria Aquens. dioc. Id. Dec. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 125. n° 197. — »Licet is de.«
» 18	»	(23145) Abbati monasterii s. Prosperi, priori conventuali Praedic. ac guardiano Minor. et priori conventuali Heremitarum ordd. Reginensibus committit correctionem collapsi monasterii monialium s. Benedicti siti in suburbio civitatis Reginae ord. s. Ben. xv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Affarosi Monastero di S. Prospero I. 234; Sbaralea l. c. 126. n° 198. — »Cum ab omni.«
» 19	»	(23146) Primicerio et capitulo ecclesiae s. Marci de Venetiis nuntiat, se omnibus vere poenitentibus et confessis ipsorum ecclesiam in certis festivitatibus visitantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum concedere. xiv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. X. ii. 245, *qui male tribuit* Nicolao III. — »Inter sanctorum agmina.«
» 19	»	(23147) (Anundo) episcopo Strenginensi committit petente (Magno) rege Svetiae dispensationem a quarto consanguinitatis gradu pro matrimonio ineundo inter Halgham regis consanguineam ac Roricum Birgheri Upsalens. dioc. xiv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. i. 87. n° 1009; *cf.* Porthan Bullar. access. 63. n° 4. — »Cum summus pontifex.«
» 25	(»)	• (23148) Laurentium renunciat patriarcham Gradensem, postquam quidam frater Bonifacius ord. Praedic. a capitulo postulatus suo iuri libens nolensque nuncium remisit. viii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra V. 1139.

1290.

Ianr. 1	»	(23149) G(erardinum) ord. Minor. professum ecclesiae Humanatensi per translationem factam de B(ernardo) episcopo ad ecclesiam Castrensem vacanti praeficit in episcopum. Kal. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 126. n° 199; *cf.* Ughelli Ital. sacra I. 745 ex reg. Vatic. a^i 2^i ep. 746; »iv kal. Ianr. a° 2°« (*i. e.* 1289. Dec. 29) Wadding Ann. Minor. V. 533. n° 38. — »Regimini universalis ecclesiae.«
» 4	»	(23150) (Wernhero) abbati monasterii de s. Trudperto Constantiens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis ad domum s. Lazari Ierosolim. in Urania [*Uri*] spectantibus alienata vel distracta invenerit, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. ii non. Ianr. a° 2°. ‖ Der Geschichtsfreund XII. 16. — »Dilectorum filiorum magistri.«
» 5	»	(23151) Ministro fratrum Minorum marchiae Tervisinae et sex fratribus eiusdem ordinis praedicandae vivificae crucis officium in eadem marchia committit. Non. Ianr. a° 2°. Verci Marca Trivigiana III. doc. 184. n° 316; *cf.* Manzano Annali del Friuli III. 209. — »Necessitates miserabilis terrae.« • *In eundem modum* Ministro fr. Min. provinciae s. Francisci. Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 127. n° 200.
» 5	»	(23152) Priori generali fratrum Eremitarum ord. s. Aug. et 20 fratribus eiusdem ordinis praedicandae vivificae crucis officium in tota Italia committit. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 260. — »Necessitates miserabilis terrae.«
» 5	»	(23153) Universos Christifideles excitat propositis indulgentiarum praemiis ad suscipiendum crucis vivificae victoriosum signum pro liberatione Terrae sanctae. Non. Ianr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 2. — »Visio dura nunciata.«
» 6	»	(23154) (Bertrando) episcopo Foroiuliensi mandat, ut consultis priore Praedic. Grassensi et guardiano Minor. de Draguinzan vendat locum fratrum de Poenitentia Iesu Christi conventui monasterii Piniacensis ord. s. Aug. viii id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 129. n° 202. — »Ex parte dilectorum.«

1290.

Ianr. 9	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23155) Visitantibus reverenter ecclesiam ord. Minor. de Canturio Mediolanens. dioc. indulgentiam confert. v id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 203. — »Licet is de.«
» 10	»	(23156) Episcopo (Perusino) et abbati monasterii s. Petri Perusini mandat, curent ut (Aegidius) abbas et conventus monasterii Montis Acuti, qui coenobio Cistercii subiectionem profiteri detrectabant et monasterium suum basilicae Principis apostolorum de Urbe supposuerant, infra viginti dierum spatium se Romani pontificis conspectui repraesentent. iv id. Ianr. a° 2°. ‖ Bullar. Vatic. I. 215. — »Etsi Deo et.«
» 10	»	(23157) E(duardo) regi Angliae significat, se statuere, ut, cum in regnis Angliae et Scotiae ac Ybernia et Wallia diversae fiant extimationes reddituum et proventuum ecclesiasticorum, iuxta verum ipsorum valorem regi decima persolvatur. iv id. Ianr. a° 2°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 61; Theiner Mon. Hibern. 150. n° 328. — »Nuper celsitudini regie.«
» 10	»	(23158) Eidem significat, suae intentionis existere, ut in collectione decimae per deputandas ab apostolica sede personas taliter procedatur, quod scandala valeant evitari *etc.* iv id. Ianr. a° 2°. ‖ Rymer l. c. 61; Theiner l. c. n° 329. — »Gerentes cordi negotium.«
» 13	»	(23159) Adeuntibus devote ecclesiam s. Catharinae monasterii ord. s. Clarae Ianuensem indulgentiam unius anni et 40 dierum tribuit. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 130. n° 204. — »Splendor paternae gloriae.«
» 13	»	(23160) Ituris devote ad ecclesiam s. Lucae fratrum ord. Minor. Novariensium *in eundem modum.* Id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 205. — »Vitae perennis gloria.«
» 18	»	(23161) Sifridum archiepiscopum Coloniensem, praelatos, clericos, comites ac alios liberatos a praestitis iuramentis et fideiussionibus post pugnam apud castrum Worinch commissam factis, ut se liberarent e captivitate, penitus absolvit. xv kal. Febr. a° 2°. ‖ Lacomblet UB. II. 522. n° 879; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 28. — »Ad audientiam nostram.«
» 20	»	(23162) (Bernardo) episcopo Albiensi mandat, curet ut clerici a praeposito et capitulo ecclesiae Albiensis ord. s. Aug. auctoritate Nicolai III pp. ad reformationem salutarem in canonicos recepti ad omnes ordines, quos nondum recepisse noscuntur, promoveantur. xiii kal. Febr. a° 2°. ‖ Auriac Histoire d'Alby 249. — »Exposita nobis dilectorum.«
» 23	»	(23163) Abbati et conventui Cluniacensibus confirmat privilegium a Gregorio pp. IX d. 31. Mai. a° 1228 datum, quo eis concessit, ut infra parochias suas pro ea portione, pro qua veteres decimas ibi habent et percipiunt, de novalibus redactis noviter ad culturam decimas percipere possint. x kal. Febr. a° 2°. ‖ »Vidimus« officialis Lausannensis: »in crastino b. Hilarii 1289.« Solothurn. Wochenbl. f. 1828. p. 319. — »Cum a nobis.«
» 23	»	(23164) Conradum canonicum Aberdonensem capellanum et Octavianum militem familiarem suos ac Raynaldum et Gualterium fratres de Brunforte Camerinens. dioc., quorum pater Raynaldus de Brunforte a b. mem. Symone tit. S. Martini presbytero card. tunc in Anchonitana marchia apost. sedis legato et rectore cum universis et singulis adhaerentibus quondam Maynfredo olim principi Tarentino tunc persecutori Romanae ecclesiae manifesto omnibus privilegiis, indulgentiis, castris, villis, iurisdictionibus *etc.* privatus erat, restituit in integrum. x kal. Febr. a° 2°. ‖ Saint Priest Hist. de la conquête de Naples IV. 272. — »Plenitudinem apostolici favoris.«
» 23	»	(23165) Visitantibus devote ecclesiam fr. Minorum Genuensium indulgentiam elargitur. x kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 130. n° 206. — »Licet is de.«
» 23	»	(23166) Ituris devote ad ecclesiam fr. Minorum de Valentia Aquens. dioc. *in eundem modum.* x kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 207. — »Licet is de.«
» 25	»	(23167) I(acobum) regem Maioricarum rogat et hortatur, ut, si magister et fratres domus Templi Ierosol. domum de Ruscilione Elnens. dioc. talibus gubernandam commiserint, qui ecclesiae Romanae ac regalis excellentiae fideles existant, eam cum fructibus ex ea perceptis magistro et fratribus eisdem restituat. viii kal. Febr. a° 2°. ‖ Baluze Vitae pap. Avenion. II. 12. — »Credentes te firmiter.«
» 25	»	(23168) Guardiano ord. Minor. de Abillies Ovetens. dioc. mandat, ut cum Roderico Martini et Eliura Roderici ab impedimento matrimonii illicite contracti dispenset. viii kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 131. n° 208. — »Petitio dilecti filii.«
» 28	»	(23169) Episcopo S. Andreae committit et mandat, dispenset cum Riccardo filio David marescalli de Nudrif et Agnete filia Riccardi Siwart militis quarta consanguinitatis linea se contingentibus, ut hoc impedimento non obstante inter se matrimonium contrahere licite valeant. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 150. n° 330. — »Petitio dilecti filii.«
» 28	»	(23170) Archiepiscopis et episcopis, abbatibus ac aliis ecclesiarum praelatis per Aquensem, Arelatensem et Ebredunensem provincias constitutis mandat, ut inquisitoribus contra apostatas »qui corruptam tunicam induunt Iudaicae caecitatis« ac Iudaeos corruptores favorem et auxilium liberaliter impendant. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor.

1290.

		V. 233; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 131. n° 209; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1290 § 50. — »Attendite fratres et.«
Ianr. 28	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23171) Indulgentia pro devote visitantibus ecclesiam fr. ord. Minor. Massiliensium. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 132. n° 210. — »Vitae perennis gloria.«
» 28	»	(23172) Indulgentia pro devote ituris ad ecclesiam fr. Minor. ord. Avenionensium. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 211. — »Vitae perennis gloria.«
» 28	»	(23173) Indulgentia pro devote adeuntibus ecclesiam fr. Minor. ord. Lugdunensium et Grassentium. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 212. — »Vitae perennis gloria.«
» 28	»	* (23174) Confirmat electionem Guillelmi IV quondam prioris prioratus de Condemina Gebennens. dioc. in abbatem Cluniacensem loco Yvonis abbatis defuncti. v kal. Febr. a° 2°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 152.
» 29	»	(23175) Ministro fr. ord. Minor. provinciae Pennensis iniungit dispensationem ab impedimento consanguinitatis in matrimonio a Petro quondam Riccardi de Aquaviva milite et Margareta nata quondam Berardi de Baiano contracto. iv kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 133. n° 213. — »Petitio dilecti filii.«
» 31	»	(23176) (Gerhardo) Maguntinensi et (Boemundo) Treverensi archiepiscopis mandat, ut Sifridum archiepiscopum Coloniensem et ecclesiam eius in eum statum eandemque possessionem castrorum, munitionum, terrarum, iurium, iurisdictionum et bonorum a quibusdam comitibus, baronibus et aliis occupatorum, in quo erant ante ipsius archiepiscopi captionem, reducant. ii kal. Febr. a° 2°. ‖ Lacomblet UB. II. 523. n° 880. — »Querela gravis venerabilis.«
» 31	»	(23177) Walramum comitem Iuliacensem certiorem facit de praeceptis Maguntinensi et Trevirensi archiepiscopis datis, eique mandat, ut praelatos, clericos, comites omnesque alios, quos adhuc ipse suique fautores in vinculis detinent, reddant quamtocius pristinae libertati. ii kal. Febr. a° 2°. ‖ Lacomblet l. c. 524. n° 881; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 28. — »Ad audientiam nostram.« * *In eundem modum eodemque die* Everardum comitem de Monte.
Febr. 5	»	(23178) Indulgentia pro devote visitantibus ecclesiam fr. Minorum Terdonensium. Non. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 133. n° 214. — »Vitae perennis gloria.«
» 7	»	* (23179) Capitulo ecclesiae Zuerinensis mansos, quos eidem Guncelinus comes Zuerinensis in villa Grossen Trebbow donaverat, auctoritate apostolica confirmat. vii id. Febr. a° 2°. ‖ Meklenb. UB. II. 599. n° 1487, *perperam donata* Nicolao III.
» 9	»	(23180) Barones, proceres, milites et ceteros stipendiarios christianos in Marrochitani, Tunisii et Tremisii regum servitio constitutos monet et hortatur, ut Rodericum Marrochitanum episcopum, quem ad partes Africae legatum destinet, devote recipiant eique consilium et auxilium impendant. v id. Febr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 48; Wadding Ann. Minor. V. 241, 533. n° 39; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 133. n° 215. — »Etsi omnes qui.«
» 12	(»)	* (23181) Federicum episcopum Iporegiensem ad Ferrariensem ecclesiam transfert. ii id. Febr. 1290. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 544.
» 15	»	(23182) Nicolitto Nicolai rectori ecclesiae s. Laurentii de Pastin. Firman. dioc. mandat, ut Mutinum potestatem civitatis Esculanae eiusque satellites ob iniurias monasterio abbatissae et conventus s. Mariae dominarum extra muros eiusdem civitatis ord. s. Clarae illatas ad sedem apostolicam citent. xv kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 134. n° 217. — »Ad audientiam nostram.«
» 15	»	(23183) Universis Christifidelibus per Africam constitutis significat, se mittere Rodericum episcopum Marrochitanum in Africam universam ad cultum divini nominis ampliandum, eosque monet, ut illius monitis plenarie intendant. xv kal. Mart. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 241, 534. n° 40; Sbaralea l. c. n° 216. — »Illius licet immeriti.«
» 16	»	(23184) Bernardo episcopo Tharbatensi committit, ut clericos et laicos suae civitatis et diocesis, qui ob violentam manuum iniectionem in clericos excommunicationis incurrerint sententias, absolvere possit. xiv kal. Mart. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 101. n° 184; Bunge Livländ. UB. VI. 46. n° 2757. — »Exigentibus tue devotionis.«
» 20	»	(23185) Fratribus ord. Minor. in Arelatensi, Aquensi et Ebredunensi archiepiscopatibus et comitatu Venusino inquisitoribus haeret. pravit. constitutis mandat, ut contra illos, qui ad Iudaicum ritum recurrunt, tamquam contra idololatras seu haereticos poena canonica procedant. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 233; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 136. n° 220; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 49. — »Ad augmentum catholicae.«
» 20	»	(23186) Guardiano fr. ord. Minor. de Castro Rodulfi Bituricens. dioc. mandat, ut cum Raulino de Pacat Domicello et Suiotta de Bualeto Lemovic. dioc. super matrimonio

1290.

		illicite contracto dispenset. x kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 135. n° 218. — »Petitio dilecti filii.«
Febr. 20	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23187) Fratribus domus leprosorum s. Lazari de Valle Collis Spoletan. dioc. concedit, ut tempore generalis interdicti eis liceat, in ecclesia sui hospitalis, in qua per fratres ord. Minor. divina officia celebrantur, audire officia *etc.* x kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 219. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 21	»	(23188) Nicolao patriarchae Ierosolymitano apostolicae sedis legato mandat, ut in terris suae legationis inquisitores haereticae pravitatis instituat. ix kal. Mart. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 136. n° 221. — »Ad extirpandam ubilibet.«
(Ianr.-Febr. 22)	(»)	(23189) Ildebrandino episcopo Aretino in provincia Romaniolae, civitate Bononiae ac comitatu Bretenorii rectoriae officium plene committit. *Sine nota chronol.* ‖ Ghirardacci Hist. di Bologna I. 292. — »Circa virtutum exercitium.«

1289. Febr. 22 — Mai 7 et Nov. 5 — 1290. Febr. 21.

—	Romae (ap. S. Mariam maiorem)	* (23190) Indulgentiae pro ecclesia in Zenne [Langenzenn, praef. Kadolzburg]. A° 2°. ‖ Lang Regesta IV. 433.

1289. Febr. 22 — 1290. Febr. 21.

—	?	* (23191) Ecclesiae Gebennensi indulgentias concedit. A° 2°. ‖ Mém. de la soc. d'hist. de Genève XVI. 130.

1290.

Febr. 23	Romae ap. S. Mariam maiorem	* (23192) Abbati S. Germani Parisiensis de privilegiis ordinis Cluniacensis ab ipso tuendis mandata dat. vii kal. Mart. a° 3°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 156. * Abbati S. Aegidii Nemausens. dioc. *in eundem modum.*
» 24	»	(23193) (Henrico) episcopo Havelbergensi committit, ut de matrimonio inter Buguslaum ducem Slavorum et Gretam filiam principis Ruyanorum, quae in quarta consanguinitatis linea dicto duci attineat, contracto dispenset. vi kal. Mart. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 101. n° 185. — »Exhibita nobis dilecti.«
» 24	»	(23194) Indulgentia pro devote visitantibus ecclesiam fr. ord. Minor. Narbonensium. vi kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 137. n° 222. — »Licet is de.«
» 24	»	(23195) Indulgentia pro adeuntibus illam eorundem fratrum Asulanorum Brixiens. dioc. vi kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 223. — »Licet is de.«
» 24	»	(23196) Indulgentia pro adeuntibus illam eorundem fratrum Placentinorum. vi kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 224. — »Vitae perennis gloria.«
» 25	»	(23197) Iohannae comitissae Blesensi Carnotens. dioc. indulget, ut s. Mariae de Garda ord. s. Clarae monasterium et eius claustrum ingrediatur, conditione adiecta. v kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 138. n° 225. — »Pium arbitramur et.«
» 25	»	* (23198) Monasterio Cluniacensi concedit in solutionem debitorum suorum vicesimam partem per sex annos levandam omnium proventuum et reddituum monasteriorum et prioratuum, quae eidem subiecta sunt. v kal. Mart. a° 3°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 156.
» 28	»	(23199) Guardiano et fratribus Minoribus Dignensibus ecclesiam s. Petri sitam extra muros civitatis Dignensis, quam eis b. mem. B. Dignensis episcopus tradidit, confirmat. ii kal. Mart. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 535. n° 41; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 138. n° 226. — »Sacram religionem vestram.«
Mart. 1	—	Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosolim.: »Ap. Urbem veterem kal. Mart. a° 3°«. ‖ Strehlke Tab. 426. n° 665, *vid.* 1291. Mart. 1.
» 3	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23200) (Philippo) episcopo Tridentino concedit, ut testamentum condere possit et de rebus suis disponere. v non. Mart. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 139. n° 227. — »Quia praesentis vitae.«
» 6	»	(23201) Rectori comitatus Venaysini vel eius vices gerenti mandat, ut Bertrando de Cigoterio et Guillelmo de S. Marcello ord. Minor. inquisitoribus haeret. pravit. de proventibus comitatus moderatas expensas factas inquisitionis officio opportunas exhibeat. ii non. Mart. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 234; Sbaralea l. c. n° 228. — »Sollicitudinis nostrae studium.«
» 7	»	(23202) Isabellae de Marchia dominae de Chantoteyo Andegavens. dioc. indulget, ut servatis certis conditionibus monasterium de Guischia ord. s. Clarae, quod de propriis bonis aedificavit, ingredi possit. Non. Mart. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 139. n° 229. — »Pium arbitrantes et.«
» 7	»	(23203) Indulgentia pro devote visitantibus ecclesiam fr. ord. Minorum Tolosanorum. Non. Mart. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 140. n° 230. — »Licet is de.«

1290.

Mart. 7	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23204) Indulgentia pro adeuntibus illam eorundem fratrum Burdegalis. Non. Mart. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 231.
» 7	»	(23205) Priori et fratribus domus Servorum s. Mariae de Burgo s. Sepulchri ord. s. Aug. Castellan. dioc. concedit, ut tempore generalis interdicti liceat eis divina officia celebrare. Non. Mart. a° 3°. ‖ Gianii Annal. I. 126, *ubi* Nicolao III *perperam tribuitur.* — »Devotionis vestrae precibus.«
» 7	»	(23206) Ministrae et sororibus domus de Cantalupo sitae iuxta portam Favergam Mediolani ord. s. Aug. indulget, ut, non obstante decreto inhibitorio O(ttonis) archiepiscopi Mediolanensis, modum »quem Romana servat ecclesia in divinis celebrandis officiis« atque quem hactenus observare consueverunt, de cetero tenere ac observare libere possint. Non. Mart. a° 3°. ‖ Osio Docum. diplom. I. 39. n° 32. — »Religionis vestre meretur.«
» 8	»	(23207) Lambertum ord. Minor. professum Veglensi ecclesiae per obitum Marini episcopi viduatae praeficit in episcopum. VIII id. Mart. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 535. n° 42; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 140. n° 232; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 107. n° 143. — »Vacante dudum Veglensi.« • *In eundem modum* Capitulo ecclesiae Veglensis — Clero et populo civitatis et diocesis Veglensis.
» 11	»	(23208) Universis Christifidelibus ecclesiam conventus Burdegalensis ord. b. Mariae de Monte Carmeli in singulis festivitatibus b. Mariae V. devote visitantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. V id. Mart. a° 3°. ‖ Bullarium Carmel. I. 525. n° 1. — »Virga venustissima et.«
» 15	»	(23209) Iohanni archiepiscopo Lundensi Suetiae primati indulget, ut fructus, redditus et proventus primi anni omnium praebendarum et beneficiorum ecclesiasticorum, quae per quinquennium vacare contigerit, percipere possit in solutionem debitorum per eius praedecessores et ipsum pro negotiis Lundensis ecclesiae contractorum. Id. Mart. a° 3°. ‖ Annaler f. Nord. Oldkynd. 1860. p. 99. — »Desiderijs tuis in.«
» 15	»	(23210) Eidem concedit, ut duabus personis idoneis, cum defectus illarum saepe habeatur, officium redigendi contractus legitimos, acta iudiciorum et alia huiusmodi in publica documenta concedat. Id. Mart. a° 3°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 385. n° 69. — »Ex parte tua.«
» 15	»	(23211) (Erico) regi Datiae commendat Iohannem archiepiscopum Lundensem, quem tunc praepositum Roskildensis ecclesiae per viam compromissi concorditer electum Lundensi ecclesiae praefecit in pastorem. Id. Mart. a° 3°. ‖ Rördam l. c. 386. n° 70. — »Occurrit nobis de.«
» 15	»	(23212) Abbati monasterii de Alderspach superiori Ratisbonens. dioc. mandat, ut causam inter abbatem conventumque monasterii de Alderspach Cisterc. ord. ex parte una et Wernardum Heinricum et Henricum de Henzing laicos Pataviens. dioc. ex altera super terris et rebus aliis vertentem decidat. Id. Mart. a° 3°. ‖ Hund Metrop. Salisburg. ed. Gewold II. 69. — »Conquesti sunt nobis.«
» 15	»	(23213) Priori et fratribus domus Servorum s. Mariae de Posterula Urbevetan. ord. s. Aug. concedit, ut tempore generalis interdicti liceat eis divina officia celebrare. Id. Mart. a° 3°. ‖ Gianii Annal. I. 184. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 15	»	(23214) Raynaldo et Giberto quondam Conradi, Guilelmo quondam Bertoldi et Petro ac Ufredutio quondam Faberoni in Falerono, S. Ianno, Loro et aliis suis castris iurisdictionem civilem et criminalem confirmat. Id. Mart. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 305. n° 469. — »Attendentes magnae devotionis.«
» 18	»	(23215) Iohanni archiepiscopo Lundensi Suetiae primati, eum tunc praepositum Roskildensis ecclesiae in archiepiscopum per viam compromissi concorditer electum confirmans, curam et administrationem Lundensis spiritualiter et temporaliter plenarie committit. XV kal. Apr. a° 3°. ‖ Annaler f. Nord. Oldkynd. 1860. p. 93 *lat. et danice.* — »Inter uaria innumeraque.«
» 18	»	(23216) Indulgentia pro devote adeuntibus ecclesiam fratrum Minorum de Bobio. XV kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 141. n° 233. — »Vitae perennis gloria.«
» 18	»	(23217) Indulgentia pro euntibus ad ecclesiam monialium Massiliensium ord. s. Clarae. XV kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 141. n° 234. — »Licet is de.«
» 18	»	(23218) Indulgentia pro adeuntibus illam monasterii Sistaricensis ord. s. Clarae. XV kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c n° 236.
» 21	»	(23219) Consilio et communi Esculanis significat, eis aliquod praeiudicium, quod sibi pontifici potestariam civitatis eiusdem unanimiter commiserint, non generari. XII kal. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 306. n° 471. — »Ad civitatem Esculanam.«
» 21	»	(23220) Episcopo, decano et capitulo Roskildensibus, in quorum ecclesia Iohannes archiepiscopus Lundensis tunc praepositus Roskildensis de possessionibus et aliis bonis ad

1290.

		eum in Osakar, Castolm, Bylsthorp *etc.* hereditario iure spectantibus sex de novo creaverat in ecclesia ipsa praebendas, hanc donationem confirmat. XII kal. Apr. a° 3°. Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 388. n° 71. — »Cum a nobis.«
Mart. 21	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23221) Abbati et conventui monasterii in Anhusen ord. s. Ben. Augustens. dioc. indulget idem, quod legis in n° 23213. XII kal. Apr. a° 3°. ‖ Braun Notit. de codd. mss. I. 148. n° 10. — »Deuotionis vestrae precibus.«
» 21	»	(23222) Universis prioribus et fratribus Servorum s. Mariae ord. s. Aug. concedit, ut celebrare generale capitulum dicti ordinis ac eligere in eodem generalem priorem possint, qui, si in loco distante a curia Romana ultra quinque dietas, ab ipsius loci diocesaneo, si vero in loco infra dictas dietas consistente electus fuerit, a pontifice Romano electionis suae confirmationem accipiat. XII kal. Apr. a° 3°. ‖ Gianii Annal. I. 166. — »Inducunt nos opera.«
» 21	»	(23223) Abbatissam et conventum monasterii de Selgental (Cisterc. ord. Herbipol. dioc.) sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem terras, domos, grangias *etc.* eis confirmat. XII kal. Apr. a° 3°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 720. n° 51; *cf.* Lang Regesta IV. 443. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«
» 21	»	(23224) Indulgentia pro visitantibus ecclesiam fr. ord. Minorum de Alexandria Aquens. dioc. XII kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 141. n° 235. — »Licet is de.«
» 23	»	(23225) Philippo regi Francorum scribit de validis et adhuc continuatis ecclesiarum et praelatorum Galliae clamoribus super multis, variis ac diversis gravaminibus, iniuriis et offensis ipsis per balivos et officiales regios indebite irrogatis. Addit, haec probare episcopi Pictavensis et Carnotensis ac Lugdunensis ecclesiarum profunda suspiria *etc.* Commendat regi Gerardum Sabinensem episcopum, cui postmodum ex causa Benedictum S. Nicolai in carc. Tull. diaconum card. adiunxit, quos tamquam pacis angelos mittit quique una cum ipso vias et modos inveniant, quibus turbata redeant in tranquillum *etc.* X kal. Apr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 28. — »Attende fili et.«
» 23	»	(23226) Gerardum episcopum Sabinensem et Benedictum S. Nicolai in carc. Tull. diaconum card., quibus intimat, ad suum pervenisse auditum, quod inter Carolum Siciliae et Carolum Aragoniae reges super nonnullis negotiis tractatus sit habitus, de cuius consummatione cunctorum pax, optata negotii Terrae sanctae promotio *etc.* subsequentur, mittit pro ipsius prosecutione tractatus ad partes ultramontanas, ubi dicti reges moram ad praesens contrahere cognoscuntur. X kal. Apr. a° 3°. ‖ Raynald. l. c. § 19. — »Pastoralis officii debitum.«
» 23	»	(23227) Eisdem concedit potestatem pro expediendis legationis suae negotiis vocandi fratres ord. Minor. quoscumque, ingrediendi monasteria monialium *etc.* X kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 142. n° 237. — »Magna vestrae circumspectionis.«
» 23	»	(23228) Indulgentia pro visitantibus ecclesiam fr. ord. Minor. de Massilia. X kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 238. — »Licet is de.«
» 23	»	(23229) Indulgentia pro adeuntibus ecclesiam eorundem fratrum Aquensium. X kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 239.
» 23	»	(23230) Potestati et communi Fanensibus consulatum cum sua iurisdictione ac omnia privilegia a Gregorio IX, Innocentio IV et Urbano IV praedecessoribus suis concessa confirmat. X kal. Apr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 306. n° 472. — »Qui zelo devotionis.«
» 23	»	(23231) Iohanni archiepiscopo Lundensi Suetiae primati committit, ut, cum nonnulli clerici et mulieres in monasteriis diversorum ordinum Lundensis diocesis ingressum habuerint mediante vitio symoniae, illos ad alia monasteria suorum ordinum transferat. X kal. Apr. a° 3°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 389. n° 72. — »Ex parte tua.«
» 23	»	(23232) Eidem mandat, ut, cum nonnulli abbates lege ei diocesana subiecti ad monasteriorum regimen se assumi procurarint mediante vitio symoniae, contra eos officii sui debitum exequatur. X kal. Apr. a° 3°. ‖ Rördam l. c. 390. n° 73. — »Ex parte tua.«
» 23	»	(23233) Magistris et scholaribus Parisiensibus concedit privilegium docendi regendique ubique terrarum sine ullo praevio examine. X kal. Apr. a° 3°. ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 449, *ubi* Nicolao III *perperam tribuitur.* — »Dum attentae considerationis.«
» 23	»	(23234) Monasterio in Gersten ord. s. Ben. Pataviens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. X kal. Apr. a° 3°. ‖ UB. ob der Enns III. 518. — »Cum a nobis.«
» 25	»	(23235) Universis Christifidelibus ecclesiam fratrum ord. b. Mariae de Monte Carmeli Senis festivitatibus certis devote visitantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. VIII kal. Apr. a° 3°. ‖ Bullarium Carmel. I. 42. n° 5. — »Virga venustissima et.«
» 27	»	(23236) Visitatori ordinis s. Clarae in provincia Marchiae committit, dispenset cum Chrispina moniali monasterii s. Francisci de Ripa Transona ord. s. Clarae Firman. dioc.

1290.

super defectu natalium, ut in abbatissam in eodem ordine assumi possit. vi kal. Apr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 143. n° 240. — »Personis sacram religionem.«

Apr. 1 — • Archiepiscopis, episcopis *etc.*: »in Veteri Urbe kal. Apr. a° 3°«. ‖ Public. de la soc. hist. de Limbourg VI. 372, *vid.* 1291. Apr. 1.

» 12 Romae (ap. S. Mariam maiorem) • (23237) Episcopo Castellano mandat, ut, cum Ugo de Duino, dum monasterium Bellinense vacaret abbate, praesumpserit occupare bona ecclesiae s. Iohannis de Tuba ad dictum monasterium spectantia asserens se habere advocatiam dictae ecclesiae, auditis testibus quod iustum fuerit decernat. ‖ Bianchi Docum. 176. n° 581.

» 13 Romae ap. S. Mariam maiorem (23238) Priori et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe concedit, ut singuli in ea residentes canonici fructus, redditus et proventus omnium et singulorum canonicatuum, praebendarum . . . ac beneficiorum ecclesiasticorum curam non habentium animarum, quae in quibuscumque ecclesiis sive locis obtinent, percipere possint, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. Id. Apr. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 216. — »Ille qui solus.«

» 13 » (23239) Matthaeo S. Mariae in porticu diac. cardinali archipresbytero basilicae Principis apostolorum et S. Pauli de Urbe ac S. Germani de Pratis Parisiensis monasteriorum abbatibus mandat, ut privilegii in superiore bulla concessi executionem ministrent. Id. Apr. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 217. — »Ille qui solus.«

» 13 » (23240) Abbati monasterii s. Mariae maioris Florentini mandat, ut priori et conventui heremi Camaldulensis Aretin. dioc. contra raptorum et invasorum audaciam assistat. Id. Apr. a° 3°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 282. n° 169. — »Dignum esse dinoscitur.«

» 17 » (23241) Visitantibus orationis causa ecclesiam fr. Minorum de Esculo indulgentiam tribuit. xv kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 143. n° 241. — »Vitae perennis gloria.«

» 20 » (23242) Indulgentia pro devote adeuntibus ecclesiam ord. Minor. Beluacensem. xii kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 242. — »Licet is de.«

» 20 » • (23243) Indulgentia pro ecclesiis fr. Minorum Ambianensi et Abbatisvillae Ambian. dioc. ‖ Sbaralea l. c. 144. n° 243.

» 22 » (23244) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Papiensibus electionem Thomatae monialis S. Mariae Theodoti Papiensis ord. s. Ben. in abbatissam eiusdem monasterii committit examinandam. x kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 244. — »Sua nobis dilectarum.«

» 24 » (23245) Decano ecclesiae ss. apostolorum Petri et Pauli Magdeburgensis mandat, ut controversiam inter abbatissam conventumque monasterii Gerpstedensis ord. s. Ben. Halberstadens. dioc. et Iohannem plebanum ecclesiae in Ozstreue Magdeburgens. dioc. super quodam annuo censu et rebus aliis vertentem disceptet. viii kal. Mai. a° 3°. ‖ Thuringia sacra II *in* n° 14; Schöttgen Diplom. Nachlese VII. 442. — »Sua nobis abbatissa.«

» 24 » (23246) Philippum regem Franciae rogat et hortatur, ut Gerardo episcopo Sabinensi et Benedicto S. Nicolai in carcere Tulliano diacono card., quos ad partes Franciae destinet, decimam ad sumptus expeditionis in Terram sanctam patri eius Philippo attributam assignet. viii kal. Mai. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 17. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 24 » (23247) Matthaeo S. Mariae in porticu diac. cardinali concedit facultatem, ut de monasteriis, ecclesiis et locis ord. s. Clarae, quae ab abbatissis et sororibus hactenus sint dimissa, eorumque bonis et fructibus disponere valeat. viii kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 145. n° 245. — »Cum cura monasteriorum.«

» 26 » (23248) Officiali Ebroicensi mandat, ut Guillelmum de Grimovilla rectorem ecclesiae s. Remigii de Dyppa Rothomag. dioc. s. Francisci conf. eiusque ordinis vituperatorem, qui citatus ad sedem apostolicam appellaverat ex sufficienti gravamine, denuo citet. vi kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 246. — »Intellecto dudum quod.« *Cf.* n° 22969.

» 27 » (23249) Indulgentia pro visitantibus ecclesiam fratrum ord. Minor. Regiensium. v kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 146. n° 247. — »Licet is de.«

» 27 » • (23250) Indulgentia pro ecclesia ord. Minor. de Folqualquerio Sistaricens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 248.

» 27 » (23251) Thesaurario ecclesiae s. Florini in Confluentia Trevir. dioc. mandat, ut quae de bonis ad hospitale s. Mariae Theuton. Ierosol. in Confluentia spectantibus alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. v kal. Mai. a° 3°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 280. — »Ad audientiam nostram.«

» 27 » (23252) Abbatissae et conventui monasterii de Stella s. Mariae Cisterc. ord. Misnens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. v kal. Mai. a° 3°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super II. ii. (Urk. d. Kl. Marienstern) 20, *male ad* a. 1291. — »Solet annuere sedes.«

1290.

Apr. 27 Romae ap. S. Mariam maiorem (23253) Patriarchis, archiepiscopis et episcopis, in quorum civitatibus vel diocesibus fratres ordinis b. Mariae de Monte Carmeli consistunt, mandat, permittant, ut illi, cum iam oratoria et collegia habeant, in eisdem divina officia libere celebrent. v kal. Mai. a° 3°. Bullarium Carmel. I. 42. n° 6. — »Ad audientiam nostram.«

Mai. 1 » (23254) Andreae de Fracta filiorum Huberti Eugubin. dioc. et Uguitoni marchioni de Monte Meiano capellano suo canonico Rothomagensi mandat, inhibeant ne (Aegidius) abbas et conventus monasterii Montis Acuti, qui coenobio Cistercii obedientiam denegabant et suum monasterium basilicae Principis apostolorum de Urbe subiecerant, durante litigio quicquam de bonis ac iuribus eiusdem monasterii vendant, concedant aut alienent. Kal. Mai. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 218. — »Pridem dilecti filii.«

» 1 » (23255) Guardiano ord. Minorum Tranensi committit dispensationem ab impedimento matrimonii inter Maziottum Nicolai Petri de Octa et Iohannam uxorem eius cives Tranenses illicite contracti. Kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 147. n° 249. — »Exhibita nobis dilecti.«

» 1 » (23256) Indulgentia pro ecclesia fratrum Minorum de Cingulo Auximan. dioc. Kal. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 250. — »Vitae perennis gloria.«

» 3 » (23257) Abbati monasterii de Insula Barbara [Ile Barbe] Lugdunens. dioc. mandat, ut inter Amedeum comitem Sabaudiae et Willelmum episcopum Gebennensem super castro Insulae Gebennensis, vicedominatu civitatis Gebennensis, piscaria Rodani et pedagio rerum quae vehuntur per pontem ipsius Rodani litigantes decernat, quod iustum fuerit. v non. Mai. a° 3°. ‖ Mém. et docum. de Genève VIII. 268. n° 36. — »Significavit nobis dilectus.«

» 4 » (23258) Renovat privilegium sub nomine Honorii pp. III 1217. Iul. 24 confictum et Pelagio Albanensi episcopo directum (*vid.* n° 5583), quod iam incipit vetustate consumi. iv non. Mai. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 257; Fr. Giorni Storia di Albano (Roma 1842. 4°) 253. — »Quoddam privilegium sub.«

» 4 » (23259) Indulgentia pro ecclesia fratrum Minorum Ebredunensium. iv non. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 147. n° 251. — »Licet is de.«

» 4 » • (23260) Indulgentia pro ecclesia fratr. Minor. Dignensium. ‖ Sbaralea l. c. n° 252.

» 4 » • (23261) Indulgentia pro ecclesia fratr. Minor. de Limoso Narbon. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 253.

» 5 » (23262) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. b. Mariae de Monte Carmeli Florentina. iii non. Mai. a° 3°. ‖ Bullar. Carmel. I. 43. n° 7. — »Virga venustissima et.«

» 5 » (23263) Indulgentia pro ecclesia eorundem Bononiae. iii non. Mai. a° 3°. ‖ Bullar. Carmel. I. 44. n° 8. — »Virga venustissima et.«

» 6 » (23264) Magistro et generali capitulo ord. Praedic. apud Ferrariam congregando mandat, ut a quibusvis turbationibus, dissensionibus et scandalis summopere abstineant. ii non. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. IV. 1839; Ripolli Bullar. Praed. II. 28. — »Processit ex infimae (intimae« *Rip.*).

» 7 » (23265) (Marino) priori XL SS. iuxta Tarvisium mandat, ut plebanum et clericos ecclesiae s. Bartholomaei de Venetiis ad observationem compositionis a L(eonardo) episcopo Torcellano et priore S. Mariae de Caritate pro monasterio s. Salvatoris de Venetiis contra ecclesiam s. Bartholomaei eiusdem loci pridem latae per censuram ecclesiasticam compellat. Non. Mai. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIV. 138. — »Sua nobis prior.«

» 7 » (23266) (Iohanni de Columpna) marchiae Anconitanae rectori mandat, ne in nobilium terris communantias in eorum praeiudicium fieri permittat. Non. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 307. n° 473. — »Circa illa te.«

» 7 » • (23267) Indulgentia pro ecclesia fratrum Minorum Petragoricensium. Non. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 148. n° 254.

» 7 » • (23268) Indulgentia pro ecclesia fr. Minor. de Brageriaco Petragoricens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 255.

» 10 » (23269) Hominibus castri de Ariccia Albanens. dioc. concedit, ne propter delicta ab extraneis in eorum terra commissa a senatore Urbis mulcta pecuniaria puniri possint. vi id. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 307. n° 474. — »Ex parte vestra.«

» 11 » • (23270) Indulgentia pro ecclesiis monialium s. Clarae Burdegalensium et Tolosanarum. v id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 148. n° 256.

» 12 » (23271) Dispensat cum Simone de Ianvilla et Iohanne(ta) dicta Leonem Midens. dioc. quarto consanguinitatis gradu coniunctis, ut possint ad invicem matrimonium libere contrahere. iv id. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 151. n° 331. — »Etsi coniunctio copule.«

» 12 » (23272) Aldebrandi rectoris hospitalis s. Peregrini de Alpibus Lucan. dioc. electionem confirmat. iv id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 257. — »Dudum nobis per.«

1290.

Mai. 13	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23273) (Raymundo) episcopo Rutenensi sub suspensionis poena iterum mandat, ut Raymundo abbati monasterii s. Aegidii diem dicat ad comparendum coram sede apostolica de iniuriis ordini Minor. illatis ac inobedientia causam acturo. III id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 149. n° 258. — »Sua nobis dilecti.« *Cf.* n° 23062.
» 14	»	(23274) Edwardo regi Angliae communicat declarationes a Gregorio pp. X in concilio Lugdunensi impositas ac hactenus servatas, quibus ordinatur, qualiter, a quibus et per quas personas decima regi concessa colligi debeat. II id. Mai. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. III. 67. — »Nuper tibi per.«
» 14	»	(23275) Iohanni de Columpna marchiae Anconitanae rectori mandat, moneat incolas marchiae eiusdem et Massae Trabariae, ut Callensibus pro construenda civitate S. Angeli Papalis opportunum praestent auxilium. II id. Mai. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 308. n° 425. — »Dudum ut civitas.«
» 14	»	(23276) Populo civitatis novae S. Angeli Papalis concedit, ut potestatem sibi eligere possint. II id. Mai. a° 3°. ‖ Theiner l. c. n° 426. — »Merita vestre devotionis.«
» 15	»	(23277) Universis commendatoribus et fratribus domus militiae s. Iacobi in Portugallia et Algarbi regnis significat, se statuere et etiam ordinare, ut ex nunc aliquem ex suis idoneum in ordinis provincialem in eisdem regnis magistrum assumere possint, qui personarum ac bonorum eius in spiritualibus et temporalibus curam et administrationem habeat et exerceat *etc.* Id. Mai. a° 3°. ‖ Sousa Provas I. 91. n° 7. — »Pastoralis officii debitum.«
» 15	»	(23278) Indulgentia pro ecclesia fratrum Minorum de Riccardina Bononiens. dioc. Id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 150. n° 259; *cf.* Wadding Ann. Minor. V. 272 § 38. — »Splendor paternae gloriae.«
» 15	»	(23279) Guardiano ord. Minor. Argentinensi committit absolutionem ab excommunicatione et dispensationem ab irregularitate pro Matthia canonico ecclesiae s. Stephani Argentinensis et omnibus sacerdotibus ac clericis durante interdicto contractis. Id. Mai. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 260. — »Ad audientiam nostram.«
» 16	»	(23280) Eduardo regi Angliae de novo sex annorum decimam in regnis Angliae et Scotiae concedit. Addit, se mandavisse ut quod ante eius passagium in Terram sanctam fuerit de ipsa collectum, ei postquam cum suo exercitu ad transfretandum mare intraverit, assignetur. XVII kal. Iun. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. p. 231; Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 14, *omisso exordio.* — »Gaudemus in Domino.«
» 18	»	(23281) Indulgentia pro ecclesia monialium S. Clarae ord. s. Dam. Avenionensium. XV kal. Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 151. n° 261. — »Licet is de.«
» 20	»	(23282) Eduardo regi Angliae significat, se intellexisse ediventemque frequentiam facti testari, »quod frequenter, cum in regno Angliae super negotiis ad ecclesiasticum forum spectantibus litteras contingat apostolicas emanare, ... illas iudicibus impune praesentare non licet, et si forsitan praesententur, currit statim Breve regium . . et usum illarum sub poenae comminatione, immo et executione, si fiat contrarium, interdicit. Saepe namque capiuntur illis utentes« *etc.* Rogat et obsecrat eum, ut has malas consuetudines corrigat et emendet edicto generali. »Alioquin scire te volumus, quod circumspectio sedis apostolicae non poterit talia sub dissimulatione transire, quin contra eos qui culpabiles fuerint in praemissis, . . . procedat prout viderit expedire.« XIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 33; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 28; Sbaralea l. c. n° 262. — »In suasionibus et.« *Cf.* n° 23299.
» 20	Romae ap. S. Petrum	(23283) Benevenutum episcopum Eugubinum ad Ungariae regnum necnon Dalmatiae, quae Ungariae regibus solet esse subiecta, ac Austriae, Styriae, Carinthiae, Cumaniae ac Bosnae partes, commisso ei in regno et partibus supradictis plenae legationis officio, legatum mittit, iniungens ei, ut (Ladizlaum) regem Ungariae ad viam veritatis et fidei et christianae religionis cultum et ritum revocet eumque inducat, ut E(lisabetham) reginam uxorem suam ad se reducat ac maritali affectione pertractet; denique ut inter regem ipsum et eiusdem regni Ungariae personas ecclesiasticas ac saeculares pacem et concordiam reformet. XIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 361. n° 582; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 354; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 38; Fejér Cod. dipl. V. III. 493. — »Descendit de celis.« * *In margine:* Legatio ista non habuit effectum. ‖ *Cf.* Raynald. l. c. § 42.
» 20	»	(23284) L(adislaum) regem Ungariae de Benevenuti episcopi Eugubini legati apostolicae sedis legatione in Ungariam certiorem facit eumque hortatur, ut illius monitis et mandatis acquiescat. XIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 362. n° 583; Mon. Hung. hist. l. c. 357. — »Si sollicite considerationis.«
» 20	»	(23285) R(udolpho) regi Romanorum scribit de eodem argumento eumque rogat, ut praefato legato in suae legationis negotiis requisitus consiliis et favoribus opportunis assistat. XIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 363. n° 584; Mon. Hung. hist. l. c. 361. — »Confidimus fili carissime.«

1290.

Mai. 20	Romae ap. S. Petrum	(23286) A(lbertum) ducem Austriae rogat, ut eidem B(enevenuto) episcopo et legato ad reprimendos Sarracenorum errores consilio atque auxilio assistat. XIII kal. Iun. a° 3°. Katona Hist. crit. VI. 1001; Fejér Cod. dipl. V. III. 494; Dobner Monum. II. 373; *cf.* Theiner l. c. n° 584. — »Confidimus fili dilecte.«
» 20	»	(23287) Duces, marchiones, comites, barones et universos Christifideles per regnum Ungariae, Austriam, Styriam, Carinthiam, Cumaniam et Bosnam constitutos hortatur, ut contra Tartaros, Sarracenos, Neugerios et paganos B(enevenuto) episcopo Eugubino in illis partibus apostolicae sedis legato, si requiri ex eius parte ipsos contigerit, auxiliis et consiliis assistant. XIII kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 494; Mon. Hung. hist. l. c. 361. — »Confidimus filii carissimi.«
(Fbr. 22-Mai. 20)	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23288) Renovat constitutionem Honorii IV d. d. 1286. Mart. 11 (*vid.* n° 22391) contra sectam sub nomine *Ordinis Apostolorum* gliscentem. *Sine die et mense* a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 51; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 152. n° 263. — »Dudum felicis recordationis.«
(»)	(»)	* (23289) Indulgences accordées au profit des bienfaiteurs du monastère de Bonnevoie près Luxembourg. A° 3°. ‖ Publicat. de la soc. des monum. historiq. de Luxembourg XVII. (1861) 46.
Mai. 28	Ortis	(23290) Indulgentia pro ecclesia fratrum Minorum Ortanorum. V kal. Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 153. n° 264. — »Licet is de.«
Iun. 13	ap. Urbem veterem	(23291) Archipresbytero plebis de Sistino Feretran. dioc. mandat, ut bona monasterii monialium s. Silvestri de Isketo ord. s. Clarae Urbinat. dioc. illicite alienata vel distracta ad eiusdem ius et proprietatem legitime revocet. Id. Iun. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 154. n° 265. — »Sua nobis dilectae.«
» 13	»	(23292) B(enevenuto) episcopo Eugubino apostolicae sedis legato concedit potestatem, ut ad se pro negotiis expediendis vocare queat quoscumque fratres cuiuslibet ordinis eisque dare licentiam intrandi secum monasteria monialium *etc.* Id. Iun. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 266. — »Ut in commissis.«
» 20	»	* (23293) Abbati et conventui monasterii Schutterani ecclesias parochiales de Wipprechtzkirch et Baldingen, quas eis Rudolfus episcopus Constantiensis cum iure patronatus d. 8. Aug. 1276 contulerat, confirmat. XII kal. Iul. a° 3°. ‖ Schannat Vindem. I. 21.
» 22	»	(23294) Guillelmum (de Bobio) ord. Minor., in officio poenitentiariae apostolicae laudabiliter comprobatum, Reginae ecclesiae per obitum Guillelmi episcopi solatio destitutae pastoris praeficit in episcopum. X kal. Iul. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 536. n° 43; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 155. n° 267; *cf.* Ughelli Ital. sacra II. 307. — »Inter varia innumeraque.«
» 22	»	(23295) Hugoni episcopo Vivariensi, cum eius ecclesia gravi prematur onere debitorum, fructus redditus et proventus primi anni omnium beneficiorum ecclesiasticorum, quae in eius civitate vel diocesi usque ad biennium vacare contigerit, percipiendos concedit in solutionem debitorum huiusmodi convertendos. X kal. Iul. a° 3°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 268. — »Cum quarumlibet ecclesiarum.«
» 22	»	(23296) Eidem indulget, ut, quotiens tempus visitationis ingruerit, possit diocesim suam, si eam personaliter visitare nequiverit, per aliquam personam idoneam facere visitari. X kal. Iul. a° 3°. ‖ Gallia chr. l. c. 269. — »Devotionis affectus quem.«
» 22	»	(23297) Priori provinciali ord. Praedic. in Francia mandat, eligat quatuor fratres suae provinciae eisque districte praecipiat, ut inquisitionis officium in regno Franciae diligenter exequantur. X kal. Iul. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 29; *fragm.* ap. Percin Mon. conv. Tolos. fr. Praed. III. 107. — »Prę cunctis nostrę.«
» 27	»	(23298) Eidem mandat, eligat tres fratres eisque praecipiat, ut inquisitionis officium in Bisuntinensi, Gebennensi, Lausanensi, Sedunensi, Tullensi, Mettensi et Virdunensi civitatibus et diocesibus contra haereticos, fautores, defensores et receptatores eorum diligenter exequantur. V kal. Iul. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. 29; *cf.* Speculum inquisitionis Bisuntinae 232. — Prę cunctis nostrę.«
» 27	»	(23299) Edwardo regi Angliae scribit de quibusdam, quae in eius regno contra libertatem ecclesiasticam regia auctoritate committuntur, eumque obsecrat, ut illa edicto generali emendet. V kal. Iul. a° 3°. ‖ Wilkins Concil. II. 173. — »In suasionibus et.« *Cf.* n° 23282.
» 27	»	(23300) Indulgentia pro ecclesia ord. Minor. de S. Anderio Burgens. dioc. V kal. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 155. n° 268. — »Splendor paternae gloriae.«
» 27	»	(23301) Indulgentia pro ecclesia sororum monasterii s. Clarae Assisinat. V kal. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 156. n° 269. — »Vitae perennis gloria.«
» 29	»	(23302) Fratribus ord. Praedic. inquisitoribus haeret. pravit. auctoritate sedis apostolicae deputatis significat, se decernere et statuere, ut processus per eos contra haereticos habiti etiam post obitum papae, cuius auctoritate huiusmodi officii sit facta commissio,

1290.

		validi habeantur. III kal. Iul. a° 3°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 103. n° 6. — »Ne aliqui dubitationem.«
Iul. 1	ap. Urbem veterem	(23303) Episcopo Noviomensi mandata dat de antiqua consuetudine, secundum quam in ecclesia s. Quintini hactenus est obtentum, ut quilibet canonicus, licet per certi temporis spatium teneatur in dicta ecclesia vel in scholis annis singulis residentiam facere personalem, dicta residentia sic completa nihil de grossis fructibus praebendae percipere valeat usque ad festum b. Petri ad vincula proximo secuturum. Kal. Iul. a° 3°. ‖ Hemeraeus Augusta Viromand. 253. — »Exhibita nobis dilectorum.«
» 1	»	(23304) Indulgentia pro ecclesia fr. Minorum Sacri Montis Alverniae Aretin. dioc. Kal. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 156. n° 270. — »Licet is de.«
» 1	»	(23305) Indulgentia pro ecclesia fr. Minorum Aptensium. Kal. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 157. n° 271. — »Vitae perennis gloria.«
» 3	»	(23306) Rodulphum regem Romanorum, qui, cum papa Philippo regi Francorum ut Carolum fratrem in Aragoniam et Valentiam induceret decimas non modo in Gallia verum etiam in finitimis nonnullis provinciis Romano imperio obnoxiis attribuisset, id in suam iniuriam verti interpretabatur atque a nonnullis adversus Francorum regem incitabatur, mulcere studet et causas, ob quas id sedes apostolica constituerat, nimirum ad comprimendos Aragonios Siciliae invasores tuendamque ecclesiae dignitatem aperit. v non. Iul. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 21. — »Devotione plenas et.«
» 4	»	• (23307) Papst Nicolaus IV an den Decan zu Verden über die Beeinträchtigungen, welche das Bremer Capitel an seinen Einkünften in den Diöcesen Bremen, Minden und Verden erfährt. ‖ Hannov. Copiar fol. 93 *teste* Ehmck Bremisches UB. I. 700. n° 701.
» 7	»	(23308) Priorissae et conventui monasterii b. Mariae in insula Danubii ord. s. Aug. secundum instituta et sub cura ord. Praedic. viventibus tributum fori sive mercatus et quaedam iura alia in villa Pestinensi, quae Bela rex Ungariae eis concessit et Ladislaus rex eiusdem regni confirmavit, praesentis scripti patrocinio communit. Non. Iul. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. VI. I. 132 *et* VII. v. 486. — »Dum (Cum VII. v. 486) a nobis.«
» 7	»	• (23309) Indulgentia pro ecclesiis fratrum ord. Minor. de Urbino, de Durante Urbinat. dioc., de Fabriano Camerin. dioc., de S. Severino eiusd. dioc., de Monte Macellarum Asculan. dioc. atque S. Angeli Papalis. Non. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 157. n° 272.
» 7	»	• (23310) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Valle Montonis Signin. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 273.
» 7	»	(23311) Indulgentia pro ecclesia conventus monasterii s. Mariae in Silice de Valle Montone Signin. dioc. ord. s. Clarae. Non. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 274. — »Virgo venustissima et.«
» 7	»	(23312) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haeret. pravit. auctoritate sedis apostolicae deputatis declarat idem, quod legis in n° 23302. Non. Iul. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 235; Sbaralea l. c. 158. n° 275. — »Ne aliqui dubitationem.«
» 8	»	(23313) Abbati monasterii de Saba Cisterc. ord., priori Praedic. de Sictunia ac guardiano Minor. Upsalensium ordd. approbationem postulationis a capitulo Upsalensi factae de Iohanne episcopo Aboensi in Upsalensem archiepiscopum committit. VIII id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 158. n° 276; Liljegren Svenskt dipl. II. I. 94. n° 1019; *cf.* Porthan Bullar. access. 63. n° 5. — »Militanti ecclesie dispensante.«
» 8	»	(23314) Edwardum regem Angliae rogat, ut Labrum Vulpelli de Luca camerae apostolicae mercatorem specialiter commendatum habeat. VIII id. Iul. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. III. 70. — »Quam devotus celsitudini.«
» 11	»	(23315) Indulgentia pro ecclesia monialium monasterii s. Nicolai Recanatensis ord. s. Clarae. v id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 160. n° 277. — »Vitae perennis gloria.«
» 12	»	(23316) (Guidoni) electo Aniciensi mandat, ut locum fratrum Poenitentiae Iesu Christi desertum, quem habuerunt Anitii, abbatissae et conventui monasterii ord. s. Clarae Claramontensis vendat et pecuniam receptam deponat in tuto loco. IV id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 278. — »Cum sicut intelleximus.«
» 12	»	(23317) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Camerinensium. IV id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 279. — »Vitae perennis gloria.«
» 13	»	(23318) Priorissae et conventui monasterii de Porez [Prez] ord. s. Ben. Lubicens. dioc. concedit, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in earum coenobio professionem facientibus possint petere, recipere ac etiam retinere, feudalibus dumtaxat exceptis. III id. Iul. a° 3°. ‖ Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 223. n° 33. — »Devotionis vestrae precibus.«

1290.

Iul. 15	ap. Urbem veterem	(23319) (Guillelmo) episcopo Regiensi concedit potestatem condendi testamentum. Id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 161. n° 280. — »Quia praesentis vitae.«
» 15	»	(23320) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Florentinorum. Id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 281. — »Vitae perennis gloria.«
» 15	»	• (23321) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Pratensium. ‖ Sbaralea l. c. n° 282.
» 15	»	(23322) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Sexto Ianuens. dioc. Id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 283. — »Splendor paternae gloriae.«
» 15	»	(23323) (Sifrido) archiepiscopo Coloniensi mandat, faciat ut frater Henricus de Betemburch apostata ord. Minor., quem fratres domus hospitalis s. Iohannis Hierosol. provinciae Alemaniae contra iustitiam receperunt, restituatur guardiano ac conventui fratrum Minorum de Grimemberch Maguntin. dioc., de quorum obedientia antequam apostatasset fuerat. Id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 284. — »Dilecti filii minister.«
» 15	»	(23324) Indulgentia pro ecclesia fratrum domus s. Mariae de Caphagio Florentin. ord. s. Aug. Id. Iul. a° 3°. ‖ Gianii Annal. I. 166. — »Virga venustissima et.«
» 18	»	(23325) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minorum Recanatensium. xv kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 163. n° 286. — »Vitae perennis gloria.«
» 18	»	• (23326) Indulgentiae pro ecclesiis fr. ord. Minor. Vercellensium et Anconitanorum. ‖ Sbaralea l. c. n° 287.
» 23	»	(23327) Abbati monasterii Stadensis ord. s. Ben. Bremens. dioc. et priori Praedic. ac guardiano Minor. ordd. Bremensibus committit confirmationem electionis Iohannis dicti Westual monachi in abbatem monasterii de Rossenvelde ord. s. Ben. Bremens. dioc. per mortem Hermanni abbatis pastoris regimine destituti. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 288. — »Dudum monasterio de.«
» 23	»	(23328) Magistro provinciali ord. Minor. in Aragonia concedit facultatem absolvendi ab excommunicatione et dispensandi ab irregularitate fratres ordinis eiusdem, qui interdictum positum in terra quondam Petri de Aragonia non servarunt aut Petro eidem faverunt. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 164. n° 289. — »Ad nostram noveris.«
» 23	»	(23329) Iohannem, Nicolaum et Henricum filios Henrici fratres bani Sclavoniae rogat et hortatur, ut contra Tartaros, Sarracenos, Neugerios, paganos, schismaticos, haereticos et adhaerentes praedictis B(enevenuto) episcopo Eugubino, apostolicae sedis legato in regno Ungariae necnon Dalmatiae, quae Ungariae regibus solet esse subiecta, Austriae, Styriae, Carinthiae, Cumaniae et Bosnae partibus, consiliis et auxiliis assistant, si ex parte ipsius episcopi contigerit eos requiri. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 364. n° 585; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 363. — »Speramus firmiter quod.«
» 23	»	(23330) Radesclavum et Stephanum fratres banos Sclavoniae hortatur eodem modo. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 365; Mon. Hung. hist. l. c. 365. — »Speramus firmiter quod.«
» 23	»	(23331) Nicolao bano et Paulo dicto Magistro, nato quondam Stephani bani Sclavoniae scribit de eodem argumento. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 365; Mon. Hung. hist. l. c. 367. — »Speramus firmiter quod.«
» 23	»	(23332) Gregorio nato quondam Gregorii bani Sclavoniae scribit de eadem re. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 365; Mon. Hung. hist. l. c. 367. — »Speramus firmiter quod.«
» 23	»	(23333) Rolando voivodae Ultrasilvano eiusque fratribus scribit de eodem argumento. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 365; Mon. Hung. hist. l. c. 368. — »Speramus firmiter quod.«
» 23	»	(23334) Stephano et Brisdae banis Bosnae scribit de eodem argumento. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 365; Mon. Hung. hist. l. c. 369. — »Speramus firmiter quod.«
» 23	»	(23335) Iohanni et Leonardo Veglae, Vinodoli, Modrussae et Gezchae comitibus scribit de eodem argumento. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 365; Mon. Hung. hist. l. c. 371. — »Speramus firmiter quod.«
» 23	»	(23336) Paulo bano, Georgio et Maderno fratribus comitibus Almasii scribit de eodem argumento. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 365; Mon. Hung. hist. l. c. 373. — »Speramus firmiter quod.«
» 23	»	(23337) Bagerio Zach, Nicolao et Stephano filiis quondam comitis Bagi fratribus scribit de eodem argumento. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 365; Mon. Hung. hist. l. c. 375. — »Speramus firmiter quod.«
		• *In eundem modum* Nicolao nato quondam comitis Mauritii — Huguino nato quondam comitis Pausae — Comiti Garduno.
» 23	»	• (23338) (Wenceslao) regi Boemiae, episcopis (Iohanni) Pragensi et (Theoderico) Olomucensi *etc.* scribit de eodem argumento eosque rogat, ut eidem legato in reducendo ad meliorem vivendi rationem rege Ladislao Ungariae ac in praedicanda cruce contra

1290.

Tartaros *etc.* adsint consilio et auxilio. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Palacky Reise 48. n° 389; Theiner l. c. 363 *in* n° 584; Erben Reg. Bohem. II. 649. n° 1509.

* *In eundem modum* Ducibus Poloniae. ‖ Theiner l. c. in n° 584.

Iul. 23 — ap. Urbem veterem — * (23339) (Benevenuto) episcopo Eugubino committit plenae legationis officium in Ungaria ad reducendum in meliorem vivendi rationem Ladislaum regem Ungariae et ad praedicandum contra Tartaros *etc.* crucem. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. v. 485.

„ 27 — „ — (23340) Controversiam quae inter monasterium s. Salvatoris basilicae Principis apostolorum de Urbe ac abbatem conventumque monasterii Cisterciensis vertebatur, sic dirimit: ut his vindicet possessionem confirmandi, visitandi, corrigendi et reformandi in monasterio s. Salvatoris de Monte Acuto; illi vero censum unius bizantii aurei quotannis ab ipso monasterio persolvendum adiudicet, et ius proprietatis super subiectione eiusdem coenobii integrum esse decernat. vi kal. Aug. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 219. — »Circa dirimendas lites.«

„ 28 — „ — (23341) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Oxonia Lincolniens. dioc. v kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 165. n° 290. — »Cum ad promerenda.«

„ 30 — „ — (23342) L(adizlao) regi Ungariae nunciat, se B(enevenutum) episcopum Eugubinum latorem praesentium ad regnum Ungariae et etiam partes alias illi vicinas cum plenae legationis officio providisse destinandum, eumque rogat et hortatur, ut legatum ipsum benigne recipiat eiusque monitionibus obedire studeat. iii kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hung. I. 365. n° 586; Mon. Hung. hist. Dipl. IX. 377. — »Inter cetera que.«

„ 30 — „ — (23343) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Graiacensium Bisuntin. dioc. iii kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 165. n° 291. — »Cum ad promerenda.«

„ 30 — „ — (23344) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Lissordensium Lausanens. dioc. iii kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 292. — »Licet is de.«

Aug. 1 — „ — (23345) (Benevenuto) episcopo Eugubino apostolicae sedis legato mandat, ut, cum in terra quae Alba Bulgarica litteraliter nuncupetur, ecclesia episcopalis existat quae per quendam schismaticum intrusum detineatur, illum ab eadem ecclesia amoveat et virum idoneum praeficiat eidem in episcopum. Kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 366. n° 587; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 4. — »Fide digna relatione.«

„ 1 — „ — (23346) Indulgentia pro ecclesia monialium monasterii s. Seraphiae ord. s. Clarae Terdonens. dioc. Kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 165. n° 293. — »Splendor paternae gloriae.«

„ 2 — „ — (23347) Notum facit multis verbis, se, cum inter potestatem consilium et commune Paduanae civitatis ex parte una et clerum eiusdem ex altera de concordia reformanda inter partes ipsas habitus sit tractatus, Petro de Columpna S. Eustachii diacono card. commisisse, ut interponeret se ad reformandam concordiam inter partes easdem. Quod per dictum cardinalem factum est provide, ratum habet et confirmat, nihilominus statuens, ut, si dicti potestas, antiani *etc.* praedictae civitatis statuta ordinationes vel scripturas, quocumque nomine censeantur, in praeiudicium memorati cleri civitatis ipsius aliquando renovare vel observare praesumpserint, ipso facto excommunicationi et aliis poenis ecclesiasticis incurrant. iv non. Aug. a° 3°. ‖ Verci Marca Trivigiana III. doc. 185 *in* n° 318; Dondi Orlogio Dissert. VIII. docum. 40. n° 19; Federici Istor. de' cav. Gaudenti II. cod. dipl. 224; *in* Controversie fra il clero e il comune di Padova del sec. XIII e relativo accordo. Per le nozze Zacco Prina (Padua, Bianchi 1855. 8°). — »Ab olim dum.«

„ 4 — „ — (23348) Guardiano et fratribus Minoribus Anagninis ecclesiam s. Basilii, quam eis abbatissa et sorores monasterii s. Petri de Vineis Anagnini ord. s. Clarae per donationem contulerant, confirmat. ii non. Aug. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 537. n° 44; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 166. n° 294. — »Cum a nobis.«

„ 5 — „ — (23349) (Berardo de Goth) archiepiscopo Lugdunensi mandat, ut causam Amedei comitis Sabaudiae, qui episcopum Gebennensem graviter accusaverit et iam tertio ad sedem apostolicam appellaverit, absque strepitu iudicii decernat. Non. Aug. a° 3°. ‖ Mém. et documents de Genève VIII. 270. n° 37. — »Significavit nobis dilectus.«

„ 5 — „ — (23350) (Hugoni) episcopo Matisconensi [Mâcon] mandat, ut causam inter Amedeum comitem Sabaudiae et Guillielmum episcopum Gebennensem, qui praetextu cuiusdam statuti in provinciali concilio Viennensi nuper celebrato editi illum et Gerardum de Compeys, Guillelmum de Urses et Iohannem de Reuorea custodes castri Insulae Gebennensis publice excommunicaverat, agitatam audiat et appellatione remota decidat. Non. Aug. a° 3°. ‖ Mém. et docum. de Genève I. docum. 51. n° 8. — »Dilectus filius nobilis.« *)

* Hanc bullam pluribus diebus anticipatam esse lucide apparet, cum Bonifacius de Vercellis procurator Guillelmi episcopi Gebennensis appellationem contra archiepiscopum Lugdunensem vicesima prima demum die mensis Augusti interponeret. *Cf.* eiusd. recusationem *in:* Mém. et doc. de Genève I. doc. p. 44.

1290.

Aug. 5 — ap. Urbem veterem — (23351) Blancae natae cl. mem. Ludovici regis Francorum indulget, ut Cisterc., s. Clarae aliorumque ordinum monasteria cum 8 honestis matronis ter in anno ingredi valeat. Non. Aug. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 295. — »In gratia de.«

„ 7 — „ — (23352) (Giselbertum) archiepiscopum Bremensem laudat, quod malefactores, qui Mannino Bonrote et Gutio Petri civibus et mercatoribus Florentinis cum pecunia decimae a collectore eius in Norweyae partibus accepta ac nonnullis mercibus per mare versus Flandriam redeuntibus in noctis tenebris omnia rapuerant, circa undecim illorum socios Gutio dumtaxat excepto interfecerant et cum spoliis ad partes Frisiae navigaverant, capere atque ad recuperationem pecuniae ac mercium intendere studuit, eique mandat, ut pecuniam quam recuperare poterit eidem Gutio vel Nerio Iohannis eius socio in aliquo loco tuto faciat assignari per eos ad cameram apostolicam deferendam. vii id. Aug. a° 3°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. i. 48. n° 54; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 164. — »Ex parte dilectorum.«

* *In eundem modum* Communitati civitatis Bremensis.

„ 7 — „ — (23353) R(udolphum) regem Romanorum hortatur, ut mercatoribus antedictis Florentinis, cum ab eis fuerit requisitus, se exhibeat favorabilem et benignum, ita ut illi et per consequens Terra sancta pecuniam raptam recuperare valeant. vii id. Aug. a° 3°. ‖ Lange l. c. 49; Munch l. c. 165. — »Ex parte dilectorum.«

„ 7 — „ — (23354) Theoderico priori saecularis ecclesiae s. Andreae Urbevetanae capellano suo collectori decimae Terrae sanctae in Alamaniae partibus deputato mandat, ut ad recuperationem dictae pecuniae solerter invigilet. vii id. Aug. a° 3°. ‖ Lange l. c. 50; Munch l. c. 166. — »Ex parte dilectorum.«

„ 8 — „ — (23355) Universis Christifidelibus significat, se concedere ordini, quem b. Franciscus instituerit Poenitentium titulo insignitum, ut eiusdem professores ob ipsius confessoris reverentiam fratrum ord. Minor. dirigantur et regulentur doctrina et de eisdem visitatores et informatores assumant. vi id. Aug. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 538. n° 45; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 167. n° 296; Gercken Fragm. March. VI. 90; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XV. 41. n° 53, *male ad* a. 1291. — »Unigenitus Dei filius.«

„ 9 — „ — (23356) Universitati magistrorum et scholarium Ulyssiponensium gratulatur, quod a Dionysio Portugaliae rege cuiuslibet licitae facultatis studia in civitate Ulyxbonensi sunt de novo plantata, et addit, se praefatum regem rogare, ut cives Ulyssiponenses domos vacantes ad inhabitandum scholaribus sub competenti pretio taxando a duobus clericis et totidem laicis locare compellat. v (*om. Bul.*) id. Aug. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 52; Sousa Provas I. 74. n° 4; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 103. n° 7; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 493. — »De statu regni.«

„ 10 — „ — (23357) Episcopo, clero et populo Gaietanis, considerans iniurias quas Iacobus natus quondam Petri olim regis Aragonum persecutor ecclesiae in obsidione civitatis Gaietanae Deo et eidem ecclesiae malitiose subintulit, si contra Iacobum et Siculos forte ad obsidionem redeuntes se constituent strenuos bellatores, indulget illam peccaminum veniam, quae proficiscentibus in Terrae sanctae subsidium est concessa. iv id. Aug. a° 3°. ‖ Raynald. l. c. § 25. — »Dum persecutiones validas.«

„ 13 — „ — (23358) (Iohanni) episcopo Polensi concedit potestatem, ut libera administrationis monasterii s. Michaelis ord. s. Ben. Polensis dioc. a Leone monacho in abbatem electo resignatione recepta ipsum eidem monasterio de novo praeficiat in abbatem et ei munus benedictionis impendat. Id. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 108. n° 144; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1290. — »Habet assertio fratris.«

„ 13 — „ — (23359) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Cameracensium. Id. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 168. n° 297. — »Vitae perennis gloria.«

„ 13 — „ — Universitati magistrorum . . . Ulyssiponensium: »Id. Aug. a° 3°«. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 493, *vid.* n° 23356.

„ 18 — „ — (23360) Guardiano et fratribus conventus S. Mariae de Venetiis ord. Minor. Castellan. dioc. concedit licentiam vendendi ante statutum tempus domos et possessiones eis a Palmeria relicta olim Thomae Mudacii laici vidua de Venetiis legatas. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 168. n° 298. — »Exhibita nobis vestra.«

„ 18 — „ — (23361) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. conventus s. Mariae de Venetiis Castellan. dioc. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 299. — »Vitae perennis gloria.«

„ 21 — „ — (23362) (Iohannem) episcopum Pragensem dispensare iubet cum Hebardo de Sirotin et Scolastica nata quondam Sdezlai de Sternenberch, ut in matrimonio contracto, consanguinitate non obstante, remanere possint. xii kal. Sept. a° 3°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 370; *cf.* Palacky Reise 49. n° 390; Erben Reg. Bohem. II. 650. n° 1510. — »Petitio dilecti filii.«

1290.

Aug. 21 ap. Urbem veterem (23363) Stephani archiepiscopi Cassellensis electionem post obitum b. m. David archiepiscopi canonice per decanum et capitulum Cassellensis ecclesiae factam confirmat. xii kal. Sept. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 151. nº 332. — »Militanti ecclesiae disponente.«

• *De eodem argumento* Decano et capitulo Cassellensibus — Clero et populo diocesis Cassellensis — Universis ecclesiae Cass. vassallis — Universis ecclesiae Cass. suffraganeis — Regi Angliae.

„ 23 „ (23364) Abbatissae et conventui monasterii de Scalalapidis s. Mariae ord. s. Clarae Cracoviens. dioc. indulget, ut nulli decimas de possessionibus suis solvere teneantur. x kal. Sept. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 539. nº 46; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 170. nº 301; Theiner Mon. Polon. I. 102. nº 186. — »Volentes vobis quae.«

„ 23 „ (23365) Priori Praedic. et ministro Minor. provincialibus in marchia Anconitana mandat, ut crucesignatos Castri Fabriani Camerin. dioc. a transfretatione in Terrae sanctae succursum subsistere faciant usque ad apostolicae sedis beneplacitum voluntatis. x kal. Sept. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 169. nº 300. — »Volentes dudum ac.«

„ 23 „ (23366) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Paduanorum in honorem b. Antonii dedicata. x kal. Sept. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 170. nº 302. — »Licet is de.«

„ 23 „ (23367) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Cumanorum. x kal. Sept. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 171. nº 303. — »Vitae perennis gloria.«

„ 23 „ (23368) Reginaldo abbati S. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. concedit, ut, quotiens diebus solemnibus in pontificalibus missarum solemnia celebret, omnibus qui devotionis causa huiusmodi solemniis interfuerint, indulgentiam 20 dierum largiatur. x kal. Sept. aº 3º. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 618. — »Ut populus tuae.«

„ 23 „ (23369) Abbati monasterii Scotorum in Vienna Pataviens. dioc. mandat, ut iudicium faciat inter priorissam conventumque monasterii s. Mariae de insula Danubii ord. s. Aug. secundum instituta et sub cura fratrum ord. Praed. viventes et Lodomirum archiepiscopum Strigoniensem super quodam redditu, tributo vulgariter nuncupato, et rebus aliis litigantes. x kal. Sept. aº 3º. ‖ Fejér Cod. dipl. VI. i. 131. — »Conquestae sunt nobis.«

„ 23 „ (23370) Indulgentia pro ecclesia fratrum Minorum de Venetiis in honore B. Mariae V. constructa. x kal. Sept. aº 3º. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VI. 306, *perperam ad* a. 1280. — »Vitae perennis gloria.«

„ 23 „ • (23371) Monasterii Einsidlensis libertates, privilegia et exemptiones saecularium exactionum confirmat. x kal. Sept. aº 3º. ‖ Morel Regest. von Einsiedeln 14. nº 116, *perperam ad* a. 1291. Aug. 22.

„ 26 „ (23372) Theodorico episcopo Cerviensi concedit, ut salis ex salinis propriis usque Bononiam sine pedagii et gabellae exactione deferri facere possit quantitatem, cuius valor apud civitatem Cerviensem summam 40 librarum parvorum Turonensium non excedat. vii kal. Sept. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 308. nº 427. — »Habet tue fraternitatis.«

„ 30 „ (23373) Episcopo Recanatensi scribit de restitutione cathedralis ecclesiae et diocesis Recanatensis eiusque iuribus. iii kal. Sept. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 309. nº 479. — »Apostolice sedis circumspecta.«

Sept. 1 „ (23374) (Petro) episcopo Arusiensi mandat, dispenset cum Iohanne dicto Esre et Inga filia sororis Stigoti Andreae, ut non obstante publicae honestatis iustitia matrimonium invicem contrahere possint. Kal. Sept. aº 3º. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. i. 50. nº 55; Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 390. nº 74. — »Exposita nobis dilecti.«

„ 1 „ (23375) Indulgentia pro ecclesia monasterii de Collazone ord. s. Clarae Tudertin. dioc. Kal. Sept. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 171. nº 304. — »Vitae perennis gloria.«

„ 1 „ • (23376) Indulgentia pro ecclesiis fr. ord. Minor. de Compendio Suessionens. dioc. et Donecastrensium Eboracens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. nº 305.

„ 2 „ (23377) Magistros Iohannem de Vasconia et Aubertum de Marla canonicos Laudunenses in controversia inter fratres Minores Laudunenses et conventum monasterii s. Iohannis Laudun. ord. s. Ben. vertente circa aedificandam domum iudices constituit. iv non. Sept. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 539. nº 47; Sbaralea l. c. nº 306. — »Petitio dilectorum filiorum.«

„ 3 „ (23378) (Annae) abbatissae et conventui monasterii Romariensis ord. s. Ben. Tullens. dioc. indulget, ut ex presbyteris monasterii beneficiatis possint sibi eligere confessores. iii non. Sept. aº 3º. ‖ A. Guinot Étude histor. sur l'abbaye de Remiremont (Paris 1859. 8º) 402. — »Qui salutem et.«

„ 4 „ (23379) Lamberto episcopo Veglensi concedit facultatem absolvendi nonnullos clericos concubinarios, proviso ut prorsus a se abiiciant concubinas et de his minime resumendis praestent idoneam cautionem. ii non. Sept. aº 3º. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 108. nº 145. — »Ex parte tua.«

1290.

Sept. 5 ap. Urbem veterem (23380) Indulgentia pro ecclesia s. Albani Namurci Leodiens. dioc. Non. Sept. aº 3º. Miraei Opp. dipl. IV. 44, *ubi* aº 1279 *male donatur.* — »Vitae perennis gloria.«

„ 5 „ (23381) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Laudunensium. Non. Sept. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 173. nº 307. — »Vitae perennis gloria.«

„ 5 „ (23382) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Rhemensium. Non. Sept. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 308. — »Vitae perennis gloria.«

„ 6 „ (23383) Consilio et communi Castri s. Elpidii Firman. dioc. concedit, ut potestates et alios officiales sibi eligere possint sub annuo 100 libr. Ravennat. censu Romanae ecclesiae solvendo. viii id. Sept. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 310. nº 480. — »Reducentes ad benigne.«

„ 7 „ (23384) B(enevenutum) episcopum Eugubinum apostolicae sedis legatum fiducialiter ad regnum Ungariae destinatum rogat, ut de statu ipsius regni ac eius circumstantiis et conditionibus et qualiter in melius dirigi et salubri regimine valeat gubernari, fideliter plene et sollicite informetur, et sedes apostolica tam per eum quam per archiepiscopos, episcopos et nobiles de eisdem rebus certificata tandem et plenius instructa circa regnum ipsum eiusque statum possit utilius providere. vii id. Sept. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 366. nº 588; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 6. — »Etsi Romana ecclesia.«

„ 8 „ (23385) Universos archiepiscopos, episcopos et electos, abbates et alios ecclesiarum praelatos per regnum Ungariae constitutos de superiore epistola certiores facit eosque rogat, ut legato assistant eidem circa praemissa consiliis et auxiliis. vi id. Sept. aº 3º. Theiner l. c. 367 in nº 588; Mon. Hung. hist. l. c. 8. — »Etsi Romana ecclesia.«

• *In eundem modum* Duces, marchiones, comites, barones ac universos Christifideles per regnum Ungariae constitutos.

„ 9 „ (23386) Rudolphum regem Romanorum rogat et hortatur, ut Benevenuto episcopo Eugubino in regnum Hungariae *etc.* destinato sedis apostolicae legato, ne post obitum (Ladislai) regis Hungariae religio christiana per Tartaros aliosque paganos haereticosque detrimentum patiatur, consilium et favorem praebeat. v id. Sept. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 42; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 173. nº 311; Fejér Cod. dipl. VI. i. 60; Theiner l. c. 367. nº 589. — »Considerantes attentius eximiae.«

„ 9 „ (23387) B(enevenuto) episcopo Eugubino apostolicae sedis legato E(lisabetham) reginam Ungariae natam cl. mem. Caroli regis Siciliae commendat. v id. Sept. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 368. nº 590; Mon. Hung. hist. l. c. 10. — »Cum te ad.« *Cf.* nº 23502.

• *In eundem modum* Archiepiscopo Strigoniensi.

„ 9 „ (23388) E(lisabethae) reginae Ungariae significat, se eam B(enevenuto) episcopo Eugubino legato ac etiam Strigoniensi archiepiscopo propensius commendare. Rogat eam et hortatur, ut ad legatum et archiepiscopum supradictos in suis recurrat opportunitatibus confidenter. v id. Sept. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 369. nº 591; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 9. — »Nuper ad nostrum.« *Cf.* nº 23503.

„ 9 „ (23389) (Stephano) archiepiscopo Cassellensi committit et mandat, dispenset cum Waltero dicto Letyng et Dionisia filia David dicti Machatwyl, ut impedimento affinitatis non obstante possint in matrimonio licite remanere. v id. Sept. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 152. nº 334. — »Petitio dilecti filii.«

„ 9 „ (23390) Archiepiscopo Dublinensi mandat, ut archidiaconatum Glandensem in ecclesia Dublinensi per promotionem Stephani archiepiscopi Cassellensis ad praesens vacantem alicui discreto viro de partibus Yberniae oriundo conferat et assignet. v id. Sept. aº 3º. ‖ Theiner l. c. nº 333. — »Cum archidiaconatus Glandensis.«

„ 9 „ (23391) Fratribus Minoribus inquisitoribus haeret. pravit. in Romana provincia mandat, ut contra illos, qui ad lumen fidei christianae conversi ad Iudaicam reversi sunt perfidiam, et illos qui se ad ritum Iudaicum transtulerunt, procedant. v id. Sept. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 234; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 173. nº 310. — »Turbato corde audivimus.«

„ 9 „ (23392) (Thomae) episcopo et capitulo Wratislaviensibus factam pro damnis ecclesiae Wratislaviensi irrogatis recompensationem, qua Henricus dux Slesiae, Cracoviae et Sandomiriae omnibus oppidis, vicis et villis, possessionibus et praediis tam rusticis quam urbanis ad dictam ecclesiam spectantibus dedit et concessit, prout spectabat ad eum, puram perfectam et integram libertatem, et ea omnia et singula, et specialiter ac nominatim terram Nizensem [Neisse] et Ocmuchoviensem [Ottmachau] necnon et alia ecclesiastica bona infra Wratislaviensem diocesim constituta et ad praedictam ecclesiam pertinentia ab omnibus servitiis Theotonici ac Polonici iuris, et ab omnibus angariis et perangariis *etc.* exemit penitus et liberavit; qua dominium, iurisdictionem et potestatem, quae ius ducale in oppidis, vicis, villis *etc.* supradictis contingebant, eidem ecclesiae contulit *etc.*, confirmat, insertis eiusdem ducis litteris (d. d. 1290. Iun. 23).

1290.

v id. Sept. a° 3°. ‖ Stenzel Urk. zur Gesch. d. Bisth. Breslau 257. n° 253; Theiner Mon. Polon. I. 102. n° 187; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 44. — »Cum a nobis.«

Sept. 9 ap. Urbem veterem (23393) (Conrado) praeposito ecclesiae Constanciensis mandat, compellat per censuram ecclesiasticam clericos, comites, barones et alios laicos Argentinensium, Constanciensium et Basiliensium civitatum et diocesium, qui domos, vineas, villas *etc.* sub annuo censu vel redditu ab abbatissa et conventu monasterii de Gunterstal Cisterc. ord. Constanc. dioc. tenent, ut eisdem censum vel redditum integre exhibeant. v id. Sept. a° 3°. Mone Zeitschr. XI. 245. — »Significarunt nobis abbatissa.«

„ 9 „ (23394) Indulgentia pro ecclesia domus b. Mariae de Burgo s. Sepulcri ord. s. Aug. v id. Sept. a° 3°. ‖ Gianii Ann. I. 174. — »Gloriosus Deus in.«

„ 11 „ (23395) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Saxoferrato Nucerin. dioc. III id. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 174. n° 312. — »Vitae perennis gloria.«

„ 11 „ * (23396) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Serra s. Quirici Camerin. dioc. Sbaralea l. c. n° 313.

„ 12 („) * (23397) Componit quaedam dissidia circa iurisdictionem civitatis et ecclesiae Lugdunensis. ‖ Montfalcon Lugdunens. monum. 441.

„ 13 „ (23398) B(enevenuto) episcopo Eugubino apostolicae sedis legato mandat, inquirat, utrum (Ladislaus) rex Ungariae, qui vesanis adhaesisse consiliis et a catholicae fidei recta semita gressibus ruinosis exorbitans et in devium erroris dilapsus dicatur, dum adhuc viveret, ad cor reversus mortis suae tempore fidem tenuerit catholicam et servaverit; porro, utrum rex decesserit tamquam catholicus christianus, quidve super his sciant, credant et teneant praelati et religiosi, magnates et clerus ac populus dicti regni. Id. Sept. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 369. n° 592; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. II. — »Dudum fidedignis relatibus.«

„ 13 „ (23399) Universis Christifidelibus, cum magistrum Albertum de Grundula canonicum Lucanum scriptorem suum in regnum Franciae necnon ad partes Burgundiae ac Provinciae *etc.* pro colligendis censibus et aliis ecclesiae Romanae debitis destinet, census et nomina personarum et locorum ipsorum, sicut in registris eiusdem Romanae ecclesiae continentur, sub bulla sua notificat. Id. Sept. a° 3°. ‖ Martene Ampl. collect. II. 1301. — »Cum dilectum filium.«

„ 13 „ (23400) Abbati et conventui monasterii de Lundores ord. s. Ben. S. Andreae dioc. innovat privilegium eis a Coelestino pp. (III) concessum et datum »Laterani VIII id. Mart. a° 4°«, quia incipiebat nimia vetustate consumi. Id. Sept. a° 3°. Theiner Mon. Hibern. 153. n° 335. — »Privilegium quod felicis.«

„ 13 „ * (23401) Indulgentia pro ecclesiis fr. ord. Minor. Noviomensium, de S. Quintino Noviom. dioc. et Hisdinensium Morinens. dioc. Id. Sept. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 174. n° 314.

„ 13 „ (23402) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Tudertinorum. Id. Sept. a° 3°. Sbaralea l. c. 175. n° 315. — »Cum ad promerenda.«

„ 13 „ (23403) Lamberto episcopo Veglensi indulget, ut in monasteriis monialium s. Clarae ac aliorum ordinum celebrare et praedicare valeat. Id. Sept. a° 3°. Sbaralea l. c. n° 316. — »Devotionis tuae promeretur.«

„ 17 „ (23404) E(duardum) regem Angliae, qui comprehendere mente non poterat, »quod nonnullae collationes et executiones earum in Angliae regni partibus auctoritate apostolica publicatae de nostra conscientia emanassent« — praebendam enim unam in Eboracensi et aliam in Lincolniensi ecclesiis basilicae s. Petri et hospitali s. Spiritus in Saxia de Urbe apostolica sedes distincte contulerat — hortatur, ut ei »tam pia tamque laudabilis et Deo grata praebendarum collatio praedictarum pro divina et eiusdem sedis reverentia non molesta seu gravis, sed placita ac accepta sit.« XV kal. Oct. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. III. append. 57; Rymer Foed. I. III. 75; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 36. — »Regine celsitudinis litteras.«

„ 17 „ (23405) Henricum ex ordine Minorum loco Leonardi plebani S. Eustachii de Venetiis electi a patriarcha Gradensi ex vi compromissi episcopum Clugiensem constituit. XV kal. Oct. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 541. n° 48; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 175. n° 317; Cornelius Eccles. Venet. II. 389. — »Ex susceptae voluntatis.«

„ 17 „ (23406) Indulgentia pro ecclesia conventus B. Mariae V. de Monte Carmeli de Trapano Mazariensi. XV kal. Oct. a° 3°. ‖ Bullar. Carmel. I. 526. n° 2. — »Vitae perennis gloria.«

„ 17 „ (23407) Indulgentia pro ecclesia monasterii s. Iohannis bapt. Bergensis ord. s. Aug. XV kal. Oct. a° 3°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 129; Lange Dipl. Norveg. I. I. 28. n° 30, *ubi* a° 1291 *perperam adscripta.* — »Uite perennis gloria.«

„ 17 „ (23408) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Bisuntinorum. XV kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 176. n° 318. — »Vitae perennis gloria.«

1290.

Sept. 17 ap. Urbem veterem * (23409) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Cadomensium Baiocens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 319.

„ 20 „ * (23410) Fratribus Minoribus inquisitoribus haereticae pravitatis in Romana provincia concedit facultatem absolvendi ab excommunicationis vinculo illos, qui in pravitatem huiusmodi inciderunt. XII kal. Oct. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 206; Sbaralea l. c. n° 329. — »Cum sicut ex.«

„ 22 „ (23411) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Silvanectensium. X kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 177. n° 321. — »Vitae perennis gloria.«

„ 24 „ (23412) Agneti uxori Iohannis domini de Montefalconis Bisuntin. dioc. indulget, ut Cisterc. Claraevall. de Bellavalle, de Caritate et de Gratia Dei Cisterc. ord. ac s. Clarae de Bisuntio monasteria Lingonens. et Bisuntin. civitatum et dioec. bis in anno intrare valeat *etc.* VIII kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 322. — »Ex tuae devotionis.«

„ 24 „ (23413) Episcopo Arthfertensi committit, dispenset cum Donchuch iuvene dicto Marbarchy et Eva filia Thomae filii David quarto consanguinitatis gradu coniunctis, ut in matrimonio licite remanere valeant. VIII kal. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 154. n° 336. — »Petitio dilecti filii.«

„ 24 „ (23414) Episcopo Lismorensi mandat, ut cum Lobi Onel eiusque uxore Derwogul nata Mahilwin Osegyth super matrimonio dispenset. VIII kal. Oct. a° 3°. ‖ Theiner l. c. n° 337. — »Petitio dilecti filii.«

„ 26 „ (23415) Compositionem inter abbatem conventumque monasterii Fossae Novae Cisterc. ord. Terracin. dioc. ex parte una et (Leonardum) archiepiscopum capitulumque Panormitanos ex altera super ecclesia s. Nicolai de Gurguro ac eius pertinentiis factam ad instar Innocentii V pp. confirmat. VI kal. Oct. a° 3°. ‖ Mongitore Bullae 117. — »Ea quae iudicio.«

„ 27 „ (23416) Iohanni de Columna senatori Urbis mandat, inhibeat ad certas et graves poenas Laurentio de Candulfis militi, Anibaldo et Petro filiis Trasmundi eorumque filiis et nepotibus et nonnullis aliis Anibaldensium, qui civitatem Terracinensem perturbare ac habitatores ipsius, quominus in territoriis eiusdem civitatis et in Maritima terras suas laborare ac bestias ibidem tenere possint, impedire nituntur, ut ab huiusmodi impedimentis et molestiis dictorum civium penitus conquiescant. V kal. Oct. a° 3°. ‖ Contator Histor. Terracin. 207, *perperam tributa* Nicolao III; Vitale Senatori di Roma 199. — »Dudum tibi scripsisse.«

„ 27 „ (23417) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Auriensium. V kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 177. n° 323. — »Loca sanctorum omnium.«

„ 28 „ (23418) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Parmensibus mandat, ut cum Iacopino filio Bartholini de Cornazano et Leiarda filia Guidonis de Corrigia civibus Parmensibus ad contrahendum matrimonium dispensent. IV kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 324. — »Petitio dilecti filii.«

„ 29 „ (23419) Repetit n° 23045 d. d. 1289. Aug. 18: »III kal. Oct. a° 3°« — »Quanto studiosius devota.« ‖ Sbaralea l. c. 178. n° 325.

„ 29 „ (23420) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Veglensium. III kal. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 326. — »Vitae perennis gloria.«

Oct. 3 „ (23421) Fratribus Minoribus inquisitoribus haeret. pravit. in Romana provincia praescribit, qualiter bona haereticorum dividenda sint. V non. Oct. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 235; Sbaralea l. c. 179. n° 327. — »Habet vestrae devotionis.«

„ 4 „ (23422) Agapito de Columpna marchiae Anconitanae vicario mandat, curet ne homines Castri s. Victoriae Firman. dioc. ab eius officialibus molestentur, et ut syndicus et sex homines de melioribus dicti castri, quos Iacobus de Fulginco iudex in eadem marchia in palatio communis Montis Ulmi incarceratos detineat, pristinae restituantur libertati. IV non. Oct. a° 3°. ‖ Colucci Antichità Picene XXIX. cod. dipl. 133. n° 75. — »Ex parte universitatis.«

„ 4 „ (23423) Magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis Ierosol. concedit, ut ad praestationem procurationum, quas Nicolaus patriarcha Ierosolimitanus apostolicae sedis legatus in terris suae legationi subiectis exigere possit in pecunia numerata, minime teneantur. IV non. Oct. a° 3°. ‖ Pauli Cod. dipl. I. 280. n° 16. — »Pridem venerabili fratri.«

„ 6 „ (23424) Indulgentia pro ecclesia sororum S. Stephani in Burgo Suessan. ord. s. Clarae. II non. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 179. n° 328. — »Splendor paternae gloriae.«

„ 7 „ (23425) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Mimatensium. Non. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 329. — »Cum ad promerenda.«

„ 7 „ (23426) Abbatissae et sororibus monasterii s. Laurentii inter vineas Urbevetanis ord. s. Clarae indulget, ut fructus et proventus possessionum, quas monasterium ipsum in

1290.

		districtu Vallis Lacus habet, iuxta suum arbitrium ad coenobium deferri faciant. Non. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 180. n° 330. — »Religionis vestrae favor.«
Oct. 7	ap. Urbem veterem	(23427) Indulgentia pro ecclesia Stavangrensi in honore s. Swithuni constructa. Non. Oct. a° 3°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. 1. 51. n° 56. — »Licet is de.«
» 7	»	(23428) Episcopo S. Andreae mandat, ut de perversis Henrici abbatis monasterii de Avirbrech ord. s. Ben. suae diocesis actis inquirat et monasterium reformet. Non. Oct. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 155. n° 338. — »Pastoralis officii cura.«
» 10	»	(23429) (Nicolao) patriarchae Hierosolymitano mandat, ut domum, quam hactenus fratres Poenitentiae Iesu Christi habuerunt, fratribus Eremitarum ord. s. Aug. pro pretio competenti vendat. VI id. Oct. a° 3°. ‖ Empoli Bullar. 262. — »Ad fratres Eremitarum.«
» 10	»	(23430) (Iacobo) episcopo, primicerio, decano, capitulo totique clero civitatis et diocesis Virdunensis indulget, ut, si pro negotio regni Aragoniae de cetero decimas vel alia quaecunque onera clero regni Franciae per sedem apostolicam contingat imponi, ea cum clero ipso solvere vel proferre minime teneantur nec ad id compelli possint per litteras apostolicas de hoc indulto non facientes plenam mentionem. VI id. Oct. a° 3°. ‖ Wassebourg Antiq. de la Gaule Belgicque II. 391. — »Devotionis vestrae precibus.«
» 15	»	(23431) (Nicolaum) patriarcham Ierosolymitanum apostolicae sedis legatum, B. episcopum Tripolitanum, Almaricum natum cl. mem. (Hugonis) regis Cypri dominum Tyri, militiae Templi, hospitalis s. Iohannis et s. Mariae Theutonic. Ierosol. magistros, Iohannem de Grillo capitaneum gentis (Philippi) regis Franciae in partibus Terrae sanctae ac bailum Venetorum et consules Venetorum in Accon sollicitat, ut circa sedulam Terrae sanctae custodiam insistant. Id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 180. n° 331. — »Solitae benignitatis affectu.«
» 15	»	(23432) (Gerardino) episcopo Humanatensi concedit facultatem condendi testamentum. Id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 181. n° 332. — »Quia praesentis vitae.«
» 15	»	(23433) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Varisio Mediolan. dioc. Id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 333. — »Splendor paternae gloriae.«
» 15	»	(23434) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Gallerate Mediolan. dioc. Id. Oct. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 334. — »Vitae perennis gloria.«
» 15	»	* (23435) Indulgentia pro ecclesiis fr. ord. Minor. Yporiensium et de Scardeburgo Eboracens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 335.
» 18	»	(23436) Universis Christifidelibus per Senensem, Aretinam et Clusinam dioceses constitutis pro fabrica ecclesiae novae fr. ord. Minor. Montis Policiani Aretin. dioc. subsidia erogantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum promittit. XV kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 337. — »Quoniam ut ait.«
» 18	»	(23437) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Castri Plebis Clusin. dioc. XV kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 182. n° 338. — »Vitae perennis gloria.«
» 19	»	(23438) (Obizzoni) patriarchae Antiocheno administratori ecclesiae Ianuensis mandat, ut sororibus domus s. Margharitae de Gratia de Costa Granarolii prope Ianuam adhuc alicui observantiae regulari non adstrictis ordinem s. Clarae concedat. XIV kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 339. — »Ex parte dilectarum.«
» 20	(»)	(23439) B. episcopo Tripolitano, cui pridem super 20 galeis apud Venetias armis *etc.* muniendis solicitudinem commisit (*cf.* n° 23078), scribit, se mirari, quod illae minus sufficienter munitae fuerunt armis *etc.*, adeo quod cum ad civitatem Acconensem pervenissent, vix 13 vel paulo plures galeae armari potuerunt defectu non modico in eis armorum et praecipue ballistarum. Mandat ei, ut super praemissis sibi citissime rescribat veritatem. XIII kal. Nov. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 8. — »Gerentes cordi negotium.«
» 23	»	(23440) Petro Bardulii de ordine Minorum ad partes ultramarinas pro fidei negotio destinato concedit, ut 4 vel 6 fratres sui ordinis secum ducere possit. X kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 183. n° 340. — »Cum te ad.«
» 23	»	(23441) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Zamorensium. X kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 341. — »Vitae perennis gloria.«
» 23	»	(23442) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Figiaco Cadurc. dioc. X kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 342. — »Splendor paternae gloriae.«
» 25	»	(23443) Beatrici relictae quondam Henrici comitis Lucemburgensis indulget, ut Aureae Vallis, Vallis s. Lamberti, Alnen., Camberonen., de Hymorede et monialium s. Clarae de Luccemburg Cisterc. et s. Clarae ordd. Treverens., Leodiens. et Cameracens. dioce. ac etiam monialium s. Clarae de Metis ord. s. Clarae monasteria cum 5 matronis bis in anno ingredi valeat. VIII kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 184. n° 343. — »Gratificari volentes benignius.«

1290.

Oct. 28	ap. Urbem veterem	(23444) Consilio et communi castri Montis Elperi Firman. dioc. concedit, ut potestates et alios officiales cum facultate iustitiam in criminalibus et civilibus exercendi, certis casibus exceptis, sibi eligere possint sub annuo censu ecclesiae Romanae solvendo. V kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 311. n° 482. — »Sincere devotionis affectus.« * Idem concedit aliis civitatibus nominatim expressis ap. Theiner l. c. 312.
» 29	»	(23445) Consilio et communi castri Montis s. Martini Firman. dioc. concedit facultatem, quamdiu perstiterint in fidelitate Romanae ecclesiae, eligendi assumendi et habendi annis singulis in perpetuum potestates et officiales quos voluerint. IV kal. Nov. a° 3°. ‖ Colucci Antich. Picene XXIX. app. 8. n° 4. — »Sincere devotionis affectus.«
» 29	»	(23446) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Terdonensium. IV kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 184. n° 344. — »Cum ad promerenda.«
» 30	»	(23447) Priori Cartusiae et universis prioribus et fratribus Cartusiens. ord. concedit facultatem utendi de cetero privilegiis et indulgentiis ordini a Romanis pontificibus concessis, quibus propter simplicitatem *etc.* usi non fuerint temporibus retroactis. III kal. Nov. a° 3°. ‖ Tromby Storia VI. app. 16. n° 14. — »Cum sicut ex.«
» 31	»	(23448) Ecclesiam s. Thomae in Formis de Urbe visitantibus certis diebus indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. II kal. Nov. a° 3°. ‖ Bullar. Vatic. I. 221. — »Loca sanctorum omnium.«
Nov. 1	»	(23449) Confirmat iteratque constitutionem Alexandri et Clementis IV contra detinentes apostatas ordinis Minorum aut illis faventes. Kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 184. n° 345. — »Cum sicut ex.«
» 2	»	(23450) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Anagninorum. IV non. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 185. n° 346. — »Vitae perennis gloria.«
» 3	»	(23451) (Gerardo) episcopo Spoletano mandat, ne a fratribus hospitalis pauperum leprosorum s. Lazari de Valencellis per b. Franciscum constructi quidpiam pecuniae exigat. III non. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 347. — »Quia nobis dilecti.«
» 3	»	(23452) Episcopo Tarvisino, archidiacono Tarvisino ac priori S. Sophiae Paduae mandat, ut in controversiis monasterii s. Salvatoris ord. s Aug. et ecclesiae s. Bartholomaei de Venetiis de quibusdam parochialibus iuribus litigantium decernant, quod iustum fuerit. III non. Nov. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XIV. 147. — »Sua nobis plebanus.«
» 5	»	(23453) Beatrici comitissae Averniae indulget, ut quater in anno aliquot monasteria Cisterc., Praedic. et s. Clarae ordinum ingredi possit. Non. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 186. n° 348. — »Ex tuae devotionis.«
» 5	»	(23454) Blanchae uxori Christophori primogeniti R(oberti) comitis Atrebatensis idem concedit. Non. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 349. — »Ut erga sedem.«
» 5	»	(23455) Dilectis filiis Maceratae, Firmanae et Camerinensis diocesum concedit facultatem, quamdiu perstiterint in fidelitate Romanae ecclesiae, eligendi, assumendi et habendi annis singulis in perpetuum potestates et officiales alios quos voluerint. Non. Nov. a° 3°. ‖ Compagnoni La Reggia Picena I. 151. — »Sincerae devotionis affectus.«
» 5	»	(23456) Consilio et communi terrae s. Genesii Camerin. dioc. concedit facultatem eligendi et habendi annis singulis in perpetuum potestates et officiales alios, quos voluerint de ecclesiae Romanae fidelibus. Non. Nov. a° 3°. ‖ Colucci Antichità Picene XIX. app. 49. n° 40. — »Sincere devotionis affectus.«
» 8	»	(23457) Magistro et fratribus ord. Praedic. declarationem Clementis pp. IV (d. d. 22. Febr. 1266), eos in temporalibus bonis posse succedere et bonorum ipsorum possessionem apprehendere, confirmat et universas interdicti, suspensionis et excommunicationis sententias, quas contra praesentis declarationis tenorem per quemcunque ferri contigerit, decernit irritas et inanes. VI id. Nov. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 30. — »Cum olim ex.«
» 9	»	(23458) (Laurentio) patriarchae Gradensi mandat, ut Henrico ord. Minor., quem Clugiensi ecclesiae praefecerit in episcopum de apostolicae plenitudine potestatis, munus consecrationis impendat. V id. Nov. n° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 187. n° 350. — »Nuper de dilecto.«
» 9	»	(23159) Abbatissae et conventui sororum Minorum inclusarum monasterii de Alarico Auriens. dioc. regulam vivendique formam ab aliis Clarissis observatam concedit. V id. Nov. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 351. — »Cum omnis vera.«
» 10	(»)	* (23460) Rogerum episcopum Strongylensem transfert ad Rapollanam ecclesiam. IV id. Nov. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 521.
» 13	»	(23461) Magistrum et fratres domus leprosorum de Valencellis privilegio munit. Id. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 188. n° 352. — »Cum a nobis.«

		1290.
Nov. 13	ap. Urbem veterem	(23462) Custodi et fratribus hospitalis leprosorum s. Lazari de Valencellis ord. Minor. Spoletan. dioc. indulget, ut ad praestationem procurationum legatorum sedis apostolicae *etc.* minime teneantur. Id. Nov. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 542. n° 49; Sbaralea l. c. n° 353. — »Paupertati vestrae quam.«
" 17	(")	° (23463) Adam de Dusiaco Carnotensem canonicum ad archiepiscopalem Cusentinam dignitatem vocat. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 220.
" 17	"	° (23464) Universis Christifidelibus, qui ecclesiam cathedralem Carcassonensem in festo et in octava ss. Nazarii et Celsi eiusdem patronorum visitaverint, indulgentiam unius anni et 40 dierum concedit. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ De Vic Chron. episcop. Carcasson. 111; Mahul Cartul. V. 561.
" 18	"	(23465) Constitutio contra coniurationes, colligationes *etc.* in praeiudicium tranquillitatis et pacis publicae in terris ecclesiae ineundas. xiv kal. Dec. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 26; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 313. n° 483; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 105. n° 8. — »Solent coniurationes.«
" 18	Urbeveteri in ecclesia Urbevetana	(23466) Iacobum Alfonsi Aragonii fratrem, qui relictam a patre Siciliae tyrannidem corripuerat, et Siculos monet, ut infra kalendas mensis Aprilis proximo venturi ad ecclesiae mandata redeant; alioquin contra eos spiritualiter et temporaliter procedet. »In festo dedicationis basilicae Principis apostolorum de Urbe a° 3°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 23, *non integra.* — »Intendentes adhuc de.«
" 18	"	(23467) Guidonem Montisferetri comitem, qui plura olim in Flaminiam mala invexerat ac Pisis apostolicae sedis studiosos oppresserat, excommunicationis sententia innodat Pisasque, ni ille magistratu submoveatur, sacrorum usu interdicit. »In festo dedic. basil. Principis apost. de Urbe a° 3°.« ‖ Raynald. l. c. § 27, *omisso exordio.*
" 18	ap. Urbem veterem	(23468) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Salinensium Bisuntin. dioc. xiv kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 188. n° 354. — »Vitae perennis gloria.«
" 18	"	° (23469) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Ledonensium eiusd. dioc. xiv kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 355.
" 19	"	(23470) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Eboracensium. xiii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 356. — »Loca sanctorum.«
" 19	"	° (23471) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Londinensium. xiii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 189. n° 357.
" 20	"	(23472) Archiepiscopo Senonensi concedit potestatem, ut locum fratribus ord. Minor. Senonensibus a Dulcia dicta Lagnechiere collatum, ex quo Senonenses archiepiscopi censum 2½ Parisiens. consueverunt percipere annuatim, ab hoc censu liberet vel remissione vel recompensatione. xii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 189. n° 358. — »Significarunt nobis dilecti.«
" 20	"	(23473) Praepositum et capitulum ecclesiae Cameracensis rogat et hortatur, ut fratribus ord. Minor. in civitate Cameracensi concedant licentiam mutandi portam introitus loci sui cum alio loco, qui magis eis aptus videbitur. xii kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 359. — »Quanto studiosius Minorum.«
" 22	"	(23474) Generali, provincialibus ministris ac custodibus universis ord. Minor. potestatem facit instituendi syndicos ac procuratores pro locis et conventibus. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 542. n° 50; Sbaralea l. c. 190. n° 360. — »Religionis favor sub.«
" 22	"	(23475) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Tauro Zamorens. dioc. x kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 361. — »Vitae perennis gloria.«
" 24	"	(23476) Episcopo Hardekadensi committit, dispenset cum Iohanne dicto de Lamare et Iohanna Legrosse tertio consanguinitatis gradu coniunctis, ut in matrimonio licite remanere possint. viii kal. Dec. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 155. n° 339. — »Petitio dilecti filii.«
" 27	"	(23477) Abbatissae et conventui monasterii s. Georgii apud Hallis de Camera s. Mariae Cisterc. ord. Magdeburg. dioc. terras, possessiones et alia bona, quae Ulricus de Amendorff laicus eis contulit, auctoritate apostolica confirmat. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Dreyhaupt Beschreib. des Saal-Creyses I. 776. n° 203. — »Cum a nobis.«
" 27	"	(23478) Abbati saecularis ecclesiae s. Petri Anitiensis, decano Lugdunensis et Iacobo Pagani canonico Insulano Cavallicens. dioc. ecclesiarum mandat, citent archiepiscopum Viennensem ac Valentinensem et Diensem, Vivariensem, Maurianensem, Gebennensem et Gratianopolitanum episcopos, qui in suo provinciali concilio »ediderunt statuta quae sunt honestati contraria et redundant in universitatum et singularum personarum civitatis Diensis praeiudicium et gravamen«, ut infra tres menses compareant coram papa. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 191. n° 362. — »Sua nobis dilecti.«

		1290.
Nov. 27	ap. Urbem veterem	(23479) Angelo ministro fr. ord. Minor. provinciae b. Francisci et priori Praedic. de Perusio mandat, ut Perusinos resipiscentes ab omni excommunicationis vinculo in eos per sedem apostolicam et cardinales promulgatae absolvant. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 192. n° 363. — »Dudum prout in.«
" 27	"	(23480) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Grahan Lincolniens. dioc. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 194. n° 364. — »Vitae perennis gloria.«
" —	Urbe veteri	»Eodem anno (1289, *legas*) 1290 et de mense Novembris pp. Nicholaus posuit primum lapidem in ecclesia Urbevetana.« ‖ Annal. Urbevet. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 271. — »Nos in ipsius ecclesiae fundamento .... primarium lapidem benedictum .... propriis manibus duximus collocandum.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 64.
Dec. 2		(23481) Edwardum regem Angliae rogat et hortatur, ut Andream dudum dictum Zaganum, Bascarellum de Gisulfo civem Ianuensem ac Moracium Argonis regis Tartarorum nuncios benigne recipiat, diligenter audiat quae duxerint proponenda et ad expeditionem celerem eorundem studium impendat sollicitum. iv non. Dec. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 76. — »Cum dilecti filii.«
" 2	"	(23482) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. B. Mariae Novae Neapolitanorum. iv non. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 194. n° 362. — »Splendor paternae gloriae.«
" 2	"	(23483) Abbatissae et conventui maioris monasterii Turonensis ord. s. Ben. mandat, ut guardiano et fratribus domus ord. Minor. Carnotens. quasdam domos ad ipsarum coenobium spectantes pro pretio competenti vendant. iv non. Dec. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 542. n° 51; Sbaralea l. c. n° 366. — »Significarunt nobis dilecti.«
" 5	"	(23484) Philippum regem Franciae rogat et obsecrat, ut custodiam Terrae sanctae promptus et benignus assumat usque ad tempus generalis passagii exercendam. Non. Dec. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1290 § 9; Sbaralea l. c. 195. n° 367. — »Gerentes cordi negotium.«
" 5	"	(23485) Abbati et conventui monasterii Casaemarii providit firmiter inhibens, ne aliqua civitas vel castellum praesumat ab eis sub obtentu cuiuslibet datae sive collectae aliquo tempore quicquam exigere vel eorum monasterium »quod nostram propriam cameram reputamus«, aliquibus exactionibus molestare. Non. Dec. a° 3°. ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 129. — »Quum monasterium vestrum.«
" 5	"	(23486) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. Florentinis mandat, ut summam 40 librarum parv. Turonens., quam Rogerinus de Pilleis miles Florentinus pro satisfactione bonorum ab ipso illicite acquisitorum solvere paratus sit, in pios usus convertant. Non. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 196. n° 368. — »Significavit nobis dilectus.«
" 5	"	(23487) Guardiano et fratribus ord. Minor. Lucanis diffinitivam sententiam, quam pro eis Iacobus S. Mariae in via lata diac. card. iudex delegatus super sepultura apud eos libera promulgavit, confirmat, tenore instrumenti inserto. Non. Dec. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 369. — »Ea quae iudicio.«
" 5	"	° (23488) Mandatum de recuperandis bonis monasterii in Sewen illicite distractis. Non. Dec. a° 3°. ‖ Lang Regesta IV. 472.
" 9	"	(23489) Philippum regem Franciae, qui ad praesens nequaquam assumere volebat Terrae custodiam sanctae, precibus excitat, ut eandem continuandam assumat, ut terra ipsa tanto fulta praesidio ab impugnantium violentis incursibus praeservetur *etc.* v id. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 199. n° 370. — »Pridem celsitudinem regiam.«
" 9	"	(23490) Abbatem Cistercii eiusque coabbates monasteriorum Cisterc. ord. et eorum conventus universos sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem ecclesias, grangias et alia bona eis confirmat. v id. Dec. a° 3°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 35; Meschet Privil. 60; Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. i. 334; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561; UB. für Niedersachsen II. 337. n° 529. — »Plantatus in agro.«
" 9	"	(23491) Eisdem indulget, ut nullus audeat monachos, conversos et personas dicti ordinis fugitivos vel rebelles recipere vel etiam retinere. v id. Dec. a° 3°. ‖ Rossel l. c. 335. — »Religionis vestre meretur.«
" 11	"	(23492) Elisabethae G(uidonis) comitis Flandriae uxori indulget, ut de Werkino Tornacens. dioc. monasterium ord. s. Clarae eiusque claustrum . . . in anno libere possit devotionis causa intrare. iii id. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 200. n° 371. — »Pium arbitramur et.«
" 13	"	(23493) (Michaeli) archiepiscopo Antibarensi mandat, ut cum Matthaeo de Dulcinio diacono, de cuius natalibus dubitetur, cum adhuc infans ante fores ecclesiae s. Iohannis Dulcinensis expositus extitisset, ad presbyteratum et beneficium obtinendum dispenset. Id. Dec. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 108. n° 146. — »Ex parte tua.«
" 13	"	(23494) Monasterium s. Stephani Divionensis ord. s. Aug. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eius libertates et immunitates confirmat. Id.

1290.

Dec. indict. IV. incarn. dom. aº 1290. pont. aº 3º. ‖ Fyot Hist. de l'égl. de St. Etienne de Dijon, preuv 145.

Dec. 13 — ap. Urbem veterem — (23495) Blancae natae cl. mem. Ludovici regis Franciae viduae indulget, ut claustra monasteriorum ord. s. Clarae cum 4 fratribus ord. Minor. et 6 matronis ingredi, quoties ei placuerit, valeat. Id. Dec. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 200. nº 372. — »Ex tuae magnitudinis.« *Cf.* nº 23351.

„ 13 — „ — (23496) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Bernayo Lexoviens. dioc. Id. Dec. aº 3º. Sbaralea l. c. nº 373. — »Vitae perennis gloria.«

„ 13 — „ — (23497) Indulgentia pro ecclesia conventus Venetiarum ord. b. Mariae de Monte Carmeli Castellan. dioc. Id. Dec. aº 3º. ‖ Bullar. Carmel. I. 526. nº 3. — »Vitae perennis gloria.«

„ 13 — — — Episcopo Lausanensi: »Romae ap. S. Mariam maiorem id. Dec. aº 3º«. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 543. nº 52, *vid.* 1289. Dec. 13. nº 23142.

„ 15 — ap. Urbem veterem — (23498) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Aquasparta Tudertin. dioc. XVIII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 201. nº 374. — »Virgo venustissima.«

„ 15 — „ — (23499) Abbati et conventui monasterii Casaemarii et s. Dominici Cisterc. ord. Verulan. et Soran. diocc. confirmat concessionem castri in Sicilia quod Peritium nuncupatur, iussu Alexandri IV pp. eis a fratre Rufino de Placentia ord. Minor. tunc O(ctaviani) S. Mariae in via lata diac. card. in regno Siciliae apostolicae sedis legati vicario a. 1255. Iun. 12 factam. XVIII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 375. — »Sacra vestri ordinis.«

„ 16 — „ — (23500) (Gerardo) episcopo Sabinensi et B(enedicto) S. Nicolai in carcere Tull. diacono card. mandat, ut, si (Philippus) rex Franciae custodiam Terrae sanctae suscepturus certo dignoscatur, nullum de decima ecclesiastica verbum faciant; si autem suscipere eam non possit, ipsam ab eo decimam repetant. XVII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 203. nº 376. — »Rogavimus hactenus sicut.«

„ 18 — „ — (23501) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. Montis Regalis Reatin. dioc. XV kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 377. — »Cum ad promerenda.«

„ 20 — „ — (23502) Iohanni episcopo Acsino, quem ad partes Ungariae specialiter destinat, E(lisabetham) reginam Ungariae viduam Ladizlai regis propensius commendat eique mandat, ut circa illam, dotalitia et alia bona ac iura ipsius manutenendo sollicite et favorabiliter defendendo benigne se gerat. XIII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 371. nº 596. — »Cum te ad.« *Cf.* nº 23387. 23388.

• *In eundem modum* (Lodomerio) archiepiscopo Strigoniensi.

„ 20 — „ — (23503) E(lisabethae) reginae Ungariae de superiore epistola significat eamque hortatur, ut ad episcopum et archiepiscopum supradictos in suis recurrat opportunitatibus confidenter. XIII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 372. nº 597. — »Nuper ad nostrum.«

„ 21 — „ — (23504) Indulgentia pro visitantibus devote altare in honorem b. Frontonis conf. in ecclesia fr. ord. Minor. de Cadomo Baiocens. dioc. erectum. XII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 204. nº 378. — »Splendor paternae gloriae.«

„ 21 — „ — (23505) Indulgentia pro ecclesia fr. ord. Minor. de Pontisera Rothomagens. dioc. XII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 205. nº 379. — »Vitae perennis gloria.«

„ 21 — „ — (23506) Abbatissae et conventui sororum Minorum inclusarum monasterii s. Clarae iuxta Parisius confert regulam monialibus Humilitatis b. Mariae V. prope Parisius ab Alexandro IV concessam et ab Urbano IV correctam. XII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 380. — »Cum omnis vera.«

„ 21 — „ — (23507) Eisdem ordinationem magistri Galieni a (Simone) episcopo Carnotensi ipsis factam confirmat. XII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 381. — »Cum a nobis.«

„ 21 — „ — (23508) Blanchae uxori Eadmundi comitis Leycestriae concedit facultatem, ut monasterium de Pruvino Senonens. dioc. cum 12, et quaelibet monasteria Franciae et Angliae ord. s. Clarae cum 8 matronis devotionis causa intrare valeat. XII kal. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 206. nº 382. — »Excellentiae tuae praeminentia.«

„ 22 — „ — • (23509) Ildebrandum de Romena episcopum Aretinum constituit rectorem Romaniolae. Ait inter alia: »Cum autem .... nuper nob. vir Stephanus de Colompna cui regimen provintie Romaniole ... duximus comitendum, hiis diebus ad civitatem Ravenne accedens, pro ipsius .... statu ad pacem ... reducendo, ab Eustachio et Lamberto de Polenta .... proditionaliter ... captus fuerit et adhuc detineatur carceri mancipatus ....«. ‖ Gregorovius Gesch. der Stadt Rom V. 502. not. 3.

„ 28 — „ — (23510) R(udolfo) regi Romanorum, qui post obitum Ladislai regis Ungariae Alberto duci Austriae nato suo eiusque haeredibus in feudum regnum Ungariae concesserat, significat, se ad eius litteras per Iohannem Aesinum episcopum super hoc negotio responsurum esse, cum praefatum regnum ad Romanam ecclesiam ex causa multiplici per-

1290.

tinere noscatur. V kal. Ianr. aº 3º. ‖ Dobner Monum. II. 371; Katona Hist. crit. VI. 1050; Fejér Cod. dipl. VI. I. 84; Theiner Mon. Hungar. I. 370. nº 593; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 13; *cf. argument.* ap. Fejér l. c. VII. V. 486 (*ubi datum* III kal. Ianr. aº 3º) *et* Palacky Reise 49. nº 391. — »Litteras regias nostro.«

Dec. 31 — ap. Urbem veterem — (23511) Edwardum regem Angliae rogat, ut Saabedin Archaon Argonis regis Tartarorum nuncium benigne recipiat. II kal. Ianr. aº 3º. ‖ Rymer Foed. I. III. 76. — »Cum nobilis vir.«

1291.

Ianr. 1 — „ — (23512) Sororibus poenitentibus s. Mariae Magdalenae religionis habitum et vivendi regulam approbat, quos eis Gregorius pp. IX d. d. 1232. Oct. 23 (*cf.* nº 9025) concessit. Kal. Ianr. aº 3º. ‖ Meklenb. UB. III. 402. — »Gaudete et exultate.«

„ 2 — „ — (23513) Iohannem episcopum Aesinum ad regnum Hungariae mittit eique mandat, ut de statu regni ac eius circumstantiis et conditionibus universis et qualiter in melius dirigi et salubrius possit gubernari, fideliter ac plene se informet, ut sedes apostolica per eum de praemissis certificata tandem plenius et instructa circa praefatum regnum et statum illius valeat efficacius providere. IV non. Ianr. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 45; Katona Hist. crit. VI. 1040; Fejér Cod. dipl. VI. I. 76; Theiner Mon. Hungar. I. 370. nº 594. — »Etsi Romana ecclesia.«

„ 2 — „ — (23514) Eidem praescribit, quae in specie de quondam Ladizlao rege Hungariae nuper sublato de medio inquirenda habeat. IV non. Ianr. aº 3º. ‖ Raynald. l. c. § 46; Katona l. c. 1043; Fejér l. c. 79; Theiner l. c. 371. nº 595. — »Dudum fide dignis.«

„ 2 — „ — (23515) Eidem mandat, ut, cum ad partes Ungariae venerit, coram Rudolpho rege Romanorum et A(lberto) duce Austriae expresse manifesteque denunciet, regnum Ungariae ad sedem apostolicam et Romanam ecclesiam ex multiplici causa pertinere, publice protestando, ut nullus iura quaelibet in eodem regno invadere vel usurpare praesumat. IV non. Ianr. aº 3º. ‖ Raynald. l. c. § 47; Katona l. c. 1046; Fejér l. c. 81. — »Nuper ad nostrum.«

„ 2 — „ — (23516) Archiepiscopis et episcopis ac electis, abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis per regnum Ungariae constitutis nunciat, se Iohannem Aesinum episcopum ad praefatum regnum destinare, ut de statu eiusdem *etc.* fideliter informetur *etc.* Rogat eos et hortatur, ut legato consiliis et auxiliis opportunis assistant. IV non. Ianr. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 370 in nº 594; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 38. — »Etsi Romana ecclesia.«

• *In eundem modum* Ducibus, marchionibus, comitibus, banis, baronibus ac universis Christifidelibus per regnum Ungariae constitutis.

„ 2 — „ — (23517) Indulgentiam elargitur pro ecclesia fr. ord. Minor. Senensium. IV non. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 206. nº 383. — »In sanctorum festivitatibus.«

„ 2 — „ — (23518) Mariae reginae Franciae concedit facultatem, ut claustra monasteriorum ord. s. Clarae *etc.* ingredi valeat, quoties ei placuerit. IV non. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 207. nº 384. — »Personam tuam speciali.«

„ 4 — „ — (23519) Priori et fratribus hospitalis Hierosolymit. Parisiensibus mandat, ut abbatissae et conventui monasterii s. Clarae prope Parisius ord. s. Clarae quasdam terras et domos censivas pro sui loci ampliatione vendant. II non. Ianr. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 544. nº 53; Sbaralea l. c. nº 385. — »Super iis quae.«

„ 4 — „ — (23520) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. Armachana. II non. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 208. nº 386. — »Vitae perennis gloria.«

„ 4 — „ — • (23521) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. Cadomensium Baiocens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. nº 387.

„ 5 — „ — (23523) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. Graiacensium Bisuntin. dioc. Non. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 388. — »Vitae perennis gloria.«

„ 13 — „ — (23524) Guidoni comiti Flandriae indulget, ut monasterium sororum de Werkin ord. s. Clarae Tornacens. dioc. cum sex sociis bis in anno ingredi valeat. Id. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 389. — »Ex tuae devotionis.«

„ 13 — „ — (23525) Indulgentiam concedit pro ecclesia sororum ord. s. Clarae Perusina. Id. Ianr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 209. nº 390. — »Vitae perennis gloria.«

„ 13 — „ — • (23526) Indulgentiam donat pro ecclesia fr. ord. Minor. eiusdem civitatis Perusinae. ‖ Sbaralea l. c. nº 391.

„ 13 — („) — • (23527) (Iohannem) episcopum Pragensem dispensare iubet cum Petro Blasii scholari Pragensi, ut defectu auriculae non obstante ad minores ordines promoveri possit. ‖ Palacky Reise 49. nº 395.

„ 18 — „ — (23528) Universis abbatissis et conventibus sororum inclusarum monasteriorum ord. s. Clarae indulget, ut nulli subsidia praestare teneantur. XV kal. Febr. aº 3º. ‖ Wadding

1291.

Ann. Minor. V. 544. nº 54; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 209. nº 392; *cf.* Celse Appar. ad hist. Sveo-Goth. 95. nº 6. — »Quanto studiosius devota.«

Ianr. 18 | ap. Urbem veterem | (23529) Indulgentiam largitur pro ecclesia fr. ord. Minor. de Burgo s. Laurentii de Mugello. xv kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 393. — »Vitae perennis gloria.«

» 23 | » | (23530) Abbati S. Pauli de Urbe concedit, ut testes ad perhibendum testimonium de gestis officialium, quos in locis sui monasterii instituat, cogere per censuram ecclesiasticam possit. x kal. Febr. aº 3º. ‖ Margarini Bull. Casin. I. 40. — »Damnis monasterii tui.«

» 23 | » | (23531) Cambio Lapi Doni canonico saecularis ecclesiae s. Laurentii Florentini indulget, ut quamcunque praebendam in dicta ecclesia vacantem licite recipere possit eamque, quousque 25tum aetatis suae annum exegerit, libere retinere. x kal. Febr. aº 3º. ‖ Lami Eccl. Florent. mon. III. 1802. — »Lecta coram nobis.«

» 23 | » | (23532) Consilio et communi Castri s. Victoriae Firman. dioc. concedit facultatem, quamdiu perstiterint in fidelitate Romanae ecclesiae, eligendi assumendi et habendi annis singulis in perpetuum potestates et officiales quos voluerint. x kal. Febr. aº 3º. ‖ Colucci Antich. Picene XXIX. cod. dipl. 134. nº 76. — »Sincere devotionis affectus.«

» 23 | » | (23533) Indulgentiam elargitur pro ecclesia Clarissarum Tresdensi Nuemburgens. dioc. x kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 209. nº 394.

» 23 | » | * (23534) Indulgentiam concedit pro ecclesia Clarissarum Suselizensi Misnens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. 210. nº 395.

» 23 | » | (23535) Indulgentiam donat pro ecclesia fr. ord. Minor. de Civitate Nova Firman. dioc. x kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 396. — »Vitae perennis gloria.«

» 23 | » | * (23536) Indulgentias impertitur pro ecclesiis fr. ord. Minor. Winzenzelensi Misnens. dioc., Castineani Asculan. dioc. et Montis Florum Firman. dioc. ‖ Sbaralea l. c. nº 397.

» 23 | » | (23537) Dispensat cum Guidone de Marchia presbytero ord. Minor. super defectu natalium, ut possit in susceptis ministrare ordinibus et ad sui ordinis dignitates, officio ministri generalis excepto, assumi. x kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 398. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 28 | » | (23538) Priori Praedic. et guardiano Minor. fr. ordd. Barchinonensibus mandat, ut electionem Guilielmae de Queralto priorissae in abbatissam monasterii s. Petri Barchinonensis ord. s. Ben. examinent et, si canonicam repererint, eam confirment. v kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 211. nº 399. — »Exhibita nobis dilectarum.«

» 28 | » | (23539) Indulgentiam donat pro ecclesia monialium monasterii Humilitatis b. Mariae iuxta Parisius ord. s. Clarae. v kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 212. nº 400. — »Virgo venustissima et.«

» 28 | » | R(udolfo) regi Romanorum: »v kal. Febr. aº 3º«, *vid.* 1290. Dec. 28. nº 23510.

» 29 | » | (23540) Hominibus castri de Ripis Verulan. dioc. quaedam privilegia inserta temporibus Coelestini III et Innocentii III concessa renovat. iv kal. Febr. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 314. nº 485. — »Cum a nobis.«

» 30 | » | (23541) Vicario suo in Urbe mandat, ne Iudaeos de Urbe a christianis indebite molestari permittat. iii kal. Febr. aº 3º. ‖ Theiner l. c. 315. nº 486. — »Orat mater ecclesia.«

» 31 | » | (23542) Iohanni episcopo Aesino, quem ad Ungariae partes solemnem nuncium mittit, praecipit, ut ad personarum ecclesiasticarum et saecularium regni eiusdem notitiam perducere studeat, regnum ipsum ab antiquo etiam ad ecclesiam Romanam pertinere sibique fore obligatum, ut haec iura illaesa et integra eidem ecclesiae in posterum conserventur *etc.* ii kal. Febr. aº 3º. ‖ Dobner Monum. II. 374; Katona Hist. crit. VI. 1012; Fejér Cod. dipl. VI. i. 82; Theiner Mon. Hungar. I. 373. nº 601. — »Quantis ab olim.«

» 31 | » | (23543) R(udolfum) regem Romanorum hortatur, ut iura quaelibet ad sedem apostolicam et Romanam ecclesiam in regno Hungariae spectantia nec invadat, nec occupet, nec usurpet vel aliquid faciat in ecclesiae praeiudicium et gravamen. ii kal. Febr. aº 3º. ‖ Dobner l. c. 371; Katona l. c. 1050; Fejér l. c. 84; Theiner l. c. 372. nº 598; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 48. — »Litteras regias nostro.«

» 31 | » | (23544) Alberto duci Austriae scribit: »R(udolfus) rex Romanorum pater tuus nobis intimavit, quod post obitum Ladislai regis Ungariae tibi et haeredibus tuis de consilio et assensu principum *etc.* regni tui in feudum regnum Ungariae duxerat concedendum.« Hortatur eum, ut iura quaelibet ad ecclesiam Romanam in praedicto spectantia nec occupet nec usurpet. ii kal. Febr. aº 3º. ‖ Dobner l. c. 372; Katona l. c. 1052; Fejér l. c. 95; Theiner l. c. 372. nº 599; *cf.* Raynald. l. c. § 49. — »Carissimus in Christo.«

» 31 | » | (23545) (Lodomerium) archiepiscopum Strigoniensem arguit, quod nec de obitu Ladislai regis Ungariae nec de calamitoso eiusdem regni statu apostolicam sedem informaverit eique intimat, Iohannem Aesinum episcopum a se ablegatum esse, ut curiam Romanam

1291.

super praemissis plene instruere possit. (ii kal. Febr. aº 3º). ‖ Dobner l. c. 377; Katona l. c. 1054; Fejér l. c. 85; Theiner l. c. 374. nº 603; *cf.* Raynald. l. c. § 49. — »Solebat hactenus laudabile.«

Ianr. 31 | ap. Urbem veterem | (23546) (Iohanni) archiepiscopo Colocensi scribit de eodem argumento. (ii kal. Febr. aº 3º). Dobner l. c. 378; Katona l. c. 1057; Fejér l. c. 87; Theiner l. c. 374. nº 604. — »Occurrit nostris sensibus.«

» 31 | » | (23547) Iohannem episcopum Aesinum mittit specialem legatum in Hungariam eo cum mandato, ut, si ipsum contigerit transire per loca, ubi R(udolfus) rex Romanorum et Albertus dux Austriae natus eius vel alter ipsorum fuerint, insimul eis vel disiunctim manifeste denunciet, regnum Hungariae ad ecclesiam Romanam pertinere publice protestans, ut iura quaelibet in regno ad sedem apostolicam et ecclesiam praedictam spectantia usurpare, occupare vel invadere minime praesumant. ii kal. Febr. (*ap. Fejér falso* Romae ap. S. Petrum xiii kal. Iun.) aº 3º. ‖ Dobner l. c. 376; Katona l. c. 1052; Fejér l. c. 96; Theiner l. c. 373. nº 600. — »De tuae probitatis.«

» 31 | » | (23548) Eidem mandat, ut litteras rogatorias et hortatorias, quas ipse ad praelatos et nobiles per regnum Hungariae constitutos dedit ad recipiendum certificationem super statu, conditionibus *etc.* dicti regni, eisdem praesentet. ii kal. Febr. aº 3º. ‖ Dobner l. c. 377; Katona l. c. 1034; Fejér l. c. 97; Theiner l. c. 373. nº 602. — »Licet universis ecclesiarum.«

» 31 | » | (23549) Petro tit. S. Marci presbytero card. committit curam et defensionem primi et secundi ordinis Humiliatorum omniumque membrorum eiusdem. ii kal. Febr. aº 3º. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliat. mon. II. 332. — »De circumspectione ac.«

Febr. 1 | » | (23550) Abbatissa et conventu monasterii s. Clarae de S. Endere (*seu* S. Anderio) ord. s. Clarae Burgens. dioc. postulantibus sepulturam dicti coenobii omnibus liberam esse decernit. Kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 212. nº 401. — »Cum a nobis.«

» 1 | » | (23551) Indulgentiam concedit pro ecclesia monasterii eiusdem. Kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 213. nº 402.

» 1 | » | (23552) Indulgentiam largitur pro ecclesia fr. ord. Minor. Civitatis Novae Firman. dioc. Kal. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 403.

» 2 | » | * (23553) Indulgentiam donat pro ecclesia monasterii s. Forcati Feltrens. dioc. ord. s. Clarae. iv non. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. nº 404.

» 4 | — | Abbati monasterii Tuitiensis Colon. dioc.: »Romae ap. S. Petrum ii non. Febr. aº 3º«. ‖ Ennen Quellen z. Gesch. d. Stadt Köln III. 311. nº 348, *vid.* nº 21675.

» 4 | — | Cymiliarchae ecclesiae Mediolanensis: »Romae ap. S. Petrum ii non. Febr. aº 3º«. ‖ Frisi Mem. stor. di Monza II. 139, *vid.* nº 21674.

» 5 | ap. Urbem veterem | * (23554) Indulgentiam donat pro ecclesia fr. ord. Minor. de Sublacu Tiburtin. dioc. Non. Febr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 213. nº 405.

» 7 | » | * (23555) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. de Clara Tuamens. dioc. vii id. Febr. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 214. nº 406.

» 10 | » | (23556) Magistro Matthaeo canonico Assisinati in spiritualibus marchiae Anconitanae rectori mandat, ut ecclesiam s. Salvatoris de Ripatransonis — quod adeo vicina ecclesiae fr. ord. Minor. existat, ut dicti fratres in divinis officiis *etc.* turbentur — ecclesiae b. Mariae de Valle uniat ac eam ad ipsam transferat *etc.* iv id. Febr. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 214. nº 407. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 10 | (») | * (23557) Salimbenen canonicum Parisiensem per Bernardum Praenestinum et Gerardum Sabinensem episcopos cardinales apostolicae sedis in regno Neapolitano legatos, quibus Capuanum capitulum ad futurum archipraesulem denominandum potestatem dederat, designatum archiepiscopum Capuanum confirmat. iv id. Febr. aº 3º. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 340.

» 11 | » | (23558) Praeposito et capitulo ecclesiae Salzeburgensis, qui Stephanum canonicum Pataviensem natum quondam Henrici comitis palatini Reni ducis Bawariae, patientem in ordinibus et aetate defectum, unanimiter et concorditer in Salzeburgensem archiepiscopum postulaverant, significat, se postulationem non admisisse memoratam, sed Chunradum, qui in commisso ministerio regiminis ecclesiae Laventinae se utiliter et laudabiliter gesserit, Salzeburgensi ecclesiae in archiepiscopum praefecisse. iii id. Febr. aº 3º. ‖ J. E. Kopp Geschichtsblätter a. d. Schweiz I. (Lucern 1854. 8º) 166. — »In ecclesia militanti.«

» 12 | » | (23559) Iohannem professorem ord. Minor. Iadrensi ecclesiae praeficit in archiepiscopum. ii id. Febr. aº 3º. ‖ Farlati Illyr. sacr. V. 85; Wadding Ann. Minor. V. 545. nº 55; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 214. nº 408; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 109. nº 147. — »Ad universalis ecclesiae.«

* *In eundem modum* Capitulo ecclesiae Iadrensis — Clero civitatis et diocesis Iadrensis — Comiti, consiliariis et populo civitatis et diocesis Iadrensis — Universis suffraganeis ecclesiae Iadrensis — (Petro Gradenico) duci Venetorum.

1291.

Febr. 13	ap. Urbem veterem	(23560) Eidem pallium pontificale attribuit eique Iadrensem ecclesiam commendat. Id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 215. n° 409. — »Cum palleum insigne.«
„ 13	„	(23561) Potestati, capitaneo, antianis, populo, consilio et communi civitatis Brixiae mandat, ut statuta, reformationes et ordinationes contra ecclesiasticam libertatem ab eis edita, quae ex nunc revocat, de capitularibus suis abradi et aboleri penitus faciant. Id. Febr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 67. — »Ad audientiam nostram.«
„ 13	„	(23562) B(erardo) episcopo Praenestino apostolicae sedis legato mandat, ut abbatissae et sororibus monasterii Cusentini ord. s. Clarae, quas propter summam egestatem oportuit de coenobio suo recedere, de aliqua summa pecuniae ab aliquibus ecclesiis vel monasteriis in Apulia *etc.*, donec ad praefatum monasterium redire ibique secure morari valeant, faciat annis singulis provideri. Id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 216. n° 410. — »Habet dilectarum in.«
„ 13	„	(23563) Archiepiscopo Armachano, priori Praedic. ac guardiano Minor. ordd. de Ponte Armachan. dioc. mandat, ut quaedam privilegia et indulgentias hospitalis s. Iohannis Dublinensis ord. s. Aug. inspiciant illorumque transcripta ad sedem apostolicam transmittant. Id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 217. n° 411; Theiner Mon. Hibern. 157. n° 344 (*sed* a° 4°). — »Ex parte dilectorum.«
„ 13	„	(23564) Indulgentiam concedit pro ecclesia sororum s. Pauli de Galleto prope urbem Interamnensem ord. s. Clarae. Id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 412. — »Licet is de.«
„ 13	„	(23565) Indulgentiam concedit pro ecclesia sororum monasterii de Alarico Auriens. dioc. ord. s. Clarae. Id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 218. n° 413. — »Licet is de.«
„ 13	„	* (23566) Indulgentiam concedit pro ecclesiis fr. ord. Minor. Cicestrensium et de Vernolio Ebroicens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 414.
„ 13	„	(23567) Abbatissa et conventu monasterii de Alarico ord. s. Clarae Auriens. dioc. petentibus decernit, sepulturam dicti coenobii pro omnibus esse liberam. Id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 415. — »Exigentibus vestrae devotionis.«
„ 13	„	(23568) Blancae uxori Edmundi filii cl. mem. Enrici regis Angliae indulget, ut monasteria s. Clarae ac s. Aug. ordinum in Anglia constituta ter in anno *etc.* possit devotionis causa intrare. Id. Febr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 416. — »Devotionis tuae meretur.«
„ 13	„	(23569) Indulgentiam concedit pro ecclesia domus de Fingiaco ord. b. Mariae de Monte Carmelo Caturcens. dioc. Id. Febr. a° 3°. ‖ Bullar. Carmel. I. 526. n° 4. — »Vitae perennis gloria.«
„ 13	(„)	* (23570) Ludovicum comitem palatinum Rheni et ducem Bavariae hortatur, ut Conrado archiepiscopo de Laventina ecclesia ad Salesburgensem translato faveant. Id. Febr. a° 3°. ‖ Deutinger Beyträge II. 156. n° 42.
„ 15	„	(23571) Indulgentiam elargitur pro ecclesia cathedrali Upsalensi. xv kal. Mart. a° 3°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. I. 90. n° 1012; *cf.* Celse Appar. 95. n° 7. — »Uite perempnis gloria.«
„ 16	„	(23572) Carolo regi Siciliae concedit ad prosequendum negotium regni Siciliae decimam ecclesiasticorum proventuum medietatis civitatis Avinionensis, quae ad eum nuper ex certa causa a Philippo rege Francorum devenit. xiv kal. Mart. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 61. — »Ex parte tua.«
„ 18	„	(23573) Privilegium quoddam Clementis pp. IV pro monasterio s. Ben. in Villa s. Aegidii Nemausens. dioc. nullum esse decernit eiusque usum interdicit sive verum sit sive fictum. xii kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 219. n° 419. — »Sunt qui Christi.«
„ 20	„	(23574) Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis concedit facultatem redimendi decimas de manibus laicorum in parochiis ecclesiarum, in quibus ius patronatus habent. x kal. Mart. a° 3°. ‖ Recueil de pièces sur St. Martin de Tours 43.
„ 20	„	(23575) Eisdem concedit facultatem praesentandi ordinandos canonicos, capellanos, vicarios et alios ecclesiae suae clericos quibuscumque voluerint archiepiscopis et episcopis. x kal. Mart. a° (4°, *sed legas*) 3°. ‖ Défense des priviléges de l'égl. de St. Martin de Tours 41.
„ 20	„	(23576) Magistro et fratribus hospitalis domus s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ut, cum tertiam partem omnium fructuum, proventuum et redditruum domorum et locorum suorum consistentium citra mare pro sustentatione fratrum ibi degentium ac defensione Terrae sanctae annis singulis destinent, de hac tertia parte decimam per sedem apostolicam regni Siciliae subsidio deputatam solvere minime teneantur. x kal. Mart. a° 3°. ‖ Strehlke Tab. 426. n° 666. — »Reducentes ad sedule.«
„ 20	„	(23577) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam s. Martini Turonensis qualibet die sabbati visitaverint, indulgentiam 40 dierum elargitur. x kal. Mart. a° 3°. ‖ Recueil de pièces sur St. Martin de Tours 43.

1291.

Febr. 20	ap. Urbem veterem	(23578) Edmundo nato cl. mem. Henrici regis Angliae indulget, ut monasteria s. Clarae et s. Aug. ordd. in Anglia constituta semel in anno cum 8 sociis *etc.* possit devotionis causa intrare. x kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 221. n° 420. — »Devotionis tuae meretur.«
„ 20	„	(23579) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. de Bulsano Urbevetan. dioc. x kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 222. n° 421. — »Vitae perennis gloria.«
„ 21	„	(23580) Indulgentiam elargitur pro ecclesia monialium monasterii s. Mariae de Paradiso de Monte Pessulano ord. s. Clarae Magalonens. dioc. ix kal. Mart. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 222. n° 422. — »Gloriosus Deus in.«

1290. Febr. 22 — **1291.** Febr. 21.

—	?	* (23581) Capitulo Gebennensi indulgetur super gravaminibus sibi illatis ab executoribus litterarum apostolicarum occasione provisione praebendarum. A° 3°. ‖ Mém. de la soc. de l'hist. de Genève XVI. 130.

1291.

„ 25	ap. Urbem veterem	(23582) Abbati et conventui monasterii Lympurgensis ord. s. Ben. Spirens. dioc. concedit, ut eis (Fridericus) Spirensis episcopus ecclesiam de Wydentail [Weidenthal] in usus proprios assignet. v kal. Mart. a° 4°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe von Speyer I. 392. n° 425. — »Cum a nobis.«
„ 28	„	(23583) Edwardum regem Angliae rogat et hortatur, ut ad liberationem Guillielmi marchionis Montisferrati consanguinei sui a civibus Alexandrinis detenti opem et operam largiatur. ii kal. Mart. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 79. — »Captione ac detentione.«
Mart. 1	„	(23584) B(erardum) episcopum Praenestinum apostolicae sedis legatum rogat et hortatur, faciat ut episcopo et capitulo Melphiensibus in causa sua contra Robertum de Iuriaco dominum civitatis Lavelli super quibusdam terris *etc.* vertente iustitiae complementum exhibeatur. Kal. Mart. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 929; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 222. n° 423. — »Significavit nobis venerabilis.«
„ 1	„	(23585) (Michaeli) archiepiscopo Antibarensi mandat, ut ecclesiae Sardanensi, »quae tanto tempore iam vacavit, quod eius provisio est ad sedem apostolicam legitime devoluta«, de episcopo provideat. Kal. Mart. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VII. 274; Sbaralea l. c. 223. n° 424; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 109. n° 148. — »Tua nobis fraternitas.«
„ 1	„	(23586) Repetit n° 23576. Kal. Mart. a° (3°, *sed legas*) 4°. Strehlke Tab. 426. n° 665. — »Reducentes ad sedule.«
„ 3	„	(23587) Priori Praedic. et guardiano Minor. fr. ordd. Traiectensibus mandat, ut cum Arnoldo dicto de Slusen et Agnete de Lecka super matrimonio illicite contracto dispensent. v non. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 223. n° 425. — »Petitio dilecti filii.«
„ 3	„	(23588) Fratribus ord. Minor. inquisitoribus haereticae pravitatis in partibus Italiae respondet ad nonnullas quaestiones propositas. v non. Mart. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 224. n° 426. — »Quod super nonnullis.«
„ 3	„	(23589) Universis Christifidelibus significat, se excommunicare et anathematizare universos haereticos Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas et alios quibuscumque nominibus censeantur *etc.* v non. Mart. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 226. n° 427; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 105. n° 9; *ibid.* 47. n° 4 *et in* Cherubini Bullar. I. 143 *cum dat.* v non. Mart. a° 3° *perperam* Nicolao III *tribuitur.* — »Noverit universitas vestra.«
„ 6	„	(23590) Priorissam et conventum monasterii s. Katherinae Olomucensis secundum instituta et sub cura ordinis fratr. Praedic. viventes sub b. Petri et sua protectione suscipit ac earum possessiones confirmat. ii non. Mart. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. IV. 374; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 661. n° 1535. — »Cum a nobis.«
„ 7	„	(23591) Iacobum et Angelum filios Benencasae Iohannis de Aquapendente olim haeresi infecti, mox autem resipiscentis laicos Urbevetan. dioc. immunes a famae laesione declarat et ad omnes actus publicos *etc.* idoneos. Non. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 226. n° 428. — »Romana mater ecclesia.«
„ 7	„	(23592) Indulgentiam concedit pro ecclesia sororum monasterii s. Mariae de Virginibus iuxta Faventiam ord. s. Clarae. Non. Mart. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 429. — »Licet is de.«
„ 9	„	(23593) Indulgentiam elargitur pro ecclesia sororum monasterii s. Clarae Nicosiensis. vii id. Mart. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 228. n° 430. — »Vitae perennis gloria.«
„ 9	„	* (23594) Indulgentias donat pro ecclesiis fr. ord. Minor. s. Illuminatae prope Serram Alviani Amerinens. dioc. necnon de Luniano eiusd. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 431.

1291.

Mart. 10 | ap. Urbem veterem | (23595) Officiali Bituricensi mandat, moneat detentores decimarum, reddituum et aliorum bonorum capituli S. Martini Turonensis publice sub poena excommunicationis, ut ea infra terminum competentem eidem restituant. vi id. Mart. aº 4º. ‖ Défense des privilèges de l'égl. de St.-Martin de Tours, pr. 43.

» 11 | » | (23596) Iohanni de Perusio ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in civitate et diocesi Spoletana mandat, ut filios quondam Leonardi Baractalis civis Spoletani de haeresi immerito traducti liberet a nota et eos ad quascumque dignitates et honores idoneos pronuntiet. v id. Mart. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 228. nº 432. — »Sua nobis dilecti.«

» 13 | » | (23597) Edwardo regi Angliae nunciat, se electionem Iohannis de Berkhamstede in abbatem monasterii s. Albani ord. s. Ben. Lincoln. dioc. canonice celebratam confirmasse, ac ei eundem abbatem commendat. iii id. Mart. aº 4º. ‖ Rymer Foed. I. iii. 79. — »Praedecessorum tuorum regum.«

» 13 | » | (23598) Iacobum ord. Minor. professum post obitum Aldegerii episcopi Feltrensi et Bellunensi ecclesiis praeficit in episcopum. iii id. Mart. aº 3º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 229. nº 433. — »Inter alias sollicitudines.«

» 13 | » | (23599) Indulgentiam largitur pro ecclesia fr. ord. Minor. Eugubinorum. iii id. Mart. aº 4º. ‖ Sbaralea l. c. 230. nº 434. — »Vitae perennis gloria.«

» 15 | » | (23600) Abbati monasterii de Sedliz (Cisterc. ord. Pragens. dioc. *om. Erb.*) et magistro Bernardo de Camenz praeposito ecclesiae Misnensis mandat, ut ad hospitale Stelliferorum b. Francisci in pede pontis Pragensis ord. s. Aug., ad prioratus, hospitalia et membra eidem hospitali pleno iure subiecta personaliter accedant et corrigant reformentque in eis, quae correctionis et reformationis officio indigere noverint. Id. Mart. aº 4º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 231. nº 298; *omisso exordio* Erben Reg. Bohem. II. 661. nº 1536; *cf.* Palacky Reise 49. nº 393. — »Pia desideria devotorum.«

» 15 | » | (23601) Stephanum regem Serviae eiusque regnum cum civitatibus et bonis aliis patrocinandum suscipit. Id. Mart. aº 4º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 41; Farlati Illyr. sacr. VII. 49; Theiner Mon. Hungar. I. 375. nº 605; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 40. — »Quanto devotiori studio.«

» 15 | » | (23602) Elenae reginae Serviae indulget, ut fratrem Nicolaum de Vosica ord. Minor. vel quemvis alium fratrem eiusdem ordinis presbyterum in confessorem eligere possit. Id. Mart. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 230. nº 435; Farlati l. c. 52; Theiner l. c. 375. nº 606; Mon. Hung. hist. l. c. 41. — »Quanto personam tuam.«

» 15 | » | * (23603) Abbati et conventui monasterii de Alba omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Id. Mart. aº 4º. ‖ Mone Zeitschr. II. 359.

» 16 | » | (23604) E(duardo) regi Angliae significat, se eius acceptationem modi ad prosecutionem negotii Terrae sanctae infra festum purificationis b. Mariae V. praescripti et cautiones ab eo exhibitas ratas et gratas habere. xvii kal. Apr. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 230. nº 436. — »Post tractatus varios.«

» 17 | » | (23605) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. s. Iohannis de Penna Firman. dioc. xvi kal. Apr. aº 4º. ‖ Sbaralea l. c. 234. nº 437. — »Vitae perennis gloria.«

» 18 | » | (23606) Edvardi regis Angliae voluntatem de itinere ad Terram sanctam approbat eique decimam Angliae, Scotiae, Walliae ac Hyberniae colligendam per sex annos futuros concedit. xv kal. Apr. aº 4º. ‖ Rymer Foed. I. iii. 80. — »Confidentiae nec non.«

» 18 | » | (23607) Eiusdem ac omnium aliorum crucesignationem ratam habet ac etiam approbat. xv kal. Apr. aº 4º. ‖ Rymer l. c. 81. — »Etsi iuxta prophetarum.«

» 18 | » | (23608) Universis episcopis per regnum Scotiae constitutis significat, se generale passagium pro Terrae sanctae subsidio in festo nativitatis b. Iohannis bapt. »quod erit aº Dⁱ 1293« duxisse statuendum, ideoque praedicandae crucis ministerium eis in civitatibus et diocesibus suis committit. xv kal. Apr. aº 4º. ‖ Rymer l. c. 81. — »Terrae sanctae miserabilem.«

» 18 | » | (23609) Publicat terminum generalis passagii (*ut antea*) et inter cetera omnes indulgentias, immunitates et privilegia crucesignatis et crucesignandis indulta. xv kal. Apr. aº 4º. ‖ Rymer l. c. 82. — »Illuminet super vos.«

» 18 | » | (23610) Edwardo regi Angliae petenti 100,000 marc. sterling. de his, quae fuerunt ex ipsa decima ei concessa extra Angliae regnum deposita in festo nativitatis b. Iohannis bapt. anni nonagesimi primi per Labrum Vulpelli *etc.* mercatores camerae apostolicae assignat. xv kal. Apr. aº 4º. ‖ Rymer l. c. 83; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 235. nº 438. — »Inter cetera de.«

» 18 | » | (23611) Magistris Willielmo de Monteforti capellano suo et Radulpho de Baudak archidiacono Middelsexiae in ecclesia s Pauli Londoniensi ac Gaufrido de Vesano camerae

1291.

suae clerico canonico Cameracensi mandat, ut, si eis constiterit, praefatam summam quantitatem decimae excedere, eam suppleant de his, quae de ipsa decima remanserunt in Anglia conservanda. xv kal. Apr. aº 4º. ‖ Rymer l. c. 83. — »Inter cetera de.«

» 16 » (23781) Archiepiscopo Spalatensi mandat, ut ad negotium Terrae sanctae de manibus impii tyranni recuperandae promovendum cum suffraganeis suis in provinciali synodo de unione fratrum hospitalis s. Iohannis et militiae Templi Hierosol. consilium habeat et, quod deliberatum fuerit in hac parte, quantocius sedi apostolicae intimet. XVII kal. Sept. a° 4°. ‖ Fejér Cod. dipl. V. III. 42, Nicolao III *perperam tributa.* — »Dura nobis et.«

» 18 » (23782) Friderico dicto Zorl (*legas* Zolre) praeposito ecclesiae in Berlaco Augustens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis ad perpetuam capellaniam Burchardi dicti Homo perpetui capellani altaris s. Petri in ecclesia de Vile [Weil] Constant. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. xv kal. Sept. a° 4°. ‖ Mon. Zollerana. Hrsggb. von R. v. Stillfried I. (Berlin 1852. 4°) 102. n° 233. — »Dilecti filii Burchardi.«

» 18 » (23783) Archiepiscopum Turonensem et eius suffraganeos ac electos et abbates, priores ... et alios ecclesiarum praelatos, capitula et conventus universos cuiuscunque ordinis Turonensis provinciae rogat et hortatur, ut celeriter conveniant ad concilium provinciale ac provide deliberent, qualiter et quomodo circa recuperationem Syriae ac impugnationem suorum hostium faciendam et etiam circa alia negotium ipsum tangentia possit utiliter provideri. xv kal. Sept. a° 4°. ‖ Achery Spicil. II. 179. — »Dirae amaritudinis calicem.«

* *In eundem modum eodemque die* (Iohannem) archiepiscopum Cantuariensem *etc.* ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 199.

» 18 » (23784) (Pontio) archiepiscopo Narbonensi mandat, ut sedi apostolicae intimet, quid ipse et suffraganei sui de reductione fratrum hospitalis s. Iohannis et militiae Templi Ierosolymitani ad unius ordinis unitatem sentiant. xv kal. Sept. a° 4°. ‖ Vaissète Hist. de Languedoc IV. pr. 97. — »Dura nobis et.«

» 18 » (23785) Universitati scholarium Bononiae commorantium scribit: »Decernimus, ut quicunque ex universitate vestra apud civitatem Bononiensem per archidiaconum Bononiensem vel eius vicarium examinatus et approbatus fuerit, et docendi ab eo licentiam obtinuerit in iure canonico vel civili, ex tunc absque examinatione vel approbatione publica vel privata ... regendi atque docendi ubique locorum extra civitatem Bononiensem liberam habeat facultatem, nec a quoquam valeat prohiberi, et sive velit legere sive non in facultatibus, pro doctore nihilominus habeatur.« xv kal. Sept. a° 4°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. professor. II. 59. — »Dum attente considerationis.«

» 18 » (23786) Archiepiscopo Turonensi mandat, ut cum suffraganeis suis in provinciali concilio de recuperanda Terra sancta de manibus impii diligenter deliberet et quod deliberatum fuerit, seriatim et expresse sedi apostolicae quantocius intimet. xv kal. Sept. a° 4°. ‖ Achery Spicil. II. 179. — »Dira nimis et.«

* *In eundem modum eodemque die* (Iohanni) archiepiscopo Cantuariensi. ‖ Cotton l. c. 203.

» 18 » (23787) Archiepiscopo Calaritano mandat, ut, »cum vox communis habeat, quod fratres hospitalis s. Iohannis et militiae Templi Ierosolimitani ad unius ordinis unitatem seu religionis unionem reducamus, ut efficacius possint prosequi« recuperationem Terrae sanctae de manibus impii, cum suffraganeis suis in provinciali concilio habeat super hoc consilium diligens et sedi apostolicae, quod deliberatum fuerit in hac parte, quantocius intimet. xv kal. Sept. a° 4°. ‖ Pauli Cod. dipl. II. 1; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1291 § 30. — »Dura nimis et.«

» 20 » (23788) (Eyvindo) episcopo Asloensi committit, ut cum Vicunno Erlingi militis et nobili muliere Girud Andreae Stavangrensis dioc., licet »quaedam mulier, quam idem Vicunnus carnaliter cognovisse dicitur, eidem G(irud) quarto sit consanguinitatis gradu coniuncta«, dispenset, »quod impedimento non obstante praefato matrimonium invicem contrahere valeant.« XIII kal. Sept. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. I. I. 72. n° 79. — »Exhibita nobis dilecti.«

1291.

Aug. 20 — ap. Urbem veterem — (23789) Pensauriensium protectionem suscipit eisque omnia privilegia, libertates, consulatum cum iurisdictione *etc.* confirmat. XIII kal. Sept. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 317. n° 490. — »Clara vestre fidelitatis.«

» 21 — » — (23790) Guillelmum de Cherio et Matthaeum de civitate Theatina ord. Minor. ad partes Tartaricas nuncios praerogativis aliis (*vid.* n° 23779) insignit. XII kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 281. n° 529. — »Cum vos ad.«

» 21 — » — (23791) Argonem regem Tartarorum rogat et hortatur, ut, cum Nicolaum filium suum fecerit baptizari, ipse baptisma recipiat et christianam fidem assumat. XII kal. Sept. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 255; Sbaralea l. c. 282. n° 531; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 32. — »Solita benignitate recepimus.«

» 21 — » — (23792) Nicolao nato Argonis regis Tartarorum gratulatur, quod ad fontem baptismatis convolavit. Ceterum ei consulit, quod in habitu seu vestibus vel in victu, ne inde materia scandali contra eum in ipsius gente valeat suboriri, nullam mutationem faciat. Commendat ei Guillelmum de Cherio poenitentiarium suum et Matthaeum de civitate Theatina ord. Minor. latores praesentium. XII kal. Sept. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 33; Wadding l. c. 257; Sbaralea l. c. 281. n° 530. — »Exultat cor nostrum.«

» 22 — » — (23793) Priori hospitalis s. Iohannis Hierosol. de Venetiis praecipit, ut, cum communis vox ad recuperandam de manibus impii Terram sanctam ordinum fratrum hospitalis s. Iohannis et domus militiae Templi Hierosolymitanorum unitatem desideret, cum suis subditis in provinciali capitulo habeat super hoc consilium diligens et, quod deliberatum fuerit in hac parte, fideliter usque ad festum purificationis B. Virginis proximo secuturum ad sedem apostolicam destinet. XI kal. Sept. a° 4°. ‖ Pauli Cod. dipl. II. 2. — »Dura nimis et.«

» 23 — » — (23794) Philippo regi Franciae scribit deplorans, quod Terra sancta versa est ad alienos, ad extraneos sacratissima et alia loca eius, inter quae civitas Acconensis venit noviter in ruinam, et quod deditio Tyrensis civitatis quasi e vestigio eius subsecuta est. Rogat eum, instanter requirit et obsecrat, ut ad terram istam galearum subsidium cursu celeri dirigat, cum per hoc eidem terrae in tantae necessitatis articulo possit efficacius subveniri *etc.* X kal. Sept. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 20. — »Recordare princeps inclyte.«

» 23 — » — (23795) Ecclesiam s. Mariae in Pineta [Impruneta] Florentin. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit eiusque possessiones et bona, quorum plurima nominatim recenset, confirmat. X kal. Sept. indict. IV. incarn. dom. a° 1291. pont. a° 4°. ‖ Giov. Casotti Mem. istor. della mirac. immagine di Maria Verg. dell' Impruneta (Firenze 1714. 4°) II. 57; Lami Eccl. Florent. mon. II. 82. — »Officii nostri nos.«

» 23 — » — (23796) Domum s. Mariae de Mercede civitatis Barchinonensis tuendam suscipit, eius libertates et immunitates, possessiones ac bona confirmat atque haec a decimis solvendis reddit immunia. X kal. Sept. indict. IV. incarn. dom. a° 1291. pont. a° 4°. ‖ Linás Bullar. 28; *cf.* Mahul Cartul. VI. 468. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 23 — » — (23797) Argonem regem Tartarorum rogat, instanter petit et requirit confidenter, ut ad recuperationem Terrae sanctae celerem ac etiam ad suorum hostium nequitiam et superbiam conterendam suae potentiae vires exerceat et ad id subditos sibi populos solicite inducat. X kal. Sept. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 32; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 283. n° 532. — »Praecurrentis famae relatibus.«

» 23 — » — (23798) Cassianum filium Argonis regis Tartarorum excitat, ut promptus assurgat et paratus accedat ad agnitionem christianae fidei ac suscipiendum baptismatis sacramentum. X kal. Sept. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 34; Sbaralea l. c. 284. n° 534. — »Pastoralis officii commissi.«

* *In eundem modum* Saronum natum Argonis regis Tartarorum. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 256; Sbaralea l. c. 283. n° 533.

» 23 — » — (23799) A Guillelmo de Chyerio poenitentiario suo et Matthaeo de civitate Theatina lectore ord. Minor. nunciis suis relationem status religiosorum cuiuslibet ordinis in partibus Tartaricis commorantium exquirit. X kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 535. — »Ad partes Tartaricas.«

» 23 — » — (23800) Indulgentias largitur pro ecclesiis fr. ord. Minor. Aurelianensium, Carcassonensium et Blesensium Carnotens. dioc. X kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 285. n° 536. — »Vitae perennis gloria.«

» 25 — » — (23801) Constantiae relictae quondam Petri olim regis Aragonum Guillelmum de Chyerio poenit. suum et Matthaeum de civitate Theatina ord. Minor. latores praesentium ad partes Tartaricas destinatos commendat. VIII kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 537. — »Ad augmentum catholicae.«

» 26 — » — (23802) Manno filio et haeredi quondam Henrici Infragni civi Florentino concedit, ut usuras et male parta testamento pauperibus adscripta in subsidium Terrae sanctae convertat. VII kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 286. n° 538. — »Exhibita nobis tua.«

1291.

Aug. 26 — ap. Urbem veterem — (23803) Archiepiscopo Spalatensi mandat, ut, convocato provinciali concilio, de coniungendis fratribus hospitalis s. Iohannis et militiae Templi Hierosolymitani ad unius ordinis unitatem suffraganeorum sententiam roget et, quam quisque sententiam dixerit, sedi apostolicae intimet. VII kal. Sept. a° 4°. ‖ Farlati Illyr. sacr. III. 290, *ubi* Nicolao III *perperam tribuitur.* — »Dura nimis et.«

» 28 — (») — * (23804) Aegidii episcopi Valvensis et Sulmonensis cessionem ratam habet et administrationem Valvensis et Sulmonensis ecclesiarum Guillelmo abbati Miniacensi ord. s. Ben. dioc. Montis Regalis committit. V kal. Sept. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1378.

» 28 — » — (23805) Indulgentiam tribuit pro ecclesia fr. ord. Minor. Urbevetanorum. V kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 286. n° 539. — »Vitae perennis gloria.«

» 28 — » — * (23806) Indulgentias donat pro ecclesiis fr. ord. Minor. de Aquapendente Urbevetan. dioc., de Proceno et de Pitiliano Soanens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 540.

» 29 — » — (23807) Guardiano fr. Minorum Mediolanensium mandat, ut super terris, possessionibus et aliis bonis monasterii de Claravalle Cisterc. ord. Mediol. dioc. permutandis videat, an expediat, et sibi per litteras referat. IV kal. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 541. — »Ex parte dilectorum.«

» 31 — » — (23808) Franciscum Accursii filium iuris civilis doctorem civem Bononiensem usuraria olim labe infectum ad bonam nunc frugem reversum iubet male parta pauperibus largiri vel in pios usus erogare. II kal. Sept. a° 4°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. professor. II. 96. — »Gratum est nobis.«

Sept. 2 — » — * (23809) Quatuordecim litterae Nicolai IV directae dominis G(erardo) Sabinensi episcopo et B(enedicto) S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinalibus nunciis sedis apostolicae ad partes Franciae deputatis tam super perceptione fructuum beneficiorum suorum et eorum familiarium, quam super eo quod possint conferre canonicatus et praebendas in ecclesiis cathedralibus et alia beneficia ecclesiastica et dispensationes super defectu natalium et alia eorum legationis officio incumbentia facere. IV non. Sept. a° 4°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 189 VII.

» 3 — » — (23810) Ministro fr. ord. Minor. provinciae s. Francisci mandat, curet ut monasterium monialium ord. s. Ben. prope Castrum Pontis Spoletan. dioc. iuxta dispositionem et ultimam voluntatem B(erardi) episcopi Praenestini aedificetur et dotetur. III non. Sept. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 287. n° 542. — »Bonae memoriae B.«

» 5 — » — (23811) Petro episcopo Vicentino committit reformationem monasterii monialium s. Petri Vicentini ord. s. Ben. in spiritualibus et temporalibus collapsi. Non. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 288. n° 543. — »Ex iniunctae nobis.«

» 10 — » — (23812) Archiepiscopos et episcopos ac electos, abbates, priores ... et alios ecclesiarum praelatos et clericos ac ecclesiasticas personas religiosas eorumque capitula et conventus exemptos et non exemptos Cisterciensis, Praemonstratensis ... ordinum ... per regnum Angliae constitutos monet et hortatur, ut Bernardum (de ordine s. Ben.) episcopum Tripolitanum, quem pro quibusdam Terrae sanctae negotiis ac ecclesiae Romanae in regnum Angliae destinet, benigne recipiant eique in duabus marcis starlingorum pro suis ac familiae suae et evectionum suarum necessariis qualibet die et de securo conductu provideant. IV id. Sept. a° 4°. ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 223. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 11 — » — (23813) Abbatissam, conventum et monasterium monialium inclusarum Naulenses ord. Minor. et s. Francisci sub b. Petri et sua protectione suscipit et statuit, ut coenobium de cetero *S. Mariae de Rivo Cisterc. ord.* nominetur *etc.* III id. Sept. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 288. n° 544. — »Ex iniuncto nobis.«

» 12 — » — (23814) Archipresbytero ecclesiae de Campitello Mantuan. dioc. et Bonamenti de Bonacolsis canonico Mantuano praecipit, ut fr. Vivianum de Verona et Paganum ord. Praedic. turbatores fr. Bonaiunctae de Mantua ord. Minor. inquisitoris pravit. haer. in marchia Tervisina denuo citent ad dicendam causam apud sedem apostolicam. II id. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 289. n° 546. — »Nuper ad audientiam.«

» 13 — » — (23815) Archidiacono Socensi in ecclesia Auxitana mandat, ut Bobonem priorem, Guillelmum sacristam, Berardum Cogot *etc.* iniuriatores fratrum ord. Minor. in villa de Medicino Agennensis dioc. ad sedem apostolicam citet. Id. Sept. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 548. n° 59; Sbaralea l. c. 290. n° 546. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 13 — » — (23816) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. de Venetiis. Id. Sept. a° 4°. Sbaralea l. c. 292. n° 547. — »Vitae perennis gloria.«

» 13 — » — * (23817) Indulgentiam donat pro ecclesia s. Margaritae Firman. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 548.

» 13 — » — (23818) Universis Christifidelibus refert, et confirmat Alexandri IV pp. litteras de stigmatibus s. Francisci conf. d. d. »Anagniae IV non. (*in dicto Alexandri diplomate n° 16077 non legimus* IV kal. *ex inibi citatis scriptoribus*) Nov. a° 1°«. Id. Sept. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 293. n° 549. — »Quasdam litteras fel.«

1291.

Sept. 13 — ap. Urbem veterem — (23819) Abbatissam et conventum monasterii s. Bernhardi de Chrueg Cisterc. ord. Pataviens. dioc. cum omnibus bonis patrocinandas suscipit, specialiter autem terras, domos *etc.* eis confirmat. Id. Sept. a° 4°. ‖ Zeibig Stiftungsbuch 161. n° 13, *ad* a. 1281. — »Sacrosancta Romana ecclesia.«

" 13 — " — (23820) Indulgentiam largitur pro ecclesia fr. ord. Minor. de Mastrande Asloens. dioc. Id. Sept. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 52; *cf.* Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 292. n° 548. — »Uite perennis gloria.«

° *In eundem modum eodemque die pro* ecclesia fr. ord. Minor. Asloensium;
" " " " " " " " " Tunsbergensium;
" " " " " " " " monasterii monialium in Stokholmi ord. s. Clarae Upsalens. dioc.;
" " " " " " " fr. ord. Minor. Bergensium;
" " " " " " " " " " Konogelensium Asloens. dioc.;
" " " " " " " " " " Koldengensium Ripens. dioc.;
" " " " " " " " " " Sle(s)wicensium.
" " " " " " " " " " Tundrensium Ripens. dioc.
" " " " " " " " " " Flensburgensium Ripens. dioc.

" 16 — (") — ° (23821) Iacobum a capitulo Signino electum in episcopum confirmat. XVI kal. Oct. 1291. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1239.

" 17 — " — (23822) Repetit n° 21630 Nicolai III pp. d. d. 1279. Aug. 25, quo ille Gregorii IX pp. testimonium stigmatum b. Francisci conf. (*cf.* n° 10314 d. d. 1237. Apr. 5, resp. n° 10307 d. d. 1237. Mart. 31) confirmavit. XV kal. Oct. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 293. n° 550. — »Tenorem quarundam litterarum.«

" 20 — " — (23823) Episcopo Florentino mandat, ut a gravaminibus fratrum de Poenitentia civitatis Florentinae omnino cesset. XII kal. Oct. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 549. n° 60; Sbaralea l. c. n° 551. — »Ad audientiam nostram.«

" 20 — " — (23824) Indulgentiam donat pro ecclesia fr. ord. Minor. de Verduno. XII kal. Oct. a° 4°. Sbaralea l. c. 295. n° 552. — »Vitae perennis gloria.«

" 22 — " — (23825) Monasterium monialium s. Mariae de Campo Solis Cisterc. ord. Herbipolens. dioc. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. X kal. Oct. indict. IV. incarn. dom. a° 1291. pont. a° 4°. ‖ G. P. H(önn) Sachsen-Coburgische Historia (Leipz. & Coburg 1700. 4°) Buch II. 32; (Unschuldige Nachrichten) Fortges. Samml. von alten u. neuen theol. Sachen. Auf d. Jahr 1721 (Leipzig 8°) 517. n° 5; *sine nota chronol.* Schoettgen et Kreysig Dipl. et scr. hist. Germ. III. 656. n° 48. — »Religiosam uitam eligentibus.«

" 22 — (") — ° (23826) Ottonem Bavariae ducem monet, ut (Conrado) archiepiscopo Salesburgensi partem civitatis Salesburgensis et quaedam castra restituat. X kal. Oct. a° 4°. ‖ Deutinger Beyträge II. 156. n° 43.

" 22 — " — (23827) Baronibus, ministerialibus, castellanis et communitatibus civitatis Salzeburgensis et castrorum ac oppidorum ad ecclesiam Salzeburgensem spectantium, qui cum Othone duce Bavariae coniurationes, confoederationes et pacta inire, et civitatem Salzeburgensem necnon castra et oppida ad archiepiscopum et ecclesiam pertinentia eidem duci submittere praesumpserant, mandat, ut illa pacta et iuramenta tamquam robore firmitatis omnino carentia nullatenus observent, sed eidem archiepiscopo tamquam suo domino temporali obediant ac intendant. X kal. Oct. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 65. — »Circa curam quarumlibet.«

" 25 — " — (23828) (Iohanni) archiepiscopo Upsalensi mandat, ut cito et ante adventum in Sveciam Tripolitani episcopi huc mittendi in negotio de Terra sancta concilium convocet provinciale a praelatis Svecis tam regularibus quam saecularibus, exemtis item et non exemtis frequentandum super negotio praedicto, atque ut statutum, missis ad sedem apostolicam viris discretis, papae ad festum purificationis b. Mariae significet. VII kal. Oct. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. I. 128. n° 1052; *cf.* Celse Appar. 95. n° 10. — »Inter cetera contenta.«

" 26 — " — * (23829) Indulgentias concedit pro ecclesiis fr. ord. Minor. Agennensium, Condomiensium, Marmandensium et Nigriacensium Agennens. dioc. necnon pro illa Clarissarum Condomiensium. VI kal. Oct. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 295. n° 553.

" 26 — " — (23830) Abbatissae et conventui monasterii de Custodia b. Mariae ord. s. Clarae Carnotens. dioc. indulget, ut presbyteri per ministrum ord. Minor. Turonensis provinciae deputati eas ab omnibus peccatis absolvere valeant. VI kal. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 554. — »Desideriis vestris in.«

" 27 — " — (23831) Indulgentiam largitur pro ecclesia fr. ord. Minor. de Mercatello Castellan. dioc. V kal. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 298. n° 557. — »Vitae perennis gloria.«

1291.

Sept. 27 — ap. Urbem veterem — * (23832) Indulgentias tribuit pro ecclesiis fr. ord. Minor. de Monte Rubiano, de Monte Granario, de Macerata ac de Muro Firman. dioc. necnon pro ecclesia s. Firmi Veronens. dioc. ac pro illa Clarissarum de Presagnolo Castellan. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 558.

" 27 — " — (23833) Indulgentiam dat pro ecclesia fr. ord. Minor. Veronensium. V kal. Oct. a° 4°. ‖ Biancolini Chiese di Verona VIII. 153. — »Vite perennis gloria.«

" 27 — " — (23834) (Reginaldo) abbati et conventui S. Dionysii in Francia indulget, ut volentibus eorum consortio aggregari, qui suspensionis, interdicti aut excommunicationis sententiis latis a canone ac etiam ab homine fuerint innodati, absolutionis beneficium impertiri eosque in suo monasterio in monachos recipere possint. V kal. Oct. a° 4°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 620. — »Ad ea quae.«

" 27 — " — (23835) Petro guardiano et fratribus ord. Minor. Urbevetanis, quibus Franciscus episcopus, Pandulphus archipresbyter et capitulum Urbevetani ecclesiam s. Laurentii de Arari Urbevetanam concesserant, hanc concessionem confirmat. V kal. Oct. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 550. n° 61; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 296. n° 556. — »Exigentibus vestrae religionis.«

" 28 — " — (23836) Matthaeo S. Mariae in porticu diacono card. concedit, ut in pactis et conventionibus quibuscumque Clarissarum necessarium possit praebere assensum. IV kal. Oct. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 553. n° 62; Sbaralea l. c. 299. n° 559. — »Ut tu cui.«

" 28 — " — (23837) (Reginaldo) abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. notum facit, districtius se inhibere, ne quis de cetero monachorum ipsius monasterii super obtinendis prioratibus, officiis vel administrationibus preces principum, comitum, magnatum et potentum per eorum litteras vel alias quomodolibet apud abbatem impetrare praesumat. IV kal. Oct. a° 4°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 619. — »Monasterium vestrum syncera.«

" 28 — " — (23838) Eidem abbati concedit, ut clericos in terra monasterii praefati furta, homicidia et alios enormes excessus committentes capere possit ac eos ordinariis ipsorum puniendos assignet. IV kal. Oct. a° 4°. ‖ Doublet l. c. 619. — »Sicut petitio tua.«

" 29 — (") — ° (23839) Iohannem episcopum Ogentinum a capitulo Ravellensi postulatum confirmat. III kal. Oct. a° 4°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1188.

" 29 — (") — ° (23840) Confirmat Theodinum, quem tunc clericum S. Iohannis de Monte Lupone Firman. dioc. capitulum Senogalliensis ecclesiae in episcopum elegerat. III kal. Oct. a° 4°. ‖ Ughelli l. c. II. 870.

" 30 — " — (23841) (Henrico) episcopo Merseburgensi mandat, moneat et inducat Henricum, Albertum et Wilhelmum fratres duces de Bruneswich eorumque conservatores, ut litteras Innocentii et Alexandri pp. praedecessorum (*vid.* n° 12960 *et* 16517), quibus ducum progenitoribus ab illis indultum sit, ut progenitores ipsi et eorum filii, haeredes ac uxores per locorum ordinarios, delegatos, subdelegatos *etc.* sedis apostolicae excommunicari *etc.* minime possint sine speciali mandato dictae sedis, fideliter transcribi faciat ac ipsarum transcriptum sub sigillo suo pontifici max. transmittat. II kal. Oct. a° 4°. ‖ Sudendorf UB. I. 73. n° 119. — »Sua nobis venerabiles.«

Oct. 1 — " — (23842) Philippum regem Francorum rogat et hortatur, ut Carolo regi Siciliae favoribus et auxiliis pecuniariis et aliis assistat, ut terram quam ille teneat defendere et terram quae ab hostibus de facto teneatur, recuperare possit tempore opportuno. Kal. Oct. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 58. — »Pulsat instanter ad.«

" 1 — " — (23843) (Hermanno) episcopo Zwerinensi committit, ut cum Nicolao de Werle domino (Saluie, *leg.*) Slaviae et Riza filia (Erici) regis Datiae dispenset, ut matrimonium libere contrahere valeant. Kal. Oct. a° 4°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 393. n° 76; Meklenb. UB. IV. 233. n° 2722. — »Exhibita nobis dilecti.«

" 1 — " — (23844) Barensi et Brundusino archiepiscopis ac episcopo Montis Viridis mandat, ut abbatissae et sororibus monasterii Cusentini ord. s. Clarae exulantibus et multa patientibus provideant. Kal. Oct. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 553. n° 63; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 299. n° 561. — »Sua nobis dilectae.«

" 1 — " — (23845) Gentili archiepiscopo Reginensi administratori episcopatus Alifani, quem ad civitatem Ianuensem pro Terrae sanctae negotio destinat, mandat, ut Carolo regi Siciliae, cum ad civitatem sit venturus eandem, super eisdem negotiis licite promovendis honestis consiliis et auxiliis adesse procuret. Kal. Oct. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 554. n° 64; Sbaralea l. c. 299. n° 560. — »De tuae circumspectionis.«

" 1 — " — (23846) Episcopo Wibergensi praecepta dat circa clericos suae diocesis, qui ecclesiastica beneficia curam animarum habentia assecuti infra annum iuxta constitutionem super hoc editam in Lugdunensi concilio novissime celebrato presbyteratus ordine non assumpto beneficia ipsa detinuerunt. Kal. Oct. a° 4°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 394. n° 77. — »Exhibita nobis tua.«

1291.

Oct. 2 ap. Urbem veterem (23847) Archiepiscopo Terraconensi licentiam elargitur concedendi et assignandi fratribus ord. Minor. de Villa Franca Barchinonens. dioc. partem cuiusdam fundi, quem ab ecclesia Romana sub annuo censu obtinet. vi non. Oct. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 554. n° 65; Sbaralea l. c. 300. n° 562. — »Sua nobis dilecti.«

„ 4 „ (23848) Indulgentiam concedit pro ecclesia monasterii de Clavaro ord. s. Clarae Genuens. dioc. iv non. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 301. n° 563. — »Vitae perennis gloria.«

„ 5 „ (23849) Bonaiunctae de Mantua ord. Minor. scribit de poenis inflictis fratribus Pagano et Viviano ord. Praedic. ob turbatum inquisitionis contra haeret. pravitatem officium. iii non. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 301. n° 564. — »Ad eliminandam damnabilem.«

* *In eundem modum* (Petro) episcopo Veronensi. ‖ Sbaralea l. c. 302. n° 565.

„ „ „ Potestati, capitaneo et communi Veronensibus. ‖ Sbaralea l. c. 303. n° 566.

„ 5 „ * (23850) Le pape rappelle à Guillaume évêque de Cambrai: 1° qu'il lui a été recommandé d'employer à l'extinction des dettes de son évêché une somme annuelle de 5000 livres petits tournois *etc.* — Il le prie de faire assigner le paiement de 1000 livres à l'évêque de Tournai, au doyen de Tournai et à Ange de Urbe chanoine de Tournai. iii non. Oct. a° 4°. ‖ Saint Genois Inventaire 179. n° 609.

„ 6 „ (23851) Iacobo S. Mariae in via lata diacono card. et magistro Nicolao camerario et notario suo ac abbati monasterii s. Severi prope Urbem veterem mandat, ut fratres ord. Minor. Urbevetanos in possessionem ecclesiae s. Laurentii de Arari inducant. ii non. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 567. — »Exigentibus meritis religionis.« *Cf.* n° 23835.

„ 11 „ (23852) Indulgentiam donat pro ecclesia monialium ord. s. Clarae Roskildensium. v id. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 304. n° 568. — »Vitae perennis gloria.«

„ 18 („) * (23853) Indulgentias concedit pro ecclesiis fr. ord. Minor. Othoniensium, Swineburgensium et Nynstadhensium Othoniens. dioc., necnon Nestwithensium Roskildens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 569.

„ 18 („) * (23854) Indulgentias dat pro ecclesiis fr. ord. Minor. Ortanorum, Viterbiensium, Tuscanensium, Cornetanorum Viterb. et Tuscan. dioc. et Montisflasconensium Balneoregiens. dioc. xv kal. Nov. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 305. n° 570.

„ 19 („) * (23855) Indulgentiam largitur pro ecclesia fr. ord. Minor. de Monte Alto Castrens. dioc. xiv kal. Nov. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 571.

Nov. 3 Romae ap. S. Mariam maiorem (23856) (Lodomirio) archiepiscopo Strigoniensi mandat, ut disceptet controversiam inter monasterium b. Mariae V. in veteri Buda ord. s. Clarae Vesprimiens. dioc. et Iohannem Bungnad ac quosdam alios laicos super quibusdam fructibus, redditibus *etc.* litigantes. iii non. Nov. a° 4°. ‖ Fejér Cod. dipl. VI. i. 216. — »Conquestae sunt nobis.«

„ 5 „ (23857) Priori S. Andreae in littore de Venetiis committit, ut bona a monasterio s. Georgii maioris ibidem sito illicite alienata vel distracta ei restitui faciat. Non. Nov. a° 4°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 257. — »Ad audientiam nostram.«

„ 5 „ * (23858) Abbatem monasterii Castellensis delegat ad revocanda bona ab abbatibus Ensdorfensibus alienata. Non. Nov. a° 4°. ‖ Lang Regesta IV. 502.

„ 8 „ (23859) Phylippum regem Franciae, qui nonnullos Lucanos cives exercentes in dicto regno mercationes capi cum bonis suis fecerat eosque adhuc sub custodia detinebat, rogat et hortatur, ut benigne se habeat circa illos ac eosdem restituat pristinae libertati. vi id. Nov. a° 4°. ‖ Archivio stor. Ital. X. docum. 56. n° 30. — »Quanto maioris devotionis.«

„ 8 „ * (23860) Indulgentiam elargitur pro ecclesiis fr. ord. Minor. de Maiorica Legionens. dioc. necnon Salamantinorum et s. Francisci in Monte Salamant. dioc. vi id. Nov. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 305. n° 572.

„ 9 „ (23861) (Eyvindo) episcopo Asloensi mandat, ut Ludovico Siguardi presbytero dispensationem super defectu natalium largiatur. v id. Nov. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. i. 53. — »Accedens ad presentiam.«

„ 9 „ (23862) Archipresbytero ecclesiae s. Mariae de Guardia Theatin. dioc. mandat, curet ut frater R(aynaldus) et conventus monasterii s. Salvatoris de Maiella ord. s. Ben. Theatin. dioc., qui visitatores deputatos a (Matthaeo) archipresbytero basilicae Principis apostolorum de Urbe ad visitationis officium in eodem monasterio exercendum admittere recusaverant, alter personaliter, alteri per procuratorem se apostolicae sedis conspectui repraesentent, ut negotium ipsum apud sedem eandem tractetur. v id. Nov. a° 4°. ‖ Bullar. Vatic. I. 221. — »Ad audientiam nostram.«

„ 11 „ (23863) (Erico) abbati monasterii s. Michaelis et (Erlendo?) praeposito ac Bardoni Serglow (Serglon *Sb.*) canonico ecclesiae ss. Apostolorum Bergensis mandat, ut (Evindum) episcopum, Symonem archipresbyterum et Heryulfum scholasticum Asloenses, qui fratribus ord. Minor. ab Haquino duce Norwegiae ad civitatem Asloensem vocatis eorumque operariis, ne in aedificiis aedificandis ulterius procedere attemptarent, inhibuerant,

1291.

peremptorie citent, ut infra 4 menses compareant coram papa »recepturi super hoc quod dictaverit ordo iuris.« iii id. Nov. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 305. n° 573; Lange Norske Klostres Historie 786; Lange Dipl. Norveg. III. i. 31. — »Petitionem dilectorum filiorum.«

Nov. 20 Romae ap. S. Mariam maiorem (23864) Priori provinciali fratrum ord. Minor. provinciae Tusciae significat, se fratri Thomae de Aversa eiusd. ord., qui in obtrectationem stigmatum crucifixi, quibus b. Franciscus insignitus fuisse dignoscitur, temeraria obiurgatione proruperat, praedicationis officium ac docendi ministerium usque ad septennium interdixisse. Mandat ei, ut hoc interdictum circa dictum Thomam faciat observari. xii kal. Dec. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 268; Sbaralea l. c. 307. n° 574. — »Cum ad aures.«

„ 22 „ (23865) (Adenulfo) archiepiscopo Brundusino mandat, ut Angelum de Botontino, Paulum de Traiano *etc.* presbyteros ac quosdam clericos ecclesiae Botontinae citet ad comparendum coram papa de iniuriis fr. ord. Minor. irrogatis rationem reddituros. x kal. Dec. a° 4°. Sbaralea l. c. 308. n° 575. — »Sua nobis dilecti.«

„ 22 „ (23866) Abbatem monasterii Cluniacensis excitat, ut rem inter monachos Cluniacenses ac fr. ord. Minor. in villa de Medicino super iniuriis vertentem amice componere studeat. x kal. Dec. a° 4°. Sbaralea l. c. 309. n° 576. — »Graviter noster animus.«

„ 25 „ * (23867) Conrado de Brunforte capellano suo rectori ecclesiae de Dunbernyru S. Andreae dioc. confert dictam ecclesiam. vii kal. Dec. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 158. n° 345.

Dec. 1 „ (23868) Reynaldo comiti Gelriae indulget, ut tempore generalis interdicti liceat ei et uxori ac familiae eius a proprio capellano vel alio sacerdote non interdicto in capella sua audire divina. Kal. Dec. a° 4°. ‖ Nijhoff Gedenkwaardigheden van Gelderland I. Oork. 39. n° 34. — »Deuotionis tuae precibus.« *Cf.* n° 23880.

„ 1 „ (23869) Abbatissae et conventui monasterii s. Clarae Maguntini ord. s. Clarae concedit, ut a personis liberis in earum coenobio professionem facientibus bona mobilia et immobilia, feudalibus duntaxat exceptis, petere recipere ac retinere possint. Kal. Dec. a° 4°. ‖ Baur Hessische Urk. V. 132. n° 150. — »Deuotionis uestre precibus.«

„ 1 „ (23870) S. Sophiae de Benevento et Montis Virginis Avellin. dioc. monasteriorum abbatibus ac guardiano fr. ord. Minor. eiusdem civitatis Beneventanae confirmationem electionis abbatissae monasterii s. Petri Beneventani ord. s. Ben. committit. Kal. Dec. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 310. n° 577. — »Ex parte dilectarum.«

„ 1 „ (23871) Indulgentiam dat pro ecclesia fr. ord. Minor. de Pruvino Senonens. dioc. Kal. Dec. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 311. n° 578. — »Vitae perennis gloria.«

„ 5 „ * (23872) Cum Nicolao dicto Odubartig clerico Ymlacens. dioc. super defectu natalium dispensat. Non. Dec. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 158. n° 345.

„ 9 „ (23873) Indulgentiam concedit pro ecclesia ss. Apostolorum (Petri et Pauli?) Bergensi. v id. Dec. a° 4°. ‖ Unger og Huitfeldt Diplom. Norveg. VIII. i. 27. n° 15. — »Uite perennis gloria.«

„ 13 „ (23874) Philippo regi Franciae scribit, se eius nuncios P(etrum) episcopum tunc electum Carcassonensem, magistrum Iohannem de Foresta clericum ac Aegidium de Compendio laicum benigne recepisse, qui inter cetera petiissent, »ut ad negotium Aragoniae prosequendum tibi per sex annos concederemus decimam omnium ecclesiasticorum reddituum regni tui et faceremus contra illos de Aragonia crucem in omnibus eiusdem regni tui praedicari.« Profert causas varias, ex quibus exauditionem petitionum ipsarum differt. Id. Dec. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1291 § 56. — »Venerabilis frater noster.«

„ 13 „ (23875) Praeposito et conventui monasterii in Cappenberge ord. Praemonstr. Monasteriens. dioc., quibus quondam Engelbertus comes de Marcha tunc vetus patronus ecclesiae de Marcha et in Hammone et in castro de Marcha capellarum ab eadem ecclesia dependentium ius patronatus in eisdem concesserat, hanc concessionem confirmat. Id. Dec. a° 4°. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 749. n° 1439. — »Cum a nobis.«

„ 17 „ (23876) Archiepiscopo Iadrensi mandat, ut Franciscum abbatem monasterii s. Petri ord. s. Ben. Arbens. dioc., quem Marcus Michael comes Arbensis, Stephanus de Forma, Madius de Pairco et Zodenicus de Zodenicis tunc iudices Arbenses ad regimini ipsius monasterii renuntiandum corporali praestito iuramento coegerant, ab observatione huius iuramenti absolvat et denuntiet eum ad observationem ipsius aliquatenus non teneri. xvi kal. Ianr. a° 4°. ‖ Monumenta spect. hist. Slav. merid. I. 128, *ubi perperam ad* a. 1298. 16. prosinca. — »Ad audientiam nostram.«

„ 18 („) * (23877) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. Rothomagensium. xv kal. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 311. n° 579.

„ 19 („) * (23878) Indulgentiam largitur pro ecclesia fr. ord. Minor. de Insula Danubii iuxta Budam Vesprimiens. dioc. xiv kal. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 580.

1291.

Dec. 23	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23879) (Conrado) praeposito ecclesiae Brandenburgensis committit, dispenset cum Henrico Magnopolensi domino Slaviae et Beatrice filia Alberti marchionis Brandeburgensis, qui quarto sint consanguinitatis gradu coniuncti, ut matrimonium contrahere valeant. x kal. Ianr. a° 4°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 200. n° 256; *integrius in* Meklenb. UB. III. 437. n° 2138. — »Ex parte dilectorum.«
» 23	»	(23880) Reynaldo comiti Gelriae indulget, ut capellanus eius possit habere altare portatile et ipsi, uxori et fratribus in eo missarum sollempnia celebrare. x kal. Ianr. a° 4°. Nijhoff Gedenkwaardigheden van Gelderland I. Oork. 39. n° 35. — »Deuotionis tuae precibus.« *Cf.* n° 23868.
» 28	»	(23881) Episcopo Atrebatensi mandat, ut I(ohannem) de Avesnis comitem Haynoniae aliosque nobiles ad observationem conventionum et pacis cum Valencenensibus initae compellat. v kal. Ianr. a° 4°. ‖ Martene Thes. Anecd. I. 1253. — »Sua nobis dilecti.«

1292.

Ianr. 1	»	(23882) Consilio et communi Neapolitanis mandat, ut Iohanni Machario de Urbe familiae suae marescalco latori praesentium satisfactionem impendant pro camera apostolica de 200 florenis auri *etc.*, in quos illi incurrerant propter ea, quod Marinus Bulgarus civis Neapolitanus more piratico vasem navalem frumento onustam et ad papam pertinentem ceperat. Kal. Ianr. a° 4°. ‖ Epist. N-i. Cod. ms. Paris. fol. 60. — »Nuper ....«
		° *In eundem modum* C(arolo) principi Salernitano primogenito et vicario C(aroli) regis Syciliae.
» 1	»	(23883) (Iohanni) archiepiscopo Lundensi concedit, ut cum Iacobo Lundensis ecclesiae praeposito dispenset, quod praeter praeposituram praedictam possit unicum aliud beneficium ecclesiasticum curam animarum habens licite recipere. Kal. Ianr. a° 4°. ‖ Annaler f. Nord. Oldkynd. 1860. p. 101. — »Cum sicut ex.«
» 5	»	(23884) (Conrado) praeposito ecclesiae Brandeburgensis, »cum ecclesia Brandeburgensis pastore vacare dicatur ad presens«, mandat, ut cum Iohanne filio Alberti marchionis Brandeburgensis et Eufemia filia Henrici ducis Slesiae de matrimonio ineundo dispenset, licet se quarto consanguinitatis gradu contingant. Non. Ianr. a° 4°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 201. n° 257; Theiner Mon. Polon. I. 108. n° 190. — »Petitio dilecti filii.«
» 5	»	(23885) (Gentili) archiepiscopo Rheginensi indulget, ut testamentum condere valeat. Non. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 311. n° 581. — »Quia praesentis vitae.«
» 9	»	(23886) Dispensat cum Carolo presbytero praeposito ecclesiae de Langlandia Othoniens. dioc. ad preces Waldemari ducis Iucyae, ut dictam praeposituram et ecclesiam s. Martini in Eking una cum ecclesia ss. Symonis et Iudae in Scerebek *etc.* retinere possit. v id. Ianr. a° 4°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 396. n° 78. — »Lecta coram nobis.«
» 9	»	(23887) Indulgentiam elargitur pro ecclesia fr. ord. Minor. de Modonta Carnotens. dioc. v id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 311. n° 582. — »Licet is de.«
» 12	»	(23888) Abbati S. Germani a Pratis Parisius ord. s. Ben. concedit, ut Stephanus eiusdem monasterii monachus, olim praepositura privatus a Martino pp. IV tunc in partibus Franciae legato sedis apostolicae, ad omnes regulares administrationes dicti ordinis assumi possit. II id. Ianr. a° 4°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 294. — »Petitio tua nobis.«
» 13	Romae ap., S. (Mariam) maiorem	(23889) Scolastico ecclesiae s. Iohannis Maguntinae mandat, procuret, ut magister Bernhelmus de Grevenrot canonicus ecclesiae s. Bartholomaei Frankenvordensis Magunt. dioc., qui canonice sit receptus in canonicum, ibidem quoque praebendam de iure debitam assequatur. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Boehmer Cod. dipl. Moenofranc. I. 262. — »Significavit nobis dilectus.«
» 13	Romae ap. S. Mariam maiorem	° (23890) Indulgentiam dat pro ecclesia monialium de Belloloco super Sclandam ord. s. Clarae. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 312. n° 583.
» 13	»	(23891) Abbatissae et conventui eiusdem monasterii indulget, ut nullus ad recipiendum aliquam in monacham seu conversam eas compellere possit invitas. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 584. — »Volentes vos et.«
» 13	»	(23892) Easdem a praestatione procurationum et subsidiorum legatis apostolicae sedis facienda eximit. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 585. — »Ut eo liberius.«
» 13	»	(23893) Eisdem indulget, ut extra Tornacensem diocesim in causam trahi vel ad iudicium evocari nequeant per sedis apostolicae vel eius legatorum litteras. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 586. — »Paci et tranquillitati.«
» 13	»	(23894) Isabellae comitissae Flandriae indulget, ut monasteria ord. s. Clarae in custodia Flandriae constituta bis in anno ingredi possit. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 587; *cf.* Saint Genois Inventaire 182. n° 620. — »Devotionis tuae meretur.«
» 13	»	° (23895) Le pape permet aux différentes personnes de la maison du comte et de la comtesse de Flandre de se confesser aux confesseurs et chapelains de ces derniers. Id. Ianr. a° 4°. Saint Genois l. c. n° 621.

1292.

Ianr. 15	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23896) Archidiacono Vercellensi mandat, ut ecclesiam s. Salvatoris de Mercatello Vercellensem guardiano et fratribus ord. Minor. de Vercellis concedat. XVIII kal. Febr. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 555. n° 66; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 313. n° 588. — »Pridem dilectis filiis.«
» 17	»	(23897) Gentili archiepiscopo Reginensi administratori episcopatus Alifani concedit facultatem absolvendi omnes illos, qui pro auxilio vel favore impensis quondam Petro de Aragonia eiusque haeredibus super invasione et detentione regni Siciliae in excommunicationis sententias inciderunt. XVI kal. Febr. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 556. n° 67; Sbaralea l. c. 314. n° 589. — »De tuae circumspectionis.«
» 23	»	(23898) (Ierundo) archiepiscopo Nidrosiensi committit, ut cum Augustino Taorgilli eiusque fratre Iohanne presbyteris super defectu natalium dispenset. x kal. Febr. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 54. — »Constitutus in presentia.«
» 23	»	(23899) Universis Christifidelibus, qui signo crucis assumpto de cismarinis partibus ad defensionem regni Armeniae, quod ad sui tuitionem fidelium egeat subsidiis, contra hostes crucis accesserint, indulgentias, privilegia et gratias concedit, quae transfretantibus in Terrae sanctae subsidium sunt concessae. x kal. Febr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1292 § 2. — »Pia mater ecclesia.«
» 23	»	(23900) Philippo regi Francorum commendat Thomam de Tolentino ac Marcum de Monte Lupone Minoritas ac Gaufridum Comitissae nuncios regis Armeniae rogans, ut eos benigne recipiat eisque animum regiae propitiationis impendat. x kal. Febr. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 292; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 315. n° 592; *omisso exordio* Raynald. l. c. § 1. — »Pia mater ecclesia.«
» 23	»	(23901) Indulgentiam tribuit pro ecclesia fr. ord. Minor. Ariminensium. x kal. Febr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 314. n° 590. — »Vitae perennis gloria.«
» 23	»	° (23902) Indulgentias concedit pro ecclesiis fr. ord. Minor. Caesenatensium, Foro Semproniensium, de Corinaldo Senogalliens. dioc., de Victoria et de Monte Avium Fanens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. 315. n° 591.
» 26	»	(23903) Indulgentiam elargitur pro ecclesia fr. ord. Minor. Pisaurensium. VII kal. Febr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 593. — »Vitae perennis gloria.«
» 26	»	° (23904) Indulgentias tribuit pro ecclesiis fr. ord. Minor. de Fano et de Saltaria Fanens. dioc., de Monte Formisino Ariminens. dioc. et de Scotaneto Pisaurens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. 316. n° 594.
» 27	»	° (23905) Indulgentias concedit pro ecclesiis fr. ord. Minor. Auximanorum, de Forano Auxim. dioc. et de Castro Fidardi Humanatens. dioc. necnon de Monticulo Camerin. dioc., itemque pro ecclesia monialium B. Mariae de Virginibus ord. s. Dam. prope muros Fulginat. ‖ Sbaralea l. c. n° 595.
» 27	»	(23906) Salvi fratris ord. Praedic. electionem in episcopum Pensauriensem confirmat. VI kal. Febr. a° 4°. ‖ Olivieri-Giordani Mem. della chiesa Pesarese 142. n° 19; *cf.* Ughelli Ital. sacra II. 859. — »Sane dudum Pensauriensis.«
» 28	»	(23907) Nicolaum fratrem Minor. ord. Albinganensi ecclesiae praeficit in episcopum. v kal. Febr. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 557. n° 68; Sbaralea l. c. 317. n° 597. — »Ad universalis ecclesiae.«
» 28	(»)	° (23908) Indulgentiam tradit pro ecclesia fr. ord. Minor. Turonensium. v kal. Febr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 596.
Febr. 1	»	(23909) Indulgentiam donat pro ecclesia fr. ord. Minor. Castrimillii Anconitan. dioc. Kal. Febr. a° 4. ‖ Sbaralea l. c. 318. n° 598. — »Vitae perennis gloria.«
» 1	(»)	° (23910) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. de Tornasano Auximan. dioc. et de Sirolo Humanatens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 599.
» 5	»	(23911) Ierundo archiepiscopo Nidrosiensi concedit, ut clericos et laicos suae civitatis et diocesis, qui pro violenta manuum iniectione in clericos *etc.* excommunicationis sententiam incurrerunt, ab hac sententia absolvat. Non. Febr. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 56. — »Ex parte tua.«
» 5	»	(23912) Eidem concedit, ut liceat ei aliquem presbyterum eligere in confessorem. Non. Febr. a° 4°. ‖ Lange l. c. 57. — »Benigno tibi sunt.«
» 5	»	(23913) Indulgentiam dat pro ecclesia fr. ord. Minor. de Lucignano Aretin. dioc. Non. Febr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 318. n° 600. — »Licet is de.«
» 5	(»)	° (23914) Indulgentiam tribuit pro ecclesiis fr. ord. Minor. de Ebulo Salernit. dioc. et de Miniano Theanens. dioc. ‖ Sbaralea l. c. n° 601.
» 5	»	(23915) Indulgentiam concedit pro ecclesia s. Mariae de Eikundasund Stawangrens. dioc. Non. Febr. a° 4°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 55. — »Gloriosus Deus in.«

		1292.
Febr. 5	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23916) Indulgentiam elargitur pro ecclesia cathedrali s. Olaui Nidrosiensi. Non. Febr. a° 4°. ‖ Lange l. c. 56. — »Vite perennis gloria.«
„ 5	„	(23917) Indulgentiam donat pro cathedrali ecclesia b. Mariae Aboensi. Non. Febr. a° 4°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. I. 134. n° 1059; *cf.* Celse Appar. 96. n° 12. — »Vite perhennis gratia (!).«
„ 8	„	(23918) Decano et capitulo Parisiensibus indulget, ut extra diocesim Parisiensem per litteras apostolicae sedis ac legatorum eius nequeant in iudicium evocari. VI id. Febr. a° 4°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 217. *Deest initium.*
„ 9	„	(23919) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. conventus S. Angeli Papalis. V id. Febr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 319. n° 602. — »Vitae perennis gloria.«
„ 9	„	• (23920) Indulgentias elargitur pro ecclesiis fr. ord. Minor. Urbinatium, S. Angeli in Vado Urbinat. dioc., S. Marini, Leonani et S. Leonis. ‖ Sbaralea l. c. n° 603.
„ 12	„	(23921) Eduardum regem Angliae laudat, quod ad Terrae sanctae subsidium stabili firmoque proposito animum roboravit; sed de »tua petitione, quae nobis .... fuit cum instantia repetita, ut de decimis et obventionibus regnorum et terrarum, quorum quarumque reges vel domini personaliter in Terrae sanctae subsidium non transibunt, tibi provideret ecclesia, non videmus quod aliud respondere possimus, quam quod tibi et tuis nunciis ecclesia ipsa respondit, videlicet quod de decimis collectis in praefatis regnis et terris ...., sublatis impedimentis quae tunc obstabant, nec novis supervenientibus, si quid erit de decima ipsa residuum, sic ipsius terrae negotio ac tibi in eodem providere disponimus, quod merito debebis et poteris esse contentus.« .... »Cum passagium tuum senserimus praeparatum, ... te et omnes barones et nobiles ac milites et alios qui tecum in Terrae sanctae subsidium transfretabunt, in apostolicae sedis protectionem et gratiam .... favorabiliter admittemus.« II id. Febr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1292 § 6; Rymer Foed. I. III. 76. — »Ferventis desiderii magnitudo.«
„ 12	„	(23922) Eidem scribit de passagio suo in Terram sanctam accelerando. II id. Febr. a° 4°. ‖ Rymer l. c. 77. — »Novit animus magnificentiae.«
„ 12	(„)	• (23923) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. de Setia Terracin. dioc. II id. Febr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 320. n° 604.
„ 13	(„)	• (23924) Indulgentias tribuit pro ecclesiis fr. ord. Minor. Terracinensium et de Piperno Terracin. dioc. necnon de Nympha Velitrens. dioc. Id. Febr. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. n° 605.
„ 13	—	Archiepiscopo Armachano, priori Praedic. ac guardiano Minor. ord. de Ponte: »Ap. Urbem veterem« id. Febr. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 157. n° 344, *vid.* n° 23563.
„ 13	(Romae ap. S. Mariam maiorem)	(23925) Abbati et conventui monasterii s. Maglorii Parisiensis ord. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, feudalibus duntaxat exceptis, a personis liberis in eorum monasterio professionem facientibus petere, recipere ac retinere possint. »Perusii« id. Febr. a° 4°. ‖ Gallia christ. VII. instr. 121. — »Devotionis vestrae precibus.«
„ 15	(„)	• (23926) Indulgentiam dat pro ecclesia fr. ord. Minor. Albanensium. XV kal. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 320. n° 606.
„ 20	—	Decano et capitulo ecclesiae s. Martini Turonensis: »Ap. Urbem veterem x kal. Mart. a° 4°«. ‖ Défense des privil. de S. Martin de Tours 44, *vid.* 1291. Febr. 20. n° 23575.
		1291. Febr. 22 — **1292.** Febr. 21.
—	—	• (23927) Confirmat, monasterium de Intermontes, quod Robertus episcopus Gebennensis († 1287. Ianr. 14) monasterio s. Rufini Valentinensis subiecerat, huic subesse. A° 4°. ‖ Mém. de la soc. d'hist. de Genève XVI. 130.
		1292.
„ 25	(Romae ap. S. Mariam maiorem)	• (23928) Indulgentiam concedit pro ecclesia fr. ord. Minor. s. Mariae Anconitanorum. VI kal. Mart. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 321. n° 607.
„ 26	(„)	• (23929) Indulgentias dat pro ecclesiis fr. ord. Minor. Aesinensium, Senogalliensium et de Monte Bodio, de Rocca, de Montenovo et de Serra Comitum Senogall. dioc., item de Pyro et de Matelica Camerin. dioc., de Staphylo Auximan. dioc., de Saxoferrato Nucerin. dioc. necnon pro illa Clarissarum S. Angeli Papalis. V kal. Mart. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 608.
„ 26	„	(23930) Indulgentiam largitur pro ecclesia monasterii s. Salvatoris de S. Severino ord. s. Clarae Camerin. dioc. V kal. Mart. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 609. — »Licet is de.«
„ 26	(„)	• (23931) Indulgentiam donat pro ecclesia monialium s. Clarae de Monte Sancto Firman. dioc. necnon pro ecclesia s. Mariae Camerinensi ord. s. Clarae. ‖ Sbaralea l. c. 322. n° 610.
„ 29	„	(23932) Potestatem, capitaneum, consilium et commune Ianuenses rogat et hortatur, ut nullus eorum ad Iacobum filium quondam Petri Aragonum regis nuncios vel litteras destinet vel recipiat ab eodem, nec aliquod ei consilium vel auxilium impendat publice vel occulte, nec ulla foedera, societatem, coniurationem, treugas vel inducias cum

		1292.
		eodem aut Siculis, Frederico Iacobi praefati germano, vicariis, officialibus *etc.* eorum ineat, »per quae incidatis in poenas processuum eorundem.« Addit, se eis mittere fratrem Nicolaum de Camplis ord. Minor., ut praemissa ad effectum laudabilem votivae executionis abducat. II kal. Mart. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. n° 611; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1292 § 15. — »Clara vestrae devotionis.«
Febr. 29	Romae ap. S. Mariam maiorem	(23933) Abbati et conventui monasterii s. Mariae in Otterburg Cisterc. ord. Mogunt. dioc., quibus Helwicus canonicus Moguntinus, Syfridus quondam Volmari de S. Albino et Conradus Baldemari dicti de Wendelnsheim militum domicelli, et Adelheidis, Clementia ac Benedicta sorores dicti canonici, tunc patroni ecclesiae de S. Albino Mogunt. dioc., ius patronatus eiusdem ecclesiae contulerant, hanc collationem confirmat. II kal. Mart. a° 5°. ‖ Frey UB. des Kl. Otterberg 198. n° 257. — »Cum a nobis.«
Mart. 1	„	(23934) Eduardo regi Angliae, qui per Iohannem de S. Iohanne ac Rogerium dictum Lestrange nuncios suos petiverat, ut »submissionem in ipsum factam a quibusdam, qui in regno Scotiae se vendicant ius habere,« confirmaret, respondet, se petitioni regiae non duxisse annuendum. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1292 § 13. — »Oblata nuper nobis.«
„ 1	„	(23935) Eidem — qui per eosdem nuncios petierat, ut papa concederet, ut census annuus 1000 marcharum sterlingorum, ad quem ratione regni Angliae ac Yberniae papae et ecclesiae Romanae rex tenebatur, in aliquibus ipsius regni ecclesiis de cetero persolveretur — respondet, se non proponere aliquid immutare circa ea, quae super eodem censu per suos praedecessores et eius acta solemnius et servata diutius sint. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 12. — »Inter alia nuper.«
„ 1	„	(23936) (Iohanni) archiepiscopo Lundensi concedit facultatem dispensandi cum Iohanne dicto Bille, Iohanne dicto Calf, Iohanne Sibrandi *etc.* clericis Lundensis diocesis, ut quilibet eorum duo beneficia ecclesiastica recipere possit. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 397. n° 79. — »Grandis affectus quem.«
„ 1	„	(23937) Indulgentiam elargitur pro ecclesia s. Mariae de Prato Florentin. dioc. ord. s. Clarae. Kal. Mart. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 323. n° 612. — »Licet is de.«
„ 5	„	(23938) Bertrando episcopo Agennensi concedit facultatem, ut de bonis suis licite acquisitis libere testari possit. III non. Mart. a° 5°. ‖ Baluze Vitae pap. Avenion. II. 13. — »Quia praesentis vitae.«
„ 7	„	(23939) Abbati et conventui monasterii de Eberbach Cisterc. ord. Magunt. dioc. concedit facultatem utendi de cetero illis privilegiis, quibus propter simplicitatem et iuris ignorantiam usi non sunt temporibus retroactis. Non. Mart. a° 5°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 359, *perperam ad* a. 1293. — »Cum sicut ex.«
„ 11	„	(23940) (Petro Gradenico) duci et consilio ac communi Venetorum fratres ord. Minor. inquisitores haereticae pravitatis »illarum venatores vulpium quae clandestinis studiis basem conantur demoliri ecclesiae« commendat eosque rogat, ut constitutiones contra haereticos admittant et inconcusse servent. V id. Mart. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 293; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 323. n° 613; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1292 § 16. — »Grata nobis admodum.«
„ 11	„	(23941) Ministro provinciali ord. Minor. in administratione Provinciae mandat, ut inquisitores haereticae pravitatis ex eodem ordine in comitatibus Viennensi et Alboni *etc.* instituat. V id. Mart. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 324. n° 614. — »Prae cunctis.«
„ 15	„	(23942) B. abbati et conventui monasterii s. Pauli de Urbe concedit facultatem locandi domus emphiteuticas et solitas locari ad ipsum coenobium pertinentes et pastinandi possessiones aptas *etc.* Id. Mart. a° 5°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 274. — »Ea libenter quantum.«
„ 23	„	(23943) Compositionem inter archiepiscopum Lugdunensem ex parte una et decanum capitulumque ex altera super temporali iurisdictione civitatis Lugdunensis et quibusdam aliis articulis factam mediantibus G. Sabinensi episcopo et B. tit. S. Martini presbytero, tunc S. Nicolai in carcere Tulliano diacono cardinale, dum versus partes Gallicas transitum per civitatem facerent Lugdunensem, confirmat. X kal. Apr. a° 5°. ‖ Ménestrier Hist. de Lyon, preuv. XVI. — »Iis quae per.«
„ 23	„	(23944) Abbati et conventui monasterii de Heberbach Cisterc. ord. Magunt. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. X kal. Apr. a° 5°. ‖ Rossel UB. d. Abtei Eberbach II. I. 361. — »Cum a nobis.«
		1288. Febr. 22 — **1292** Apr. 4.
—	—	(23945) S. Andreae in Flumine ac s. Sylvestri de Monte Syracto monasteria, quorum unum dependet ab alio, ord. s. Ben. Civitatis Castell. dioc. sub b. Petri et sua protectione suscipit omnesque eorum bona ac possessiones, quorum plurima nominatim recenset, confirmat. *Sine nota chronol.* ‖ P. Galletti Del primicero della s. Sede apostolica (Roma 1776. 4°) 347. — »Religiosam vitam eligentibus.«

1292.

Apr. 4 | Romae

MORITUR. »Die 4. Aprilis die Veneris sancto de hoc seculo transmigravit.« ‖ Iacobi Auriae Annal. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 340. — »Obiit Romae in parasceve sancta (*i. e.* d. 4. Apr.) sepultusque fuit in S. Maria maiori terminante a° D^{i} 1292 (1291 *Niem*) vel inchoante a° D^{i} 1293 (1292 *Niem*).« ‖ Vita N-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 612; Theoder. de Niem Vit. pontif. Rom. ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1463. — »Obiit die parasceves.« ‖ Annal. Edwardi I *in* W. Rishangeri Chron. 482; Walteri de Hemingburgh Chron. II. 39. — »IV die mensis Aprilis, die videl. parasceve Romae in fata decessit.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 264.

»1291 obiit III non. Apr.« (*i. e.* d. 3. Apr.) ‖ Annal. Blandiniens. ap. Pertz l. c. scr. V. 34.

»Die Mercurii sancto secundo intrante Aprilis (*i. e.* d. 2. Apr.) obiit.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 710 (Chron. Parmens. 84). — »Fratres de papa Nicholao et de archiepiscopo Iohanne Cantuariensi sic dicebant: »»Solem et lunam sub nostro habitu nos habemus.«« Sed IV non. Apr. sol cognovit occasum suum.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 509.

»Nicolaus IV in passione Romae moritur et in S. Maria maiori sepelitur.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 27 ap. Muratori l. c. XI. 1198. — »Obiit circa annuntiationem b. Mariae.« ‖ Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 280.

»Fatale debitum carnis exsolvens circa festum paschae, quod eo anno contigit VI die Aprilis, papatus celsitudinem ... coelesti palatio commutavit.« ‖ Ann. de Oseneia *in* Annal. monast. IV. 332.

»Homo bonus.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. c. 21 ap. Muratori l. c. 1195.

VACATIO. »Vacavit ecclesia annis 2 mensibus 3 et diebus ... propter dissensionem cardinalium, qui erant tantum 12 numero.« ‖ Iacobi Auriae Annal. ap. Pertz l. c. XVIII. 340. — »Papa Nicolao defuncto ecclesia Romana per duos annos et amplius vacavit antistite viduata«; — »Post 2 annorum 3 mensium et 2 dierum ecclesiae Romanae vacationem Coelestinus V praesidet.« ‖ Guillelmi de Nang. Chron. ap. Achery Spicil. III. 49; 50 (ed. Géraud I. 284; *cf.* p. 280). — »Vacavit sedes fere per 2 annos.« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 39. — »Vacavit sedes annis 2 et mensibus 3«. ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 773. — »Vacavit sedes annis 2 mensibus quasi 3«. ‖ Vita N-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 612; Theod. de Niem l. c. 1462. — »Vacavit ecclesia post mortem Nicolai annis 2 et mensibus 3«. ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 27 ap. Muratori l. c. XI. 1198.

»Tunc cardinales de communi concordia *Perusium* se transferunt propter mala, quae consecuta sunt in Urbe in praecedenti electione de mortibus cardinalium.« ‖ Petr. Lucens. l. c. 1198.

Sententia Nicolai IV: **Illumina faciem tuam super servum tuum.** **1289.** Iul. 1. n° 22990—**1291**. Sept. 22. n° 23825.

Testes subscripserunt bullis:

Bentivenga (de Bentivengis de Aquasparta, ord. Minor.) episcopus Albanensis. (*Cf.* p. 1824.) **1288**. Sept. 3. n° 22789—**1289**. Febr. 1. n° 22870 (*ubi* Bonaventura *legitur*).

Latinus (Malabranca Ursinus, Romanus) episcopus Ostiensis et Velletrensis. (*Cf.* p. 1824.) **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 22990. 23010. 23097. 23649. 23709. 23744. 23795. 23796—**1291**. Sept. 22. n° 23825.

Bernardus (de Languissello, Gallus) episcopus Portuensis et S. Rufinae. (*Cf.* p. 1824.) **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 22990. 23010. 23097—**1291**. Iul. 23. n° 23744.

Berardus (de Gotho) episcopus Praenestinus. **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 22990 (*ubi* Gerardus *legitur*)—**1289**. Iul. 18. n° 23010.

Gerardus (Blancus, Parmensis) episcopus Sabinensis. **1289**. Iul. 1. n° 22990—n° 23010. 23097. 23709. 23744. 23795—**1291**. Aug. 23. n° 23796.

Iohannes (Boccamatius, Romanus, antea archiepiscopus Montis Regalis) episcopus Tusculanus. **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 23010. 23097. 23649. 23709. 23744—**1291**. Aug. 23. n° 23796.

Iohannes (Cholet, Gallus) presb. cardinalis tit. S. Caeciliae. **1291**. Apr. 17. n° 23649—n° 23709. 23744. 23795. 23796—**1291**. Sept. 22. n° 23825.

Matthaeus (de Aquasparta, ord. Minor.) presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso. **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 23010. 23097. 23649. 23709. 23744. 23795. 23796—**1291**. Sept. 22. n° 23825. Fit episcopus Praenestinus.

Petrus (Peregrossus de Mediolano, antea vicecancellarius S. R. E.) presb. cardinalis tit. S. Marci. (*Cf.* p. 1718. 1795. 1825.) **1289**. Iul. 18. n° 23010—n° 23097. 23709. 23744. 23795—**1291**. Aug. 23. n° 23796.

Hugo (Seguin de Billon, Gallus) presb. cardinalis tit. S. Sabinae. **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 22990. 23010. 23097. 23649. 23709. 23744. 23795—**1291**. Aug. 23. n° 23796.

Neapoleo (Ursinus, Romanus) diac. cardinalis tit. S. Adriani. **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 22990. 23010. 23097. 23649. 23709. 23744. 23795. 23796—**1291**. Sept. 22. n° 23825.

Petrus (Columna, Romanus) diac. cardinalis tit. S. Eustachii. **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22990. 23010. 23097. 23709. 23744. 23796—**1291**. Sept. 22. n° 23825.

Matthaeus (Rubeus Ursinus) diac. cardinalis tit. S. Mariae in Porticu. (*Cf.* p. 1703. 1825.) **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 22990. 23010. 23097. 23649. 23744. 23795. 23796—**1291**. Sept. 22. n° 23825.

Iacobus (Columna, Romanus) diac. cardinalis tit. S. Mariae in via lata. (*Cf.* p. 1825.) **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 23010. 23097. 23649. 23709. 23744. 23795—**1291**. Aug. 23. n° 23796.

Benedictus (Caietanus, Anagninus) diac. cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. (*Cf.* p. 1795. 1825.) **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870. 22990. 23010. 23097. 23744. 23796—**1291**. Sept. 22. n° 23825.

Datae sunt bullae per manum

magistri **Iohannis decani Baiocensis** S. R. E. vicecancellarii. **1288**. Sept. 3. n° 22789—n° 22870 22990. 23097. 23649. 23709. 23744. 23795. 23796—**1291**. Sept. 22. n° 23825.

SEDE VACANTE.

1294.

Mai. 28 | Perusii

(23946) Gerardus Sabinensis, Iohannes Tusculanus et frater Matthaeus Portuensis episcopi consilio et communi Viterbiensibus ecclesiae Romanae fidelibus sub excommunicationis poena in personas et interdicti in civitatem eorum ac 2000 marcharum argenti poenis mandant, ut civibus Urbevetanis nullum contra castrum Bulsenum et terras Vallis lacus ad ecclesiam Romanam pleno iure spectantia et habitatores eorum impendant auxilium vel favorem publicum vel occultum. V kal. Iun. a° D^{i} 1294 apostolica sede vacante. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 1. — »Credimus ad vestram.«

COELESTINUS V. 1294.

Antea dictus Petrus de Murrhone, sic cognominatus a monte supra Sulmonem, quem ex solitudinis desiderio s. Benedicti regulam sectans (*vid.* n° 23976) inhabitabat, patre Angelerio agricola, matre Maria oriundus, patria Iserniensis, natione Apulus. admirabilis simplicitate, pater cuiusdam tenuis religionis ab ipso institutae quae appellatur S. Benedicti in Montibus (*cf.* Guillelmus de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 284). — Eiusdem opuscula omnia primum edidit Coelestinus Telera Neapoli 1640. 4°, opera diversa in Biblioth. max. PP. XXV. 754.

1294.

Iul. 5 | Perusii

ELIGITUR. »Nos ... frater Latinus Ostiensis, Gerardus Sabinensis et frater Matthaeus Portuensis episcopi, ... et Petrus S. Eustachii diaconi cardinales notum facimus, quod a° D^{i} 1294 mense Iulii die Lunae, quinto mensis eiusdem, apostolica sede per obitum ... Nicolai pp. IV vacante ... nos electionem de fratre Petro de Murrone ord. s. Ben. factam per eundem episcopum Ostiensem ratam habentes eundem fratrem Petrum licet absentem devote recepimus (recipimus *Rayn.*) in nostrum ac universalis ecclesiae episcopum et pastorem.« ‖ Decretum electionis in Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 6; ap. Marini Vita et miracoli di s. Pietro del Morrone gia Celestino pp. V (Milano 1630. 4°) 308; Wadding Ann. Minor. V. 320; Rubei Bonifac. VIII. 6; ap. Beurrier Hist. des Celestins 99; *cf.* J. E. Kopp Gesch. d. eidgenöss. Bünde III. I. 165. not. 1. — »Die 5. intrante Iunio (*legas* Iulio) ellectus fuit.« ‖ Ann. Parmens. mai. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 713 (Chron. Parmens. 88). — »A° 1293 mensis Iulii die 5. eligitur et consecratur.« ‖ Gesta abb. S. Trudon. Cont. 3ª ap. Pertz l. c. scr. X. 406. — »Electus est uno die ante octavam apostolorum Petri et Pauli (*i. e.* d. 5. Iul.) Perusii.« ‖ Ann. Urbevetani ap. Pertz

1294.

l. c. scr. XIX. 271; ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 220. — »Quinta die mensis Iulii apud Perusium ... est electus.« ‖ Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 284. — »A° D[i] 1294 indict. 7a frater Petrus de Murone electus fuit die 12. intrante Iulio cardinalibus existentibus apud Perusium.« ‖ Annal. Foroiuliens. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 207. — »Cardinales videntes quod ecclesia .... et quod populus Romanus erexit verticem et quod vicina fuit eis confusio, ... coeperunt de papa tractare in palatio Perusino III non. Iul. (*i. e.* d. 5. Iul.), ... et cum de se ipsis neminem possent eligere, direxerunt ad exteros vota sua, scil. ad fratrem Petrum de Morana heremitam in Albrucia ....« ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 252. — »In crastino translationis s. Martini (*i. e.* Iul. 5) apud Perusium in summum pontificem est electus.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 273. — »V die Iulii electus est.« ‖ Ann. de Dunstaplia *in* Annal. monast. III. 382. — »V die Iulii in civitate Perusina frater Petrus de M. ... vocatus extitit ad papatum.« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 516.

»Inopinate sane eligitur ad papatum VII kal. Iul. (*i. e.* d. 25. Iun.) a° D[i] 1294 in Perusio civitate.« ‖ Vita C-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 669; Theod. de Niem Vit. pont. Rom. ap. Eccard Corp. hist. med. aevi I. 1463. — »A° D[i] 1294 post festum b. Iohannis baptistae, hoc est VII kal. Iul., ad persuasionem domini Latini Ostiensis episcopi et post recessum (Caroli) regis vota sua dirigunt cardinales in quendam eremitam de Abrutio, cuius nomen frater Petrus de Murone, ipsumque in summum pontificem eligunt, qui vocatus est Coelestinus V.« ‖ Ptolem. Lucens. Histor. eccl. lib. 24. c. 29 ap. Muratori l. c. XI. 1199.

»Hoc a° eligitur frater Petrus de Morrone in papam mense Iunii, qui vocatus est Celestinus V et venit Neapolim.« ‖ Ann. Cavens. ap. Pertz l. c. scr. III. 195. — »Eodem a° ad summum pastorale officium promeruit provehi Petrus de Maroni mense Iunii, tunc Coelestinus V.« ‖ Annal. Angliae et Scotiae *in* Rishangeri Chron. 381.

Iul. 11 Perusii (23947) Petro de Murrhone ord. s. Ben. summo electo pontifici episcopi, presbyteri et diaconi S. R. E. cardinales supplicant et deposcunt, ut electioni de ipso factae et tam laudabiliter tantaque concordia celebratae pium velit accommodare assensum. V id. Iul. a° D[i] 1294. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 7; Wadding Ann. Minor. V. 320; Beurrier Hist. des Celestins 102. — »Si diffusam facti.«

Aug. 17 Aquilae (23948) .... de Trebis feudum, quod quondam Iohannes Spade de Agnania(!) miles in castro Summonis(?) et eius territorio a Romana ecclesia tenuit, sub annuo censu 5 solidorum concedit. XVI kal. Sept. »suscepti a nobis apostolatus officii a° 1°«. ‖ Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 61[v]. — »Tue deuotionis et.«

(Iul. 5-Aug. 28) ? (23949) Lanfranco Anselmi, Pucio Raynerii, Clarentino Anselmi et Merguliesio Brachii de Societate Clarentum de Pistorio camerae apostolicae mercatoribus testificatur, 2000 florenorum auri de certa quantitate pecuniae penes eos deposita ad mandatum papale Gentili de Sangro militi Anconitanae marchiae rectori ab ipsis esse persoluta. ».... apostolatus officii a° 1°«. ‖ *Ibid.* fol. 61. — »Cum de certa.«

Aug. 29 Aquilae CORONATUR. »Nos qui in s. Iohannis baptistae decollatione capitis in ecclesia s. Mariae de Colle Madio Aquilano ord. s. Ben. suscepimus diadema impositum capiti nostro insigne.« ‖ Coelestini Epist. indulg. ap. Raynald. Ann. eccl. ad a. 1294 § 13 (*vid.* n° 23981). — »Fuit coronatus in Aquila civitate in ecclesia s. Mariae de Colle Madio festo decollationis s. Iohannis baptistae.« ‖ Vita C-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 669; Theod. de Niem l. c. 1463.

»Apud Aquilam coronatur 8. die intrante Septembri.« ‖ Annal. Foroiuliens. ap. Pertz l. c. scr. XIX. 207.

»Pridie id. Sept. (*i. e.* Sept. 12) consecratus sollemniter est inthronizatus.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 273.

»Mense Iunii consecratur.« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 39.

»Papatum recepit venitque Aquilam, ubi tunc fixit sedem, ibidemque consecratur et coronatur; fueruntque in sua coronatione plus quam 200,000 hominum, et ego interfui.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 29 ap. Muratori l. c. XI. 1199.

" 30 " (23950) Populo Beneventano acriter opprobrat, quod contra statutum Martini pp. IV duodecim consules in civitate sua praetextu cuiusdam antiquae consuetudinis ordinaverunt. Cassat et vacuat hanc ordinationem, et prohibet, ne ulterius de creandis consulibus se intromittant. III kal. Sept. a° 1°. ‖ Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 61[v]. — »Nuper ad audientiam.«

" 30 " • (23951) Littera in qua univit monasterio s. Spiritus ecclesiam s. Severi de Popleto Aquilan. dioc. ipsam eximendo a potestate episcopi Aquilani et prioris capitulique ecclesiae Lateranensis. III kal. Sept. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. III. 189. XIII.

Sept. 1 " (23952) Gentili de Sangro marchiae Anconitanae rectori concedit facultatem moderandi et temperandi poenas et condemnationes, quas olim diversi rectores eorumque officiales fecerunt et inflixerunt, ad quarum autem satisfactionem et solutionem condemnatorum non sufficiunt facultates. Kal. Sept. (a° 1°). ‖ Cod. ms. Paris. l. c. fol. 61[v]. — »Sicut accepimus olim.«

1294.

Sept. 1 Aquilae (23953) Dividit Romanam provinciam ordinis fratrum Praedic. in duas provincias: in provinciam regni Siciliae et Romanam. Kal. Sept. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 49. n° 1. — »Clara ordinis fratrum.«

" 2 " (23954) Ministro et fratribus ac sororibus ordinis fratrum de Poenitentia civitatis, diocesis et districtus Aquilensis indulget, ut ad angarias, praestitudines vel onera saecularia minime teneantur. IV non. Sept. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 558. n° 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 330. n° 2. — »Dignum esse credimus.«

" 2 " (23955) Eisdem indulget, ut super civilibus et personalibus actionibus stare in saeculari foro minime teneantur. IV non. Sept. a° 1°. ‖ Wadding l. c. n° 2; Sbaralea l. c. n° 3. — »Desideriis vestris in.«

" 2 " • (23956) Littera continens indulgentiam 5 annorum et 5 quadragenarum visitantibus ecclesiam b. Mariae de Trivento ord. s. Ben. IV non. Sept. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 189. XIII.

" 3 " (23957) E(dwardo) regi Angliae nunciat, se, tunc fratrem Petrum de Murrone ord. s. Ben., ad summi apostolatus apicem evocatum esse ac impositum sibi onus assumpsisse. III non. Sept. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 136. — »Mirabilia Dei iudicia.«

(" 3) " (23958) Archiepiscopo Ravennati eiusque suffraganeis notum facit, se ad summi apostolatus apicem unanimi electione evocatum esse, eosque rogat et obsecrat, ut sibi ipsi cum orationum suffragiis aliisque placantibus maiestatem divini numinis intercessionibus in officio suscepto assistant. *Sine die et mense.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 329. n° 1. — »Mirabilia Dei iudicia.«

" 3 " (23959) Fratrem Petrum de Adria ord. Praedic. vicarium loco prioris provincialis in provincia regni Siciliae constituit. III non. Sept. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 50. n° 2. — »Cum nos ex.«

" 6 »Eodem anno dictus papa, qui vocatus fuit Celestinus, confirmavit magistrum Robertum de Wynchelse in archiepiscopum Cantuariae, scilicet die Lunae proxima ante nativitatem b. Mariae, qui ante festum s. Michaelis proximo sequens in archiepiscopum in curia Romana fuit consecratus, scilicet die dominica proxima sequenti, et die Veneris proxima sequenti recepit pallium.« ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 252.

" 9 " (23960) Robertum de Gernay in provincia Romandiolae ac civitatis Bononiae, Bretenorii ac pertinentiarum eorundem partibus generalem rectorem in spiritualibus statuit. V id. Sept. a° 1°. ‖ Ghirardacci Hist. di Bologna I. 317; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 43. n° 25. — »Etsi exigente pastoralis.«

" 9 " (23961) Eidem committit, ut condemnationes et poenas, quas diversi rectores provinciae *etc.* ipsorumque officiales diversis rectoratus temporibus fecerunt et inflixere, ad quarum satisfactionem aut solutionem condemnatorum non sufficiunt facultates, moderetur. V id. Sept. a° 1°. ‖ Ghirardacci l. c. 318. — »Sicut accepimus olim.«

" 11 " (23962) Magistro Petro archiepiscopo (*num legendum* archipresbytero?) ecclesiae de Buclano Theatin. dioc. et totius provinciae Romandiolae, civitatis Bononiae et comitatus Bretenorii rectori in eisdem partibus iurisdictionem in spiritualibus committit. III id. Sept. a° 1°. ‖ Ghirardacci l. c. 318. — »Cum habearis discretione.«

" 11 " (23963) Archiepiscopo Ravennati, episcopis, abbatibus .. et aliarum ecclesiarum praelatis ac rectoribus .... ceterisque personis ecclesiasticis et saecularibus per provinciam Romandiolae ... de superiore epistola significat eisque mandat, ut eundem magistrum Petrum benigne recipiant et eidem in omnibus quae ad eandem iurisdictionem pertinent, intendant. III id. Sept. a° 1°. ‖ Ghirardacci l. c. 319. — »Cum dilectus filius.«

" 13 " (23964) Priorem, conventum et monasterium s. Benedicti Castri de Nursia ord. s. Ben. Spoletan. dioc. ab omni iurisdictione diocesani episcopi et abbatis conventusque monasterii s. Titi de Valle Casturiana ord. s. Ben. eximit et sub protectione sedis apostolicae suscipit speciali. Id. Sept. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1263; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 331. n° 4. — »Personas divinis dedicatas.«

" 14 " (23965) Magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis Ierosolimitani indulget, ut denarium, Dei denarium vulgariter appellatum, solitum in commerciis exhiberi, caritative petere ac exhibitum recipere libere valeant. XVIII kal. Oct. a° 1°. ‖ Pauli Cod. dipl. II. 3. n° 3. — »Primordia vestri ordinis.«

" 14 " (23966) Eisdem »qui in terrae nostrae redemptionis ... cum Agarenis in campo certaminis novissime diebus istis usque ad mortem fideliter certavistis, sed proh dolor! .. viros ex vobis fortissimos .... prostravit ferus gladius impiorum«, indulget ad instantiam C(aroli) regis Siciliae, ut de ablatis et male acquisitis, si eorum quorum fuerint haberi nequeat certitudo, et de his quae indistincte in ultimis voluntatibus relinquuntur, pro sustentatione sua libere recipere possint. XVIII kal. Oct. a° 1°. ‖ Lacomblet UB. II. 561. n° 949. — »Haurimus de archa.«

1294.

Sept. 17 — Aquilae — (23967) Repetit nº 23277 Nicolai IV d. d. 1290. Mai. 15: »xv kal. Oct. aº 1º« — »Pastoralis officii debitum.« ‖ Sousa Provas I. 92. nº 8.

„ 20 — „ — * (23968) Littera papae concedentis certas indulgentias benefactoribus monasterii s. Spiritus de Bucelano ord. s. Ben. xii kal. Oct. aº 1º. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 190 xiv.

„ 22 — „ — (23969) Duci Austriae notum facit, se tunc fratrem Petrum de Morrone ord. s. Ben. ad summi apostolatus apicem evocatum esse. x kal. Oct. aº 1º. ‖ Formelbuch K. Albrechts I ed. J. Chmel *in* Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen II. 234. nº 6. — »Mirabilia Dei iudicia.«

„ 22 — „ — * (23970) Littera continens qualiter Coelestinus V monasterio s. Spiritus de Murone ord. s. Ben. Valvens. dioc. univit et applicavit monasterium s. Petri extra Beneventum cum monte s. Felicis *etc.* Denique monasterium a parte archiepiscopi Beneventani eximit ac monialibus, quae in dicto monasterio s. Petri morari solebant, monasterium monialium s. Deodoti Beneventani assignavit. x kal. Oct. aº 1º. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 189 xi.

„ 24 — „ — (23971) Priori et capitulo ecclesiae Cantuariensis significat, se praefecisse Robertum archidiaconum Essexensem in ecclesia s. Pauli Londonensis doctorem theologicae facultatis, cum eius electionem canonice celebratam invenerit, dictae Cantuariensi ecclesiae in archiepiscopum et pastorem eique subsequenter per T. Sabinensem episcopum munus consecrationis impendi ac tandem pallium fecisse assignari. viii kal. Oct. aº 1º. ‖ Wilkins Concil. II. 197. — »Onerosa pastoralis officii.«

„ 24 — „ — (23972) Robertum archiepiscopum Cantuariensem hortatur, ut reverenter suscipiat iugum Domini et sua eius oneri humiliter colla submittat. viii kal. Oct. aº 1º. ‖ Wilkins l. c. 198. — »Onerosa pastoralis officii.«

„ 24 — „ — (23973) E(dwardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut Roberto archiepiscopo Cantuariensi regalia ecclesiae Cantuariensis, quae per regem vacationis eius tempore tenentur, restituat illumque habeat commendatum. viii kal. Oct. aº 1º. ‖ Wilkins l. c. 198; Rymer Foed. I. iii. 137. — »Ad fovendum in.«

„ 24 — „ — (23974) Nobilem virum Edwardi regis Angliae locum tenentem rogat et monet, ut Roberto archiepiscopo Cantuariensi regalia ecclesiae Cantuariensis, quae per regem dictum vacationis eius tempore teneri dicuntur, restituat ipsumque et ecclesiam praedictam habeat commendatos. viii kal. Oct. aº 1º. ‖ Wilkins l. c. 199. — »Nuper electionem de.«

„ 25 — „ — (23975) (Honufrio) abbati et priori monasterii s. Spiritus de Sulmona Valvens. dioc. ord. s. Ben. et prioribus omnium monasteriorum eidem ordini et monasterio de Sulmona incorporatorum *etc.* significat, se omnibus et singulis vere poenitentibus et confessis, qui eorum monasteria causa devotionis in festivitatibus nativitatis, epiphaniae *etc.* Iesu Christi *etc.* devote accesserint, 2000 annorum et 2000 quadragenarum indulgentias concedere. vii kal. (Sept., *sed legendum*) Oct. aº 1º. ‖ Beurrier Hist. des Celestins 105. — »Cuius splendor paternae.«

„ 27 — „ — (23976) Honufrio patri abbati monasterii s. Spiritus de Sulmona Valuens. dioc. eiusque coabbatibus ac prioribus et praelatis monasteriorum, prioratuum, ecclesiarum, membrorum et locorum eidem monasterio s. Spiritus subiectorum eorumque conventibus, collegiis et fratribus ord. s. Ben. (»in quo professionis nostrae vota devovimus«) statuta, constitutiones, instituta et ordinamenta in eodem ordine facta confirmat, necnon monasterium s. Spiritus de Sulmona et alia monasteria *etc.* eidem subiecta ab omni prorsus iurisdictione, potestate ac dominio archiepiscoporum et episcoporum et abbatum omnium eximit et liberat *etc.* v kal. Oct. aº 1º. ‖ Cherubini Bullar. I. 153; Beurrier l. c. 108; Becquet Gallic. Coelestinorum congregat. fundationes p. xxxii; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 116. — »Etsi cunctos ordines.«

„ 27 — „ — (23977) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui monasterium s. Spiritus de Sulmona Valvens. dioc. ord. s. Ben. et omnia alia monasteria *etc.* eidem subiecta singulis diebus totius anni devote visitaverint, quolibet die(!) indulgentiam 140 annorum elargitur. v kal. Oct. aº 1º. ‖ Beurrier l. c. 107. — »Qui redemptione humani.«

„ 27 — „ — * (23978) Littera papae unientis monasterio s. Spiritus prope Sulmonam ord. s. Ben. monasterium s. Iohannis de Colum... eiusdem ord. dioc. Aquilan. v kal. Oct. aº 1º. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 190 xiv.

„ 27 — „ — * (23979) Littera Coelestini concedentis certas indulgentias benefactoribus monasterii s. Spiritus de Lanceano ord. s. Ben. Teatens. dioc. usque ad quinquennium. v kal. Oct. aº 1º. ‖ Muratori l. c. 189 xiii.

„ 28 — „ — (23980) Constitutionem, qua Gregorius X in Lugdunensi generali concilio post obitum summi pontificis ad cogendos cardinales pro celeri electione pastoris terminum, modum et formam seriosae arctationis indixit, quam autem Hadrianus V et Iohannes XXI suspenderant, restituit eamque firmum habere vigorem decernit. iv kal. Oct. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 17. IV. 153. — »Quia in futurorum.«

1294.

Sept. 28 resp. 29 — Aquilae — (23981) Universos Christifideles vere poenitentes et confessos, qui ad ecclesiam s. Mariae de Collemedio Aquilensem ord. s. Ben., in qua »in s. Iohannis bapt. decollatione capitis suscepimus diadematis imposita capiti nostro insignia«, vesperis eiusdem festivitatis vigiliae *etc.* accesserint annuatim, a baptismo (?) absolvit et a culpa et poena quam pro suis merentur commissis et delictis. iii (iv *M.*) kal. Oct. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 382; Massonio Orig. della città dell' Aquila 113; *omisso exordio* Raynald. l. c. § 13. IV. 145. — »Inter sanctorum solemnia.«

„ 30 — „ — (23982) Archipresbytero, priori et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe ex tribus Vaticanarum oblationum partibus ad Romanum pontificem pertinentibus unam integram et ab omni onere absolutam usque ad quinque annos futuros concedit. ii kal. Oct. aº 1º. ‖ Bullar. Vatic. I. 222. — »Ex parte vestra.«

„ 30 — „ — (23983) Priori et capitulo eiusdem basilicae concedit, ut codicillum verbotenus insertum L(atini) Ostiensis et Velletrensis episcopi, quo nonnulla bona cum certis oneribus eidem basilicae legantur, executioni mandetur. ii kal. Oct. aº 1º. ‖ Bullar. Vatic. I. 222. — »Ex parte vestra.«

„ — — »In mense Septembri unam ordinationem faciens creavit duodecim cardinales.« ‖ Rishangeri Chron. 144; Nic. Triveti Annal. ed. Hog 332.

Oct. 1 — „ — (23984) Tractatum pacis inter Carolum regem Siciliae et Iacobum de Aragonia quondam Petri olim regis Aragoniae successorem de rebus Siculis ineundae roborat et confirmat, textu eiusdem tractatus hîc inserto, sed propriis istius et superfluis verbis omissis. Kal. Oct. ind. VII (!). aº D[i] 1294. pont. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 15. IV. 147; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 1043. nº 63. — »Post commotionis et.«

„ 2 — „ — (23985) Decimam omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum in toto regno Franciae ac in aliis locis et provinciis, in quibus concessa fuit per Nicolaum pp. IV Philippo regi Francorum, necnon et in Aquensi, Arelatensi, Ebredunensi, Lugdunensi, Bisuntina et Viennensi provinciis per quadriennium; in regno vero Angliae ac in aliis locis et provinciis, in quibus per eundem praedecessorem fuit decima ipsa concessa Odoardo regi Anglorum, per unum annum Carolo regi Siciliae in subsidium recuperationis insulae Siciliae ac pro defensione alterius partis eiusdem regni Siciliae, peculiaris patrimonii Romanae ecclesiae, concedit. vi non. Oct. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. § 15. IV. 149. — »Inundant in cordis.«

„ 2 — „ — (23986) E(dwardo) regi Angliae significat, se mittere magistrum Bertrandum dictum Delgot canonicum Lugdunensem capellanum suum in Angliam, ut regem de intentione sua super discordiis inter reges Angliae et Franciae ortis plenius informet. Rogat et obsecrat eum, ut viam pacis prosequatur et a quibuslibet processibus et actibus abstineat. vi non. Oct. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. iii. 137. — »Fungentes pii patris.«

„ 2 — „ — * (23987) Priori eremi s. Crucis Fontis Avellanae concedit bullam, qua ipsam heremum et omnia membra ei subiecta recipit sub protectione apostolicae sedis, liberans a subiectione episcoporum. vi non. Oct. aº 1º. ‖ Mittarelli Access. hist. Favent. 521.

„ 3 — „ — (23988) Archiepiscopos, episcopos, electos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos ac clericos ... conventus exemptos et non exemptos Cisterciensis, Praemonstratensis ... ordinum monet et hortatur, ut magistrum Bertrandum dictum Delgot canonicum Lugduni capellanum suum, quem ad Edwardum regem Angliae pro quibusdam arduis et ecclesiae Romanae praecordialibus negotiis destinet, benigne recipiant eique citra mare Anglicanum in quatuor libris Turonensium parvorum, ultra vero in viginti solidis sterlingorum pro suis necessariis quolibet die liberaliter provideant, *etc.* v non. Oct. aº 1º. ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 259. — »Cum dilectum filium.«

„ 5 — „ — (23989) Philippo Francorum regi significat, sibi esse per Carolum Siciliae regem noviter insinuatum, »quod inter ipsum et Iacobum natum quondam Petri olim regis Aragonum tractatus pacis est habitus.« Monet eum et hortatur, ut, quae ad consummationem efficacem praefati tractatus tam in renunciatione regni Aragoniae et alterius terrae concessorum cl. mem. Philippo regi Franciae patri eius per Romanam ecclesiam, quam in aliis capitulis, quae circa tractatum ipsum per eum facienda noscantur, compleat et celeri executioni demandet. iii non. Oct. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 15. IV. 150. — »Habet charissimi in.«

„ 7 — in monasterio s. Spiritus prope Sulmonam — (23990) Ludovicum Caroli regis Siciliae filium, attendens »depressum ac laceratum statum maioris ecclesiae Lugdunensis, quae per vicinorum potentum iniurias et pressuras gravem diminutionem suorum iurium et facultatum amaris fletibus ingemiscit«, eidem ecclesiae praeficit in archiepiscopum. Non. Oct. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. §. 15. IV. 152; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 332. nº 5. — »Attendentes claritatem excellentis.«

„ 8 — „ — (23991) Archiepiscopo Tirinensi (?), qui infidelium perfidia ab archiepiscopatu suo exulare cogitur, committit administrationem Lunensis ecclesiae. viii id. Oct. aº 1º. ‖ Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 62. — »Etsi circa illorum.«

		1294.
Oct. 8	Sulmonae	(23992) Iacobum natum quondam Petri olim Aragonum regis hortatur, ut ad consummationem prosperam tractatus pacis inter ipsum et Carolum Siciliae regem habiti solerter insistat et propter hoc apud Isolam se conferat, »ubi existentibus nobis Neapoli complenda in tractatu praedicto brevi manu habilius et aptius ... mutuo poterunt consummari.« VIII id. Oct. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 15. IV. 150. — »Insinuavit nobis noviter.«
» 9	»	(23993) Eundem, qui filiam Sancii Castellae et Legionis regis proximo ei consanguinitatis gradu coniunctam sub specie coniugalis copulae et maritalis affectus sibi »cohabitatione nefanda et incestuoso consortio« coniunxerat, monet et hortatur, ut hanc conventionem illicitam celeriter solvat. VII id. Oct. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 15. IV. 151. — »Peccasti? non adiicias.«
» 9	»	(23994) Ludovico nato Caroli regis Siciliae significat, se concessisse nuper fratri Francisco de Apta ord. fratrum Minorum facultatem, ut »tibi qui apud hostes ecclesiae detineris ut obses,« primam tonsuram et omnes minores ordines conferre possit. Licet ob locorum distantiam et brevitatem temporis »quo praedicta concessimus,« adhuc nequiverit ordines praedictos assumere, tamen ei procurationem Lugdunensis ecclesiae, vacantis per promotionem Remundi episcopi Albanensis nuper ad apicem cardinalatus assumpti olim ipsius ecclesiae archiepiscopi, ac administrationem ipsius committit. VII id. Oct. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 15. IV. 152; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 332. n° 6; *fragm. in* Gallia christ. IV. 157. — »Cum desideres in.«
» 11	»	* (23995) Littera papae unientis conventui S. Petri prope Beneventum certa monasteria et ecclesias hîc expressas. (II, *sed legas*) v id. Oct. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 190 XIV.
» 12	ap. Castrum Sangri	(23996) Quaestionem inter abbatem conventumque monasterii s. Mariae Montis Virginis ord. s. Ben. et B. Avellinensem episcopum super quodam annuo censu unius librae cerae ortam terminat. IV id. Oct. 1291 (!). pont. a° 1°. ‖ Mastrullo Monte Vergine sagro 185. — »Dignum est ut.«
» 13	ap. monasterium s. Vincentii de Vulturno	(23997) Bonifacio de Calamandrano generali praeceptori domus hospitalis s. Iohannis Ierosolimitani in partibus cismarinis mandat, ut 15600 florenorum auri, quae penes eum de certa pecuniae summa, quae pro armata galearum in Terrae sanctae subsidium transmittenda dudum assignata extitit, quibusdam camerae apostolicae mercatoribus assignet. III id. Oct. a° 1°. ‖ Cod. ms. Paris. Colb. 1545. reg. 3896. fol. 62. — »Cum velimus omnino.«
» 17	ap. S. Germanum	(23998) Carolum regem Siciliae, qui per magistrum Guillelmum Agarui canonicum Frigilensem procuratorem regium in Romana curia cardinalibus, antequam Perusio Aquilam venerunt, sacramentum in anima sua praestari fecerat, quod, si contingeret, papam in regno Siciliae rebus humanis eximi, ipsos ad morandum in regno praedicto nec compelleret, nec compelli per alium procuraret, in casu praemisso, cum velit constitutionem Gregorii X super arctatione cardinalium post obitum summi pontificis firmum habere vigorem, a vinculo dicti sacramenti per eundem procuratorem absolvit eumque ad observantiam constitutionis ipsius iuxta modum et formam in ipsa distinctos teneri non vult. XVI kal. Nov. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 17. IV. 154. — »Pridem dum nobiscum.«
» 23	Theanae	(23999) Rectori in spiritualibus et temporalibus patrimonii b. Petri in Tuscia significat, se, cum iam Coelestinus pp. III Viterbiensem, Tuscanellam, Cetumcellensem ac Bledanensem ecclesias univerit, clerus autem et populus Tuscanensis eidem unioni parere ac episcopo Viterbiensi et Tuscanensi denegent obedire, eis mandare ut huiusmodi unioni pareant. x kal. Nov. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1402. — »Dudum sicut audivimus.«
» 28	»	(24000) Indulgentiam largitur pro ecclesia Teatina. v kal. Nov. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 733. — »Vitae perennis gloria.«
Nov. 3	Capuae	(24001) Universis Christifidelibus, qui ecclesiam s. Stephani Capuani in festivitatibus eiusdem martyris *etc.* venerabiliter visitaverint, unum annum et 40 dies de iniunctis poenitentiis relaxat. III non. Nov. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra VI. 340. — »Splendor paternae gloriae.«
» 13	Neapoli	* (24002) Unit monasterio s. Spiritus de Sulmona ord. s. Ben. Valvens. dioc. ecclesias s. Mariae de Sagessano, s. Erasmi et s. Silvestri Valvens. dioc. cum omnibus possessionibus et iuribus. Id. Nov. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 189 XIII.
» 13	»	* (24003) Unit monasterio s. Petri de foris portam Ravennensem ord. s. Ben. ecclesiam s. Hilarii Ravennensis cum terris et iuribus suis ipsam a potestate ordinariorum eximendo. Id. Nov. a° 1°. ‖ Muratori l. c. 189 XIII.
» 13	»	* (24004) Littera continens qualiter Coelestinus V concessit unum annum et 40 dies de indulgentia visitantibus ac porrigentibus manus adiutrices monasterio s. Spiritus prope Sulmonam. Id. Nov. a° 1°. ‖ Muratori l. c. 189 XIII.
» 19	»	(24005) Edwardo regi Angliae ad Terrae sanctae negotia et Iacobo S. Mariae in via lata diacono cardinali committit, ut in exonerationem debitorum, quae in cardinalatu con-

		1294.
		traxit, omnes fructus, redditus et proventus ecclesiarum, personatuum et dignitatum *etc.* convertant, quae usque ad triennium in civitate et diocesi et tota provincia Cantuariae vacaverint. XIII kal. Dec. a° 1°. ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 261. — »Plenus fervoris zelus.«
Nov. 22	Neapoli	(24006) Magistro et fratribus domus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. indulget, ut ad praestandum procurationes pecuniarias legatis *etc.* sedis apostolicae minime teneantur. x (v *Nap.*) kal. Dec. a° 1°. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1463. n° 12; Strehlke Tab. 427. n° 668; *cf.* Napiersky Index I. 62. n° 249. — »Gerentes ad vos.«
» 22	»	(24007) Magistro, prioribus et fratribus universis ordinis Praedicatorum privilegia concessa confirmat. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 51. n° 3. — »Virtute conspicuos.«
» 22	»	* (24008) Littera papae unientis hospitali s. Nicolai de Ferrato ord. s. Ben. Marsican. dioc. hospitale s. Rufini eiusd. dioc., ipsum ab ordinario eximendo. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 190 XIV.
» 22	»	(24009) Magistro provinciali ac universis commendatoribus et fratribus domus militiae s. Iacobi in Portugalliae et Algarbi regnis notum facit, se omnes litteras, quae a sede apostolica emanarunt ad revocationem vel in derogationem aut praeiudicium ordinationis a Nicolao IV editae *etc.* revocare, ac praefatam ordinationem de novo confirmat. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Sousa Provas I. 93. n° 9. — »Diligentes iustitiam et.«
» 22	»	* (24010) Littera in qua subiicit, quantum ad observantiam regulae s. Benedicti, visitationem et prioris confirmationem et alia hîc expressa, monasterio s. Spiritus prope Sulmonam duo hospitalia simul annexa videl. s. Nicolai et s. Ruffi de Feretro Marsican. dioc. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Muratori l. c. 190 XIV.
» 22	»	* (24011) Littera executoria unionis monasterii s. Spiritus de Murrone dioc. Aquilan. cum pertinentiis suis, ipsum ab ordinario eximendo. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Muratori l. c. 190 XIV.
» 22	»	* (24012) Littera papae unientis ecclesiam s. Viti in Campo de Urbe monasterio s. Eusebii de Urbe. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Muratori l. c. 190 XIV.
» 24	»	(24013) Raynaldo Vitalis, Petro Vitalis de Ocra, Benedicto Andreae et Petro Thomae Rogerii de Fossa, Bartholomaeo, Thomae et Matthaeo filiis et heredibus quondam Iacobi Berardi Sanctori, Gualterio Dominici de Villa s. Martini et Francisco Thomae de Cusentino et eorum heredibus de Ocra Aquilan. dioc., quos Carolus rex Siciliae intuitu Thomae tit. S. Caeciliae presb. card. ab omnibus et singulis fiscalibus mutuis et collectis, exactionibus *etc.* in terris Aquilae et Ocrae pro tempore imponendis in perpetuum exemit, hanc exemptionem confirmat. VIII kal. Dec. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 385. — »Oblatae nobis vestrae.«
» 27	»	(24014) Priori prioratus S. Ylarii de Fontaneto Pictavens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis hospitalis s. Lazari Ierosolimitani alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem revocet. v kal. Dec. a° 1°. ‖ Tentzelii Supplem. historiae Gothan. II. 611. — »Dilectorum filiorum magistri.«
» 27	»	(24015) Priorem generalem et fratres ord. Eremitarum s. Aug., praedictum ordinem, eius personas, oratoria *etc.* cum omnibus iuribus et pertinentiis suis a cuiuscunque diocesani iurisdictione ac potestate eximit. v kal. Dec. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 100. — »Dum solicitae considerationis.«
» 27	»	(24016) Generali et prioribus provincialibus eiusdem ordinis concedit facultatem committendi fratribus approbatis praedicationis officium, audiendi confessiones *etc.* v kal. Dec. a° 1°. ‖ Empoli l. c. 103. — »Ad fructus uberes.«
Dec. 2	»	* (24017) Littera in qua univit monasterio s. Spiritus prope Sulmonam monasterium s. Iohannis in Plano ord. s. Ben. Nucerin. dioc. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 190 XIV.
» 5	»	(24018) Petrum S. Eustachii diaconum card. ordinis eiusdem defensorem et conservatorem statuit. Non. Dec. a° 1°. ‖ Empoli l. c. 101. — »Ex parte dilectorum.«
» 10	»	(24019) Constitutionem Gregorii pp. X, quae post obitum summi pontificis ad cogendos cardinales pro electione pastoris certum modum et formam arctationis indixit, integraliter et in omnibus suis partibus firmum perpetuumque decernit habere vigorem, seu summus pontifex rebus subtrahatur humanis sive renuntiet *etc.* IV id. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1294 § 17. IV. 154. — »Constitutionem felicis recordationis.«
» 13	»	RENUNCIAT. »Ego Coelestinus pp. V motus ex legitimis causis .... sponte ac libere cedo papatui et expresse renuncio loco et dignitati, oneri et honori, dans plenam et liberam facultatem ex nunc sacro coetui cardinalium eligendi et providendi dumtaxat canonice universali ecclesiae de pastore.« ‖ Formula renunciationis ap. Raynald. Ann. ad a. 1294 § 20. IV. 155; ap. Marini Vita et miracoli di s. Pietro del Morrone (Milano 1630. 4°) 400; Rubei Bonif. VIII. 16; ap. Fontana Monum. Dominic. 139; ap. Beurrier

1294.

Hist. des Celestins 130; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1294. XIII. 1006; Wadding Ann. Minor. V. 323. — »... Per liberam et spontaneam ... fratris Petri de Morrono olim Romani pontificis cessionem coram ... episcopis et ... presbyteris et diaconis cardinalibus — de quorum numero tunc eramus — ex certis rationabilibus et legitimis causis factam ab ipso in festo b. Luciae virg. proximo praeterito et a cardinalibus praedictis admissam ....« ‖ Epist. encycl. Bonifacii VIII d. d. 1295. Ianr. 24. n° 24020. — »Die s. Luciae cardinalibus omnibus congregatis in consistorio praeter dominum Neapoleonem et praeter dominum Petrum de Mediolano ... papa venit in consistorio .. et sedit in cathedra et dixit lingua materna in haec verba vel similia: »Fratres mei, vos me elegistis in papam ...« Postea extrahit de sub manto quandam scedulam quam legit inter alia continentem: »Ego Celestinus papa ... relinquo papatui et oneri et honori.« Et statim ipsemet descendit de cathedra et accepit coronam de capite suo et posuit super terram, et postea mantum et annulum et omnia alia usque ad cotam albam ...« ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 256; *cf.* Annal. Dunstaplens. *in* Annal. monast. III. 382. — »Die s. Luciae virg. apud Neapolim resignavit.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 276. — »Festo b. Luciae sequenti, deposito diademate, papatum libere et spontanee resignavit.« ‖ Annal. Angliae et Scot. *in* Rishangeri Chron. 381. — »Papa Celestinus eodem anno die 12. intrante Decembri (*i. e.* d. 5. Decb.) renunciavit in manibus cardinalium papatui Neapoli.« ‖ Ann. Foroiuliens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 207. — »Renunciavit papatum in festo s. Lucie.« ‖ Annal. Urbevetani ap. Pertz l. c. XIX. 271. — »Cessit ... in festo s. Luciae virg. eodem anno.« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 39.

»Edita a se prius constitutione, quod papa Romanus posset papatui resignare, ipse in conspectu fratrum cardinalium in vigilia s. Caeciliae (*i. e.* d. 12. Dec.) in Neapoli resignavit papatus oneri et honori.« ‖ Vita C-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 670. — »In vigilia s. Luciae scil. II id. Dec. cessit papatus oneri et honori.« ‖ *Eadem vita* l. c. 669.

»Die 16. exeunte Decembri renunciavit papatu, ordinato prius com cardinales de modo et forma subcessoris.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 714.

»Hoc a° praefuit in papatu mensibus 7, numerando a mense Iunii quo fuit electus usque ad mensem Decb. sequentis, quo mense apud Neapolim in Castronovo coram omnibus cardinalibus renunciavit papatui.« ‖ Annal. Cavens. ap. Pertz l. c. scr. III. 195.

»Circa dominicum adventum Coelestinus pp. in pleno consistorio coram cunctis annulum, mitram et sandalia deponens omni papali officio et beneficio totaliter resignavit.« ‖ Guill. de Nangiaco Chron. ap. Achery Spicil. III. 50.

»Sedit a VI kal. Iulii usque ad 19. diem vel circa Decembris.« ‖ Ptolem. Lucens. Histor. eccl. lib. 24. c. 31 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1202.

»Vir maximae abstinentiae et orationis, totus Deo consecratus. — Decipiebatur a suis officialibus quantum ad gratias quae fiebant, quarum ipse notitiam habere non poterat tam propter impotentiam senectutis, quia aetatis decrepitae, tam propter inexperientiam regiminis circa fraudes et hominum versutias, in quibus curiales multum vigent. Unde inveniebantur gratiae aliquae factae tribus vel quatuor vel pluribus personis, membrana etiam vacua sed bullata.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 29, 31 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1199, 1200. — »Vir simplicitatis mirae et inspectantibus ad regimen universalis ecclesiae inexpertus (utpote qui a teneris annis ad senium cor suum mundanis rebus non accommodaverat, sed divinis) reflectens prudenter suae considerationis intimae oculum ad se ipsum.« ‖ Clemens V *in* Bulla canonizat. — »Vir simplex et Deum timens, contemnens seculum et Deo studens placere.« ‖ Ricobaldi Hist. pontif. Rom. ap. Eccard Corp. hist. medii aevi I. 1220.

VACATIO. »Vacavit sedes diebus 11.« ‖ Vita C-i ex ms. Bern. Guidonis l. c. 669; Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 774; Florent. Wigorn. l. c. 276.

1296.

Mai. 19 | »In castro Fumonis

MORITUR sabbato infra octabam pentecostes, scil. XIV kal. Iun. et in quodam monasterio sui ordinis quod dicitur S. Anthonii de Ferentino iuxta maius altare in ecclesia sepelitur a° Di 1296.« ‖ Vita C-i ex ms. Bern. Guid. l. c. 670. — »Tentus in custodia non quidem libera, honesta tamen, in castro ut dicunt Fumonis XIV kal. Iunii moritur et in quodam monasterio .... (*ut antea*) ... retro altare sepelitur a° Di 1302 sive 1303 ut tradunt.« ‖ Ptolem. Lucens. l. c. c. 34 ap. Muratori l. c. XI. 1202.

»Eo anno frater Petrus de Morono, olim papa, in forcia domni pape (*i. e.* Bonifacii VIII) obiit in Romana curia die 22. intrante Madio.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 719.

Illud nomen assumpsit Benedictus Caietanus, natione Campanus de Anagnia, filius Luitfridi Caietani equitis opulenti, frater Loffridi Caietani comitis Casertani (*vid.* n° 24138), qui ad scientias omnes, praecipue ad scientiam iuris se applicuit. Eum »in annis teneris constitutum Anagniae ecclesiae copiosa benignitas propriis lactavit uberibus«, ut ipse in quadam bulla 1301. Sept. 24 profitetur (ap. Ughelli Ital. sacra I. 317). Dein erat alumnus universitatis Parisiensis (*vid.* n° 24250). Ecclesiasticam vitam professus, sed nondum sacris initiatus virtutum et doctrinae fama canonicos ecclesiae Tudertinae (cuius episcopus Benedicti nostri erat avunculus) faciles reddidit, ut in suum collegium ipsum coaptarent, tametsi lege prohiberentur, nullum in sacris non constitutum in collegam assumere. Canonicis deinde Lugdunensis ecclesiae, demum basilicae Vaticanae adscriptus est. »Hic longo tempore experientiam habuit Curiae, quia primo advocatus ibidem, inde factus notarius papae, postea cardinalis et inde in cardinalatu expeditor ad casus collegii declarandos seu ad exteros respondendum« (Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 36 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1203.)

Anno 1281. Apr. 12 (*vid.* p. 1758) a Martino pp. IV inter diaconos cardinales cooptatus eique cura ecclesiae S. Nicolai in carcere Tulliano commissa. deinde a° 1291. mense Decembri a Nicolao pp. IV presbyter card. tit. SS. Silvestri et Martini in Montibus tit. Equitii renunciatus est. Hunc Martinus IV a° 1282 legavit ad Carolum regem Siciliae, ut istum ab ineundo singulari certamine cum Petro rege Aragonum retraheret (*cf.* n° 21955. 21981). Nicolai IV iussu a° 1289. Mart. 7 cum Latino Ostiensi et Petro S. Marci cardinalibus controversiam inter Dionysium regem et clerum Portugalliae composuit (*vid.* n° 22899). Legati apostolici munere functus in Sicilia citeriore populos sub Romanae ecclesiae et Caroli regis obedientia continuit, a° 1290 in Gallia cum Gerardo Sabinensi episcopo ecclesiastica iura redintegravit, decimas pro Terrae sanctae subsidio recepit et motus, qui inter Eduardum et Philippum Angliae et Franciae reges late grassabantur, sedare curavit (*vid.* n° 23225. 23226. 23246. 23500. 23943. — »A° 1290 domus Gerardus de Parma et domnus Benedictus Gaytanus cardinales ambo iverunt ... in Franciam pro legatis ecclesiae.« Ann. Parmens. mai. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVIII. 707). Coelestinus V pp. electus cardinalem Benedictum »virum subtilem et industrium et unum de maioribus clericis iuristis totius orbis secum retinuit, ut ab eo in suis papalibus, in quibus parum ipse instructus erat, informaretur« (Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 774). Post abdicationem praefati Coelestini Benedictus, cuius praecipue consilio et impulsu ille pontificatum deposuisse dicitur, ad Petri solium ascendit.

1294.

Dec. 24 | ap. Castrum Novum civitati Neapolitanae contiguum

ELIGITUR. »Cardinales considerantes ....., quam gravia malorum incommoda secum trahat prolixa ecclesiae vacatio ... die Iovis X kal. Ianr. (*i. e.* d. 23. Dec.) ... se in quodam conclavi apud Castrum Novum civitati Neapolitanae contiguum .... incluserunt. Die vero Veneris (*i. e.* d. 24. Dec.) immediate sequente praefati cardinales .... in electionis negotio per viam scrutinii .... procedentes et tandem .... ad personam nostram ... intentum animum dirigentes ... nos tunc tit. S. Martini presbyterum cardinalem in summum pontificem canonice elegerunt.« ‖ Bonifacii Epist. encycl. d. d. 24. Ianr. 1295 ap. Raynald. Ann. ad a. 1295 § 7; Rymer Foed. I. III. 141; Achery Spicil. III. 694; Tosti Storia I. 238. — »Die Iovis ante natale Domini cardinales fuerunt reclusi, et die Veneris in vigilia cardinales concorditer et per viam scrutinii elegerunt dominum Benedictum qui vocatur Bonefacius VIII.« ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 257. — »Vigilia natalis Domini ... electus est.« ‖ Florentii Wigorn. Chron. II. 276; Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 518. — »Electus est in vigilia nativitatis Domini.« ‖ Annal. Urbevetani ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 271; ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 220. — »In vigilia nativitatis.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz l. c. scr. XVIII. 714 (Chron. Parmens. 91). — »In vigilia nativitatis Di in summum pontificem eligitur.« ‖ Ann. S. Iacobi Leodiens. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 643. — »In vigilia natalis Domini apud Neapolim in papam eligitur Benedictus Gaietanus natione Campanus de Anagum civitate.« ‖ Rishangeri Chron. 145; Nic. Triveti Ann. ed. Hog 334. — »In sequenti vigilia natalis Di Benedictus cardinalis in papam eligitur et Bonifacius appellatur.« ‖ Vita Coelestini ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 669. — »Fuit electus in papam in civitate Neapoli in vigilia natalis Di a° 1294 suo praedecessore vivente.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 670. — »In vigilia natalis Domini Bonifacius VIII ad culmen apostolatus electus est.« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 39. — »Undecimo die (post resignationem Coelestini V), scilicet vigilia natalis Domini dominus Benedictus de Gaitan ad culmen summi apostolatus est electus.« ‖ Annal. Angliae et Scot. *in* Rishangeri Chron. 382. — »In vigilia nativitatis.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. ap. Muratori l. c. XI. 1202. — »In vigilia natalis Domini.« ‖ Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 285.

»Fuit electus in papam in civitate Neapoli in festo s. Luciae« (*i. e.* d. 13. Dec.) a° Di 1294.« ‖ (Petrus Lodovens.) Tractat. pro extirpat. haeres. Albigens. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 787.

» 27 | (Neapoli)[*]

»Die s. Iohannis dominus papa revocavit omnes provisiones vacaturas (de vacaturis *Ann. de Wig.*), factas tempore Celestini et Nicholai praedecessorum suorum, et etiam per

1294.

ipsum et per Gerardum (Geronimum de Parmania *Ann. Dunstapl.*) in Francia. Suspendit etiam omnes archiepiscopos, episcopos et alios qui habuerunt dignitatem (dignitates *A. de W.*) per Celestinum sine consilio cardinalium sive non factos (factas *A. de W.*) ut consuevit in consistorio (*usque hic idem* Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 518). Suspendit etiam totam familiam et capellanos (papae), et vult ordinare de ea, et camerarium et vicecancellarium fecit, sed nescitur quos, usque venerit Romam. Amovit etiam mercatores a camera papae, et restituit solummodo tres societates, Moros, Spumas et Clarentos. Revocavit insuper commissiones et causas factas quibuscumque per Celestinum et omnes scriptores papae et sargentes et correrios factos per Celestinum et Nicholaum praedecessores suos, et etiam notarios papae ut dicitur; sed pro certo non scribitur, nisi de domino Bartholomaeo de Capua. Et ordinavit quod curia vadat Romam.« ‖ Barth. Cotton Hist. maior 258. — *Cf.* nº 24061.

* *Signa chronol. etiam in* Glossa *ad* Lib. VI. Decr. lib. 3. tit. 7 *de conc. praeb.* c. 8: »VI kal. Ianr., cum adhuc in Neapoli essemus.« *Fragm. constit. in* Glossa ad eund. libr. tit. 4 *de praebend.* c. 39.

(Dec. 25-31) (Neapoli) »Statim post suam creationem (Nicolaum) episcopum Ostiensem super quibusdam in praesentia cardinalium arguens durissime pallii usu privavit; et nihilominus ab eodem ante restitutionem pallii coronatur.« ‖ Nic. Triveti Annal. ed. Hog 334.

1295.

(Ianr. 2-22) »Carpit iter praesul, *Capuam Montemque Casinum*,
Inde *Ceperani* transvexit flumina ponte;
Cumque per effusos peteretur *Anagnia* campos,
Obvia multiplici discurrit milite pompa.
. . . .
. . . . . . At sumpto (*i. e.* senatu, dignitate senatoria) Romana attingere praesul
Moenia festinans, patriam civesque relinquens,
Continuavit iter, quoad altam cerneret *Urbem*.
. . . .
. . . Primum *Laterani* templa novellum
Suscipiunt patrem. Confestim principis *aula*
Clavigeri *Petri* gaudens suscepit euntem.
Hic locus, hic thalamus, sedes quoque festa sacrandis.«

Iacobus Cardinalis De Bonifacii VIII pp. consecratione . . . libri 2 *in* Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1295 § 1; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1294 § 19. XIII. 1010.

" 23 Romae ap. S. Petrum — CONSECRATUR et CORONATUR. »XXIII die Ianuarii fuit coronatus ibidem (*i. e.* Romae), ante quod tempus nulla bulla per ipsum a curia exivit, quia ordinavit quod nulla dimidia bulla exiret a curia.« ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 258; Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 518. *Cf.* Papebrochii Conat. chronol. hist. 67 Propyl. mens. Maii.

»Mense Ianuarii apud basilicam Principis apostolorum honorifice consecratus« est. ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 39. — »In mense Ianuarii apud basilicam Principis apostolorum suam consecrationem fuit honorifice assecutus.« ‖ Annal. Angliae et Scot. *in* Rishangeri Chron. 382.

(" 23) Bonifacii professio fidei: ». . . Ego Benedictus Caietanus presbyter cardinalis et electus, ut fiam per Dei gratiam huius sanctae sedis apostolicae humilis minister, profiteor . . . .« ‖ Raynaldi Annal. ad a. 1295 § 2; Rubei Bonif. VIII. 23; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1294 § 12. XIII. 1007; Baluze Miscell. ed. Mansi III. 418, *cum nota*; Tosti Storia I. 236.

" 24 Laterani — (24020) Edvardo regi Angliae notum facit, se apostolorum principis Petri claves et gerendum super omnes ligandi et solvendi pontificium suscepisse, eumque hortatur, ut metas iustitiae curiosus observet illamque sincere diligat, ecclesiam et ipsius praelatos regii favoris ope confoveat *etc.* IX kal. Febr. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. III. 141; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 124. — »Gloriosus et mirabilis.«

* *In eundem modum* (Philippo) regi Francorum. ‖ Raynald. l. c. § 10; Tosti Storia I. 241.
" " " Regi Maioricarum. ‖ Achery Spicil. III. 694.

" 24 " — (24021) Archiepiscopo Senonensi et eius suffraganeis scribit in eundem modum eosque hortatur, ut humilitatem suam devotis supplicationibus aeterno regi commendent. IX kal. Febr. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. § 7—9; Rubei Bonif. VIII. 30; Fel. Contelorius Elenchus cardinalium ab a. 1294—1430 (Romae 1641. 4º) 1; Tosti l. c. 238. — »Gloriosus et mirabilis.«

Febr. 13 " — (24022) Ducem, consilium et commune Venetorum rogat et hortatur desiderans tam eorum et Ianuensium, quam totius regionis tranquillitatem et pacem, ut paternas inductiones, quae pro christianitatis et praecipue Terrae sanctae et ipsorum dispendiis evitandis emanant, attendentes infra octavas festi resurrectionis dominicae proximo futuri solemnes ambasciatores et nuncios plenum ab eis mandatum habentes promittendi faciendi firmandi et recipiendi pacem et concordiam destinent. Ut autem commodius speratus

1295.

tanti boni provenire possit effectus, interim inter eos et Ianuenses usque ad festum natalis b. Iohannis bapt. proximo venturum treugas indicit, quas a die repraesentationis praesentium praecipit inviolabiliter observari sub excommunicationis et interdicti sententiis. Id. Febr. aº 1º. ‖ Edid. F. Bonaini *in* Archivio stor. Italiano. Append. IX. (1853) 393. — »Accedant verba patris.«

Febr. 13 Laterani — (24023) Priori S. Fridiani Pistoriensis mandat, ut causam vertentem inter Capuanam relictam quondam Hugolini comitis de Donnoratico viduam crucesignatam ex parte una et potestatem, capitaneum, ancianos, consilium et commune Pisanos ex altera super quibusdam domibus, terris *etc.* litigantes debito fine decidat. Id. Febr. aº 1º. ‖ Giov. Sforza Dante e i Pisani (Pisa 1873. 8º. Ediz. 2ª) 159. — »Conquesta est nobis.«

" 13 " — (24024) Abbati monasterii s. Florae Aretini mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Mariae de Pratalia ord. s. Ben. Aretin. dioc. per concessiones abbatum alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Febr. aº 1º. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. 301. — »Ad audientiam nostram.«

" 14 " — (24025) Controversiam inter abbatem conventumque monasterii s. Petri de Gandavo ord. s. Ben. et quendam Henricum de Meeren tunc rectorem ecclesiae s. Iacobi de Gandavo ex parte una et gardianum fratresque ord. Minor. praedicti loci ex altera super iure sepeliendi corpora passim omnium parochianorum s. Iacobi ac s. Mariae, s. Iohannis et s. Nicolai ecclesiarum *etc.* exortam per sententiam definit. XVI kal. Mart. aº 1º. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 46. — »Petitio vestra nobis.«

" 18 " — (24026) Beraldo Albanensi et Simoni Praenestino episcopis cardinalibus munus imponit, ut studium omne ad conciliandos Edvardum Angliae et Philippum Franciae reges convertant, eosque ad facilius implendas partes suas summa auctoritate ad dissolvenda quaecumque iuramenta ac foedera paci conficiendae adversa instruit. XII kal. Mart. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 41, *omisso exordio incip.:* — »Ad praefatos reges.«

" 19 " — (24027) Edvardo regi Angliae scribit, se attendentem gravissimam inter eum et Philippum regem Francorum proxima ei consanguinitate coniunctum discordiam decrevisse, ut super hoc negotio solennes ad eum nuncios et litteras mitteret. »Sed propter nostrum de civitate Neapolitanensi discessum, ubi tunc Romana curia residebat, nostrumque accessum ad Urbem, quam viarum periculosa discrimina non modicum retardarunt, ac etiam ob nostrae inibi celebrata consecrationis solennia impediti nequivimus citius nuncios praedictos et litteras destinare.« Rogat eum et hortatur, ut, cum itaque B(eraldum) Albanensem et S(imonem) Penestrinum episcopos sedis apostolicae nuncios »tanquam pacis angelos« mittat, eos benigne recipiat ac efficaciter studeat implere, quae ipsi super negotio memorato duxerint proponenda. XI kal. Mart. aº 1º. ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 63; Barth. Cotton Hist. Anglic. 280; W. Prynne Hist. of king John *etc.* (Lond. 1670. fol.) 617; Rymer Foed. I. III. 140. — »Movet animum (animam *Pr.*) mentemque.«

* *In eundem modum, sed mutatis mutandis* (Philippo) regi Francorum. ‖ Ex bibl. regiae Berolin. Ms. Gall. fol. 86. p. 353; Dumont Corps univ. dipl. I. 286. nº 521.

" 19 " — (24028) Generali aliisque provincialibus prioribus ac universis fratribus ordinis Eremitarum s. Aug. significat, se inhibere, ut nulli liceat amodo de Minorum, Praedicatorum, Poenitentiae Iesu Christi, s. Mariae de Monte Carmelo, s. Clarae aliisque ordinibus in paupertate fundatis nullique mulierum de praedictis aliquod monasterium, ecclesiam vel oratorium aedificare *etc.* infra spatium 140 cannarum ab Eremitarum ecclesiis mensurandarum per aerem, *etc.* XI kal. Mart. aº 1º. ‖ Bullar. Roman. 1741. III. II. 77; Cherubini Bullar. I. 156; Bullar. Carmel. III. 7; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 334. nº 1; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 127; Empoli Bullar. 48. — »Ad consequendam gloriam.«

" 20 " — (24029) Beraldo Albanensi et Simoni Penestrino episcopis, quos ad ultramontanas partes destinat, concedit, non obstantibus constitutione quam Gregorius pp. X edidit in concilio Lugdunensi et qualibet alia sedis apostolicae constitutione, facultatem recipiendi procurationes ab archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus . . . . et aliis ecclesiarum praelatis . . . et conventibus exemptis et non exemptis . . . . illarum partium ad quas ire eos contigerit. X kal. Mart. aº 1º. ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 286. — »Laudanda vestrae circumspectionis.«

" 20 " — (24030) Patriarchis, archiepiscopis, episcopis . . . et aliis ecclesiarum praelatis . . . et monasteriorum conventibus et capitulis exemptis et non exemptis Cisterc., Cluniac., Cartus., Praemonstr., s. Ben., s. Aug., Camaldul., s. Willelmi ac aliorum ordinum necnon magistris et praeceptoribus militiae Templi et hospitalis s. Iohannis Ierosol. et b. Mariae Theoton. mandat, ut Beraldum Albanensem et Simonem Penestrinum episcopos apostolicae sedis nuncios benigne recipiant eisque pro suis *etc.* necessariis liberaliter provideant. X kal. Mart. aº 1º. ‖ Cotton l. c. 287. — »Cum venerabiles fratres.«

" 20 " — (24031) Universis Christifidelibus per Spoletan., Aquilen. et Esculan. civitates et dioceses constitutis, qui hospitali pauperum et infirmorum s. Crucis de Nursia Spoletan. dioc.

1295.

pias erogaverint eleemosynas, indulgentiam 40 dierum impertitur. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. I. 224. — »Quoniam ut ait.«

Febr. 25 Laterani (24032) Eduardo regi Angliae fratrem Petrum de Hocham priorem domorum hospitalis s. Iohannis Ierosol. per regnum Angliae consistentium et ipsius hospitalis fratres commendat. v kal. Mart. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 142; Pauli Cod. dipl. II. 6. n° 7. — »Quanto erga caelorum.«

» 27 » (24033) Fredericum natum quondam Petri olim regis Aragonum hortatur eique suadet, ut devotus et deferens redire non differat ad beneplacita et mandata Romanae ecclesiae promptae semper ad veniam, fratres suos ad id vigilantibus studiis inducendo. Porro ei Manfridum dictum Lanceam et iudicem Rogerium de Germia commendat; »ceterum litteras de securo conductu tibi per Bernardum de Camerino capellanum latorem praesentium dirigimus.« III kal. Mart. a° 1°. ‖ Martene Thes. anecd. III. 42. — »Audi fili diligenter.«

Mart. 1 » (24034) Romanam provinciam ordinis fratrum Praedic. in duas provincias dividit statuens, ut earum altera regnum Siciliae ultra citraque Farum contineat, reliqua vero totam Campaniam, Maritimam, Romam et Tusciam comprehendat. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 51. n° 40. — »Attendentes ab olim.«

» 7 » (24035) (Thiderico) decano ecclesiae Bremensis scribit de causa inter decanum capitulumque ecclesiae Lubicensis et Iohannem dictum Sperlingum clericum Lubicensem vertente super quadam summa pecuniae, eique mandat, ut excommunicationis et interdicti sententias a priore de Scalep Caminens. dioc. occasione huius litis in illos post appellationem ad sedem apostolicam latas denunciet inanes et causam in statum debitum revocet. Non. Mart. a° 1°. ‖ Lisch Meklenb. Jahrb. VIII. 258; Meklenb. UB. III. 605. n° 2359. — »Sua nobis dilecti.«

8 » (24036) Episcopo Bononiensi mandat, ne permittat ut prior provincialis et fratres ord. Praedic. in provincia Lombardiae contra privilegia eis indulta a sede apostolica indebite molestentur. VIII id. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 39. — »Sub religionis habitu.«

» 10 » (24037) Henrico regi Cypri indulget, ut duos ex ord. Praedic. et duos ex ord. Minor. fratres ad sua spiritualia subsidia retinere possit. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 335. n° 2. — »Grandis affectus quem.«

» 10 » (24038) Ministro provinciae Terrae sanctae ord. Minor. mandat, ut duos fratres ad votum regis Cypri pro alenda in aula eiusdem pietate assumat. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 48; Sbaralea l. c. n° 3. *Omisso exordio incip.*: — »Nos eiusdem regis.«

» 10 » (24039) Henrico regi Cypri indulget, ut ipse, mater et fratres eius tempore generalis interdicti in capella propria divinis officiis interesse *etc.* possint. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 48, *fragm.*

» 10 (») (24040) Abbati et priori monasterii s. Spiritus de Sulmona Valvens. dioc. ord. s. Ben. notum facit, se omnibus elemosynas largientibus eis ac pie conventus ordinis eorum visitantibus indulgentiam 7 annorum *etc.* largiri. »Romae« VI id. Mart. a° 1°. Beurrier Hist. des Celestins 133. — »Provisionis vestrae cupimus.«

» 11 » (24041) Praeposito, decano et archidiacono Rostriae [Rustringen] in ecclesia Bremensi committit cognitionem causae aedificationis monasterii in fundo capituli ecclesiae s. Iohannis Osnaburgensis per fratres Eremitas Osnaburgenses ord. s. Aug. factae, eisdem recusantibus ordinariam iurisdictionem diocesani episcopi vigore privilegiorum toti ordini a sede apostolica concessorum. V id. Mart. a° 1°. ‖ Empoli Bullar. 42. — »Sua nobis prior.«

» 12 — † (XII) Stephano abbati et conventui monasterii in Sancta Corona ord. Cisterc. Pragens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. »Romae ap. S. Petrum 12. Martii pont. a° 1°«. ‖ Pangerl UB. des ehem. Cistercienserstiftes Goldenkron in Böhmen (Fontes rer. Austr. Abth. 2. Dipl. XXXVII.) 41, *ubi haec bulla recte iudicatur spuria.* — »Iustis petentium desideriis.«

» 13 Laterani (24042) Abbati et conventui de S. Dionysio ord. s. Ben. Paris. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a liberis personis in eorum monasterio professionem facientibus, feudalibus duntaxat exceptis, petere percipere ac retinere possint. III id. Mart. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 622. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 13 » (24043) Abbati et conventui S. Augustini Morinensis ord. Praemonstr. idem indulget. III id. Mart. a° 1°. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 143. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 15 » (24044) Guardiano fratrum Minorum de Insula Cavallicens. dioc. mandat, ut cum Petro Raybaudi sacrista saecularis ecclesiae Insulensis, cui Bertrandus episcopus Cavalli-

1295.

censis eadem die minores et subdiaconatus contulerat ordines, dispenset, ut in sic susceptis ordinibus ministrare valeat et ad superiores ascendere. Id. Mart. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 336. n° 4. — »Accedentes ad praesentiam.«

Mart. 19 Laterani (24045) (Gualtero) episcopo Pictaviensi concedit facultatem testandi. XIV kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. n° 5. — »Quia praesentis vitae.«

» 23 » (24046) Abbati monasterii Sitaristeten ord. s. Ben. Pataviens. dioc. concedit, ut monachos et conversos sui monasterii, qui pro violenta iniectione manuum in se ipsos *etc.* in excommunicationis laqueum inciderunt *etc.* absolvat. x kal. Apr. a° 1°. ‖ Raab UB. des Ben.-Stiftes Seitenstetten (Font. rer. Austr. 2. Abth. XXXIII.) 117. — »Exhibita nobis tua.«

» 23 » (24047) Episcopo Ferrariensi marchiae Anconitanae rectori mandat, ut processus contra communitates Callensem, Eugubinam, Forosinfroniensem et Senogaliensem habitos, si pacem inter se faciant, relaxet. x kal. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 322. n° 493. — »Cupientes ab intimis.«

» 24 (») * (24048) Iohannem episcopum Aesinum ad sedem Auximanam transfert. IX kal. Apr. 1295. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 502.

» 25 » (24049) Carolum regem Siciliae absolvit ab excommunicationum sententiis, si quas forsitan incurrerit propter conditiones, conventiones et pacta inter Romanam ecclesiam et cl. mem. Carolum regem Siciliae patrem eius in concessione regni Siciliae *etc.* per eandem ecclesiam habita et in nonnullis articulis non servata *etc.* VIII kal. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 17. — »Nobis et fratribus.«

» 26 (») * (24050) Confirmat postulationem Iohannis Parisii clerici ecclesiae Castrensis in episcopum Castrensem. VII kal. Apr. (a° 1°). ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 94.

» 28 » (24051) Franciscum ord. Minor., provisione eius, olim de ipso facta Senogalliensi ecclesiae per Petrum de Murrhone olim Coelestinum papam praedecessorem, ex certis causis cassata post translationem Gerardi Spoletani episcopi ad episcopatum Atrebatensem praeficit Spoletanae ecclesiae in episcopum. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 559. n° 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 336. n° 6; *cf.* Ughelli l. c. I. 1264. — »Ecclesiarum omnium curam.«

» 28 (») * (24052) Guillelmum Calliensem episcopum ad Aquinatem ecclesiam transfert. v kal. Apr. a° 1°. ‖ Ughelli l. c. II. 819.

» 28 » »Guillelmus de Mandagoto ... prius canonicus ecclesiae Nemausensis ord. s. Aug. .... per D. Bonifacium pp. VIII ex mera provisione apostolicae sedis a° Di 1295 mense Martii die Lunae scil. die 28a Romae apud Lateranum fuit in archiepiscopum Ebredunensem (primitus, *legerim*) promotus, et ibidem dominica sequenti post pascha per eundem d. papam in ecclesia Lateranensi extitit consecratus« ... ‖ Excerpta ex cartul. ecclesiae Ebredun. ap. Valbonnais Hist. de Dauphiné II. 75. n° 73; Gallia christ. (ed. 1a) III. 1082.

» 29 » (24053) Magistro provinciae Minorum et priori Praedic. ord. ac praeposito ecclesiae s. Ambrosii Mediolanensis inquisitionis discussionem contra fratrem Paganum de Petrasancta ord. b. Mariae V. glor. Mediolan. de crimine haeresis postulatum, determinationem factique relationem committit. IV kal. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 337. n° 7. — »Exposuit nobis dilectus.«

» 30 » (24054) Edvardo regi Angliae notum facit, se libenter vidisse magistros Gerardum de Wyspens Richemundiae et Iohannem de Crancumb Estridingiae in ecclesia Eboracensi archidiaconos eius nuncios, deplorat discordiam inter eum et Philippum regem Francorum, et rogat eum ac hortatur, ut exerceat vires suas cum praefato rege pro pacifico statu et prospero regni sui, et pacis et concordiae foedera reformare studeat. III kal. Apr. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 142. — »Nuper ad sedem.«

Apr. 6 » (24055) Landulfo S. Angeli diacono cardinali in regno Siciliae plenae legationis officium committit. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 18. — »Levantes in circuitu.«

» 6 » (24056) Abbatissae et conventui monasterii de domo Gratiae b. Mariae V. extra muros Londonienses ord. s. Clarae, quarum coenobium Edmundus frater E(duardi) regis Angliae una cum B. regina Navarrae uxore sua fundavit, unam de ecclesiis, in quibus dictus nobilis ius obtinet patronatus, in proprios usus concedit. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 560. n° 2; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 339. n° 8. — »Vestrae religionis honestas.«

» 6 » (24057) Carolo regi Siciliae propter eius eximiam devotionem ad b. Mariam Magdalenam concedit licentiam ordinandi in ecclesia s. Maximini Aquens. dioc. tunc ad monasterium s. Victoris Massiliensis ord. s. Ben. immediate spectante, in qua est corpus b. Mariae Magdalenae a dicto rege inventum honorifice reconditum, prioratum de ordine Praedic. Ecclesiam ipsam et prioratum in ius et proprietatem sedis apostolicae recipit et ipsos ab omni potestate, iurisdictione ac dominio monasterii s. Victoris Massiliensis ord. s. Ben. perpetuo eximit. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 40; Guesnay

1295.

Magdalena Massiliens. advena 169; Launoii Opp. II. I. 293; Hon. Bouche Vindic. fidei... Provinciae 31; H. Bouche La défence de la foy . . . de Provence 83; Faillon Mon. inéd. II. 815. — »Ob tuorum excellentiam.«

Apr. 7 Laterani (24058) Eidem significat, se ad eius praesentationem fratrem Guillelmum de Toneux in priorem S. Maximini ord. Praedic. instituere, statuitque ut idem prior pro conventu inibi ordinando illum numerum fratrum professorum dicti ordinis, qui regi expedire videbitur, assumere possit *etc.* VII id. Apr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 41; Guesnay l. c. 188; Faillon l. c. 821; *cf.* Launoius l. c. 294. — »Desideriis tuis in.«

» 7 » (24059) (Durando) episcopo Massiliensi de superiore epistola significat eique mandat, ut (Poncium) episcopum Sistaricensem Caroli Siciliae regis nomine in corporalem possessionem prioratuum S. Maximini ord. Praedic. et Balmae loci, ubi poenitentiam egisse dicatur b. Maria Magdalena, ac domorum, officinarum et aliorum vacuorum eidem s. Maximini ecclesiae coniunctorum, necnon thesauri *etc.* inducat et defendat inductum. VII id. Apr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 42; Guesnay l. c. 189; Faillon l. c. 823; *fragm.* ap. Launoium l. c. 294. — »Ob excellentiam meritorum.«

» 8 » (24060) Praescribit qualitatem, facultates et modum procedendi tum conservatorum qui ab apostolica sede conceduntur ad tuendos aliquos a manifestis iniuriis et molestiis, tum iudicum qui in litteris de simplici iustitia nuncupantur. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Bullar. Roman. 1741. III. II. 77; Bullar. Carmel. III. 7. n° 2; Leibnitii Cod. iur. gent. I. 33; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 128; Barth. Cotton Hist. Angl. 274; Sext. Decret. lib. 1. tit. 14 *de offic. et pot. iudic. deleg.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 921; ap. Richter Corp. II. 935, *adscripta* Innocentio IV. — »Statuimus ut conservatores.«

» 8 » (24061) Scribit, Coelestinum papam V devictum instantia et ambitione nimia praeliorum, ignarum eorum quae et iuris debitum et gravitatem pastoralis officii requirerunt, seductum insuper per captiosam astutiam deceptibilem aliquorum, fecisse diversa et concessisse varia minus digne, inordinata et insolita. . . . »Postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, nobis, dum adhuc essemus Neapoli, preces fudit, ut revocare quae ipse male fecerat curaremus.« Pergit, se omnes dispensationes super quavis pluralitate dignitatum, personatuum, officiorum et praebendarum, provisiones quoque et concessiones et commendas de quibuscunque monasteriis, abbatiis, prioratibus *etc.*, ac omnes pensiones et subventiones de pecuniis necnon exemptiones, incorporationes, uniones *etc.* quorumcunque ordinum, monachorum, hospitalium *etc.*, liberationes a subiectionibus vel submissionibus *etc.* VI kal. Ianr. (*i. e.* Dec. 27) »dum adhuc essemus Neapoli« auctoritate apostolica revocavisse et cassavisse. »Verum quia praedicta per nos facta Neapoli ante consecrationis nostrae sollemnia sub bulla nostra posita non fuerunt, consecratione ipsa postmodum apud basilicam Principis apostolorum de Urbe solito more recepta, ea praesentibus fecimus annotari . . . ipsaque . . . ratificamus, confirmamus . . . et etiam innovamus et ea omnia a praedicto die, scil. VI kal. Ianr. plenum effectum volumus obtinere;« *etc.* VI id. Apr. a° 1°. ‖ Barth. Cotton Hist. Anglic. 265; *fragm. in* Rubei Bonif. VIII. 29. — »Olim Celestinus papa.«

» 8 » (24062) Cassat omnino et irritat omnes collationes, provisiones, reservationes et concessiones super canonicatibus, dignitatibus, personatibus, praebendis, officiis, portionibus, praestimoniis, ecclesiis parochialibus, ruralibus vel aliis *etc.* a Nicolao pp. IV promulgatas, exceptis eis quae ad ordinem fr. Minor., s. Clarae ac hospitale s. Spiritus in Saxia de Urbe attinent. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Cotton l. c. 271; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 339. n° 9. — »Pridem ad apicem.«

» 8 » (24063) Cassat omnino et vacuat omnes collationes, provisiones, actiones et concessiones super canonicatibus *etc.* a Coelestino pp. V et ab Honorio IV editas *etc.* VI id. Apr. a° 1°. ‖ Cotton l. c. 277; Sbaralea l. c. 341. n° 10. — »Dudum circa promotionis.«

» 8 » (24064) Prohibet, mulieres auctoritate litterarum apostolicae sedis vel legatorum ipsius personaliter ad iudicium evocari vel trahi invitas causa ferendi testimonium. (VI id. Apr. a° 1°). ‖ Cotton l. c. 279; Lib. VI. decr. lib. 2. tit. 1 *de iudic.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 935, *ad* a. 1298; ap. Richter II. 949. — »Mulieres quas vagari.«

» 8 » (24065) (Poncio) episcopo Sistaricensi mandat, ut ecclesiam s. Maximini et locum qui Balma vulgariter nuncupetur, nomine (Caroli) regis Siciliae recipiat et, postquam ipsi ei fuerint assignati, 20 fratres ord. Praedic. in eadem ecclesia et 4 in praefato loco deputet ad divina officia celebranda. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 44; Faillon Mon. inéd. II. 827. n° 92. — »Cum ecclesiam prioratus.«

» 9 » (24066) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti liceat eis divina officia celebrare. V id. Apr. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 623. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 11 » (24067) In controversia inter Ursum de filiis Ursi tunc senatorem Urbis ex parte una et potestatem, consilium et commune civitatis Viterbiensis ex altera super Valeran. Cornetae novae et Cornetae veteris, Roccae altiae, Fractae et Corviani castris vertente et

1295.

nondum finita repetit Honori IV bullam d. d. 1286. Mai. 21 (*vid.* n° 22448), confirmat pacta et nova decernit. III id. Apr. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 341—350. n° 11. — »Cum olim inter.«

Apr. 12 Laterani (24068) Monasterii s. Mariae de Sagano ord. s. Aug. Wratislav. dioc. tutelam suscipit eiusque possessiones ac bona confirmat. II id. Apr. a° 1°. ‖ Würdtwein Subs. diplom. XII. 151. — »Cum a nobis.«

» 12 » * (24069) Monasterium de Arnsburg protegendum suscipit omniaque eius bona, iura ac privilegia confirmat. II id. Apr. a° 1°. ‖ Baur UB. des Klosters Arnsburg 187. n° 267.

» 12 » (24070) Monasterium s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. cum omnibus bonis protegendum suscipit, specialiter autem terras, domos *etc.* ei confirmat. II id. Apr. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 622. — »Cum a nobis.«

» 13 » (24071) Abbati eiusdem monasterii inhibet, ne ad receptionem aliquorum in monasterio et membris ei subiectis, qui non fuerint de legitimo matrimonio procreati ac vitae laudabilis *etc.* nec 18. aetatis suae annum exegerint, ultra 200 monachorum numerum procedat. Id. Apr. a° 1°. ‖ Doublet l. c. 621. — »Ex parte tua.«

» 13 » (24072) Abbate et conventu eiusdem coenobii supplicantibus ex nunc decernit omnes excommunicationum et interdicti sententias, quas in eos contra Innocentii IV concessionis tenorem promulgari contigerit, irritas et inanes. Id. Apr. a° 1°. ‖ Doublet l. c. 624. — »Ex parte vestra.«

» 13 » (24073) Archiepiscopis et episcopis, in quorum civitatibus et diocesibus monasterium s. Dionysii in Francia prioratus et praepposituras vel ecclesias habet, mandat, ut in monachos eiusdem monasterii in capite vel in membris nullus excommunicationis vel interdicti sententiam absque auctoritate Romani pontificis vel legati a latere ipsius transmissi audeat promulgare vel eos ad causam invitos venire compellat. Id. Apr. a° 1°. ‖ Doublet l. c. 623. — »Quanto coenobium sancti.«

» 13 » (24074) Abbate et conventu monasterii de Bebenhusen Cisterc. ord. Constant. dioc. petentibus inhibet, ne quis eis inferre molestias aut monasterii bona absque iuris ordine occupare, vadiare aut detinere praesumat. Id. Apr. a° 1°. ‖ Mone Zeitschr. XIV. 362. — »Ex parte vestra.«

» 13 » (24075) Abbatem et conventum monasterii in Engelcella Cisterc. ord. Pataviens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem eis decimas *etc.* confirmat. Id. Apr. a° 1°. ‖ UB. ob der Enns VI. 583. n° 11. — »Cum a nobis.«

» 13 » (24076) Abbati et conventui monasterii Medlicensis ord. s. Ben. Pataviens. dioc. indulget ut tempore generalis interdicti eis liceat clausis ianuis *etc.* divina officia celebrare. Id. Apr. a° 1°. ‖ Hueber Austria 31; Schramb Chron. Mellic. 177. — »Devotionis vestrae precibus.«

» 16 » (24077) (Margaretae) abbatissae et conventui monasterii Gandersemensis ord. s. Aug. Hildesemens. dioc. privilegia et indulgentias, libertates et immunitates confirmat. XVI kal. Mai. a° 1°. ‖ Harenberg Hist. eccles. Gandersh. 790; Leuckfeld Antiqq. Gandersh. 437; Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) Cap. VII. von Aebtiss. 50. — »Cum a nobis.«

» 16 (») * (24078) Albertum (*al.* Albericum) vicecomitem Placentinum ad Placentinum episcopatum evehit. XVI kal. Mai. 1295. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 227.

» 18 » (24079) Monasterio s. Georgii maioris de Venetiis omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. XIV kal. Mai. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. VIII. 261. — »Solet annuere sedes.«

» 18 » (24080) Abbati et conventui monasterii eiusdem concedit facultatem utendi privilegiis sibi concessis, quamvis usi ipsis non fuerint retroactis temporibus. XIV kal. Mai. a° 1°. ‖ Cornelius l. c. VIII. 261. — »Cum sicut ex.«

» 18 (») * (24081) Guidonem praepositum Papiensi ecclesiae praeficit in episcopum. XIV kal. Mai. 1295. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1100.

» 21 (») * (24082) Raynaldum ord. Praedic. Teatinae ecclesiae praeficit in episcopum. XI kal. Mai. 1295. ‖ Ughelli l. c. VI. 834.

» 24 » (24083) (Henrico) regi Cypri concedit facultatem ordinandi ac disponendi de pecunia, quam Iohannes rex frater eius fratribus Praedic., Minor. et s. Mariae de Monte Carmeli ordd. legaverat, praedicti autem fratres praetextu conditionum in testamento defuncti adiectarum recipere renuerant. VIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 350. n° 12; Bullar. Carmel. III. 9. n° 3. — »Ex parte tua.«

» 27 » (24084) Iohanni dicto Foot presbytero concedit, ut, licet de presbytero sit genitus et soluta, in susceptis ordinibus ministrare et ecclesiam in Helsingör canonicatumque Roskildensem una cum fructibus ex eis perceptis libere retinere possit. V kal. Mai. a° 1°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 258; *cf.* Suhm Hist. af Danmark XI. 195. — »Laudabilis conversacionis et.«

1295.

Apr. 30	Laterani	(24085) (Leonardo) episcopo et universo clero Urbevetanis tam religiosis Minor. et Praedic. fratrum ac Praemonstr., s. Ben. et s. Aug. et aliorum ordinum, quam saecularibus mandat, ut, si Urbevetani beneplacitis apostolicis infra festum apparitionis b. Michaelis archangeli aut saltem ante vigiliam ascensionis Domini proxime secuturam absolute et libere parere noluerint, de civitate Urbevetana et tota eius diocesi penitus exeant *etc.* II kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 350. n° 13. — »Propter multiplices et.«
„ 30	„	(24086) Peregrino praeposito de Vancia capellano suo mandat, ut se ad civitatem Urbevetanam conferat, litteras pontificis potestati et communi praesentet et praesentationem in acta publica referri curet. II kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 351. n° 14. — »Cum te ad.«
„ 30	„	(24087) Blanchae uxori Philippi primogeniti comitis Atrebatensis indulget, ut monasteria Cisterc., s. Clarae *etc.* ordinum cum 6 honestis matronis ingredi valeat. II kal. Mai. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 352. n° 15. — »Provenit ex devotionis.«
Mai. 3	„	(24088) Iacobo dicto Busse nato Rogerii dicti Busse militis Anagnini feudum concedit, quod Thomas Iohannis Sibiliae de Trebis laicus in castro vel Rocca Fumonis ab ecclesia tenuerat. v non. Mai. a° 1°. ‖ Dissert. della pont. accad. Rom. di archeol. XV. 271. n° 85. — »Cum feudum quod.«
„ 5	„	(24089) Cum beneficia ecclesiastica, quae apud sedem apostolicam vacare noscuntur, personis conferri debent idoneis, illa provisioni eiusdem reservat. III non. Mai. a° 1°. ‖ Extravag. comm. lib. 3. tit. 2 *de praebend.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1150; ap. Richter Corp. II. 1170; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1295 § 6. XIII. 1027. — »Piae sollicitudinis studio.«
„ 12	Romae ap. S. Petrum	(24090) Processus contra Urbevetanos, qui castra Vallis lacus, Bulseni et Aquaependentis perperam occupaverant. »In festo ascensionis dominice a° 1°«. Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 322. n° 494. — »Olim Romana ecclesia.«
„ 12	„	(24091) Percellit excommunicationis sententia illos falsos et impios christianos, qui Sarracenis ferrum, arma et lignamina galearum *etc.* deferunt, eis galeas vendunt *etc.* »Actum factum in festo ascensionis D[i] a° 1°«. ‖ MasLatrie Hist. de Chypre II. 92, *non integra.* — »Olim tam in.«
„ 23	(Velletri)	(24092) Adolfum regem Romanorum obiurgat, quod ad suae consecrationis sollemnia celebrata non destinaverit solemnes nuncios, qui »et electionis de te factae notitiam ad apostolicam sedem deferrent et ab ea favorem solitum et tuorum directionem processuum postularent ac alia etiam in actu producerent ...., quae a Romanis regibus exhiberi solent et fieri a retroactis temporibus ante susceptum imperii diadema.« Rogat eum et hortatur, ut adversus Philippum Franciae regem nullam hostilem praesertim hoc tempore faciat novitatem »sicut per alias nostras patentes litteras tibi seriosius scribimus«, nec periculosas et arduas persecutiones assumat. (»Anagniae v kal. Iul. a° 1°.« *scribit* Raynald., *sed legi debet*) x kal. Iun. a° 1°. *Cf.* Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. I. 306. n° 12. 13. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 45. — »Paternis te fili.«
„ 23	„	(24093) Eidem scribit de suo fervore ad tractandum et reformandum pacem et concordiam inter Phylippum Franciae ac Eduardum Angliae reges et non ambigit, hoc famae divulgantis afflatibus iam ad notitiam regiam pervenisse. Addit se postmodum comperisse »quod et tu adversus eundem regem Franciae et regnum ipsius gentem non modicam congregabas, .. quod ab ipso reputas te offensum, quasi sui praedecessores et ipse nonnulla occuparint hactenus iura imperii, quae adhuc detinentur taliter occupata.« Rogat et obsecrat eum in domino Iesu Christo, ut a quolibet in hac parte hostili processu penitus abstineat. Destinat ad eum placandi causa (Gentilem) archiepiscopum Regium et (Raynaldum) episcopum Senensem latores praesentium, ut praedicta ei oraculo vivae vocis exponant et rex ea, quae personam suam et imperium ipsum tangunt, per illos sibi papae seriose intimet »ut ... plenius instructi curemus illud super hoc adhibere remedium, per quod eiusdem iura imperii ... illaesa et integra conserventur.« x kal. Iun. a° 1°. ‖ Kopp l. c. III. I. 303. n° 9; *nonnisi pars postrema in* Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 44. — »Ad statum orbis.«
„ 23	„	(24094) (Gerhardo) archiepiscopo Maguntino de superiore epistola significat eumque rogat et hortatur, ut Adolfum regem solerter moneat et inducat, ut super hoc sedis apostolicae beneplacitis acquiescat. (x kal. Iun. a° 1°.) Kopp l. c. 305. n° 10. — »Ad statum orbis.« * *In eundem modum* (Boemundo) archiepiscopo Trevirensi — (Sigfrido) archiepiscopo Coloniensi.
„ 23	„	(24095) Eidem mandat, ut, si praefatus rex Romanorum in hoc apostolicae sedis beneplacitis acquiescere non curaret, »tu ipsum super eo aliquatenus non sequaris, nec aliquod impendas eidem .. auxilium vel favorem publicum vel occultum, nec a tuis subditis paciaris impendi.« x kal. Iun. a° 1°. ‖ Kopp l. c. 305. n° 11. — »Ad pacem et.« * *In eundem modum* Trevirensi et Coloniensi archiepiscopis.
„ 23	„	(24096) Dytericum ord. Praedic. (Adolphi regis fratrem *add. Bzov.*) rogat et hortatur, ut, cum ipse Adolfum regem Romanorum per rogatorias litteras ad aliqua excitet, quae

1295.

		totius christianitatis quietum statum respiciant, eundem »qui sicut a fidedignis asseritur tuis libenter consiliis acquiescit,« solerter moneat, ut super praemissis promptus obtemperet beneplacito apostolico. x kal. Iun. (x kal. Sept. *male* Bzovius Ann. eccl. ad a. 1295 § 18. XIII. 1032) a° 1°. ‖ Kopp l. c. 306. n° 13. — »Credita nobis licet.«
Mai. 25	Velletri	(24097) B(eraldo) Albanensi et S(imoni) Penestrinensi episcopis sedis apostolicae nunciis mandat, ut ad tractandam et reformandam pacem et concordiam inter Phylippum Franciae et Eduardum Angliae reges cunctis studiis cunctisque conatibus insistant, ut in hac parte suis et ecclesiae desideriis satisfiat. Ut super hoc efficacius procedere valeant, eis varias facultates concedit. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Kopp l. c. 307. n° 14. — »Cupientes gravibus obviare.«
„ 25	„	(24098) Eisdem scribit de eodem argumento et, ut possit facilius provenire promotio negotii memorati, eos quibusdam facultatibus munit. VIII kal. Iun. a° 1°. ‖ Kopp l. c. 308. n° 15. — »Ad pacem et.«
„ 26	„	(24099) (Gerhardum) archiepiscopum Maguntinum monet et hortatur, adhibeat opem operamque sollicitam, ut inter praefatos reges nullus penitus ad arma processus nullaque noxia novitas habeantur et, si huiusmodi non valeret impedire processum, nullum ad talia praecedenti praestet auxilium. VII kal. Iun. a° 1°. ‖ Kopp l. c. 309. n° 16. — »Litteras tuas nostro.«
„ 28	„	(24100) Eduardum regem Angliae rogat et hortatur, ut ad pacificum et tranquillum totius christianitatis statum et potissime gentium sibi subiectarum intendens a quovis hostili processu contra (Philippum) regem Franciae ac regnum eius penitus abstineat. v kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 43. — »Fili, sub sera.«
„ 29	—	Heinrico abbati monasterii in Rot: »Romae ap. S. Petrum IV kal. Iun. a° 1°«. ‖ Pez Thes. anecd. VI. 173. n° 270, *vid.* 1295. Dec. 29. n° 24246.
Iun. 10	—	Iohanni archiepiscopo Rigensi: »Romae ap. S. Petrum IV id. Iun. a° 1°«. ‖ Dogiel Cod. dipl. Polon. V. 23; Bunge Livl. UB. I. 702. n° 560, *vid.* 1296. Ianr. 10. n° 24259.
„ 13	Anagniae	(24101) Episcopo Ferrariensi, abbati monasterii s. Bartholomaei et Andalo de Contrariis capituli dictae civitatis canonico causam inter Raymundum patriarcham Aquileiensem et potestatem ac commune Tarvisii vertentem, qui contra dicti patriarchae statutum quasdam villas, monasterium de Piro Tarvis. dioc. et nonnulla alia bona ad ecclesiam Aquileiensem spectantia occupabant, decernendam committit. Id. Iun. a° (5°, *sed legas*) 1°. ‖ Verci Marca Trivigiana IV. doc. 64. n° 375; Bianchi Docum. 218. n° 734; *cf.* Manzano Annali del Friuli III. 254. — »Sua nobis potestas.«
„ 17	„	(24102) Abbati S. Odoeni Rothomagensis mandat, ut, cum clerici et laici Rothomagensis civitatis et diocesis terras, vineas, domos et res alias, quas a monasterio s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. in feudum sub annuo censu vel redditu tenebant, ecclesiis, ecclesiasticis personis vel saecularibus potentibus vendere, donare, de ipsis alios infeudare *etc.* praesumpserint, infeudationes et alia supradicta in irritum revocet et, ne ab eis similia de cetero attemptentur, firmiter inhibeat. xv kal. Iul. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 625. — »Ex parte dilectorum.«
„ 17	„	(24104) Philippum regem Franciae rogat et hortatur, faciat ut Rogerius comes Fuxi villam Appamiarum cum omnibus bonis, iuribus *etc.* monasterii s. Antonini eiusdem loci abbati, cui villa ipsa in temporalibus subiecta sit, integre restituat. xv kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 52; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 625. — »Olim prout notitiam.«
„ 20	„	(24105) Eidem nunciat, pro consummatione prospera tractatus pacis habiti inter Carolum Siciliae regem et Iacobum natum quondam Petri olim regis Aragonum P(etrum) Aurelianensem episcopum et I(ohannem) abbatem S. Germani de Pratis, regis ipsius et fratris Caroli Alanconis et Valesii comitis procuratores et nuncios, ex illorum parte renunciasse nuper in manibus suis pure et sine conditione regnis Aragoniae, Valentiae et comitatui Barcilloniae ac omni iuri eisdem ipsis in illis quomodolibet competenti; reliquum esse, ut rex Philippus vallem de Arany Guillelmo tit. S. Clementis cardinali presbytero, quem pro ipsius tractatus executione votiva in ultramontanas partes destinet, servandam tradat, donec per cardinalem ipsum fiat inquisitio super possessione praefatae vallis eiusque terminatio subsequatur *etc.* XII kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 26. — »Laetamur in te.«
„ 21	„	(24106) Iacobo de Aragonia quondam Petri olim regis Aragonum filio regna Aragonum atque Valentiae ac comitatum Barcinoniae, honorem regium ac omnia, quae sententia sedis apostolicae lata contra Petrum olim regem Aragonum patrem eius continebat expresse, et ea ad quae verba sententiae vel effectus eiusdem sententiae se extendunt, restituit, reddit atque concedit. XI kal. Iul. indict. VIII. incarn. dom. a° 1295. pont. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 21—23; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 447. n° 17; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 130. — »Splendor gloriae et.«
„ 22	„	(24107) (Gentili) archiepiscopo Reginensi et (Raynaldo) episcopo Senensi significat, se nuper inter Adolphum Romanorum, Philippum Franciae ac Eduardum Angliae reges

1295.

treugas ab instanti festo nativitatis b. Iohannis bapt. proximo venturo usque ad annum unum completum indixisse. Cum illos ad eundem Alemanniae regem et ad partes illas certis commissis negotiis destinet, eisdem concedit facultatem faciendi per idem tempus has treugas observari per censuram ecclesiasticam. x kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 46; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 352. n° 16. — »Cum nuper inter.«

Iun. 22 Anagniae — (24108) Iacobo regi Maioricarum nunciat, se conditiones tractatus pacis inter Carolum Siciliae regem, Iohannem abbatem S. Germani de Pratis prope Parisius et Petrum Aurelianensem episcopum procuratores Philippi regis Francorum et Caroli Alançonis et Valesii comitis fratris eius ex una parte ac Gilibertum de Cruyliis, Guilelmum Durfortis, Petrum Costa et Guilelmum Galvani procuratores Iacobi nati quondam Petri olim Aragonum regis ex altera »in nostra praesentia« initae approbasse, eumque hortatur, ut considerans statum miserabilem Terrae sanctae et quod per ordinationem praetactam reparationi status regalis opportune consulatur, ad pacis humanae dulcedinem animum convertat. x kal. Iul. a° 1°. ‖ Baluze Vit. pap. Avenion. II. 21. — »Dilecta pax in.«

» 22 » — (24109) Priori monasterii s. Mariae de Carceribus ord. s. Aug. Paduan. dioc. concedit, ut posthabita appellatione ad correctionem excessuum canonicorum et conversorum monasterii sui procedat. x kal. Iul. a° 1°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 303. n° 182. — »Ex tenore tue.«

» 22 » — (24110) Abbati et conventui monasterii in Hugonis Curia ord. s. Ben. Argentin. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. x kal. Iul. a° 1°. ‖ Schoepflin Alsat. dipl. II. 64. n° 797. — »Solet annuere sedes.«

» 22 » — (24111) Compromissum ab abbate monasterii de s. Trudone ord. s. Ben. Leodiens. dioc. et magistro Iohanne de Cambiis decano ecclesiae Leodiensis receptum super iure patronatus ecclesiae de Kerkem confirmat. x kal. Iul. a° 1°. ‖ Piot Cartul. de St. Trond I. 399. n° 314. — »Cum a nobis.«

» 24 » — (24112) Iacobum natum quondam Petri olim regis Aragonum, barones, milites atque cives Cataloniae — inter quos post occupationem insulae Maioricarum factam per quondam Alfonsum natum praedicti Petri regis conventiones, homagiorum praestationes et iuramenta intervenerant, quod regnum Maioricarum comitatui Barcinoniae perpetuo uniretur — a praefatis conventionibus *etc.* dimittit liberos et decernit penitus absolutos. VIII kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 28. — »Obligationes turpes et.«

» 24 » — (24113) Priori Praedic. et guardiano Minor. ord. ac archipresbytero Paduanis mandat, ut auctoritate apostolica praeficiant monasterio s. Eufemiae de Villanova ord. s. Ben. Tervisin. dioc. Matthaeum priorem S. Georgii de Campreto Paduan. dioc. in abbatem electum, si eis ad illius regimen utilis esse videbitur, aut aliam personam idoneam in abbatem. VIII kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 353. n° 17. — »Debitum officii nostri.«

» 27 » — (24114) Adolpho regi Romanorum scribit, se H(enricum) Brixinensem episcopum, magistrum L(andolfum) praepositum Wormatiensem et nobilem virum Gerlacum de Isenburg eius nuncios paterna benignitate recepisse, et ad eorum petitiones promittit, se eidem regi ecclesiae et sedi apostolicae devoto adstiturum esse auxiliis et favoribus opportunis. Addit, se ad eum destinare (Gentilem) Reginum archiepiscopum et (Raynaldum) episcopum Senensem nuncios ac ferventer optare, ut inter eum et Philippum regem Franciae praesertim hoc tempore actus omnino vitentur bellici et processus penitus fugiantur hostiles. v kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 44; Sbaralea l. c. 354. n° 19; *cf.* Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. I. 309. n° 17. — »Serenitatis tuae nuncios.«

» 27 » — (24115) Philippo regi Franciae indulget, ut confessor eius Minorum, Praedicatorum aut cuiuscumque ordinis fratribus in eius domo comedentibus loquendi licentiam elargiri possit. v kal. Iul. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 354. n° 18. — »Tuae devotionis merita.«

» 27 » — (24116) Catharinam imperatricem Constantinopolitanam sollicitat, ut cum Frederico filio quondam Petri olim regis Aragonum matrimonium contrahat; et ut ab illa eliciat assensum proponit, avitam haereditatem illo coniugio recuperatum iri *etc.* v kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 29. — »Postquam divina miseratio.«

» 27 » — (24117) Notum facit, se in festo nativitatis b. Iohannis bapt. proximo praeterito in cathedrali ecclesia Anagniae infra missarum sollemnia pacem et concordiam inter Carolum Siciliae regem et Iacobum ac Fredericum natos quondam Petri olim regis Aragonum factas iterato publicasse et excommunicationis sententiam promulgasse in omnes, qui scienter et fraudulenter pacem et concordiam huiusmodi impedirent. Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui pro complemento huiusmodi ad Deum devotas preces effundent, singulis vicibus quibus hoc fecerint, indulgentiam 100 dierum promittit. v kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. in § 32. — »Nuper divina favente.«

» 27 » — Adolfo regi Romanorum: »v kal. Iul. a° 1°« — »Paternis te fili.« ‖ Raynald. l. c. § 45, *vid.* 1295. Mai. 23. n° 24092.

1295.

Iun. 30 Anagniae — (24118) Guillelmo tit. S. Clementis presb. cardinali in Gallias misso mandat, ut nascituras dissidiorum causas inter Philippum Francorum, Carolum Siciliae reges, Carolum Alanconii et Valesii comitem et Iacobum Aragonium prudentia sua leniat. II kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 20, *fragm.*

Iul. 1 » — (24119) Iohanni archiepiscopo Colocensi liberam concedit facultatem dispensandi cum 10 clericis defectum natalium patientibus, ut quilibet eorum ad omnes ordines promoveri possit *etc.* Kal. Iul. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 380. n° 612; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 124. — »Ut eo gratior.«

» 2 » — (24120) Frederico nato quondam Petri olim regis Aragonum significat, se propter pacem inter Carolum Siciliae regem et Iacobum fratrem eius ac eum ipsum de beneplacito Philippi Francorum regis mittere archiepiscopum Messanensem in Siciliam, ut a sententiis interdicti et excommunicationum in civitates aliaque loca, cives et incolas praefatae insulae latis absolvat; hortatur eum, ut archiepiscopum benevole recipiat. VI non. Iul. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 35; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 119. — »Ferventibus studiis anhelamus.«

» 5 » — (24121) Eidem de bulla d. d. 1295. Iun. 27 (*vid.* n° 24116) significat et addit, Carolum Siciliae regem, Guillelmum tit. S. Clementis presb. card. necnon Blancam filiam regis eiusdem sponsam Iacobi fratris eius iam de Anagnia recessisse pro complemento pacis gressus suos versus Cataloniam dirigentes; porro se duxisse destinandum G. Anitiensem episcopum in Franciam, ut Catharinam imperatricem Constantinopolitanam ad partes istas festinanter adducat »tibi annuente Domino, prout promissum est et iuratum, matrimonialiter copulandam« *etc.* III non. Iul. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 32. — »Nobilitatem tuam volumus.«

» 5 » — (24122) Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii s. Aroncii de Frusinone ord. s. Dam. Verulan. dioc. Alexandri IV litteras confirmat. III non. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 355. n° 20. — »Lecta nobis vestra.«

» 5 » — (24123) Guardiano ord. Minor. Gerundens. dioc. committit, ut cum Guillelmo nato quondam Berengarii de Rivis Mortuis milite et Dulcia filia Bernardi de Villagut super matrimonio contrahendo dispenset. III non. Iul. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 356. n° 21. — »Ex parte dilectorum.«

» 7 » — (24124) (Iohanni) episcopo Tornacensi et (Waltero) abbati monasterii s. Bavonis Gandensis ord. s. Ben. Tornac. dioc. mandat, ut de facultatibus parochialis ecclesiae s. Mariae Ardemburgensis inquirant et, si sufficiant, in eadem ecclesia praebendas et vicarias (*i. e.* canonicorum collegium) ordinent. Non. Iul. a° 1°. ‖ Miraeus Opp. dipl. II. 878. — »Cum ex suscepto.«

» 7 » — * (24125) Decano et capitulo ecclesiae Parisiensis indulget, ut nullus delegatus vel legatus sedis apostolicae possit in ipsos excommunicationis vel interdicti sententias promulgare. Non. Iul. a° 1°. ‖ Guérard Cartul. de l'égl. Notre-Dame de Paris I. 217.

» 8 » — (24126) Edvardo regi Angliae Iohannem Aldibrandini, Nicholaum Cacialeonem *etc.* camerae suae mercatores, quos pro quibusdam Romanae ecclesiae negotiis ad partes Angliae transmittit, commendat. VIII id. Iul. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 147. — »Cum dilectos filios.«

» 10 » — (24127) Compositionem inter decanum capitulumque ecclesiae s. Mariae in campis Maguntiae ex parte una et praepositum eiusdem ecclesiae ex altera super quibusdam terris *etc.* factam et postmodum ab archiepiscopo Maguntino auctoritate ordinaria confirmatam confirmat. VI id. Iul. a° 1°. ‖ Baur Hessische Urkunden II. 508. n° 524. — »Sane petitio vestra.«

» 11 » — (24128) Fratribus et sororibus ordinis de Poenitentia b. Francisci in Alemania superiori indulget, ut capellas seu oratoria in domibus et locis suis construere possint. v id. Iul. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 560. n° 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 356. n° 22. — »Cupientes cultum divini.«

» 11 » — * (24129) Conventui monasterii Cluniacensis, cum diei et aestus in divinis exsequendis laudibus portet pondus et indigentiae seu penuriae onere praegravetur, concedit 4000 librarum Turonensium super 13 decanatibus nominatim expressis singulis annis in perpetuum levanda. v id. Iul. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 158.

» 11 » — * (24130) Philippo regi Franciae de superiore epistola significat eumque hortatur, ut executoribus huius ordinationis auxilium impendat. v id. Iul. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 159.

» 11 » — * (24131) Prioribus de Rivis Claromontens., S. Margaretae in Helincuria Belvacens. ac de Cariloco Matiscon. diocc. mandat, ut iuxta tenorem concessionum abbati Cluniacensi a sede apostolica factarum nomine illius vicesimam partem omnium proventuum et reddituum monasteriorum ac prioratuum monasterio Cluniacensi subiectorum colligant. v id. Iul. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 159.

» 12 » — (24132) Guillelmo tit. S. Clementis presb. cardinali ad preces Caroli regis Siciliae mandat, faciat ut fratres ord. Minor. dicto regi locum suum in civitate Sistaricensi vendant. IV id. Iul. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 357. n° 23. — »Carissimus in Christo.«

1295.

Iul. 13 Anagniae • (24133) (Guillelmum) abbatem Cluniacensem et alios abbates ac priores Cluniacensis ordinis quantum ad provisionem prioratuum ac decanatuum ordinis vacantium et ius vindicandi sibi spolia defunctorum priorum ac decanorum restituit in eundem statum, quo ante ordinationem et statuta Nicolai IV pp. erant. III id. Iul. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 160.

" 13 " (24134) Philippum regem Franciae rogat et hortatur, ut, cum inter cetera quae pro pace inter C(arolum) Siciliae regem et Iacobum Fredericumque natos Petri olim regis Aragonum intervenerint tractata, hoc expresse sit habitum et iuramento firmatum, ut C(atharina) imperatrix Constantinopolitana Frederico praedicto iungeretur matrimonio, ipsum matrimonium gratum habens praefatam imperatricem ad id efficacitor inducat. III id. Iul. a° 1°. ‖ Geoffr. de Ville-Hardouin ed. Du Cange, pr. 36. — »Olim nobis duximus.«

" 14 " (24135) Indulgentiam 3 annorum et totidem quadragenarum elargitur pro ecclesia ord. Praedic. de s. Maximino Aquens. dioc., in qua corpus s. Mariae Magdalenae requiescit. II id. Iul. a° 1°. ‖ Faillon Mon. inéd. II. 827. n° 93. — »Vitae perennis gloria.«

" 14 " (24136) Priori et fratribus ord. Praed. de S. Maximino Aquens. dioc. de superiore epistola significat. II id. Iul. a° 1°. ‖ Faillon l. c. 829. n° 94. — »Loca sanctorum omnium.«

" 16 " (24137) Petro de Senis habitatori Ferentini, familiari Loffridi Gagetani de Anagnia comitis Casertani fratris sui, eiusque haeredibus feudum quod quondam Nicolaus Capotii de Frosinone a Romana ecclesia obtinebat, concedit. XVII kal. Aug. a° 1°. ‖ Dissert. della pont. accad. Rom. di archeol. XV. 272. n° 85. — »Personam tuam prerogativa.«

" 17 " (24138) Iohanni Sarraceno civi Romano nepoti b. mem. Petri episcopi Vicentini, cui idem episcopus feudum consistens de proventibus *etc.* decimarum terrae Bassani concesserat, hanc concessionem confirmat. XVI kal. Aug. a° 1°. ‖ Verci Marca Trivigiana IV. doc. 66. n° 377; *cf.* Ughelli Ital. sacra V. 1054. — »Peticio tua nobis.«

" 17 " (24139) (Simoni) episcopo Parisiensi mandat, ut Rainerio Flamengo civi Parisiensi licentiam largiatur construendi capellam in illo loco, ubi quidam Iudaei inventam eucharistiam cultello pungentes in ferventis aquae caldariam igni superpositam immiserunt. XVI kal. Aug. a° 1°. ‖ Delineatio observantiae Carmelitar. Rhedonensis in provincia Turoniae (Lutet. Paris. 1645) 183; Bullar. Carmel. I. 44. n° 1; Félibien Hist. de Paris III. 296; Th. de St. René Remarques sur l'hostie miraculeuse I. 234; II. 148. — »Petitio dilecti filii.«

" 18 " (24140) Decernit, Poncio episcopo Maioricarum insulam Minoricarum de novo de manibus Sarracenorum ereptam tamquam proprio diocesano et episcopali sedi Maioricarum subesse ac omnia iura episcopalia, quae tam ex lege diocesana quam iurisdictione competant, ad eum eiusque successores pertinere. XV kal. Aug. a° 1°. ‖ Villanueva Viage liter. XXI. 294. — »Cum insula Minoricarum.«

" 20 " (24141) Statutum seu ordinationem Nicolai IV pro ordine Militiae s. Iacobi editum revocat et irritum esse decernit. XIII kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 358. n° 24. — »Ab antiquis retro.«

" 21 " (24142) Dionysium regem Portugalliae rogat et hortatur, ut I. magistrum et fratres hospitalis s. Iohannis Hieros. habens commendatos tertiariam sive responsionem vulgariter nuncupatam de fructibus domorum dicti ordinis in Portugalliae regno consistentium solitam ultra mare transmitti, sed per eius mandatum arrestatam praefatis fratribus aut eorundem procuratoribus restitui faciat. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Pauli Cod. dipl. II. 3. n° 4. — »Inter caeteras sacras.«

" 21 " (24143) Notum facit, se »tanquam privatam personam« et Benedictum Gaytanum arbitratorem et diffinitorem super reformanda pace et concordia inter Philippum Franciae et Edwardum Angliae reges constitutum esse et treugas inter eos usque ad festum epiphaniae »exnunc secundo venturum« ex potestate sibi tradita prorogasse. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 147. — »Dudum inter carissimos.«

" 21 " (24144) Edvardum regem Angliae rogat et hortatur, ut magistrum et fratres domus militiae Templi Ierosol., qui »de nostro mandato« in regno Cypri pro ipsius custodia et defensione moram trahunt, eorumque bona in Anglia consistentia favore prosequatur et concedat, ut illi ex Anglia bona sua pro sustentatione sua et defensione Cypri libere extrahere possint. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Rymer l. c. 147. — »Statum miserabilem Terrae.«

" 21 " (24145) Eidem repetit n° 24142, *sed pro* in Portugalliae regno *legatur* in regno Angliae et terra Hiberniae. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Pauli l. c. 4. n° 5. — »Inter caeteras sacras.«

" 21 " (24146) Magistro Giffredo de Veçano canonico Cameracensi camerae apostolicae clerico mandat, ut, cum papa cupiat informari ad statum negotii decimae Terrae sanctae in Norweiae Daciae Suetiae regnis, Huguitionem plebanum plebis de Castellione Aretinae dioc. capellanum suum collectorem decimae dictae in illis partibus citari procuret, ut infra duos menses post citationem cum omnibus litteris aliisque scripturis super huiusmodi decimae collectione se apostolico conspectui personaliter repraesentet computum

1295.

et rationem redditurus. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 58; Munch Pavelse Nuntiers Dagböger 166. — »Statum negotii decime.«

Iul. 21 Anagniae * (24147) Le pape confirme le couvent de Mariendal dans ses libertés et immunités lui octroyées par le Saint-Siége. XII kal. Aug. a° 1°. ‖ Publicat. de la soc. des monum. histor. de Luxembourg XVII. (1861) 65. n° 150, *perperam ad* a. 1293.

" 23 " (24148) Quod Tolosana ecclesia adeo amplam et diffusam diocesim obtinet, ut Tolosanus episcopus nequeat ipsam ut debeat et conveniat visitare, villam Appamiarum pridem de dicta Tolosana diocesi existentem in civitatem erigit, eam a iurisdictione qualibet Tolosani episcopi penitus eximit, ac decernit, ut b. Martini conf. ecclesia eidem civitati vicina, in qua corpus Antonini martyris requiescat, sit de cetero et habeatur praedictae civitatis ecclesia cathedralis *etc.* X kal. Aug. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 132; *cf.* Theoder. de Niem Vit. pont. Rom. ap. Eccard Corp. hist. med. aevi I. 1465. — »Romanus pontifex qui.«

" 23 " (24149) Universis suffraganeis ecclesiae Ravennatis notum facit, se Opizonem episcopum quondam Parmensem praefecisse eidem ecclesiae in archiepiscopum. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Amadesii Antist. Ravenn. III. 222. n° 73; *cf.* Rubei Histor. Ravenn. 489. — »Pridem Ravennate ecclesia.«

" 23 " (24150) Prioribus provincialibus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli concedit, ut illis dent licentiam verbum Dei praedicandi, quos ad hoc idoneos esse cognoverint, diocesanorum tamen locorum assensu. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Bullarium Carmel. I. 45. n° 2. — »Religionis vestrae meretur.«

" 23 " (24151) Indulgentiam concedit pro ecclesia monasterii s. Laurentii de Venetiis ord. s. Ben. X kal. Aug. a° 1°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 107. — »Vite perennis gloria.«

" 23 (") * (24152) Opizonem Parmensem episcopum ad archiepiscopatum Ravennatem transfert. X kal. Aug. 1295. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 382.

" 27 " * (24153) Guillelmo abbati Cluniacensi concedit, ut ad expedienda monasterii et ordinis Cluniacensis negotia mutuum usque ad summam 3000 librarum Turonens. parvorum contrahat ac bona dicti monasterii necnon et aliquorum prioratuum obliget. VI kal. Aug. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 160.

" 31 " (24154) Iohannem canonicum Pergamensis ecclesiae, Henrico fr. ord. Minor. postulationi de se factae renuntiante, eidem ecclesiae praeficit in episcopum. II kal. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 360. n° 25. — »Ad universalis ecclesiae.«

Aug. 1 " (24155) Abbati Praemonstratensi facultatem concedit mittendi canonicos monasteriorum sui ordinis dociles Parisius de consilio trium abbatum, ut ibi theologiae studio incumbant. Kal. Aug. a° 1°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 692. n° 111; Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 431. — »Exultamus (exultavimus *H.*) in Domino.«

" 1 " (24156) Eidem eiusque coabbatibus et conventibus universis Praemonstr. ordinis indulget, ut in parochiis, in quibus veteres decimas iuste percipiunt, novalium quoque decimas libere percipiant. Kal. Aug. a° 1°. ‖ Le Paige l. c. 692. n° 110. — »Deuotionis vestrae precibus.«

" 3 " (24157) Iohanni de Urbeveteri priori monasterii s. Anastasii de Urbe ord. Cisterc., qui se ex ordine Minor. ad Cisterciensem transtulerat, quocum autem »Petrus de Murrone Coelestinus pp. V antecessor ... ignarus eorum quae et iuris debitum et gravitas pastoralis ... officii requirebant, seductus insuper ... per captiosam astutiam« dispensaverat, a constitutione Nicolai IV partem dispensationis confirmando còncedit, partem vero revocando denegat. III non. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 361. n° 26. — »Olim dilectus filius.«

" 5 " (24158) Priori provinciali provinciae regni Siciliae ord. Praedic. significat, se regnum Siciliae a Romana provincia excludere, ut per se solum existat provincia specialis. Non. Aug. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 44. — »Ad tranquillum statum.«

" 9 " (24159) Landulpho S. Angeli diacono card. apostolicae sedis legato mandat, ut monasterium s. Laurentii de Monte Salernitanum ord. s. Ben. ad monasterium Cassinense pertinens, quod minetur pro magna parte ruinam, reformet de ordine s. Clarae ac Iohannam filiam Iohannis de Procida monialem monasterii s. Spiritus Salernit. ord. s. Dam. et decentem numerum sororum in eodem instituat. V id. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 362. n° 27. — »Sicut ex relatione.«

" 9 (") * (24160) Andream Masaronum de Ferentino eligit in episcopum Soranum. V id. Aug. 1295. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1246.

" 11 " (24161) Rogerio de Lauria eiusque heredibus insulas Gerbr (Gerbi *R.*) et Karkim provinciae Africae seu civitatis Tunisii, quas ille eripuerat de manibus hostium fidei christianae ac in quibus proponebat aedificari facere ecclesias et altaria, sub annuo censu 50 unciarum auri annis singulis ecclesiae Romanae infra octavas b. apostolorum Petri

1295.

et Pauli in Romana curia solvendo in feudum perpetuum concedit *etc.* III id. Aug. a° 1°. ‖ Tutini Discorsi I. Dogli ammiranti 90; Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 37. — »Ex tuorum strenuitate.«

Aug. 11 Anagniae (24162) Fratri Bonifatio de Calamandrano magno praeceptori ordinis hospitalis s. Iohannis Hierosol. in partibus cismarinis mandat, ut nomine ecclesiae Romanae a Rogerio de Lauria, cui Gerbi et Karkini insulas provinciae Africae in feudum concesserit, recognitionem, homagium, ligium ac pleni vassallaggii iuramentum recipiat. III id. Aug. a° 1°. ‖ Pauli Cod. dipl. II. 4. n° 6. — »Cum dilecto filio.«

" 11 " (24163) G(uillelmo) episcopo Mimatensi marchiae Anconitanae rectori mandat, ut castrum seu fortalitium per Recanatenses in loco dicto Montalis constructum ad manus suas recipiat idemque pro Romana ecclesia teneat et faciat custodiri. III id. Aug. a° 1°. ‖ Osservaz. critiche sopra la antichità crist. di Cingoli II. 772. n° 88. — »Ex parte dilectorum.«

" 11 " (24164) Dertusensi episcopo et Pascasio de Valle Leporaria custodi fratrum Minorum Caesaraugustensium committit, ut electionem priorissae monasterii de Sixena ord. s. Aug. Ilerdens. dioc. examinent et iuxta comperta decernant. III id. Aug. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 364. n° 28. — »Ad audientiam nostram.«

" 12 " (24165) Episcopo Assisinati mandat, ut civitati Assisinati, dummodo ecclesiis, monasteriis et aliis piis locis de terris eorum quas eiusdem ampliatio occupatura sit, satisfactionem impendat, licentiam ampliandi suum ambitum largiatur. II id. Aug. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 327. n° 495. — »Nuper ex parte.«

" 13 " (24166) Duci, consilio et communi Venetorum, inter quos et Genuenses treugas usque ad festum nativitatis b. Iohannis bapt. futurum proxime indixerat, significat, se declarare, quod si Genuenses contra eos procederent hostiliter, ut minantur, ac treugas huiusmodi non servarent, suae nequaquam intentionis existat per huiusmodi indictionem treugarum eos arctare, quominus se defendant contra Genuenses. Id. Aug. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 38; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1589. n° 43. — »Quam gravis et.«

" 17 " (24167) Nicolaum Upsalensis ecclesiae electum confirmat archiepiscopum eique significat, se fecisse ut ipsi exhibeatur pallium, munere consecrationis ipsi ab I(ohanne) Tusculano episcopo impenso, »salvo tamen iure ecclesiae Lundensis, quae in eadem ecclesia Upsalensi ius primatiae asserit se habere.« XVI kal. Sept. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. I. 191. n° 1136; *cf.* Porthan Bullar. access. 64. n° 1. — »Cor nostrum iocunditate.«

" 17 " (24168) Praeposito et capitulo ecclesiae Upsalensis nunciat, se Nicolaum electum eidem ecclesiae praeficere in archiepiscopum. XVI kal. Sept. a° 1°. ‖ Neumann Hist. primatus Lundensis 177; Liljegren l. c. II. I. 193. n° 1137; *fragm.* ap. Celse Appar. 97. n° 3; *cf.* Porthan l. c. 65. n° 2—7. — »Cor nostrum iocunditate.«

* *In eundem modum* Populo civitatis et diocesis Upsalensis — Clero civitatis et diocesis Upsalensis — Universis suffraganeis ecclesiae Upsalensis — (Byrgero) regi Sveciae — Duci Sveciae.

" 23 " (24169) (Ericum) Daciae regem rogat, ut Iohannem archiepiscopum Lundensem Sveciae primatem, cuius »indigna et iniuriosa detentio Deo displicet, turbat ecclesiam et fidelium animos scandalizat« benigne restituat libertati; ut nuntios ad papam mittat »ut tuus tuique regni status qui ... propter dissensiones multiplices pridem in eodem regno subortas graviter fluctuasse conspicitur, per apostolicae sedis circumspectam prudentiam salubriter reformetur.« Addit, se Isarnum archipresbyterum Carcassonensem capellanum suum latorem praesentium ad regem destinare »ut tibi ex parte nostra litteras assignet ac ... te ad praemissa . . inducat.« X kal. Sept. a° 1°. ‖ Annaler f. Nord. Oldkynd. 1860. p. 123. — »Audi fili et.«

" 23 " (24170) Eundem rogat, ut Iohannem eundem e custodia liberatum cum dicto nuntio Romam proficisci permittat. X kal. Sept. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 50. — »Pulsat instanter ad.«

" 24 " (24171) (Berardo) episcopo Anconitano mandat, ut fratres ord. Minor. de Ancona, qui in praeiudicium fratrum ord. Praedic. novam ecclesiam construere praesumebant, ad curiam citet. IX kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 365. n° 29. — »Cum in causa.«

" 25 " (24172) Isarno archipresbytero Carcassonensi capellano suo mandat, ut ad (Ericum) Daciae regem continuatis gressibus se conferat eique litteras apostolicas assignet ipsum sollicite inducendo, ut Iohannem archiepiscopum Lundensem Suetiae primatem pristinae restituat libertati. Si rex ad huiusmodi liberationis effectum inclinari nequiverit, proferat in eum excommunicationis sententiam et regnum eius supponat ecclesiastico interdicto *etc.* VIII kal. Sept. a° 1°. ‖ Annaler f. Nord. Oldkynd. 1860. p. 125 *lat. et danice.* — »Cum te ad.«

" 30 " (24173) Mariam reginam Siciliae solam dicti regni generalem vicariam et baiulam ordinat, curam, administrationem, gubernationem, potestatem et regimen ac omnem plenamque

1295.

iurisdictionem in regno praedicto ei committens. III kal. Sept. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 19. — »Pridem non absque.«

Aug. 31 Anagniae (24174) E(dvardum) regem Angliae rogat, ut Iohanni episcopo Wyntoniensi veniendi ad sedem apostolicam liberam largiatur licentiam. II kal. Sept. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 147. — »Cum praesentia venerabilis.«

" 31 " (24175) Magistro Paulino de Aspalt canonico ecclesiae s. Paulini Treverensis mandat, compellat per subtractionem communionis fidelium Iudaeos habitantes in Wetslaria Trever. dioc., qui sinagogam in parochia monasterii s. Mariae V. in Aldenburg Praemonstr. ord. aedificaverunt de novo contra canonicas sanctiones, ut ab huiusmodi iniuriis penitus conquiescant. II kal. Sept. a° 1°. ‖ Gudenus Cod. dipl. II. 286. n° 232. — »Conquesti sunt nobis.«

" 31 " (24176) Abbatissam et conventum sororum Minorum inclusarum monasterii de Gratia b. Mariae V. ord. s. Clarae Londoniens. dioc. in ius et proprietatem b. Petri et apostolicae sedis suscipit easque ab omni prorsus iurisdictione episcopi Londoniensis liberat. II kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 365. n° 30. — »Romana ecclesia quarumlibet.«

" 31 " (24177) Abbatissam et conventum sororum Minorum inclusarum monasterii Pietatis b. Mariae V. de Waterbeche ord. s. Clarae Eliens. dioc. *in eundem modum.* II kal. Sept. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 366. n° 31. — »Romana ecclesia quarumlibet.«

Sept. 3 " (24178) Hominibus castri Nociliani Nepesinae dioc. significat, se providisse, dictum castrum per ecclesiam usque ad decisionem causae cum Iacobo et Mathia fratribus, filiis quondam Iohannis Arlotti, civibus Romanis, custodiri. III non. Sept. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 327. n° 496. — »Dilecti filii nobiles.«

" 3 " (24179) Capitaneo patrimonii b. Petri in Tuscia, vicario et officialibus eius mandat, ut processum contra homines castri Aquaependentis revocent. III non. Sept. a° 1°. ‖ Theiner l. c. n° 497. — »Gravis ad nos.«

" 6 " * (24180) Le pape Boniface VIII mande à B(oëmond) archevêque de Trèves, de conserver le couvent de Mariendal dans ses droits et priviléges. VIII id. Sept. a° 1°. ‖ Publicat. de la société des mon. histor. de Luxembourg XVII. (1861) 71. n° 176, *ubi perperam ad* a. 1294.

" 6 (") * (24181) Exemption des subsides et autres vexations épiscopales accordées au couvent de Mariendal par le pape Boniface VIII. »Avignon VIII id. Sept. (a° 1°)«. ‖ Publicat. l. c. XVII. 66. n° 154, *ubi male ad* a. 1293.

" 9 " (24182) Abbate monasterii Cisterciensis eiusque coabbatibus et conventibus universis Cisterc. ord. petentibus inhibet, ne praelati, cum ipsos in ecclesiis monasteriorum dicti ordinis solennia celebrare contigerit, oblationes quae ad manus eorum celebrationis tempore fiant, sibi quomodolibet vendicare praesumant. V id. Sept. a° 1°. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 36; Meschet Privil. 61; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561. — »Series oblatae nobis.«

" 9 " (24183) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cisterc. ord. Cameracens. dioc. concedit facultatem redimendi in Cameracensi, Tornacensi ac Traiectensi diocesibus decimas de manibus laicorum. V id. Sept. a° 1°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 74. n° 81. — »Devotionis vestre precibus.«

" 12 " * (24184) Le pape Boniface VIII prend le couvent de Mariendal et ses biens sous sa protection; il le confirme aussi dans ses possessions. II id. Sept. a° 1°. ‖ Public. de la soc. des monum. histor. de Luxembourg XVII. (1861) 74. n° 197; *cf. ibid.* 66. n° 155, *ubi male* »Avignon II id. Sept.« *et ad* a. 1293.

" 16 " (24185) Villam Appamiarum a iurisdictione qualibet Tolosani episcopi penitus eximit et decernit, ut b. Martini conf. ecclesia eidem civitati vicina, in qua corpus Antonini mart. requiescat, sit de cetero et habeatur perpetuo praedictae civitatis ecclesia cathedralis. XVI kal. Oct. a° 1°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 98 (ed. 1ª. II. 158); P. de Marca Hist. de Béarn 786. — »Romanus pontifex qui.«

" 17 " (24186) Compositionem inter (Iohannem) episcopum Roskildensem ex parte una et consules ac commune castri Hafnensis ex altera de statutis rationabilibus ab episcopo in dicto castro spiritualem et temporalem iurisdictionem habente editis et ab his observandis initam confirmat. XV kal. Oct. a° 1°. ‖ Nielsen Kjöbenhavns diplom. I. 61. — »Cum a nobis.«

" 19 (") * (24187) Iohannem Placentinum monachum de Columba ord. Cisterc. ex capellano cardinalis Gerardi Blanci ad sedem Parmensem promovet. XIII kal. Oct. 1295. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 178.

" 20 " (24188) Magistro ord. Praedic. vel eius locum tenenti significat, se praecipere statuere ac ordinare, ut apostolorum, evangelistarum, egregiorum quoque ecclesiae doctorum confessorum b. Gregorii »qui meritis inclytus sedis apostolicae curam gessit«, Augustini, Ambrosii antistitum ac Hieronymi sacerdotis festivitates sub officio duplici annuatim

1295.

in cunctis ecclesiis praefati ordinis celebrentur. xii kal. Oct. a° 1°. ‖ Ripolli Bull. ord. Praed. II. 44; Martene Thes. anecd. IV. 1853 (*vel potius* 1863); *sine nota chronol.* Sext. Decr. lib. 3. tit. 22 *de reliq.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 987, *ad* a. 1298; ap. Richter Corp. II. 998. — »Gloriosus Deus in.«

Sept. 20 Anagniae — (24189) (Petro) archiepiscopo Remensi et eius suffraganeis scribit in eundem modum eisque praecipit, ut festivitates dictorum sanctorum in suis ecclesiis annuatim celebrent. xii kal. Oct. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1295 § 55, *omisso initio incipiens* »Licet universos in.«

" 20 (») — • (24190) Petrum de Turrite canonicum Paduanum praeficit ecclesiae Anagninae in episcopum. xii kal. Oct. 1295. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 317.

" 24 — — Bertoldum de Filiis Ursi .. rectorem ... ordinat. »Viterbii« viii kal. Oct. a° 1°. ‖ Ghirardacci Hist. di Bologna I. 236, *vid.* 1278. Sept. 24. n° 21451.

" 25 Anagniae — (24191) Guillelmo episcopo Mimatensi Anconitanae marchiae rectori mandat, ut super excessibus a quibusdam contra terram Ripaetransonis Firman. dioc. perpetratis componat. vii kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 328. n° 498. — »Lecta coram nobis.«

" 27 " — • (24192) Le pape mande à l'évêque et au chapitre de Tournai, que le comte de Flandre l'a supplié d'investir d'un canonicat et d'une prébende dans l'église de Tournai Jacques de Donze. Il leur mande de lui accorder le premier canonicat vacant *etc.* v kal. Oct. a° 1°. ‖ Saint Genois Inventaire 230. n° 785.

" 27 " — • (24193) Le même écrit à Isabelle comtesse de Flandre, qu'il lui permet pour un terme de 5 années de visiter trois fois par an avec sa suite les monastères de l'ordre de s. Claire *etc.* v kal. Oct. a° 1°. ‖ Saint Genois l. c. 231. n° 786.

" 28 " — (24194) Campaniae Maritimaeque provinciae merita miris extollit laudibus: »haec est enim provincia, quae filios benedictionis et gratiae generat ...; haec est profecto columna fidelitatis immobilis super firmam petram fidei constituta ....« *etc.* Promulgat statuta et ordinationes pro eius statu felice et prospero super eiusdem rectore, officialibus ipsius *etc.* iv kal. Oct. a° 1°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 629. n° 11; Contator Hist. Terracin. 74, *omisso fine.* — »Romana mater ecclesia.«

" 28 " — (24195) Potestati, consilio et communi Anagninis concedit, ut pro bannis, in quibus annuatim Romanae ecclesiae tenentur, 10 libras provisinorum dumtaxat singulis annis persolvant, eisque alia tribuit privilegia. iv kal. Oct. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 329. n° 499. — »Quum sincere devotionis.«

" 30 " — • (24196) Priori et conventui Cluniacensis monasterii mandat, ut, cum Guillelmus ipsorum abbas mortuus sit, ad novi abbatis electionem procedant. ii kal. Oct. a° 1°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 161.

Oct. 1 " — (24197) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. ... committit, ut cum Tondellino comite de Galgalanda et Sofia uxore eius civibus Pisanis super matrimonio illicite contracto dispensent. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 366. n° 32. — »Lecta coram nobis.«

" 1 " — (24198) Adinulphum Brundusinum archiepiscopum ad Consanensem ecclesiam transfert. Kal. Oct. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 367. n° 33. — »Sponso caelesti cui.«

" 2 " — (24199) Iohanni archiepiscopo Iadrensi concedit potestatem praeficiendi cathedrali ecclesiae Absarensi aliquem virum ydoneum de ordine fratrum Minorum in episcopum. vi non. Oct. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 368. n° 34; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 112. n° 154. — »Debitum officii nostri.«

" 2 (») — • (24200) Iacobum ord. Praedic., cassata postulatione capituli de Alexandro de Pontibus facta, creat in episcopum Marsicanum. vi non. Oct. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 911.

" 19 Romae ap. S. Petrum — (24201) (Burchardo) episcopo Metensi mandat, ut in Terricum de Spinallo priorem Praedic. et Albertum de S. Petri Monte guardianum Minor. ordd. Metenses animadvertat vel citet ad comparendum coram apostolica sede ob Theobaldi dicti Limaires civis Metensis usurarii testamentum admissum et sepulturam ecclesiasticam eidem datam. (xix, *certe ortum ex*) xiv kal. Nov. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 369. n° 35. — »Olim fel. recordationis.«

" 23 " — (24202) Abbatissae et conventui monasterii in Retze [Reetz] ord. s. Ben. Caminens. dioc. concedit, ut parochialem ecclesiam in Pozwalck, quae de iure patronatus monasterii extitit, sibi annectant et incorporent. x kal. Nov. a° 1°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XVIII. 4. *Cf.* Dreger-Oelrichs Urkunden-Verzeichniss 26; v. Raumer Neumärk. Landbuch 37; Berghaus Landbuch III. 382. — »Sacre religionis sub.«

" 28 " — (24203) Nicolao Ungaro canonico ecclesiae Albensis Vesprimiens. dioc. concedit, ut canonicatum et praebendam, quos in praedicta ecclesia obtinet, licite retinere possit. v kal. Nov. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 380. n° 613; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 125. — »Benigne petitiones illas.«

1295.

Oct. 28 Romae ap. S. Petrum — (24204) N(icolao) archiepiscopo Upsalensi concedit facultatem conferendi personis idoneis omnia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura »quae in sua civitate et diocesi tanto tempore vacaverunt, quod eorum collatio est ad sedem apostolicam secundum Lateranensis statuta concilii legitime devoluta« *etc.* v kal. Nov. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. i. 195. n° 1143; *cf.* Celse Appar. 98. n° 6. — »Tuam uolentes honorare.«

" 28 " — (24205) Eidem ad quinquennium concedit, ut ecclesias et cimiteria suae civitatis et diocesis, quotiens ea per effusionem sanguinis vel seminis violari contigerit, per personam idoneam in dignitate constitutam reconciliari faciat, si ipse id nequiverit. v kal. Nov. a° 1°. ‖ Liljegren l. c. 196. n° 1144; *cf.* Celse l. c. n° 7. — »Deuotionis affectus quem.«

" 28 " — (24206) Indulgentiam elargitur pro cathedrali ecclesia Upsalensi in honorem b. martyrum Laurentii et Erici constructa. v kal. Nov. a° 1°. ‖ Liljegren l. c. n° 1145; *cf.* Celse l. c. n° 5. — »Uite perennis gloria.«

" 28 " — (24207) Universis Christifidelibus per Upsalensem, Strengenensem et Arosiensem civitates et dioceses constitutis aedificationem novae ecclesiae Upsalensis nimia vetustate consumtae promoventibus indulgentiam 40 dierum concedit. v kal. Nov. a° 1°. ‖ Liljegren l. c. 197. n° 1146; *cf.* Celse l. c. n° 4. — »Quoniam vt ait.«

" 28 " — (24208) Archiepiscopos et episcopos ac electos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos, capitula, collegia et conventus Cisterciensium, Cluniacensium, Praemonstratensium, s. Ben., s. Aug., Cartusiensium, Grandimontensium et aliorum ordinum necnon domorum b. Mariae Theuton. priores, praeceptores seu magistros ... in Mediolanensi, Ianuensi et Ravennatensi archiepiscopatibus ac Ariminensi, Papiensi, Placentina et Ferentina civitatibus et diocesibus ac provinciis vel intra eorum fines constitutos rogat et obsecrat, ut omnium suorum ecclesiasticorum reddituum et obventionum decimam per triennium Iohanni electo Parmensi persolvant, cum haec decima per tres annos Carolo regi Siciliae pro consummando tractatu super concordia et pace inter ecclesiam et regem *etc.* reformanda sit concessa. v kal. Nov. a° 1°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 412. — »Foret enarrare superfluum.«

" 30 " — (24209) Nicolao archiepiscopo Upsalensi concedit facultatem, ut in s. Nicolai conf. et b. Katerinae virg. festivitatibus necnon et in singulis cathedralibus ecclesiis provinciae suae pallio uti possit. iii kal. Nov. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. i. 198. n° 1147; *cf.* Porthan Bullar. access. 66. n° 8. — »Ad sedem apostolicam.«

" 31 " — (24210) Priorissae et conventui monasterii in Cedene [Zehden] Cisterc. ord. Caminens. dioc. indulget, ut tempore generalis terrae interdicti liceat eis reddere Domino horas canonicas et audire divina a proprio capellano. ii kal. Nov. a° 1°. ‖ L. R. v. Werner Gesaml. Nachrichten zu Ergäntz. der Preuss.-Märkisch- u. Pohlnischen Geschichte (Cüstrin 1755. 4°) I. 119; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. XIX. 66. n° 4; Woelky Cod. dipl. Warm. II. 576. n° 545. — »Devotionis vestre precibus.«

Nov. 3 " — (24211) Francisco de Alviano castellaniam et regimen castri Valeniani (Valentani?) ad ecclesiae domanium pertinentis, Urbevetanae dioc., cum omnibus iuribus sub annuo censu quatuor florenorum auri concedit. iii non. Nov. a° 1°. ‖ Dissert. della pont. accad. Rom. di archeol. XV. 271. — »Volentes tibi gratiam.«

" 11 " — (24212) Generalem et provinciales ministros ac universos fratres ord. Minor. a iurisdictione quorumlibet praelatorum eximit eorumque bona esse dominii apostolici declarat. iii id. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 562. n° 6; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 510; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 370. n° 36. — »Inter ceteros ordines.«

" 11 " — (24213) Eisdem omnia privilegia confirmat. iii id. Nov. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 371. n° 37. — »Virtute conspicuos sacri.«

" 12 " — (24215) Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus ord. Minor. indulget, ut ad correctionem et punitiones fratrum sui ordinis delinquentium infligendas procedere valeant secundum consuetudines approbatas. ii id. Nov. a° 1°. ‖ Wadding l. c. 561. n° 4; Sbaralea l. c. 371. n° 38. — »Ad augmentum continuum.«

" 12 " — (24216) Eisdem indulget, ut monasteria monialium et loca quae s. Clarae ordinis non existunt, ingredi possint. ii id. Nov. a° 1°. ‖ Wadding l. c. n° 5; Sbaralea l. c. 372. n° 39. — »Habet vestrae devotionis.«

" 13 " — (24217) Conrado abbati monasterii b. Mariae in Etal ord. s. Ben. Augustens. dioc. indulget, ut ipse et successores mitra, baculo pastorali, sandaliis et aliis pontificalibus insigniis libere possint uti *etc.* Id. Nov. a° 1°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold II. 305. — »Exposcit vestrae devotionis.«

" 14 " — (24218) Antiquam consuetudinem, de qua Péch-Varadiensis, Sexardiensis, de Patha, de Földuár necnon de Kolosmonostra ac S. Andreae de iuxta Visegrád, S. Gerardi de Chanadino et aliae specifice expressae parochiales ecclesiae, ac Cibiniensis et Brassoviensis ecclesiarum decanatus, Quinqueecclesiensis, Vesprimiensis, Agriensis, Varadiensis, Transilvaniensis, Colocensis, Chanadiensis et Iaurinensis dioceses sub omnimoda iuris-

1295.

dictione in spiritualibus archiepiscopi Strigoniensis pro tempore existentis pleno iure esse dignoscebantur, *etc.* confirmat. xvIII kal. Dec. a° 1°. ‖ Fejér Cod. dipl. VI. I. 350; Teutsch u. Firnhaber UB. I. (Font. rer. Austr. 2. Abth. XV) p. LXXVII. — »Ad ea quae.«

Nov. 14 Romae ap. S. Petrum (24219) Guidonem de S. Michaele ord. Minor. Santagathensi ecclesiae, cuius curam et administrationem post obitum Eustachii episcopi Petrus de Murrhone tunc Coelestinus V pp. antecessor Iohanni tit. S. Vitalis presbytero card. commiserat, post mortem dicti Iohannis praeficit in episcopum. xvIII kal. Dec. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 563. n° 7; Ughelli Ital. sacra VIII. 349; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 372. n° 40. — »Militanti ecclesiae disponente.«

» 16 » (24220) Fratribus ord. Minor. magistris in theologia Parisiis commorantibus mandat, ut sibi personas aliquas indicent, quarum uni cancellariam Parisiensis ecclesiae conferre possit. xvI kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 373. n° 41. — »Inter cetera desideria.«

» 17 » (24221) Priori S. Germani de Pratis Parisiensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Dionysii in Francia ord. s. Ben. Paris. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. xv kal. Dec. a° 1°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 627. — »Dilectorum filiorum abbatis.«

» 18 » (24222) Magistrum Thomam dictum de Dono Dei canonicum in Romana curia existentem Rossensi ecclesiae in Scotia in episcopum praeficit. xIV kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 159. n° 348. — »Pastoralis officii summa.«

* Decano et capitulo ecclesiae Rossensis — Regi Scotiae *de eodem argumento.*

» 22 » * (24223) Abbatem de Altaich iudicem constituit in Heinricum de Woldawe et Conradum de Hohenvels monasterii Waldsassensis ecclesiam sacrilego incendio devastantes. x kal. Dec. a° 1°. ‖ Lang Regesta IV. 606.

» 23 » (24224) Guidoni de S. Michaele electo Sanctagathensi concedit, ut a quocumque catholico antistite gratiam apostolicae sedis habente possit munus consecrationis recipere. IX kal. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 374. n° 42. — »Votis tuis libenter.«

» 25 » (24225) Generali ac ceteris prioribus et fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli, quibus Honorius IV papa concesserat, ut habitum suum sive varietatem ipsius minus decentem in alium decentem commutarent, et qui statuerant, ut ex tunc, mantellis diversorum colorum, quibus uti consueverant, dimissis omnino, cappis albis in posterum uterentur, hoc statutum confirmat. vII kal. Dec. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 156; Bullar. Carmelit. I. 45; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 46: Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 133. — »Iustis petentium desideriis.«

» 27 » (24226) Processus per Ricardum de Ferentino canonicum ecclesiae de S. Audomaro Morinens. dioc. in facto provinciae Romaniolae habitos annullat. v kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 330. n° 500. — »Cum dilectus filius.«

» 27 » * (24227) Littera in qua mandat Lucanis, quatenus mittant ad ipsum aliquos bonos viros cum sufficienti mandato et potestate ad proponendum excusationes legitimas, si quas haberent, quare personas ecclesiasticas gravant contra ecclesiasticas libertates. v kal. Dec. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 182.

» 28 Romae (ap. S. Petrum) * (24228) Monasterium s. Clarae Civitatis Austriae sub b. Petri et sua protectione suscipit eiusque bona ac privilegia confirmat. ‖ Bianchi Docum. 219. n° 740.

Dec. 2 Romae ap. S. Petrum (24229) Raymundo Gaufridi ord. Minor. concedit licentiam quosdam libros suo usui deputatos dividendi inter loca fratrum sui ordinis quae sunt in Aquensi et Massiliensi civitatibus constituta. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 564. n° 8; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 374. n° 43. — »Tua nobis devotio.«

» 5 » (24230) Abbatissae et conventui monasterii Vallis s. Mariae in Ozla Cisterc. ord. Olomucens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Non. Dec. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 37; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 729. n° 1698. — »Cum a nobis.«

» 5 » (24231) Abbatissae et conventui monasterii de Porta Coeli Cisterc. ord. Olomucens. dioc. *in eundem modum.* Non. Dec. a° 1°. ‖ Boczek l. c. 38; *cf.* Erben l. c. 730. n° 1699. — »Cum a nobis.«

» 8 » (24232) Ordinat plura, quibus, cum Terracinensis civitas periculosis lacerata esset dissidiis, quassata turbinibus et convulsa dispendiis, discordias Terracinensium civiles componit; praeterea eandem civitatem et commune ipsius dominio et regimine civitatis eiusdem ac potestate omnimoda eligendi rectorem, potestatem aut consules usque ad decennium omnino privat *etc.* vI id. Dec. a° 1°. ‖ Contator Hist. Terracin. 80. — »Quantis et quam.«

» 9 » (24233) Paulum episcopum Melfitensem a Petro de Murrone olim Caelestino pp. V antea promotum, cuius autem provisionem de eo factam ex certis causis revocaverat, demum Melfitensi ecclesiae praeficit in episcopum. v id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 375. n° 44. — »Rationis oculis intuentes.«

1295.

Dec. 9 Romae ap. S. Petrum (24234) Scholastico ecclesiae Olomucensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii de Osla Cisterc. ord. Olomucens. dioc. alienata invenerit *etc., ut in* n° 24222. v id. Dec. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 39; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 730. n° 1702. — »Ad audientiam nostram.«

» 9 » (24235) Eidem in eundem modum de bonis monasterii de Porta Coeli Cisterc. ord. Olom. dioc. v id. Dec. a° 1°. ‖ Boczek l. c. 40; *cf.* Erben l. c. 730. n° 1701. — »Ad audientiam nostram.«

» 12 » (24236) Franciscum, quem frater Petrus de Murrone tunc Coelestinus pp. V Theatinae ecclesiae praefecerat in episcopum, Bonifacius autem pp. ab episcopatu Theatino amoverat, praeficit Aprutinae ecclesiae in episcopum, postquam electionem de Hugolino de Brunforte ord. Minor. per viam compromissi factam ex certis causis cassavit. II id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 376. n° 45. — »In supremae dignitatis.«

» 12 » (24237) Franciscum episcopum Fanensem ad ecclesiam Senogalliensem transfert. II id. Dec. a° 1°. ‖ Sbaralea l. c. 377. n° 46; *cf.* Ughelli Ital. sacra II. 870. — »In dispensatione ministeriorum.«

» 13 » (24238) Bartholomaeo filio Francisci de S. Angelo, rectori parochialis ecclesiae s. Nicolai de Midalton Wintoniens. dioc. scribit, se, cum »frater Petrus de Murrone tunc Coelestinus pp. V ... ignarus eorum quae et iuris debitum et gravitas pastoralis ... officii requirebant, seductus insuper atque deceptus per captiosam astutiam et deceptibilem aliorum« fecerit diversa quae »necessario limam correctionis apostolicae exposcebant«, districte praecepisse ut omnia privilegia et litterae gratiosae ab illo processa infra certi temporis spatium suo et sedis apostolicae conspectui praesentarentur. Eidem, qui litteras Coelestini pp. super collatione et provisione ei factas de praefata ecclesia s. Nicolai de Midalton infra praescriptum tempus magistro Petro S. Rom. ecclesiae vicecancellario praesentaverat, has epistolas approbat et communit. Id. Dec. a° 1°. ‖ Rymer Foed. I. III. 154. — »Olim dilectus filius.«

» 13 » (24239) Archidiacono ecclesiae Lausannensis mandat, ut causam plebani ecclesiae in Berne, qui conquestus sit, se a mulieribus Berta de Lintenach uxore Petri de Habesten et Ellina de Vilmaringen relicta vidua Vinzin de Berne super terris debitis possessionibus et rebus aliis iniuriari, audiat et appellatione remota decidat. Id. Dec. a° 1°. ‖ Zeerleder Urkunden für d. Gesch. der Stadt Bern II. 432. n° 888. — »Conquestus est nobis.«

» 16 » (24240) Decano ecclesiae Frisingensis mandat, ut ea, quae de bonis monasterii in Zeflare [Scheftlarn] ord. Praemonstr. Frising. dioc. alienata invenerit *etc., ut in* n° 24222. xvII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Mon. Boica VIII. 538; *cf.* Lang Regesta IV. 606. — »Dilectorum filiorum abbatis.«

» 16 » (24241) Abbatissae et conventui monasterii de Porta Coeli in Tischnowitz Cisterc. ord. Olomucens. dioc. indulget, ut possessiones et alia bona a personis liberis in earum coenobio professionem facientibus, feudalibus exceptis, petere recipere ac etiam retinere possint. xvII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 41; *cf.* Erben Regest. Bohem. II. 730. n° 1703. — »Devotionis vestre precibus.«

» 17 (») * (24242) Fratrem Angelum ord. Eremit. s. Aug. episcopum Calliensem electum confirmat eumque inaugurat. xvI kal. Ianr. 1295. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 819.

» 20 » * (24243) Archiepiscopo Rigensi flumen Zaleze et ulteriorem terram versus Esthoniam adiudicat. xIII kal. Ianr. a° 1°. ‖ Celse Appar. 96. n° 1; *cf.* Bunge Livl. UB. III. Regest. 39. n° 635 a.

» 23 » (24244) De Kelconia et de Gerdewert monasteriorum abbatibus ac priori prioratus de Colderigam Glasguens. et S. Andreae diocc. mandat, moneant et inducant episcopum Glasguensem et magistrum Alexandrum de Konnedi officialem eius, ut magistro Iohanni de Berwic rectori ecclesiae de Raynefren super decimis tam piscium quam aliarum rerum a parochianis praedictae ecclesiae extortis plenam satisfactionem impendant. x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 159. n° 349. — »Exposuit nobis dilectus.«

» 24 » (24245) Abbatissas et conventus monasteriorum aliorumque locorum ordinis s. Clarae a solutione decimarum pro negotio regni Siciliae eximit. IX kal. Ianr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 564. n° 9; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 378. n° 47. — »Sanctitatis et pietatis.«

» 29 » (24246) Heinrico abbati monasterii in Rot ord. s. Ben. Frisingens. dioc. eiusque successoribus indulget, ut mitra, annulo et aliis pontificalibus insigniis libere possint uti. IV kal. (Iun., *sed legerim*) Ianr. a° 1°. ‖ Pez Thes. anecd. VI. (Cod. dipl. II.) 173. n° 270. — »Exposcit nostrae devotionis.«

(Oct.-Dec.) Romae (ap. S. Petrum) (24247) (Iohanni) archiepiscopo Lundensi eiusque suffraganeis confirmat constitutionem »Cum ecclesia Daciana.« *Absque nota chronol.* ‖ Cypraei Annal. episc. Slesv. 301; Pontoppidan Annal. eccles. Dan. I. 766; *cf.* Suhm Hist. af Danmark XI. 195. — »His quae pro.« *Cf.* n° 17019.

1295.

(Oct.-Dec.) — Romae (ap. S. Petrum) — ° (24248) Indulgences accordées au couvent de Mariendal par le pape Boniface VIII, ainsi que par plusieurs cardinaux et évêques à l'occasion de la particule de la sainte Croix et d'une épine de la couronne de Sauveur. ‖ Public. de la soc. des monum. histor. de Luxembourg XVII. (1861) 71. nº 181.

— — (24249) »Excommunicamus et anathematizamus omnes clericos, religiosos et laicos utriusque sexus, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquod parvum vel magnum promiserint ... vel receperint pro aliqua iustitia sive gratia pro se aut pro alio in causis vel iudiciis seu alias per litteras apostolicas et quibusque modis apud sedem apostolicam obtinenda.« *Sine signo chronolog.* ‖ Cherubini Bullar. I. 155; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 126. nº 2; *int.* Extrav. comm. lib. 5. tit. 10 *de sent. excomm.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1199, *ad* a. 1300; ap. Richter Corp. II. 1223. — »Excommunicamus et anathematizamus.«

— — (24250) Decano, cantori et cancellario Parisiensis ecclesiae mandat praemissis nonnullis de laude universitatis Parisiensis, cuius ipse alumnus fuerat, ut in ipsa ecclesia personaliter et continue residere teneantur. *Absque signo chronol.* ‖ Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 511. — »Digna nos provocat.«

— — (24251) Renovat decretum ab Odone episcopo Parisiensi de residentia perpetua cancellarii universitatis factum. *Sine signo chronol.* ‖ Bulaeus l. c. 511. — »Digna nos provocat.«

1296.

Ianr. 2 — Romae ap. S. Petrum — (24252) Universis hominibus Panormi aliisque per insulam Siciliae constitutis scribit, regem Aragonum eandem insulam, »quae Romanae ecclesiae iuris et proprietatis existit,« cum omnibus iuribus et pertinentiis sibi (*i. e.* papae) et ecclesiae praefatae restituisse. Pergit: »Disposuimus firmiter .... tenere vos in manibus nostris. ..... Pro vestra gubernatione utili .... cardinalem unum ... ad dictam insulam .... disponimus destinare; propter quod quis de fratribus nostris per hoc sit vobis acceptus, nobis describite.« IV non. Ianr. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1296 § 7; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 451. nº 18; Tosti Storia I. 251. — »Inter cetera tractatus.«

» 2 — » — (24253) Friderico nato quondam Petri olim regis Aragonum scribit de sui cordis affectu profundo et fervente, quod Iacobum Aragonum regem eius germanum tunc in devio positum ad sanctae matris ecclesiae unitatem reduceret. Addit, se eum (*i. e.* Fridericum) ex eodem affectu ad praesentiam suam perduxisse, ut Catharina imperatrix Constantinopolitana ei matrimonialiter iungeretur, seque ad imperatricem ipsam G. Aniciensem episcopum et I. abbatem S. Germani de Pratis speciales nuncios destinasse, qui eandem ad complementum matrimonii memorati inducerent. Sed illam respondisse, »quod, cum tu terram non habeas, et ipsa patrimonii sui possessione privata, incongruum sibi videretur et indecens, quod tantae nobilitatis homines carerent domicilio proprio« *etc.* Pergit, se ad dictam imperatricem iterum certos nuncios instanter transmittere, »ut .... eius affectum expeditum et liberum perfectioni dicti matrimonii coaptemus.« »Cohibe igitur motus tuos, exspecta patris salubre consilium« *etc.* IV non. Ianr. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. § 8. 9; Tosti l. c. 251. — »De sinu patris.«

» 13 | » | (24393) Priori et fratribus Eremitarum Parisiensibus ord. s. Aug. locum, quem cl. mem. Ludovicus rex Francorum in civitate Parisiensi fratribus de Poenitentia Iesu Christi contulerat, illis autem ipsum deserentibus Philippus rex dictis Eremitis concesserat, in perpetuum concedit et donat. Id. Sept. a° 2°. ‖ Empoli Bullar. 42. — »Vestrae religionis inducimur.«

» 17 | » | (24394) Philippo regi Franciae significat, sibi cum nuntii sui apostolici nihil efficere potuerint, placere, ut tam Franciae quam Angliae reges legatos ad sedem ecclesiae mittant ad tractandum super pace et totali negotio et ad illud spectantibus. xv kal. (Dec., *sed legerim*) Oct. a° 2°. ‖ Ex regiae bibl. Berol. MS. Gall. Fol. 86. p. 369; Dumont Corps univ. dipl. I. 299. n° 537. — »Litteras venerabilium fratrum.«

» 20 | » | (24395) Ordinat, quomodo pax inter homines castri Aquaependentis et Urbevetanos facta reformanda sit. xii kal. Oct. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 336. n° 506. — »Olim tempore felicis.«

» 20 | » | (24396) Fratribus ord. Minor. Villae Belnensis Eduens. dioc. concedit, ut admittere queant ad sepulturam suae ecclesiae quoscumque ibi sepeliri eligentes, aliquibus tamen pactionibus servatis. xii kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 415. n° 94. — »Mente solliciti reddimur.«

» 21 | » | (24397) Repetit n° 24291 d. d. 1296. Febr. 25: »xi kal. Oct. a° 2°« — »Clericis laicos infestos.« ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 514.

» 21 resp. 22 | » | Philippo regi Francorum: »xi et x kal. Oct. a° 2°«. ‖ (Dupuy) Histoire du différend d'entre Bonif. VIII et Phil. le Bel, preuv. 23, *vid.* 1296. Sept. 30. n° 24404 et 24405.

» 25 | » | (24398) (Philippo) regi Francorum scribit, se non sine turbatione audivisse, eum constitutionem contra ecclesiasticam libertatem edidisse (*i. e.* illam legem, ne quis ex regno Galliae pecunias, gemmas, equos *etc.* efferat). Post gravia monita, quibus ipsum ad sectanda maiorum, qui adeo libertatem ecclesiasticam auxissent, vestigia provocat, obiicit ei non carere ingrati animi vitio, cum post impensos summos labores in deterrendo ab invadenda Francia Alemanniae rege hanc vicem rependat: attendat quo pede pergant ipsius ac suorum res, non modo si adversariam sedem apostolicam experiatur, sed etiam si ab ipsa tantummodo deseratur: a Romanorum, Angliae ac Hispaniarum regnis eius regnum cingatur totque sustinendis hostibus impar sit: perpendat offensos ab eo finitimos reges, Anglum Vasconiam sibi ereptam repetere, Germanum praeter cetera comitatum Burgundiae annexum olim imperio reposcere, nec ipsos iudicium sedis apostolicae »quae Christicolis omnibus praeeminet«, recusare: non sui fuisse animi, subsidia ecclesiarum illi ad tuendum regnum eripere, cum pro eo defendendo cruces et calices potius apostolica sedes consumptura sit. Demum hortatur regem, ne se improbis consiliis circumveniri ac subornari patiatur, et significat, se (Guillelmum) episcopum Vivariensem ad ea componenda mittere. vii kal. Oct. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1296 § 25—32; Tosti Storia I. 257; *cf.* Hefele Conciliengesch. VI. 267. — »Ineffabilis amoris dulcedine.«

1296.

Sept. 27 | Anagniae | (24399) Cum Amadeo de Sabaudia monacho monasterii s. Iusti Segustiae ord. s. Ben. Taurin. dioc., olim ordinem fr. Minorum professo, dispensat ut ad administrationes regulares s. Ben. dumtaxat ordinis assumi licite valeat. v kal. Oct. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 416. n° 95. — »Dum tuae devotionis.«

» 28 | » | (24400) Potestati, consilio et communi Anagninis statutum confirmat, ne domus eiusdem civitatis baronibus vel nobilibus alienigenis vendantur aut donentur. iv kal. Oct. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 338. n° 507. — »Merita eximie devotionis.«

» 28 | » | (24401) Eisdem mandat, ut praedictum statutum firmiter observari faciant. iv kal. Oct. a° 2°. ‖ Theiner l. c. 339. n° 508. — »Ad audientiam apostolatus.«

» 28 | » | (24402) Clerum civitatis et diocesis Volaterranae monet et hortatur, ut Raynerio nato Belfortis de Belfortibus civitatis Volaterrensis canonico tamquam legitimo administratori et procuratori ecclesiae Vulterranae humiliter intendant. iv kal. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1452. — »Dudum ex certis.«

» 28 | (») | * (24403) Nicolaum de Ungaris Anconitanae ecclesiae praeficit in episcopum. iv kal. Oct. a° 1296. ‖ Ughelli l. c. I. 335 ex reg. Vatic. a[i] 2[i] ep. 347.

» 30 | » | (24404) Philippo regi Francorum declarat, reges in personas ecclesiasticas nullam habere potestatem, praetentionem istam vocans non solum improvidam, sed etiam insanam; bullam incipientem *Clericis laicos* (*vid.* n° 24291) renovat, ac regi minas intendit ni fecerit quod ipse desiderat, addens se paratum esse non solum persecutiones, sed et corporalem mortem pro ecclesiastica libertate subire. ii (i *Bul.*, xi *Dup.*) kal. Oct. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1296 § 25; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 518; (Dupuy) Histoire du différend d'entre Bonif. VIII et Phil. le Bel, preuv. 15; Rousset Suppl. au (Dumont) Corps dipl. I. i. 162. — »Ineffabilis amoris dulcedine.«

» 30 | » | (24405) Eidem significat, se per Guillelmum Vivariensem episcopum super quibusdam articulis ad eum alias prolixiores litteras et clausas mittere. Rogat eum, ut ipse illas saepius perlegat ac deinde consiliariis suis fidelissimis convocatis easdem in regia eorumque praesentia perlegi et explicari faciat. ii (x *Dup.*) kal. Oct. a° 2°. ‖ Bulaeus l. c. 522; Dupuy l. c., preuv. 23. — »Excitat nos fili.«

Oct. 1 | (») | * (24406) Adenulphum electum Brundusinum ad Compsanam ecclesiam transfert. Kal. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 34.

» 12 | ? | * (24407) Monaldum canonicum Salerburiensem ecclesiae Forosemproniensi praeficit in episcopum. iv id. Oct. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 832.

» 13 | Romae ap. S. Petrum | (24408) Raynaldo electo Vicentino significat, se apostolicae plenitudine potestatis eum Vicentinae ecclesiae praeficere in episcopum eique mandat, ut administrationem eiusdem ecclesiae prudenter exequatur. iii id. Oct. a° 2°. ‖ (Gottardi) Memorie di S. Rainaldo C. 123. — »Sponso coelesti cui.«

» 16 | » | (24409) Alpimum canonicum Dumblanensis ecclesiae eidem praeficit in episcopum. xvii kal. Nov. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 162. n° 355. — »Etsi de cunctis.«

* *De eodem argumento* Capitulo Dumblanensi — Clero civitatis et diocesis Dumblanensis — Comiti de Stratherno ecclesiae Dumblanensis patrono.

» 18 | » | (24410) Episcopo Paduano scribit, se Raynaldum de Mediolano capellanum suum, canonicum Laudenensem ecclesiae Vicentinae in episcopum praefecisse, post hanc autem provisionem capitulum eiusdem ecclesiae (Iacobum) subpriorem fratrum Praedicatorum de Vicentia in episcopum elegisse, qui per (Raimundum) patriarcham Aquilegensem loci metropolitanum confirmatus sit. Eidem mandat, procuret, ut patriarcha et subprior compareant coram apostolica sede et ut interim subpriori »de bonis ad ecclesiam vel episcopatum Vicentinum spectantibus genus alienationis cuiuslibet interdicat.« xv kal. Nov. a° 2°. ‖ (Gottardi) Memorie di S. Rainaldo C. 125. — »Dudum de mense.«

» 18 | » | (24411) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Colimbriensibus mandat, ut a Petro, quem ex priore monasterii s. Vincentii Ulixbonensis civitatis ord. s. Aug. monasterio s. Crucis Colimbriensi eiusd. ord. praefecerit in priorem, recipiant nomine ecclesiae Romanae fidelitatis iuramentum. xv kal. Nov. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 417. n° 96. — »Olim monasterio sanctae.«

» 27 | » | (24412) Priori ecclesiae s. Mauritii Remensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii Calvi Montis ord. Praemonstr. Remens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. vi kal. Nov. a° 2°. ‖ Hugo Ann. ord. Praemonstr. I. prob. 347. — »Ad audientiam nostram.«

» 28 | » | (24413) Potestati, consilio et communi Anagninis omnia confirmat, quae eis ad cartam pacis, statuta, ordinationes, consuetudines et privilegia servanda et bono statui utilia videant. v kal. Nov. a° 2°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 341. n° 510. — »Sincere caritatis affectus.«

		1296.
Oct. 28	Romae ap. S. Petrum	(24414) Eisdem indulget, ut rector Campaniae et Maritimae occasione delictorum seu excessuum in illorum territorio factorum contra ipsos iurisdictionem nequeat exercere. v kal. Nov. a° 2°. ‖ Theiner l. c. n° 511. — »Olim vobis per.«
» 28	»	(24415) Bartholomaeum abbatem monasterii Sublacensis Tiburtin. dioc. post obitum Berardi episcopi Fulginatensi ecclesiae praeficit in episcopum. v kal. Nov. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 417. n° 97. — »In supremae dignitatis.«
Nov. 4	»	(24416) Abbatissae et conventui monasterii in Rintelen Cisterc. ord. Mindens. dioc. curias, domos, prata, silvas *etc.*, quae quondam Adolphus, Iohannes et Gerhardus eiusdem Adolphi filii comites de Scowenburch Mind. dioc. eis donaverant, auctoritate apostolica confirmat. ii non. Nov. a° 2°. ‖ F. A. v. Aspern Cod. dipl. comitum Schauenburgens. II. (Hamburg 1850. 8°) 353. — »Cum a nobis.«
» 9	»	(24417) Priori S. Germani-in-Laya Parisiensis dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii Vallium Sarnaii alienata invenerit *etc., ut in* n° 24412. v id. Nov. a° 2°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. ii. 925. — »Dilectorum filiorum abbatis.«
» 10	»	(24418) Decano ecclesiae s. Mariae Hamburgensis Bremens. dioc. mandat, ut proconsulibus, consulibus et universitati oppidi Hamburgensis largiatur licentiam habendi in turri Nigeo(!) alias Nigewerck nuncupata ac iuxta portum fluminis Albeae et prope mare Oceanum sita altare portatile. iv id. Nov. a° 2°. ‖ P. Lambecii Res Hamburg. 79; Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. ii. 86. — »Sincerae devotionis affectus.«
» 10	»	(24419) Ministro provinciali provinciae Castellae, guardiano et lectori Bictoriae Calaguritan. dioc. ordinis Minorum mandat, ut, si viderint expedire, ecclesiam s. Mariae veteris de Urdumia sororibus viventibus sub habitu monialium et secundum instituta ord. s. Clarae in ius et proprietatem concedant: iv id. Nov. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 576. n° 23; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 418. n° 98. — »Ex parte dilectarum.«
» 11	»	(24420) (Eivindo) Asloensi et (Thorstano) Hamarensi episcopis et (Halloni) abbati monasterii de Hawdoeyia Asloens. dioc. mandat, ut iudicent inter capitulum ecclesiae Stawangrensis et Arnonem Stawangrensem episcopum, qui illos quibusdam decimis ad eos in parochia Finoey pleno iure spectantibus pro suae voluntatis libito privavit. iii id. Nov. a° 2°. ‖ Lange Dipl. Norveg. IV. 12. — »Sua nobis dilecti.« *Cf.* n° 24426.
» 11	»	(24421) Eisdem mandat, ut inter eosdem super quibusdam decimis et rebus aliis litigantes iudicent. iii id. Nov. a° 2°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 179; Lange l. c. IV. 13. — »Conquesti sunt nobis.«
» 11	»	(24422) Eisdem mandat, ut in caussa appellationis Ingimundi dicti de Skaganom canonici ecclesiae Stawangrensis, quem Arno Stawangrensis episcopus propter nonnullos excessus enormes officio et beneficio per sententiam definitivam privavit, legitime procedentes sententiam ipsam confirment vel infirment »sicut de iure fuerit faciendum.« iii id. Nov. a° 2°. ‖ Thorkelin l. c. 178; Lange l. c. 13. — »Sua nobis dilectus.«
» 11	Romae in curia nostro	(24423) Ecclesiae s. Mariae in Sandomirz dat eandem indulgentiam, quam donavit ecclesiae Romanae quae Mariae ad Martyres nuncupatur, *i. e.* concedit omnibus vere poenitentibus et confessis in die s. Mariae ad Martyres in ecclesia s. Mariae Sandomiriensis existentibus 2da die mensis Iunii 366 annos; »vel quot sunt dies in anno, tot annos de vera indulgentia et totidem carenas consequentur.« iii id. Nov. et hoc in die s. Martini ep. et conf. a° dom. nativ. 1295(!). pont. a° 2°. ‖ Annal. S. Crucis Polon. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 681, *ubi erranter ad* a. 1259; Ripolli Bullar. Praedic. II. 45. — »Venientes ad nos.«
» 14	(Romae ap. S. Petrum)	* (24424) Rogerium de Stephanutia archiepiscopum S. Severinae ad Cusentinam ecclesiam transfert. xviii kal. Dec. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 220.
» 16	»	(24425) Guardiano fratrum Minorum Parisiensium mandat, ut medietatem pecuniae, quam in satisfactionem pro male partis Octo comes Burgundiae sedi apostolicae obtulerit, conventui ord. Minor. Parisiensi elargiatur, reliquam quibusdam camerae apostolicae mercatoribus tradi faciat. xvi kal. Dec. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 419. n° 99. — »Dudum petitio nobilis.«
» 17	»	(24426) (Eivindo) Asloensi et (Thorstano) Hamarensi episcopis et (Halloni) abbati monasterii de Hawdöy Asloens. dioc. mandat, ut causam inter capitulum ecclesiae Stawangrensis et Arnonem Stawangrensem episcopum, qui illos quibusdam decimis contra iustitiam spoliavit, vertentem audiant et fine debito decidant. xv kal. Dec. a° 2°. ‖ Thorkelin Dipl. Arna-Magn. II. 184. — »Sua nobis dilecti.« *Cf.* n° 24420.
» 17	(»)	(24427) Eisdem mandat, ut caussam capituli ecclesiae Stawangrensis, quos ut asserunt (Arno) Stawangrensis episcopus quibusdam decimis ac rebus aliis contra iustitiam spoliavit, apud civitatem Asloensem audiant et decidant. xv kal. Dec. a° 2°. ‖ Thorkelin l. c. 184; Lange Dipl. Norveg. IV. 14. — »Sua nobis dilecti.«
» 17	—	Philippo regi Franciae: »Anagniae xv kal. Dec. a° 2°«. ‖ Dumont Corps univ. dipl. I. 299. n° 537, *vid.* 1296. Sept. 17. n° 24394.

		1296.
Nov. 21	Romae ap. S. Petrum	(24428) Borchardo archiepiscopo Magdeburgensi concedit, ut centum clericorum et laicorum civitatis diocesis et provinciae suarum, qui pro violenta manuum iniectione in clericos et personas ecclesiasticas excommunicationis sententias incurrerunt, absolvat. xi kal. Dec. a° 2°. ‖ Boysen Histor. Magazin III. 65. — »Tua nobis fraternitas.«
» 22	»	(24429) Abbatissae et conventui monasterii monialium in Vlotowe Cisterc. ord. Mindens. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti canonicas horas proferre et audire divina a proprio capellano possint. x kal. Dec. a° 2°. ‖ v. Hodenberg Calenberg. UB. Abth. III. 321. — »Deuotionis uestre precibus.«
» 22	»	(24430) Priori et conventui ord. Praedic. Viterbiensium indulget, ut de usuris, rapinis et alias male acquisitis usque ad summam 1000 librarum Paparinorum (*scil.* denariorum) ad infirmariam domum construendam recipere possint. x kal. Dec. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 51. — »Petitionibus vestris in.«
» 26	»	(24431) (Brunoni) episcopo Numburgensi ad preces (Burchardi) archiepiscopi Magdeburgensis mandat, ut ea quae de bonis ad mensam archiepiscopalem spectantibus alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. vi kal. Dec. a° 2°. ‖ Boysen Histor. Magazin III. 66. — »Venerabilis fratris nostri.«
» 27	»	(24432) Universis priorissis, conventibus ac sororibus monasteriorum et prioratuum ord. s. Aug. sub cura et institutionibus fratrum Praedicatorum viventibus, per Italiam constitutis indulget, ut ad praestationem decimae in subsidium negotii regni Siciliae per sedem apostolicam deputatae minime teneantur. v kal. Dec. a° 2°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 52. — »Caritatis opera quibus.«
Dec. 5	»	(24433) Praeposito et capitulo ecclesiae Brandeburgensis Praemonstr. ord. indulget, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia a personis liberis in eorum ecclesia professionem facientibus, feudalibus duntaxat exceptis, petere recipere ac retinere possint. Non. Dec. a° 2°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VIII. 186. n° 124. — »Devotionis vestre precibus.«
» 5	»	(24434) Praeposito ecclesiae de Bernow Brandenburg. dioc. mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae Brandeburgensis alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Non. Dec. a° 2°. ‖ Riedel l.c. n° 125. — »Ad audientiam nostram.«
» 16	»	(24435) (Arnoni) abbati monasterii de Nidarholm (Indarholm *Thork.*) Nidros. dioc. mandat, ut inter capitulum ecclesiae Nidrosiensis et Nicolaum dictum Golia presbyterum Nidrosiensis dioc. super ecclesia s. Margaretae de Merene litigantes iudicium faciat. xvii kal. Ianr. a° 2°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 183; Lange Dipl. Norveg. II. i. 33. n° 37. — »Conquesti sunt nobis.«
» 17	»	(24436) Decano, cantori et cancellario Parisiensis ecclesiae indulget, ut per duos menses annis singulis liceat eis extra Parisiensem ecclesiam ad procurationem negotiorum suorum libere commorari *etc.* xvi kal. Ianr. a° 2°. ‖ Gallia christ. VII. instr. 123; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 511; Le Maire Paris ancien et nouveau I. 83. — »Digna nos provocat.«
» 17	»	(24437) Andream abbatem monasterii de Cupro Cisterc. ord. S. Andreae dioc. Cathanensi ecclesiae praeficit in episcopum. xvi kal. Ianr. a° 2°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 163. n° 359. — »Dum ad universas.«
		* *De eodem argumento* Decano et capitulo ecclesiae Cathanensis — Regi Scotiae.
» 17	»	(24438) Guillelmo electo Mimatensi curam et administrationem Mimatensis ecclesiae committit eumque isti praeficit in episcopum. xvi kal. Ianr. a° 2°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 340; Gallia christ. I. instr. 16. n° 8; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 517. — »In desideriis nostris.«
» 17	»	(24439) Iterium de Burdegala ord. Minor., postquam Guacelinum de Lagarda episcopum Lodovensem ad ecclesiam Magalonensem transtulit, ecclesiae Lodovensi praeficit in antistitem. xvi kal. Ianr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 577. n° 24; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 420. n° 100; Gallia christ. VI. instr. 286. — »Pastoralis officii cura.«
» 18	»	(24440) Abbatissae et conventui monasterii s. Silvestri de Ischeto ord. s. Clarae Urbinat. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. xv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. 421. n° 101. — »Iustis petentium desideriis.«
» 18	»	(24441) Abbati monasterii s. Vincentii de Petra Pertusa Urbinat. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii praefati alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem illius legitime revocet. xv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaralea l. c. n° 102. — »Sua nobis dilectae.«
» 19	»	(24442) Episcopo Bononiensi mandat, ut, cum constitutio Clementis IV distantiam 300 cannarum pro aedificandis ecclesiis et monasteriis fratrum mendicantium praescribat, nonnulli autem fratrum Praedicatorum aliorumque ordinum ecclesias infra praedictum spatium 140 cannarum construere praesumpserint, ecclesias et oratoria post huiusmodi

1296.

		ordinationem constructa vel inchoata infra praefatum spatium in provincia Bononiensi demoliri faciat. xiv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Bullarium Carmel. I. 46. n° 4. — »Sua nobis dilecti.«
Dec. 29	Romae ap. S. Petrum	(24443) Episcopo Aretino *in eundem modum* pro provincia Aretina. iv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. IV. 577. n° 25; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 423. n° 104. — »Sua nobis dilecti.«
» 29	(»)	(24444) Ludovicum Caroli regis (et Mariae reginae Siciliae, Stephani regis Hungariae filiae natum maximum) ord. Minorum professorem, ad sacerdotium iam promotum ecclesiae Tholosanae praeficit in episcopum. »Laterani« iv kal. Ianr. a° 2°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1296 § 16 *exordio praetermisso*; Bulaeus Hist. univers. Paris. III. 516; Wadding l. c. 579. n° 26; Sbaralea l. c. 422. n° 103; Katona Hist. crit. VI. 1161; Fejér Cod. dipl. VI. ii. 55. — »Fons sapientiae verbum.« — *Num bulla spuria? Cf.* n° 24742.
—	—	(24445) Decano, praeposito et scholastico Wladislaviensibus ad preces Iacobi Swinkae archiepiscopi Gnesnensis concedit facultatem diiudicandi causam (Heinrici) episcopi Culmensis, qui a fratribus ordinis Theutonici inductus detrectando iurisdictionem ecclesiae metropolitanae Gnesnensis agnoverat potestatem episcopi Livoniensis. *Sine signo chronol.* ‖ Długossii Hist. Polon. I. lib. 8. p. 885; *cf.* Rzyszczewski Cod. dipl. Polon. II. i. 137. n° 159. — »Sua nobis venerabilis.«
—	—	(24446) Prohibet, ne nova loca a fratribus Praedic., Minor. et religiosis aliis mendicantibus admittantur neve admissa mutentur aut alienentur sine sedis apostolicae licentia. *Sine nota chronol.* ‖ Sext. Decret. lib. 5. tit. 6 *de excessib. praelat.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1008, *ad* a. 1298; ap. Richter Corp. II. 1018; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 424. n° 105. — »Cum ex eo.«
—	—	(24447) Sancit, compositiones et pacta cum praelatis, capitulis *etc.* ecclesiarum, civitatum *etc.* a fratribus Praedic., Minor. et aliis mendicantibus super iuribus parochialibus vel aliis articulis inita etiam sine sedis apostolicae et suorum superiorum assensu inviolabiliter observari. *Sine signo chronol.* ‖ Sext. Decret. lib. 1. tit. 18 *de pactis* c. 3 ap. Boehmer l. c. 930; ap. Richter l. c. 944; Sbaralea l. c. n° 106. — »Quia ex eo.«
—	—	* (24448) Minoritis in Lindovia indulget, ut in suo monasterio confessiones fidelium excipiant et mortuos sepeliant. ‖ Jos. Würdiger Urk.-Auszüge z. Gesch. der Stadt Lindau 8 — *in* Schriften des Vereins f. Gesch. des Bodensee's u. s. Umgeb. Lindau. Heft II. 1870.
—	—	Edit constitutionem »Clericis laicos infestos.« *Sine signo chronol.* ‖ (Dupuy) Hist. du différend, pr. 14; Marcel Hist. de France II. 521 *al., vid.* 1296. Febr. 25. n° 24291.

1297.

Ianr. 1	Romae ap. S. Petrum	(24449) Petrum custodem fratrum ord. Minor. provinciae Campaniae Pisaurensi ecclesiae praeficit in episcopum. Kal. Ianr. a° 2°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 565. n° 10; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 425. n° 107. — »In supremae dignitatis.«
» 6	(»)	* (24450) Bonifacio VIII transferì l'arcivescovo Pietro dall'arcivescovato di Monreale a quel di Capua, che vacava per morte di S., et se l'haveva riservato di consiglio de' cardinali. ‖ Lello Hist. di Monreale II. 40.
» 7	»	(24451) (Francisco) episcopo, priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Florentinis mandat, ut hospitali s. Galli Florentino idoneam personam praeficiant in rectorem. vii id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 426. n° 108. — »Circa loca ecclesiastica.«
» 8	(»)	* (24452) Bonifacio VIII commise a l'arcivescovo Pietro di Capua, che consagrasse Giacomo d'abbate eletto di Callari, e li desse il pallio. ‖ Lello Hist. di Monreale II. 40.
» 13	»	(24453) Archidiacono ecclesiae Trecorensis mandat, ut causam inter abbatem conventumque monasterii de Bello Portu Praemonstr. ord. patronos de Plohozet, de Yvias, de Ploaha, de Stabulis, de Pordic, de Plelou et de Plevara ecclesiarum ex parte una et capitulum ecclesiae Briocensis ex altera super iure patronatus dictarum ecclesiarum et rebus aliis versantem decidat. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Geslin Évêchés de Bretagne IV. 214. — »Sua nobis abbas.«
» 13	»	(24454) Guidoni comiti Flandriae indulget, ut unam vel plures de suis et liberorum suorum filiabus parvis cum honesta muliere infra clausuram monasterii de Belloloco ord. s. Clarae Tornacens. dioc. ponat ad doctrinam et disciplinam recipiendum in ipso. Id. Ianr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 416. n° 109. — »Meritis tuae devotionis.«
» 13	(»)	* (24455) Bonifacio VIII diede a l'arcivescovo Pietro di Capua facoltà, che potesse liberamente essercitare le censure della chiesa contra i laici, cavaglieri e baroni, chierici e vescovi, purche si trovassero nel regno di Napoli, i quali havevano occupato i beni della chiesa sua di Capua *ecc.* ‖ Lello Hist. di Monreale II. 40.
» 16	»	(24456) Magistro et fratribus domus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. xvii kal. Febr. a° 2°. ‖ Strehlke Tab. 427. n° 669, *male ad* a. 1296. — »Solet annuere sedes.«

1297.

Ianr. 17	Romae ap. S. Petrum	* (24457) Le pape mande à Jacques de Donze, qu'il lui accorde la faveur de percevoir pendant trois ans les revenus et produits de sa prévôté, comme s'il résidait en personne en l'église de Sainte-Marie à Bruges. xvi kal. Febr. a° 2°. ‖ Saint Genois Inventaire 233. n° 795, *perperam ad* a. 1295.
» 19	»	(24458) (Eivindo) Asloensi et (Thorstano) Hamarensi episcopis ac (Halloni) abbati monasterii de Hauawoy mandat, ut controversiam inter capitulum ecclesiae Stawangrensis et Arnonem Stawangrensem episcopum super quibusdam pecuniarum summis et rebus aliis capitulo in elemosinam erogatis litigantes componant. xiv kal. Febr. a° 2°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 169; Lange Dipl. Norveg. IV. 11. — »Conquesti sunt nobis.«
» 20	»	* (24459) Abbati et conventui in Langheim factam ab Ottone de Orlamunde clerico et nobilibus viris Hermanno et Ottone comitibus de Orlamunde donationem iuris patronatus, quod in Culmbach et Drosenfeld (Trosenvelt *R.*) ecclesiis Babenberg. dioc. communiter detinebant, confirmat. xiii kal. Febr. a° 2°. ‖ Schweitzer Copialbuch der Cisterc.-Abtei Langheim 109; E. E. v. Hagen Arch. f. Gesch. u. Alterthumskunde von Oberfranken II. (Bayreuth 1842) 78, *perperam ad* a. 1296; C. Chl. v. Reitzenstein Regest. der Grafen von Orlamünde (Bayreuth 1871. 4°) 109, *perperam ad* a. 1296.
» 20 resp. 21	»	(24460) Iacobum Aragonum regem ordinat et facit vexillarium, capitaneum et admiratum generalem Romanae ecclesiae, praeficiendo ipsum personaliter 60 galeis armandis per ipsum regem in terris suis cum sumptibus et expensis ecclesiae ad rationem 25000 solidorum currentis monetae Barchinonensis *etc.* xiii (xii *Rayn.*) kal. Febr. a° 2°. ‖ Aguirre Conc. Hisp. V. 223; Lünig Cod. dipl. Ital. IV. 1379; Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 19—24; Cod. dipl. Sardin. I. 455. n° 137, *perperam ad* a. 1296. — »Redemptor mundi in.«
» 21	»	(24461) Fratrem Stephanum dictum Thasche, Praedic. ord. professorem, Balneoregiensi ecclesiae praeficit in episcopum. xii kal. Febr. a° 2°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 379. n° 48. — »Rationis oculis.«
» 25	»	(24462) Hominibus et communitati castri Pennae s. Iohannis Firman. dioc. concedit, ut sub iurisdictione rectoris marchiae Anconitanae redeant. viii kal. Febr. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 342. n° 512. — »Sinceritas devotionis.«
» 27	»	(24463) Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Paderbornensis omnes libertates, immunitates nec non exemptiones saecularium exactionum confirmat. vi kal. Febr. a° 3°. ‖ Schaten Ann. Paderb. II. 183. — »Iustis petentium desideriis.«
» 30	»	(24464) Iacobo Aragonum regi significat, se in instanti futuro vere cum felici contra Siculos generalis armatae progressu eius praesentiam praestolari. »Multis sumus ad praesens magnis et arduis negotiis occupati, nosque instantia quotidiana solicitat efficax executio nostrorum processuum contra clericos et laicos Columnenses perfidos habitorum,« *etc.* iii kal. Ianr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 25, *fragm.*
» 31	»	(24465) I. magistro et fratribus supplicantibus hospitali s. Iohannis Hierosolymitani hospitale de Albraco Ruthenensis dioc. annectit et unit. ii kal. Febr. a° 3°. ‖ Pauli Cod. dipl. II. 8. n° 9. — »Dum sollicita consideratione.«
Febr. 1	»	(24466) Bardoni Serci (Serti *Pont.*) canonico Bergensi mandat, disceptet controversiam inter I(erundum) Nidrosiensem archiepiscopum ex una parte et Lignatum Vigfusi Styrkarum, Erlendum Styrkari, Endridum Arnonis . . . et Askillum Kolbani canonicos ecclesiae Nidrosiensis ex altera super quibusdam argenti et cerae quantitatibus ac rebus aliis litigantes. Kal. Febr. a° 3°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 187; Pontoppidan Ann. eccles. Dan. I. 777; Lange Dipl. Norveg. III. i. 43. n° 38. — »Conquesti sunt nobis.«
» 3	»	* (24466a) Decano ecclesiae s. Petri de Monacho Frisingens. dioc. committit, ut bona monasterii Schefelerensis alienata revocet. iii non. Febr. a° 3°. ‖ Lang Regesta IV. 638.
» 7	»	(24467) Philippo regi Francorum queritur de promulgatione illius generalis edicti, quo vetitum erat ne quis e regno Franciae pecuniam, equos, arma sine licentia regia educeret. vii id. Febr. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 46; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 524; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 24. — »Exiit a te.«
» 7	»	(24468) Eidem interpretatur constitutionem suam nuper in ecclesiarum favorem editam (*vid.* n° 24398) decernens, per illam prohibitum non esse, quin ecclesiasticae personae regi donum aut mutuum praestent aut tallias in necessitatis articulo solvant. vii id. Febr. a° 3°. ‖ Raynald. l. c. § 49; Baillet Hist. des démêlez 322. n° 3. — »Romana mater ecclesia.«
» 9	»	(24469) Berardo Albanensi et Simoni Praenestino episcopis apostolicae sedis nunciis mandat, ut, si Philippus rex Francorum vel officiales eius pecuniam pro Terrae sanctae negotio collectam transmittere prohibeant, eos tamquam impingentes aperte in ecclesiasticam libertatem publice denuncient in sententiam promulgati canonis incidisse. v id. Febr. a° 3°. ‖ Raynald. l. c. § 48; Bulaeus l. c. 525; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 24. — »Fraternitati vestrae per.«

1297.

Febr. 9	Romae ap. S. Petrum	* (24470) Abbati Veterocellensi *repetit* Honorii IV bullam d. d. 1285. Dec. 13 (*vid.* nº 22344). v id. Febr. aº 3º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. Hauptth. IV. 130. nº 183; *cf.* Beyer Alt-Zelle 570. nº 222.
» 13	»	(24471) Abbati Cistercii eiusque coabbatibus monasteriorum Cisterc. ord. et conventibus universis indulget, ut ad correctiones et punitiones fratrum et conversorum delinquentium infligendas praelati dicti ordinis libere procedere possint. Id. Febr. aº 3º. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 36b; Meschet Privil. 63; *cf.* Langebek Scr. rer. Dan. IV. 561. — »Ad augmentum continuum.«
» 13	»	(24472) Abbatissis monasteriorum Cisterc. ord. et earum conventibus universis *in eundem modum.* Id. Febr. aº 3º. ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 37; Meschet l. c. 64; *cf.* Langebek l. c. 562. — »Ad augmentum continuum.«
» 20	»	* (24472a) Abbati superioris Altahae committit, ut in causa commendatoris domus s. Mariae Theuton. Ratisponae et Ulrici Ublcolvarii et Gebolfi Greulo puncto laesionis bonorum ordinis cognoscat. x kal. Mart. aº 3º. ‖ Lang Regesta IV. 638.
» 24	»	(24473) Carolo regi Siciliae declarat ad evitandum ea quae in eius regno subversionem inducerent et inter eiusdem posteros contentionem implicarent, et advertens quod regimen ipsum ei non dedere maiores, sed ex concessione apostolicae sedis obvenit, »quod de liberis maribus in eodem gradu per eandem lineam concurrentibus primogenitus, et de duabus feminis primogenita, et de mare et femina in eodem gradu similiter concurrentibus masculus omnibus aliis praeferatur. Is autem de praedictis liberis primogenitus intelligatur et in eodem regno tibi sit successor et haeres, quem mortis tuae priorem gradum et maiorem natu reperiri continget« (*i. e.* regnum Siciliae post mortem Caroli II non ipsius filio Carolo Roberto, sed eiusdem fratri adiudicat.) vi kal. Mart. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 53, *non integra*; ap. Fejér Cod. dipl. VI. ii. 59. — »Incumbit nobis non.«
» 24	»	Statuit, ut praelati ecclesiasticae personae: »vi kal. Mart. aº 3º« — »Clericis laicos infestos.« ‖ Privil. ord. Cisterc. fol. 37b, *vid.* 1296. Febr. 25. nº 24291.
» 25	»	* (24474) Le pape mande à l'abbé de Saint-Marie de Tronchiennes dioc. de Tournai, que Jacques de Donze, prévôt de l'église de Sainte-Marie à Bruges, lui a exposé que des mal-intentionés l'emparent des revenus *etc.* appartenant à sa prévôté. Il invite ledit abbé à reprimander publiquement ceux qui se rendent coupables de ces excés. v kal. Mart. aº 3º. ‖ Saint Genois Inventaire 253. nº 866.
» 28	»	(24475) Remensi, Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis, ac Bellovacensi, Laudunensi, Catalaunensi, Lingonensi, Aniciensi, Ambianensi, Tornacensi, Morinensi, Sylvanectensi, Altissiodorensi, Trecensi, Carnotensi, Nivernensi, Abrincensi, Ebroicensi, Lexoviensi, Constantiensi, Dolensi, Cenomanensi episcopis scribit, se gravis doloris concussione torqueri per iam immitentem illic incitamenta dissidii comitem Flandrensem »qui exterioribus perturbationibus sperabatur adesse repagulum et ipsi regno, ecclesiis, personis et incolis, velut de principalioribus membris unus, magnum auxilii fulcimentum.« Concedit eis licentiam Philippo regi Francorum pro communi defensionis suffragio, in qua proprium versetur interesse cuiuslibet, impendendi (imponendi *Bail.*) subventionem congruam absque transgressione constitutionis (*vid.* nº 24398) pro ecclesiastica libertate editae. ii kal. Mart. aº 3º. ‖ Baillet Hist. des démêlez 324. nº 4; *sine inscriptione et omisso initio* Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 43. — »Coram illo fatemur.«
Mart. 1	»	(24476) Generali et provinciali ministris ord. Minor. Terrae Laboris magisterium, visitationem, correctionem *etc.* monasterii s. Laurentii de Monte Salernitani ord. S. Clarae committit. Kal. Mart. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 580. nº 27; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 429. nº 111. — »Dudum ex relatione.«
» 1	»	(24477) Landulfo S. Angeli diac. cardinali apostolicae sedis legato mandat, ut praefatum monasterium s. Laurentii a quocumque iurisdictione aut tributo exemptum declaret. Kal. Mart. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 427. nº 110. — »Dudum ex relatione.«
» 1	»	(24478) Confirmat inducias a fr. Matthaeo de Theate ord. Minor. inquisitore haereticae pravit. in provincia b. Francisci indictas civibus Interamnensibus intestino bello invicem fractis, earumque terminum indicit. Kal. Mart. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 430. nº 112; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 343. nº 514. — »Dudum ad nostram.«
» 4	»	(24479) Iacobo de Pocapalea cubiculario suo potestariam castri Aquaependentis committit. iv non. Mart. aº 3º. ‖ Theiner l. c. nº 515. — »Ex sinceritate devotionis.«
» 4	»	(24480) Abbati monasterii s. Memmii Cathalaunensis, magistro Odoni de Senonis Remensis et Cunophiro dicto Papae de Trebiis Trecensis ecclesiarum canonicis committit, moneant episcopum Cathalaunensem, ut infra tres menses ad sedem apostolicam personaliter accedat responsurus super querela pro iurisdictione claustri dudum versata inter dictum episcopum et capitulum ipsius ecclesiae necnon et s. Trinitatis ac b. Mariae in Vallibus ecclesias. iv non. Mart. aº 3º. ‖ Rapine Annales ecclés. du diocése de Chaalons en Champagne 337.

1297.

Mart. 7	Romae ap. S. Petrum	* (24481) Abbati et conventui monasterii de Alba indulget, ut tempore generalis interdicti officia divina celebrare possint. Non. Mart. aº 3º. ‖ Mone Zeitschr. II. 463.
» 9	»	(24482) Communi civitatis Terracinensis, qui defectum non modicum in victualibus sustinebant, impertitur licentiam, ut in insula Isclae et aliis regni Siciliae partibus frumentum et alia victualia emere et ad civitatem suam libere deferre possint. vii id. Mart. aº 3º. ‖ Contator Histor. Terracin. 210. — »Nuper nobis intimare.«
» 9	»	(24483) Bostayno Cantelmi Campaniae Maritimaeque rectori de superiore epistola significat et mandata dat ad eam spectantia. vii id. Mart. aº 3º. ‖ Contator l. c. 211. — »Nuper nobis commune.«
» 11	»	(24484) Abbati monasterii de S. Cruce Patav. dioc. causam inter abbatem conventumque monasterii de Medlico ord. s. Ben. (Patav. dioc.) et Gerlacum plebanum plebis in Draskirchen super quibusdam decimis, vini quantitate et rebus aliis vertentem committit diiudicandam. v id. Mart. aº 3º. ‖ Hueber Austria 31; Schramb Chron. Mellic. 183. — »Conquesti sunt nobis.«
» 12	»	(24485) Praeposito ecclesiae de Scepus Strigoniens. dioc. mandat, ut fundationi et dotationi monasterii s. Iohannis bapt. de Iazow Praemonstr. ord. Strigon. dioc., quod cl. mem. Bela (rex Ungariae) et Colomannus dux Sclavoniae eius frater fundaverunt ac in bonis, terris *etc.* dotarunt, robur confirmationis coniiciat. iv id. Mart. aº 3º. ‖ Fejér Cod. dipl. VI. ii. 64. — »Sacrae religionis sub.«
» 13	»	(24486) A Romanis senator ad vitam electus sibi in hac dignitate substituit ad annum Pandulphum de Sabello civem Romanum. iii id. Mart. aº 3º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 344. nº 516. — »Ad apostolice dignitatis.«
» 14	»	* (24487) Confirmat bulla brevi iura, libertates et possessiones monasterii Campililiensis. ii id. Mart. aº 3º. ‖ Hanthaler Recensus I. 9.
» 15	»	(24488) Priorissam, sorores et monasterium s. Pauli de Tarvisio ord. s. Aug. secundum instituta Praedicatorum viventes magistro et priori provinciali Lombardiae committit. Id. Mart. aº 3º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 418. nº 42. — »Apostolicae sedis benignitas.«
» 15	»	* (24488a) Abbatem monasterii S. Emmerami ad revocanda bona ab Ensdorfensibus distracta delegat. Id. Mart. aº 3º. ‖ Lang Regesta IV. 642.
» 21	»	* (24488b) Electionem Lupoldi in episcopum Babenbergensem confirmat. xii kal. Apr. aº 3º. ‖ Lang l. c. 643.
» 21	»	* (24488c) Bonifacii VIII bullae ad capitulum, ad populum civitatis et dioc. Babenbergensis, item ad vasallos. xii kal. Apr. aº 3º. ‖ Lang l. c. 643.
» 23	»	(24489) Scolastico ecclesiae s. Matthiae Hildesemensis mandat, ut abbati et conventui monasterii de Walkenriden Cisterc. ord. Magunt. dioc. contra raptorum *etc.* audaciam efficaciter assistat. x kal. Apr. aº 3º. ‖ UB. für Niedersachsen II. 365. nº 576. — »Pium esse dinoscitur.«
» 27	»	* (24490) Abbati et conventui monasterii de Alba omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. vi kal. Apr. aº 3º. ‖ Mone Zeitschr. II. 464.
» 29	»	(24491) Sancit, ut nullus religiosus Praedicatorum, Minorum, Eremitarum s. Aug. necnon et quorumlibet mendicantium ordinum electioni, postulationi *etc.* de se factae in discordia ad aliquam extra sui ordinis praelaturam praestare possit assensum absque licentia sedis apostolicae speciali. iv kal. Apr. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 583. nº 28; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 431. nº 113; *sine nota chronol.* Sext. Decret. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 24 ap. Boehmer Corp. II. 906; ap. Richter Corp. II. 921. — »Quorundam oculos sic.«
» 31	»	(24492) Wenceslao regi Boemiae concedit, ut, cum eum suae coronationis contigerit solemnia celebrare, liceat sui regni praelatis, ecclesiis ac personis ecclesiasticis absque constitutionis papalis transgressione pro huius coronationis subsidio expensarum subventionem congruam, liberalem et liberam, non coactam, absque omni concussione, exactione ac executione temporali vel laicali exigendam impertiri. ii kal. Apr. aº 3º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 51; Goldast De regni Bohemiae iuribus. Suppl. Actor. publ. 263*. nº 16; Lünig Cod. dipl. Germ. I. (Reichs-Arch. XXV.) 974. nº 18; Balbinus Miscell. hist. regni Bohem. VI. 18; Boczek Cod. dipl. Morav. V. 63; Jireček Cod. iur. Boem. I. 250. nº 90; Erben Reg. Bohem. II. 748. nº 1745; *cf.* Palacky Reise 49. nº 396; Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. i. 313. nº 27. — »Exhibita nobis celsitudinis.«
» 31	»	(24493) Omnibus ecclesiarum praelatis atque conventibus per regnum Boemiae concessionem huiusmodi notam facit. ‖ Boczek l. c. 64; *cf.* Erben l. c.; Palacky l. c. nº 397. — »Petitio carissimi in.«
» 31	»	(24494) Abbatibus de Cedeliz (Cefeli *Rayn.*) et de Aula Regia [Königinhof] Cisterc. ord. Pragens. (Burgens. *Rayn.*) dioc. concedit facultatem absolvendi (Wenceslaum) regem et (Guotam) reginam Boemiae tempore coronationis ipsorum. ii kal. Apr. aº 3º. ‖ Raynaldi

		1297.
		Ann. ad a. 1297 § 52; Goldast l. c. 265*. nº 17; Erben l. c. 750. nº 1746; *cf.* Palacky l. c. nº 398. — »Personas generositate sublimes.«
Mart. 31	Romae ap. S. Petrum	(24495) Eisdem committit, ut cum rege Boemiae super esu carnium, ovorum et lacticiniorum tempore quadragesimali dispensent. II kal. Apr. aº 3º. ‖ Raynald. l. c. § 52; Erben l. c. nº 1747; *cf.* Palacky l. c. nº 399. — »Licet esus carnium.«
» 31	»	(24496) Priori et fratribus ord. b. Mariae de Monte Carmeli privilegia et immunitates confirmat. II kal. Apr. aº 3º. ‖ Bullar. Carmel. I. 47. nº 5. — »Cum a nobis.«
Apr. 1	»	(24497) Petro episcopo Basiliensi concedit, ut praeposituras canonicatus et praebendas, quos olim Treverensis, Wisegradensis et Pinguensis praepositus ac Pragensis et Traiectensis ecclesiarum canonicus promotionis tempore obtinebat, usque ad 5 annos retineat. Kal. Apr. aº 3º. ‖ Würdtwein Subsid. I. 379. — »Personam tuam speciali.«
» 1	»	(24497a) Episcopo Caesaraugustano mandat, faciat ut corpus quondam Petri nati quondam Petri olim regis Aragoniae, qui apud monasterium Populeti, ubi duorum ex regibus Aragoniae progenitorum eius corpora sint sepulta, elegerit sepeliri, a fratribus ord. Minor. Caesaraugustanis, qui corpus illius apud ipsorum locum tradiderint ecclesiasticae sepulturae, abbati et conventui praefati coenobii Populeti exhibeatur. Kal. Apr. aº 3º. ‖ J. Finestres y de Monsalvo Histor. de el real monast. de Poblet III. (Cerveta 1756. 4º) 381. — »Sua nobis dilecti.«
» 1	»	(24497b) (Geraldo) episcopo Ilerdensi mandat, ut donationem loci vocati Apiaria Barchinonens. dioc., quem cl. m. Iacobus rex Aragonum avus Iacobi regis Aragoniae abbati et conventui monasterii de Popleto Cisterc. ord. Terraconens. dioc. in sua ultima voluntate fecerit, auctoritate apostolica confirmet. Kal. Apr. aº 3º. ‖ Finestres l. c. 382 in nº 2. — »Petitio dilectorum filiorum.«
» 1	»	(24498) Iacobi regis Aragoniae supplicationibus inclinatus decernit, ut, postquam literarum studium generale in aliqua civitate fuerit institutum, universitas doctorum et scolarum (!) eidem studio insistentium illis privilegiis, indulgentiis *etc.* gaudeant, quae Tholosae litterarum studio immorantibus a sede apostolica hactenus sint concessa. Kal. Apr. aº 3º. ‖ España sagr. XLVII. 340. — »Cedit nobis ad.«
» 1	»	(24499) Decano ecclesiae Heyligenstadensis Maguntin. dioc. mandat, faciat ut sententia diffinitiva in causa monasterii de Walkenriden Cisterc. ord. Magunt. dioc. contra Alexandrum de Werenrode militem promulgata firmiter observetur. Kal. Apr. aº 3º. ‖ UB. für Niedersachsen II. 367. nº 577. — »Sua nobis dilecti.«
» 3	»	(24500) Monasterium de Valle Virginum Cisterc. ord. Bremens. dioc. tuendum suscipit possessionesque eius ac privilegia confirmat. III non. Apr. aº 3º. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 749. nº 898. — »Cum a nobis.«
» 4	»	(24501) Iacobo Sardiniae et Corsicae regi eiusque heredibus regnum Sardiniae et Corsicae, quod ecclesiae Romanae iuris et proprietatis existit, cum iuribus omnibus et pertinentiis suis sub censu 2000 marcarum argenti bonorum et legalium sterlingorum in festo b. apostolorum Petri et Pauli annis singulis integraliter persolvendo in perpetuum feudum confert, concedit, donat eumque per cuppam auream de eodem praesentialiter investit. II non. Apr. aº 3º. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 136; *omisso initio incip.* »Ad honorem Dei« Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 2—16; Lünig Cod. Ital. dipl. II. 1415. nº 1; Cod. dipl. Sardin. I. 456. nº 138; Analecta iuris pontif. Sér. XI. 1872. 442. — »Super reges et.«
» 5	»	(24502) Eidem scribit, se, cum concessio regni Sardiniae atque Corsicae pura fuerit, disponendi de ipso Sardiniae et Corsicae regno ac alii illud concedendi usque ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum sibi et ecclesiae Romanae liberam facultatem reservare. Non. Apr. aº 3º. ‖ Raynald. l. c. § 17; Cod. dipl. Sard. l. c. 460. nº 139. — »Cum regnum Sardiniae.«
» 6	Laterani	(24503) Indulgentias stationarias patriarchalibus et quampluribus aliis Urbis ecclesiis a b. Gregorio (pp. I) eiusque successoribus concessas confirmat et insuper alias addit. VIII id. Apr. aº 3º. ‖ Bullar. Vatic. III. append. 6; *omisso exordio* Raynald. l. c. § 70. — »Sedis apostolicae solio.«
» 10	Romae (ap. S. Petrum)	* (24504) Epistola ad Carolum Galliae regem. ‖ Tabulae codd. mss. in bibl. Vindobon. II. 285. nº 3420. 22.
» 22	Romae ap. S. Petrum	(24505) Decano ecclesiae Heyligenstadensis Maguntin. dioc. mandat, ut causam inter conventum monasterii de Walkenriden Cisterc. ord. Magunt. dioc. et Alexandrum de Werenrode militem asserentem, quendam filium suum a converso quodam dicti monasterii nequiter interfectum esse, vertentem debito fine decidat. X kal. Mai. aº 3º. ‖ UB. für Niedersachsen II. 368. nº 579. — »Sua nobis abbas.«
» 22	(»)	* (24506) Lituardum episcopum Nepensem ad ecclesiam Calliensem transfert. X kal. Mai. aº 1297. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 819.
» 22	(»)	* (24507) Angelum ord. Erem. s. Aug. Callianum episcopum ad Fesulanam ecclesiam transfert. X kal. Mai. aº 1297. ‖ Ughelli l. c. III. 252.

		1297.
Apr. 24	Romae ap. S. Petrum	(24508) Clero et populo civitatis et diocesis Metensis nunciat, se praefecisse Gerardum archidiaconum Brabantiae in ecclesia Cameracensi ecclesiae Metensi in episcopum. VIII kal. Mai. aº 3º. ‖ Meurisse Hist. des evesques de l'égl. de Metz (Metz 1634. fol.) 485; Gallia christ. XIII. instr. 412. — »In supremae dignitatis.«
» 24	»	(24509) Raynaldo electo Vicentino concedit, ut tam pro suis necessariis quam ecclesiae Vicentinae negotiis usque ad summam mille florenorum auri mutuum contrahat. VIII kal. Mai. aº 3º. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 127. — »Sicut in nostra.«
Mai. 7	»	(24510) Matthaeo de Theate ord. Minor. inquisitori haereticae pravitatis in provincia b. Francisci committit et mandat, ut ad capiendos illos qui Bizochi aut alio nomine se appellant et in montibus Apruntinis aut in finibus Aprutii et marchiae Anconitanae velut lamiae nudatis mammis catulos suos lactant et ad profligandos eos de suis latibulis caute et solerter intendat. Non. Mai. aº 3. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 541; Wadding Ann. Minor. V. 377; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 435. nº 115; *omisso exordio et detruncata* Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 55. — »Incrementum catholicae fidei.«
» 7	»	(24511) Monasterium s. Mariae de Cella superiore ord. canon. s. Aug. tuendum suscipit omnesque eius possessiones ac bona nominatim recensita, iura ac privilegia confirmat. Non. Mai. indict. X. incarn. dom. aº 1297. pont. aº (2º, *sed legas*) 3º. ‖ Hugo Ann. Praemonstr. I. prob. 387. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 7	»	(24512) Ulrico de Coldiz canonico Nuemburgensi concedit, ut canonicatum et praebendam in Misnensi ecclesia libere recipere et cum illis canonicatum et praebendam, quos in Nuemburgensi ecclesia cathedrali obtineat, nec non ecclesiam parochialem s. Wenzlai Nuemburgensem, cuius rector existat, licite retinere possit. Non. Mai. aº 3º. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. I. 252. nº 322. — »Tuae merita devotionis.«
» 10	»	(24513) Praesente collegio cardinalium Iacobum S. Mariae in via lata et Petrum S. Eustachii diaconos cardinales de Columna — eo, quod Iacobo regi Aragonum necnon iuveni Friderico filio quondam Petri olim regis Aragoniae necnon damnatae memoriae Friderico olim Romanorum imperatori papae et ecclesiae Romanae hostibus faverant, et specialiter quia civitatem Praenestinam et castra Columnae et Zagaroli per ipsos detenta ad manus papae pro securitate patriae Romanae ponere et assignare custodienda recusarunt — a cardinalatibus S. R. E. et praedictarum ecclesiarum deponit omnibusque cardinalatus viribus, commodis *etc.* privat perpetuo. Privat quoque perpetuo Iohannem et Oddonem natos quondam Iohannis de Columna fratres dicti Iacobi, et omnes qui descenderunt et descendent ab ipso Iohanne de Columna per masculinam et foemininam lineam omnibus dignitatibus, personatibus *etc.* Ad haec Iacobum et Petrum praedictos aperte monet, ut infra 10 dies personaliter compareant coram ipso recepturi pro meritis; alioquin eos omnibus bonis privat et etiam confiscat. VI id. Mai. aº 3º. ‖ (Dupuy) Hist. du différend, pr. 29; *omisso exordio* Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 27—33; Gesta Trevir. ap. Martene Ampl. collect. IV. 357 (ed. Wyttenbach II. 153) *incip.:* »Exurgat Deus et;« Drumann Bonifaz VIII. 192; Tosti Storia I. 198—210; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 189 v. — »In excelso throno.«
» 10	»	»Die decima mensis Maii Bonifatius pp. VIII in palatio prope S. Petrum Rome deposuit dominos Iacobum et Petrum cardinales de Columpna.« ‖ Annal. Admunt. Contin. Florianens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. IX. 751. — »Die Veneris decima die Maii pp. Bonifacius existens Romae privavit dominum Iacobum et dom. Petrum de Columpna cardinalatus honore, et alios clericos dictae domus praebendis et beneficiis usque ad quartam generationem et fecit destrui in Urbe eorum palatia et hedificia magna.« ‖ Ann. Urbevet. ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 220.
» 10	»	(24514) Petrum ord. Minor. capellanum Mariae reginae Siciliae ecclesiae Spalatensi in archiepiscopum praeficit. VI id. Mai. aº 3º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 588; Farlati Illyr. sacr. III. 295; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 436. nº 116; Katona Hist. crit. VI. 1166; Fejér Cod. dipl. VI. II. 60; Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 113. nº 156. — »Cum ecclesiarum omnium.« * *In eundem modum* Archipresbytero et capitulo ecclesiae Spalatensis — Clero civitatis et diocesis Spalatensis — Universis suffraganeis ecclesiae Spalatensis — Potestati, consilio et communi Spalatensibus — *et* Universis filiis ecclesiae Spalatensis.
» 11	»	(24515) Vicario (Theodorici) electi Pisani mandat, ut penes se conservet bona Luterii Bonamici de Pisis controversa inter moniales monasterii s. Crucis de Fossabundi prope muros civitatis Pisanae ex parte una et fr. Angelum de Aretio inquisitorem haer. pravit. in Tuscia ex altera, et Iacobam eius unicam filiam e praefato educens monasterio apud probatam aliquam matronam sistat, ut suam de status electione valeat exprimere voluntatem. V id. Mai. aº 3º. ‖ Sbaralea l. c. 437. nº 117. — »Nuper ad aures.«
» 15	»	(24516) Remensi, Senonensi, Narbonensi, Rothomagensi archiepiscopis et Laudunensi, Catalaunensi, Aniciensi, Ambianensi, Tornacensi, Morinensi, Sylvanectensi, Parisiensi, Autissiodorensi, Trecensi, Carnotensi, Dolensi, Cenomanensi, Lemovicensi, Magalonensi

		1297.
		episcopis concedit facultatem colligendi in civitatibus et diocesibus suis decimas et exhibendi eas Philippo regi ad defensionem regni Franciae. Id. Mai. a° 3°. ‖ Martene Thes. anecd. I. 1286. — »Pridem ad nostram.«
Mai. 18	Romae ap. S. Petrum	(24517) Indulgentiam largitur pro ecclesia conventus ord. Minor. Tuscanensis. xv kal. (Iul., *sed legas*) Iun. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 437. n° 118. — »Ad divinae laudis.«
» 18	—	Prioratum s. Antonii ord. s. Aug. Viennens. dioc.: »Ap. Urbem veterem xv kal. Iun. a° 3°«. ‖ Cherubini Bullar. I. 156, *al., vid.* 1297. Iun. 17. n° 24530.
» 21	Romae ap. S. Petrum	(24518) Petro electo Spalatensi concedit facultatem recipiendi ab archiepiscopo Neapolitano vel a quocumque maluerit consecrationis munus. xii kal. Iun. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 113. n° 157. — »Cum nuper Spalatensi.«
» 23	Romae in basilica s. Petri	(24519) Notum facit, se d. 10. Maii Iacobum de Columna et Petrum nepotem eius quondam Romanae ecclesiae cardinales, eorum culpis exigentibus ac suorum, pridem cardinalatu privavisse perpetuo et deposuisse ab eisdem, illos autem post depositionem, processus et sententias cardinales se nominare et cardinalitia portare insignia annulis et rubeis capellis utentes *etc.* Igitur omnes sententias, comminationes et poenas et specialiter dictam sententiam depositionis et privationis cardinalatuum confirmat ratificat approbat et etiam innovat, et propter adauctam eorum contumaciam, schisma atque blasphemiam ipsos Iacobum et Petrum sententiando pronunciat esse schismaticos et blasphemos; eosdem quoque Iacobum et Petrum quondam cardinales, Iohannem dictum de S. Vito et Oddonem filios quondam Iohannis de Columna fratris dicti Iacobi et patris Petri praefati omnibus iuribus et bonis mobilibus et immobilibus ecclesiasticis, et tam ipsos quam Agapitum, Stephanum et Iacobum dictum Sciarram filios Iohannis de Columna praedicti et alios filios eiusdem Iohannis omnibus iuribus et bonis necnon communitatibus, baroniis, comitatibus, civitatibus et castris omnino privat illaque omnia et singula publicat et etiam confiscat *etc.* In die ascensionis Domini, pont. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 35—40; Baillet Hist. des démêlez de Bonif. VIII avec Phil. le Bel 317; Tosti Storia I. 279; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 189 v. — »Lapis abscissus de.«
(» 23)	(»)	(24520) Notum facit, se contra Iacobum de Columna et Petrum nepotem ipsius et filios quondam Iohannis de Columna fratris dicti Iacobi et patris Petri praefati processus fecisse successive varios diversisque temporibus, poenas sententias et mulctas continentes. Quaedam ex eis compendiose collecta huic constitutioni inserit: »Deposuimus dictos Iacobum et Petrum a cardinalatibus s. Romanae ecclesiae ... ipsosque iudicavimus schismaticos et blasphemos et tamquam haereticos puniendos« *etc.* *Absque signo chron.* ‖ Bzovius Ann. eccl. ad a. 1297 § 6. XIII. 1060; Sext. Decret. lib. 5. tit. 3 *de schismat.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1005, ad a. 1298; ap. Richter Corp. II. 1014. — »Ad succidendos fructuosos.« *Est nonnisi epitome antecedentis decreti verbosissimi.*
» 23		»In die ascensionis Domini ipse papa constitutionem edidit decretalem extra de schismaticis lib. VI. »Ad succidendos.« ‖ Vita Bonif. ms. bibl. Vall. sign. litt. C. n. 25 et n. 79 ap. Raynald. l. c. § 41.
» 27	Romae ap. S. Petrum	(24521) Facit annotari tenorem constitutionis »Cum ex eo« (*vid.* n° 24446). vi kal. Iun. a° 3°. ‖ Lappenberg Hamburg. UB. I. 750. n° 901. — »Tenorem cuiusdam constitutionis.«
Iun. 1	»	(24522) Facit annotari tenorem constitutionis »Quamvis super cessationibus« contra cessationes a divinis (*vid.* n° 24310). Kal. Iun. a° 3°. ‖ Lappenberg l. c. 751. n° 902. — »Tenorem cuiusdam constitutionis.«
» 1	»	(24523) Publici iuris facit tenorem constitutionis »Alma mater ecclesia« (*vid.* n° 24633). Kal. Iun. a° 3°. ‖ Lappenberg l. c. 752. n° 903. — »Tenorem cuiusdam constitutionis.«
1296. Oct. 13-1297. Iun. 1	»	(24524) Indulgentiam elargitur pro ecclesia Aboensi in honorem b. Mariae V. et s. Henrici episc. et mart. fundata et constructa. A° 3°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. i. 201. n° 1152. — »Dum precelsa meritorum.«
» 6	civitatem Urbevetanam.«	»Eodem anno die 26. Maii (*falso!*) papa Bonifacius recessit de Roma et die Iovis vi. Iunii intravit ‖ Ann. Urbevet. ap. Montemarte Cron. d'Orvieto II. 220.
» 9 resp. 10	ap. Urbem veterem	(24525) Cum inter abbatem conventumque monasterii Montis Maioris ord. s. Ben. Arelatens. dioc. ex parte una et magistrum fratresque hospitalis s. Antonii Viennens. dioc. ex altera super prioratu s. Antonii ad ipsum monasterium pertinente *etc.* iam dudum gravis materia quaestionis suscitata esset, ad dissensionem et aemulationem praecidendam statuit, ut locus, qui prioratus antea dicebatur, sit et appelletur deinceps abbatia, et illi qui huic praefuerint nomen semper et dignitatem obtineant abbatis *etc.* iv (v *Valb.*) id. Iun. a° 3°. ‖ Gallia christ. XVI. instr. 59; *omisso exordio* (Valbonnais) Hist. de Dauphiné II. (Geneve 1721. fol.) 87. — »Ad apostolicae dignitatis.«
» 10	(»)	• (24526) Conventui monasterii s. Antonii Viennensis in Delphinatibus concedit facultatem eligendi sibi abbatem iuxta formam in huiusmodi electionibus introductam. iv id. Iun. a° 3°. ‖ Choppin De sacra politia 32.

		1297.
Iun. 11	ap. Urbem veterem	(24527) Petro archiepiscopo Remensi restituit ius confirmandi episcopos et abbates electos propter confirmationem (Gerardi) electi Cameracensis ablatum. iii id. Iun. a° 3°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 1111. — »Dudum Cameracensi ecclesia.«
» 11	»	(24528) Suessionensi episcopo, S. Dionysii Remensis ac S. Theoderici iuxta Remos abbatibus mandat, ut praefatam restitutionem ad capituli Remensis et aliorum de quibus expedire viderint, noticiam deducant. iii id. Iun. a° 3°. ‖ Varin l. c. 114. nota. — »Dudum Cameracensi ecclesia.«
» 16	»	(24529) Guillelmo de Othum ord. Praedic. electo Dublinensi indulget, ut quivis antistes catholicus ei consecrationis munus impendere valeat. xvi kal. Iul. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 163. n° 356. — »Pridem Dublinensis ecclesiae.«
» 17	»	(24530) Prioratum s. Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentem ord. s. Aug. Viennens. dioc., in quo b. Antonius quiescit, ab omni spirituali et temporali potestate *etc.* monasterii Montis Maioris ord. s. Ben. Arelatens. dioc. eximit, in abbatiam erigit, illius priorem in abbatem generalem totius ordinis canonicorum et clericorum S. Antonii sub regula s. Augustini constituit et statuit, ut habitum cum signo T, quod potentiam vocant, portent. xv kal. (Iun., *sed legas*) Iul. a° 3°. ‖ Cherubini Bullar. I. 156; Meklenb. UB. IV. 20. n° 2453; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 143. — »In dispositione ministrorum (ministeriorum« *Mekl. UB.*).
» 17	»	(24531) Iohannem archiepiscopum Iadrensem ad ecclesiam Tranensem per obitum Philippi archiepiscopi pastoris regimine destitutam transfert. xv kal. Iul. a° 3°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 113. n° 158. — »Romani pontificis quam.«
		• *In eundem modum* Universis suffraganeis ecclesiae Tranensis — Archidiacono et capitulo ecclesiae Tranensis — Clero et populo civitatis et diocesis Tranensis — *et* Universis vassallis ecclesiae Tranensis.
» 18	»	(24532) Henricum de Tuderto ord. Minor. Iadrensi ecclesiae praeficit in archiepiscopum. xiv kal. Iul. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 589. n° 31; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 438. n° 119; Farlati Illyr. sacr. V. 86; Theiner l. c. 114. n° 159. — »Romani pontificis quam.«
		• *In eundem modum* (Aegidio) patriarchae Gradensi — Universis Iadrensis ecclesiae suffraganeis — Capitulo ecclesiae Iadrensis — Clero et populo civitatis et diocesis Iadrensis — (Petro Grandonico) duci Venetorum — *et* Universis Iadrensis ecclesiae vassallis.
» 20	»	(24533) Primicerio ecclesiae s. Marchi de Venetiis Castellan. dioc. mandat, ut Marinum Baduarium de Venetiis generum Petri Grandonici ducis Venetiarum rectorem civitatis Iustinopolitanae, qui in quemdam conversum monasterii s. Georgii maioris eiusdem loci manus violentas usque ad sanguinis effusionem iniecerat *etc.*, a vinculo excommunicationis absolvat. xii kal. Iul. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 115. n° 160. — »Sincere devotionis affectus.«
» 22	»	(24534) Abbati monasterii s. Prosperi Reginensis, archidiacono Bononiensi et praeposito Parmensi mandat, compellant sorores S. Petri Martyris ord. Praedic. Reginenses, ut quasdam possessiones pro pretio competenti fratribus ord. Minor. Reginensibus vendant. x kal. Iul. a° 3°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 590. n° 32; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 53; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 439. n° 120. — »Exposuerunt nobis dilecti.«
Iul. 1	»	(24535) (Lodomerio) archiepiscopo Strigoniensi mandat, moneat et inducat Iohannem, Nicolaum et Henricum filios quondam Henrici bani, Graecum cognatum eorundem nobilium et alios nobiles, comites, barones et milites Strigoniensis, Iauriensis et Vespriemiensis diocesum et civitatum, qui monasterium s. Martini de sacro Monte Pannoniae ord. s. Ben. Iauriens. dioc. decimis, grangiis, castris, villis *etc.* spoliaverunt, ut praemissa bona abbati et conventui dicti monasterii restituant. Kal. Iul. a° 3°. ‖ Fejér Cod. dipl. VI. ii. 62. — »Dilectorum filiorum abbatis.«
» 6	»	(24536) Abbati et conventui monasterii Novalis s. Mariae [Marienrode] Cisterc. ord. Hildesemens. dioc. ecclesiam de Roden [Kirchrode], quam episcopus Hildesemensis eorum monasterio univerat et in usus proprios perpetuo deputaverat, confirmat. ii non. Iul. a° 3°. ‖ UB. für Niedersachsen IV. 113. n° 103. — »Cum a nobis.«
» 6	»	• (24537) (Alberto) episcopo Chiemensi mandat, ut citet personaliter ducem Austriae ad curiam super gravaminibus ecclesiae Salseburgensi illatis. ii non. Iul. a° 3°. ‖ Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. i. 313. n° 28.
» 7	»	(24538) Ministro et fratribus ord. Minor. Bisuntinis indulget, ut apostatas sui ordinis ad partem civitatis Bisuntinae quae dicitur Vicus s. Pauli confugientes capere ac in eos disciplinam exercere valeant. Non. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 440. n° 121. — »Exigit ordinis vestri.«
» 9	»	(24539) G(uillelmo) electo Dublinensi per Andream de S. Albano et Petrum de Othum eius nuntios pallium transmittit. vii id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 163. n° 357. — »Cum palleum insigne.«

1297.

Iul. 9	ap. Urbem veterem	(24540) Londoniensi et Herefordensi episcopis mandat, ut G(uillelmo) electo Dublinensi pallium transmissum assignent. vii id. Iul. a° 3°. ‖ Theiner l. c. n° 358. — »Ex parte dilecti.«
» 9	»	(24541) Universis inquisitoribus haereticae pravitatis Praedic. et Minor. ordd. auctoritate apostolica ubilibet institutis et instituendis mandat, ut contra Iacobum et Petrum de Columna olim S. R. E. cardinales eorumque adiutores et receptatores inquirant et diligentius procedant ipsosque puniant secundum constitutiones canonicas. vii id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 440. n° 122. — »Nuper Iacobum et.«
» 11	»	(24542) Sibiliae et Nasillae filiabus quondam Pauli Palmerii civis Spoletani concedit licentiam reaedificandi domum, quam in poenam criminis ab earum patre admissi fr. Angelus de Tuderto ord. Minor. tunc inquisitor haeret. pravit. in illis partibus funditus demoliri iusserat. v id. Iul. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 441. n° 123. — »Oblata nobis ex.«
» 14	»	(24543) Abbatissae et conventui monasterii de Felines Cisterc. ord. Atrebat. dioc. omnes libertates, immunitates *etc.* confirmat. ii id. Iul. a° 3°. ‖ Hautcoeur Cartul. de Flines I. 371. n° 243. — »Cum a nobis.«
» 15	»	• (24544) Abbatissam et conventum monasterii s. Clarae in Egra sub b. Petri et sua protectione suscipit *etc.* Id. Iul. a° 3°. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 756. n° 1758.
» 18	»	(24545) Priori et conventui monasterii Montis Rubei ord. s. Guillermi Paris. dioc. concedit potestatem habendi locum in civitate Parisiensi pro fratribus suis in theologica facultate studentibus eisque donat domum b. Mariae Parisiensem. xv kal. Aug. a° 3°. ‖ Félibien Hist. de Paris III. 238. — »Quia ex apostolici.«
» 18	»	• (24546) Monasterium sororum in Medingen a decimis, pedagiis et teloneis eximit. xv kal. Aug. a° 3°. ‖ Lang Regesta IV. 651.
» 18	»	Priorissis et conventibus sororum inclusarum ord. s. Aug.: »xv kal. Aug. a° 3°«. ‖ Lang Regesta IV. 649; Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen VI. 171, *vid.* 1297. Iul. 23. n° 24551.
» 21	»	(24547) (Conrado) episcopo Ratisponensi mandat, ut occultos detentores decimarum monasterii s. Clarae in Egra ad restituendas easdem admoneat. xii kal. Aug. a° 3°. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 756. n° 1760. — »Significarunt nobis.«
» 21	»	(24548) Priori saeculari de Armata Tudertin. dioc. et Nicolao de Neapoli Messanensis ac Iohanni Cephaludensis archidiaconis ecclesiarum mandat, ut Iohannem et Angelutium fratres de Dominis Castri Montis Casuli cives Romanos in possessionem inducant territorii pertinentis ad campestrem ecclesiam s. Terentiani, quae ad monasterium s. Silvestri de Capite de Urbe dudum spectabat. xii kal. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 442. n° 124. — »Sicut gemit populus.«
» 22	»	(24549) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus .... et aliis personis ecclesiasticis necnon et ducibus, comitibus, baronibus, militibus et ceteris per regnum Franciae constitutis significat, se in favorem ecclesiasticae libertatis statuisse, ne praelati et personae ecclesiasticae sub adiutorii, mutui vel doni nomine imperatoribus, regibus, principibus ac ceteris praesidentibus praestent absque apostolicae sedis auctoritate subsidia, neve imperatores, reges *etc.* ea imponere, exigere vel recipere ab eisdem praelatis *etc.* audeant *etc.* Declarat, quod haec constitutio »Clericis« vel eius prohibitio ad donaria vel mutua *etc.* praelatorum *etc.* eiusdem regni se aliquatenus non extendat, licet ad id forsitan Philippi Francorum regis *etc.* requisitio curialis et amica praecedat *etc.* xi (*al.* ii *ex male intellecto numero arabico* 11) kal. Aug. a° 3°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 528; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 39; Ren. Chopinus De domanio Franciae (Paris. 1588. fol.) 615, *nonnisi 2 fragm.*; I. Limnaeus Notitia regni Franciae I. (Argentor. 1655. 4°) 562; Feraldus Tractatus de privil. regni Franciae, priv. n° 4; Rousset Suppl. au (Dumont) Corps dipl. II. i. 168; Marcel Hist. de France II. 522; (Dupuy) Preuves des libertés de l'égl. Gallic. IV. 229; *fragm. mai. incip.* »Adiicimus« *in* Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 50. — »Etsi de statu.«
» 23	»	(24550) (Matthaeo) primicerio ecclesiae s. Marci de Venetiis mandat, ut priorem et professos s. Mariae de Virginibus eiusdem urbis ex hoc monasterio expulsos in diversis monasteriis collocet. x kal. Aug. a° 3°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. IV. 52. — »Cum nos olim.«
» 23	»	(24551) Priorissis et conventibus sororum inclusarum monasteriorum ord. s. Aug. secundum instituta et sub cura ordinis fratrum Praedicatorum viventium indulget, ut ad praestationem decimarum ac ad exhibendum pedagia, telonea *etc.* minime teneantur. x (xv *Arch., Erb., Lang*) kal. Aug. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 53; Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen VI. 171; *omisso initio* Erben Regest. Bohem. II. 756. n° 1759; *cf.* Lang Regesta IV. 649. — »Laudabilis sacra religio.«
» 27	»	(24552) Declarat »quod si Philippus Franciae rex vel eius filius aut filii ... ab eorum .. hostibus caperentur, praelati et personae ecclesiasticae pro dictorum regis et filiorum ipsius ... redemptione seu recuperatione non obstante constitutione (*vid.* n° 24398) praestare subsidia teneantur.« vi kal. (*num* id. *legendum? cf.* n° 24559) Aug. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 50, *fragm.*

1297.

Iul. 28	ap. Urbem veterem	(24553) Priori et fratribus domus ord. b. Mariae de Monte Carmeli Paduanae quasdam domos ab Antonia uxore Thomasini Palmerii de Episcopellis civis Paduani eis donatas confirmat. v kal. Aug. a° 3°. ‖ Bullarium Carmel. I. 48. n° 6. — »Cum a nobis.«
» 31	»	Archiepiscopis, episcopis .... per regnum Franciae constitutis ....: »ii kal. Aug. a° 3°« — »Etsi de statu«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 50, *alii, vid.* 1297. Iul. 22. n° 24549.
Aug. 1	»	(24554) Aberdonensi, Glasguensi et Rossensi episcopis mandat, ut A(ndreae) electo Cathanensi unus eorum munus consecrationis impendat. Kal. Aug. a° 3°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 164. n° 360. — »Cum nos nuper.«
» 4	»	(24555) Guardiano et fratribus ord. Minor. de Arimino, quibus Maximus de Piperno miles rector provinciae Romaniolae Gelasinum natum quondam Cignattae de Parcitatibus in sua custodia retinendum assignaverat, mandat ut illum abire libere permittant. ii non. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 444. n° 125; Baluze Miscell. ed. Mansi III. III. 413; Tonini Rimini III. 712. — »More pii patris.«
» 5	»	(24556) Episcopo Ripensi mandat, ut super querela ministri Datiae et fratrum custodiae Roskildensis ord. Minor. contra Iohannem episcopum Roskildensem veritatem inquirat et, si episcopum invenerit culpabilem, eum peremptorie citet, ut infra sex menses personaliter apostolico se conspectui repraesentet, *etc.* Non. Aug. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 445. n° 126; Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 398. n° 80. — »Querelam dilectorum filiorum.«
» 6	in palatio ap. Urbem veterem	(24557) Sermocinatur de Ludovici IX regis Francorum canonizatione, negotio »quod iam per 24 annos vel amplius« stetit in fornace examinis curiae Romanae seu sedis apostolicae. Die Martis ante festum b. Laurentii mart. ‖ Jonville Hist. de s. Loys IX ed. Ménard II. 143; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 481; Tosti Storia I. 295. — »Reddite quae sunt.«
» 8	ap. Urbem veterem	(24558) Philippo regi Franciae, cui intimaverat, se Iacobo regi Aragonum ad restituendam regi Maioricarum terram ipsius dilationem usque ad festum natalis Domini primo venturum concessisse, atque qui hanc dilationem patienter sustinuit, ad eius responsales litteras respondet. vi id. Aug. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 25. — »Pridem celsitudini regiae.«
» 8	»	(24559) Archiepiscopo Rothomagensi, episcopo Autissiodorensi et abbati monasterii s. Dionysii Paris. dioc. mandat, ut praelatos et personas ecclesiasticas ad subsidia pro Philippi regis et filiorum ipsius liberatione, si ab hostibus caperentur, praestanda compellant. vi id. (*num* kal. *legendum? vid.* n° 24552) Aug. a° 3°. ‖ (Dupuy) Preuv. des libertés de l'égl. Gallic. IV. 230; *sine die et mense* Martene Thes. anecd. I. 1288. — »Etsi de statu.«
» 11	in ecclesia fratrum Minorum ap. Urbem veterem	(24560) Sermo quo adscribit Ludovicum IX regem Francorum catalogo sanctorum, praecipiens omnibus fidelibus christianis, ut ipsum tanquam sanctum et per plura miracula notificatum venerentur. In crastino s. Laurentii mart. ‖ Jonville Hist. de S. Loys IX ed. Ménard II. 157; Duchesne Hist. Franc. scr. V. 485; Tosti Storia I. 302; *fragm. mai.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1297 § 58. 59. — »Rex pacificus magnificatus.«
» 11	ap. Urbem veterem	(24561) Universis archiepiscopis et episcopis exemptis et non exemptis per regnum Franciae constitutis nunciat, se die dominica iii id. Aug. beatissimum Ludovicum quondam regem Francorum sanctorum catalogo duxisse adscribendum, eosque hortatur, ut in crastino b. Bartholomaei apostoli (*i. e.* 25. Aug.) festum ipsius sancti devote ac solemniter celebrent. iii id. Aug. a° 3°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 530; Stilting Acta s. Ludovici 254; Jonville l. c. 162; Duchesne l. c. 486; Wadding Ann. Minor. V. 365—371; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 446. n° 127; de Choisy Vie de S. Louis, addit. 159, *gallice.* — »Gloria, laus et.«
» 11	»	(24562) Universis Christifidelibus nunciat, b. Ludovicum quondam regem Franciae die dominica iii id. Aug. in sanctorum numero relatum esse, eosque hortatur, ut »in crastino b. Bartholomaei apostoli festum ipsius sancti venerari colereque« studeant. iii id. Aug. a° 3°. ‖ Cherubini Bullar. I. 157; Bzovius Ann. eccl. ad a. 1297 § 2. XIII. 1053; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 146; *non integra* Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 60—67. — »Gloria, laus et.«
» 11	»	»A° Di 1297 iii id. Aug. in dominica die in Urbe veteri Bonifacius pp. pontificatus sui a° 3° canonizavit s. Ludovicum regem Francorum et sanctorum confessorum cathalogo annotavit.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 671. — »Fuit (Ludovicus IX piissimus rex Francorum) canonizatus et sanctorum confessorum catalogo annotatus per Bonifacium pp. VIII iii id. Aug. in Urbe veteri pontificatus sui a° (2°, *sed legas*) 3° a° Di 1297«. ‖ Numerus monasteriorum *etc.* ap. Martene Ampl. collect. VI. 542. — »iii id. Aug. papa Bonifacius apud Urbem veterem s. Ludovicum regem quondam Franciae canonizavit.« ‖ Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 300.
» 13	»	(24563) (Chunrado) episcopo Ratisbonensi mandat, ut ea quae de bonis episcopalis mensae Babenbergensis alienata invenerit illicite et distracta, ad ius et proprietatem eiusdem mensae legitime revocet. Id. Aug. a° 3°. ‖ Ried Cod. dipl. Ratisbon. I. 718 in n° 742; *cf.* Lang Regesta IV. 651. — »Ad audientiam nostram.«

1297.

Aug. 18 ap. Urbem veterem (24564) (Guilelmo?) episcopo Cameracensi, archipresbytero ecclesiae s. Eustachii de Urbe ac Onufrio dicto Ppē de Trebis canonico Trecensibus significat, se monasterium Gorzense ord. s. Ben. olim b. mem. B(urchardo) Metensi episcopo († 1296. Nov. 29) ac episcopatui Metensi et mensae ipsius propter importabilia debitorum onera concessisse. Mandat eis, ut hanc concessionem revocent. xv kal. Sept. a° 3°. ‖ Tabouillot Hist. de Metz IV. i. 246. — »Olim ex certis.«

» 25 » (24565) Edvardo regi Angliae significat, se ad eum mittere magistrum Praedic. et generalem ministrum Minor. ordd., qui mentem suam super pace reformanda inter eum, A(dolphum) Romanorum et P(hilippum) Francorum reges vivae vocis oraculo plenius explicent. Hortatur eum, ut ad discordias cessandas attente studeat. viii kal. Sept. a° 3°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 189. — »Nosti fili carissime.«

Sept. 4 » (24566) Landulpho de Columna civi Romano committit ad mandandum confusionem Columnensium schismaticorum celerius executioni, ut una cum capitaneo militum talliae Tusciae adversus schismaticos et rebelles praedictos eorumque adiutores ad captiones castrorum, terrarum *etc.* ac etiam personarum ipsorum, destructionem quoque et devastationem domorum, vinearum *etc.* viriliter procedat. ii non. Sept. a° 3°. ‖ Petrini Mem. Penestrine 419. n° 22; Tosti Storia I. 292; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 190 vi. — »Ut depressio et.«

» 5 » (24567) Gustorano Ciccironis civi Romano eiusque heredibus committit feudum »Castra Similiani« Sabinens. dioc., domos *etc.* Pauli Montanarii civis Romani familiaris Iacobi olim cardinalis de Columpna. Non. Sept. a° 3°. ‖ Dissert. della pont. accad. Rom. di archeol. XV. 273. n° 88. — »Dilecto filio Gustorano.«

» 5 » (24568) Abbati et conventui monasterii in Alderspach Cisterc. ord. Pataviens. dioc. ius patronatus ecclesiae parochialis de Tya eiusdem dioc., quod eis Gebhardus comes de Hirsperch et Leutoldus de Kunringen patroni contulerant, confirmat. Non. Sept. a° 3°. ‖ Mon. Boica V. 406. n° 53; *cf.* Lang Regesta IV. 652. — »Cum a nobis.«

» 5 » (24569) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae de Castro Tornodori Lingonens. dioc. confirmat fundationem et dotationem eiusdem per Margaretam reginam Siciliae viduam Caroli regis Siciliae factas, sicut in eiusdem reginae litteris d. d. a° 1293 die Iovis post octavas paschae continetur. Non. Sept. a° 3°. ‖ Dav. Andry Chartres de Tonnerre 103; *gallice ibid.* 123. — »Cum a nobis.«

» 5 » (24570) (Bernardo) episcopo Pataviensi ius patronatus ecclesiae parochialis in Albrechtsperg, quod Leutoldus de Kunring ei eiusque successoribus liberaliter contulit, auctoritate apostolica confirmat. (ix, *sed legas cum Langio*) Non. Sept. a° 3°. ‖ Mon. Boica XXVIII. ii. 422; *cf.* Lang Regesta IV. 652. — »Cum a nobis.«

» 5 » • (24571) Le pape declare prendre sous sa protection les frères et les soeurs de l'hôpital d'Audenarde. Non. Sept. a° 3°. ‖ Saint Genois Inventaire 265. n° 908.

» 6 » (24572) Episcopo et capitulo Anagninis licentiam impertitur, ut omnia bona, iura et dominium, quae Anagnina ecclesia in terra Trebarum, vid. Trebis, Felettinum et Vallepetrarum Petro Caietano comiti Casertano »nepoti nostro« et haeredibus eius perpetuo in feudum concedere valeant. viii id. Sept. a° 3°. ‖ Aless. de Magistris Istor. della città . . . d'Anagni (Roma 1749. 4°) 153. n° 6. — »Praesentatae nuper nobis.«

» 9 » (24573) Abbati et conventui monasterii Casaemarii Cisterc. ord. Verulanae dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. v id. Sept. a° 3°. ‖ Rondinini Monast. de Casaemario 130. — »Quum a nobis.«

» 12 » • (24574) Potestati et vicario per ipsum positis in civitate Urbevetana alios duos hîc nominatos usque ad finem anni sui regiminis subrogat. ii id. Sept. a° 3°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 181.

» 22 » (24575) I. magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis Hierosolymitani, quibus Blasius abbas et conventus S. Angeli in Palatio ord. s. Ben. Guardiens. dioc. suum monasterium in facultatibus diminutum et collapsum cum omnibus ad ipsum spectantibus bonis concesserant, hanc concessionem confirmat. x kal. Oct. a° 3°. ‖ Pauli Cod. dipl. II. 9. n° 10. — »Dum paternae considerationis.«

» 22 » (24576) Eisdem monasterium s. Trinitatis Venusinum ord. s. Ben. sedi apostolicae immediate subiectum cum omnibus bonis, membris ac iuribus in perpetuum concedit, unit et incorporat. x kal. Oct. a° 3°. ‖ Pauli l. c. 10. n° 11. — »Inter caetera mundi.«

» 25 (») • (24577) Repetit n° 17935 Alexandri IV d. d. 1260. Iul. 30: »vii kal. Oct. a° 3°«. ‖ Vogt Mon. ined. I. 154.

» 29 » (24578) Pandulpho de Sabellico senatori et populo Urbis scribit, se eorum ambasciatores benigne recepisse, eisque supplicantibus ut Columnenses tam clericos quam laicos schismaticos et ecclesiae Romanae rebelles offerentes se venturos ad pedes pontificis maximi ac eius et praefatae ecclesiae mandata facturos benigne recipiat ac misericorditer pertractet, respondet, se illis gremium ecclesiae clausurum non esse. Eisdem petentibus, ut ad Urbem moraturus in ea in instanti hiemali tempore veniat, responsum certum non dat, licet »cupiamus in Urbe ipsa quiescere, constructa iam in basilica Principis apostolorum de Urbe speciali capella ubi nostram elegimus sepulturam.« iii kal. Oct. a° 3°. ‖ Petrini Mem. Penestrine 419. n° 23; Tosti Storia I. 293. — »Romanum populum peculiares.«

Oct. 12 ap. Urbem veterem (24579) Abbatibus, prioribus, decanis . . . . ceterisque ecclesiarum rectoribus, presbyteris curatis et non curatis *etc.* praecipit, ut universis presbyteris sibi subiectis sub poena beneficii privationis iniungant, ut fratres b. Mariae de Mercede Barchinonens. dioc. ord. s. Aug. vel eorum nuntios ad opus pauperum captivorum in manibus Sarracenorum captorum et detentorum in ecclesiis recipiant benigne et a subditis suis recipi et audiri faciant. iv id. Octb. a° 3°. ‖ Linàs Bullar. 31. — »Querelam gravem suscepimus.«

» 13 » (24580) Inquisitori haereticae pravitatis in partibus Carcassonensibus vel eius locum tenenti mandat, exerceat officium inquisitionis in civitate Biterrensi sic solerter, ut perfidiae filiis vipereis morsibus contra Deum et eius sponsam ecclesiam insultantibus penitus profugatis haereticae labis zizania non permittatur in necem catholici seminis pervagari. iii id. Oct. a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 57; Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 54. — »Ad audientiam nostram.«

» 13 » • Territorium in inferiori Vieschparch hofmarchiam *etc.* iii id. Oct. a° 3°. ‖ Lang Regesta IV. 654, *vid.* n° 24583.

» 15 » (24581) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus . . . et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, ut fratres hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe excommunicare aut eorum ecclesias interdicere nullatenus praesumant *etc.* Id. Oct. a° 3°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 414. — »Cum dilectis filiis.«

» 15 » (24582) Eisdem praecipit, ut universis presbyteris suae potestati subiectis sub poena privationis officii et beneficii iniungant, ut fratres S. Eulaliae Barcinonensis ord. s. Aug. in ecclesiis suis ad redimendos captivos, qui duris et diversis cruciaminibus in ultramarinis partibus cruciantur, praedicare et eleemosynas quaerere sine contradictione permittant. Id. Oct. a° 3°. ‖ Linàs Bullar. 31. — »Querelam gravem recepimus.«

» 15 » (24583) Priorissae et conventui monasterii de Viepach ord. s. Aug. Ratispon. dioc., quibus Perngerus comes de Leonperg territorium in inferiori Viepach iuxta fluvium Isar, hoffmarchiam nuncupatum Ratispon. dioc., quod idem comes ab Ottone, Ludovico et Stephano ducibus Bavariae tenebat in feudum, liberaliter donavit, hanc donationem confirmat. iii (*add. Lang*) id. Oct. a° 3°. ‖ Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 418; *cf.* Lang Regesta IV. 654. — »Cum a nobis.«

» 18 » (24585) Henrico archiepiscopo Iadrensi mandat, ut pallio ipsi per M(atthaeum) S. Mariae in porticu diac. card. assignato infra Iadrensem ecclesiam illis diebus utatur, qui expressi in ipsius ecclesiae privilegiis continentur. xv kal. Nov. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 452. n° 128; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 115. n° 161. — »Nuper te fratrum.«

» 20 » (24586) Universos Christifideles in Urbe Romana manentes monet et hortatur, ut nuntiis fratrum hospitalis s. Spiritus in Saxia de Urbe grata subsidia et pias eleemosynas conferant *etc.* xiii kal. Nov. a° 3°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 415. — »Quamvis ex iniuncto.«

» 20 » (24587) Universos Christifideles monet, ut nuntios fratrum b. Eulaliae Barcinonensis ord. s. Aug., »qui totis viribus elaborent, ut ad transmarinas partes pro captivis christianis qui a Sarracenis diris et diversis tormentis cruciantur, redimendis migrent,« benigne recipiant ac honeste tractent. xiii kal. Novb. a° 3°. ‖ Linàs Bullar. 32. — »Si iuxta sententiam.«

» 23 » (24588) Abbati et conventui Vallium Sarneii omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Merlet Cartul. de l'abb. des Vaux de Cernay I. ii. 960. — »Cum a nobis.«

» 23 » (24589) Abbati et conventui monasterii Mellicensis ord. s. Ben. Patav. dioc. omnes libertates *etc., ut in* n° 24588. x kal. Nov. a° 3°. ‖ Schramb Chron. Mellic. 183. — »Solet annuere sedes.«

» 27 » (24590) Iohanni archiepiscopo Lundensi Suetiae primati concedit facultatem conferendi personis idoneis beneficia, quae quondam in Datia magister Iacobus praepositus ecclesiae Lundensis, qui nuper apud sedem apostolicam diem clausit extremum, obtinuit. vi kal. Nov. a° 3°. ‖ Annaler f. Nord. Oldkynd. 1860. p. 136. not. 4. — »Gerentes erga personam.«

» 28 » (24591) Wicboldo ecclesiae Coloniensis electo concedit facultatem, interdicti et excommunicationis sententias contra cives et civitatem Colonienses promulgatas relaxandi. v kal. Nov. a° 3°. ‖ Ennen Quellen z. Gesch. d. Stadt Köln III. 444 in n° 460. — »Coloniensem ecclesiam que.«

1297.

Oct. 28	ap. Urbem veterem	(24592) (Narvoni) episcopo, Arnoni Siguardi et Petro dicto Mata canonicis Bergensibus mandat, ut Ierundum archiepiscopum Nidrosiensem super enormibus criminibus et excessibus, quae ad sedem apostolicam ex insinuatione capituli eiusdem ecclesiae pervenerint, inquirant et, si ea invenerint esse vera, capitulo omnia restitui faciant, quibus per illum ipsos reperint spoliatos, archiepiscopo autem terminum competentem praefigant, quo personaliter se apostolico conspectui repraesentet super hiis pro meritis recepturus. v kal. Nov. a° 3°. ‖ Lange Dipl. Norveg. VI. I. 58. — »Ad aures nostras.«
» 31	»	(24593) Urbevetanis ad obedientiam ecclesiae reversis condonat 4000 florenorum auri, in quibus propter occupationem castrorum et terrarum Vallis Lacus, castri Bulseni et castri Aquaependentis condemnati erant. II kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 345. n° 518. — »Cum vos ab.«
» 31	»	(24594) Nerio de Turri militi Urbevetano tertiam partem medietatis castri Tessennani Tuscanens. dyoc., quam quondam Matheus Romei ob haereticam pravitatem condemnatus possidebat, in feudum sub annuo censu 20 solidorum paparenorum concedit. II kal. Nov. a° 3°. ‖ Theiner l. c. 346. n° 519. — »Tue devotionis et.«
Nov. 3	Bulzeni	(24595) Priori S. Romanae Tudertinae, praeposito ecclesiae s. Christinae de Bulzeno ac plebano plebis S. Erasmi de Montelongo Urbevetan. dioc. significat, se monasterium s. Mariae in Silva Camaldul. ord. Urbisveteris dioc. tam in capite quam in membris deformatum episcopo, archipresbytero et capitulo Urbevetanae ecclesiae in eorum subsidium concedere in perpetuum. III non. Nov. a° 3°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 321 *deficiente fine.* — »Urbevetanam ecclesiam que.«
» 7	?	* (24596) Omnes ecclesias, monasteria *etc.* christianitatis generaliter protegenda suscipit eorumque bona ac privilegia confirmat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 48.
» 17	Romae ap. S. Petrum	(24597) (Francisco) archiepiscopo Mediolanensi mandat, ut fr. Thomam ord. Praedic. inquisitorem ad comparendum coram sede apostolica peremptorie citet aut ad suam innocentiam allegandam, aut ad recipiendum pro meritis. xv kal. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 453. n° 129. — »Ex parte dilecti.«
» 18	Romae in basilica s. Petri	(24598) Cum Iacobus et Petrus de Columna olim cardinales, Iohannes et Oddo, Agapitus, Stephanus et Iacobus dictus Sciarra adhuc in facti nequitia et rebellione persistant ac se ad obtinendam misericordiam non disponant, quin potius apostolicae sedis contra se provocent indignationem et iram, propter adauctam eorum contumaciam et perfidiam depositionis et privationis cardinalatuum sententiam ratificat, confirmat et innovat. In festo dedicationis basilicae s. Petri a° 3°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1297 § 41, *omisso exordio.*
» 20	Romae ap. S. Petrum	Monasterio Hildensi Cisterc. ord. Caminens. dioc.: »XII kal. Xbr. a° 3°«. ‖ Westphalen Mon. ined. IV. 951, *vid.* 1298. Ianr. 21. n° 24621.
» 27	»	* (24599) Litterae continentes quod nullus daret auxilium, consilium vel favorem Petro et Iacobo de Columna depositis a cardinal(at)ibus nec eos pro cardinalibus reciperet sub poena excommunicationis et aliis poenis hic contentis. v kal. Dec. a° 3°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 190 VI.
Dec. 11	»	(24600) Matthaeum Portuensem et S. Ruffinae episcopum constituit protectorem ac gubernatorem monasterii s. Silvestri de Capite positi infra Urbem. III id. Dec. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 456. n° 130. — »Generalis ecclesiae regimini.«
» 13	»	(24601) Officiali Tornacensi mandat, ut, cum Guido comes Flandriae petitione monstraverit, »quod tu in eum nulla competenti monitione praemissa sine causa rationabili excommunicationis contra statuta concilii generalis, in terram vero ipsius comitis in diocesi Tornacensi consistentem interdicti sententias promulgasti«, infra octo dies post receptionem praesentium sententias relaxet. Id. Dec. a° 3°. ‖ Warnkönig Flandr. Staatsgesch. I. 67; *cf. argum.* ap. Saint Genois Invent. 275. n° 946. — »Sua nobis nobilis.«
» 13	»	* (24602) Le pape donne au mayeur et aux archidiacres de Hainaut, ainsi qu'à Jean de Marle chanoine de Cambrai la charge dont il est question dans la bulle précedente. Id. Dec. a° 3°. ‖ Saint Genois l. c. n° 947.
» 13	»	* (24603) Le même mande aux mêmes que Jacques de Donze prévôt de Notre-Dame à Bruges lui a fait exposer que l'évêque de Tournai l'a fait citer devant lui pour répondre de certains crimes dont il est accusé. Il les charge d'examiner l'état des choses. Id. Dec. a° 3°. ‖ Saint Genois l. c. n° 948.
» 13	»	* (24604) Le même mande aux mêmes, que Jacques le Donze s'est plaint que l'évêque et l'official de Tournai ne cessent de lui faire subir des vexations au sujet de la perception des revenus de sa prévôté. Il les charge d'examiner cette affaire. Id. Dec. a° 3°. ‖ Saint Genois l. c. n° 950.
» 13	»	* (24605) Le même mande aux mêmes, que Robert fils aîné du comte de Flandre, Wautier de Nevele chevalier *etc.* laïcs du diocèse de Tournai, se sont plaints que l'official de

1297.

		Tournai avait fulminé contre eux une sentence d'excommunication sans aucun motif légitime. Il leur ordonne d'en faire cesser l'effet. Id. Dec. a° 3°. ‖ Saint Genois l. c. n° 951.
		* *In eundem modum en faveur de* Guy comte de Flandre; *ibid.* n° 952.
Dec. 13	Romae ap. S. Petrum	* (24606) Le même mande aux mêmes, ainsi qu'à maître Jean de Marle chanoine de l'église de Cambrai, que Pierre dit de Senhin chevalier du diocèse de Tournai lui a fait exposer ce qui suit: l'official de Tournai a faussement prétendu que Pierre de Senhin, étant bailli du comte de Flandre, aurait fait arrêter et jeter en prison Piat dit de Séclin prêtre *etc.* Pour examiner cette affaire et la decider le pape ordonne d'ouvrir une enquête à ce sujet. Id. Dec. a° 3°. ‖ Saint Genois l. c. n° 953.
» 14	»	(24607) Universos Christifideles rogat et obsecrat, ut ad refrenandos Iacobi de Columpna et Petri nepotis ipsius olim S. R. E. cardinalium ac aliorum natorum et posterorum quondam Iohannis de Columpna fratris Iacobi et patris Petri praedictorum, scismaticorum et rebellium malignos impetus, repellendos insultus et nequitiam conterendam, necnon contra civitatem Penestrinam, castra, terras *etc.* eorum, quae per eos in rebellione tenentur, crucem assumant *etc.* XIX kal. Ianr. a° 3°. ‖ Petrini Mem. Penestrine 421. — »Provocatur apostolicae sedis.« *Cf.* n° 24611.
» 16	»	(24608) Decano ecclesiae S. Blasii in Brunsvic Hildesemens. dioc. mandat, moneat publice in ecclesiis coram populo illos, qui decimas redditus census legata terras *etc.* monasterii de Lapide s. Michaelis Cisterc. ord. Halberstad. dioc. malitiose occultant, ut ea praefato monasterio restituant. XVII kal. Ianr. a° 3°. ‖ Leuckfeld Antiq. Michaelsteinens. 106. — »Significarunt nobis dilecti.«
» 18	»	(24609) Archiepiscopos et episcopos ac abbates .... et alios ecclesiarum praelatos monet et hortatur, ut in locis suae iurisdictionis illos qui se procuratores et nuncios monasterii s. Antonii ord. s. Aug. Viennens. dioc. mendaciter asserentes et falsas super his litteras deferentes signum ipsius monasterii deferre ac elemosinas per diversas mundi partes quaerere non formidant, ad exhibendum elemosinas sic collectas abbati et conventui dicti monasterii compellant. XV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Meklenb. UB. IV. 30. n° 2466. — »Ex parte dilectorum.«
» 18	»	(24610) Abbate et conventu monasterii s. Antonii Viennens. dioc. petentibus inhibet, ne quis pro eo, quod in oratoriis aut capellis, quae in grangiis suis habent, interdum celebrant, procurationes ratione visitationis ab eis exigere vel extorquere praesumat. XV kal. Ianr. a° 3°. ‖ Meklenb. UB. IV. 31. n° 2467. — »Exigentibus vestre deuotionis.«
» 23	»	(24610a) Districte praecipit, ut Ericus rex Datiae eiusque successores Iohannem archiepiscopum Lundensem Suetiae primatem et quemlibet successorem eius devota honorificentia prosequantur eorumque ac ecclesiae Lundensis iura et libertatem ecclesiasticam illibata conservent *etc. etc.* X kal. Ianr. a° 3°. ‖ Annaler f. nord. Oldkyndighed. 1860. p. 137. — »Regis pacifici et.«
» 30	»	(24611) (Lituardo) episcopo Callensi iniungit, ut contra Iacobum de Columna et Petrum nepotem eius quondam S. R. E. cardinales, fautores et sequaces eorum, necnon contra civitatem Praenestinam, castra et loca quae per eos in rebellione tenentur verbum crucis fidelibus proponere studeat *etc.* III kal. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 457. n° 131. — »Olim Iacobum de.« *Cf.* n° 24607.
» 29 resp. 30		»Eodem anno D[i] 1297 III (IV *Aur.*) kal. Ianr. Bonifacius pp. pontificatus sui a° 3° instituit in ecclesia cathedrali s. Caeciliae Albiensi, ut essent ibi deinceps canonici saeculares, qui antea regulares canonici vocabantur.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 671; Spondani Ann. eccl. ad a. 1297; Baluzii Hist. Tutelens. 175; Auriac Histoire d'Alby 161.

1298.

Ianr. 5	»	(24612) Ludovicum de Sabaudia ordinem Minorum ingredi proponentem sub b. Petri protectione suscipit. Non. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 459. n° 132. — »Devotionis tuae quam.«
» 5	»	(24613) Episcopo et decano Bellicensibus ac magistro Iohanni Iudicis praeposito Maguntino notario suo de superiore epistola significat eisque mandat, ut praefato Ludovico defensionis praesidio efficaciter assistant. Non. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. n° 133. — »Devotionis dilecti filii.«
» 5	»	(24614) Ludovico de Sabaudia domino Vaudi concedit facultatem, ut, non obstante voto, quo se obstrinxerit, amplectendi ordinem Minorum, ad aliquem de ordinibus approbatis pro sui libito eligendum se transferre possit. Non. Ianr. a° 3°. ‖ Sbaralea l. c. 460. n° 134. — »Devotionis tuae exhibita.«
» 13	»	(24615) Magistro et fratribus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. asserit ius patronatus ecclesiae in Are Coloniens. dioc. a Conrado archiepiscopo Coloniensi donatum. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens II. 430. — »Cum a nobis.«

1298.

Ianr. 13	Romae ap. S. Petrum	(24616) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus, prioribus ... et aliis ecclesiarum praelatis praecipit, ut universis presbyteris suae potestati subiectis sub poena officii et beneficii iniungant, ut fratres monasterii s. Anthonii diocesis Viennensis in ecclesiis suis ad opus pauperum praedicare, dummodo questuarii non existant, ac elemosinas quaerere sine qualibet contradictione permittant. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Meklenb. UB. IV. 6. n° 2433, *perperam ad* a. 1297; *cf.* St. Antoine de Vienne I. 3. — »Querelam gravem recepimus.«
» 13	»	(24617) Eisdem mandat, compescant abbates, rectores et alias personas monasteriorum, ecclesiarum, hospitalium et oratoriorum suarum civitatum et diocesium, ne porcos, qui per diversas mundi partes nomine sancti Antonii nutriuntur, in abbatis et conventus monasterii s. Antonii Viennensis dioc. praeiudicium recipiant ac nomine dicti sancti faciant enutriri. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Mekl. UB. IV. 7. n° 2434, *male ad* a. 1297. — »Dilecti filii abbas.«
» 13	Romae (ap. S. Petrum)	• (24618) Littera satis pulcra continens, qualiter Bonifacius omnes contractus pecuniarios per Raynucium de Abbatibus et eius socios cives Florentinos propter eorum pravam foenerandi consuetudinem usurarios seu in fraudem usurariam factos iudicat. Inhibens omnibus eorum debitoribus, ne eis a cetero satisfacerent nec ad hoc per aliquos iudices compelli possent, processus factos et in futurum fiendos penitus annullando. Id. Ianr. a° 3°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 181.
» 18	Romae ap. S. Petrum	(24619) Magistro generali et provinciali Lombardiae committit curam monasterii monialium s. Catharinae de Ferraria. xv kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 52. — »Apostolicae sedis benignitas.«
» 18	»	(24620) Priorissam et conventum sororum monasterii s. Catharinae de Ferraria ordini fratrum Praedicatorum incorporat. xv kal. Febr. a° 3°. ‖ Ripoll l. c. VII. 51. n° 41. — »Apostolicae sedis grata.«
» 21	»	(24621) Monasterio Hildensi Cisterc. ord. Caminens. dioc. ius patronatus in Denschewich et Nienkerken et possessiones in diocesi Zwerinensi sitas eique ab Iaromaro et Wizalao principibus Ruyanorum donatas confirmat. xii kal. Febr. (Dec. *Westph.*) a° 3°. ‖ Westphalen Mon. ined. IV. 951; Schoettgen et Kreysig Dipl. et scr. hist. Germ. III. 15. n° 25; Fabricius Urk. zur Gesch. des Fürstenth. Rügen III. 103; Meklenb. UB. IV. 8. n° 2435, *perperam ad* a. 1297. — »Cum a nobis.«
» 22	»	(24622) Archiepiscopis, episcopis, abbatibus ... et aliis ecclesiarum praelatis mandat, ut magistrum et fratres hospitalis Hierosolymitani a praestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante generale concilium, quam de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis, quae propriis manibus aut sumptibus excolunt, immunes omnino servent. xi kal. Febr. a° 3°. ‖ d'Escluseaulx Privil. de l'ordre de S. Jean de Jérusalem 92.
» 27	»	(24623) Melphiensi et Frequentinensi episcopis ac magistro Uguitioni de Vercellis canonico ecclesiae Brugensis Tornacens. dioc. subdiacono et capellano suo mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Trinitatis Venusini ord. s. Ben. alienata invenerint illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocent. vi kal. Febr. a° 4°. ‖ Pauli Cod. dipl. II. 11. n° 13. — »Pridem diligentius attendentes.«
» 28	»	(24624) Ludovico S. Angeli diac. card. apostolicae sedis legato significat, se fratribus hospitalis s. Iohannis Hieros. monasterium s. Trinitatis Venusinum ord. s. Ben. concessisse et incorporasse; mandat ei, ut Melphiensi et Frequentinensi episcopis ac Uguitioni de Vercellis canonico ecclesiae Brugensis Tornacens. dioc. executoribus super hoc exequendo negotio impendat auxilium. v kal. Febr. a° 4°. ‖ Pauli l. c. 11. n° 12. — »Inter caetera mundi.«
Febr. 1	»	(24625) Gauberto abbati et conventui monasterii s. Pauli de Urbe indulget, ut domos, piscarias et casalina cum consuetis hortis et canapinis ad monasterium ipsum spectantia emphyteutica et locari solita aliis locare, aliquas quoque possessionum ad hoc aptas dare ad pastinandum possint. Kal. Febr. a° 4°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 274. — »Ea libenter quantum.«
» 1	»	(24626) Guardiano fr. Minorum Perusino mandat, ut communi Perusino, si promissa observet, ecclesiam s. Severi et eius domos ac partem domus episcopatus Perusini concedat. Kal. Febr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 460. n° 135. — »Devotionis et fidei.«
» 4	»	(24627) Magistro et fratribus militiae s. Lazari Ierosolimitanis omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. ii non. Febr. a° 4°. ‖ Tentzelii Supplem. historiae Gothan. II. 613. — »Cum a nobis.«
» 9	(»)	• (24628) Commune civitatis Reatinae rogat et hortatur, ut ad expugnationem castri Columpnae auxiliarios mittant. ‖ Gregorovius Gesch. der Stadt Rom V. 540. not. 2.
» 15	»	• (24629) Abbatem S. Benigni Divionensis constituit iudicem in negotio rebellionis factae per abbatem, cellerarium, camerarium et conventum Balmensis monasterii contra ab-

1298.

		batem Cluniacensem. xv kal. Mart. a° (6°, *sed legerim*) 4°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 164. — *Cf.* n° 24785. *Error forsan irrepsit.*
Febr. 18	Romae ap. S. Petrum	Henrico episcopo Revaliensi / Erico regi Datiae } : xii kal. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 461. n° 136, 462. n° 137, *vid.* 1298. Apr. 20. n° 24660 et n° 24661.
» 23	Romae (ap. S. Petrum)	(24630) Magistrum et fratres hospitalis s. Iohannis Ierosolym. hortatur, ut ad ulciscendas iniurias et iacturas Romanae matris ecclesiae ac ad Iacobi et Petri de Columpna quondam cardinalium scismaticorum et rebellium exterminandam perfidiam consurgant et 12000 florenorum auri sedi apostolicae ad impugnationem et destructionem Columpnensium adiutorum et fautorum persolvant. vii kal. Mart. a° 4°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 415. — »Imminens ecclesiae Romanae.«
Mart. 3	Romae ap. S. Petrum	(24631) Abbatissae et conventui sororum inclusarum monasterii de domo Gratiae b. Mariae V. ord. s. Clarae Londoniens. dioc. indulget, ut ecclesiam de Hertindon in usus proprios retinere possint. v non. Mart. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 591. n° 33; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 462. n° 138. — »Petitio vestra nobis.«
(» 3)	(»)	(24632) Doctoribus et scholaribus universis Bononiae commorantibus scribit, se, cum post volumen Decretalium a Gregorio IX pp. compilatum ab eo et aliis Romanis pontificibus successive super diversis articulis editae sint Decretales, per Guillelmum (archi-*Boehm.*) episcopum Ebredunensem, Berengarium episcopum Biterrensem ac magistrum (N. *Bul.*) Richardum de Senis S. R. E. vicecancellarium iuris utriusque doctorem Decretales diligentius fecisse recenseri easque in unum librum »cum nonnullis nostris constitutionibus« redigi mandavisse. »Quem librum quinque libris aliis dicti voluminis Decretalium annectendum censuimus et Sextum nuncupari.« Mandat eis, ut hoc libro, quem sub bulla sua transmittit, utantur de cetero in iudiciis et in scholis. *Sine nota chronol.* ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 543; Boehmer Corp. II. 881; Richter Corp. II. 897. — »Sacrosanctae Romanae ecclesiae.«
» 3		»Eodem anno D[i] 1297 in fine huius anni scilicet v. non. Mart. pontificatus sui anno 4° idem Bonifacius papa fecit publicari Sextum librum Decretalium, quem per tres viros fecerat compilari, plura nova constituens in eodem.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 671; ap. Raynald. Ann. ad a. 1297 § 41. — »A° D[i] (1299, *sed legas*) 1298 Sextum Decretalium publicat .... videlicet II (V. Ptolem. Lucens. Annal. ap. Muratori l. c. XI. 1303) non. Mart. pontificatus sui a° 4°«. ‖ Ptolem. Lucens. Histor. eccles. (Cod. Patav.) ap. Muratori l. c. XI. 1220. — »Eodem anno 3° die Martii pp. Bonifacius constitutiones quasdam novas, quas diligenti cura pro statu et commodo universalis ecclesiae catholicae a peritis in iure canonico et civili compilari et ordinari fecerat, in pleno consistorio coram omnibus tradidit ad legendum; et perlectae saepius cum magna diligentia atque a cardinalibus approbatae, decrevit ut quinto libro Decretalium adiungerentur ac deinceps Liber Sextus Decretalium nominarentur.« ‖ Guil. de Nangiaco Chronic. ed. Géraud I. 303. — »Hoc a° (*i. e.* 1298) pp. Bonifacius constitutiones praedecessorum suorum quasdam extravagantes, adiectis quibusdam novis, in unum volumen fecit redigi, et tertio die (Maii, *sed legatur*) Martii in consistorio lectum et approbatum constituit »Sextum Decretalium« appellari.« ‖ Rishangeri Chron. 178.
» 3	»	(24633) Concedit, ut tempore interdicti non tantummodo morientes, sed etiam viventes, tam sani etiam quam infirmi ad poenitentiam licite admittantur *etc.* Adiicit praeterea, »quod singulis diebus in ecclesiis et monasteriis missae celebrentur et alia dicantur divina officia sicut prius, submissa tamen voce et ianuis clausis, excommunicatis ac interdictis exclusis et campanis etiam non pulsatis« *etc.* (v non. Mart. a° 4° *addo ex* Cod. dipl. Lubec. I. 611. n° 679). ‖ VI. Decret. lib. 5. tit. 11 *de sent. excomm.* c. 24 ap. Boehmer l. c. 1026; ap. Richter l. c. 1035. — »Alma mater ecclesia.«
(» 3)	(»)	(24634) Dispensare possunt episcopi et superiores cum habentibus parochiales ecclesias sibi subiectas, quod usque ad septennium studendo non teneantur ad sacerdotium promoveri; ad subdiaconatum tamen debent promoveri intra annum *etc.* (v non. Mart. a° 4°, *vid.* n° 24668). ‖ Sext. Decr. lib. 1. tit. 6 *de elect.* c. 34 ap. Boehmer l. c. 909; ap. Richter l. c. 923. — »Cum ex eo.«
» 7	»	(24635) (Iacobo) archiepiscopo, priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Ianuensibus mandat, ut monasterio s. Augustini de Porta Ianuensi ord. s. Ben. personam idoneam praeficiant in abbatissam. Non. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 463. n° 139. — »Inter alias sollicitudines.«
» 10	»	(24636) Magistro Leoni canonico basilicae (Princi)pis apostolorum de Urbe committit curam atque custodiam pontis Nepesini eiusque territorii, eique districtius iniungit, ut turrim dicti pontis et portam cum aedificiis destrui faciat pro securitate stratarum. vi id. Mart. a° 4°. ‖ Dissert. della pont. accad. Rom. di archeol. XV. 272. n° 87. — »Civitas Nepesina modernis.«
» 11	»	(24637) Henrico comite Ruthenae supplicante dispensat super quarto consanguinitatis gradu, ut duae eius filiae nominibus Walburgis et Cecilia matrimonio possint coniungi

1298.

		Bernardo Armaniaci et Fesensiaci comiti et Gastoni vicecomiti Felsensaquelli fratribus. v id. Mart. a° 4°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1402. — »Magnae devotionis affectum.«
Mart. 11	Romae ap. S. Petrum	° (24638) Capitulo Ratisponensi mandat, ut bona hospitalis de pede pontis Ratisponae alienata vel distracta revocet. v id. Mart. a° 4°. ‖ Lang Regesta IV. 664.
» 15	»	(24639) Praeposito ecclesiae Bremensis mandat, ut ea quae de bonis domus s. Mariae Theutonicorum Ierosolim. in Alamania alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem domus legitime revocet. Id. Mart. a° 4°. ‖ Ehmck Bremisches UB. I. 554. n° 529. — »Dilectorum filiorum commendatoris.«
» 15	»	(24640) Monasterii de Gemelniz [Himmelwitz] protectionem suscipit. Id. Mart. a° 4°. ‖ Codex dipl. Silesiae II. 80. n° 2.
» 15	»	(24641) Eidem monasterio omnes libertates, immunitates ac privilegia confirmat. Id. Mart. a° 4°. ‖ Codex dipl. Silesiae II. 80. n° 3.
» 15	»	(24642) Abbati monasterii s. Dionysii ac s. Theclae Mediolanensis et s. Stephani de Vicomercato Mediol. dioc. ecclesiarum praepositis mandat, ut Paganum de Petra Sancta militem Mediolanensem peremptorie citent ad se praesentandum coram sede apostolica. Id. Mart. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 464. n° 140. — »In causa quae.«
» 16	»	(24643) Gerlaco archiabbati monasterii in Hassefelde ord. s. Ben. Bremens. dioc. eiusque successoribus indulget, ut mitra, annulo et aliis pontificalibus insigniis libere uti possint *etc.* xvii kal. Apr. a° (5°, *sed scribas*) 4°. ‖ Vogt Mon. ined. I. 162. — »Exposcit vestrae devotionis.«
» 19	Romae (ap. S. Petrum)	(24644) Henricum regem Cypri hortatur, ut Templarios debita benevolentia complectatur *etc.* xiv kal. Apr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1298 § 21, *fragm.*
» 22	Romae ap. S. Petrum	(24645) Iohanni de Samesio ord. Minor. electo Redonensi, decano et cancellario ecclesiae Parisiensis mandat, ut monasterio Iotrensi ord. s. Ben. Meldens. dioc. illam ex duabus scrutinio suppositis in abbatissam praeficiant, quam maior pars monialium elegerit. xi kal. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 465. n° 141. — »Laudanda magnae providentiae.«
» 23	(»)	° (24646) (Gregorio) episcopo Pragensi indulget, ut Iohannem Hermanni presbyterum ecclesiae rurensi in Stodolek rectorem praeficere possit. ‖ Palacky Reise 50. n° 400; Erben Regest. Bohem. II. 769. n° 1787.
» 27	»	(24647) Commendatori et fratribus domus s. Mariae Theoton. Ierosolim. in Mergentheim Herbipolens. dioc. ius patronatus in ecclesia de Betenkein Magunt. dioc., quod eis Gotfridus de Sluzzelberg donaverat, auctoritate apostolica confirmat. vi kal. Apr. a° 4°. ‖ Gudenus Cod. dipl. IV. 978. — »Cum a nobis.«
» 28	»	(24648) Decano Cracoviensis ecclesiae mandat, ut bona monasterio de Gemelniz [Himmelwitz] ablata restitui iubeat. v kal. Apr. a° 4°. ‖ Codex dipl. Silesiae II. 80. n° 4.
» 28	»	(24649) Rogerium, qui monasterio de Passignano ord. Vallisumbrosae praefuit et quem ad prioratum Camaldulensis monasterii assumpsit, monasterio Vallisumbrosae in abbatem praeficit. v kal. Apr. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 466. n° 142. — »Inter cetera sollicitudinum.«
» 28	»	(24650) Iohannem de Sannesio ord. Minor. electum Redonensem Redonensi ecclesiae praeficit in episcopum. v kal. Apr. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 592. n° 34; Sbaralea l. c. 468. n° 143. — »Inter cuncta quae.«
Apr. 5	»	(24651) Monialibus S. Silvestri de Capite siti in urbe Romana regulam s. Clarae editam ab Urbano pp. IV concedit. Non. Apr. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 593. n° 35; Sbaralea l. c. n° 144. — »Ad apicem apostolicae.«
» 5	»	(24652) Abbatissis et conventibus inclusarum s. Clarae omnes gratias et privilegia ordini fr. Minorum concessa concedit. Non. Apr. a° 4°. ‖ Wadding l. c. 594. n° 36; Sbaralea l. c. 469. n° 145; Mon. Boica XVIII. 31. — »In sinu sedis.«
» 5	»	° (24653) Exemptiones et immunitates monasterii ord. s. Clarae Monaci confirmat. Non. Apr. a° 4°. ‖ Lang Regesta IV. 666.
» 7	»	(24654) Praeposito ecclesiae Cracoviensis mandat, ut ea quae de bonis domus dominici Sepulchri Hierosol. Miechoviensis (ord. s. Aug.) Cracoviens. dioc. alienata invenerit *etc.*, *ut in* n° 24639. vii id. Apr. a° 4°. ‖ Nakielski Miechovia 224. — »Ad audientiam nostram.«
» 8	»	(24655) Priori generali et fratribus Eremitarum ord. s. Aug. ac eidem ordini indulget, ut generalis prior ac eius successores a diffinitoribus et discretis ipsius ordinis, qui secundum instituta eiusdem electi fuerint, absolvi possint a generalis prioratus officio et etiam amoveri, et in manus ipsorum diffinitorum ipsum officium resignare. vi id. Apr. a° 4°. ‖ Empoli Bullar. 45. — »Sacrae religionis merita.«
» 12	»	(24656) Davino de Ferentino in Anconitana marchia vicario generali mandat, ut iustitiae complementum Putio quondam Gualterutii Gentilis de castro S. Martini Firmanae dioc.

1298.

		in causa exhibeat, quae inter ipsum consortesque et commune eiusdem castri vertatur. ii id. Apr. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 347. n° 520. — »Sua nobis dilectus.«
Apr. 13	Romae ap. S. Petrum	(24657) G(erardo) episcopo Sabinensi, qui decreverat in loco qui dicitur ad S. Martinum de Bozis Parmens. dioc. vel alibi in ipsa diocesi unum monasterium ord. Cisterc. cum ecclesia domibus et officinis de novo construere, concedit facultatem hoc exequendi. Id. Apr. a° 4°. ‖ Affò Stor. di Parma IV. 344. n° 3. — »Tua nobis fraternitas.«
» 13	»	(24658) Eidem concedit facultatem retinendi ecclesiam s. Martini de Bozis paucos parochianos habentem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis pro monasterio ord. Cisterc. construendo ac transferendi ius ipsius ecclesiae baptismalis cum archipresbytero suo ad ecclesiam de Gainago Parmens. dioc. Id. Apr. a° 4°. ‖ Affò l. c. 345. n° 4. — »Sicut nobis tua.«
» 17	»	(24659) (Berardo) episcopo, potestati, capitaneo, consilio et communi Brixiensibus concedit licentiam demoliendi ecclesiam et monasterium ss. Cosmae et Damiani ord. s. Ben., capellam s. Mariae in solario et ecclesiam s. Augustini Brixien. nondum consecratas, cum parati sint in expensis suis monasterium, capellam et ecclesias supradicta in locis convenientibus de novo aedificare. xv kal. Mai. a° 4°. ‖ (Luchi) Mon. monast. Leonens. 197. — »Exhibita nobis devotionis.«
» 20	»	(24660) Henrico episcopo Revalensi scribit: »Olim Revalensi ecclesia per obitum b. mem. Iohannis Revalensis episcopi († 1294) pastoris solatio destituta, capitulum eiusdem ecclesiae quondam Iohannem dictum Tristivere ipsius ecclesiae canonicum in Revalensem episcopum elegerunt. Cum autem dictus I(ohannes) attendens, quod (Iohannes) archiepiscopus Lundensis loci metropolitanus per E(ricum) regem Datiae detinebatur captivus, sicque praefatus I. ad eundem archiepiscopum recursum commode habere non poterat pro confirmatione electionis, propter hoc ad sedem apostolicam personaliter accessisset, demum .... diem clausit extremum. Nos igitur, quod circa provisionem ipsius ecclesiae per eundem regem de Kanuto ordinis fratrum Praedicatorum factum erat, cassato seu irrito nuntiato, ... »in te ordinis fratrum Minorum professorem tunc poenitentiarium nostrum ... direximus oculos nostrae mentis.« Praeficit eum eidem ecclesiae in episcopum et pastorem. xii kal. Mai. (Mart. *Sbar.*) a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 461. n° 136; Theiner Mon. Polon. I. 110. n° 194; Bunge Livländ. UB. VI. 50. n° 2761. — »In supreme dignitatis.« ° *In eundem modum* Capitulo ecclesiae Revalensis — Clero et populo civitatis et diocesis Revalensis.
» 20	»	(24661) (Erico) regi Datiae de superiore epistola significat eumque rogat et hortatur, ut eidem Henrico episcopo regalia, quae per eum vacationis eiusdem ecclesiae tempore detinebantur, restituat seque ei reddat in regio favore munificum. xii kal. Mai. (Mart. *Sbar.*) a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 462. n° 137; Theiner l. c. 111 in n° 194; Bunge l. c. 51. n° 2762. — »Gratie divine premium.«
» 20	»	(24662) Alexandrum ord. Minor. post obitum Iacobi episcopi Feltrensi et Bellunensi ecclesiae praeficit in episcopum. xii kal. Mai. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 472. n° 146. — »Commissa nobis licet.«
» 20	»	(24663) Iosephum canonicum Lundensem ecclesiae Burglanensi per obitum Nicolai episcopi viduatae praeficit in episcopum. xii kal. Mai. a° 4°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 400. n° 81. — »In supreme dignitatis.« ° *In eundem modum* Capitulo ecclesiae Burglanensis, *verbis competenter mutatis,* » » » (Erico) regi Daciae, » » » .
» 20	»	(24664) Petrum praepositum ecclesiae in Humbersysel Wiberg. dioc. ecclesiae Wibergensi praeficit in episcopum. xii kal. Mai. a° 4°. ‖ Rördam l. c. 402. n° 82. — »Ex suscepte seruitutis.« ° *In eundem modum* Praeposito et capitulo Wibergensibus, *verbis comp. mut.*, » » » (Erico) regi Daciae, » » » .
» 21		»Vicesima prima die mensis Aprilis in privato consistorio, disputato a papa et cardinalibus de indulto Martini pp. IV Praedicatoribus et Minoribus concesso de confessionibus audiendis, Bonifacius pp. haec verba vel consimilia dixit: »»Declaravimus et declaramus, intelleximus et intelligimus, quod confessus Praedicatoribus et Minoribus illa eadem peccata habet confiteri proprio confessori vel sacerdoti secundum statuta concilii generalis: et sic interpretatus fuit idem papa Martinus praesentibus pluribus cardinalibus« «; subiiciens quod si non esset sic interpretatus, ipse idem interpretabatur.« Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 303; *cf.* Reg. capit. S. Anscharii fol. 273 *teste* Ehmck Bremisches UB. I. 703. n° 739.
» 22	»	(24665) Episcopo Senensi mandat, ut Clementis (pp. IV) ordinationem, qua statuit, ut cuiuslibet ordinis extruenda coenobia, ecclesiae vel oratoria 140 cannis distent ab aedibus sacris ordinis fratrum Praedicatorum et ut infra hoc spatium constructa diruantur,

1298.

per censuram ecclesiasticam exerceat. x kal. Mai. aº 4º. ‖ Bullar. Carmel. III. 9. nº 4; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 54; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 473. nº 147. — »Sua nobis dilecti.«

Apr. 22 Romae ap. S. Mariam (24666) Angelum Callensem episcopum post resignationem liberam Philippi de Perusio ord. Minor. tunc Fesulani episcopi ad Fesulanam ecclesiam transfert. x kal. Mai. aº 4º. ‖ Sbaralea l. c. 472. nº 148. — »Pastoralis officii cura.«

„ 22 „ (24667) Ysarno archipresbytero ecclesiae Carcassonensis mandat, ut praeceptum, promulgationem, condemnationem et constitutionem papalem iuxta litterarum ipsarum tenorem executioni demandet illaque faciat perpetuis temporibus firmiter observari. x kal. Mai. aº 4º. ‖ Annaler for Nord. oldkyndighed. 1860. p. 148. — »Regis pacifici.«

„ 22 „ (24668) Tenorem constitutionis quam Romae ap. S. Petrum v non. Mart. pont. aº 4º nuper edidit, annotari facit sanciens, ne assumendi ad regimen ecclesiarum parochialium usque ad septennium litterarum studio insistentes, nisi ad subdiaconatus ordinem promoveri teneantur. x kal. Mai. aº 4º. ‖ Mon. Boica XXXVIII. 190. — »Tenorem cuiusdam constitutionis.«

„ 26 „ (24669) (Theobaldo) episcopo Assisinati et abbati monasterii s. Benedicti Perusini mandat, ut a Spoletano episcopo 100 florenos aureos fratri Philippo ord. Minor., qui nuper cesserit Fesulanae ecclesiae, quotannis suppeditari faciant. vi kal. Mai. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 473. nº 149. — »Frater Philippus ordinis.«

„ 29 „ (24670) Ministro provinciali ord. Minor. in administratione provinciae Sclavoniae mandat, eligat duos fratres sui ordinis idoneos ad extirpandum letiferam pestem haereticae pravitatis eisque praecipiat, ut inquisitionis officium in partibus Serviae, Rasiae, Dalmatiae, Crovatiae, Bosnae atque Istriae, provinciae Sclavoniae et in archiepiscopatibus Duracensi, Antibarensi, Ragusino, Spalatensi et Iadrensi contra haereticos, fautores et defensores eorum exequantur. iii kal. Mai. aº 4º. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 398; Sbaralea l. c. 474. nº 150; Farlati Illyr. sacr. VII. 54; Fejér Cod. dipl. VII. v. 543; Theiner Mon. Hungar. I. 381. nº 614; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 187. — »Licet ex (in *Fej.*) omnibus.«

Mai. 1 „ (24671) (Henrico) episcopo Merseburgensi mandat, ut ea quae de bonis mensae episcopi Misnensis alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Kal. Mai. aº 4º. ‖ Köhler Cod. dipl. Lusat. sup. II. i. 88; Gersdorf Cod. dipl. Saxoniae reg. II. i. 255. nº 326. — »Ad audientiam nostram.«

„ 1 „ (24672) Archiepiscopo Iadrensi et (Petro) electo Spalatensi mandat, ut villam Sibenicensem in Dalmatia sitam civitatis insigniis decorent ibique maiorem et sollemniorem ecclesiam, cum ei ecclesiae cathedralis decentia fuerit de dote per Mariam consortem Caroli regis Siciliae, reginae Hungariae necnon et Georgii comitis civitatum Dalmatiae provisa, in cathedralem ecclesiam erigant, quae Spalatensi ecclesiae loci metropoliticae tamquam eius suffraganea iure metropolitano sit subiecta. Kal. Mai. aº 4º. ‖ Farlati Illyr. sacr. IV. 459; Katona Hist. crit. VI. 1195; Theiner Mon. Hung. I. 381. nº 615; Mon. Hung. hist. Dipl. X. 189; Fejér Hist. crit. VI. ii. 154. — »Sacrosancta Romana (cunctorum« *al.*) ecclesia.«

„ 2 „ (24673) Tudertinis venditionem loci et territorii de Montemarta cum omnibus vineis, silvis *etc.* per Perusinos factam confirmat. vi non. Mai. aº 4º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 347. nº 521. — »Dum ad civitatem.«

„ 3 „ (24674) Adae de Cumis ord. Minor. inquisitori haeret. pravit. in Romana provincia mandat, ne permittat ut Iohannes Feraloca civis Urbevetanus de haereseos crimine sponte confessus et absolutus, si innocens perseveret, ulterius puniatur iniusteque affligatur. v non. Mai. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 475. nº 151. — »Exposuit nuper nobis.«

„ 3 »Hoc anno papa Bonifacius . . . .«. ‖ Rishangeri Chronic. 178, *vid.* 1298. Mart. 3. post. nº 24632.

„ 5 „ (24675) Constitutionem editam a Gregorio X pp. in generali concilio Lugdunensi contra multiplicationem ordinum praecipue Mendicantium et incipientem »Religionum diversitatem nimiam« cum quibusdam mutationibus per ipsum nuper »Romae ap. s. Petrum v non. Mart. pont. aº 4º« (*i. e.* 1298. Mart. 3) in eadem constitutione factis publicat. »Ceterum Eremitarum, s. Augustini et Carmelitarum ordines, quorum institutio dictum concilium generale praecessit, in solido statu volumus permanere.« iii non. Mai. aº 4º. ‖ Bullar. Carmel. I. 48. nº 7; Ripolli Bullar. Praed. II. 55; Empoli Bullar. 46; Sbaralea l. c. 476. nº 152; Fejér Cod. dipl. VI. ii. 157. — »Tenorem cuiusdam constitutionis.«

„ 7 „ (24676) Willelmo Comyn capellano suo praeposito ecclesiae s. Mariae in civitate s. Andreae, qui, licet nuper ecclesia s. Andreae per obitum Willelmi episcopi pastore vacante petiisset, ut ad electionis celebrationem admitteretur, sed, cum capitulum eo contempto magistrum Willelmum de Lambertone cancellarium ecclesiae Glasguensis sibi in episcopum elegissent, libere renunciaverat, ne dicta ecclesia s. Andreae tali praetextu diu viduitatis incommodo subiaceret: scribit se decrevisse, ut per hanc renunciationem iuri, si quid ei ac successoribus ac ecclesiae s. Mariae in electione hac

1298.

celebranda pro tempore competat, praeiudicium nullum fiat. Non. Mai. aº 4º. ‖ Stevenson Doc. of the hist. of Scotland II. 280. — »Petitio tua nobis.«

Mai. 18 Romae ap. S. Petrum (24677) Petro electo Spalatensi per Gregorium canonicum Spalatensem pallium transmittit. xv kal. Iun. aº 4º. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. merid. I. 115. nº 162. — »Cum palleum insigne.«

„ 18 „ (24678) Traguriensi et Pharensi episcopis mandat, ut Petro electo Spalatensi pallium transmissum assignent. xv kal. Iun. aº 4º. ‖ Theiner l. c. 116. nº 163. — »Cum palleum insigne.«

„ 23 „ (24679) Compositionem inter Robertum (episcopum), Ricardum archidiaconum et capitulum Constantienses super iurisdictione ecclesiastica initam approbat. x kal. Iun. aº 4º. ‖ Bessin Concil. Rothomag. II. 600. — »Venerabilem Constantiensem ecclesiam.«

„ 23 „ (24680) Petro episcopo Wibergensi concedit facultatem absolvendi nonnullos clericos suae diocesis excommunicatos pro eo quod interdictum, quod Lundensis provincia tempore quo Iohannes archiepiscopus Lundensis per regem Datiae captus post provinciale Lundense concilium extitit, iuxta statutum in illo concilio ordinatum incurrerat, non servaverant. x kal. Iun. aº 4º. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 405. nº 83. — »Ex parte tua.«

„ 27 „ (24681) Statuit, ut clerici nunquam debeant sub praetextu privilegii vel indulti se eximere ab ordinariorum loci iurisdictione. vi kal. Iun. aº 4º. ‖ Staphorst Hamburg. Kirchengesch. I. ii. 88. — »Tenorem cuiusdam constitutionis.«

„ 29 „ (24682) Petrum episcopum Wibergensem absolvit a iuramento praestito, quod Apostolorum limina singulis trienniis visitaret. iv kal. Iun. aº 4º. ‖ Rördam l. c. 406. nº 84. — »Ex parte tua.«

„ 31 „ (24683) I(osepho) episcopo Burgalensi concedit licentiam contrahendi pro negotiis ecclesiae suae expediendis mutuum usque ad summam 2000 florenorum auri. ii kal. Iun. aº 4º. ‖ Rördam l. c. 407. nº 85. — »Cum sicut in.«

„ 31 „ (24684) Iohanni archiepiscopo Lundensi Suetiae primati concedit facultatem absolvendi a culpa propter violationem interdicti commissam illos, qui ad obedientiam ecclesiae redierint. ii kal. Iun. aº 4º. ‖ Annaler for Nord. oldkyndighed. 1860. p. 151. — »Ex parte tua.«

„ 31 „ (24685) Eidem concedit facultatem libere disponendi de ecclesiasticis beneficiis in diocesi et civitate Lundensi iuxta concilium Lateranense ad sedem apostolicam devolutis. ii kal. Iun. aº 4º. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 353. — »Tuae merita devotionis.«

Iun. 1 „ (24686) Iohannis electi Brechinensis, antea archidiaconi Brechinensis ecclesiae, electionem canonice celebratam confirmat. Kal. Iun. aº 4º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 164. nº 361. — »In supreme dignitatis.«

* *De eodem argumento* Capitulo ecclesiae Brechinensis — Clero et populo civitatis et diocesis Brechinensis — Universis ecclesiae Brechinensis vassallis — Regi Scotiae.

„ 1 „ (24687) Angelum ord. Minor. Nepesinae ecclesiae praeficit in episcopum. Kal. Iun. aº 4º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 477. nº 153. — »Universalis ecclesiae regimini.«

„ 1 „ (24688) Universis praesentes litteras inspecturis constitutionem quam »Romae apud S. Petrum v non. Mart. pontif. nostri aº 4º nuper« edidit et sic incipit »Alma mater ecclesia« (*vid.* nº 24633) notum facit. Kal. Iun. aº 4º. ‖ Cod. dipl. Lubec. I. 611. nº 679. — »Tenorem cuiusdam constitutionis.«

„ 2 — † (XIII) Publicat, se de speciali gratia proconsulibus, consulibus ac universitati oppidi Berlin et Cöln Brandenb. dioc. indulgere, »ut postquam personae extraneae quacumque causa auctoritate sunt excommunicatae et quibus est ingressus ecclesiae interdictus; si quae ad praefatum oppidum accesserint et ibidem comedendo et bibendo ac etiam pernoctando moram traxerint, etiamsi in eodem oppido lares suos foverint vel ibidem aliqua bona immobilia obtinuerint, dummodo proconsules consules et universitas praedicti illos exinde realiter expellant de oppido dicto vel ipsi inde sponte recesserint, in ipsorum proconsulum consulum ac universitatis praesentia pro tempore in eodem oppido et eius ecclesiis statim post eorum expulsionem aut recessum huiusmodi divina officia, excommunicatis et interdictis exclusis, celebrari populoque utriusque sexus eiusdem oppidi sacramenta ecclesiastica ministrari libere possint« *etc.* iv non. Iun. aº 4º. ‖ Ludewig Reliq. mss. XI. 613. — »Honestis ac humilibus.«

„ 8 Romae ap. S. Petrum (24689) Rectori ducatus Spoletani vel eius vicario mandat, ut a potestate et consilio castri Saxoferrati sibi castrum Dolii Nucerin. dioc. assignari faciat et illud pro ecclesia Romana custodiat. vi id. Iun. aº 4º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 348. nº 522. — »Cum nos dilectis.«

„ 11 „ (24690) Universis marchionibus, comitibus, baronibus ceterisque nobilibus, capitaneis ac singularibus personis civitatum et castrorum per Romaniolae provinciam constitutis significat, se consilio et communi Castri Britonorii dare in mandatis, ut praedictum castrum et Roccham Rogerio dicto Caciae praeposito S. Antonini Placent. capellano suo absque difficultate qualibet assignent. Mandat eis, ut nullum ad id publice vel

		1298.
		occulte inferant impedimentum. III id. (Ianr., *sed legas*) Iun. a° 4°. ‖ Campi Hist. di Piacenza III. 269. n° 11. — »Intendentes pro bono.«
Iun. 12	Romae ap. S. Petrum	(24691) Scholares et alias personas iurisdictioni cancellarii universitatis studii Oxoniensis Lincoln. dioc. pro tempore existentis subiectas et in ipso studio pro tempore degentes, etiamsi fuerint in sacris ordinibus constituti vel beneficia ecclesiastica obtineant, aut quorumcunque ordinum, etiam mendicantium, vel alias a sede apostolica exempti fuerint, quamdiu in dicto studio degerint, ab omni iurisdictione, dominio vel potestate quorumcunque archiepiscoporum, etiam legatorum natorum dictae sedis, necnon episcoporum et aliorum ordinariorum iudicum eximit et totaliter liberat. II id. Iun. a° (6°, *sed legas*) 4°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 1; *sine signo chronol.* Wilkins Concil. II. 271. — »Dignum censemus ut.«
» 13	»	(24692) Abbati monasterii s. Cornelii Indensis [Kornelimünster] Colon. dioc. mandat, moneat omnes occultos detentores decimarum *etc.* monasterii de Burcheto Cisterc. ord. Colon. dioc., ut infra competentem terminum abbatissae et conventui praefati monasterii debita restituant. Id. Iun. a° 4°. ‖ Quix Burtscheid 297. — »Significarunt nobis dilecte.«
» 13	»	(24693) Abbati et conventui monasterii de s. Trudone ord. s. Ben. Leodiens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. Id. Iun. a° 4°. ‖ Piot Cartul. de St. Trond I. 406. n° 319. — »Cum a nobis.«
» 13	»	• (24694) Episcopo Augustano committit, ut bona mensae archiepiscopalis Salisburgensis alienata revocet. Id. Iun. a° 4°. ‖ Lang Regesta IV. 670.
» 17	»	(24695) Willelmum de Lamberton cancellarium ecclesiae Glasguensis ecclesiae s. Andreae in Scotia per obitum Willelmi Trases pastoris solatio destitutae praeficit in episcopum. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 165. n° 362. — »Licet cunctarum ecclesiarum.« • *De eodem argumento* Capitulo ecclesiae s. Andreae — Clero et populo civitatis et diocesis s. Andreae — Universis vassallis ecclesiae s. Andreae.
» 17	»	(24696) Regi Scotiae de superiore epistola significat. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. III. 198. — »Grande divinae praemium.«
» 17	»	(24697) Raynaldo episcopo Vicentino scribit, Iacobum subpriorem fratrum Praedic. a capitulo in episcopum Vicentinum electum sponte ac libere renuntiasse et cessisse, ac se ei ipsi munus consecrationis ducere impendendum. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 127. — »Sponso celesti cui.«
» 17	»	(24698) Priori et conventui s. Trinitatis ord. s. Aug. ac decano et capitulo s. Patricii ecclesiarum Dublinensium significat, se electionem eorum de Guillelmo tunc priore provinciali ord. Praedic. in regno Angliae in archiepiscopum Dublinensem factam confirmasse. XV kal. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 166. n° 363. — »Romane matris ecclesie.«
» 18	»	(24699) Decano ecclesiae Sarisberiensis mandat, ne fratres ordinis b. Mariae de Monte Carmeli in Anglia constitutos indebite molestari permittat. XIV kal. Iul. a° 4°. ‖ Bullarium Carmel. I. 49. n° 8. — »Sub religionis habitu.«
» 18	»	(24700) Archidiacono Bedford in ecclesia Lincolniensi idem mandat. XIV kal. Iul. a° 4°. ‖ Bullarium Carmel. I. 50. n° 9. — »Sub religionis habitu.«
» 20	»	(24701) Episcopo Londoniensi idem mandat. XII kal. Iul. a° 4°. ‖ Bullar. Carmel. I. 50. n° 10. — »Sub religionis habitu.«
» 20	»	(24702) Episcopo Dunelmensi idem mandat. XII kal. Iul. a° 4°. ‖ Bullarium Carmel. I. 51. n° 11. — »Sub religionis habitu.«
» 22	»	• (24703) Abbati monasterii s. Columbae Senonensis mandat, ut abbatem et conventum monasterii Cluniacensis ab eorum indebite molestatoribus defendat. X kal. Iul. a° 4°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 163.
» 25	(»)	• (24704) Le pape confirme les immunités et les priviléges accordés à l'abbaye de St. Pierre à Gand par les papes, les rois et autres princes. ‖ v. Lokeren Chartes de l'abb. de St. Pierre 457. n° 986.
» 26	»	(24705) Decano capellae Divionensis Lingon. dioc. scribit, se praecipere ut ex nunc capellae memoratae decanus, cum ipsum contigerit concorditer et unanimiter eligi, suae confirmationis munus per abbatem monasterii Cisterciensis absque ulla contradictione recipiat. VI kal. Iul. a° 4°. ‖ Perard Recveil 582. — »Ingens et sincera.«
» 27	Romae ap. S. Petrum in palatio papali in consistorio publico facto in sala maiori	(24706) Phylippo Franciae et Edwardo Angliae regibus arbitralem sententiam et pronunciationem super reformanda inter ipsos pace et concordia et super eis quae ad pacem pertinent ac super aliis »super quibus per nuncios et procuratores vestros in nos tanquam in privatam personam et Benedictum Gaytanum nomine vestro et pro vobis extitit compromissum«, prout in instrumento publico inde confecto et hîc inserto plenius continetur, confirmat, et praecipit ut a partibus inviolabiliter observetur. XXVII die mensis Iun. a° 4°. ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 161—170; Raynaldi Ann. ad a. 1298 § 2; Baillet Hist. 327; Tosti Storia II. 265. — »Dudum inter charissimos.«

		1298.
Iun. 27	Romae ap. S. Petrum	(24707) Denunciat et dicit suae esse intentionis, ut A(dolphus) rex Romanorum et Philippus rex Franciae ultra et extra fines et limites regnorum suorum se de iuribus et finibus Franciae et Alamanniae nullatenus intromittant, sed uterque ipsorum suis iuribus et finibus sit contentus. V kal. Iul. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 10; Rymer Foed. I. III. 199. — »Quietem et pacem.«
» 28	»	(24708) Indulgentias concedit pro visitantibus capellam regiam Parisius constitutam certis diebus. IV kal. Iul. a° 4°. ‖ Duchesne Hist. Franc. scr. V. 492; Jonville Hist. de S. Loys IX ed. Ménard II. 183. — »Claro supernorum consortio.«
» 30	»	(24709) Arnaldo episcopo Tholozano ex virtute compromissorum factorum inter Philippum Franciae et Edwardum Angliae reges omnes terras, vasallos et bona tam quae tenet rex Franciae de eis quae tenuerat rex Angliae ante guerram praesentem, quam quae tenet ipse rex Angliae in regno Franciae, nomine pontificis tenenda, custodienda et conservanda committit. II kal. Iul. a° 4°. ‖ Ex regiae bibl. Berolin. MS. Gall. Fol. 86. p. 537; Dumont Corps univ. dipl. I. 309. n° 552. — »Nuper inter carissimos.«
» 30	»	(24710) Roberto duci Burgundiae, Iohanni duci Britanniae et Guidoni comiti S. Pauli ad custodiam et conservationem committit terras quasdam, quas ipse virtute compromissi (Philippi et Eduardi) regum Franciae et Angliae tradidit et concredidit fidei Arnoldi episcopi Tolosani tamquam depositarii. II kal. Iuli a° 4°. ‖ Ex regiae bibl. Berolin. MS. Gall. Fol. 86. p. 529; Dumont l. c. n° 551. — »Nuper inter carissimos.«
» 30	»	(24711) Universis significat, Philippi Franciae et Edvardi Angliae regum nuntios cum procuratoribus comitum Flandriae et Barri necnon et nobilium virorum Burgundiae ad se venisse, qui in se tanquam in privatam personam et arbitrum super discordiis et controversiis ipsorum regum compromiserint. II kal. Iul. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. III. 199. — »Tanquam universalis pastor.«
» 30	»	(24712) Nunciat, se ad pacem inter Philippum Franciae et Edvardum Angliae reges confirmandam atque servandam laudavisse et mandavisse, ut inter Edvardum ipsius regis Angliae filium et Isabellam filiam praedicti regis Franciae fieret copula coniugalis. II kal. Iul. a° 4°. ‖ Rymer l. c. 199; Raynaldi Ann. ad a. 1298 § 8; Lünig Cod. dipl. Germ. II. (Reichs-Arch. XXVI.) 2001. n° 77. — »Guerrarum turbines, scandalorum.«
» 30	»	(24713) Phylippo Franciae et Edvardo Angliae regibus significat, se super reformanda inter eos pace et concordia nuper pronuntiationem hîc insertam fecisse et velle, ut ea valeat et plenam habeat firmitatem. II kal. Iul. a° 4°. ‖ Rymer l. c. 200; *cf.* Raynald. l. c. § 7. — »Pronuntiationem quandam super.«
Iul. 1	»	(24714) Edvardo regi Angliae et Margaretae filiae cl. mem. Philippi regis Francorum ad pacem inter utrumque regnum confirmandam concedit licentiam matrimonium invicem legitime contrahendi. Kal. Iul. a° 4°. ‖ Rymer l. c. 202. — »Regis aeterni mira.«
» 3	»	(24715) Philippo regi Francorum declarat, intentionem suam non esse ulterius procedere ad aliquam pronunciationem vel definitionem in negotio pacis reformandae et concordiae inter eum et Edwardum regem Angliae sine eius expresso consensu praehabito. V non. Iul. a° 4°. ‖ Ex bibl. regiae Berol. MS. Gall. Fol. 86. p. 545; Dumont Corps univ. dipl. I. 311; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 41. — »Licet per speciales.«
» 7	»	(24716) Abbati et conventui monasterii s. Dionysii ord. s. Ben. Paris. dioc. mandat, ut, cum suae omnino voluntatis existat ut corpus b. Ludovici confessoris ex eorum monasterio ad capellam regiam Parisius constitutam transferatur, cum super translatione a Philippo Francorum rege requisiti fuerint, eidem totum corpus, brachio aut tibia tantum retento, tradant. Non. Iul. a° 4°. ‖ Jonville Hist. de s. Loys IX ed. Ménard 370; Du Cange Hist. de s. Louys roy de France 406. — »Illius devotionis affectum.«
» 10	»	(24717) Edvardum regem Angliae rogat et obsecrat, ut a turbatione qualibet aut guerra Scotiae omnino desistat. VI id. Iul. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. III. 203. — »Si missa patris.«
» 10	»	(24718) Guidoni nato Iohannis nati Malatestae de Veruculo plebem de S. Paula Ariminens. dioc., quae per mortem Ramberti nati eiusdem Malatestae olim plebani ipsius plebis vacat, cum omnibus iuribus et pertinentiis confert. VI id. Iul. a° 4°. ‖ Tonini Rimini III. 717. — »Dilecto filio Guidoni.«
» 10	»	(24719) Potestati, capitaneo, consulibus et communi Perusinis nunciat, se submissionem vel colligationem per Saxoferratenses ac suppositionem per Eugubinos eis factas atque adiudicationem castri Dolii eiusque iurisdictionis et curiae dissolvere. VI id. Iul. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 348. n° 523. — »Olim prout plurium.«
» 10	»	(24720) Potestati, consilio et communi Saxoferratensibus Nucerin. dioc. mandat, ut castrum Dolii eiusque iurisdictionem et curiam rectori ducatus Spoletani vel eius vicario tradant. VI id. Iul. a° 4°. ‖ Theiner l. c. 349 in n° 523. — »Olim prout plurium.«
» 10	»	(24721) Indulgentiam concedit pro ecclesia sororum Minorum Claromontensium ord. s Clarae. VI id. Iul. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 477. n° 154. — »Gloriosus Deus in.«

		1298.
Iul. 17	Romae ap. S. Petrum	• (24722) Abbati Cluniacensi concedit facultatem dividendi inter universos abbates, priores et alios praelatos eiusdem ordinis, prout viderit expedire, impositionem 10000 florenorum auri, quam Hugolinus de Valle Gravosa monachus Cluniacensis decanus domus s. Saturnini de Porta Cluniac. ord. Uticens. dioc. ipsi papae liberaliter obtulerat in subsidium expensarum factarum occasione schismaticorum Columnensium ecclesiae Romanae rebellium. xvi kal. Aug. a° 4°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 164.
» 18	»	(24723) Episcopo Aquilensi mandat, ut capitulum ecclesiae Lateranensis vel eius procuratorem in corporalem possessionem ecclesiae s. Severi de Popleto sitae in loco qui dicitur Vallispapini Reatin. dioc. ac omnium iurium, pertinentiarum et possessionum eius inducat. xv kal. Aug. a° 4°. ‖ Galletti Chiese di Rieti 184. — »Petitio dilectorum filiorum.«
(Ianr. 23- Iul. 18)	»	(24724) Abbate et priore monasterii s. Spiritus de Murrhone prope Sulmonam Valvens. dioc. ord. s. Petri conf. sub regula s. Ben. petentibus concedit omnibus eorum monasteria in certis diebus festivis visitantibus indulgentiam 40 annorum. A° 4°. *Sine die et mense.* ‖ Beurrier Hist. des Celestins 154. — »Solet (autem, *legas*) annuere sedes.«
Aug. 22		»A° 1298 die Martis post assumtionem b. Mariae V. Bonifacius pp. sextum librum Decretalium, quem fieri fecerat, publicavit.« ‖ Hist. prolix. priorum Grandimontens. ap. Martene Ampl. collect. VI. 136. — *Sed vide* n° 24632.
» 28	Reate	(24725) Duci, consilio et communi Venetorum significat, se Marcum dictum Bembo et Nicolaum Quirini nuncios et syndicos eorum recepisse, eosque rogat, ut promissionem per nuncios eosdem factam, quod requisiti inquisitoribus pravitatis haereticae auxilium exhibituri sint *etc.*, solicite adimpleant. v kal. Sept. a° (2°, *sed legerim*) 4°. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1587. n° 42. — »Accedentes ad apostolicam.«
Sept. 23	»	(24726) (Magistris) et scholaribus universitatis Salamancae mandat, ut, cum nuper Romae ap. S. Petrum v non. Mart. a° 4° ex nonnullis Decretalibus praedecessorum suorum librum »quem annumeratum quinque voluminis nuncupari« (*sic! corrigas ex* n° 24632) ediderit, illo quem sub bulla sua inclusum eis transmittat, utantur in iudiciis et scholis. ix kal. Oct. a° 4°. ‖ Vinc. de la Fuente Histor. eccles. de España II. (Barcelona 1855. 8°) 534. n° 8. — »Cum nuper Deo.«
Oct. 1	»	(24727) R(aynaldo) episcopo Vicentino scribit, se, cum ad insulam Siciliam recuperandam, quae a Frederico nato quondam Petri olim regis Aragonum occupata sit, inexplicabiles sumptus fecerit, eam ob rem archiepiscoporum et episcoporum ... et aliorum ecclesiarum praelatorum, capitulorum, collegiorum et conventuum Cisterciens., Cluniacens., Praemonstrat., s. Ben. ... et aliorum ordinum, domorum militiae Templi et b. Mariae Teoton. praeceptorum et magistrorum ceterarumque omnium personarum ecclesiasticarum regularium et secularium exemptorum et non exemptorum per regnum Franciae constitutorum egere succursibus, eique mandat, ut eosdem archiepiscopos .... requirat ac roget, ut ad tanta onera sublevanda sibi abunde subveniant. Kal. Oct. a° 4°. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 129. — »Procellosi temporis qualitate.«
» 1	»	(24728) Eidem mandat, ut praefatos archiepiscopos .... per regnum Franciae constitutos, quos in subveniendo relevandis ecclesiae oneribus tenaces, ingratos et duros invenerit, ab administratione spiritualium et temporalium suspendat *etc.* Kal. Oct. a° 4°. ‖ Gottardi l. c. 137. — »Per alias nostras.«
» 1	»	(24729) Eidem concedit facultatem thabellionatus officium duabus personis idoneis conferendi. Kal. Oct. a° 4°. ‖ Gottardi l. c. 138. — »Ex parte tua.«
» 1	»	(24730) Inquisitori haereticae pravitatis in provincia b. Francisci mandat, ut locum quendam a priore inquisitore confiscatum Anastasio et Iacobo quondam Philippi, et Ranaldo quondam Oddonis de civitate Spoletana laicis concedat. Kal. Oct. a° 4°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 478. n° 155. — »Exhibita nobis dilectorum.«
» 3	»	(24731) G(erardo) episcopo Sabinensi, qui in loco qui dicitur ad S. Martinum de Bozis Parmens. dioc., ubi erat parochialis ecclesia, monasterium ord. Cisterc. quod nunc monasterium de Valle Serena appellatur, construere inceperat, prioratum s. Leonardi prope Parmam ad monasterium s. Benedicti de Pollirone ord. s. Ben. Mantuanae dioc. pertinentem pro dicto monasterio de Valle Serena, quantumvis in eo nondum sint abbas et monachi instituti, concedit et in eius usus proprios deputat. v non. Oct. a° 4°. ‖ Affò Stor. di Parma IV. 347. n° 6. — »Grandibus tue fraternitatis.«
» 3	»	(24732) Laurentium de Velletro ord. Minor. electum Ortanum post obitum Bartholi episcopi Ortanae ecclesiae praeficit in episcopum. v non. Oct. a° 4°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 595. n° 37; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 478. n° 156. — »Etsi de cunctis.«
» 3	»	(24733) Petrum dictum Buccaplanula ord. Minor. electum Cusentinum post obitum Rogerii archiepiscopi Cusentinae ecclesiae praeficit in archiepiscopum. v non. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 479. n° 157. — »Caelestis dispositione consilii.«
» 3	»	(24734) C(arolo) regi Siciliae de superiore epistola significat eique dictum Petrum commendat. v non. Oct. a° 4°. ‖ Sbaralea l. c. 480. n° 158. — »Divinae gratia maiestatis.«

		1298.
Oct. 3	(Reate)	• (24735) Petrum Neapolitanum in archiepiscopum Cusentinum creat. v non. Oct. 1298. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 220.
» 5	»	(24736) Sembat regi Armeniae intimat, se sua studia praeparare, ut vexato eius regno et Terrae sanctae desolatae adiutorium impendere valeat. Hortatur eum, ut fortiter patiatur adversa, saltem donec ei tempus subventionis adveniat. Addit, se Philippum Franciae et Eduardum Angliae reges, quos dissidentes pacificaverit, ad eius subsidium per suas litteras excitare. iii non. Oct. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1298 § 16. — »Regiae serenitatis nuntiis.«
» 5	»	(24737) E(dvardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut Sembat regi Armeniae ad defensionem regni sui subsidium mittat »quod regnum Armeniae est, sicut fertur, ipsi Terrae sanctae propinquum.« iii non. Oct. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 204. — »Carissimi in Christo.« • *In eundem modum* Philippum regem Franciae. ‖ Raynaldi Ann. eccl. ad a. 1298 § 19.
» 11	»	(24738) Dispensat cum Sembath de Botha et Isabella nata quondam G. comitis Ioppensis Mamistran. dioc. uxore eius, ut in suscepto coniugio perstare possint. v id. Oct. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1298 § 20. — »Sancta Romana ecclesia.«
» 12	»	(24739) Philippo regi Francorum, qui, cum papa Gazoni Laudunensi episcopo administrationem Laudunensis ecclesiae in spiritualibus et temporalibus interdixisset, administrationem eandem temporalium, acsi vacaret ecclesia, praetextu cuiusdam consuetudinis per officiales suos ceperat et exercebat, declarat, per interdictum administrationis, suspensionem aut etiam excommunicationem praelati non vacare ecclesiam et ideo consuetudinem praedictam ad casus huiusmodi et similes, per quos non vacent ecclesiae indubitanter, trahi et extendi nec posse nec debere. iv id. Oct. a° 4°. ‖ Raynald. l. c. § 24. — »Cum nuper ex.«
» 15	»Reate	Columnenses ad papam idibus Octobris humiliter venientes misericordiam et non iudicium postularunt, qui benigne et misericorditer a papa sunt recepti.« ‖ Guillelmi de Nang. Chron. ap. Achery Spicil. III. 53. — »Petrus et Iohannes de Columpna quondam cardinales, destructo castro de Columpna per papales, fugiunt Praeneste, ubi ab exercitu papae obsessi tandem se humiliant et idibus Octobris ad papam venientes veniam postulant de commissis.« ‖ Rishangeri Chron. 188.
» 23	Reate	(24740) Decano ecclesiae Cremsiriensis Olomucens. dioc. mandat, ut sententiam ratione limitum ecclesiarum s. Petri et s. Iacobi Brunae ab abbate monasterii de Wellegrat Cisterc. ord. latam per censuram ecclesiasticam firmiter observari faciat. x kal. Nov. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 103; Erben Regest. Bohem. II. 781. n° 1817. — »Significavit nobis Willelmus.«
» 23	»	(24741) Eidem litem inter rectores S. Iacobi et S. Petri Brunae de scholis vertentem committit inquirendam. x kal. Nov. a° 4°. ‖ Boczek l. c. 103. n° 101; *cf.* Erben l. c. n° 1818. — »Significavit nobis Willelmus.«
» 25	»	(24742) Philippo regi Francorum significat, se ecclesiam Tolosanam per obitum Arnaldi episcopi solatio pastoris destitutam suae provisioni reservavisse ad eandemque Petrum (de Capella) Carcassonensem episcopum transtulisse. viii kal. Nov. a° 4°. ‖ Baluze Vitae papar. Avenion. II. 280. — »Si sollicita meditatione.« *Cf.* n° 24444.
» 25	»	(24743) Universis ecclesiae Grassensis vassallis notum facit, se eidem ecclesiae Guillelmum praepositum ecclesiae Aptensis praefecisse in episcopum. viii kal. Nov. a° 4°. ‖ Gallia christ. III. instr. 189. — »Inter caetera quae.«
» 26	»	(24744) Decano ecclesiae Olomucensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii Vallis s. Mariae de Ozlauan Cisterc. ord. Olomuc. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. vii kal. Nov. a° 4°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 104; *cf.* Erben Reg. Bohem. II. 781. n° 1819. — »Dilectarum in Christo.«
» 26	»	(24745) Gregorio patriarchae Armenorum significat, se percepisse de vexatione quasi continua, qua manus hostium crucis Christi Armeniae regnum impugnet *etc.* Addit, conciliatos esse Francorum et Angliae reges, seque ad passagium generale vias praeparare *etc.* vii kal. Nov. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1298 § 17. — »Ex litterarum tuarum.«
» 28	(»)	(24746) Davino de Ferentino militi, in Anconitana marchia vicario generali mandat, ut castrum Ficcardi Humanat. dioc. sibi nomine ecclesiae Romanae assignari faciat. »Romae« v kal. Nov. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 349. n° 524. — »Habet sedis apostolice.«
Nov. 3	»	• (24747) Sententiam in causa Wernheri rectoris ecclesiae in Bidingen contra capitulum S. Gertrudis puncto debiti capitulo Augustensi exequendam committit. iii non. Nov. a° 4°. ‖ Lang Regesta IV. 677.
» 5	»	(24748) Priori S. Firmini de Monte Pessulano Magalonens. dioc., Iohanni Camboni archidiacono et sacristae ecclesiae Magalonensis significat, se Raimundo abbati monasterii s. Aegidii Nemausens. dioc. eiusque successoribus usum mitrae, annuli, sandaliorum,

1298.

chirotecarum aliorumque pontificalium concessisse, non obstante Bertrandi episcopi Nemausensis defensione. Non. Nov. a° 4°. ‖ Ménard Hist. de Nismes I. pr. 141. — »Sua nobis dilectus.«

Nov. 5 — Reate — (24749) Magistro et fratribus domus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates ac exemptiones exactionum saecularium confirmat. Non. Nov. a° 4°. ‖ Hennes UB. d. deutschen Ordens I. 301; Strehlke Tab. 428. n° 671; de Geer Archieven I. 100. n° 116. — »Solet annuere sedes.«

» 22 — » — (24750) (Erico) abbati monasterii s. Michaelis Bergensis mandat, ut inter Ketillum de Agadum canonicum Stawangrensem et Arnonem dictum Cuculla presbyterum Stawangr. dioc., qui asserens illum esse falsarium et aliis diversis criminibus irretitum eum apud bonos nequiter diffamaverat, iudicium faciat. x kal. Dec. a° 4°. ‖ Thorkelin Dipl. Arn.-Magn. II. 232; Lange Dipl. Norveg. III. i. 47. n° 42. — »Conquestus est nobis.«

» 22 — » — (24751) Archidiacono et Petro Botteri ac Poncio de Guardia canonicis Tarraconensibus mandat, ut Berengarium de Cunillis archidiaconum, Raymundum de Arro praecentorem, Petrum de Turricella, Arnaldum de Turre *etc.* canonicos Maioricenses *etc.*, qui armata manu in loco fratrum Praedic. Maioricensium hostiliter irruentes portam ecclesiae frangere *etc.* praesumpserant, publice excommunicent. x kal. Dec. a° 4°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 419. n° 43. — »Sua nobis dilecti.«

» 28 — » — (24752) Laurentio episcopo Ortano castrum Kiae sub annuo censu unius floreni concedit. iv kal. Dec. a° 4°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 350. n° 525. — »Cum te nuper.«

» 30 — » — »Die b. Andreae apostoli in civitate Reatina, dum Apostolicus indueretur papalibus ut missarum solemnia celebraret, supervenit terrae motus; quae tempestas ultra quadriduum perseverans usque Romam inclusive per adiacentes provincias se extendit .... et omnes utriusque sexus loca campestria quaerere coegit, excepto papa et quibusdam potentibus quibus pavilionum provisio solatium aliqualiter promittebat. Tunc papa curiam transferri decreverat usque ad Romam. Et dum Romam tenderet, imbres quasi diluvium prorupuerunt. ... *In crastino s. Luciae* (*i. e.* Dec. 14) *Romam venit.*« ‖ Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 539.

Dec. 4 — (») — »1298. Hebdomada prima adventus Domini, ii non. Dec. Bonifacius papa assumpsit quatuor ad cardinalatum, archiepiscopum Toletanum, dominum Ricardum de Senis, dominum Theodericum Viterbiensem et fratrem Nicholaum de Trivisio magistrum ord. fr. Praed., quem fecit primo tunc S. Sabinae presbyterum cardinalem.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 671.

» 5 — » — (24753) Fratri Nicolao de Tarvisio magistro ord. Praedic. significat, se assumendum duxisse eum in presbyterum cardinalem sanctae Romanae ecclesiae, eique mandat, ut se praeparet ad apostolici praesentiam quam citius accessurum. Non. Dec. a° 4°. ‖ Fontana Mon. Domin. I. 146; Martene Thes. anecd. IV. 1863 *vel potius* 1873; Breviss. chron. ord. Praedic. ap. Muratori Ampl. collect. VI. 372 *et* 410; Tourron Histoire I. 669; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 55. — »Inter ceteros ordines.«

» 29 — Laterani — (24754) Phylippo regi Franciae intimat, se eius nuntios et litteras gratanter recepisse; ait, se grandi desiderio duci, ut regem corporeis oculis videat. »Sed quia ... gravis et longa nos aegritudo detinuit nec adhuc plene fore dinoscimur sospitati pristinae restituti, ... quia insuper iam sentire conspicimur onera senectutis, id quod super hoc praeordinare curavimus effectu prosequi non valemus« *etc.* iv kal. Ianr. a° 4°. ‖ Notices et extraits XX. ii. 129; *cf.* E. Boutaric La France sous Philippe le Bel (Paris 1861. 8°) 461. — »Venientes ad apostolicam.«

» 29 — » — (24755) Eundem rogat et hortatur, ut Carolo comiti Valesii ad partes Italiae advenienti 60000 librarum parvorum Turonensium, quae usque ad 100,000 librarum instanter petit de munificentia regiae liberalitatis extendi, nomine suo et Romanae ecclesiae mutuet. iv kal. Ianr. a° 4°. ‖ Notices et extraits l. c. 130; *cf.* Boutaric l. c. — »Pridem celsitudini regie.«

1299.

Ianr. 1 — » — (24756) Guillelmo dicto Novello comiti palatino in Thuscia familiari suo castrum de Soci Aretin. dioc. cum muris, palatiis *etc.* donat eumque nihilominus per annulum suum de eisdem praesentialiter investit; addit, se in recompensationem dicti castri pleno iure ad heremum Camaldulensem pertinentis eidem heremo ecclesiam de Balneo Saxenatens. dioc. univisse et incorporasse. Kal. Ianr. a° 4°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 327. n° 194. — »Benigne considerationis indagine.«

» 1 — » — (24757) Abbati monasterii de Trivio, priori de Cellis Sassenat. dioc. ac archidiacono ecclesiae Atrebatensis de superiore epistola significat eisque mandat, ut priorem et conventum dictae heremi in corporalem possessionem praefatae ecclesiae introducant. Kal. Ianr. a° 4°. ‖ Mittarelli l. c. 329. n° 195. — »Ad apostolatus nostri.«

1299.

Ianr. 5 — Laterani — * (24758) Littera qualiter Bonifacius confirmavit compositionem factam inter Vitalem de Villarosa et quosdam alios hîc nominatos Tholosanos cives ex una parte de 14000 libris Turonensium, quas de bonis domini Hugonis episcopi Tolosani habuerant, et magistrum Rogerium de Salerno et Arnaldum de Villario nomine papae ex altera, et quitationem eisdem civibus concessam. Non. Ianr. a° 4°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 190 xiv.

» 7 — » — (24759) Decano ecclesiae Xantensis Colon. dioc. mandat, iudicet inter commendatorem et fratres domus s. Mariae Theoton. Ierosolim. in Confluentia ac decanum et capitulum S. Pauli Wormaciens. de quibusdam decimis litigantes. vii id. Ianr. a° 4°. ‖ Hennes UB. des deutschen Ordens I. 302. — »Sua nobis dilecti.«

» 7 — » — (24760) Magistro ordinis s. Mariae Theuton. in Livonia, qui archiepiscopum Rigensem carceri mancipatum tenebat cuiusque fratres, nitentes Osiliensem episcopum similiter personaliter capere, castro Lealensi eundem episcopum spoliaverant, canonicos Osilienses de ipsorum praebendis et beneficiis expulerant *etc.*, mandat, ut infra sex menses a die praesentationis harum litterarum compareat personaliter coram sede apostolica cum tribus commendatoribus Livoniae *etc.* vii id. Ianr. a° 4°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 724. n° 577. — »Fidedignis relatibus intellecto.«

» 7 — » — (24761) (Iohanni) Rigensi archiepiscopo et (Conrado) Osiliensi (Ossiensi *Rayn.*) episcopo de superiore epistola significat eosque rogat et requirit, ut infra sex menses a die praesentationis harum litterarum ad sedem apostolicam personaliter accedant et nihilominus reliquos suffraganeos nec non clerum et populos civitatum et diocesum suarum citent, ut infra superius assignatum terminum per procuratores idoneos apostolico se conspectui repraesentent, ut eis et ipsis ac magistro et commendatoribus praesentibus utilior via providendi sibi appareat de illo statu et conditionibus, quibus terra Livoniae ac tota Rigensis provincia subiaceat, et de studiis et operibus fratrum dicti ordinis hospitalis. vii id. Ianr. a° 4°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 35; Bunge l. c. 728. n° 578. — »De statu et.«

» 10 — » — (24762) Iohanni episcopo Bononiensi, quem de Paduana ecclesia ad ecclesiam Bononiensem tunc vacantem per obitum Schiattae episcopi Bononiensis transtulerat, custodiam curam et administrationem dictae ecclesiae Paduanae in spiritualibus et temporalibus committit. iv id. Ianr. a° 4°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VIII. docum. 70. n° 34; *cf.* Ughelli Ital. sacra II. 23. — »Cum te de.«

» 10 — » — (24763) Filiis .... Paduanae civitatis et diocesis de superiore epistola significat eisque mandat, ut Iohanni episcopo humiliter intendant. iv id. Ianr. a° 4°. ‖ Dondi Orlogio l. c. 70. n° 35. — »Cum venerabilem fratrem.«

» 11 — — — Universis marchionibus .... per Romaniolae provinciam constitutis: »Romae ap. S. Petrum iii id. Ianr. a° 4°«. ‖ Campi Hist. di Piacenza III. 269. n° 11, *vid.* 1298. Iun. 11. n° 24690.

» 11 — — — Ordinat et vult *etc.* »Ananiae iii id. Ianr.« *sine a°.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 37, *vid.* 1299. Iun. 11. n° 24838.

» 11 — — — Ministro Minor. provinciae Syriae: »iii id. Ianr. a° 4°«. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 480. n° 159, *vid.* 1299. Iun. 10. n° 24836.

» 13 — Laterani — (24764) Archipresbytero plebis de Montebarutio mandat, ut ea quae de bonis ad archipresbyteratum Rubei archipresbyteri ecclesiae s. Mariae de Molariis Aquens. dioc. spectantibus alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 270 in n° 261. — »Dilecti filii Rubei.«

» 13 — » — (24765) Priori S. Eulaliae de Campo Barchinonensi mandat, ut iudicium faciat inter priorem domus s. Mariae de Misericordia Barchinonensis ord. s. Aug. et Petrum Michaelis presbyterum Barchinonensem super quibusdam censibus, redditibus et rebus aliis litigantes. Id. Ianr. a° 4°. ‖ Linàs Bullar. 33. — »Conquestus est nobis.«

» 15 — » — (24766) Edvardo regi Angliae scribit, se super negotio, quod inter eum et Philippum regem Francorum vertatur, R(aynaldum) Vicentinum episcopum ad dictum regem mittere, eique suadet ne a linguis maliloquis perverti aut decipi permittat. Addit, se, cum super iam dicto negotio de nonnullis matrimoniis contrahendis ordinaverit, omnino velle, ut huiusmodi matrimonia contrahantur, »per quae ... universa quae inter te ac eundem regem ... dissensionis malitia deformasse conspicitur, concordiae unitas ... reformabit.« Tum loquitur super detentione regni Scotiae. xviii kal. Febr. a° 4°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 194. — »Regalis excellentiae litteras.«

» 21 — » — (24767) Priorem generalem, universos priores et fratres ordinis Eremitarum s. Aug. cum ecclesiis, oratoriis, domibus *etc.* sub b. Petri et sua protectione suscipit eosque a cuiuscunque diocesani potestate, iurisdictione et dominio omnino eximit. xii kal. Febr. a° 4°. ‖ Empoli Bullar. 44 et 52. — »Sacer ordo vester.«

» 24 — » — (24768) Iacobum monachum eremo s. Crucis Fontis Avellanae ord. s. Ben. Eugubinae dioc. praeficit in priorem. ix kal. Febr. a° 5°. ‖ Mittarelli Annal. Camaldul. V. app. 336. n° 199. — »Ad exequendum pastoralis.«

1299.

Ianr. 25 — Laterani — * (24769) Litteris ad Azzonem et Franciscum marchiones Estenses scriptis postulat, Argentam archiepiscopo Ravennati aut Rogerio Cazae restitui. VIII kal. Febr. a° 5°. ‖ Rubei Histor. Ravenn. 499.

» 27 — » — (24770) Episcopo Aretino mandat, ut ea quae de bonis heremi Camaldulensis ordinis Aretin. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. VI kal. Febr. a° 5°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 339. n° 200. — »Ad audientiam nostram.«

» 27 — (») — (24771) Archiepiscopo ecclesiae s. Alexandri de Castro Durante Urbinat. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Silvestri de Ischeto ord. s. Clarae eiusd. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad proprietatem ipsius revocet. VI kal. Febr. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 481. n° 160. — »Ad audientiam nostram.«

» 28 — » — (24772) Philippum regem Francorum, qui praerogativis a sede apostolica concessis abutebatur atque opes ecclesiasticas in rem suam avertebat, monet, ut balivorum, officialium et ministrorum regiorum, qui quotidie multa et grandia, quinimo intolerabilia gravamina ecclesiae Gallicanae inferant, licentiam coerceat. V kal. Febr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 25; Baillet Hist. des démêlez 330. n° 6, *uterque deficiente fine.* — »Dudum celsitudini tuae.«

» 28 — » — (24773) Gregorium electum Strigoniensem in spiritualibus et temporalibus procuratorem Strigoniensis ecclesiae usque ad apostolicae sedis beneplacitum ordinat eique administrationem tam illius quam Albensis ecclesiarum generalem et liberam committit, ita tamen quod de bonis immobilibus earundem ecclesiarum nihil penitus alienet nec etiam de paramentis et libris aut aliis rebus. V kal. Febr. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 382. n° 616; Mon. Hungar. hist. Dipl. X. 209. — »Preteritorum exhibitio temporum.«

» 28 — » — (24774) Capitulo ecclesiae Strigoniensis de superiore epistola significat eisque mandat, ut Gregorio tamquam procuratori praefatae ecclesiae humiliter intendant. V kal. Febr. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 383; Mon. Hung. hist. l. c. 212. — »Preteritorum exhibitio temporum.«

* *In eundem modum* Clero civitatis et diocesis Strigoniensis — Populo civitatis et diocesis Strigoniensis — Vasallis ecclesiae Strigoniensis — Suffraganeis ecclesiae Strigoniensis — Capitulo ecclesiae Albensis Vesprimiensis diocesis.

» 28 — » — (24775) Gregorium, qui in Albensem praepositum primo, et postmodum in Strigoniensem archiepiscopum electus erat, ex diversis considerationibus procuratorem Strigoniensis ecclesiae ordinat eique concedit ad conservandum regnum Hungariae in prospero et bono statu et catholicam fidem in eo, ut per fratres Praedicatorum vel Minorum inquisitionis et punitionis officium exerceat secundum canonicas sanctiones contra turbantes tranquillum statum in dicto regno et contra ecclesiae Romanae rebelles *etc.* V kal. Febr. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 481. n° 161; Theiner l. c. 384. n° 617; *non integra* ap. Pray Hierarch. II. 256; Katona Hist. crit. VI. 1216; Fejér Cod. dipl. VI. II. 224; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 12. — »Utilitate publica exposcente.«

(» 15-31) — (») — (24776) (Gregorio electo Strigoniensi?) conqueritur de tristi statu regni et ecclesiae Hungariae: »regnum est enim circumdatum schismaticis, haereticis ac paganis et eorum incursibus frequenter invasum, numerositas populorum in ipso quodammodo in pusillum gregem reducta; sedent quasi sola in eo nonnullae civitates et loca, quae populis erant plena, pluribus interemtis et multis in captionem deductis. ... Ad quaerenda remedia stimulamur et surgere cogimur ad providendum maxime, ut in fide catholica et apostolicae sedis reverentia perseveret.« *Sine signo chronol.* ‖ Raynald. l. c. § 12; Katona l. c. 1215; Fejér l. c. 223 *habent nonnisi fragmentum.*

Febr. 3 — » — (24777) Porchetum ord. Minor. post obitum Iacobi archiepiscopi Ianuensis ecclesiae Ianuensi praeficit in antistitem. III non. Febr. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 596. n° 38; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 482. n° 162. — »In supremae dignitatis.«

» 3 — » — (24778) Iohannem Redonensem episcopum ad ecclesiam Lexoviensem transfert. III non. Febr. a° 5°. ‖ Wadding l. c. n° 39; Sbaralea l. c. 483. n° 163. — »Apostolatus officium nobis.«

» 5 — » — (24779) Indulgentiam elargitur pro ecclesia monasterii s. Dionysii Paris. dioc., in qua s. Ludovici confessoris corpus requiescit. Non. Febr. a° 5°. ‖ Doublet Hist. de l'abb. de St. Denys 627. — »Sanctorum sunt honoranda.«

» 6 — » — (24780) Iacobo de Normandis archidiacono Narbonensi, Mathaeo de Granceyo Belvacensis et Iohanni de Villa Hardiva Remensis ecclesiarum cantoribus mandat, ut inter episcopum Cathalaunensem ex una parte et decanum capitulumque Cathalaunenses ex altera litigantes iudicium faciant. VIII id. Febr. a° 5°. ‖ Rapine Ann. ecclés. du dioc. de Chaalons 343.

» 6 — (») — * (24781) Iohannem episcopum Olenensem ad ecclesiam Imolensem transfert, posthabita capituli postulatione de persona Bonditii praepositi ecclesiae de Populeto Faventin. dioc. VIII id. Febr. 1299. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 638.

1299.

Febr. 9 — Laterani — (24782) Archidiacono Botteri ac Poncio de Guardia canonicis Tarraconensibus denuo mandata dat de excommunicatione Berengarii de Cunillis *etc.* V id. Febr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 419. n° 44. — »Sua nobis dilecti.«

» 10 — » — (24783) Iohannem ord. Praedic. ecclesiae Pisanae praeficit in archiepiscopum eique per M(atthaeum) Portuensem episcopum munus consecrationis impendi et pallium exhiberi facit. IV id. Febr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 29; Ripoll l. c. II. 56. — »Pisana ecclesia per.«

» 13 — » — (24784) Abbati monasterii b. Mariae de Ybelina [Uveaune] prope Massiliam mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Victoris Massiliensis ord. s. Ben. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. Id. Febr. a° 5°. ‖ Belzunce Antiq. de l'égl. de Marseille II. 336. — »Ad audientiam nostram.«

» 15 — » — * (24785) Abbatem monasterii s. Benedicti Divionensis Lingon. dioc. constituit iudicem super negotio cuiusdam rebellionis factae per abbatem, cellerarium, camerarium et conventum monasterii Balmensis adversus abbatem Cluniacensem. XV kal. Mart. a° 5°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 164.

» 17 — » — (24786) Compositionem inter (Bernardum) episcopum capitulumque Appamiarum et Rogerium comitem Fuxi super temporali iurisdictione civitatis Appamiarum, civitate ipsa eiusque pertinentiis *etc.* factam confirmat. XIII kal. Mart. a° 5°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 104. — »Ea quae iudicio.«

Mart. 5 — » — (24787) Iohanni Bartholi Clavelli et Bartholo eius filio de Fulgineo laicis pedagium castri de Gualdo Nucerin. dioc. cum omnibus proventibus *etc.* concedit. III non. Mart. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 356. n° 529. — »Grate devotionis studia.«

» 5 — » — (24788) Praeposito veteris ecclesiae s. Pauli Monasteriensis repetit Honorii IV mandatum d. d. 1285. Aug. 13: »III non. Mart. a° 5°« — »Ad audientiam nostram.« ‖ Sudendorf Beiträge 85. n° 38.

» 7 — » — (24789) (Petrum Amerium) magistrum et fratres s. Mariae Barcinonensis de Misericordia Captivorum ord. s. Aug. tuendos suscipit eorumque possessiones ac bona confirmat. Non. Mart. a° 5°. ‖ Linàs Bullar. 34. — »Cum a nobis.«

» 8 — » — (24790) (Iohanni) episcopo Roskildensi significat, se donationem villae Kopmannaehafn vulgariter appellatae, et medietatis provinciae, in qua villa praedicta consistat, a cl. mem. Waldemaro rege Daciae b. mem. Absaloni episcopo Roskildensi eius praedecessori et per hunc Roskildensi ecclesiae cum omnibus iuribus factam confirmare. VIII id. Mart. a° 5°. ‖ Pontoppidan Origg. Hafn. (Kiöbenh. 1760. 4°) 7; Nielsen Kjöbenhavns dipl. I. 64. — »Cum a nobis.«

» 12 — » — (24791) (Gregorio) electo Strigoniensi mandat, ut Iohannem comitem Ferrei Castri filii quondam Henrici bani de Ungaria eiusque complices, qui obedientiam Andreae qui rex Ungariae nominatur noluerunt exhibere ac ideo a L(odomerio) archiepiscopo Strigoniensi eiusque suffraganeis excommunicati erant, ab hac censura absolvat. IV id. Mart. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 13; Katona Hist. crit. VI. 1217; Fejér Cod. dipl. VI. II. 225; Theiner Mon. Hungar. I. 385. n° 618. — »Porrecta nobis ex.«

» 14 — » — (24792) Archidiacono Bruliensi in ecclesia Agennensi scribit de controversia vertente inter priorem conventumque fratrum ordinis Eremitarum s. Aug. Agennenses ex parte una et guardianum et fratres ordinis Minorum eiusdem loci ex altera super aedificatione cuiusdam oratorii, eique mandat ut dictum guardianum peremptorie citet ad comparendum coram apostolica sede cum omnibus actis, iuribus et munimentis causam hanc contingentibus. II id. Mart. a° 5°. ‖ Empoli Bullar. 49; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 483. n° 164. — »In causa quae.«

» 15 — » — (24793) Ysarno archipresbytero Carcassonensi capellano suo (apostolicae sedis legato *add. Rayn.*) concedit facultatem concedendi Erico regi Datiae, postquam idem ab excommunicationis sententia per ipsum rite fuerit absolutus, quod liceat ei per capellanum proprium antequam illucescat dies missam sibi facere celebrari *etc.* Id. Mart. a° 5°. ‖ Annaler f. nord. Oldkyndighed. 1860. p. 155; Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 10, *deficiente initio.* — »Cum te ad.«

» 15 — » — (24794) Petro episcopo Basiliensi propter onus debitorum ecclesiae suae concedit, ut omnia beneficia ecclesiastica, quae promotionis tempore obtinebat, usque ad triennium retineat ac eorum fructus, redditus et proventus percipiat. Id. Mart. a° 5°. ‖ Würdtwein Subsid. dipl. I. 381 *et ibid.* p. 387. — »Dudum considerantes attentius.«

» 15 — » — (24795) B. Mariae ad martyres extra muros Treverenses et b. Mariae in Lutzelnburg Trever. dioc. monasteriorum abbatibus ac magistro Huguicioni de Vercellis canonico ecclesiae Brugensis Tornacens. dyoc. capellano suo mandat, faciant, ut Petro episcopo Basiliensi, cui propter onus debitorum ecclesiae Basiliensis omnia beneficia ecclesiastica ad triennium concessa sint, fructus redditus ac proventus eorum integre ministrentur. Id. Mart. a° 5°. ‖ Würdtwein l. c. 388. — »Dudum considerantes attentius.«

1299.

Mart. 16	—	Gerlaco archiabbati in Hassefelde: »Romae ap. S. Petrum xvii kal. Apr. a° 5°«. ‖ Vogt Mon. ined. I. 162, *vid.* 1298. Mart. 16. n° 24643.
» 18	Laterani	(24796) (Iohannem) Rigensem archiepiscopum, (Bernhardum) Tarbatensem et (Conradum) Osiliensem episcopos rogat et obsecrat, ut paganorum perfidiae obviantes vasallis Erici regis Daciae in terra Estoniae pro defensione dictae terrae ac dilatatione fidei christianae efficaciter assistant. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 11; Langebek Scr. rer. Dan. VI. 356; Theiner Mon. Polon. I. 111. n° 195; Bunge Livl. UB. I. 732. n° 581; Turgenevii Russ. monim. I. 86. — »Paganorum horrenda perfidia.«
» 18	»	(24797) Ysarno archipresbytero Carcassonensi capellano suo concedit facultatem absolvendi ab excommunicatione Ericum regem Daciae, Christophorum eius fratrem et alios, qui pro eo, quod (Iacobum) archiepiscopum Lundensem capere et detinere captivum ausu sacrilego praesumpserant, excommunicati erant, cum ab eis fuerit humiliter requisitus, impensa prius per ipsos satisfactione passo iniuriam competenti. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 9. — »Nuper ex parte.«
» 18	»	(24798) Eidem, quem ad partes Daciae pro certis negotiis destinavit, concedit facultatem dispensandi cum Erico rege Daniae et Ingeburgh sorore Birgeri regis Sueciae, postquam idem rex Ericus ab excommunicationis sententia per ipsum rite fuerit absolutus, ut in matrimonio suo licite remanere possint, prolem etiam susceptam vel suscipiendam ex eis nuntiandi legitimam. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 10; Liljegren Svenskt dipl. II. i. 286. n° 1270; *cf.* Porthan Bullar. access. 66. n° 10. — »Licet matrimonii contractum.«
» 18	»	(24799) Eidem concedit facultatem, ut impedientes pacem et quietem Erici regis Datiae et regni eiusdem per censuram ecclesiasticam ad omnino desistendum compellat. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ Annaler f. nord. Oldkyndighed. 1860. p. 154; *cf.* Raynald. l. c. § 9. — »Cum te ad.«
» 18	»	(24800) Eidem committit facultatem faciendi recipi tres clericos praefati regis in canonicos unum videl. in Roskildensi, alium in Ripensi et alium in Slevicensi ecclesiis cathedralibus. xv kal. Apr. a° 5°. ‖ *Ibid.* 154. — »Cum te ad.«
» 23	»	(24801) E(dvardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut cum Philippo rege Francorum pacem firmius et solidius reformandam ac perpetuo duraturam ineat. x kal. Apr. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 205. — »Movet nos fili.«
» 23	»	(24802) Raymundo de Angularia praecentori ecclesiae Tarraconensis mandat, curet ne quis fratres ord. Praedic. Maioricenses molestiis afficiat. x kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 420. n° 45. — »Sub religionis habitu.«
» 23	»	(24803) Hospitale, quod nobilis vir Viscontus dictus Gattus miles Viterbiensis prope ecclesiam s. Mariae ad gradus ord. Praedic. Viterbiensium sub vocabulo Domus Dei de bonis propriis fecit construi, priori et conventui praedictae ecclesiae totaliter et perpetuo submittit. x kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 56. — »Devotorum vota quę.«
» 23	»	(24804) Universos Christifideles monet et hortatur, ut praedicto hospitali pias elemosynas erogent. x kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. 57. — »Immensa benignitas conditoris.«
» 23	»	(24805) Archiepiscopo Tarraconensi mandat, ne permittat, ut prior et conventus domus ord. Praedic. Barchinonensis contra indulta privilegiorum sedis apostolicae ab aliquibus indebite molestentur. x kal. Apr. a° 5°. ‖ Ripoll l. c. 58. — »Sub religionis habitu.«
» 23	»	• (24806) Magistrum et fratres hospitalis s. Iohannis Ierusalemitani in suam sedisque apostolicae protectionem recipiens mandat inter alios abbati Strahoviensi Pragensis et Zaberdovicensi Olomucensis diocesum, ut eisdem efficacis defensionis praesidio assistant, nec eos a quoquam molestari permittant. x kal. Apr. a° 5°. ‖ Palacky Reise l. c. 401; Erben Regest. Bohem. II. 785. n° 1831.
» 28	»	• (24807) Abbati et conventui monasterii Longipontis omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum a Romanis pontificibus, regibus *etc.* concessas auctoritate apostolica confirmat. v kal. Apr. a° 5°. ‖ Muldrac Chron. abbat. Longipontis 307.
» 28	(»)	• (24808) Confirmat indulgentias ab ecclesia Ottenburana impetratas. »Romae« v kal. Apr. a° 5°. ‖ Lang Regesta IV. 687.
Apr. 1	(»)	• (24809) Gofredum de Vezano canonicum Cameracensem Parmensi ecclesiae praeficit in episcopum. Kal. Apr. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 179.
» 1	»	• (24810) Ad abbatem monasterii Montis Monachorum prope muros Bambergenses, ut bona capituli Babenbergensis revindicet. Kal. Apr. a° 5°. ‖ Lang Regesta IV. 689.
» 1	»	• (24811) Abbati monasterii Montis Monachorum prope muros Bambergenses mandat, ut bona ecclesiae suae alienata et distracta ad ius et proprietatem eiusdem revocet. Kal. Apr. a° 5°. ‖ Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 87.

1299.

Apr. 6	Laterani	(24812) Antonienum ord. Minor. post obitum Theodorici episcopi Cerviensi ecclesiae praeficit in episcopum. viii id. Apr. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 484. n° 165. — »Inter sollicitudines alias.«
» 10	»	(24813) Fratres Sanctium de Bolea, Guillelmum Bernardi, Bernardum Guille etc. ord. Praedic. ad terras Sarracenorum, Paganorum, Graecorum, Bulgarorum, Cumanorum, Aethiopum, Syrorum, Hiberorum, Alanorum, Gazarorum, Gotorum, Zichorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moscelitorum, Tartarorum aliarumque terrarum orientalium et aquilonarium nationum proficiscentes, nuncios suos rogat et hortatur, ut contra dolositates subdoli satanae causam Domini vindicent, eisque concedit, ut in terris, quae adhuc sedis apostolicae magisterio non intendunt, proponere verbum Dei et cupientes converti ad veritatem christianae fidei recipere, baptizare et aggregare ecclesiae filiis possint *etc.* iv id. Apr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 39; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 58. — »Immaculata lex Domini.«
» 16	»	(24814) Confirmat et innovat decreta tam generalis quam Lugdunensis conciliorum et Nicolai pp. IV statutum contra arma, equos, ferrum *etc.* in Alexandriam vel alia loca Saracenorum terrae Aegypti deferentes vel mittentes, et committit inquisitoribus haereticae pravitatis, ut contra haereticos procedant. In die coenae Domini a° 5°. ‖ Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 152. — »Fuit olim tam.«
» 24	»	(24815) Philippum regem Francorum rogat et hortatur, ut terras, vasallos et bona, tam quae tenebat ex eis quae tenuerat (Edwardus) rex Angliae ante guerram praesentem, quam quae tenebat tunc idem rex Angliae in regno Franciae, Raynaldo episcopo Vicentino ad illas partes pro eis et aliis huiusmodi negotium contingentibus destinato assignet nomine sedis apostolicae tenenda, custodienda et conservanda. viii kal. Mai. a° 5°. ‖ Ex regiae bibl. Berol. MS. Gall. Fol. 86. p. 613; Dumont Corps univ. dipl. I. 314. — »Dudum inter te.«
» 24	»	(24816) Edvardum regem Angliae rogat et hortatur, ut ex virtute compromissorum »in nos« factorum terras, vassallos et bona, quae ante guerram praesentem tenebat in regno Franciae, Raynaldo episcopo Vicentino assignet. viii kal. Mai. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. iii. 206. — »Dudum inter te.«
» 27	»	(24817) Philippum regem Francorum, qui post obitum Petri Remensis archiepiscopi temporalia bona, redditus et proventus ad Remensem archiepiscopum spectantia praetextu guardiae aut regalium ceperat et detinebat eaque electo novo Roberto de Cortiniaco quaesitis inanibus fucis restituere recusabat, monet, ut eidem electo plenam satisfactionem impendat. v kal. Mai. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 23. — »Angit nos fili.«
» 28	»	(24818) Eidem significat, se Robertum de Cortiniaco Remensi ecclesiae praefecisse in archiepiscopum. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 24. — »Sicut regiam credimus.«
» 28	»	(24819) Alamannum ord. Minor. post obitum Scolay archiepiscopi Arborensi et Tyrensi ecclesiis praeficit in archiepiscopum. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 597. n° 40; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 485. n° 166. — »Ad regimen universalis.«
» 28	»	(24820) Eundem in Romana urbe »quam caput orbis divina clementia stabilit« vicarium suum statuit ei in spiritualibus casibus potestatem plenariam concedens. iv kal. Mai. a° 5°. ‖ Wadding l. c. 599. n° 41; Sbaralea l. c. 486. n° 167. — »Ecclesiarum omnium cura.«
Mai. 1	»	(24821) Priori generali et fratribus ordinis b. Mariae de Monte Carmeli ecclesiam s. Martini in Montibus de Urbe cum domibus, hortis et circumpositis officinis concedit. Kal. Mai. a° 5°. ‖ Bullarium Carmel. I. 52. n° 12. — »Oblata nobis ex.«
» 12	Anagniae	(24822) Guidoni de Ioinvilla domino de Domno Georgio Catalaunens. dioc. significat, se ab omni iurisdictione ecclesiastica liberasse hospitale ad opus infirmorum et pauperum sumptibus eiusdem Guidonis in fundo proprio sub nomine Charitatis b. Mariae super fluvium de Roignon Catal. dioc. constructum omnesque immunitates et redditus eidem hospitali ab illo concessos confirmasse. iv id. Mai. a° 5°. ‖ Théod. de Saint-René Remarques histor. sur l'hostie mirac. de St. Jean-en-Grève II. 187.
» 23	(»)	• (24823) Gualterium Anglonensem episcopum a Tarentino capitulo in archiepiscopum postulatum confirmat. x kal. Iun. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 138.
» 29	»	(Roberto) archiepiscopo Cantuariensi: »iv kal. Iun. a° 5°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 19, *vid.* 1299. Iun. 28. n° 24850.
Iun. 1	»	(24824) Episcopo Ambianensi et abbati monasterii s. Dionysii ac decano ecclesiae s. Symphoriani Remensis significat, se Petro archiepiscopo Remensi eiusque successoribus ecclesiam Cameracensem metropolitico iure regendam restituisse, eisque mandat, ut hanc restitutionem faciant inviolabiliter observari. Kal. Iun. a° 5°. ‖ Varin Archiv. adm. de Reims I. ii. 1122. — »Apostolicae sedis circumspecta.«
» 3	»	(24825) Hominibus castri Bictonii Asisinatis dioc. »redditus et proventus in tertia parte bannorum et salariorum bance, ut patrie verbis utamur, ac focatico, passagio et certis

1299.

servitiis consistentes« sub annuo censu 100 librarum Cortonensium concedit. III non. Iun. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 536. n° 530. — »Cognita devotionis vestre.«

Iun. 3 Anagniae • (24826) Littera bullata continens commissionem factam magistro Matthiae de Theate clerico camerae apostolicae super gubernatione et regimine rectoriae comitatus Venessini, dando eidem potestatem regendi in spiritualibus et temporalibus. Qui etiam scripsit praelatis dicti comitatus, ut dicto rectori praestarent auxilium, consilium et favorem in agendis et, si recusarent hoc facere, auctoritate apostolica eos compelleret. III non. Iun. a° 5°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 140.

» 3 » • (24827) Littera directa Nobilibus et universitatibus dicti comitatus Venessini, ut obedirent dicto domino Matthiae tanquam rectori dicti comitatus, et ut ei solverent redditus et proventus dicti comitatus; alias contra ipsos procederet auctoritate apostolica *etc.* III non. Iun. a° 5°. ‖ Muratori l. c. 141.

» 3 » • (24828) Littera duplex dominis praelatis dicti comitatus directa, ut dicto rectori praestarent auxilium et favorem. *Dat. ut supra.* ‖ Muratori l. c. 141.

» 3 » • (24829) Littera dicto Matthaeo directa super moneta fabricanda et cudenda in dicto comitatu. *Dat. ut supra.* ‖ Muratori l. c. 141.

» 3 » • (24830) Littera dicto domino rectori directa, continens quod sententias et poenas spirituales et temporales, quas contra rebelles dicti comitatus proferret, gratas et ratas haberet. *Dat. ut supra.* ‖ Muratori l. c. 141.

» 3 » • (24831) Littera dicto rectori Venessini comitatus directa, in qua dictus dominus Bonifacius sibi mandabat, ut alienigenas ac Iudaeos usurarios manifestos a dicto comitatu expelleret. *Dat. ut supra.* ‖ Muratori l. c. 141.

» 7 » (24832) Iacobo Aragonum regi ad sustinendos sumptus bellicos decimas Aragoniae, Valentiae, Cataloniae, Balearium aliarumque terrarum, Sardinia et Corsica exceptis, attribuit, *etc.* VII id. Iun. (a° 5°). ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 1, *fragm.*

(» 7) (») • (24833) Eundem in apostolicam clientelam suscipit prohibetque, ne quis christianus princeps infesta illius terris signa inferat, cum Siculo bello implicitus causam ecclesiae tueatur. ‖ Raynald. l. c. § 2.

» 8 » (24834) Guillelmo electo Salernitano concedit facultatem solvendi a censuris illos Siculos, qui transfugant ad partes ecclesiae *etc.* VI id. (Iul., *sed legerim cum Raynaldi nota in marg.*) Iun. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 2, *exordio praetermisso.*

» 10 » (24835) Henricum regem Cypri hortatur, ut provisionem et ordinationem, quam nuper inter eum et archiepiscopum Nicosiensem et suffraganeos eius et magistros, conventus et fratres domorum hospitalis s. Iohannis Ierosol. et militiae Templi in regno Cypri morantes pro pacifico statu eiusdem regni fecerit, aequanimiter ferat et inviolabiliter observet. IV id. Iun. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 38; Pauli Cod. dipl. II. 12. n° 14. — »Pro bono et.«

» 10 » (24836) Ministro provinciali Syriae Minorum ac Praedicatorum et Heremitarum s. Aug. Nicosiensium prioribus ordd. mandat, curent ut illa ordinatio a se pro dissidio inter Cypri regem et milites Templarios aliosque sedando edita firmiter observetur. IV id. Iun. a° 5° (*Sbaralea eandem bullam decurtatam* IV. 480. n° 159 *profert ex* Raynaldo l. c. § 37 *et per illum deceptus ex suo male addit* »Anagniae III id. Ianr. a° 4°). ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 487. n° 168; *fragm.* Raynald. l. c.; Sbaralea l. c. — »Gerentes cordi negotium.«

» 10 » (24837) Abbatissae et conventui monasterii de Zualdenmunster Moguntini Cisterc. ord. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. IV id. Iun. a° 5°. ‖ Baur Hessische Urk. V. 156. n° 180, *perperam ad* a. 1298. — »Cum a nobis.«

» 11 » (24838) Ordinat et vult, quod taillia seu collecta, quae vulgariter testagium nuncupatur et nonnullis annis praeteritis fuerat in regno Cypri recepta per regem pro defensione regni, cesset nec amplius exigatur a personis ecclesiasticis et saecularibus. III id. (Ianr., *sed legerim*) Iun. *sine a°.* ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 37. — »Ordinamus, providemus et.«

» 12 » (24839) E(dvardum) regem Anglorum rogat et hortatur, ut Rogerium Spinae et eius socios de societate de Spinis de Florentia apostolicae camerae mercatores, licet officialium regiorum requisitionem mutuandi magnam pecuniae summam non adimpleverint, favore prosequatur. II id. Iun. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. III. 207. — »Devotae promptitudinis studia.«

» 13 » (24840) Notum facit, se Praenestinam civitatem, quae cum Iacobo de Columna et Petro nepote ipsius, dudum Romanae ecclesiae cardinalibus, schismatis labe pollutis in rebellione contra ecclesiam praedictam et schismate temerario ausu persistere non expaverit, omnis civilitatis, communitatis et universitatis iure privasse ac ipsam, muros, domos incolarum eius *etc.* praecepisse et fecisse funditus demoliri et episcopatus cardinalatus honore, quem hactenus habuerit, eam omnino privavisse. Decernit, ut ipsa aratro subiiciatur ac sal in ea seminetur. Addit, se civitatem novam, ut senarius episcoporum numerus impleatur, construi fecisse prope civitatis Praenestinae destructae

1299.

locum, quam appellari velit Civitatem Papalem *etc.* Id. Iun. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 6. — »In communem notitiam.«

Iun. 13 Anagniae (24841) Teodoricum tit. S. Crucis in Ierusalem presbyterum cardinalem ecclesiae Civitatis Papalis in episcopum praeficit. Id. Iun. a° 5°. ‖ Petrini Mem. Penestrini 423. — »Digna nos movet.«

» 13 » (24842) Magistrum et fratres domus b. Mariae Theotonicorum in Livonia, qui contra Iohannem archiepiscopum Rigensem, (Conradum) episcopum Ossiliensem et capitulum et cives Rigenses ac subditos et bona eorum per hostiles aggressus, captionem terrarum et personarum *etc.* graves et enormes iniurias exercuerant, pace cum archiepiscopo Rigensi inita, a citatione et comparatione coram pontifice maximo absolvit. Id. Iun. (*om. Bunge*) a° 5°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 733. n° 582; Theiner Mon. Polon. I. 111. n° 196; *cf.* Napiersky Index I. 64. n° 255. — »Nuper ex parte.«

» 15 » (24843) Iacobum ord. Minor. Iadrensi ecclesiae praeficit in archiepiscopum faciens ei per M(atthaeum) episcopum Portuensem munus consecrationis impendi. XVII kal. Iul. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 487. n° 169; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 116. n° 164. — »Pastoralis officii cura.«

• *In eundem modum* Capitulo ecclesiae Iadrensis — Clero et populo civitatis et diocesis Iadrensis — Vassallis et universis suffraganeis ecclesiae Iadrensis.

» 17 » (24844) Abbati et conventui monasterii s. Gregorii in Clivo Scauri de Urbe ord. s. Ben. privilegium ab Innocentio IV. 1249. Iun. 26 (*vid.* n° 13415) eis datum, cuius fila serica erant pro parte corrosa, innovat. XV kal. Iul. a° 5°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. app. 342. n° 202. — »Privilegium quoddam felicis.«

» 17 » (24845) Abbati et conventui monasterii de Camberone Cysterc. ord. Cameracens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones confirmat. XV kal. Iul. a° 5°. ‖ Monum. p. serv. à l'hist. des prov. de Namur II. I. 73. n° 80. — »Solet annuere sedes.«

» 17 » • (24846) Riccardo electo Dublinensi in Romana curia constituto concedit, ut usque ad summam 4000 florenorum auri mutuum contrahere possit. XV kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 168 in n° 366.

» 20 » (24847) T(heobaldum) episcopum Dolensem a iuramento fidelitatis, quo tenebatur R(eginaldo) archiepiscopo Turonensi et eius ecclesiae absolvens dictum episcopum eiusque ecclesiam cum omnibus et singulis eorum bonis, ac civitatem et diocesim Dolenses a iurisdictione praedicti archiepiscopi et ecclesiae Turonensis, quamdiu ipse T(heobaldus) episcopus vixerit, eximit. Statuit, ut episcopi Dolenses successores dicti T(heobaldi) non cum aliis suffraganeis archiepiscopi Turonensis, sed singulariter ac separatim ab aliis in alia littera per eundem archiepiscopum debeant evocari, vel si maluerit archiepiscopus in eadem littera ipsum una cum aliis suffraganeis evocare, ipsum ceteris suffraganeis, expresso suae dignitatis nomine, praeponere teneatur. XII kal. Iul. a° 5°. ‖ Morice Mém. à l'hist. de Bretagne I. 1139. — »Dudum siquidem inter.«

» 24 »Petrus patriarcha (Aquilegiensis) confirmatus et consecratus per pp. Bonifacium VIII anno praedicto in festo nativitatis s. Iohannis baptistae.« ‖ Annal. Foroiuliens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 209.

» 27 » (24848) Edwardum regem Angliae rogat et obsecrat, ut Robertum Glasguensem et Marcum Sodorensem episcopos, clericos et alias personas ecclesiasticas regni Scotiae, »quos adhuc carcer regius tenet inclusos,« benigne restituat pristinae libertati, et officiales regios, quos in eiusdem regni partibus posuit, qui autem praelatos *etc.* multimodis perturbare molestiis non verentur, revocet. V kal. Iul. a° 5°. ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 189; Collect. regia concil. XXVIII. 678; Labbe Conc. XI. II. 1399; Dumont Corps univ. dipl. I. 320. n° 562; Wilkins Conc. II. 257; Mansi Conc. XXIV. 1134; Leibnitii Mant. cod. iur. gent. II. 277; Rymer Foed. I. III. 209; Chronicon de Lanercost 194; Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 14—18; inde a § 17 ap. P. de Marca De conc. sacerd. et imper. 766. — »Scimus fili et.«

» 27 » (24849) (Gottfrido) episcopo Suerinensi mandat, faciat ut sententia interdicti, quam (Burchardus) episcopus, decanus et capitulum Lubicenses in consules et universitatem civitatis Lubicensis pro eo promulgaverint, quod eos quibusdam molendinis, pratis, agris et rebus aliis ad ecclesiam Lubicensem pertinentibus nequiter spoliassent, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observetur. V kal. Iul. a° 5°. ‖ Cod. dipl. Lubec. 1. Abth. I. 628 in n° 697; *cf.* Meklenb. UB. IV. 114. n° 2565. — »Sua nobis venerabilis.«

» 28 » (24850) (Roberto) archiepiscopo Cantuariensi mittit seriosas litteras directas ad Eduardum regem Angliae, qui excessus, molestias, dampna *etc.* contra regnum Scotiae, praelatos personas ecclesiasticas, habitatores et incolas dicti regni attemptaverat, eique sub poena suspensionis ab administratione spiritualium et temporalium districte praecipit, ut praefatas litteras eidem regi repraesentet ac ipsum ad illa, quae ei scribuntur, animet et inducat. IV kal. Iul. (Iun. *Rayn.*) a° 5°. ‖ Mansi l. c. 1133; Leibnitius l. c. 276; Raynald. l. c. § 19; Stevenson Doc. of the hist. of Scotland II. 376. — »Frequens et inculcata.«

		1299.
Iun. 30	Anagniae	(24851) David canonicum ecclesiae Moraviensi praeficit in episcopum. II kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 166. n° 364. — »Ad exercendum universalis.«
„ 30	„	(24852) Custodes regni Scotiae rogat et hortatur, ut bona et iura ecclesiae Moraviensis, quae occupanda duxerint, David episcopo Moraviensi restituant. II kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 167. n° 365. — »Habet nostre fiducie.«
Iul. 1	„	(24853) Communi et singularibus personis Civitatis Papalis, quos, cum Iacobo et Petro de Columpna olim Romanae ecclesiae cardinalibus *etc.* rebellibus adhaerere praesumpserint, omnibus bonis quae tunc temporis habebant privaverat, in perpetuum bona ipsa tenenda in feudum de gratia restituit. Kal. Iul. a° 5°. ‖ Petrini Mem. Penestrine 423. — »Apostolice sedis circumspecta.«
„ 1	„	(24854) Iacobo archiepiscopo Iadrensi pallium per Matthaeum S. Mariae in porticu, Neapoleonem S. Adriani, Petrum S. Mariae novae et Richardum S. Eustachii diaconos cardinales assignat. Kal. Iul. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 488. n° 170; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 116. n° 165. — »Cum palleum insigne.«
„ 1	„	(24855) Compromissum et arbitrium in causa inter Eugubinos et Saxoferratenses de castro Dolii vertente confirmat. Kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 356. n° 531. — »Qui libenter in.«
„ 1	„	(24856) Riccardum archidiaconum Cantuariensis ecclesiae, quem s. Trinitatis et s. Patricii Dublinensium ecclesiarum canonici unanimiter elegerant in archiepiscopum ecclesiae Dublinensis, confirmat. Kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 167. n° 366. — »Dum sollicite considerationis.« * *De eodem argumento* S. Trinitatis *etc.* capitulis — Clero et populo civitatis et diocesis Dublinensis — Universis vassallis ecclesiae Dublinensis — Universis suffraganeis ecclesiae Dublinensis — E(duardo) regi Angliae.
„ 1	„	* (24857) Eidem in Romana curia constituto pallium per Matthaeum S. Mariae in porticu, Neapoleonem S. Adriani, Petrum S. Mariae novae et Riccardum S. Eustachii diaconos cardinales confert. Kal. Iul. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 168.
„ 1	(„)	* (24858) Nicolaum Albertinum aliàs de Martinis ord. s. Dom. adlegit Spoletanum episcopum. Kal. Iul. 1299. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1265.
„ 2	„	(24859) Anselmum de Pergamo artis physicae professorem ob non solutum annuum censum quinque solidorum Bononiensium possessionibus, donicatas vulgariter nominatis, in castro et territorio Medicinae privat. VI non. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 357. n° 532. — »Intendentes dudum magistro.«
„ 3	„	(24860) Iacobo archiepiscopo Iadrensi concedit facultatem absolvendi a censuris incursis nonnullos praelatos ecclesiasticasque personas regulares et saeculares suae civitatis et diocesis, qui in reparatione murorum civitatis eiusdem de proventibus et bonis ecclesiasticis sub adiutorii vel doni nomine officialibus et aliis laicis dictae civitatis certas persolverant pecuniae quantitates. V non. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 117. n° 166. — »Exposuit nobis tua.«
„ 3	„	(24861) Eidem concedit, ut ab universo clero suae diocesis ad onera ecclesiae suae relevanda subsidium moderatum exigere possit. V non. Iul. a° 5°. ‖ Theiner l. c. 117. n° 167. — »Magne devotionis affectus.«
„ 4	„	(24862) Cantori ecclesiae Swerinensis mandat, ut priorem et fratres Praedicatorum necnon guardianum et fratres Minorum ordinum Lubicenses, qui interdictum a (Burchardo) episcopo, decano et capitulo Lubicensibus in consules et universitatem civitatis Lubicensis solemniter publicatum temere violantes praedictos et consules et universitatem ad officia divina indifferenter admittere *etc.* praesumpserint, ab hac praesumptione desistere per censuram ecclesiasticam compellat. IV non. Iul. a° 5°. ‖ Cod. dipl. Lubec. 1. Abth. I. 631 in n° 700; *cf.* Meklenb. UB. IV. 114. n° 2566. — »Sua nobis venerabilis.«
„ 9	„	(24863) Potestati, consilio et communi Reatinis mandat, ut a constructione cuiusdam communantiae vel castri desistant, et eam ob causam per syndicum coram sede apostolica compareant. VII id. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 358. n° 533. — »Venerabilis frater G.«
„ 11	„	(24864) Episcopo Midensi et decano ecclesiae Dublinensis — quibus Nicolaus pp. IV collectionem decimae omnium ecclesiasticorum proventuum *etc.* Armachanae, Dublinensis, Cassellensis et Tuamensis provinciarum, quam pro sex annis concesserat E(duardo) regi Angliae ad prosecutionem efficaciorem negotii Terrae sanctae, per suas litteras commiserat — mandat, ut Rogerio et Lapo Spinae *etc.* camerae apostolicae mercatoribus quidquid sit de dicta decima collectum infra duos menses ecclesiae Romanae nomine assignent. V id. Iul. a° 5°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 168. n° 367. — »Cum olim felicis.«
„ 13	„	(24865) Hominibus Civitatis Papalis omnia civitatis iura sub certis conditionibus et annuo censu 25 librarum provisinorum concedit. III id. Iul. a° 5°. ‖ Petrini Mem. Penestrine 424; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 358. n° 534. — »Ad statum civitatis.«

		1299.
Iul. 13	Anagniae	(24866) Generali et provinciali in provincia Franciae ministris ord. Minor. committit, ut monasterium Iprense ord. s. Clarae Morinens. dioc. ad obedientiam Matthaei S. Mariae in porticu diaconi card. protectoris ord. Minor. reducant. III id. Iul. a° 5°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 599. n° 42; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 489. n° 171. — »Ad audientiam nostram.«
„ 14	„	(24867) Archipresbytero et Buatino de Mantua ac Matthaeo Oddonis de Columpna canonicis ecclesiae Paduanae mandat, ut iudicent in causa appellationis, qua monasterium s. Laurentii de Venetiis ord. s. Ben. super impositione sibi facta a B. episcopo Castellano ad sedem apostolicam provocaverat. II id. Iul. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. XI. 108. — »Sua nobis . . .«
„ 21	„	(24868) Treugas inter Philippum Franciae et Edvardum Angliae reges ex potestate sibi tradita a nunc proximo futuro epiphaniae festo usque ad aliud festum epiphaniae ex nunc secundo venturum prorogat. XII kal. Aug. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. III. 211. — »Dudum inter carissimos.«
„ 29	„	(24869) Edvardo regi Angliae notum facit, se b. mem. Arnaldo episcopo Tholosano commisisse, ut terram Vasconiae »quae partim per te, partim vero per Philippum regem Francorum teneri conspicitur«, nomine sedis apostolicae acciperet, ac eam tandem ab ipso acceptam duci Burgundiae ac Britaniae et S. Pauli comitibus custodiendam committeret. Rogat eum, ut illud quod per papam in hac parte ordinatum sit, gratum habeat et acceptum. IV kal. Aug. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. III. 212. — »Laetamur admodum fili.«
(Iun.Iul.)	(„)	(24870) Omnibus ecclesiae filiis fidelibus significat, se propter inimicitiam inter regem Franciae Philippum et regem Angliae Edwardum et utrumque regnum misisse regi Franciae litteras exhortatorias, »ut resipisceret ab hac superstitiosa secta et concederet regi Angliae pacem et concordiam.« »Deinde misimus regi Angliae nuncium, qui et monita nostra obedienter suscipiens simulque audiens decretum nostrum libenti animo eandem pacem firmavit cum omnibus fidelibus suis. *Sine signo chronol.* ‖ Annal. Angliae et Scotiae *in* Rishangeri Chron. 393. — »Noverint omnes sanctae.«
Aug. 3	„	(24871) Albertum instituit monasterii Morbacensis ord. s. Ben. Basileens. dioc. abbatem. III non. Aug. a° 5°. ‖ Gallia christ. XV. instr. 236. — »Sedula nos cura.«
„ 3	(„)	* (24872) Leonardum canonicum eligit in episcopum Anagninum. III non. Aug. a° 5°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 317; *fragm. sine nota chronol.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1299 § 30.
„ 12	„	(24873) Iosephum episcopum Burglanensem a promissione visitandi singulis trienniis Apostolorum limina absolvit. II id. Aug. a° 5°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 407. n° 86. — »Ex parte tua.«
„ 18	„	(24874) Paduano, Ferrariensi et Reginensi episcopis mandat, moneant et inducant Azonem et Franciscum fratres marchiones Estenses, ut reccam et fortellitias castri Argentae ipsumque castrum, quod Ravennatis ecclesiae fore dignoscitur, cum suo territorio *etc.* nomine Romanae ecclesiae ponant in manibus et posse Ponsardi militis et Mannecti mercatoris de domo Pulicum de Florentia. Quibus adimpletis excommunicationis et interdicti sententias *etc.* contra dictos marchiones *etc.* prolatas relaxent *etc.* XV kal. Sept. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 27; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 490. n° 172. — »Contra nobiles viros.«
„ 23	„	(24875) Episcopo, archidiacono et Francisco Zasini canonico Camerinensibus mandat, compellant presbyteros Beneteni de Veruclano, Iacobum Pretoni, Raynaldum de Mazolinis *etc.*, clericos Iohannem Albricocii, Iontarellum Bondemani *etc.*, ut monasterium de Aqua pagana eiusque bona cum iuribus *etc.* ab eis per violentiam occupata abbati et conventui monasterii Vallis Castri ord. s. Ben. restituant. X kal. Sept. a° 5°. ‖ Mittarelli Ann. Camald. V. 346 in n° 204. — »Significarunt nobis dilecti.«
„ 23	„	(24876) Priori Razeburgensi, Merseburgensis et Zuerinensis ecclesiarum thesaurariis mandat, ut in causa propter tumultuosos ausus, insultus et perturbationes in ecclesia Lubicensi dum officia divina agerentur factos, inter advocatum consulesque civitatis Lubicensis et B(orchardum) episcopum Lubicensem exorta apud Hamburch, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde praepositis, quod iustum fuerit decernant. X kal. Sept. a° 5°. ‖ Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 149. n° 133; *cf.* Meklenb. UB. IV. 120. n° 2572. — »Sua nobis advocatus.«
„ 28	„	(24877) Confirmat statutum Petri episcopi et capituli Anagninorum, quod ad canonicos probis excolendos moribus atque ad pietatem et divina officia frequentanda incitandos 1277. Aug. 1 communiter ediderant. VIII kal. Sept. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 30, *exordio praetermisso.*
Sept. 3	Trebis	(24878) Decernit patriarchalem Lateranensem ecclesiam »inter ceteras Urbis et Orbis ecclesias velut caput ipsarum antiquitatis, dignitatis ac nobilitatis praerogativa fulgentem« solummodo saecularibus clericis perpetuo ordinandam esse, ac amotis exinde

1299.

		canonicis regularibus quindecim electas personas instituit in ipsa in canonicos. III (VI *male R.*) non. Sept. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 33; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 155. — »Romana ecclesia quae.«
Sept. 11	Trebis	(24879) E(dwardo) regi Angliae scribit, sibi, dum haberet ad castrum de Trebis Anagninae dioc. causa recreationis progressum, occurrisse eius nuntium, qui litteras prorogationem treugarum petentes praesentaverit, seque prorogationem dictam Raynaldo episcopo Vicentino praesentandam transmisisse *etc.* III id. Sept. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. III. 214. — »Dum haberemus ad.«
» 25	Anagniae	(24880) Officiali Andegavensi mandat, ut ea quae de bonis ecclesiae b. Martini Turonensis ad decanum et capitulum ipsius ecclesiae communiter pertinentibus alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. VII kal. Oct. a° 5°. ‖ Défense des privil. de l'égl. de S. Martin de Tours, pr. 451.
» 27	»	(24881) Statuit et ordinat, ut, cum quis diem de cetero claudet extremum, circa corpora defunctorum nullatenus observetur abusus ille, quo nonnulli fideles corpora in remotas terras transferenda aqua ferventissima decoqui, concidi vel exuri consueverunt, cum id a pietate christiana abhorreat. V kal. Oct. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 36, *omisso exordio; sine nota chronol.* Extravag. comm. lib. 3. tit. 6 *de sepult.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1166, *ad* a. 1300; ap. Richter Corp. II. 1187. — »Detestandae feritatis abusum.« *Cf.* n° 24914.
Nov. 2	Laterani	(24882) (Carolum) regem Siciliae hortatur, mandet et faciat cum effectu, ut, si Philippus princeps Tarentinus nondum in Siciliam se contulerit, illuc nullo modo se conferat et, si forte iam se duxerit conferendum, exinde penitus absque dilatione recedat, *etc.* IV non. Nov. a° 5°. ‖ Raynald. l. c. § 4. — »Subsistentibus certis et.«
» 6	»	(24883) Nicolaum abbatem monasterii s. Trinitatis Militensis post Tancredum ord. Minor. Neocastrensem episcopum, quem propter gravia demerita ecclesiae Neocastrensis regimine privavit, ad episcopatum eiusdem ecclesiae evehit. VIII id. Nov. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 491. n° 173. — »Supremae dignitatis fastigio.«
» 8	»	(24884) Ranutium post obitum Iacobi archiepiscopi Calaritanae ecclesiae praeficit in antistem. VI id. Nov. a° 5°. ‖ Sbaralea l. c. 492. n° 174. — »Sedula nos cura.«
» 8	»	(24885) Praeposito ecclesiae Budesinensis [Bautzen] Misnens. dioc. mandat, ut inter abbatissam conventumque monasterii de Stella s. Mariae [Marienstern] ord. Cisterc. eiusdem dioc. et Iohannem de Rekanicz militem super quadam pecuniae summa, terris *etc.* litigantes iudicium faciat. VI id. Nov. a° 5°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. II. II. (Urk. des Kl. Marienstern) 23. — »Conqueste sunt nobis.«
» 14	»	(24886) E(dwardo) regi Angliae, qui rogaverat ut papa ad partes ultramontanas versus Lugdunum pro pacis inter eum et Philippum regem Francorum consummatione veniret, respondet. XVIII kal. Dec. a° 5°. ‖ Rymer Foed. I. III. 215. — »Veniens ad apostolicam.«
» 15	»	(24887) Aegidio patriarchae Gradensi significat, se palatium quod Gradensis ecclesia Venetiis obtineat cum omnibus pertinentiis suis ab omni iurisdictione et potestate episcopi Castellani eximere. XVII kal. Dec. a° 5°. ‖ Cornelius Eccles. Venet. III. 113. — »Dignum arbitramur et.«
» 27	»	(24888) Davino de Ferentino in Anconitana marchia in temporalibus vicario generali mandat, ut hominibus castri Ficcardi Humanatis dioc. pristina iura restituat. V kal. Dec. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 359. n° 536. — »Petitio dilectorum filiorum.«
Dec. 5	»	(24889) Archiepiscopo Pisano et plebano plebis de Subiliano Lucan. dioc. concedit facultatem concedendi praelatis ac rectoribus ecclesiarum ac monasteriorum *etc.* civitatis et diocesis Pisanae licentiam, ut possint communi Pisano dare ac praestare pecuniarium moderatum subsidium ad ferendum onus sumptuum et sarcinam debitorum, quae ob treugarum foedera nuper inter ipsos et Genuenses inita fecerunt. Non. Dec. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 28. — »Dum intra nostrae.«
» 5	»	(24890) Gregorio electo Strigoniensi mandat, ut iudicium faciat inter priorissam conventumque monasterii s. Mariae de Insula (Danubii) ord. s. Aug. Vesprim. dioc. et iudicem, duodecim iuratos universitatemque villae Budensis, qui illas impedire praesumunt, quominus vectigalia et tributa de rebus venalibus, quae de dicta villa ad quascunque nundinas deferuntur, percipere et exigere possint. V. Dec. a° 5° *Signa chronol. sunt corrupta.* ‖ Fejér Cod. dipl. VI. II. 156. — »Significarunt nobis priorissa.«
» 5	»	(24891) Abbati monasterii de Piliso et praeposito de Posonio Vesprimiens. et Strigoniens. diocc. mandat, ut controversiam inter priorissam conventumque S. Mariae de Insula (Danubii) ord. s. Aug. et (Benedictum) Vesprimiensem episcopum super decimis litigantes disceptent. Non. Dec. a° 5°. ‖ Fejér l. c. 222. — »Conquestae sunt nobis.«
» 17	»	(24892) (Robertum) comitem Atrebatensem, qui partem Cameracensis civitatis ad Cameracensem ecclesiam pleno iure temporaliter pertinentis violenter occupavit et deti-

1299.

		net, rogat et monet, ut partem eandem liberam ecclesiae memoratae dimittens ipsam ulterius minime molestet *etc.* XVI kal. Ianr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 22. — »Querelam gravem Cameracensis.«
Dec. 19	Laterani	(24893) Malatestae de Veruculo eiusque haeredibus per rectam lineam descendentibus in perpetuum committit omnia bona mobilia et immobilia confiscata Bernardi quondam Guidonis de Monticulo Bandorum de Pensauro laici, qui Iacobo et Petro de Columna quondam S. Rom. ecclesiae cardinalibus, sed a dignitate cardinalatus depositis eiusdemque Petri fratribus tam clericis quam laicis scismaticis et rebellibus adhaeserat et dederat auxilium consiliumque. XIV kal. Ianr. a° 5°. ‖ Baluze Miscell. ed. Mansi III. 416; Tonini Rimini III. 719. — »Strenua tue fidelitatis.«
» 24	(»)	(24894) Laudum pacis inter Bononienses et Azzonem et Franciscum fratrem eius marchiones Estenses *etc.* a Bonifacio conclusae. A° 1299. indict. XII. pont. a° 5° 24. mens. Dec. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. III. 1911. n° 7.
» 26	»	(24895) Indulgentiam concedit pro ecclesia fratrum ord. Minor. S. Mariae de Pace Bononiens. dioc. VII kal. Ianr. a° 5°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 493. n° 175. — »Ante thronum divinae.«
» 28	»	(24896) Iohanni episcopo Bononiensi mandat, ut monasterium de s. Helena ord. s. Ben. Bonon. dioc. reformet secundum statuta canonica aut in eodem idoneos instituat clericos saeculares. V kal. Ianr. a° 5°. ‖ Ghirardacci Hist. di Bologna I. 417; Gianii Annal. I. 193. — »Cum ex suscepto.«
—	—	* (24897) Episcopo Faventino mandat, ut, si infra definitum tempus marchiones Estenses non restituant ecclesiae Ravennati castrum Argentae, eos excommunicet et terras eorum ecclesiastico supponat interdicto. *Sine nota chronol.* ‖ Mittarelli Access. hist. Favent. 527.

1300.

Ianr. 1		»A° 1300 in kalendis Ianuarii instituta fuit indulgentia plenissima omnium peccatorum per papam Bonifacium, qui tunc ecclesiam regebat, ad S. Petrum et S. Paulum.« ‖ Ptolem. Lucens. Annal. ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1303.
» 9	Laterani	(24898) Carolo regi Siciliae opprobrat, quod nuper in quodam galione Frederici »nostri hostis et tui« nuntios receperit ipsosque remiserit, nec tamen papam de eis certiorem fecerit. Monet et hortatur eum, ut cum Frederico praedicto vel eius nuntiis nullum tractatum firmet aut executioni mandet absque sedis apostolicae speciali consensu »per nostras bullatas litteras apparente. Nos enim quicquid secus feceris ex nunc omnino cassamus. ... Ceterum pro certo tenere te volumus, quod, si te ... nostris beneplacitis non coaptes, ... exquiremus vias et modos, per quos quamvis cum damno tuo pax nobis cum praefato hoste proveniat.« V id. Ianr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 15; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 451. n° 19; Tosti Storia II. 289. — Actus tuos praeteritos.«
» 10	»	(24899) Consilio et communi Bononiensibus pacem inter ipsos et Franciscum et Aczonem marchiones Estenses necnon communitates Ferrariae, Mutinae ac Regii per apostolicam sedem reformatam, inserto pacis instrumento, confirmat. IV id. Ianr. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 350. n° 526. — »Pronuntiationem quandam.«
» 10	»	(24900) Eisdem confirmat compromissum de verbo ad verbum hîc insertum, quod inter eos ex parte una et Azonem et Franciscum marchiones Estenses, communia vel universitates Ferrariae, Mutinae ac Regii civitatum et sequaces eorum ex altera confectum erat super omnibus et singulis, super quibus dissidere ad invicem noscebantur. IV id. Ianr. a° 5°. ‖ Tonini Rimini III. 716; Theiner l. c. n° 527. — »Super reformanda pace.«
» 15	»	(24901) Iacobum Aragonum regem monet et rogat, coarctet oriundos de regno et terris ipsi subiectis, qui Frederico et Siculis erronee ac imprudenter adhaerent, ut a suo errore se revocent et ab illorum obsequiis discedant; illos vero ex suis subditis, qui cum Gerardo episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato et Roberto duce Calabriae ipsius cognato ac Rogerio de Lauria in apostolicae sedis servitium in ipsa Sicilia moram trahunt, diligentius exhortetur, ut ipsis legato, duci ac Rogerio ferventer assistant *etc.* XVIII kal. Febr. a° 5°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 17; Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1383 n° 3. — »Adhibe fili quaesumus.«
» 20	»	(24902) Concedit et indulget, ut communitates civitatum et castrorum patrimonii b. Petri in Tuscia per se vel per potestates, consules vel rectores aut officiales merum et mixtum imperium exercere possint, eisque alia tribuit privilegia. XIII kal. Febr. a° 5°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 354. n° 528. — »Licet merum et.«
Febr. 1	»	(24903) Gerardo episcopo Sabinensi apostolicae sedis legato queritur, quod Philippus princeps Tarentinus contra expressae papalis prohibitionis edictum in Siciliam transfretaverit; addit, eam ob rem Carolum Siciliae regem et Rogerium de Lauria in regno Siciliae admiratum ad sedem apostolicam personaliter accessisse, post quorum recessum

1300.

		cursor legati apparuerit; speciales ad Iacobum Aragonum regem esse nuntios destinatos, ut de eius terris bonus militum et galearum numerus habeatur. »Per Philippum regem Francorum procuramus commune Ianuae modis congruentibus exhortari, ne Friderico et Siculis rebellibus per eos auxilium praebeatur« *etc.* Kal. Febr. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 12. — »Sinistri casus eventu.«
Febr. 1	Laterani	(24904) Episcopo Aversano mandat, ut moniales S. Georgii Neapolitani ord. s. Ben. ad permutationem cuiusdam horti cum fratribus Minor. conventus S. Laurentii ineundam compellat. Kal. Febr. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 601. n° 43; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 496. n° 178. — »Ex parte dilectorum.«
» 4	»	(24905) Arlocto quondam Rolandi de Pomonte militi Tudertino familiari suo castellaniam et custodiam castri Colliscasalis Balneoregensis dioc. committit. II non. Febr. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 366. n° 538. — »Sincere devotionis affectum.«
» 4	»	(24906) Guillelmo Novello comiti palatino in Tuscia familiari suo castrum Montisvecli Forosinfroniens. dioc. committit. II non. Febr. a° 6°. ‖ Theiner l. c. 367. n° 539. — »Considerantes attentius quod.«
» 5	»	(24907) Marchiae Anconitanae rectori vel eius vicario mandat, ut Esculanos ad restituenda castra Montis Passilli et Montis Cretatii Firmanis compellat eosque Romam citet. Non. Febr. a° 6°. ‖ Theiner l. c. 368. n° 542. — »Gravis et onusta.«
» 6	»	(24908) Raynaldo quondam Ugolini de Susmano militi Tudertino rectoriam et regimen Vallis Topinae et Villae Balsanae Fulginatis et Nucerinae diocesum committit. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Theiner l. c. 367. n° 540. — »De fidelitate tua.«
» 6	»	(24909) Archiepiscopo Cantuariae iniungit, citet peremptorie Walterum de Langetoun Coventriensem et Lichefeldensem episcopum, qui pastoralis honestatis oblitus, famae prodigus et tamquam sui ipsius persecutor honoris scelesta nefandaque opera committere non desistat, ut infra trimestris temporis spatium personaliter compareat coram pontifice Romano. VIII id. Febr. a° 6°. ‖ Chronicon de Lanercost 200. — »Grave nimis non.«
» 7	»	(24910) Potestati, consilio et communi Nucerinis indulget, ne in curia comitis, quem rector ducatus Spoletani ipsis constituerit, respondere teneantur. VII id. Febr. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 367. n° 541. — »Devotionis antique sinceritas.«
» 14	»	* (24911) Tegrino comiti in Tuscia palatino ad sedandas discordias inter eum ex parte una et Manfredum ac Guiglielmum fratres et Guidonem Novellum nepotem ipsorum comites in Tuscia palatinos ex altera ortas concedit, ut ducere possit uxorem Iohannam sororem Guidonis praedicti, non obstante quod quarto consanguinitatis gradu invicem se attingant. XVI kal. Mart. a° 6°. ‖ Ildef. di San Luigi Delizie degli erud. Tosc. VIII. 115.
» 15	»	(24912) Magistro et fratribus domus hospitalis s. Mariae Theuton. Ierosol. omnes libertates, immunitates necnon exemptiones saecularium exactionum confirmat. XV kal. Mart. a° 6°. ‖ Bunge Livl. UB. I. 756. n° 588; Strehlke Tab. 429. n° 672. — »Cum a nobis.«
» 15	—	* Abbatem S. Benigni Divionensis: »Romae ap. S. Petrum XV kal. Mart. a° 6°«. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 164, *vid.* 1298. Febr. 15. n° 24629.
» 18	Laterani	(24913) Statuit et ordinat, ut Praedicatorum et Minorum ordinum fratres in ecclesiis et locis suis ac in plateis communibus libere valeant clero et populo praedicare ac proponere verbum Dei; in studiis generalibus, ubi sermones ad clerum ex more fieri solent, ad funera etiam mortuorum et in festis specialibus suis possint iidem fratres libere praedicare *etc.* Adiicit, ut dicti fratres in ecclesiis vel locis suis ubilibet constitutis liberam habeant sepulturam *etc.* XII kal. Mart. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 498. n° 179; Liljegren Svenskt dipl. II. II. 312. n° 1303; Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 430; *sine signo chronol.* Wadding Ann. Minor. V. 340, *ad* a. 1295; Bulaeus Hist. univ. Paris. III. 545; *int.* Extravag. comm. lib. 3. tit. 6 *de sepult.* c. 2 ap. Boehmer Corp. II. 1166; Richter Corp. II. 1188; Clementin. lib. 3. tit. 7 *de sepult.* in c. 2 ap. Boehmer l. c. 1068; ap. Richter l. c. 1081; *cf.* Celse Appar. 99. n° 15; Tabulae codd. mss. in bibl. Vindobon. I. 67. n° 413. 22 et 257. n° 1589. 6. — »Super cathedram praeeminentiae.« * Benedictus XI hanc constitutionem revocavit, sed Clemens V eam renovavit in concilio Viennensi; *cf.* Wadding l. c. V. 340.
» 18	»	(24914) Repetit n° 24881 d. d. 1299. Sept. 27: »XII kal. Mart. a° 6°« — »Detestandae feritatis.« ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1299 § 36.
» 19	Romae ap. S. Petrum	(24915) Abbati monasterii s. Burckardi extra muros Herbipolenses mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Nicolai in Camberg ord. s. Ben. Herbipol. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. XI kal. Mart. a° (7°, *sed legas*) 6°. ‖ Diplom. Chomburgens. ap. Mencken Scr. rer. Germ. I. 396. n° 25. — »Ad audientiam nostram.«
» 20	Laterani	(24916) Rogerio et Lapo ac ceteris eorum sociis de societate Spinorum de Florentia mercatoribus camerae suae cautionem facit pro cuiusdam pecuniae solutione. X kal. Mart. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 501. n° 180. — »Per diversas nostras.«

1300.

Febr. 22	Romae ap. S. Petrum	(24917) Omnibus »in praesenti anno 1300« a festo nativitatis Domini praeterito proxime inchoato, et in quolibet anno centesimo secuturo ad Petri et Pauli apostolorum basilicas de Urbe accedentibus, vere poenitentibus et confessis non solum plenam et largiorem, imo plenissimam omnium suorum veniam peccatorum« concedit. VIII kal. Mart. (VIII kal. Mai. *Lün.*; VII kal. Mai. *Ann. Edw. al.*) a° 6° (3° *M. bibl. patr.*, 7° *Boehm.*). ‖ Cherubini Bullar. I. 159; Bullar. Vatic. I. 225; Magn. Bibl. Patr. VI. (Paris. 1654) 437; Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 4; Leibnitii Mant. cod. iur. gent. II. 293; Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI.) 175. n° 88; Baillet Hist. 331; Euseb. Amort De origine ... indulgentiarum (Aug. Vind. 1735. fol.) I. 79; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 156. n° 15; Annal. reg. Edwardi I *in* Rishangeri Chron. 449; Tosti Storia II. 282; Extravag. comm. lib. 5. tit. 9 *de poenit. et remiss.* ap. Boehmer Corp. II. 1193; ap. Richter Corp. II. 1218; *sine nota temporis* Ghirardacci Hist. di Bologna I. 411. — »Antiquorum habet fida.«
» 22	»	(24918) Abbati et conventui monasterii s. Michaelis in Luneborg ord. s. Ben. Verdens. dioc. parochiales ecclesias in Dalenborch, in Gerdowe, in Veersen, in Hidbergen et in Norendorpe dictae Verdensis et in Bergis Mindens. dioc. in relevamen onerum et expensarum unit, annectit et incorporat. VIII kal. Mart. a° (8°, *sed legas*) 6°. ‖ v. Hodenberg Lüneburger UB. Abth. VII. 126. n° 179. — »Sincere devotionis affectus.«
» 24	(–)	(24919) Priorem et fratres Servorum s. Mariae de Burgo s. Petronii Bononiae protegendos suscipit eorumque bona ac possessiones confirmat. »Laterani« VI kal. Mart. a° 6°. ‖ Gianii Annal. I. 192. — »Cum a nobis.«
» 24	»	(24920) Statuit, ne praelati ecclesiasticaeque personae collectas vel tallias, decimam vel vicesimam vel centesimam suorum et ecclesiae proventuum laicis persolvant. »Universitates quae in his culpabiles fuerint, ecclesiastico supponimus interdicto.« VI kal. Mart. a° 6°. ‖ Annal. reg. Edwardi I *in* Rishangeri Chron. 462. — »Ecclesiasticis infestos laicos.«
» 25	Laterani	(24921) Praeposito et conventui monasterii s. Zenonis in Hallis [*i. e.* Reichenhall] ord. s. Aug. Salisburgens. dioc. omnes libertates et immunitates, privilegia aliasque indulgentias confirmat. V kal. Mart. a° 6°. ‖ Kuen Collectio script. V. II. 282; Hund Metrop. Salisb. ed. Gewold III. 517; *cf.* Lang Regesta IV. 708. — »Cum a nobis.«
Mart. 1	Romae ap. S. Petrum	(24922) Declarat expresse et dicit manifeste »quod illos ... christianos, qui portaverint vel portabunt merces seu res prohibitas Saracenis ... necnon Fredericum natum quondam Petri olim regis Aragonum ac Siculos ecclesiae Romanae hostes et apostolicae sedis rebelles, et qui receptabunt Columnenses .... penitus« excludit ab indulgentia plenissima quam elargitur »omnibus in praesenti 1300mo a festo nativitatis Domini ... praeterito proxime inchoato et in quolibet alio centesimo secuturo anno ad basilicas Petri et Pauli apostolorum de Urbe accedentibus reverenter, vere poenitentibus et confessis.« Kal. Mart. a° 6°. ‖ Magna bibl. Patrum. VI. (Paris. 1654) 438; Tosti Storia II. 283: *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 10. — »Nuper per alias.«
» 8	Laterani	(24923) P(orcheti) ord. Minor. archiepiscopi Ianuensis spontaneam cessionem admittit et provisionem Ianuensis ecclesiae sibi reservat. VIII id. Mart. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 502. n° 181. — »Dilectus filius frater.«
» 9	»	(24924) Eduardum regem Anglorum monet et hortatur, ut Thomae archiepiscopo Eboracensi temporalia seu regalia Eboracensis ecclesiae restituat. VII id. Mart. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 32, *exordio praetermisso.*
» 11	»	(24925) Prioris et fratrum domus Servorum s. Mariae de Cafagio Florentiae ord. s. Aug. tutelam suscipit eorumque possessiones ac bona confirmat. V id. Mart. a° 6°. ‖ Gianii Annal. I. 189. — »Cum a nobis.«
» 15	»	(24926) Abbati monasterii in Lunemburch Verdens. dioc., praeposito Razeburgensis et scolastico Nuemburgensis ecclesiarum mandat, ut, cum consules et universitas Lubicenses (Borchardum) episcopum et capitulum Lubicenses, licet terris, possessionibus et rebus aliis eos spoliaverint, nihilominus ab ecclesia et civitate Lubicensi eorumque curiis ac domibus violenter eiicere nequiter praesumpserint, partes apud Razeburch convocent, causam audiant eamque infra unius anni spatium iudicio vel, si de partium voluntate processerit, concordia terminare curent. Id. Mart. a° 6°. ‖ Leverkus UB. d. Bisthums Lübeck I. 436. n° 371; Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 183. n° 135; *cf.* Meklenb. UB. IV. 143. n° 2602. — »Significarunt nobis venerabilis.«
» 15	»	(24927) Eisdem mandat, ut apud Razeburch partibus convocatis et episcopo capituloque Lubicensibus restitutis quibus eos consules et universitas Lubicenses contra iustitiam spoliaverint, audiant causam et eam infra unius anni spatium iudicio vel concordia terminent. Id. Mart. a° 6°. ‖ Leverkus l. c. 439. n° 372. — »Significarunt nobis venerabilis.«
» 16	»	(24928) Iacobo Normandi de Urbe archidiacono Narbonensis et Grimerio de Placentia canonico Parisiensis ecclesiarum mandat, ut, cum (Raynaldus) episcopus Vicentinus in proximo ad sedem apostolicam sit rediturus ac propterea commissum sibi officium prosequi personaliter nequeat, archiepiscopos, episcopos et alias personas ecclesiasticas per regnum Franciae constitutos requirant, ut intollerabilibus ecclesiae Romanae one-

1300.

		ribus relevandis subveniant et festinum subsidium cum effectu praebeant. xvii kal. Apr. aº 6º. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 146. — »Dudum per speciales.«
Mart. 17	Laterani	(24929) Guardiano fratrum ord. Minor. Aretinorum potestatem impertitur suspendendi censuras ecclesiasticas in Aretinos olim latas. xvi kal. Apr. aº 6º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 502. nº 182. — »Attendentes pridem quod.«
» 18	»	* (24930) Riccardo archiepiscopo Dublinensi concedit, ut cimiteria suae diocesis per effusionem sanguinis vel seminis violata reconciliare et duabus personis tabellionatus officium conferre possit. xv kal. Apr. aº 6º. ‖ Theiner Mon. Hibern. 172. nº 374.
» 23	»	(24931) Abbati monasterii in Lunenborch Verdens. dioc. ac praeposito Razeburgensis et scolastico Nuemburgensis ecclesiarum mandat, ut, cum (Borchardus) episcopus et capitulum Lubicenses consules et universitatem civitatis Lubicensis quibusdam villis, terris, equis, pecudibus *etc.* contra iusticiam spoliaverint, apud Razemburch partes convocent, causam audiant et eam infra unius anni spatium iudicio vel concordia terminent. x kal. Apr. aº 6º. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 440. nº 373; Michelsen US. f. Schlesw.-Holstein I. 184. nº 136. — »Significarunt nobis consules.«
» 25	»	(24932) Abbatissae et conventui monasterii de Hohoenbbart ord. s. Ben. Augustan. dioc. indulget, ut tempore generalis interdicti reddant Domino canonicas horas et audiant divina officia a capellano proprio. viii kal. Apr. aº 6º. ‖ Mon. Boica XVII. 105. — »Devotionis vestre precibus.«
» 27	»	* (24933) Postquam ad decimam pro subsidio Terrae sanctae in Alamanniae, Ungariae, Boemiae et Poloniae partibus colligendam diversi a tempore Gregorii pp. X collectores deputati fuissent, qui talem collectionem seu in parte, seu etiam in toto neglexerunt, ad negotium hoc melius prosequendum (Wicboldum) archiepiscopum Coloniensem in dictis partibus decimae illius collectorem instituit, iubetque, ut pecuniam hoc modo collectam totam mercatoribus Florentinis et Pisanis, quos de nomine designat, tradat. vi kal. (id. *Fej.*) Apr. aº 6º. ‖ Palacky Reise 50. nº 402; Erben Regest. Bohem. II. 798. nº 1856; Fejér Cod. dipl. VII. 564.
Apr. 1	»	(24934) R(aynaldo) episcopo Vicentino mandat, ut totum et quicquid per archiepiscopos, episcopos et personas ecclesiasticas in regno Franciae pro subsidio contigerit conferri, statim Rogerio et Lapo Spinae, Symoni Gerardi, Ranutio Hugonis et Gerardo Rustici et aliis eorumque sociis de praedicta societate Spinorum camerae apostolicae mercatoribus assignet, ipso autem redeunte, Iacobo Normanni de Urbe archidiacono Narbonensis et Grimerio de Placentia canonico Parisiensis ecclesiarum assignet, quicquid fuerit pro executione huiusmodi ministerii assignandum. Kal. Apr. aº 6º. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 148. — »Dudum per speciales.« * *In eundem modum* Iacobo Normanni de Urbe archidiac. Narbon. et Grimerio de Placentia can. Paris. ‖ Gottardi l. c. 149.
» 1	»	(24935) Carolo comiti Andegavensi medietatem omnium decimarum pridem ipsi subsidii vel subventionis nomine per praelatos et personas ecclesiasticas regni Franciae concessarum concedit, ita tamen ut infra quindenam festivitatis Omnium Sanctorum futurae proximo iter arripiat veniendi in subsidium ecclesiae Romanae et Caroli regis Siciliae. Kal. Apr. aº 6º. ‖ Gottardi l. c. 150. — »Circa personam tuam.«
» 1	»	(24936) R(aynaldo) Vicentino apostolicae sedis nuntio, ... Ambianensi et .... Antisiodorensi episcopis mandat, ut procedant ad dispensationem Caroli comitis Andegavensis fratris Philippi regis Francorum et Caterinae imperatricis Constantinopolitanae puellae, ut matrimonium invicem licite contrahere possint, dummodo dictus Carolus infra quindenam festivitatis Omnium Sanctorum futurae proximo iter arripuerit veniendi in subsidium ecclesiae Romanae et C(aroli) Siciliae regis. Kal. Apr. aº 6º. ‖ Gottardi l. c. 151. — »Dudum vobis duximus.«
» 7	»	(24937) Edvardo regi Angliae scribit de Terra sancta recuperanda cooperantibus Tartarorum domino cum Iurgianorum et Armeniae regibus contra soldanum gentis Babiloniae crucis hostem praecipuum. vii id. Apr. aº 6º. ‖ Ann. regis Edwardi I *in* Rishangeri Chron. 465; *integrior* ap. Rymer Foed. I. iv. 1. — »Nova grandia fili.«
» 7	»	(24938) Magistro et fratribus hospitalis s. Iohannis in Ierusalem, qui olim in captione civitatis Anconensis (*sic!*) apostolicas litteras regulae suae seriem continentes cum aliis rebus amiserant, hanc regulam innovat et confirmat. vii id. Apr. aº 6º. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1465. nº 13; Dugdale Monast. Anglic. VII. 790. — »Culminis apostolici solio.«
» 7	»	(24939) Omnes et singulos de civitate Ianuensi eiusque territorio et praesertim de domibus Auriae ac Spinulae, qui contra prohibitionem sedis apostolicae praestiterunt Friderico Siculisque auxilium, et nominatim Ubertum de Auria, Conradum de Spinula et Conradum ipsius Uberti natum, qui est contra ecclesiam et regem Siciliae praedicti Friderici publicus admiratus, excommunicationis sententia innodatos denuntiat *etc.* In die coenae Domini aº 6º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 10, *omisso exordio incip.*: — »Cum ad apostolatus.«

1300.

Apr. 8	Laterani	(Wicboldum) archiepiscopum Coloniensem: vi id. Apr. aº 6º. ‖ Fejér Cod. dipl. VII. v. 564, *vid.* nº 24933.
» 11	»	(24941) Universos electores magistri ord. Praedic. rogat et hortatur, ut illum per electionem unanimem et concordem ad gerendum magisterii ordinis eiusdem officium studeant eligere, qui tanto congruat oneri et honori quique sit religionis fervidus *etc.* iii id. Apr. aº 6º. ‖ Martene Thes. anecd. IV. 1865 (*vel potius* 1875); Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 60; *sine nota chronol. et omisso initio* Fontana Monum. Dominic. 149. — »Caelestis agricolae mira.«
» 12	»	(24942) Theodorico episcopo Civitatis Papalis propter fructus et redditus mensae episcopalis tenues et exiles situm seu locum, ubi fuerunt olim civitas damnati nominis Penestrin. eiusque castrum quod dicebatur Mons, et Rocca et etiam Civitas Papalis postmodum destructa cum suis territorio et districtu, nec non Castrum Novum Tiburtin. dioc. *etc.* de gratia speciali concedit. ii id. Apr. aº 6º. ‖ (Petrini) Memorie Penestr. 426. nº 29. — »Grandia tuae probitatis.«
» 12	»	(24943) Universos definitores capituli generalis ord. Praedic. Massiliae proxime celebrandi rogat et hortatur, ut circumstantias universas quae in negotio divisionis quarundam ordinis provinciarum sint attendendae, examine discutere studeant, eisque mandat, ut magister ordinis quem in eodem capitulo eligi et assumi contigerit, necnon aliqui pauci et discreti eiusdem ordinis fratres una cum eodem magistro ad sedem apostolicam accedant, »ut ad divisionem huiusmodi, prout statui et voluntati eiusdem ordinis expedire viderimus, procedamus.« ii id. Apr. aº 6º. ‖ Martene Thes. anecd. IV. 1864 (*vel potius* 1874); Ripoll l. c. 60. — »Inter religiones singulas.«
» 13	»	(24944) Potestatem, capitaneum, antianos et commune Bononienses hortatur, ut statuta contra clerum edita revocent. Id. Apr. aº 6º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 368. nº 543. — »Cum vos et.«
» 27	(»)	(24945) Archipresbytero, priori et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe capellam s. Egidii foris muros Urbis cum omnibus iuribus et pertinentiis ab omni iurisdictione exemtam, nonnullis tamen oneribus obnoxiam addicit. »Anagniae« v kal. Mai. aº 6º. ‖ Bullar. Vatic. I. 226. — »Venerandam sanctamque.«
(Ianr.-Apr.)	»	(24946) Episcopo et Guillelmo Ursiani canonico Paduanis ac priori de S. Mariano Perusin. dioc. Paduae commoranti de Bonifacii Parentini episcopi et (Petri) patriarchae Aquileiensis controversia super visitatione Aquileiensis ecclesiae exorta mandata dat. *Absque nota chronol.* ‖ Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1300. — »Sua nobis venerabilis.«
(Apr.)	(»)	* (24947) Albertum Terracinensem episcopum transfert ad Capuanam ecclesiam. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1297.
»	(»)	* (24948) Lettres d'indulgence accordées aux fidèles qui à des jours désignés feront leurs dévotions dans l'église du monastère de Dyferdengen. »Romae«. Mense Apr. indict. xiii. ‖ Public. de la soc. des monum. histor. de Luxembourg XVII. 1861. p. 94. nº 289.
Mai. 5	?	* (24949) Iohannem ex canonico Bononiensi eligit in Terracinensem episcopum. iii non. Mai. aº 6º. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1297.
» 7	Anagniae	(24950) Ianuensibus proponit, quantum decus ex inita cum ecclesia concordia colligant quibusve malis, provocata in se tum Dei tum sedis apostolicae ira, si adhaereant Friderico insulae Siciliae tyranno, se obiiciant. Non. Mai. aº (4º, *error typogr., legas*) 6º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 11, *omisso initio.*
» 11	»	(24951) Potestatem, capitaneum, consilium et commune S. Geminiani Vulterran. dioc. hortatur, ut Antonium archipresbyterum Florentinum capellanum et domesticum familiarem suum latorem praesentium devote recipiant ac ei super illis, quae per eum tractanda et ordinanda cum ipsis propositurus sit, diligenter intendant. v id. Mai. aº 6º. ‖ Coppi Annali di San Gimignano 169. — »Apostolicae servitutis officium.«
» 12	»	(24952) Paulo Petri de Gualdo curam et regimen castrorum Durantis, Saxicorbarii, Insulae Planesiae, Turris Abbatiae ac Pillii Urbinatis dioc. committit. iv id. Mai. aº 6º. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 370. nº 545. — »Devotionis et fidei.«
» 13	»	(24953) Duci Saxoniae significat, se ad christianitatis pacem et tranquillitatem Romanae ecclesiae provinciam Tusciae revocare ad ius et proprietatem eiusdem ecclesiae, cuius auctoritate in Romanum imperium illa noscatur fuisse translata. »Per Romanorum enim imperatores et reges tenentes eandem ecclesia praedicta in suis vasallis ... fuit multipliciter molestata.« Ideo Anconitanum episcopum ad dictum ducem ac Germaniae partes propter hoc specialiter destinat. Rogat et hortatur ducem, ut, si Albertus Austriae dux natus cl. m. Rodulfi Romanorum regis super ista materia apostolicis beneplacitis se coaptet, spontaneum praebeat consensum. iii id. Mai. aº 6º. ‖ Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. i. 313. nº 29; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 371. nº 547, *incorrecte*; Ficker Forschungen IV. 508. nº 500; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 93; Kopp l. c. III. ii. 75. — »Apostolica sedes divinitus.«

		1300.
Mai. 13	Anagniae	(24954) Gerardino de Tuderto militi familiari suo rectoriam civitatis Urbinatis committit. III id. Mai. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 370. n° 546. — »Affectus pure devotionis.«
» 15	»	(24955) Porchettum de domo Spinulae Ianuensem ord. Minor. legatum pacis inter Carolum Siciliae regem et Ianuensem rempublicam constituit. Id. Mai. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 503. n° 183. — »Gerentes ab olim.«
» 21	»	(24956) Priori et conventui monasterii s. Bartholomaei de Trisulto Carthus. ord. Alatrin. dioc. indulget, ut domus seu monasterium conversorum eiusdem ordinis cimiterium habere valeat, in quo oblatos et familiares possint libere sine iuris alieni praeiudicio sepelire. XII kal. Iun. a° 6°. ‖ Tromby Storia VI. app. 28. n° 27. — »Laudabilis vestrae religionis.«
» 23	»	(24957) Matthaeum Portuensem et S. Rufinae episcopum ob exaltationem ecclesiae ac desideratam quietem Lombardiae, Tusciae et Romandiolae provinciarum, Aquileiensis et Gradensis patriarchatuum, Ravennatis, Mediolanensis, Ianuensis et Pisani archiepiscopatuum, marchiae Tervisinae, Venetiarum, Bononiensis et Ferrariensis civitatum earumque diocesum et territoriorum illuc tanquam pacis angelum mittit eique in praedictis partibus plenae legationis officium committit. X kal. Iun. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 14; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 503. n° 184; Tosti Storia II. 291. — »Considerantes attentius et.«
» 26	»	(24958) Magistro et fratribus ord. Praedic. concedit, ut de funeralibus obventionibus nonnisi quartam partem parochialibus sacerdotibus exhibeant. VII kal. Iun. a° 6°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 61. — »Nuper ut materia.«
» 27	»	(24959) Ministro generali et fratribus ord. Minor. idem concedit. VI kal. Iun. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 602. n° 44; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 504. n° 185; Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 2. — »Nuper ut discordiae.«
» 27	»	(24960) Neapoleoni S. Adriani diacono card. Piceni et ducatus Spoletani rectori scribit de extinguendis seditionibus, quas in quibusdam ipsarum provinciarum terris hostis humani generis suscitavit. VI kal. Iun. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 22. — »Cum in aliquibus.«
Iun. 3	(»)	* (24961) Papinianum Novariensem episcopum ad Parmensem ecclesiam transfert. III non. Iun. a° 6°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 180.
» 4	»	(24962) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Brixiensibus mandat, ut Ramburziam de Murro electam monasterio s. Iuliae Brixiensi ord. s. Ben. praeficiant in abbatissam, si eam invenerint idoneam. II non. Iun. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 505. n° 186. — »Etsi religiosorum locorum.«
» 9	»	(24963) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus et conventibus ord. Praemonstr. notum facit, se inhibere, ne archiepiscopi, episcopi et alii praelati novis et insolitis exactionibus Praemonstratenses molestent. V id. Iun. a° 6°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 693. — »Vestrae merita religionis.«
» 9	»	(24964) Abbatibus monasteriorum s. Medardi Suessionensis, s. Cornelii Compendiensis et s. Walarici supra mare Ambianens. et Suession. dioce. de superiore epistola significat eisque mandat, ne permittant ut Praemonstratenses archiepiscoporum *etc.* gravaminibus et exactionibus vexentur. V id. Iun. a° 6°. ‖ Le Paige l. c. 693. — »Merita religionis dilectorum.«
» 12	—	Scholares *etc.* universitatis studii Oxoniensis: »Romae ap. S. Petrum II id. Iun. a° 6°«. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 1, *vid.* 1298. Iun. 12. n° 24691.
» 13	Anagniae	* (24965) Molismensi et Morimundi abbatibus Lingonens. dioc. notum facit, se monasterium Belliloci in Argonia ord. s. Ben. Virdunens. dioc. ordini Cluniacensi unire et subiicere. Id. Iun. a° 6°. ‖ Bullar. ord. Cluniac. 165.
» 17	»	(24966) Lectorensi et Aversano episcopis repetit, quod legis in n° 24904: »XV kal. Iul. a° 6°« — »Ex parte dilectorum.« ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 506. n° 187.
» 17	»	(24967) Communi civitatis Perusii concedit, ut 1400 florenorum auri, in quibus teneantur capitulo Perusino, ad opus fabricae ecclesiae Perusinae convertere possint. XV kal. Iun. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 372. n° 548. — »Exhibita nobis ex.«
Iul. 17	»	(24968) Guardiano et fratribus Minoribus Anagninis ecclesias s. Matthaei et s. Stephani de Portario civitatis Anagninae pro habitatione sua et aedificanda ibi ecclesia concedit. XVI kal. Aug. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 603. n° 45; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 506. n° 188. — »Dum fructus uberes.«
» 18	»	(24969) (Philippum) regem Franciae hortatur, praecipiat senescalli officialibus et baiulis suis districte, ut de cetero a Magalonensis episcopi et capituli ac vassallorum super comitatu Melgorii (Mergolii *Rayn.*, Mergoglii *Tosti*) molestatione desistant. XV kal. Aug.

		1300.
		a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 27; Gallia christ. VI. instr. 379; Tosti Storia II. 295. — »Recordare rex inclyte.«
Iul. 25	Anagniae	(24970) Paulo Carnotensis, Petro Lichefeldensis, Ildebrandino Senonensis canonicis ecclesiarum et Iohanni filiis et haeredibus quondam Adenulfi de Comite, fratribus, dominis de Castro Vallismontonis Signinae dioc. concedit castrum Iuliani Velletrens. dioc. sub annuo censu 20 solidorum provenensium. VIII kal. Aug. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 372. n° 549. — »Magne devotionis sinceritas.«
Aug. 1	»	(24971) Henricum ord. Minor. ecclesiae Lucanae praeficit in episcopum. Kal. Aug. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 603. n° 46; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 507. n° 189. — »Romani pontificis quem.«
» 12	»	(24972) R(aynaldo) Vicentino apostolicae sedis nuncio, G(aufrido) Ambianensi et P(etro) Autissiodorensi episcopis mandat, ut matrimonium inter Carolum Andegavensem comitem fratrem Philippi Francorum regis et Catarinam imperatricem Constantinopolitanam permittant, dummodo dictus comes infra quindenam festivitatis Omnium Sanctorum proximo futurae iter arripuerit in subsidium ecclesiae Romanae et Caroli Siciliae regis. II id. Aug. a° 6°. ‖ Du Cange Hist. de Constantinople, pr. 41. —
» 23	Sculculae	(24973) (Iohanni) episcopo et guardiano fratrum Minorum Virdunensibus mandat, ut monasterio monialium s. Mauri Virdun. ord. s. Ben. de abbatissa provideant. X kal. Sept. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 508. n° 190. — »Etsi religiosorum locorum.«
» 24	»	(24974) Edvardo regi Angliae significat, se Iohannem Wintoniensem episcopum et alios eius nuncios benigne recepisse et audivisse et eisdem, quantum fuerit in promptu in absentia nunciorum Philippi Francorum regis, respondisse; addit, unum nunciorum eius reverti, qui ipsum de responsione sua et alios de mente sua viva voce informare possit. IX kal. Sept. a° 6°. ‖ Rymer Foed. I. IV. 2. — »Venerabilem fratrem nostrum.«
Sept. 28	Anagniae	(24975) Iohannis ducis Britanniae propositum transfretandi in subsidium Terrae sanctae laudat eique et omnibus, quos secum transfretaturos elegerit, illam impertitur indulgentiam, quae transfretantibus in ipsius terrae subsidium concessa fuit in generali concilio Lugdunensi. IV kal. Oct. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 33. — »Gaudemus et laetamur.«
» 28	»	(24976) Abbati monasterii s. Mariae de Precibus, priori Praedic. de Dinanno Venetens. et Macloviens. dioce. et guardiano Minor. ord. Venetensi mandat, ut inhabiles ad transfretandum in Terram sanctam a voto dispensent, quo se obstrinxerunt, illud cum aliqua pecuniae quantitate commutando. IV kal. Oct. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 510. n° 191. — »Dilectus filius nobilis.«
» 28	»	(24977) Eisdem mandat, ut nomine Terrae sanctae omnia recipiant legata in eiusdem subsidium facta et facienda. IV kal. Oct. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 511. n° 192. — »Dilectus filius nobilis.«
» 28	»	(24978) Indulgentiam largitur pro visitantibus ecclesiam monasterii s. Mariae de Plotivel ord. Carmel. Macloviens. dioc. fundati ab Iohanne duce Britanniae. IV kal. Oct. a° 6°. ‖ Bullarium Carmel. III. 11. n° 5. — »Vitae perennis gloria.«
» 28	»	(24979) Priori et fratribus eiusdem monasterii concedit facultatem praedicandi verbum Dei publice in ecclesiis, aliis locis idoneis civitatis et diocesis Macloviensis in magnis congregationibus, in festis solemnioribus et missarum solemniis. IV kal. Oct. a° 6°. ‖ Bullarium Carmel. III. 11. n° 6. — »Dilecti filii nobilis.«
» 28	»	(24980) Eisdem concedit facultatem habendi coemiterium pro sepultura sua, propriae familiae aliorumque, qui se illic elegerint sepeliri. IV kal. Oct. a° 6°. ‖ Bullarium Carmel. III. 12. n° 7. — »Dilecti filii nobilis.«
Oct. 2	»	(24981) Petro Caitano nepoti suo comiti Casertano castrum Nymphae Ostiens. et Velletrens. dioc. in perpetuum feudum concedit cum obligatione, ut quasdam possessiones suas in agro Urbevetano sitas ecclesiae Romanae cedat. VI non. Oct. indict. XIII (!). incarn. dom. a° 1300. pont. a° 6°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 373. n° 550. — »Apostolice sedis circumspecta.«
» 3	»	(24982) R(aynaldo) Vicentino apostolicae sedis nuntio, G(aufrido) Ambianensi et P(etro) Autissiodorensi episcopis mandat, ut prorogent terminum profectionis Caroli Andegavensis comitis in subsidium ecclesiae Romanae a praedicta quindena (*cf.* n° 24972) eiusdem festivitatis Omnium Sanctorum usque ad festum purificationis b. Virginis proximo secuturum. V non. Oct. a° 6°. ‖ Du Cange Hist. de Constantinople sous les emper. franç., preuv. 42. — »Olim nobis duximus.«
» 20	Laterani	(24983) Neapoleonem S. Adriani diac. cardinalem apostolicae sedis legatum monet et hortatur, ut se ad civitatem Perusinam personaliter conferat ibique commissum legationis officium exequatur, ne Perusinorum indevotio transeat aliis in exemplum. XIII kal. Nov. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 23. — »Profecto grave fuit.«

1300.

Oct. 20 | Laterani | * (24984) Abbati et conventui monasterii de Thesengecloster [Thedingen] ord. s. Ben. Monasteriens. dioc. ecclesiam de Bedum, quam eis episcopus Monasteriensis concessit, confirmat. ‖ Wilmans Westfäl. UB. III. 875. n° 1676.

» 21 | » | (24985) Treugas inter Philippum Franciae et Edwardum Angliae reges, prout fuerint initae vel indictae, a proxime futuro Epiphaniae festo usque ad aliud ex tunc secundo venturum Epiphaniae festum ex potestate arbitraria sibi tradita prorogat. xii kal. Nov. a° 6°. ‖ Ex bibl. regiae Berol. MS. Gall. Fol. 86. p. 629; Dumont Corps univ. dipl. I. 326. n° 571; Raynald. l. c. § 26; Rymer Foed. I. iv. 3. — »Dudum inter charissimos.«

» 28 | » | (24986) Abbati et conventui monasterii s. Iudoci in Nemore ord. Praemonstr. Ambianens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. v kal. Nov. a° 6°. ‖ Hugo Ann. Praemonst. I. prob. 518. — »Solet annuere sedes.«

» 30 | » | (24987) Decano ecclesiae Ratisponensis causam abbatis conventusque monasterii in Sewn contra Erhardum dictum Haner, Ulricum et Engilmarum fratres laicos, qui super terris et rebus aliis iniuriantur eisdem, committit terminandam. iii kal. Nov. a° 6°. ‖ Mon. Boica II. 139. n° 15; *cf.* Lang Regesta IV. 722. — »Conquestus est nobis.«

Nov. 1 | » | (24988) Isabella principissa Achayae vidua supplicante ecclesiam s. Mariae de Camina cum omnibus bonis monasterio ord. s. Clarae Olenens. dioc. per eam constructo concedit et donat. Kal. Nov. a° 6°. ‖ Wadding Ann. Minor. V. 604. n° 47; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 512. n° 193. — »Affluentis devotionis affectum.«

» 3 | » | (24989) Archipresbytero et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe concedit, ut personatus, dignitates, officia, hospitalia, ecclesiae et alia beneficia ecclesiastica ad basilicam pertinentia memoratam nemini per apostolicae sedis vel legatorum eius litteras conferri possint, nisi de indulgentia huiusmodi expressam fecerint mentionem. iii non. Nov. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 227. — »Vos et venerandam.«

» 9 | » | (24990) Episcopo Gravinensi, priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. (Barensibus) mandat, ut veritatem inquirant super criminibus, de quibus Leucius episcopus Botontinus delatus fuerat. v id. Nov. a° 6°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 513. n° 194. — »Si displicet vobis.«

» 13 | » | * (24991) Decano Pataviensi mandat, ut bona Fürstencellensium distracta revocet. Id. Nov. a° 6°. ‖ Lang Regesta IV. 724.

» 21 | » | (24992) Clero Gallicano, ut aequiori animo imposita onera ferat, causas exponit, quae ipsum ad Carolum comitem Andegavensem in Italiam accersendum impulerint, ac nonnulla praefatus de suo levandi ab iniustis oneribus cleri desiderio ac regum principumque dissensione, quae instaurandis hactenus in Terrae sanctae rebus obfuerint, subiicit, se cum eodem comite iam ordinavisse, ut usque ad festum purificationis b. Virginis proximo futurum iter arripiat cum magna armatorum militum et equitum comitiva venturus continuatis dietis, ut tranquillato statu Siciliae aliisque Italiae rebellibus subiugatis de opportuno ipsius Terrae sanctae succursu possit utilius provideri. xi kal. Dec. a° 6°. ‖ *Omissis et initio et fine* Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 20. 21; Tosti Storia II. 292.

Dec. 2 | | Philippo Francorum regi: »iv non. Dec. a° 6°« — »Deum time et«, *vid.* 1301. Dec. 5. n° XIV post n° 25097.

» 11 | » | (24993) Priori et fratribus domus Heremitarum de Valle speciosa ord. s. Aug. Ratispon. dioc., quibus Otto et Stephanus duces Bawariae ius patronatus ecclesiae de Rehz Ratisp. dioc. contulerant, hanc collationem confirmat. iii id. Dec. a° 6°. ‖ Mon. Boica XXVI. 52. — »Cum a nobis.«

» 13 | » | (24994) Abbati et conventui monasterii Corbeiensis ad Romanam ecclesiam nullo (modo, *sed legas*) medio pertinentis ord. s. Ben. Paderborn. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. Id. Dec. a° 6°. ‖ Schaten Ann. Paderb. II. 191. — »Cum a nobis.«

» 15 | » | (24995) Edwardo regi Angliae scribit, officiales ac iustitiarios eius in Ybernia pecuniam et alia bona, in quibus decima ecclesiasticorum reddituum et proventuum commodius praeparetur, arestasse ac saisisse. Rogat eum, mandet ut praefata Yberniae decima tam in pecunia quam in aliis rebus de ipsa terra extrahi possit. xviii kal. Ianr. a° 6°. ‖ Rymer Foed. I. iv. 5. — »Decet fili carissime.«

» 18 | » | (24996) Andream ord. Praedic. ecclesiae Ergadiensi praeficit in episcopum. xv kal. Ianr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 169. n° 368. — »Pastoralis officii debitum.«

* *De eodem argumento* Clero et populo civitatis et diocesis Ergadiensis — Episcopo S. Andreae — Iohanni nato Iohannis Corvin et Ingerammo de Vinfrevilla in regno Scotiae per communitatem eiusdem regni custodibus deputatis.

» 18 | (») | * (24997) Diede in protettione l'ordine di san Guiglielmo, il quale era d'Eremitti sotto la regola di s. Agostino. ‖ Lello Hist. di Monreale II. 29.

» 19 | » | (24998) Populo civitatis et diocesis Rigensis notum facit, se Ysarnum priorem monasterii de Benevento ord. s. Aug. Lemovicens. dioc. capellanum suum Rigensi ecclesiae in archiepiscopum praefecisse. xiv kal. Ianr. a° 6°. ‖ Mitth. a. d. Gesch. Liv-Ehst- u. Kurlands V. 314; Bunge Livl. UB. I. 760. n° 592; *cf.* Voigt Gesch. Preussens IV. 164. — »In excelso sedis.«

1300.

Dec. 19 | Laterani | (24999) Isarno archiepiscopo Rigensi, cui per Matthaeum S. Mariae in porticu, Franciscum S. Mariae in Cosmedin et Petrum S. Mariae Novae diaconos cardinales palleum assignari fecerat, mandat, ut humilitatem et iustitiam observare studeat. xiv kal. Ianr. a° 6°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 112. n° 197; Bunge l. c. VI. 54. n° 2765. — »Cum palleum plenitudinem.« *Cf.* n° 25034.

» 19 | » | (25000) Henricum regem Cypri rogat et hortatur, ut ordinationem, quam pro eius et regni quiete pridem inter eum ac praelatos et religiosos eiusdem regni fecerit, indesinenter observet. xiv kal. Ianr. a° 6°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1300 § 35. — »Circa illa te.«

1301.

Ianr. 3 | » | (25001) M(atthaeo) S. Mariae in Porticu diacono cardinali archipresbytero, ac priori et capitulo basilicae Principis apostolorum de Urbe castra ac praedia aliquot aere proprio coemta concedit et donat ac transfert in eandem basilicam. iii non. Ianr. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 228. — »Ante assumptionem nostram.«

» 3 | » | (25002) Basilicae Principis apostolorum de Urbe canonicorum numerum usque ad tricesimum adauget, tres beneficiatos ac viginti clericos beneficiatos ministerio in eadem addicendos noviter instituit et congrua eisdem stipendia assignat. iii non. Ianr. a° 6°. ‖ Bullar. Vatic. I. 229. — »Ante assumptionem nostram.«

» 7 | » | (25003) (Christierno) episcopo Ripensi mandat, ut ea quae de bonis hospitalis s. Spiritus Ripensis alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. vii id. Ianr. a° 6°. ‖ Terpager Ripae Cimbr. 512. — »Dilecti filii Götonis.«

» 15 | » | (25004) Priori provinciali et fratribus Eremitarum ord. s. Aug. in provincia Thuringiae et Saxoniae — qui in Castro novo Quidelingborch Alberstadens. dioc. de consensu episcopi loci aedificaverant oratorium et domos, quae guardianus et fratres ordinis Minorum loci alterius castri, quod dicitur Castrum antiquum Quidelingborch, praetextu privilegii apostolici per quod infra mensuram 140 cannarum loca aliorum religiosorum haberi prohibentur, nitebantur demolire — concedit, ut isto privilegio nequaquam obstante in praedicto loco de Castro novo remanere possint. xviii kal. Febr. a° 6°. ‖ Empoli Bullar. 47; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 514. n° 195. — »Exhibita nuper nobis.«

» 17 | » | (25005) Thesaurario Suessionensi et Petro de Luporumviis Senonensi ac Alberto de Bannaria Silvanectensi canonicis mandat, ut quosdam clericos plurium scelerum patratores ad comparendum coram sede apostolica citent. xvi kal. Febr. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 494. n° 176. — »Sua nobis dilectus.«

» 17 | » | (25006) Episcopum Spoletanum exonerat a solutione 100 florenorum aureorum, quos nomine pensionis fratri Philippo de Perusio ord. fratr. Minor. olim episcopo Fesulano per episcopum Spoletanum qui esset pro tempore, persolvendos constituerat. xvi kal. Febr. a° 6°. ‖ Sbaralea l. c. 495. n° 177. — »Sincere devotionis affectus.«

» 26 | » | (25007) Porchetum de domo Spinulae Ianuensis ord. Minor. administratorem ecclesiae Ianuensis laudat propter studium adhibitum super illis, quae ei pridem scripserat. Gaudet de providentia Ianuensium, qui de non praestando deinceps auxilium et favorem Friderico et Siculis rebellibus contra ecclesiam et Carolum Siciliae regem iuxta rescriptum apostolicum praestiterunt corporaliter iuramenta *etc.* Mandat ei, ut ad executionem omnium, quae ei iniungat, diligentia exacta procedat. vii kal. Febr. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. 515. n° 196. — »Vidimus quae missae.« *Cf.* n° 25067.

» 26 | » | (25008) Eidem ac inquisitori haereticae pravit. in provincia Ianuensi mandat, procurent, ut potestas, abbas, antiani, consilium et commune Ianuenses, qui illos ex eis, qui praestiterunt iuramenta de non favendo ulterius Friderico et Siculis rebellibus, perpetuo privaverunt et reddiderunt inhabiles ad communis officia et beneficia, hanc privationem et inhabilitationem penitus revocent. vii kal. Febr. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. 516. n° 197. — »Per tuas fili.«

» 29 | (») | (25009) (Bartholomaeo) s. Pauli de Ripa Arni Pisarum et (Iohanni) s. Savini monasteriorum abbatibus ac (Guidoni) priori S. Augustini de Ressano Pisanae dioc. committit, ut archiepiscopo Pisano licentiam commutandi quasdam possessiones ad eius ecclesiam spectantes concedant. *Sine loco.* iv kal. Febr. a° 7°. ‖ Matthaeius Eccles. Pisana II. append. 18. — »Exposuit nobis venerabilis.«

Febr. 5 | Romae ap. S. Petrum | (25010) Abbati et conventui monasterii de Salem Cisterc. ord. Constantiens. dioc. indulget, ut in parochialibus ecclesiis de Luitkülch, Sulmingen, Bermatingen, Pfullingen, Schommerberg, Ostrach, Franckenhofen et Herzogenweiler Constantiens. dioc. ipsorum coenobio in perpetuum unitis et annexis monachos vel presbyteros saeculares in perpetuos vicarios instituant. Non. Febr. a° 7°. ‖ Lünig Spicil. eccl. III. (Reichs-Arch. XVIII.) 527. — »Sincerae devotionis affectus.«

1301.

Febr. 10	Laterani	(25011) Raynaldo episcopo Vicentino mutuum 3000 florenorum auri nomine ecclesiae Vicentinae contrahendi facultatem largitur. IV id. Febr. a° 7°. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 152. — »Cum sicut in.«
» 10	»	(25012) Abbati et conventui monasterii Vallisumbrosae Fesulan. dioc. monasterium s. Salvatoris de Spongea ord. s. Ben. Vulterran. dioc. cum omnibus prioratibus, membris ac bonis *etc.* concedit, subiicit, incorporat et adnectit. IV id. Febr. a° 7°. ‖ Lami Delic. erudit. (III.) 342. — »Impositum nobis a.«
» 13	»	(25013) Abbatissam et conventum monasterii Stellae s. Mariae [Marienstern] Cisterc. ord. Misnens. dioc. cum omnibus bonis tuendas suscipit, specialiter autem villas, terras *etc.* eis confirmat. Id. Febr. a° 7°. ‖ Köhler Cod. dipl. Lus. super. II. II. (Urk. d. Klost. St. Marienstern) 24. — »Cum a nobis.«
» 15	»	* (25014) Abbati monasterii Cluniacensis concedit, ut nullus abbas vel prior ordinis usque ad sex annos aliquem in monachum in abbatiis vel prioratibus suis de novo recipere vel inducere valeat absque ipsius licentia speciali. XV kal. Mart. a° 7°. ‖ Bullar. Cluniac. 166.
» 19	—	Abbati monasterii s. Burckardi: »Romae ap. S. Petrum XI kal. Mart. a° 7°«. ‖ Mencken Scr. rer. Germ. I. 396. n° 25, *vid.* 1300. Febr. 19. n° 24915.
» 22	Laterani	(25015) (Eduardo) regi Angliae significat, se vidisse et audivisse eius nuntios, cum eisdem et Philippi regis Franciae nuntiis diligenter tractavisse et eis nonnulla ipsi referenda de voce commisisse. VIII kal. Mart. a° 7°. ‖ Rymer Foedera I. IV. 6. — »Celsitudinis tuae nuntios.«
» 24	»	(25016) Iohanni Angiolini thesaurario Florentinae et Raynerio de Vichio capellano suo Lichefeldensis ac Bartholomaeo de Abbatibus Bononiensis canonico ecclesiarum mandat, moneant Raynaldum episcopum Vicentinum, ut Vidileo Dirictae et Gutio quondam Ruchi de societate Mozorum civibus et mercatoribus Florentinis summam 3000 florenorum auri, quam ei mutuum dederint, loco et tempore constitutis persolvat. VI kal. Mart. a° 7°. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 154. — »Exponente nuper nobis.«
» 25	»	Eduardo regi Angliae: »V kal. Mart. a° 7°«. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 23, *vid.* 1301. Mart. 1. n° 25024. 25025.
» 26	»	(25017) Eidem remittit et donat, quidquid de decima quondam a Nicolao pp. IV pro sex annis concessa hactenus pro primis tribus annis percepit. IV kal. Mart. a° 7°. ‖ Rymer Foedera I. IV. 6. — »Eximiae devotionis sinceritas.«
» 26	»	(25018) Eundem hortatur, ne pro particula regni Franciae rehabenda occasionem Terrae sanctae recuperandae praetermittat, eique notum facit, se ipsi destinare Spoletanum episcopum, qui ipsum de sua intentione plenius informet. IV kal. Mart. a° 7°. ‖ Rymer l. c. 6. — »Confodimur anxietatibus et.«
» 28	»	(25019) Guillelmum de Cuna electum Cassanensem ecclesiae Cassanensi praeficit in episcopum. II kal. Mart. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 415. n° 1; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 517. n° 198 — »Ad universalis ecclesiae.«
» 28	»	(25020) Ministro et fratribus ord. Minor. provinciae s. Angeli concedit licentiam recipiendi nomine ordinis sui domos quasdam infra civitatem Lucerinam Sarracenorum consistentes eis a Carolo Siciliae rege donatas. II kal. Mart. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 416. n° 2; Sbaralea l. c. n° 199. — »Inter ceteros ordines.«
» 28	»	* (25021) Scholastico ecclesiae Hildensemensis mandat, ut causam inter abbatem conventumque in Walkenriden (Cisterc. ord.) Magunt. dioc. ex parte una et Henricum dictum Divitem et Rodolphum de Husen laicos eiusdem dioc. ex altera, qui quandam grangiam dicti monasterii violenter intrantes, equos pecudes et alias res ibidem inventas secum in praedam abduxerant, vertentem debito fine decidat. II kal. Mart. a° 7°. ‖ UB. für Niedersachsen III. 1. n° 604.
» 28	»	(25022) Albricum episcopum Placentinum ad ecclesiam Firmanam transfert. II kal. Mart. a° 7°. ‖ (Catalani) De ecclesia Firmana 371. n° 75; *cf.* Ughelli Ital. sacra II. 711. — »Sane dudum Firmana.«
Mart. 1	»	(25023) Edvardo primogenito Edvardi regis Angliae indulget, ut eius tam clerici quam laici servientes et familiares, quando non possunt habere copiam proprii sacerdotis, eius capellano peccata confiteantur. Kal. Mart. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. IV. 8. — »Pium arbitramur et.«
» 1	»	(25024) Edvardo regi Angliae indulget, ut sibi confessorem eligere possit. (v *add. Rayn.*) Kal. Mart. a° 7°. ‖ Rymer l. c. 8; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 23. — »Dignum arbitramur et.«
» 1	»	(25025) Eidem indulget, ut eius servientes et familiares clerici ac laici in absentia proprii sacerdotis capellano regio peccata confiteantur. (v *add. R.*) Kal. Mart. a° 7°. ‖ Rymer l. c. 8; *fragm. in* Raynald. l. c. — »Personam tuam devotione.«

1301.

Mart. 11	Laterani	* (25026) Abbatissae et conventui monasterii s. Mariae extra muros Wormatienses ord. Cisterc. omnes libertates, immunitates et exemptiones saecularium exactionum confirmat. V id. Mart. a° 7°. ‖ Archiv f. Hessische Geschichte II. 312.
» 12	»	(25027) Edvardo regi Angliae totum et quicquid decimarum in Terrae sanctae subsidium deputatarum usque in hodiernum diem percepit, remittit et donat; et »quod tu iam declinas ad senium« totum et quicquid per impositiones et exactiones, quibus occasione guerrarum *etc.* ecclesias et ecclesiasticas personas aggravavit, percepit, ei remittit et concedit »de gratia ampliori«, *etc.* IV id. Mart. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. IV. 8. — »Celsitudinis tuae conditiones.«
» 16	»	(25028) Matthaeo S. Mariae in Porticu diacono card. archipresbytero, ac priori, capitulo et canonicis basilicae Principis apostolorum de Urbe statuta et ordinationes grato animo propter liberalitatem pontificis maximi ab eis condita et facta confirmat, decreti capitularis tenore inserto. XVII kal. Apr. a° 7°. ‖ Bullar. Vatic. I. 231. — »Resultat in nobis.«
» 17	»	(25029) (Philippo) archiepiscopo Neapolitano mandat, ut Guillelmo de Cuna electo Cassanensi munus consecrationis conferat. XVI kal. Apr. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 518. n° 200. — »Cum nos nuper.«
» 18	»	(25030) (Edwardum) regem Angliae requirit et rogat, ut censum annuum 1000 marc. sterling. pro undecim annis proxime praeteritis et etiam pro anno praesenti magistro Bartholomaeo de Ferentino canonico Londoniarum assignet. XV kal. Apr. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. IV. 9; *fragm. in* Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 22. — »Quanto erga Romanam.«
» 21	»	(25031) Abbati et conventui monasterii Tuyciensis [Deutz] ord. s. Ben. Coloniens. dioc. ius patronatus, quod comes et Irmegardis uxor eius comitissa de Monte in ecclesia de Remagen illis donaverant, confirmat. XII kal. Apr. a° 7°. ‖ Lacomblet UB. III. 4. n° 6. — »Cum a nobis.«
» 21	»	(25032) Bartholomaeum ministrum provincialem ord. Minor. in provincia Tusciae praeficit post resignationem Angeli episcopi Fesulani Fesulanae ecclesiae in episcopum. XII kal. Apr. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 416. n° 3; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 518. n° 201. — »Ex incumbenti nobis.« *Cf.* n° 25074.
» 21	»	* (25033) Plebano plebis in Piber mandat, curet, ut bona ecclesiae Seccoviensi inique ablata aut abstracta restituantur. XII kal. Apr. a° 7°. Pusch Dipl. Styriae I. 256. n° 130.
Apr. 9	»	(25034) Ysarno archiepiscopo Rigensi prioratum s. Bartholomaei de Bonavento ord. s. Aug. Lemovicens. dioc. ac archipresbyteratum, canonicatum et praebendam ecclesiae Carcassonensis eiusdem ordinis, quos promotionis et consecrationis tempore canonice obtinebat, pro persolvendis debitis suisque necessariis supportandis usque ad triennium reservat. V id. Apr. a° 7°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 113. n° 198; Bunge Livländ. UB. VI. 55. n° 2767. — »Attendentes laudanda tue.« *Cf.* n° 24999.
» 9	»	(25035) Andreolo Munalutii de Tuderto militi familiari suo concedit, ut bona Raynerii de Perzano et Odonis illius filii haereticorum confiscata eique donata canonicis basilicae Principis apostolorum de Urbe vendat. V id. Apr. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 519. n° 202. — »Dudum dilecti filii.«
» 13	»	(25036) (Gerhardo) Maguntino, (Wicboldo) Coloniensi ac (Theodorico) Treverensi (archi-? *om. K.*) episcopis mandat, ut denuntiari curent in civitatibus et terris, de quibus sit verisimile denuntiationem huiusmodi ad Alberti nati cl. m. Rudolphi Romanorum regis notitiam perventuram, »quod, nisi praefatus Albertus, qui pro Romanorum rege se gerit, per suos solemnes nuntios et procuratores idoneos sufficienter instructos .... infra 6 mensium spatium ... compareat coram nobis ostensurus ... suam innocentiam ..., nos principibus electoribus ecclesiasticis et saecularibus ... iniungemus, quod nullus sibi ut Romanorum regi obediat vel intendat, quin potius omnes recedant ab eo, et omnes et singulos ab homagiis factis ipsi Alberto ... absolvemus« *etc.* Id. Apr. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 2; Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. I. 315. n° 30; *cf.* III. II. 76; Muratori Antiq. Ital. VI. 93. — »Romano pontifici successori.«
» 15	»	(25037) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Virdunensibus concedit facultatem, ut domum et ecclesiam fratrum ordinis Saccorum Iohanni Virdunensi episcopo pro pretio competenti vendant. XVII kal. Mai. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 417. n° 4; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 520. n° 203. — »Cum felicis recordationis.«
» 18	»	(25038) Magistro et fratribus domus b. Mariae Theuton. in Livonia mandat, ut munitiones, castra, villas, possessiones, bona et iura, quae praetextu cuiusdam compositionis inter ipsos et b. mem. Iohannem Rigensem archiepiscopum occupaverint, Ysarno Rigensi archiepiscopo integre restituant. XIV kal. Mai. a° 7°. ‖ Bunge Livl. UB. III. 103. n° 604 b (*male ad* d. 18. Mai;) *cf. ibid.* Regest. 43. n° 690 b. — »Manet nostri pectoris.«
» 18	»	(25039) (Henrico) episcopo Revaliensi et Revaliensis et Lubicensis ecclesiarum decanis de epistola superiore significat eisque mandat, ut. si praefati magister et fratres infra

1301.

certum competentem terminum eis praefigendum ab istis non obedierint, eos excommunicatos publice nuntient. xiv kal. Mai. a° 7°. ‖ Bunge l. c. 106. n° 604c; *cf. ibid.* Regest. 43. n° 690c. — »Manet nostri pectoris.«

Apr. 22 Laterani — (25040) Ad omnium deducit notitiam »quod olim civitas Penestrina cum suo territorio et districtu, necnon Rocca et Mons civitatis eiusdem . . ., quos civitatem, Montem et Roccam dirui fecimus aratroque supponi et ipsam privavimus episcopalis dignitatis honore . . per I(acobum) de Columpna et P(etrum) nepotem eius olim S. R. E. cardinales eorumque consortes . . . detenta fuerunt a longis retroactis temporibus minus iuste, cum sint et fuerint iuris et proprietatis Romanae ecclesiae.« Declarat expresse, Roccam, Montem et Civitatem Penestrae de mandato apostolico dirutos rediisse ad ecclesiam memoratam. x (*male om. Th.*) kal. Mai. a° 7°. ‖ (Petrini) Memorie Penestr. 428. n° 30; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 376. n° 552. — »Post depositionem Iacobi.«

Mai. 1 Anagniae — * (25041) Concedit ut ius patronatus ecclesiae in Urssingen ab honorabilibus viris de Urssingen monasterio in Steingaden transferatur. ‖ Lang Regesta V. 7.

» 8 » — (25042) Omnes ecclesiasticos rogat et hortatur, ut Nicolaum Ostiensem et Velletrensem episcopum apostolicae sedis legatum in Hungariam destinatum, cum per ipsorum partes transitum faciat, benigne recipiant. viii id. Mai. (a° 7°). ‖ *Fragment.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1301 § 4; Fejér Cod. dipl. VI. ii. 312.

» 8 » — (25043) Fratri Pagano de Petrasancta ord. b. Mariae V. gloriosae partem poenae ob haeresis crimen ei inflictae relaxat. viii id. Mai. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 521. n° 204. — »Sancta mater ecclesia.«

» 9 » — (25044) Bartholomaeum de Pisis ord. Minor., quem archiepiscopus Turritanus (Tunitanus *W.*) metropolitanus ex mandato apostolico elegit in episcopum Emporiensis ecclesiae, confirmat. vii id. Mai. a° 7°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 418. n° 5; Sbaralea l. c. 523. n° 205. — »Vacante dudum ecclesia.«

» 13 » — (25045) Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopo committit plenae legationis officium in regno Hungariae, et in Poloniae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Lodomeriae, Galatiae et Comaniae partibus illi conterminis, ut regno Hungariae in necessitatum suarum articulis opportunum adhibeat consilium. iii id. Mai. a° 7°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 385. n° 619; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 4; *in* Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 61; ap. Fejér Cod. dipl. VI. ii. 308 *et* VIII. i. 54. — »Rex excelsus filius.«

» 13 » — (25046) (Wenceslao) regi Boemiae commendat eundem Nicolaum. iii id. Mai. a° 7°. ‖ Erben Regest. Bohem. II. 810. n° 1884; *cf.* Palacky Reise 50. n° 403. — »Habet fili carissime.«

» 14 » — * (25047) Henrico de Sconeburhc Pragens. dioc. clerico et familiari Wenceslai regis Boemiae concedit obtentu regis eiusdem, ut defectu natalium non obstante possit ad beneficium ecclesiasticum promoveri. ii id. Mai. a° 7°. ‖ Palacky l. c. n° 404; Erben l. c. n° 1885.

» 19 » — (25048) Angelum episcopum Nepesinum ad partes Germaniae destinat eique mandat, ut illa quae ipsius circumspectioni committat, diligenter et fideliter exequatur et quae super his fecerit referat. xiv kal. Iun. a° 7°. ‖ Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. i. 317. n° 31. — »Experta tue circumspectionis.«

» 19 » — (25049) H(enrico) Constantiensi et P(etro) Basiliensi episcopis mandat, ut magistrum Iohannem de Turego protonotarium A(lberti) ducis Austriae »qui pro Romanorum rege se gerit«, cum per ingratitudinem se exhibeat sedi apostolicae indevotum, omnibus dispensationibus et gratiis ab eadem sede obtemptis nuncient publice privatum. xiv kal. Iun. a° 7°. ‖ Kopp l. c. 317. n° 32. — »Magistrum Iohannem de.«

» 28 (») — * (25050) Basilio Rossanensi electo archiepiscopo pallium donat. v kal. Iun. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra IX. 301.

Iun. 1 » — (25051) Pacis foedera inter Carolum Siciliae regem et consilium ac commune Ianuenses inita confirmat tenores capitulorum seu articulorum pacis ipsius praesentibus inserens. Kal. Iun. a° 7°. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 453. n° 21; *non integra in* Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 16. — »Nuper ad audientiam.«

» 1 (») — * (25052) Angelum episcopum Nepesinum transfert ad ecclesiam Reatinam. Kal. Iun. 1301. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1029.

» 21 » — (25053) Martinum electum Antibarensi ecclesiae per obitum Michaelis archiepiscopi pastoris solatio destitutae praeficit in archiepiscopum. xi kal. Iul. a° 7°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 117. n° 168. — »Ad regimen universalis.«

* *In eundem modum* Archipresbytero et capitulo — Universis suffraganeis ecclesiae Antibarensis — Helenae reginae Serviae.

» 28 » — (25054) Theodorico episcopo Civitatis Papalis concedit facultatem percipiendi de fructibus, redditibus et proventibus episcopatus Placentini usque ad valorem 1500 florenorum auri et in exoneratione expensarum circa expedienda negotia promotionis b. mem. Ray-

1301.

nerii episcopi Placentini avunculi sui factarum convertendi. iv kal. Iul. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 227. — »Exposuisti nobis quod.«

Iul. 25 Anagniae — * (25055) (Theodorico) episcopo Olomucensi, decano Xanctonensi et plebano de Swideniz mandat, ut Gualtherum natum Raynaldi de Monteflorum in possessionem decanatus et canonicatus in ecclesia Wratislaviensi a se illi concessorum inducant in eaque tueantur. viii kal. Aug. (a° 7°). ‖ Palacky Reise 50. n° 405; Erben Reg. Bohem. II. 811. n° 1889.

Aug. 8 » — (25056) Petro episcopo Burgensi mandat, ut quosdam monachos suae diocesis a censuris absolvat. vi id. Aug. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 524. n° 206. — »Mansuetudinis apostolicae plenitudo.«

» 9 » — (25057) Fr. Porchetto Spinolae ord. Minor. administratori ecclesiae Ianuensis mandat, ut congregatis clero et populo Ianuensibus ad eorum notitiam et ad imitandum deducant »quod nonnullae nobiles Ianuenses mulieres et ipsarum sociae et sequaces decreverunt suorum largitione bonorum per viam marini stolii (Estolii *C.*) Terrae sanctae statui subvenire sub ductu . . . . Benedicti Zachariae, Iacobi Lomellini . . . ., disponentes personaliter in particulari quasi passagio transfretare ad exhibendum obsequia bellatoribus Crucifixi.« v id. Aug. a° 7°. ‖ Campi Hist. di Piacenza III. 272. n° 14; Wadding Ann. Minor. VI. 419. n° 6; Sbaralea l. c. 526. n° 207. — »En quod expectabamus.«

» 9 » — (25058) Eidem notum facit, se omnibus vere poenitentibus et confessis de civitate, diocesi, provincia, riparia et districtu Ianuensi *etc.*, qui signo crucis assumpto ad expugnationem Sarracenorum processerint *etc.*, illam remissionem concedere peccatorum, quae dudum in generali concilio transfretantibus in Terrae sanctae subsidium sit concessa. v id. Aug. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 420. n° 7; Sbaralea l. c. 527. n° 208. — »In concilio generali.«

» 9 » — (25059) A. de Carmendino, I. de Ghisulphis, M. de Grimaldis, C. Franetae, A. de Auria, S. Spinulae, S. et P. de Cibo et P. de Caris Genuensibus matronis praenobilibus in antecedenti n° memoratis scribit eadem de re earumque petitiones libenter admittit. v id. Aug. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 422. n° 10; Sbaralea l. c. 529. n° 211; *sine nota chronol.* Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 33, *fragm.* — »Ex vestrarum et.«

» 9 » — (25060) Benedictum Zachariae, Lanfrancum Tartarum, Iacobum Lomellinum et Iohannem Blancum praefectos illius classis hortatur, ut cum dictarum mulierum subsidio aperiant viscera pietatis ad Terrae sanctae succursum. v id. Aug. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 421. n° 8; Sbaralea l. c. 528. n° 209; *absque signo chronol.* Raynald. l. c. § 34, *fragm.* — »Receptis litteris vestris.«

» 9 » — (25061) Eisdem mandat, ut ad reaedificationem et reparationem alicuius castri, civitatis *etc.* in Terra sancta vel Syria nullatenus procedant absque apostolicae sedis licentia speciali. v id. Aug. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 422. n° 9; Sbaralea l. c. 529. n° 210; Raynald. l. c. § 34, *praetermisso exordio.* — »Marino stolio quasi.«

» 10 » — (25062) Ministro provinciali ord. Minor. provinciae Ianuensis mandat, ut transfretaturis in subsidium Terrae sanctae religiosos viros adiungat. iv id. Aug. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 423. n° 11; Raynald. l. c. 530. n° 212. — »Qui fecit salutem.«

» 10 » — (25063) Porchetto Spinolae ord. Minor. administratori ecclesiae Ianuensis mandat, ut verbum crucis praedicari faciat et transfretare volentibus in subsidium Terrae sanctae crucis signaculum det. iv id. Aug. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 424. n° 12; Sbaralea l. c. 531. n° 213. — »Sperantes in Domino.«

» 17 » — (25064) Porchettum ord. Minor. olim archiepiscopum Ianuensem, qui archiepiscopatui Ianuensi omnique pontificali oneri et honori absolute ac libere cesserat, ad omnem honorem, ordinem et plenitudinem pontificalis officii ac usum pallii restituit. xvi kal. Sept. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 424. n° 13; Sbaralea l. c. 531. n° 214. — »Considerantes attentius grandia.«

» 18 » — (25065) Eundem Ianuensi ecclesiae denuo praeficit in archiepiscopum. xv kal. Sept. a° 7°. ‖ Wadding l. c. 425. n° 14; Sbaralea l. c. 532. n° 215. — »Inter cetera quae.«

» 18 » — (25066) R(anutio) archiepiscopo Calaritano in spiritualibus vicario suo in Urbe concedit, ut testamentum licite condat. xv kal. Sept. a° 7°. ‖ Sbaralea l. c. 533. n° 216. — »Quia praesentis vitae.«

» 26 (») — (25067) Porcheto de domo Spinulae Ianuensi ord. fratr. Minor. administratori ecclesiae Ianuensis scribit de iuramento, quod Ianuenses corporaliter praestiterunt de non praestando deinceps auxilium et favorem Friderico et Siculis rebellibus contra Romanam ecclesiam et Carolum Siciliae regem. »Laterani« vii kal. Sept. a° 7°. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 1931. n° 8; Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 17. — »Gaudemus de illorum.« *Signa chronologica sunt corrupta*; *cf.* n° 25065. 25007.

Sept. 3 » — (25068) Carolum natum Phylippi regis Francorum comitem Andegavensem constituit capitaneum generalem totius terrae ecclesiae Romanae temporali iurisdictioni subiectae. iii non. Sept. a° 7°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 376. n° 553; *omisso exordio incip.:* »Levantes circuitu« Raynald. l. c. § 11. — »Apostolice considerationis aciem.«

1301.

Sept. 3 Anagniae (25069) Carolum eundem in terris Tusciae Romano imperio subiectis tempore vacationis eiusdem imperii paciarium constituit. III non. (Apr., *legas*) Sept. a° 7°. ‖ Theiner l. c. 377. n° 554. — »Pater futuri seculi.«

" 6 " (25070) Maria relicta quondam Sanctii nati Alfonsi regis Castellae ac Legionis supplicante Fernandum, Petrum, Philippum, Isabellam et Beatricem eius liberos ex contubernio procreatos legitimationis titulo decorat. VIII id. Sept. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 18. — »Sensus hominis proni.«

" 14 " (25071) Carolo nato cl. mem. Philippi regis Francorum comite Andegaviae et Catharina imperatrice Constantinopolitana supplicantibus statuit, declarat ac decernit, ut, licet decursu temporum non fuerit per avum et patrem neque per imperatricem ad Constantinopolitani imperii recuperationem processum, ius quod imperatrix in praefato imperio habeat, sit ei integrum, firmum et illabatum persistat, sicut Balduinus eius avus illud habebat et possidebat. Concedit eis quoque, ut, quandocunque ad recuperationem dicti imperii procedere voluerint, illud recuperare, intrare, capere et tenere libere et licite possint. XVIII kal. Oct. a° 7°. ‖ (Jean) du Bouchet Hist. geneal. de la maison royale de Courtenay (Paris 1661. fol.) preuv. 23; Labbe Abrégé royal de l'alliance chronol. de l'hist. sacrée et profane I. 327. — »Devotionis inclytae promptitudo.«

" 16 " (25072) Guardiano fratrum Minor. Aretinorum concedit facultatem interdicti et excommunicationis sententias, quibus cives Aretini innodati sint, a festo dedicationis s. Michaelis usque ad festum nativitatis Domini proxime futurum suspendendi. XVI kal. Oct. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 533. n° 217. — »Dudum dilectis filiis.«

" 17 " (25073) Bonavitum (Bonaiutum *Th.*) de Casentino Aquileiensem canonicum scriptorem suum ad Bohemiae et Ungariae regna, ducatum item Poloniae ac marchionatum Moraviae in negotio decimae pro Terrae sanctae subsidio in concilio Lugdunensi deputatae colligendae gratia ablegat. XV kal. Oct. a° 7°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 386. n° 620; Erben Regest. Bohem. II. 813. n° 1895; *cf.* Fejér Cod. dipl. VIII. VII. 23; Palacky Reise 50. n° 406. — »Cum te nuper.«

" 21 " (25074) Antonium archipresbyterum ecclesiae Florentinae capellanum suum Fesulanae ecclesiae, Bartholomaeo ord. Minor. episcopale munus suscipere renuente, praeficit in episcopum. XI kal. Oct. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 533. n° 218. — »Inter cetera quae.« *Cf.* n° 25032.

" 24 " (25075) Edvardum regem Angliae rogat et hortatur, ut quosdam mercatores de societate Spinorum de Florentia, qui occasione homicidii in Londoniensi civitate patrati arristati erant, deliberet. VIII kal. Oct. a° 7°. ‖ Rymer Foed. I. IV. 12. — »Zelantes ab intimis.«

" 24 " (25076) Statuit et ordinat, ut ex nunc in ecclesia Anagnina praepositurae dignitas habeatur perpetuis futuris temporibus duratura quodque praepositus bona omnia capituli Anagnini gubernet. cuius electionem ad capitulum praedictum et eiusdem electionis confirmationem ad Leonardum episcopum Anagninum eiusque successores pertinere decernit *etc.* VIII kal. Oct. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 317. — »Inter ceteras nobis.«

" 26 " (25077) Fernandum regem Castellae ac Legionis hortatur, ut pro legitimationis titulo sanctam matrem ecclesiam summis studiis reveratur *etc.* VI kal. Oct. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 20, *omisso exordio incip.:* »Per huiusmodi quidem.«

" 28 " (25078) Clero civitatis et diocesis Vulaterranae significat, se, ne ecclesia Vulaterrana vacationis tempore auxilio defensoris careat et ipsius bona non pateant direptionibus malignorum, Raynerio filio nobilis viri Belfortis de Belfortibus, Vulaterrano canonico tam in spiritualibus quam temporalibus curam, administrationem et procurationem illius plenarie commisisse. Rogat et hortatur eos, ut eidem Raynerio super praemissis humiliter intendant. IV kal. Oct. a° 7°. ‖ Ammirato Vescovi di Fiesole 136. — »Dudum ex certis.«

Oct. 2 " (25079) Catharinae Constantinopolitanae imperatrici indulget, ut, antequam dies allucescat, divinis intersit, »proviso tamen, quod parce concessione huiusmodi utaris, quia, cum in altaris officio immolatur noster dominus Dei filius Iesus Christus, ... congruit illud non in noctis fieri tenebris, sed in luce.« VI non. Oct. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 23, *fragm.*

" 17 Laterani (25080) Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato scribit, (Iohannem) Colocensem archiepiscopum in tantam prorupisse audaciam, quin potius ad tantam devenisse insaniam, »quod Venceslaum filium Venceslai Boemiae regis in regem regni Ungariae de facto, cum de iure non posset, coronare« praesumpserit, licet »Carolus nepos Caroli Siciliae regis per (Gregorium) Strigoniensem electum in eiusdem regni Ungariae regem fuisset antea coronatus.« Mandat ei, ut praefatum archiepiscopum Colocensem sub poena privationis et depositionis peremptorie citet, ut infra quatuor menses post hanc citationem suspensus ab omni beneficio et officio personaliter compareat coram pontifice maximo. XVI kal. Nov. a° 7°. ‖ Raynald. l. c. § 7; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 63; Theiner Mon. Hungar. I. 388. n° 622; Erben Reg. Bohem. II. 815. n° 1897; Fejér Cod. dipl. VI. II. 313 *et* VIII. I. 59; *cf.* Palacky Reise 50. n° 407. — »Romanus pontifex super reges et regna constitutus a Deo.«

1301.

Oct. 17 Laterani (25081) Wenceslaum regem Boemiae obiurgat de assumptione Venceslai eius filii in regem Ungariae illiusque coronatione a (Iohanne) Colocensi archiepiscopo facta; addit, se ad pacem procurandam inter dissidentes Nicolaum Ostiensem et Velletrensem episcopum apostolicae sedis legatum cum plenae legationis officio illuc destinare, regemque hortatur, ut per se ipsum remediet, quae circa praefatum filium in hac parte inconsulte attentata noscantur *etc.* XVI kal. Nov. a° 7°. ‖ Raynald. l. c. § 10; Ripoll l. c. 62; Theiner l. c. 387. n° 621; Fejér l. c. 316 *et* VIII. I. 63; Erben l. c. 814. n° 1896; *cf.* Palacky l. c. n° 408. — »Etsi reges et.«

Nov. 6 (") * (25082) Ugolinum rectorem ecclesiae s. Luciae de Monte Castellan. dioc. Tiphernati ecclesiae praeficit in episcopum. VIII id. Nov. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1321.

" 8 " (25083) Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopo mandat, citet Cracoviensem episcopum propter abhorrenda discrimina. mala, dampna et pericula animarum, corporum atque rerum, quae in regno Ungariae temporibus istius invaluisse noscuntur, sub poena suspensionis, ut infra tres menses se apostolico conspectui repraesentet. VI id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 113. n° 199. — »Ad audientiam nostram.«

" 8 " (25084) Wenceslaum regem Boemiae rogat et hortatur, ut coniungat studia sua cum Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato in Ungaria ad reformandum pacique restituendum eiusdem regni statum. VI id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 389. n° 623; Erben Regest. Bohem. II. 817. n° 1899; *cf.* Palacky Reise 51. n° 409; »Anagniae« VIII Nov. a° 7° Fejér Cod. dipl. VIII. VII. 23. — »Pridem ad nostram.«

" 8 " (25085) Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolicae sedis legato aperit, se provisionem ecclesiarum Strigoniensis et Colocensis apostolicae sedi reservasse, eumque monet, ut inducat regem Boemiae ad revocandum ex Ungaria (Wenceslaum) filium suum. VI id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner l. c. 390. n° 626; Erben l. c. n° 1900; *cf.* Palacky l. c. n° 410; »Anagniae VIII Nov. a° 7°« Fejér l. c. 24. — »Misse nobis nuper.«

" 8 " (25086) Eidem respondens mentionem iniicit tractatus coepti in Ungaria pro concordia facienda inter Carolum nepotem regis Siciliae et Wenceslaum filium regis Boemiae. VI id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner l. c. 391 in n° 626; Erben l. c. n° 1901; *cf.* Palacky l. c. n° 411; »Anagniae VIII Nov. a° 7°« Fejér l. c. 23. — »Ad ea quae.«

" 8 " (25087) Eidem, ut efficacius exequi possit quae ei commissa sint exercenda circa reformationem et pacem regni Ungariae, concedit facultatem puniendi archiepiscopos, episcopos, electos, abbates *etc.* infra legationis suae terminos, qui ipsi non paruerint in his, quae fuerint reformationis aut pacis *etc.* VI id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner l. c. 391 in n° 626; Erben l. c. 819. n° 1903. — »Ut ea que.«

" 8 " (25088) Archiepiscopos et episcopos, electos, abbates, priores ceterosque praelatos et personas ecclesiasticas per Ungariam, Dalmatiam, Sclavoniam et Poloniam constitutos exhortatur, ut eidem legato potissime circa reformationem, directionem et ordinationem regni Ungariae dampnabiliter deformati prompte ac reverenter assistant. VI id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner l. c. 392. n° 627; Erben l. c. 820. n° 1904. — »Ex relatione venerabilis.«

" 8 " (25089) Episcopo Cracoviensi nunciat, se pro reformatione Ungariae regni, »quod nunc multipliciter esse noscatur ex praelatorum etiam subversione prohdolor dissipatum,« Nicolaum Ostiensem et Velletrensem episcopum apostolicae sedis legatum ad partes illas cum plenae legationis officio destinasse, eumque monet et hortatur, ut eidem legato ad huiusmodi reformationem ac pacem et concordiam stabiliendum in ipso regno assistat. VI id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 390. n° 624; *fragm.* ap. Erben Reg. Bohem. II. 819. n° 1902. — »Debent episcopi et.«

" 8 " (25090) Reservat, cum (Iohannes) archiepiscopus Colocensis nuper diem clauserit extremum, provisionem ecclesiae Colocensis dispositioni et ordinationi suae ac sedis apostolicae. VI id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner l. c. 390. n° 625. — »Sicut ex fidedigna.«

" 13 " (25091) Nicolaum abbatem monasterii de Aberbrothoc ord. s. Ben. S. Andreae dioc. post obitum b. m. Alpimi episcopi ecclesiae Dumblanensi praeficit in episcopum. Id. Nov. a° 7°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 169. n° 369. — »Dumblanensem ecclesiam apostolice.«

* *De eodem argumento* Decano et capitulo ecclesiae Dumblanensis.

" 21 " * (25092) Littera in qua mandavit Matthiae rectori comitatus Venessimi, ut super quibusdam articulis querelosis per ambasciatores praelatorum nobilium dicti comitatus traditis se informaret et informatione facta eidem domino papae veraciter rescriberet. XI kal. Dec. a° 7°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 141.

" 22 " (25093) Potestatibus, rectoribus, consiliis et communitatibus Ravennatensis, Cerviensis et Ariminensis civitatum ac castri Argentae Ravennatens. dioc., necnon et aliarum quarumcunque civitatum, castrorum et locorum per provinciam Romaniolae constitutis

1301.

mandat, ut, cum Bononiensis civitas tam pro suorum multitudine civium quam scholarium illam incolentium ratione vigentis inibi studii generalis ac aliorum confluentium ad eandem victualibus et aliis mercimoniis egeat, Bononienses in terris suis emere et mercimonia tam in ipsis terris eorum quam alibi empta per terras, aquas, portus ac districtus libere ac pacifice transferre permittant. x kal. Dec. a° 7°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. professor. II. 60; Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 378. n° 555. — »Considerantes sincere devotionis.«

Nov. 30 | Laterani | (25094) Iacobo abbati monasterii s. Pauli de Urbe licentiam impertitur in maiori altari monasterii sui missarum solemnia celebrare. II kal. Dec. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 23. — »In nostra constitutus.«

Dec. 2 | » | (25095) (Matthaeo) Portuensi episcopo scribit, se, cum Romanum vacet imperium, Carolum filium cl. m. Philippi regis Francorum comitem Andegavensem conservatorem pacis in ea parte Tusciae, quae praedicto imperio subiaceat, deputasse. Rogat eum et monet, ut ad Tusciam personaliter festinus accedat et ad ea, quae comiti memorato commissa sint, ipsum solerter inducat. (VI, *sed legas*) IV non. Dec. a° 7°. ‖ Raynald. l. c. § 13; Rousset Suppl. au (Dumont) Corps diplom. I. II. 4; Lünig Cod. Ital. dipl. I. 1075. n° 17; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 534. n° 219; Tosti Storia II. 293. — »Cum nobilis provincia.«

» 4 | » | (25096) Nonnulla*) privilegia, indulgentias et gratias Philippo Francorum regi eiusque successoribus specialiter pro defensione regni sui sub certis formis concessa, et nonnulla alia, quae gratiose concessit clericis et laicis qui de eius et successorum eius stricto consilio fuerint, cum praetensione horum privilegiorum *etc.* per abusum ecclesiis et ecclesiarum praelatis, personis religiosis et saecularibus dicti regni magna gravamina et dispendia sint illata, suspendit et praecipit ut, quicquid personis ecclesiasticis et saecularibus sub titulo decimae vel cuiusvis subsidii impositum fuerit pro tuitione regni Francici, absque sedis apostolicae speciali mandato nullatenus solvatur. II non. Dec. a° 7°. ‖ Leibnitii Mant. cod. iur. gent. II. 299; Rubeus Vita Bonifacii VIII. 167; Bulaeus Hist. univers. Paris. IV. 5; (Dupuy) Hist. du différend d'entre Bonif. VIII et Philippe le Bel, preuv. 42; Rousset l. c. 7; *fragm.* ap. Raynald. l. c. § 30; ap. Tosti l. c. 299. — »Salvator mundi secundum.«

*) Haec bulla iussu Clementis V ad regis Francorum gratiam omnino erasa est.

» 5 | » | (25097) Philippo*) Francorum regi scribit, se a Deo constitutum esse super reges ac regna ad evellendum destruendum et dispergendum dissipandum rectificandum atque plantandum sub eius nomine et doctrina, et ut consolidet infirma, sanet aegrota, reducat abiecta vinumque infundat et oleum vulneribus sauciatis. »Quare nemo tibi suadeat, quod superiorem non habes et non subsis summo hierarchae . . .; nam desipit qui sic sapit.« Demonstrat eidem regi, quomodo regnum suum melius moderari debeat, denique eum hortatur, ut assurgat in Terrae sanctae subsidium et recuperationis iuvamen contra impios Sarracenos. Non. Dec. a° 7°. ‖ Leibnitius l. c. 294; Raynald. l. c. § 31; Bullar. magnum (Luxemb. 1730) IX. 121; Rubeus l. c. 170; Rousset l. c. 5; Dupuy l. c. preuv. 48; *partim* ap. Tosti l. c. 299; *germanice* ap. Hefele Conciliengesch. VI. 293. — »Ausculta fili charissime.«

*) Philippus Clementem V ad hanc bullam expungendum e Bonifaciano regesto impulit. *Cf.* Raynald. l. c. et ad a. 1311 § 33.

» 5 | » | † (XIV) Eidem notum facit »quod in spiritualibus et temporalibus nobis subes; beneficiorum et praebendarum collatio ad te nulla spectat et, ... si quae contulisti, collationes tales irritas decernimus; . . . . aliud credentes haereticos reputamus.« (II *add. Ann. de W.*) Non. Dec. a° 7° (1° *Nak.*; *alii* IV non. Dec. a° 6°). ‖ Preuves des libertez de l'église Gallicane (3. éd. 1651. fol.) I. 103; De Serre Hist. de France I. 170 ad a. 1303, *gallice*; Pasquier Recherches de la France III. 229, *gallice*; Vignier Bibl. historiale (Amsterd. 1723. fol.) III. ad a. 1301; Belleforest Annales I. 770 ad a. 1301; Favin Hist. de Navarre lib. VII. 351 ad a. 1303; Goldast Const. imperial. III. 407 ad a. 1302; Nic. Gilles Annales de France ad a. 1296; Rousset l. c. 5; Dupuy l. c. pr. 44 et 47; Picard Apologie royale 93; Protest. d'Henry roy de Navarre contre les bulles de Grégoire XIV. 19; Consilium contra bullas Gregorii XIV. 49; Dupleix Invent. des erreurs *etc.* en l'Inventaire de Jean de Serre 256; Limnaeus Notitia R. Fr. I. 403; Pithou Préséance du roi d'Espagne 77; Bern. de Girard sieur du Haillan Hist. de France I. 583, *gallice*; Bulaeus Hist. univers. Paris. IV. 7; Acta int. Bonif. VIII *etc.* 11; Bullar. magnum (Luxemb. 1730) IX. 120; La contre-ligue 37; Biblioth. ancienne et moderne (1718) X. 96; Baillet Démêlez de Bonif. VIII avec Phil. le Bel 93 *gall. et lat.*; Marcel Hist. de France III. 103; Nakielski Miechovia 220; Hefele l. c. 298; *fragm.* Ann. de Wigornia *in* Annal. monast. IV. 553; Wassebourg Antiq. de la Gaule Belgicque II. fol. 393v. — »Deum time et.«

» 5 | » | (25098) Eidem significat, se nuper ex rationabilibus causis, praesertim ad relevanda gravamina et onera ecclesiarum, praelatorum et ecclesiasticarum personarum litteras incipientes »Salvator mundi« (n° 25096) et »Ausculta fili« (n° 25097) fieri fecisse, quarum tenorem ad eius notitiam praesentibus deducat. Non. Dec. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a.

1301.

1301 § 30; Bulaeus l. c. IV. v; Dupuy l. c. pr. 42; Tosti l. c. 298. — »Nuper ex rationabilibus.«

Dec. 5 | Laterani | (25099) Universos archiepiscopos et episcopos ac electos et capitula ecclesiarum cathedralium regni Franciae ac doctores in theologia et magistros in iure canonico et civili de regno natos eodem monet et hortatur, ut in kalendis Novembris proximo futuris personaliter et per procuratores idoneos se apostolico conspectui praesentent, ut ipse super excessus iniurias atque damna omnimoda per Philippum regem Francorum et ministros eius ecclesiasticis personis, regularibus atque saecularibus, illata, per ipsum reformanda et corrigenda eorum consilia habere possit. Non. Dec. a° 7°. ‖ Raynald. l. c. § 29; Bulaeus l. c. 11; Dupuy l. c., pr. 53. — »Ante promotionem nostram.«

» 5 | » | (25100) Archiepiscopos et episcopos ac electos per regnum Franciae constitutos, Cisterciensis, Praemonstratensis necnon S. Dionysii in Francia Paris. dioc. et Maioris Turonensis ord. s. Ben. monasteriorum abbates monet, se nonnisi doctores aut magistros in utroque iure a comparatione personali excusatos haberi velle, qui coram suis ordinariis se duxerint legitime excusandos; impedimenta vero quaecunque archiepiscoporum, episcoporum, electorum et abbatum alicui evenerint, coram se ipso probari velle. Non. Dec. a° 7°. ‖ Dupuy l. c., pr. 54; Bulaeus l. c. 12. — »Vos et universos.«

» 5 | » | (25101) (Philippum) regem Franciae rogat et hortatur, ut Appamiarum episcopum, quem personaliter ad praesentiam suam deduci fecerat et custodiendum commiserat Narbonensi archiepiscopo metropolitano ipsius, libere abire et ad sedem apostolicam securum venire permittat *etc.*, seque taliter habeat in praemissis, ne maiestatem offendat divinam nec sedis apostolicae dignitatem. Non. Dec. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 28; Bulaeus l. c. 13; Dupuy l. c., pr. 661. — »Secundum divina canonica.«

» 5 | » | (25102) Cancellario (Abbati *Rayn.*) S. Genovefae et decano ac cancellario Parisiensis academiae committit, provideant de tot et talibus doctoribus et magistris, ut Parisiis remaneant ad actu regendum ibidem, de quot et quibus viderint providendum, ita ut tam utile studium et famosum doctores sufficientes habeat in theologia et canonico iure. »Per haec autem tu, cancellarie, statuto tempore venire personaliter ad nostram praesentiam non omittas.« Non. Dec. a° 7°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 13; Baillet Hist. des démêlez 332; *sine nota chronol.* Raynald. l. c. § 29, *fragm.* — »Discretioni vestrae committimus.«

» 6 | » | (25103) Archiepiscopis et episcopis et electis, Cisterciensi, Cluniacensi, Praemonstratensi necnon s. Dionysii in Francia Parisiens. dioc. et Maioris Turonensis ord. s. Ben. monasteriorum abbatibus, necnon capitulis ecclesiarum cathedralium regni Franciae et doctoribus in theologia et magistris in iure canonico et civili de regno natis eodem transmittit litteras suas Philippo regi Franciae directas et incipientes »*Ausculta fili charissime*« (n° 25097) eosque hortatur, ut tenorem illarum diligentius attendant et super contentis in eo sic se informent, ut possint consultius certius et salubrius sua ipsi papae dare consilia in agendis. VIII id. Dec. a° 7. ‖ Raynald. l. c. § 32. — »Ex rationabilibus causis.«

» 7 | » | (25104) (Henrico) episcopo Revaliensi mandat, ne interdictum in regno Daciae occasione captionis et detentionis Iohannis archiepiscopi Lundensis promulgatum in sua diocesi propter Ruthenos, Carelos, Ingeros, Watenos et Lethevinos ad fidem catholicam de novo conversos, »qui sunt in locis circumpositae regionis«, et »in occasione huiusmodi possent ab eadem fide de facili deviare« observet. VII id. Dec. a° 7°. ‖ Langebek Scr. rer. Dan. VI. 355; Bunge Livl. UB. I. 758. n° 591 (*male ad* a. 1300); Theiner Mon. Polon. I. 114. n° 200. — »Ex parte tua.«

» | » | (25105) Gerardo quondam Garatoni de Mazzolinis civi Cesenatensi rectoriam terrarum vicariatus Sancti Archangeli Ariminens. dioc. integraliter committit. VII id. Dec. a° 7°. ‖ Marini Santo Arcangelo 139. — »Dum fidei et.«

* *In eundem modum* Hominibus terrarum vicariatus castri S. Archangeli.

» 11 | » | (25106) Bernardino de Foliano canonico Reginensi mandat, ut occultos detemptores decimarum, censuum *etc.*, quos abbati et conventui monasterii s. Prosperi Regini praestare tenentur, ad satisfactionem per censuras ecclesiasticas compellat. III id. Dec. a° 7°. ‖ Affarosi Monastero di S. Prospero I. 241. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 12 | » | (25107) Iacobo abbati S. Pauli de Urbe ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ord. s. Ben., impertitur licentiam celebrandi missarum solemnia in maiori altari monasterii sui. II id. Dec. a° 7°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 276. — »Merita tuae devotionis.«

» 12 | » | (25108) Omnia foedera inter Perusinam, Tudertinam, Spoletanam ac Narniensem civitates inita annullat et de pace inter Tudertinos et Urbevetanos ineunda praecipit. II id. Dec. a° 7°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 380. n° 557. — »Plerumque dissimulanda sunt.«

1301.

Dec. 12	Laterani	(25109) Guastapanae nato quondam Porcarii militis olim domino castri Suriani castrum Chiae Hortan. dioc. sub annuo censu 40 solidorum paparinorum in feudum concedit. II id. Dec. a° 7°. ‖ Theiner l. c. 381. n° 558. — »Romana mater ecclesia.«
		* *In eundem modum* Priori S. Mariae Novae et Iohanni de Fiumanello canonico Viterbiensi, ut hanc concessionem exequantur.
» 13	(»)	* (25110) Dotationem altaris ss. apostolorum Andreae et Bartholomaei in ecclesia s. Michaelis Gandensis factam per Salomonem van Lovendeghem presbyterum capellae per Salomonem van den Wyngaerde fundatae confirmat. ‖ v. Lokeren Abbaye de St. Bavon II. 49.
» 18	»	(25111) Bartholomaeae abbatissae et Iohannae ac aliis sororibus monasterii s. Mariae dicti de Paradiso de Agello ord. s. Ben. Perusin. dioc. ecclesiam s. Crucis de Villagemina pro aedificando inibi coenobio sui ordinis concedit. XV kal. Ianr. a° 7°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 535. n° 220. — »Pastoralis officii cura.«
» 21	»	(25112) Venturae episcopo Eugubino confirmat sententiam, quam tulerant Theodoricus episcopus Civitatis Papalis et P(etrus) S. Mariae Novae diaconus card. in quaestione orta inter eum ex parte una et Iacobum priorem conventumque heremi s. Crucis Fontis Avellanae super iurisdictione. Eorum videlicet iudicio ita res composita est, ut prior et conventus praefato episcopatui Eugubino castrum Slceyae concederent cum capella s. Christophori ibidem sita, itemque ecclesiam s. Apollinaris sitam in territorio Eugubino, et denique ecclesiam s. Blasii de Alfiolo cum omnibus suis aedificiis, iuribus et bonis, atque ita deinceps ab omni iurisdictione episcopi Eugubini eximerentur nec ei quidquam tributi, decimarum aut alio quovis nomine pendere deberent tam pro monasterio Avellanensi, quam pro ceteris monasteriis, sacerdotiis et bonis quae infra fines dioceseos Eugubinae haberent. XII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Sartius De episc. Eugubin. 165. — »Exhibita nuper nobis.«
» 21	»	(25113) Abbate et conventu monasterii de Passelet Cluniac. ord. Glasguens. dioc. petentibus inhibet, ne quis eis inferre molestias ac bona monasterii absque iuris ordine occupare, vadiare *etc.* audeat. XII kal. Ianr. a° 7°. ‖ Registrum monasterii de Passelet 414. — »Ex parte vestra.«
» 23	»	(25114) Treugas inter Franciae et Angliae reges iam initas usque ad festum b. Andreae proximo futurum ex potestate arbitraria prorogat. X kal. Ianr. a° 7°. ‖ Rymer Foedera I. IV. 14. — »Dudum inter carissimos.«
» 23	»	(25115) Statuit, ut, quamdiu Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena et Ierosolymitana civitates schismaticorum aut infidelium subsunt aut suberunt ditioni, canonici harum patriarchalium sedium, cum eas vacare contigerit, ad electionem, postulationem aut provisionem de praeficiendo sibi patriarcha nullo modo procedant absque apostolicae sedis licentia. X kal. Ianr. a° 7°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1301 § 24. — »Sancta Romana ecclesia.«
» 23	»	(25116) Conventum heremi s. Crucis Fontis Avellanae per priorem solitae gubernari ord. s. Ben. Eugubin. dioc. cum omnibus aliis eius monasteriis, prioratibus *etc.* ab omni potestate, iurisdictione atque dominio tam episcopi Eugubini quam capituli ecclesiae Eugubinensis et quorumlibet archiepiscoporum, episcoporum et aliarum quarumlibet ecclesiasticarum personarum absolvit, eximit et perpetuo liberat. X kal. Ianr. a° 7°. ‖ Mittarelli Annal. Camaldul. V. 359. — »Suadet honestas et.«
—	—	Scholares *etc.* universitatis studii Oxoniensis. *Sine nota chronol.* ‖ Wilkins Conc. II. 271, *vid.* 1298. Iun. 12. n° 24691.

1302.

Ianr. 1	Romae ap. S. Petrum	* (25117) Paus Bonifacius IX(!) vergunt, op verzoek van Petrus van de Praest »scriptoris filiorum sancte universitatis opidi Arnhemensis«, dat dezen, waneer de stad door eenigen geestelijken rigter onder interdict gebragt was, toch nunne godsdienstoefeningen met open deuren, klokgelui en gezang mogen houden . . . Kal. Ianr. a° 7°. ‖ Nijhoff Inventarj 6, *perperam ad* a. 1301.
» 13	Laterani	(25118) G(uidoni) archidiacono ecclesiae Bononiensis indulget, ut in praedicta ecclesia personaliter residentes fructus, redditus et proventus beneficiorum suorum, etiamsi dignitates aut personatus existant vel animarum cura illis immineat, cum integritate possint recipere, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. Id. Ianr. a° 7°. ‖ (Sartius) De archigymn. Bonon. profess. I. II. 168. — »Cum in civitate.«
» 13	»	(25119) Narbonensi archiepiscopo et Biterrensi ac Magalonensi episcopis scire volens plenam veritatem de eis quae attinent ad Bernardum Appamiarum episcopum, mandat, ut eundem episcopum ab omni potestate aut custodia saeculari liberatum et omnia bona eius et ecclesiae Romanae fida custodia diligenter custodiri faciant. Id. Ianr. a° 7°. ‖ Dupuy Hist. du différend, pr. 657; Gallia christ. XIII. instr. 134. — »Nuper non sine.«

1302.

Ianr. 20	(Laterani)	* (25120) Fratrem Matthaeum ord. Eremit. s. Aug. ecclesiae Faventinae praeficit in episcopum. XIII kal. Febr. a° 7°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 501.
» 25	»	* (25121) (Theodorico) episcopo Olomucensi, decano Xanctonensi et plebano de Swideniz Wratislav. dioc. scribit in facto Gualteri filii Raynaldi de Monteflorum, quem aliqui canonici ecclesiae Wratislaviensis ad decanatum, canonicatum et praebendam in eadem ecclesia a sede apostolica isti concessum admittere recusabant. VIII kal. Febr. a° 8°. ‖ Palacky Reise 51. n° 412; Erben Regest. Bohem. II. 821. n° 1907.
» 28	»	(25122) Petro Gaytani nepoti suo comiti Casertano emptionem castri s. Felicis Terracinens. dioc. confirmat, inserto emptionis instrumento. V kal. Febr. a° 8°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 382. n° 559. — »Habet tua petitio.«
» 28	»	(25123) Petro eidem emptionem quorundam bonorum in territorio Terracinensi confirmat, inserto venditionis instrumento. V kal. Febr. a° 8°. ‖ Theiner l. c. 383. n° 560. — »Habet petitio tua.«
» 31	»	(25124) (Henrico) episcopo Tergestino mandat, ut propter iniurias monialibus ordinis s. Clarae et fratribus ordinis Minorum Tergestinis illatas coram pontifice compareat. II kal. Febr. a° 8°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 426. n° 15; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 539. n° 223; Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 118. n° 169; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1301. — »Felicis recordationis Urbanus.«
(cca. Febr. 2)		»Circa purificationem b. V. Mariae Bonifacius pp. misit in Franciam Narbonensis ecclesiae archidiaconum, mandans regi ut sibi Apamiensem episcopum quem tenebat sub custodia mancipatum redderet indilate.« ‖ Guil. de Nangiaco Chron. ed. Géraud I. 313.
Febr. 4	»	(25125) Potestatem, capitaneum, consules et commune Urbevetanos hortatur, ut a molestandis hominibus castri Aquaependentis desistant. II non. Febr. a° 8°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 384. n° 561. — »Grave ferimus nec.«
» 8	»	(25126) (Burchardo) Magdeburgensi et (Giselberto) Bremensi archiepiscopis et (Burchardo) episcopo Lubicensi mandat, ut Wolradum Brandeburgensem et Iohannem Havelbergensem episcopos, capitula et clericos ab Ottone et Conrado excommunicatis marchionibus Brandeburgensibus exbannitos et suis beneficiis spoliatos in corporalem possessionem ecclesiarum, capellarum, decimarum *etc.* reducant et reductos defendant, praefatos nobiles autem eorumque complices pulsatis campanis et accensis candelis iterum excommunicatos et suas terras interdictas nuncient. VI id. Febr. a° 8°. ‖ Gercken Stifts-Historie 510. n° 81; Riedel Cod. dipl. Brandenb. 1. Hauptth. VIII. 190. n° 132. — »Sedes apostolica pia.«
» 12	»	(25127) Raynerio de Samaritanis de Bononia ord. Minor. mandat, ut inter Fridericum comitem Montisferetri, Uguitionem, Ribaldum *etc.* fratres et suos ex parte una et Malatestam de Veruculo et filios eius *etc.* ea quae pacis sint exequatur et resipiscentes a censuris absolvat. II id. Febr. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 541. n° 224. — »Experta tuae circumspectionis.«
» 16	»	(25128) Monasterii s. Iacobi de Gemelniz [Himmelwitz in Silesia sup.] ord. Cisterc. possessiones ac bona libertatesque confirmat. XIV kal. Mart. indict. XV. incarn. dom. a° 1302 (!). pont. a° 8°. ‖ Codex dipl. Silesiae II. 81. n° 6. — »Religiosam vitam eligentibus.«
» 22	—	Abbati et conventui monasterii s. Michaelis in Luneborg ord. s. Ben. Verdens. dioc.: »Romae ap. S. Petrum VIII kal. Mart. a° 8°«. ‖ v. Hodenberg Lüneburger UB. Abth. VII. 126. n° 179, *vid.* 1300. Febr. 22. n° 24918.
Mart. 1	Laterani	(25129) (Roberto) archiepiscopo Cantuariensi, priori Praedic. ac ministro Minor. provincialibus in Anglia mandat, ut in partibus Conventriae, Lichfeldiae ac Londini a testibus fide dignis veritatem inquirant super quibusdam articulis ea capita tangentibus, de quibus Conventrensis episcopus ad sedem apostolicam postulatus sit. Kal. Mart. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 542. n° 225. — »Ad audientiam nostram.«
» 4	»	(25130) Raynaldum episcopum Vicentinum generalem vicarium Caroli comitis Andegavensis rectoris in provincia Romaniolae, comitatu Brictenorii ac pertinentiis eorundem statuit. IV non. Mart. a° 8°. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 158. — »Ad statum prosperum.«
» 12	»	(25131) Eduardo regi Angliae medietatem totius decimae Hiberniae atque Angliae ecclesiasticis personis impositae trium annorum in sublevationem sumptuum et laborum concedit. IV id. Mart. a° 8°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1302 § 17, *fragm.* *Cf.* n° 25143.
» 15	»	(25132) Guardiano ord. Minor. de Montibus Cameracens. dioc. mandat, ut Iohannem Hanoniae et Hollandiae comitem et dominum Frisiae eiusque officiales excommunicatos pro eo, quod pecuniarum subsidium seu mutuum contra constitutionem apostolicam ab ecclesiis et ecclesiasticis personis exegerant, absolvat. Id. Mart. a° 8°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 545. n° 226. — »Dilecti filii nobilis.«
» 15	»	(25133) Bellilocensem abbatiam in Argona tunc ord. s. Ben. ordini Cluniacensi incorporat et annectit. Id. Mart. a° 8°. ‖ Gallia christ. XIII. instr. 580. — »Ea quae iudicio.«

1302.

Mart. 20 Laterani (25134) S. Vincentii et S. Symphoriani extra muros monasteriorum abbatibus ac cancellario ecclesiae Metensis mandat, ut priorem ord. Praedic. et guardianum ord. Minor. Metenses ad comparendum coram sede apostolica citent. xiii kal. Apr. aº 8º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 545. nº 227. — »Suam ad nos.«

» 30 » (25135) Iohannem archiepiscopum Lundensem Rigensi ecclesiae praeficit in archiepiscopum. iii kal. Apr. aº 8º. ‖ Annaler for nord. oldkyndighed. 1860. p. 158. — »Inter sollicitudines alias.« *Cf.* nº 25144.

» 30 »Anno Di 1302 penultimo die mensis Martii sanctissimus pp. Bonifacius VIII contulit patriarchatum Aquilegiensem domno Ottobono (de' Razzi) tunc episcopo Paduano.« ‖ Annal. Foroiuliens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XIX. 210.

» 31 » (25136) Leonardum ecclesiae s. Bartholomaei Venetiarum plebanum Constantinopolitanae ecclesiae in patriarcham praeficit. ii kal. Apr. aº 8º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1302 § 27 *praetermisso exordio.*

Apr. 5 » (25137) (Masseo) episcopo Interamnensi, s. Gemini et s. Nicolai de s. Gemino monasteriorum abbatibus Narniens. dioc. mandat, ut a fratribus ord. Praedic. et Minor. Tudertinis constitutionem a se pro concordia inter clericos et dictos ordines editam observari faciant. Non. Apr. aº 8º. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 547. nº 228. — »Cupientes olim discordiam.«

» 6 » (25138) (Roberto) archiepiscopo Cantuariensi, priori Praedic. et ministro Minor. provincialibus in Anglia mandat, ut Galterum Conventrensem et Lichefeldensem episcopum ad restitutionem illorum bonorum, quae eum eiusque familiam abstulisse Iohannes de Lovetot miles Londoniens. dioc. apostolicae sedi retulerat, compellant. viii id. Apr. aº 8º. ‖ Sbaralea l. c. 548. nº 229. — »Dudum Galterum Conventrensem.«

» 6 » (25139) E(dvardum) regem Angliae rogat et hortatur, ut Iohanni de Lovetot militi Londoniens. dioc. securitatem commorandi in regno suo concedat neque rancorem contra eum, cui cum archiepiscopo Cantuariensi eiusque collegis inquisitio contra Gualterum Conventrensem et Lichfeldensem quorundam excessuum accusatum iniuncta sit, concipiat. viii id. Apr. aº 8º. ‖ Rymer Foed. I. iv. 15. — »Eam gerimus de.«

» 7 » (25140) Episcopo Emoniensi ad preces Bonifacii episcopi Parentini mandat, ut ea quae de bonis ad mensam eius episcopalem spectantibus alienata invenerit illicite vel distracta (destructa *K.*), ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. vii id. Apr. aº 8º. ‖ Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1302. — »Venerabilis fratris Bonifacii« (? *nonne initium deest?*).

» 9 » (25141) Arnaldo de Amer magistro generalis ordinis b. Mariae de Mercede Captivorum concedit, ut circa correctionem excessuum fratrum sui ordinis libere officii debitum exequatur. v id. Apr. aº 8º. ‖ Linàs Bullar. 34. — »Ex thenore tuae.«

» 9 » (25142) Abbati monasterii de Luttere [Königslutter] Halberstadens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii Walkenridensis Cisterc. ord. Magunt. dioc. per concessiones alienata *etc.*, *ut in* nº 25140. v id. Apr. aº 8º. ‖ UB. für Niedersachsen III. 9. nº 615. — »Ad audientiam nostram.«

Iun. 2 " — (25255) (Pagano) episcopo Paduano mandat, ut libros et scripturas a G(uidone) episcopo Xanctonensi ei relictos novis ordinis Praedic. inquisitoribus tradat. IV non. Iun. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 572. n° 255. — »Dudum ad audientiam.«

" 3 " — (25256) Carolo regi Ungariae scribit, se eius ius nuper declarasse eumque hortatur, ut circa gubernationem et regimen statumque prosperum regni dicti collapsi se gerat laudabiliter. III non. Iun. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 23; Fejér Cod. dipl. VIII. I. 130; Theiner Mon. Hungar. I. 400. n° 636; Erben Reg. Bohem. II. 846. n° 1966; *cf.* Palacky Reise 51. n° 418. — »Propagato caritatis ordine.«

" 3 " — (25257) Mariae Siciliae ac Ungariae reginae scribit, se in negotio regni Ungariae ei et Carolo nepoti eius Ungariae regi illato super declaratione »tui iuris in ipso et nepotis eiusdem nuper diffiniendo ac decernendo« processisse. Hortatur eam, ut circa diligentem curam et provisam custodiam praefati nepotis ac gubernationem ipsius et statum prosperum dicti regni collapsi operosam habeat solertiam. III non. Iun. a° 9°. Theiner l. c. 400. n° 637; *non integra* Erben l. c. 847. n° 1967. — »Ex paterne caritatis.«

" 3 " — (25258) In Wettingen et Vallis Uterinae abbatibus Cisterc. ord. Constantiens. et Spirens. diocc. ac suppriori fr. Praedic. Argentinensium mandat, ut Alberto regi Romanorum eiusque familiaribus, sequacibus *etc.* super omnibus et singulis seditionibus, guerris, damnis *etc.* per illos contra praelatos, ecclesias et personas ecclesiasticas illatis et perpetratis tempore, quo idem Albertus impugnaverit cl. mem. Adulfum regem Romanorum tunc viventem, absolutionis beneficium impendant. III non. Iun. a° 9°. ‖ Kopp Gesch. der eidgenöss. Bünde III. I. 327. n° 40. — »Apostolice sedis circumspecta.«

" 3 " — Albertum regem Romanorum: »III non. Iun. a° 9°« — »Officii nostri debitum«. ‖ Formelbuch K. Albrechts I ed. J. Chmel *in* Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen II. 239; *cf.* Lichnowsky Gesch. des H. Habsburg II. Regest. CCXLIII. n° 398, *vid.* n° 25262.

" 6 " — (25259) Abbati monasterii s. Laurentii extra muros et priori basilicae ad Sancta Sanctorum ac archipresbytero ecclesiae s. Eustachii de Urbe nunciat, se statuendum duxisse, ut in Urbium Urbe, Romana videlicet civitate, generale vigeat studium in qualibet facultate, ac docentes et studentes ibidem omnibus privilegiis libertatibus et immunitatibus concessis doctoribus et scholaribus in studiis generalibus commorantibus gaudeant et utantur. A° incarn. dom. 1303 VIII id. Iun. a° 9°. ‖ Cherubini Bullar. I. 160; Matthaeus Summa 41; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 166; *cf.* Gregorovius Gesch. der Stadt Rom V. 606. — »In supremae praeeminentia.«

" 8 " — (25260) E(dwardo) regi Angliae scribit de purgatione G(ualteri) Coventrensis et Lichfeldensis episcopi canonica super obiectis ei in curia Romana, et addit, se eius suspensionem relaxavisse eumque ipsum ab infamia obiectorum absolvisse. VI id. Iun. a° 9°. ‖ Rymer Foed. I. IV. 27. — »Dudum ad nostram.«

" 8 " — (25261) (Willelmum, *sed legas*) Gualterum Conventrensem et Lichefeldensem episcopum, suspensione sublata, denuo ecclesiae suae restituit, innocentem declarat et ab infamia obiectorum absolvit. VI id. Iun. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 572. n° 256. — »Dudum ad audientiam.«

" 11 " — (25262) Albertum regem Romanorum hortatur, ut circa defensionem, recuperationem, manutentionem et conservationem regni Ungariae (Carolo) regi Ungariae efficaciter faveat et praesidiis opportunis assistat, sed (Wenceslao) regi Bohemiae aut (Wenceslao) filio eius circa occupationem et usurpationem praedicti regni nullum praestet auxilium vel favorem. III id. (non. *Chm.*) Iun. a° 9°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 401. n° 639; Formelbuch K. Albrechts I. ed. J. Chmel *in* Archiv f. Kunde österr. Gesch.-Quellen II. 239; *omisso initio in* Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 14; Fejér Cod. dipl. VIII. I. 120 *et* 131; Erben Reg. Bohem. II. 849. n° 1969. — »Officii nostri debitum.«

* *In eundem modum* Rudolphum Alberti regis Rom. primogenitum, ducem Austriae.

" 11 " — (25263) Archiepiscopo Colocensi et episcopo Zagrabiensi sententiam suam in facto regni Hungariae (*vid.* n° 25252) latam facit notam, iubetque ut eam in terris Boemiae viciniribus solenniter publicari faciant. III id. Iun. a° 9°. ‖ Theiner l. c. 400. n° 638; *cf.* Palacky Reise 51. n° 419; Erben l. c. 847. n° 1968. — »Super regno Ungarie.«

1303.

Iun. 11 Anagniae — (25264) Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis, ac ducibus, marchionibus et aliis nobilibus viris regni Hungarici mandat, ut praedictis Mariae reginae et Carolo regi Hungariae obediant *etc.* III id. Iun. a° 9°. ‖ Theiner l. c. 401. n° 640; Erben l. c. 848. n° 1970. — »Levamus in circuitu.«

" 12 " — (25265) Tractatum pacis inter Carolum Alenzoni et Valesiae comitem, Robertum Friderici regis Siciliae primogenitum ducem Calabriae ex parte una et Fridericum regem ex altera super insula et regno Siciliae et iure quod habet ecclesia in eisdem reformatum confirmat. XII Iun. a° 9°. ‖ Lünig Cod. Ital. dipl. IV. 457. n° 23. — »Dilecto filio nobili.« *Cf.* n° 25245.

" 20 " — (25266) Papiniano episcopo Parmensi Sanctae Rom. ecclesiae vicecancellario concedit facultatem amovendi a monasterio s. Iohannis Parmensis ord. s. Ben. illos monachos, quos et quot reformationis causa viderit amovendos eosque ad alia monasteria transferendi. XII kal. Iul. a° 9°. ‖ Affò Stor. di Parma IV. 350. n° 8. — »Cum ex debito.«

" 20 " — (25267) Guillelmo de S. Marcello ord. Minor. inquisitori haeret. pravit. in provincia Provinciae mandat, inducat Raymundum de Medullione, ut Carpentoratenses captos et detentos pristinae restituat libertati. XII kal. Iul. a° 9°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 433. n° 22; Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 574. n° 257. — »Grave gerimus et.«

" 22 " — (25268) Priorem Raceborgensem, praepositum S. Petri in Goslaria ac scolasticum Gustrowensem Hildensemens. et Caminens. diocc. instruit, quomodo in causa, quae inter (Borchardum) episcopum et capitulum Lubicenses ex parte una ac consules et universitatem civitatis Lubicensis ex altera super eo, quod dicti episcopus et capitulum se ab ecclesia Lubicensi et civitate violenter eiectos et quibusdam terris *etc.* spoliatos per eosdem consules et universitatem proponant, vertatur, recte et commode procedant. X kal. Iul. a° 9°. ‖ Leverkus UB. d. Bisth. Lübeck I. 470. n° 397; *cf.* Meklenb. UB. V. 115. n° 2871. — »In causa que.«

Iul. 1 " — (25269) Concedit, ut »in Avinionensi civitate sit et habeatur de cetero studium litterarum generale, in quo magistri doceant, et scholares libere studeant et audiant in quavis licita facultate.« Sancit, »ut in iure canonico et civili, ac in medicina et liberalibus artibus examinari possint ibidem, et in facultatibus ipsis dumtaxat magisterii titulo decorari,« statuens, »ut quotiens ad id aliqui fuerint promovendi, praesententur episcopo Avinionensi pro tempore existenti,« *etc.* Kal. Iul. a° 9°. ‖ Cherubini Bullar. I. 161; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 168. — »Conditoris omnium immensa.«

" 3 " — (25270) Priori et fratribus ord. s. Guillelmi ecclesiam s. Francisci aliaque bona fratrum ord. Minor. de Anagnia confert. V non. Iul. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 575. n° 258. — »Licet personas sub.«

" 8 (") — * (25271) Petrum capellanum cardinalis Albanensis eligit in episcopum Signinum. VIII id. Iul. 1303. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1239.

" 15 " — (25272) Archiepiscopo Toletano mandat, ut, si Fernandus rex Castellae ac Legionis fructus, redditus *etc.* praetextu custodiae in cathedralibus ecclesiis vacantibus perceptos restituerit, ei absolutionis beneficium impendat. Id. Iul. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 30. — »Ad instar altissimi.«

" 17 " — (25273) Guardiano fratrum ord. Minor. Messanensium mandat, ut quandam pecuniam colligat et pro quorundam necessitate distribuat. XVI kal. Aug. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 575. n° 259. — »Ex insinuatione dilecti.«

" 20 " — (25274) Lumbricensi, Lacimensi et Furnabarensi episcopis mandat, ut de Willelmi archiepiscopi Thuamensis nefariis actis, quae recenset, inquirant. XIII kal. Aug. a° 9°. ‖ Sbaralea l. c. 576. n° 260; Theiner Mon. Hibern. 171. n° 373. — »Ad reformandos in.«

Aug. 9 " — (25275) Inter rectores Romanae fraternitatis et clerum Urbis ex parte una et fratres Praedic. et Minor. ord. de eadem Urbe ex altera super mortuis sepeliendis et excipiendis confessionibus iudicium facit. V id. Aug. a° 9°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 70; Sbaralea l. c. 578. n° 261; *cf.* Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 32. — »Inter dilectos filios.«

" 15 " — (25276) »Nos qui universis ... praeesse dignoscimur, volentes per hanc novellam constitutionem nostram aliquid circa praedicta statuta expressius inveniri, declaramus ... et statuimus, ut citationes auctoritate apostolica de quibuscumque personis ...., praesertim si impediant ... ne citationes ipsae ad eos perveniant, ... factae in audientia litterarum aut in aula nostri palatii, postmodum affigendae ianuis maioris ecclesiae loci, in quo Romana communis omnium christiani populi nationum residebit curia, ... sic valeant ac arctent citatos, ... ac si ipsos personaliter apprehendissent.« XVIII kal. Sept. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 40; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 161; Tosti Storia II. 309, *sed non integra*; *sine nota chronol.* Extravag. comm. lib. 2. tit. 3 *de dolo et contum.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1148, *ad* a. 1301; ap. Richter Corp. II. 1168. — »Rem non novam.«

" 15 " — (25277) Gerardum archiepiscopum Nicosiensem, qui se ad Philippi Francorum regis praesentiam contulit ac apud eum moram trahens ipsum callidis commentis ad rebellionem

1303.

contra papam instigat et fovet in ea, ab administratione Nicosiensis ecclesiae suspendit. xviii kal. Sept. a° 9°. ‖ Raynald. l. c. § 37; Dupuy l. c., pr. 162. — »Quando (Quanto *Dup.*) in ecclesia.«

Aug. 15 Anagniae (25278) Quia Philippus rex Franciae non solum alios de regno suo, sed et magistros, doctores, baccalarios et scholares existentes in studiis eiusdem regni ad rebellionem contra sedem apostolicam secum trahere satagit et iam eorum aliquos traxit, omnes de praedicto regno potestatem habentes dandi licentiam regendi, docendi ac approbandi ab hac potestate suspendit, donec idem rex ad eiusdem sedis mandata cum satisfactione revertatur. xviii (xiv *Dobn.*) kal. Sept. a° 9°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris IV. 54; Raynald. l. c. § 38; Dupuy l. c., pr. 163; *omisso anno* Dobner Mon. Bohem. V. 107. — »Sedes apostolica sicut.«

„ 15 „ (25279) Quia idem rex praecipue praelatos regni sui ad praefatam rebellionem et indevotionem secum trahere satagit, omnes provisiones ecclesiarum cathedralium et regularium Franciae vacantes et vacaturas dispositioni suae et sedis apostolicae reservat, donec idem rex Philippus ad sedis eiusdem mandata cum satisfactione debita revertatur. xviii kal. Sept. a° 9°. ‖ Bulaeus l. c. 54; Raynald. l. c. § 39; Dupuy l. c., pr. 163. — »Sedes apostolica sicut.«

„ 15 „ Publicat se nuper audivisse *etc.*: »xviii kal. Sept. a° 9°« — »Nuper ad audientiam.« ‖ Raynald. l. c. § 36; Bulaeus l. c. 55, *vid.* n° 25281.

„ 16 „ (25280) Priori Praedic. et guardiano Minor. ordd. Mediolanensium mandat, ut electionem Thomassinae de Bonate in abbatissam monasterii s. Mariae de Baxiliano ord. s. Ben. Mediolan. dioc. confirment, si eam canonice celebratam invenerint. xvii kal. Sept. a° 9°. ‖ Sbaraleae Bullar. Francisc. IV. 580. n° 262. — »Ad provisionem ecclesiarum.«

„ 19 „ Quia Philippus rex Francorum *etc.*: »xiv kal. Sept. a° . . . «. ‖ Dobner Mon. Bohem. V. 107, *vid.* n° 25278.

Sept. 1 „ (25281) Publicat se nuper audivisse, quod in festo b. Iohannis bapt. proxime praeterito Philippo regi Franciae in praesentia multorum in iardino eiusdem congregatorum contra papam diversa crimina denunciata fuerint quodque eidem regi supplicatum sit, ut evocet concilium generale et, »ne nos contra eos ipsos, regem, praelatos, comites et alios procederemus in aliquo, ad ipsum generale concilium aut ad papam nostrum successorem legitimum vel ad sanctam Romanam ecclesiam« appellatum sit. Tum reiicit opinionem, se esse haeretica labe respersum. Demum scribit: »Non credat aliquis, quod contenti simus, quin, non obstante huiusmodi fraude appellationis obiectae, ... super . . . . ipsius regis eiusque sequacium excessibus, prout expedire senserimus, nisi se corrigant et satisfactionis impendant debitum, ne eorum sanguis a nostris requiratur manibus, procedamus.« (xviii *add. Rayn., Bul.*) Kal. Sept. a° 9°. ‖ Leibnitii Mant. cod. iur. gent. II. 313; Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 55; Rubeus Bonifac. VIII. 303; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 166, *pluribus expunctis in* Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 36, *integre* ad a. 1311 § 40. — »Nuper ad audientiam.«

„ 6 „ (25282) Constitutionem super ordinatione et statutis factis in marchia Anconitana promulgat. viii id. Sept. a° 9°. ‖ Theiner Cod. dipl. dominii temp. I. 391. n° 571. — »Celestis patris familias.«

„ 8 Anagniae in aula palatii nostri (25283) Enarratis quae a Philippo Francorum rege male gesta sunt, eundem excommunicatum declarat et omnes fideles et vasallos eius eique iuratos a fidelitate et iuramentis absolvit. vi id. Sept. a° 9°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1311 § 44; Leibnitii Mant. Cod. iur. gent. II. 315; Rubeus Bonifac. VIII. 310; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 182; Baillet Hist. des démêl. 338; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 170. — »Super Petri solio.«

„ 7 Anagniae »A° 1303 post ortam simultatem cum rege Franciae Anagniae, ubi putabat esse securus, a familiaribus proditus capitur in vigilia nativitatis b. Virginis.« ‖ Ptolem. Lucens. Histor. eccles. lib. 24. c. 36 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1203. — »A° 1303 in vigilia nativitatis b. Mariae V., in Septembri, dum papa Bonifacius Anagniae in patrio solo ac civitate propriae originis cum sua curia resideret. . . . ibidem consciis aliquibus domesticis suis proditus fuit. captus atque detentus.« ‖ (Petr. Lodovensis) Tractat. pro extirpat. haeres. Albigens. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 788; Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 41. — »Adveniente die sabbati, videlicet vigilia nativitatis b. Mariae Virginis ecce, quod in aurora venit subito et inopinate magnus exercitus hominum armatorum ex parte regis Franciae . . . ., qui . . . statim dederunt insultum palatio papae et palatio marchionis nepotis papae. . . . . Et sic remanserunt papa et nepotes sui sub custodia quorundam militum et etiam aliorum laicorum a vigilia nativitatis b. Mariae usque ad tertiam diem sequentem, videlicet usque diem Lunae, qui fuit in crastino b. Mariae.« ‖ Annal. regis Edwardi I *in* Rishangeri Chron. 483—487.

„ 9

„ 9 »In crastino nativitatis b. Mariae V. circa horam statim post nonam et statim cum papa sic liberatus fuisset (per populum Anagninum), idem populus ipsum papam fecerat portari de palatio suo seorsum usque in magnam plateam, coram toto populo,

1303.

et tunc papa praedicavit lacrymando et ante omnia regratiebatur Deo et omnibus sanctis et populo Anagum de vita sua.« ‖ *Ibid.* 489.

»Eo tempore domnus Bonifacius pp. VIII in magno statu existens Anagnie, insultatus fuit ad palacium suum per domnos de Columna et suos amicos tam de Roma quam de Campania. . . . Post paucos dies ex tristicia et dolore mortuus et sepultus est.« ‖ Annal. Parmens. mai. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XVIII. 729.

»Bonifacio papa manente cum curia sua in Anagnia circa festum b. Michaelis (cca. Sept. 29) quidam de Anagnia et Serra de Columpna ipsum invaserunt . . . et detinuerunt eundem captum in camera sua per tres dies sine cibo et potu.« ‖ Eberhardi archidiac. Ratispon. Annal. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 599.

»Hoc a° Bonifacius pp. VIII devenit ad lites cum domno rege Francie . . . et exinde dictus rex revocavit ad se ambos cardinales depositos per eundem domnum papam [*vid.* n° 24513] et omnes alios laycos qui dicti sunt de Columpna, et fovit eos in tantum, quod misit vicarium suum de Francia, qui ivit cum Iacobo layco dicto de Columpna qui vocatur cardinalis et fratre ipsorum cardinalium cum maximo comitatu, et ceperunt eundem domnum papam de persona Sept. 7 apud Anagniam et nono die eiusdem ipse domnus papa liberatus est a domno Matheo Rubeo cardinali, et ivit Romam, et mansit ibidem usque ad 29m diem dicti mensis et mortuus est.« ‖ Annal. Cavens. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. III. 196. — »Circa festum nativitatis b. Virginis, videlicet in vigilia nativitatis eiusdem (*i. e.* 7. Sept.) venit summo mane (»vii hora diei« p. 218) magnus exercitus hominum armatorum missus ex parte regis Franciae et cardinalium Columpnensium damnatorum repente ad portas civitatis Anagum, in quam papa confugerat pro tutela, quia ibidem natus fuerat. Invenientes igitur portas apertas ingressi sunt civitatem, et mox dederunt insultum palatiis domini papae et marchionis nepotis papae« *etc.* ‖ Rishangeri Chron. 216.

Sept. 9-13 »Et sic stetit papa cum nepotibus suis sub custodia communitatis Anagum a die crastino nativitatis b. Mariae circa horam vespertinam usque diem Veneris proximo sequentem.« ‖ Annal. regis Edwardi I l. c. 490.

„ 20 »Die Veneris post octavas natalis b. Mariae in mane papa subito et inopinate recessit de Anagnia versus Romam . . . et continuatis dietis suis ingressus est
„ 25 urbem Romanam die Mercurii proxima post octavas natalis b. Mariae, et pernoctavit apud *Lateranum*, et
„ 26.27 ibi stetit per duos dies; et
„ 28 tertio die transtulit se *ad S. Petrum*, ubi modo stat valde tristis eo quod, ut videtur, non potest seipsum salvare in alio loco nisi in urbe Romana.« ‖ *Ibid.* 490. — »Post paucos dies Romam ivit.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 36 ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1203.

Oct. 11 Romae ap. S. Petrum MORITUR. »Obiit Romae v id. Oct.; sequenti vero die fuit in tumulo, quem sibi vivens praeparari fecerat, tumulatus in ecclesia s. Petri a° D[i] 1303. pont. sui a° 9°«. ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 672. — »De Anagnia vero Romam productus, 35 diebus a captione sua, in lecto doloris et amaritudinis positus, inter angustias spiritus, cum esset corde magnanimus, obiit Romae v id. Octobris: sequenti vero die fuit in tumulo, quem sibi iuvenis praeparari fecerat, tumulatus in ecclesia s. Petri.« ‖ (Petrus Lodovens.) Tractat. pro extirpat. haeres. Albigens. ap. Duchesne Hist. Franc. scr. V. 788. — »Post paucos dies Romam ivit ad S. Petrum, et 35mo die a sua captione decessit extra mentem cordis positus.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. lib. 24. c. 36 ap. Muratori l. c. XI. 1203.

»Nonis Novembr. (*i. e.* d. 5. Novb.) a° D[i] 1303 obiit.« ‖ Annal. Senens. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. XIX. 231.

»1303. Anagniam originis suae urbem veniens sub tutela civium se recepit; ubi a fautoribus regis Francorum, quorum capitaneus erat Willelmus de Ungareto, captus est et Romam venire coactus. Commoratus autem apud castrum s. Angeli ex anxietate, quae multipliciter mentem eius occupaverat, decidit in languorem, quo invalescente post dies aliquot exspiravit.« ‖ Nicol. Triveti Annal. ed. Hog 399.

»Obiit in Perusio.« ‖ Annal. Lubicens. ap. Pertz l. c. scr. XVI. 418.

»Post dies paucos ibidem (*i. e.* Romae) requievit, scil. xiii die Octobris.« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 230.

»Minori reverentia sepelitur, quam pontificalis status requireret.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. ap. Muratori l. c. XI. 1223.

»Fastuosus et arrogans ac omnium contemtivus.« ‖ *Ibid.* lib. 24. c. 36 ap. Muratori l. c. XI. 1203. — »Fecit mirabilia multa in vita sua, sed eius mirabilia in fine mirabiliter defecerunt.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori l. c. III. 670. — »Vir subtilis et industrius et unus de maioribus clericis iuristis totius orbis.« ‖ Iperii Chron. S. Bertini ap. Martene Thes. anecd. III. 774. — »Utriusque iuris scientia preditus ac in omni temporali negotio mirabiliter eruditus . . . .; vir magnanimus.« ‖ Chron. Aulae Regiae ap. Dobner Monum. V. 107.

VACATIO. »Vacavit sedes diebus 10«. ‖ Vita B-i l. c. 670.

Sentenția Bonifacii VIII: **Domine Deus, in adiutorium meum intende.** (Psalm. 37.) **1295**. Iun. 21. nº 24106 *etc.*

Testes bullis subscripserunt:

Leonardus (Patrassus de Guerrino) episcopus Albanensis. **1300**. Oct. 2. nº 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.
Theodericus (Urbevetanus) episcopus Civitatis papalis. **1302**. Febr. 16. nº 25128.
Hugo (Seguin de Billon, Gallus, ord. Praedic.) episcopus Ostiensis et Velletrensis. (*Cf.* p. 1915.) **1295**. Iun. 21. nº 24106—**1296**. Mart. 13. nº 24297.
Nicolaus (Bocasinus, Tarvisinus) episcopus Ostiensis et Velletrensis. **1300**. Oct. 2. nº 24981.
Matthaeus (de Aquasparta, ord. Minor., antea presb. card. tit. S. Laurentii in Damaso) episcopus Portuensis et S. Rufinae. (*Cf.* p. 1914.) **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297. 24511—**1298**. Iun. 27. nº 24706.
Gerardus (Blancus, Parmensis) episcopus Sabinensis. (*Cf.* p. 1914.) **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297. 24511—**1298**. Iun. 27. nº 24706.
Iohannes (Boccamatius, Romanus, antea archiepiscopus Montis Regalis) episcopus Tusculanus. (*Cf.* p. 1914.) **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297. 24706. 24511—**1300**. Oct. 2. nº 24981.

Simon (Gallus, monachus Cluniacensis) presb. cardinalis tit. S. Balbinae. **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297—**1297**. Mai. 7. nº 24511.
Thomas (Aprutius, monachus Coelestinus) presb. cardinalis tit. S. Caeciliae. **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297. 24511—**1298**. Iun. 27. nº 24706.
Guillelmus (Ferrarius, Gallus) presb. cardinalis tit. S. Clementis. **1295**. Iun. 21. nº 24106.
Iacobus (Thomasius Caietanus, Anagninus) presb. cardinalis tit. S. Clementis. **1296**. Mart. 13. nº 24297—**1298**. Iun. 27. nº 24706.
Nicolaus (Parisiensis) presb. cardinalis tit. S. Laurentii in Damaso. **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297. 24511—**1298**. Iun. 27. nº 24706.
Iohannes (Monachus, Gallus) presb. cardinalis tit. SS. Marcellini et Petri. **1295**. Iun. 21. nº 24106 nº 24511. 24706. 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.
Petrus (Peregrossus, de Mediolano) presb. cardinalis tit. S. Marci. (*Cf.* p. 1914.) **1295**. Iun. 21. nº 24106, *additis verbis* »cum per me non possem, per Petrum Bonaegentis capellanum meum me subscripsi.«
Gentilis (de Montefloris, Picenus) presb. cardinalis tit. S. Martini in Montibus. **1300**. Oct. 2. nº 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.
Robertus (Gallus, monachus Cisterciensis) presb. cardinalis tit. S. Pudentianae. **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297. 24511. 24706. 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.

Neapoleo (Ursinus, Romanus) diac. cardinalis tit. S. Adriani. (*Cf.* p. 1915.) **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297. 24706—**1302**. Febr. 16. nº 25128.
Landulfus (Brancacius, Neapolitanus) diac. cardinalis tit. S. Angeli. **1300**. Oct. 2. nº 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.
Benedictus (Caietanus, Anagninus) diac. cardinalis tit. SS. Cosmae et Damiani. **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297—**1297**. Mai. 7. nº 24511.
Petrus (Columna, Romanus) diac. cardinalis tit. S. Eustachii. (*Cf.* p. 1915.) **1295**. Iun. 21. nº 24106.
Iacobus (Caietanus de Stephaneschis) diac. cardinalis tit. S. Georgii ad velum aureum. **1298**. Iun. 27. nº 24706—nº 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.
Franciscus (Neapoleonis Ursinus, Romanus) diac. cardinalis tit. S. Luciae in silice. **1300**. Oct. 2. nº 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.
Franciscus (Caietanus, Anagninus) diac. cardinalis tit. S. Mariae in Cosmidin. **1298**. Iun. 27. nº 24706—**1300**. Oct. 2. nº 24981.
Matthaeus (Rubeus Ursinus) diac. cardinalis tit. S. Mariae in Porticu. (*Cf.* p. 1915.) **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24511. 24706. 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.
Iacobus (de Columna, Romanus) diac. cardinalis tit. S. Mariae in Via lata. **1295**. Iun. 21. nº 24106—**1296**. Mart. 13. nº 24297.
Lucas (Fliscus ex comitibus Lavaniae, Genuensis, nepos Hadriani V pp.) diac. cardinalis tit. S. Mariae in Via lata. **1300**. Oct. 2. nº 24981.
Petrus (Valerianus, filius Duraguerrae, antea canonicus Cameracensis) diac. cardinalis tit. S. Mariae Novae. **1296**. Mart. 13. nº 24297—**1297**. Mai. 7. nº 24511.
Guillelmus (Longus, Bergomas) diac. cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano. **1295**. Iun. 21. nº 24106—nº 24297. 24511. 24706. 24981—**1302**. Febr. 16. nº 25128.

Datae sunt bullae per manus

Magistri **Petri** de Piperno S.R.E. vicecancellarii. **1295**. Iun. 21. nº 24106.
Petri S. Mariae Novae diac. card. et S.R.E. vicecancellarii. **1296**. Mart. 13. nº 24297—nº 24511. 24706—**1300**. Oct. 2. nº 24981.
Papiani Parmensis episcopi S.R.E. vicecancellarii. **1302**. Febr. 16. nº 25128.

Orba pastore ecclesia purpurati patres, ad quos creandi Romani pontificis munus spectabat, in eligendo Nicolao Bocasino episcopo Ostiensi consenserunt eumque Benedictum XI vocarunt. Humili loco patre Bocasino notario in vico s. Bartholomaei Tarvisii Venetiarum aº 1240 natus grammaticae primum praeceptore Bocasino patruo presbytero ecclesiae parochialis s. Andreae in patria usus operam dedit et Venetiis, quo vitam sustentare posset, patritiorum filios docuit; ordinem deinde Praedicatorum aº 1257 professus divinis humanisque studiis impense 14 annis vacavit. Tum ad generalis magisterii apicem ascendit. Fuit enim primo lector, postea prior conventualis, deinde provincialis Lombardiae. demum ex eo munere post Stephani Bisuntini obitum, comitiis Argentorati in Germania habitis, aº 1296. Mai. 12 ordinis magister eligitur. Bonifacius VIII eum presbyterum cardinalem tit. Sabinae 1298. Dec. 5 (*vid.* nº 24753) creavit illeque 1299. Ianr. 14 magisterio se abdicavit. Quem ad Urbem accitum, cognita eius praestantia, idem pontifex episcopum Ostiensem et Velletrensem constituit. Aⁱˢ 1302 et 1303 legatione functus est in Austria, Hungaria *etc.* (*Cf.* Ann. Admunt. Cont. Zwetl. 3ª ap. Pertz M. G. h. scr. IX. 660).

1303.

Oct. 22 — in palatio s. Petri de Urbe — ELIGITUR. »Nos .... cardinales ad tractandum de Romani substitutione pontificis in palatio s. Petri de Urbe, in quo decesserat pridem ipse, convenimus, nobisque ac ipsis ad id eligentibus per viam procedere scrutinii, contigit, ... quod unico facto ac publicato scrutinio, tanta finaliter in votis eorundem fratrum est inventa concordia, quod per eos de nobis .... fuit ad apostolatus officium XI kal. Novb. proximo futuri (!, elapsi *Bull. R.*) electio celebrata.« ‖ Benedicti Epist. encycl. d. d. 31. Oct. 1303 ap. Rymer Foed. I. IV. 30, d. d. 1. Nov. 1303 ap. Raynald. Ann. ad a. 1303 § 47; ap. Ripoll Bullar. ord. Praed. II. 77; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 175. — »Benedictus qui prius dictus frater Nicolaus de Tervisio, natione Lombardus, assumptus est ad papatum aº Dⁱ 1303. XI kal. Nov.« ‖ Brev. hist. ord. Praedic. ap. Martene Ampl. coll. VI. 335; *cf.* p. 371. — »Fuit electus in papam Romae XI kal. Nov.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 672. — »Aº Dⁱ 1303. XI kal. Nov. dominum Nicolaum de Tervisio ord. fratr. Praedic. ac cardinalem Ostiensem in suum pontificem eligunt. Hic factus papa in S. Petro, modica mora ibidem contracta, transtulit se ad S. Iohannem de Laterano.« ‖ Ptolem. Lucens. Histor. eccl. (Cod. Patav.) ap. Muratori l. c. XI. 1224.

»8. mensis Octobris sequentis electus est in papam frater Nicolaus de ord. Praedic., qui vocatus est Benedictus.« ‖ Annal. Cavens. ap. Pertz Mon. Germ. hist. scr. III. 196. — »Successit statim a cardinalibus electus Benedictus XI Lumbardus natione, quem Bonifacius de ordine fratr. Praedicatorum, cuius magister erat, assumptum fecerat episcopum Ostiensem.« ‖ Nic. Triveti Ann. ed. Hog 399.

» 27 — Romae ap. S. Petrum — CORONATUR. »Fuit coronatus ex more die dominica subsequenti, quae fuit in vigilia apostolorum Symonis et Iudae aº Dⁱ 1303«. ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis l. c.

»Sedit mensibus 8 diebus 17«. ‖ Vita B-i ex ms. B. Guidonis l. c. — »Sedit mensibus 9 diebus 17«. ‖ Ptolem. Lucens. Histor. eccl. lib. 24. c. 38 ap. Muratori l. c. XI. 1204.

» 31 — Laterani — (25284) E(dwardo) regi Angliae nunciat, se a fratribus suis cardinalibus XI kal. Nov. unanimiter in Romanum pontificem receptum esse, eumque rogat et obsecrat, ut »cor nostrum reverentiae filialis exhibitione laetifices.« II kal. Nov. aº 1º. ‖ Rymer Foed. I. IV. 30. — »Dominus ac redemptor.«

Nov. 1 — » — (25285) Archiepiscopo Mediolanensi et eius suffraganeis notum facit, se XI kal. Nov. Petri cathedram conscendisse, eosque rogat et hortatur, ut pro ipso pias orationes ad Dominum fundant »ut ipse in executione pastoralis officii sic sua pietate nos dirigat, quod gratum nostrum ministerium fiat.« (XI *male add. Ciacc., Cont.; forsan ortum ex male intellecto numero* II) Kal. Nov. aº 1º. ‖ Ciacconius Vitae pontif. Roman. II. 344; Fel. Contelorius Elenchus cardinalium ab a. 1294—1430 (Romae 1641. 4º) 11; *omisso exordio incip.* »Opera divinę potentię« Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 47; Ripolli Bullar. Praedic. II. 77; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 175. — »Dominus ac redemptor.«

» 2 — » — (25286) Abbatissam et conventum monasterii s. Clarae Ravellensis ord. eiusdem sanctae generali et provinciali ordinis fr. Minor. Terrae Laboris committit. IV non. Nov. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 434. nº 1. — »Religionis in qua.«

» 2 — (») — * (25287) Bartholomaeum ex praeposito Pistoriensis ecclesiae electum a capitulo in episcopum Pistoriensem confirmat. IV non. Nov. aº 1303. ‖ Ughelli Ital. sacra III. 304.

» 4 — » — (25288) Michaelem quondam episcopum Zagabriensem in archiepiscopum Strigoniensem transfert eumque dictae ecclesiae praeficit in archiepiscopum. II non. Nov. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 406. nº 646. — »Inter cetera sollicitudinum.«

» 4 — » — (25289) Capitulo ecclesiae Strigoniensis confirmationem praedicti Michaelis notam facit eisque mandat, ut eidem electo obedientiam et reverentiam debitas exhibeant. II non. Nov. aº 1º. ‖ Theiner l. c. 407 in nº 646. — »Inter cetera sollicitudinum.«

* *In eundem modum* Clero civitatis et diocesis Strigoniensis — Populo civitatis et diocesis Strigoniensis — Universis vasallis ecclesiae Strigoniensis — Universis suffraganeis ecclesiae Strigoniensis.

1303.

Nov. 4 | Laterani | (25290) Carolum regem Ungariae hortatur, ut eundem electum et commissam ei ecclesiam propensius commendatos habeat. II non. Nov. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 407. n° 647. — »Inter cetera que.«

„ 5 | „ | (25291) Episcopo Papiensi mandat, ut quasdam domos, quas Antonius de Fuxiraga pro ordine s. Clarae in civitate Laudensi construi fecerit, recipiat et statuat, ut ibi per moniales ordinis dicti perpetuis temporibus Domino serviatur. Non. Nov. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 435. n° 2. — »Pia desideria devotorum.«

„ 5 | „ | * (25292) Littera directa Carolo regi Siciliae continens, qualiter rex ipse in praesentia domini papae et cardinalium, quando ligium homagium et fidelitatis iuramentum legeretur, pro parte dicti regis facta fuit protestatio, quod per promissionem et iuramentum per ipsum faciendum et praestandum non intendebat se obligare ad solvendum 50000 marcharum sterlingorum, praecipue cum patri suo per praedecessores papae alias fuerunt remissa. Quam protestationem idem papa non recepit aliter, nisi quantum secundum iustitiam et veritatem ipsum regem iuvare posset. Non. Nov. a° 1°. ‖ Muratori Antiq. Ital. VI. 109.

„ 6 | „ | (25293) Abbati monasterii s. Mansueti extra muros Tullenses et archidiacono maioris ac decano S. Gengulphi Tullensium ecclesiarum notum facit, se potestatem, quam eis in negotio discordiae, quae inter praelatos et rectores seu sacerdotes et clericos parochialium ecclesiarum Metensium ex parte una et Praedicatorum et Minorum ordinum fratres Metensis civitatis ex altera super praedicationibus fidelium populis faciendis, audiendis eorum confessionibus *etc.* orta sit, dederit, totumque negotium ad examen apostolicum revocare, eisque mandat, ut super his ulterius procedere nullatenus praesumant. VIII id. Nov. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 78; Wadding Ann. Minor. VI. 436. n° 3. — »Dudum felicis recordationis.«

„ 7 | „ | (25294) I(sarno) archiepiscopo Lundensi Suetiae primati, cui tunc archiepiscopo Carcassonensi (*vid.* n° 24797) Bonifacius pp. VIII iam dispensationem in causa matrimoniali (Erici) regis Daniae et Ingeburgis sororis Birgeri regis Sueciae commiserat, qui autem hoc mandatum exequi nequiverat, petente Ingeburge (nam rex utpote excommunicatione ligatus papam supplex adire non audebatur) eandem commissionem de novo impertit. Addit tamen: »imposita ipsis (*i. e.* regi et reginae) pro eo quod taliter absque dispensatione apostolica contraxerunt, nec non pro copula et cohabitatione praedictis poenitentia salutari eisque ad tempus iuxta tuae discretionis arbitrium carnali commercio interdicto.« VII id. Nov. a° 1°. ‖ Liljegren Svenskt dipl. II. 401. n° 1412; *cf.* Porthan Bullar. access. 67. — »Licet matrimonii contractum.«

„ 7 | „ | (25295) Eidem mandat, ut dispenset cum clericis super irregularitate, quam incurrerant pro eo quod non servaverant interdictum, cui subiectae erant terrae Erici regis Datiae et Christofori eius fratris pro eo, quod illi I(ohannem) Rigensem tunc Lundensem archiepiscopum ac quondam Iacobum praepositum ecclesiae Lundensis captos detinuerunt et eodem praeposito mortuo dictis Iohanni et ecclesiae satisfacere per tempora recusarunt. VII id. Nov. a° 1°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 410. n° 89. — »Tua nobis fraternitas.«

„ 16 | „ | (25296) Carolo regi Siciliae concedit facultatem praesentandi personas idoneas episcopo S. Mariae ad decanatum, archidiaconatum et cantoriam et conferendi vice apostolica medietatem praebendarum ecclesiae cathedralis in eadem civitate olim vocata Luceria. XVI kal. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 55. — »Sincerum habens tanquam.«

„ 17 | „ | (25297) Mauritium archidiaconum Cassellensem in diaconatus ordine constitutum post obitum Stephani archiepiscopi ecclesiae Cassellensi praeficit in archiepiscopum. XV kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hibern. 173. n° 375. — »Militanti ecclesiae disponente.«

* *De eodem argumento* Decano et capitulo ecclesiae Cassellensis — Clero civitatis et diocesis Cassellensis — Universis suffraganeis ecclesiae Cassellensis — Regi Angliae.

„ 18 | „ | (25298) Marino archiepiscopo Antibarensi concedit facultatem recipiendi resignationem Stephani Scutarensis episcopi. XIV kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 120. n° 170. — »Cum sicut accepimus.«

„ 18 | „ | (25299) Eidem concedit facultatem instituendi et destituendi rectores in ecclesiis parochialibus de Bristonia, de Rudinico, de Rogosna, de Trepzo et de Grazaniza in regno Serviae constitutis. XIV kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 408. n° 649. — »Regimini universalis ecclesiae.«

„ 18 | „ | (25300) Eidem committit, ut personas ecclesiasticas in regno Serviae et aliis terris adiacentibus corrigere et reformare possit. XIV kal. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 58; Farlati Illyr. sacr. VII. 54; Theiner l. c. 408. n° 650. — »Ad audientiam nostram.«

„ 18 | „ | (25301) Elenam reginam Serviae et eius regnum cum civitatibus, castris, terris, villis et bonis aliis sub b. Petri et sua protectione suscipit. XIV kal. Dec. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 407. n° 648. — »Quanto devotionis studio.«

1303.

Nov. 19 | Laterani | (25302) Episcopis suffraganeis ecclesiae Ravennatis significat, se Raynaldum episcopum olim Vicentinum et nunc Ravennatem electum ad ecclesiam Ravennatem transtulisse; mandat eis, ut eidem electo exhibeant obedientiam et reverentiam. XIII kal. Dec. a° 1°. ‖ Amadesii Antist. Ravenn. III. 234. n° 79. — »Romani pontificis quem.«

„ 19 | „ | (25303) Archidiacono, praeposito et choro ecclesiae Ravennatis mandat, ut Raynaldum episcopum, quem ab ecclesia Vicentina ad ecclesiam Ravennatem transtulerit, hilariter recipiant eique reverentiam debitam exhibeant. XIII kal. Dec. a° 1°. ‖ (Gottardi) Memorie di s. Rainaldo C. 160. — »Romani pontificis quem.«

„ 20 | „ | (25304) Rectori et scholaribus domus in Puketofft Ripensi, quam Christiernus episcopus Ripensis ad usum pauperum scholarium de facultatibus et redditibus suis construxerat et dotaverat, parochialem ecclesiam Henne ab eodem episcopo eis concessam auctoritate apostolica confirmat. XII kal. Dec. a° 1°. ‖ Terpager Ripae Cimbr. 469. — »Pietatis opera quae.«

„ 22 | „ | (25305) Abbati monasterii s. Abundii Cumani committit decidendam causam vertentem inter abbatem conventumque monasterii Disertinensis ord. s. Ben. Curiens. dioc. et (Sifridum) episcopum Curiensem, qui illis ab omni iurisdictione sua exceptis mandaverat, ut sibi eunti ad curiam regis Alemanniae et moranti ibidem quandam pecuniae quantitatem pro expensarum subsidio exhiberent. X kal. Dec. *recipio cum Eichhornio* Ep. Cur. 234 (X kal. Oct. *perperam Mohr*) a° 1°. ‖ Mohr Cod. dipl. II. 188. n° 115; *cf.* Mohr Regesten von Disentis 14. n° 78. — »Significarunt nobis abbas.«

„ 29 | „ | * (25306) Alexandro Bonino de Alexandria ord. Minor. Aquensis dioc. concedit licentiam docendi, legendi, disputandi *etc.* Parisiis et ubique locorum. III kal. Dec. a° 1°. ‖ Moriondus Mon. Aquens. I. 687.

„ 30 | „ | (25307) Frederico regi Trinacriae opprobrat, quod in litteris suis, quas summo futuro pontifici per Conradum de Auria admiratum suum et consiliarium destinaverat, regni sui annum octavum nominat et describit. »Notificamus benevolentiae tuae ea tibi non esse licita nec licere.« II kal. Dec. a° 1°. ‖ (St. Borgia) Difesa del dominio temp. Append. p. 13; Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 49. — »Vide fili carissime.«

Dec. 1 | „ | (25308) Priori et conventui heremi s. Crucis Fontis Avellanae ord. s. Ben. Eugubin. dioc. concedit facultatem, ut, non obstantibus quibuslibet statutis quae in aliquibus Anconitanae Marchiae, Romandiolae, Thusciae ac ducatus Spoletani provinciarum partibus Prostimae vulgariter nuncupantur, ex dictis provinciis res pro victu et vestitu suo et familiae suae necessarias abque contradictione aliqua et cuiusvis solutione pedagii deferre et pertrahi facere, sine fraude tamen et dolo, libere possint. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. V. append. p. 378. — »Ordo vester divinitus.«

„ 5 | „ | (25309) (Leonardo) episcopo, praeposito et capitulo Anagninis indulget, ut per generales litteras sedis apostolicae vel legatorum eiusdem ad receptionem alicuius vel aliquorum in canonicos vel provisionem in beneficiis ecclesiasticis *etc.* minime teneantur. Non. Dec. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 318. — »Dignum esse et.«

„ 5 | „ | (25310) Priorissa et sororibus S. Pauli de Urbe veteri ord. s. Ben. petentibus eas et earum monasterium magistro ord. Praedic. et priori provinciali Romanae provinciae ipsius ordinis atque eidem ordini committit, statuens, ut sub magisterio et doctrina magistri et prioris praedictorum debeant de cetero permanere. Non. Dec. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 79. — »Apostolicę sedis benignitas.«

„ 5 | „ | (25311) Magistro et priori provinciali Romanae provinciae ord. Praedic. mandat, ut monasterii s. Pauli de Urbe veteri ord. s. Ben. curam suscipiant. Non. Dec. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 79. — »Apostolicę sedis benignitas.«

„ 7 | „ | (25312) Magistro Bernardo Roiardi archidiacono Xantonensi capellano suo mandat, ut Anagniam se personaliter conferat ad inveniendum et recuperandum thesaurum ecclesiae Romanae et alia bona Bonifacii VIII praedecessoris et cardinalium, ad quae quidam perditionis alumni olim manus avidas extenderant. VII id. Dec. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 57. — »Dudum nonnulli perditionis.«

„ 7 | („) | * (25313) Inhibet, ne canonici residentes, qui horis canonicis minime interfuerint, vel a communi refectorio vel dormitorio se duxerint communis refectionis aut dormitionis temporibus absentandos, extra mensam de cotidianis distributionibus percipiant *etc.* ‖ Garampi B. Chiara 295.

„ 8 | „ | (25314) R(ambaldo) de Treviso comiti marchiae Anconitanae rectori mandat, ut, cum Rambottum Camerinensem episcopum et nonnullos clericos civitatis et diocesis Camerinensis per aliquos de civitate praefata olim capi contigerit ausu nefario et aliquamdiu sub custodia detineri *etc.*, »haec autem sint contraria votis nostris«, ad reformationem status civitatis eiusdem opem et operam exhibeat efficacem et illos quos ab eadem civitate occasione huiusmodi invenerit exulantes, in civitatem eandem reducat. VI id. Dec. a° 1°. ‖ Turchius De eccles. Camerin. pontificibus, app. 100. — »Ad statum civitatis.«

1303.

Dec. 8 Laterani (25315) Friderico regi Trinacriae testatur, quod Conradus Auriae procurator et nuncius eius ligium homagium et fidelitatis iuramentum nomine regis pro insula Siciliae ac aliis circumiacentibus insulis, quas ab ecclesia ad vitam suam tenet in feudum, fecit et praestitit *etc.* vi id. Dec. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1303 § 50. — »Ne rei gestae.«

„ 9 „ (25316) Eundem regem a sententia excommunicationis, in quam propter censum 8000 unciarum auri statuto tempore ecclesiae Romanae non solutum inciderat, absolvit. v id. Dec. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. § 54. — »Romana mater ecclesia.«

„ 9 „ (25317) Augustinum electum Zagrabiensem praeficit ecclesiae Zagrabiensi in episcopum et pastorem. v id. Dec. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 409. nº 651. — »Inter sollicitudines alias.«

„ 9 „ (25318) Capitulo ecclesiae Zagrabiensis confirmationem praefati Augustini notam facit eisque mandat, ut eidem plene ac humiliter intendant. v id. Dec. aº 1º. ‖ Theiner l. c. 410 in nº 651. — »Inter sollicitudines alias.«

* *In eundem modum* Clero civitatis et diocesis Zagrab. — Populo civitatis et diocesis Zagrabiensis — Universis vasallis ecclesiae Zagrabiensis.

„ 9 „ (25319) C(arolo) regi Ungariae Augustinum episcopum Zagrabiensem eiusque ecclesiam commendat. v id. Dec. aº 1º. ‖ Theiner l. c. 410. nº 652. — »Gratie divine premium.«

„ 12 „ (25320) Hospitali prope ecclesiam s. Mariae ad gradus ord. fratr. Praedicat. Viterbiensis, quod nobilis vir Viscontus dictus Gattus miles Viterbiensis sub vocabulo Domus Dei de bonis propriis fecit construi, confirmat privilegia eidem a Bonifacio VIII concessa atque ampliat. ii id. Dec. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praedic. II. 80. — »Devotorum vota quae.«

„ 13 „ (25321) Episcopos, electos, abbates ... et alios ecclesiarum praelatos per patrimonium s. Petri in Tuscia constitutos, necnon rectores, comites *etc.* civitatum *etc.* dicti patrimonii rogat et hortatur, ut hospitali praefato efficaciter assistant neque idem ab aliquibus iniuriis affici vel alias iniuste molestari permittant. Id. Dec. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. 81. — »Etsi locorum et.«

„ 15 »Hic Benedictus papa pontificatus sui anno primo fecerat cardinalem episcopum Ostiensem fratrem Nicholaum de Prato ord. Praedic., tunc episcopum Spoletanum, in ieiuniis quatuor temporum in adventu Domini.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 672.

„ 18 „ (25322) Priori et conventui ord. Praedic. Ferrariensibus indulget, ut de usuris, rapinis *etc.* usque ad summam 1000 florenorum auri recipere valeant. xv kal. Ianr. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 421. nº 41. — »Meritis vestrae religionis.«

„ 21 „ (25323) Magistro et priori provinciali Lombardiae inferioris ord. Praedic. committit curam priorissae et sororum monasterii s. Dominici Foroliviensis ord. s. Aug. xii kal. Ianr. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. II. 81. — »Apostolice sedis benignitas.«

„ 23 („) (25324) Sententias depositionis a cardinalatibus, privationis a beneficiis et ecclesiis, inhabilitatis ad papatum Romanum *etc.* latas per Bonifacium pp. VIII contra Iacobum, Petrum et Iohannem de S. Vito, Ottonem quondam, Agapitum, Stephanum et Iacobum Sciarram nepotes memorati Iacobi et filios olim Iohannis de Columna et posteritatem eorum, necnon contra Richardum, Petrum et Iohannem de Monte nigro *etc.* — confiscationibus exceptis, in quibus nihil immutat ad praesens — penitus tollit et viribus vacuat. (x kal. Ianr. aº 1º. Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 13, *et* Murat. ‖ *Sine nota chronol.* Extravag. commun. lib. 5. tit. 4 *de schismat.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1185; ap. Richter Corp. II. 1208; (Dupuy) Hist. du differend, pr. 227; Acta int. Bonif. VIII *etc.* 98; *cf.* Muratori Antiq. Ital. VI. 190 vi; Hefele Conciliengesch. VI. 345. not. 2. — »Dudum bonae memoriae.«

„ 23 „ (25325) (Orosium) regem Serviae monet et hortatur, ut ad unitatem fidei orthodoxae properet. x kal. Ianr. aº 1º. ‖ Raynald. l. c. ad a. 1303 § 59; Farlati Illyr. sacr. VII. 56; Theiner Mon. Hungar. I. 410. nº 653. — »Romana mater ecclesia.«

„ 23 „ (25326) Priori et fratribus ord. Praedic. de S. Severino Camerinens. dioc. concedit, ut de usuris, rapinis et aliis male acquisitis, si illi quibus horum restitutio fieri debeat, omnino sciri et inveniri non possint, usque ad summam 1000 florenorum auri recipere possint. x kal. Ianr. aº 1º. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 82. — Meritis vestrę religionis.«

„ 23 „ (25327) Omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesiam fratrum Praedic. de S. Severino, b. Mariae V. vocabulo insignitam certis diebus visitarint, indulgentias promittit. x kal. Ianr. aº 1º. ‖ Ripoll l. c. VIII. 455. nº 44. — »Vitae perennis gloria.«

„ 23 („) * (25328) Iohannem ex archidiacono Andegavensi et camerario S. R. E. electum in episcopum Spoletanum confirmat. 1303. x kal. Ianr. ‖ Ughelli Ital. sacra I. 1265.

„ 27 „ (25329) Augustino episcopo Zagrabiensi indulget, ut ad collectionem alicuius decimae seu collectae vel cuiuslibet exactionis pecuniariae minime teneatur. vi kal. Ianr. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 411. nº 654. — »Personam tuam paterna.«

1303.

Dec. 30 Laterani (25330) Eidem concedit facultatem, ut de bonis mobilibus ecclesiasticis eius dispositioni commissis, quae non fuerint altaris *etc.* usui deputata, *etc.* pro decentibus et honestis expensis sui funeris *etc.* moderate disponere *etc.* possit. iii kal. Ianr. aº 1º. ‖ Theiner l. c. 411. nº 655. — »Quia presentis vite.«

„ 30 „ (25331) (Stephano) archiepiscopo Colocensi nunciat, se Augustino Zagrabiensi episcopo consecrationis munus propriis manibus impendisse, eumque rogat, ut personam eiusdem affectu benivolo et opportuno favore prosequatur. iii kal. Ianr. aº 1º. ‖ Theiner l. c. 409 in nº 651. — »Inter sollicitudines alias.«

1304.

Ianr. 3 „ (25332) Iohannam abbatissam et conventum monasterii s. Silvestri de Capite de Urbe ord. Minor. sororum inclusarum, quas Bonifacius VIII pp. pro eo quod statutum quoddam ab ipso editum minime observaverant excommunicaverat, absolvit et statutum ipsum revocat. iii non. Ianr. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 437. nº 4. — »Dudum felicis recordationis.«

„ 3 „ (25333) Archiepiscopo Viennensi et archidiacono Vivariensis ecclesiae mandat, ut, cum gravis dissensio ab olim exorta sit inter Phylippum regem Franciae et cives Lugdunenses ex parte una et archiepiscopum capitulumque Lugdunenses ex altera occasione potissime appellationum et propter hoc Lugdunensis civitas sit supposita ecclesiastico interdicto, praefatum interdictum suspendant *etc.* iii non. Ianr. aº 1º. ‖ Bonnassieux Réunion de Lyon à la France 47. — »Inter cetera desideria.«

„ 5 „ (25334) Ordinationem, quam ipse tunc episcopus Ostiensis et G(entilis) tit. S. Martini in Montibus presbyter cardinalis ad mandatum Bonifacii VIII pp. de coenobiorum fratrum ord. Praedicatorum et Minorum distantia sanxerant, confirmat. Non. Ianr. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 438. nº 5; Ripolli Bull. ord. Praed. II. 82. — »Licet ea quę.«

„ 6 „ (25335) Fridericum Trinacriae regem in secreto monet, ut conflati foederis legibus stet, eique transmittit formam eorum, quae facere debeat, ne periculum aliquod incurrat. viii id. Ianr. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 18, *fragm.*

„ 7 „ (25336) Augustino episcopo Zagabriensi mandat, ut praeposituram ecclesiae Albensis Vesprim. dioc. cum iuribus et pertinentiis alicui personae idoneae de regno Ungariae oriundae conferat et assignet. vii id. Ianr. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 411. nº 656. — »Ad statum ecclesie.«

„ 8 — Abbatissis et sororibus monasteriorum s. Clarae: »Perusii vi id. Ianr. aº 1º«. ‖ Fejér Cod. dipl. VIII. i. 161, *vid.* 1304. Iun. 8. nº 25442.

„ 9 (Laterani) * (25337) Confirmat Othoboni archidiaconi Tongrensis electionem in episcopum Ferrariensem. v id. Ianr. aº 1º. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 545.

„ 10 „ (25338) Episcopo Auximano mandat, ut donationes, obligationes, collationes *etc.*, quas tempore detentionis Rambotti episcopi Camerinensis et nonnullorum clericorum per potestatem et cives Camerinenses factae in praeiudicium dicti episcopi repererit temere attemptatas, in statum debitum legitime revocet. iv id. Ianr. aº 1º. ‖ Turchius De eccles. Camerin. pontificibus, app. 104 nº 69. — »Ex insinuatione venerabilis.«

„ 12 „ (25339) (Iacobo) archiepiscopo Gneznensi sub excommunicationis poena mandat, moneat et inducat Henricum episcopum Wratislaviensem, ut infra 30 dies post monitionem excommunicationis sententiam, quam in magistrum Mirozlaum archidiaconum ecclesiae Glogoviensis non convictum de aliquo crimine, immo absentem promulgaverit, relaxet eique archidiaconatum, canonicatum, praebendas et decimas plene restituat. ii id. Ianr. aº 1º. ‖ Theiner Mon. Polon. I. 115. nº 201. — »Significavit nobis dilectus.«

„ 12 „ (25340) Abbatissae et conventui monasterii de Gordiano ord. s. Clarae Valvens. dioc. ruralem ecclesiam s. Donati in usus proprios deputat. ii id. Ianr. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 441. nº 6. — »Sacrae religionis honestas.«

„ 13 „ (25341) Populo civitatis et diocesis Maioricensis significat, se praefecisse ecclesiae Maioricensi Guillermum canonicum Barchinonensem in episcopum. Id. Ianr. aº 1º. ‖ Villanueva Viage liter. XXI. 297. — »In supremae dignitatis.«

„ 14 „ (25342) Quaedam Bonifacii VIII statuta sine cardinalium consilio edita totaliter suspendit. xix kal. Febr. aº 1º. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 12, *fragm.*

„ 17 „ (25343) (Gerhardo) archiepiscopo Moguntino mandat, ut ecclesiam monasterii monialium de Clarendale ord. s. Clarae, quod cl. m. A(dolphus) rex et (Imagina) regina Romanorum olim construxerint et dotaverint, ad requisitionem ipsius reginae sine difficultate consecret. xvi kal. Febr. aº 1º. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 442. nº 7. — »Petitio carissimae in.«

„ 20 „ (25344) Priori et fratribus Praedicatoribus S. Maximini ac de Balma rogatu Caroli regis Siciliae ecclesiam s. Maximini a iurisdictione monachorum S. Victoris Massiliensis exemptam cum domibus et officinis, thesauro *etc.* confirmat. xiii kal. Febr. aº 1º. ‖ Ri-

1304.

polli Bullar. ord. Praedic. II. 84; Faillon Mon. inéd. II. 855; *cf.* Launoii Opp. II. I. 294. — »Quę pro religionis.«

Ianr. 23 | Laterani | (25345) Archidiacono Nisicensi in ecclesia Misnensi mandat, ut causam vertentem inter praepositum conventumque monasterii s. Affrae Misnensis ord. s. Aug. ex parte una et Fredericum marchionem Misnensem et Berhardum de Kamentz militem Misnens. dioc. ex altera litigantes super terris, debitis et rebus aliis debito fine decidat. x kal. Febr. a° 1°. ‖ Gersdorf Cod. dipl. Saxon. reg. II. Hauptth. IV. 134. n° 190. — »Conquesti sunt nobis.«

» 25 | » | (25346) Archidiacono Goslariensi causam inter abbatissam capitulumque saecularis ecclesiae in Gandersem ex parte una et Aschwinum et Henricum de Wallmode milites, Thidericum eorundem fratrem armigerum et Henricum dictum Nurenberg laicum Hildesem. dioc. ex altera super quadam pecuniae summa vertentem committit terminandam. VIII kal. Febr. a° 1°. ‖ Harenberg Histor. eccles. Gandershem. 1508. — »Conqueste sunt nobis.«

» 27 | » | (25347) Abbatis monasterii Claustri de Hemmenrod ord. Cisterc. Trevirens. dioc. regimini ac curae submittit monasterium monialium de Rosendall eiusdem et ordinis et diocesis. VI kal. Febr. a° 1°. ‖ (Nicol. Hees) Manipulus Hemmenrodensis *post* Iongelini Notit. abbatiar. ord. Cisterc. libr. 10mum p. 27. Hontheim Hist. Trevir. II. 24. — »Intera caetera quae.«

» 31 | » | (25348) Nicolaum Ostiensem episcopum in partibus Tusciae in imperio constitutis, Romaniola et marchia Tervisina et nominatim in Aquileiensi et Gradensi patriarchatibus, de eodem tantum Gradensi patriarchatu archiepiscopatu Iadrensi cum provincia sua excepto, necnon in toto archiepiscopatu et provincia Ravennate et Ferrariensi civitate et diocesi ac Venetiarum partibus plenae legationis officium committit. II kal. Febr. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 2 *omisso exordio.*

» 31 | » | (25349) Eundem in provinciis Tusciae, Romaniolae, marchiae Tarvisinae ac partibus circumiacentibus constituit pacis conservatorem ac paciarium. II kal. Febr. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 1; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 85; *omisso fine* Ciacconius Vitae pontif. Roman. II. 349. — »Transiturus ad patrem.«

» 31 | » | (25350) Abbati monasterii s. Pauli de Urbe concedit facultatem recipiendi resignationem Iohannis abbatis monasterii s. Clementis Tiburtini ord. s. Ben. »tibi et monasterio s. Pauli subiecti«, atque providendi ei de aliqua ecclesia ad conventus S. Pauli collationem spectante. II kal. Febr. a° 1°. ‖ Margarini Bull. Casin. II. 276. — »Ex parte tua.«

» 31 | (») | * (25351) Confirmat Othonem canonicum a capitulo electum in episcopum Vigintimiliensem. II kal. Febr. ex reg. Vatic. ep. 393. a^{i} 1^{i}. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 307.

» 31 | » | * (25352) Vacante ecclesia Bambergensi per obitum Lupoldi episcopi (ob contentionem inter praepositos Iohannem Bambergensem et magistrum Gerlacum in Volkenmarkt Salzburgensem, electos) Wulvingum Laventinum episcopum ad episcopatum ecclesiae Bambergensis transfert. ‖ Lang Regesta V. 59.

Febr. 4 | » | (25353) Michaeli electo Strigoniensi mandat, ut cum Beda presbytero canonico ecclesiae s. Nicolai de Alba regali Vesprim. dioc., qui durante interdicto civitatis Albensis ecclesiastico in ecclesia s. Petri Albensi divina officia celebraverat, super hac irregularitate dispenset. II non. Febr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 412. n° 657. — »Petitio dilecti filii.«

» 5 | » | (25354) Priorissae et sororibus monasterii s. Dominici Imolensis ord. s. Aug. sub cura fratrum Praedic. viventibus indulget, ut ad praestationem decimarum vel ad exhibendum pedagia *etc.* minime teneantur. Non. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 52. n° 38. — »Sacra vestra religio.«

» 5 | » | (25355) Abbati et conventui monasterii s. Mariae Sanae Vallis de Fullina Cisterc. ord. Cenetens. dioc. omnes libertates, immunitates et exemptiones exactionum saecularium confirmat. Non. Febr. a° 1°. ‖ Mittarelli Annal. Camald. V. append. p. 382. — »Solet annuere sedes.«

» 5 | » | (25356) Priori et fratribus ord. Praedic. coenobii Patavini indulget, ut de usuris *etc.* (*ut in* n° 25326). Non. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 86. — »Ut circa ea.«

» 7 | » | (25357) Nicolao episcopo Ostiensi mandat, ut, si electionem de Guidone sacrista, administratore monasterii de Nonantula ord. s. Ben. Mutinens. dioc., in abbatem eiusdem coenobii canonice celebratam invenerit, ipsam confirmet. VII id. Febr. a° 1°. ‖ Tiraboschi Stor. di Nonantola II. 402. n° 493. — »Olim monasterio de.«

» 10 | » | (25358) Magistro ordinis Humiliatorum concedit plenam facultatem absolvendi eos fratrum sui ordinis, qui per superiores suos excommunicationum fuerint ligati sententiis *etc.* IV id. Febr. a° 1°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliat. mon. II. 351. — »Quia proni sensus.«

» 10 | » | (25359) Eidem concedit facultatem uniendi illas ex domibus sui ordinis, de quarum unione ordini dicto commoditas ac personis in eis degentibus quies et salus proveniunt animarum. IV id. Febr. a° 1°. ‖ Tiraboschius l. c. 352. — »De provisionis nostrae.«

1304.

Febr. 10 | Laterani | (25360) Magistro, praepositis et fratribus ordinis Humiliatorum concedit, ut in domibus, grangiis et locis sui ordinis possint construere oratoria ibique habere altaria portatilia. IV id. Febr. a° 1°. ‖ Tiraboschius l. c. 353. — »Meritis vestre religionis.«

» 10 | » | (25361) Magistro, praepositis, praelatis ceterisque fratribus et sororibus ordinis Humiliatorum ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis notum facit, se statuere, ut nec praepositus et fratres domus s. Iohannis de Alexandria Aquens. dioc. nec quaevis alia persona eiusdem ordinis de visitatione et correctione domorum nec de approbatione praepositorum earundem domorum se imposterum aliquatenus intromittat. IV id. Febr. a° 1°. ‖ Tiraboschius l. c. 354. — »Ordinem vestrum per.«

» 10 | » | (25362) Archiepiscopis et episcopis ac abbatibus .... et aliis ecclesiarum praelatis super excommunicandis illis, qui post factam in ordine Humiliatorum professionem exire praesumunt, mandata dat. IV id. Febr. a° 1°. ‖ Tiraboschius l. c. 357. — »Significarunt nobis dilecti.«

» 11 | » | (25363) Regulam et institutiones fratrum Servorum s. Mariae ord. s. Aug. confirmat, approbat et communit. III id. Febr. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 162; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 176. n° 2; Gianii Annal. I. 201; *fragm. in* Raynaldi Annal. ad a. 1304. § 22. — »Dum levamus in.«

» 11 | » | (25364) Magistrum Bonavitum (Bonaiutum *Thein.*) de Casentino canonicum Aquileiensem capellanum et nuncium suum destinat ad Boemiae et Ungariae regna, ducatum Poloniae et marchionatum Moraviae pro negotiis tam decimae olim Terrae sanctae subsidio in Lugdunensi concilio deputatae, quam census qui dicitur denarius s. Petri in eodem ducatu et aliorum censuum atque reddituum in dictis terris Romanae ecclesiae debitorum. III id. Febr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 412. n° 658; Erben Regest. Bohem. II. 862. n° 1997; *cf.* Palacky Reise 52. n° 421. — »Olim pie memorie.«

» 13 | » | (25365) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ecclesias locorum ordinis Praedicatorum in singulis b. Mariae V., s. Dominici confess. et s. Petri martyris *etc.* festivitatibus *etc.* annis singulis visitarint, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargitur. Id. Febr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 86. — »In ordine fratrum.«

» 14 | » | (25366) Eisdem significat confirmationem indulgentiae, quam ecclesiae ord. Praedic. Patavinae a se tunc episcopo Ostiensi consecratae concesserat. XVI kal. Mart. a° 1°. ‖ Ripoll. l. c. 86. — »Vitę perennis gloria.«

» 16 | » | (25367) Statuit, ut uterque provincialis provinciae utriusque Lombardiae tam circa constituendos inquisitores haereticae pravitatis, quam circa omnia alia, quae sibi eiusdem sui officii ratione invenerint facienda, eandem habeat potestatem. XIV kal. Mart. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 87. — »Licet olim unus.«

» 16 | » | (25368) Olauum episcopum Roskildensem confirmat eique, cui per Iohannem episcopum Tusculanensem munus consecrationis impendi fecit, mandat ut Roskildensis ecclesiae curam sollicitam gerat. XIV kal. Mart. a° 1°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 412. n° 90. — »Dum sollicite considerationis.«

* *In eundem modum verbis competenter mutatis* Capitulo ecclesiae Roskildensis — Clero civitatis et diocesis Roskildensis — Archiepiscopo Lundensi, cui Olauum commendat — Erico Danorum Sclavorumque regi, cui eundem commendat.

» 16 | » | (25369) Wyselao et Zamburo principibus Russianorum fratribus narrat de electione Olavi ecclesiae Roskildensis canonici in episcopum Roskildensem, addens se eundem confirmasse. Cum terra Ruxanorum, in qua dicti principes temporale dominium obtinent, in diocesi Roskildensi consistat et eiusdem spiritualis iurisdictio ad praefatum episcopum spectet, qui etiam quam plura bona temporalia ibidem habeat, rogat eos et hortatur, ut eundem episcopum eiusque ecclesiam commendatos habeant et ipsi in negotiis suis consiliis et auxiliis assistant. XIV kal. Mart. a° 1°. ‖ Turgenevii Russ. monim. II. 351. — »Inter cetera que.«

» 17 | » | (25370) Constitutionem a papa Bonifacio VIII editam, quae incipit *Super cathedram,* abrogat et fratres Praedicatorum ac Minorum ordinum variis privilegiis ornat. XIII kal. Mart. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 58; Ripolli Bull. ord. Praed. II. 88; *sine nota chronol.* Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 66; *int.* Extravag. comm. lib. 5. tit. 7 *de privil.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1188; ap. Richter Corp. II. 1211; *fragm.* ap. Raynald. Ann. ad a. 1304 § 21. — »Inter cunctas sollicitudines.«

» 17 | (») | * (25371) Confirmat Iohannem, quem ex abbate S. Angeli de Gaifa ord. s. Ben. Urbinat. dioc. capitulum Forosemproniensis ecclesiae in episcopum postulavit. XIII kal. Mart. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 832.

» 18 | | »In sequentibus ieiuniis quatuor temporum post cineres loco fratris Guilelmi Anglici fecit cardinalem presbyterum fratrem Galterum Anglicum de ordine Praedicatorum

1304.

Eduardi regis Angliae confessorem.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 672.

Febr. 19 | Laterani | * (25372) Cum Dionysius Pragensis canonicus per 20 annos et amplius in remotis partibus moram trahens non dubitetur esse mortuus, Benedictus pp. bulla ad Sedlicensem et Aulae Regiae abbates atque ad decanum ecclesiae Wissegradensis data iubet, ut, si post peremtoriam citationem iterandam idem Dionysius non comparuerit, praebenda eius locusque in choro capituli Pragensis conferatur Lutoldo scholastico ecclesiae Glogoviensis, qui tamen cum eam assecutus fuerit, scholastriam suam atque praebendas in ecclesia s. crucis Wratislaviensis atque Cremserensi Olomuc. dioc. omnino dimittere debeat. XI kal. Mart. a° 1°. ‖ Palacky Reise 52. n° 422.

» 20 | » | (25373) Episcopo Astensi, praeposito de Chesio Taurinens. dioc. et primicerio Taurinensi mandat, ut ecclesiam ruralem s. Benedicti sitam prope Taurinum cum iuribus et pertinentiis abbatissae et conventui monasterii s. Francisci Taurinensis ord. s. Clarae in usus proprios concedant et assignent. X kal. Mart. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 442. n° 8. — »Iniunctae nobis debitum.«

» 20 | » | (25374) Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Hungaria mandat, ut aliquot fratres mittat in Albaniam, Cumaniam et Polatium ac Duratium prope Hungariam sitas provincias, in quibus verbum Dei proponant. X kal. Mart. a° 1°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VII. 55; Fejér Cod. dipl. VIII. VII. 30. — »Cum hora undecima.« *Cf.* n° 25410.

» 23 | » | (25375) Sorores monasterii s. Annae de Nuceria Christianorum per priorissam soliti gubernari, ord. s. Aug., in ordinem fratrum Praedicatorum et provinciam Siciliae cooptatas declarat. VII kal. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 90. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 23 | » | (25376) Abbati monasterii s. Severi Urbevetani mandat, moneat et inducat abbatem conventumque monasterii Saxivini ord. s. Ben. Fulginat. dioc., ut hortum quendam situm in civitate Urbevetana priori et monachis monasterii s. crucis Urbevetanae eiusdem ord. vendant. VII kal. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli l. c. 91. — »Ex parte dilectorum.«

» 27 | (»)| (25377) Capitulo ecclesiae Vicentinae, qui statutum in ea de denario canonicorum numero ediderant, idem confirmat. IV kal. Mart. a° 1°. ‖ Riccardi Vescovi Vicentini 124. — »Ut in ecclesiis.«

» 28 | » | (25378) Magistro, praepositis, praelatis, fratribus et sororibus universis ordinis Humiliatorum ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis concedit, ut quilibet successorum magistri, si fuerit in concordia electus *etc.*, nulla super hoc a sede apostolica confirmatione petita vel obtenta, eo ipso suae administrationis officium libere exequatur. III kal. Mart. a° 1°. ‖ Tiraboschii Vet. Humiliat. mon. II. 358. — »Presignis ordinis vestri.«

» 28 | » | (25379) Universas priorissas et sorores monasteriorum ord. s. Aug. secundum instituta et sub cura fratrum ord. Praedic. viventes a praestatione decimarum, pedagiis, teloneis aliisque quibuscunque exactionibus saecularibus ac ecclesiasticis immunes reddit, et a iurisdictione ac potestate patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum diocesanorum aliorumque quorumcunque eximit. III kal. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. II. 91; Besoldus Virginum sacr. monim. 396; Lünig Spicil. eccl. I. (Reichs-Arch. XVI.) 175. n° 89; Petrus Suevia eccles. 764; Fejér Cod. dipl. VIII. I. 163; *cf.* Public. de la soc. des mon. hist. de Luxemb. XVII. 108. n° 368. — »Sacra (sancta *Fej.*) vestra religio.«

» 29 | » | (25380) Episcopo Cabilonensi, de Charo Loco ac de Besua Bisuntin. et Lingonens. dioec. monasteriorum abbatibus mandat, ut ad preces Matildis comitissae Atrebatensis relictae quondam Othonis comitis palatini Burgundiae ac domini Salinensis decanatum et 12 canonias in ecclesia s. Mariae de Dola, quae ad id in aedificio competens esse dicatur, de novo creent. II kal. Mart. a° 1°. ‖ Miraei Opp. dipl. IV. 52. — »Laudabilia vota fidelium.«

Mart. 2 | » | (25381) Inquisitoribus haereticae pravitatis in Lombardia declarat, quid agendum sit, si episcopi diocesani et inquisitores seiunctim quaestionem criminis haereseos habuerint. VI non. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 53. n° 39; *sine nota chron.* Extravag. comm. lib. 5. tit. 3 *de haeret.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1183; ap. Richter Corp. II. 1206. — »Ex eo quod.«

» 4 | » | (25382) Hermanno marchioni Brandeburgensi indulget, ut in locis ecclesiastico suppositis interdicto, ad quae eum contigerit declinare, possit sibi et suae familiae per capellanum proprium divina officia facere celebrari. IV non. Mart. a° 1°. ‖ Riedel Cod. dipl. Brandenb. 2. Hauptth. I. 258. n° 325. — »Ut erga sedem.«

» 4 | » | (25383) Capitulo ecclesiae Lateranensis postulante 18 canonicorum et 22 beneficiatorum seu stipendiatorum necnon quaternarium acolythorum numeros, qui videlicet stipendiarii et acolythi illam partem reddituum et proventuum ecclesiae praedictae percipiant, quam hactenus consueverunt percipere et habere, in ecclesia ipsa taxat. IV non. Mart. a° 1°. ‖ Ciacconius Vitae pontif. Roman. II. 346; Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 20. — »Tam circa vos.«

1304.

Mart. 6 | Laterani | (25384) (Isarno) archiepiscopo Lundensi Suetiae primati mandat, ut electionem Petri prioris ecclesiae Othoniensis in Othoniensem episcopum diligenter examinet et, si eandem de persona idonea invenerit canonice celebratam, confirmet. II non. Mart. a° 1°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 416. n° 91. — »Licet ad universos.«

» 7 | » | (25385) Priori et conventui monasterii de Porcilia extra muros Paduanos ord. s. Ben. indulget, ut familiaribus et servitoribus suis, qui in eodem monasterio commorantur, audiant confessionem et ministrent ipsis cetera ecclesiastica sacramenta. Non. Mart. a° 1°. ‖ Dondi Orlogio Dissert. VIII. docum. 83. n° 44. — »Cum ad vos.«

» 7 | » | (25386) Priori et fratribus ord. Praedic. Savillianensibus indulget, ut de usuris, rapinis *etc.* (*ut in* n° 25326). Non. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bull. ord. Praed. II. 92. — »Ut circa ea.«

» 10 | » | (25387) Archiepiscopo Mediolanensi, Astensi, Brixiensi et Papiensi episcopis mandat, ut molestatores et iniuriatores fratrum ordinum Praedicatorum et Minorum provinciae Lombardiae superioris compescant. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 92. — »Super egenum intendentes.«

» 10 | » | (25388) Archiepiscopo Ravennatensi, et Bononiensi, Paduano et Firmano episcopis idem dat mandatum. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 93; Wadding Ann. Minor. VI. 443. — »Super egenum intendentes.«

* *In eundem modum* Lucano, Senensi, Perusino et Reatino episcopis. ‖ Ripoll l. c. 94.

» 10 | » | (25389) Ordinis Praedicatorum fratrum apud Tolosam in generali capitulo congregatorum, quos laudibus celebrat, piis se commendat precibus. VI (IV *Mart.*) id. Mart. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 93; Martene Thes. anecd. IV. 1891; Fontana Monum. Dominic. 155 — »Ex horto delicioso.«

» 10 | » | (25390) Lascurensi, Ruthenensi ac Assisinatensi episcopis mandat, ne permittant ut fratres ordinis Minorum Aquenses per officiales regis Franciae ullatenus molestentur. VI id. Mart. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 444. n° 10. — »Oblata nobis dilectorum.«

» 11 | » | (25391) Albertum regem Romanorum, qui Gerardum archiepiscopum et ecclesiam Maguntinam diversis pressuris et contumeliis oppressit *etc.* et Bonifacii VIII exhortationes et preces obaudivit, rogat et hortatur, ut per se ipsum corrigat et emendet, quidquid erga dictos archiepiscopum et ecclesiam minus provide attentaverit. V id. Mart. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 7. — »Gratiae tibi divinae.«

» 11 | » | (25392) Potestatem, consilium et commune civitatis Tuscanellae monet et hortatur, ut rectori et fratribus hospitalis, quod dicitur Domus Dei de Viterbio, secundum instituta et sub cura fratrum Praedicatorum viventibus de damnis et iniuriis illatis satisfaciant. V id. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 94. — »Ex parte dilectorum.«

» 11 | » | (25393) Episcopo Viterbiensi de superiore epistola significat et mandata dat. V id. Mart. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 95. — »Ex parte dilectorum.«

» 11 | » | * (25394) Le pape Bénoît XI ratifie l'incorporation au couvent de Mariendal de l'église paroissiale de Schifflingen accordée par les archevêques de Trèves Boëmond (acte de 1298, feria VI post purificat. B. M. V.) et Dyther (acte 1301 in vigilia s. Silvestri). V id. Mart. a° 1°. ‖ Public. de la soc. des mon. histor. de Luxembourg XVII. (1861.) 108. n° 369, *perperam ad* a. 1303.

» 11 | » | * (25395) Le même mande au doyen de l'église de Trèves de faire restituer au couvent de Mariendal tous les biens aliénés d'une manière illicite. V id. Mart. a° 1°. ‖ Publicat. l. c. 108. n° 370, *male ad* a. 1303.

» 12 | » | (25396) Decernit, ordinem fratrum Praedicatorum immediate sedi apostolicae et soli tantummodo Romano pontifici subiacere. IV id. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 95. — »Inter ceteros ordines.«

» 12 | » | (25397) Priorissam et sorores monasterii s. Mariae Magdalenae extra muros Spirenses magistro ord. Praedic. et priori provinciali provinciae Theutoniae ipsius ordinis committit. IV id. Mart. a° 1°. ‖ Remling UB. z. Gesch. d. Bischöfe v. Speyer I. 445. n° 473. — »Apostolicae sedis benignitas.«

» 12 | » | Magistrum, priores et fratres universos ordinis Praedicatorum apud Tholosam in generali capitulo congregatos: »IV id. Mart. a° 1°«. ‖ Martene Thes. anecd. IV. 1891, *vid.* 1304. Mart. 10. n° 25389.

» 14 | » | (25398) Berardo patre abbate eiusque coabbatibus postulantibus monasterium s. Spiritus de Sulmone Valvens. dioc. ac alia monasteria, prioratus, ecclesias, membra et loca eidem monasterio s. Spiritus subiecta protegenda suscipit eorumque possessiones ac bona confirmat. II id. Mart. indict. II. incarn. dom. a° 1304(!). pont. a° 1°. ‖ Cherubini Bullar. I. 162; Bullar. Rom. ed. Taur. IV. 178. — »Religiosam vitam eligentibus.«

» 15 | » | (25399) Priori et fratribus ord. Praedic. Tolosae indulget, ut de usuris, rapinis *etc.* (*ut in* n° 25326). Id. Mart. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 96. — »Ut circa ea.«

1304.

(Fbr. 14-Mart. 15)	Laterani	(25400) Abbati monasterii s. Burkardi Herbipolens. dioc. mandat, ut ea quae de bonis monasterii s. Petri in Wilzeburc ord. s. Ben. Eystetens. dioc. alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. 1303. ([xvi kal.—id.] Maii, *sed legi debet*) Mart. pont. a° 1°. ‖ Jung Antiq. monasterii in Wilzburg 30. — »Dilectorum filiorum abbatis.«
Mart. 17	„	(25401) Olavo episcopo Roskildensi facultatem testandi concedit. xvi kal. Apr. a° 1°. ‖ Danske Magazin IV. 227. — »Quia praesentis vitae.«
„ 18	„	(25402) Henrico duci Silesiae et domino Glogovii concedit facultatem construendi suis sumptibus in terra suae iurisdictioni subiecta duo monasteria ord. s. Clarae. xv kal. Apr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 445. n° 11. — »Devotorum vota quae.«
„ 19	„	(25403) Statuit, ut nulla monialium secundum instituta et sub cura ord. Praedic. viventium ad abbatiam vel regimen alicuius monasterii alterius professionis possit assumi absque speciali licentia sedis apostolicae. xiv kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 96. — »Ut moniales secundum.«
„ 20	„	(25404) Isarno archiepiscopo Lundensi mandat, ut, cum Burglanensis ecclesia per obitum losep episcopi pastoris solatio destituta sit, Iohannem praepositum concorditer a capitulo electum ecclesiae ipsi praeficiat in episcopum. xiii kal. Apr. a° 1°. ‖ Rördam Ny kirkehist. Samlinger III. 417. n° 92. — »Rationis oculis intuentes.«
„ 20	„	(25405) Erico regi Datiae indulget, ut, cum eum ad loca ecclesiastico interdicto supposita provenire contigerit, liceat ei per capellanum idoneum facere celebrari divina *etc.* xiii kal. Apr. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 418. n° 93. — »Ut erga sedem.«
„ 20	„	(25406) (Isarno) archiepiscopo Lundensi mandat, ut tres clericos et familiares Erici regis Datiae, unum videl. in Roskildensi, alium in Ripensi, reliquum vero in Sceuiclensi (*sic!*) ecclesiis recipi faciat in canonicos. xiii kal. Apr. a° 1°. ‖ Rördam l. c. 419. n° 94. — »Eximie deuotionis affectus.«
„ 21	„	(25407) Populo civitatis et diocesis Rigensis significat, se, cum f. rec. Bonifacius pp. VIII I(sarnum) Lundensem tunc Rigensem archiepiscopum ad ecclesiam Lundensem et Iohannem episcopum tunc Lundensem archiepiscopum ad ecclesiam Rigensem certis ex causis duxerit transferendos, Iohannes autem episcopus hanc translationem de se factam acceptare nollet, Fredericum ord. fratrum Minorum poenitentiarium suum Rigensi ecclesiae praefecisse in archiepiscopum eique consecrationis munus suis manibus impendisse *etc.* Hortatur eos, ut eundem archiepiscopum devote recipiant eiusque mandatis plene ac humiliter intendant. xii kal. Apr. a° 1°. ‖ Mitth. a. d. Gesch. Liv-, Ehst- u. Kurlands V. 317. — »Dum ad universas.«
(„ 22-29)		»A° 1304. Eodem a° in septimana sancta dominus papa Benedictus subito de S. Iohanne de Laterano recedit et vadit ad S. Petrum propter proterviam Romanorum et superbiae fastum.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. (Cod. Patav.) ap. Muratori Rer. Ital. scr. XI. 1224.
„ 22	Romae ap. S. Petrum	Universis Christifidelibus: »xi kal. Apr. a° 1°«. ‖ Fejér Cod. dipl. VIII. vii. 36, *vid.* 1304. Mart. 31. n° 25412.
„ 31	„	(25408) Priori et fratribus ord. Praedic. Ragusinis indulget, ut de usuris rapinis et alias male acquisitis usque ad summam 100 librarum Venetorum grossorum in consummationem ecclesiae suae totaliter convertendam recipere possint. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Farlati Illyr. sacr. VI. 122; Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 97. — »Felix et laudanda.«
„ 31	„	(25409) Priori provinciali fratrum Praedicatorum, in Ungaria concedit facultatem dispensandi cum duobus fratribus sui ordinis, quos patres ipsorum ex matrimonio ab eis contracto ante susceptionem sacrorum ordinum secundum ritum Graecorum in sacerdotio genuerunt. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Mon. Hungar. I. 413. n° 659. — »Cum sicut nobis.«
„ 31	„	(25410) Eidem mandat, ut aliquos ex fratribus sibi commissis in Albaniam, Cumaniam et alias provincias mittat, qui ibi verbum Dei proponant. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 120. n° 171. — »Cum hora undecima.« *Cf.* n° 25374.
„ 31	„	(25411) Eidem concedit facultatem absolvendi Marinum de Gote, Marinum de Grose et Iunium de Wolcasco cives Ragusinos, qui contra prohibitiones sedis apostolicae in Alexandriam accedentes victualia prohibita Sarracenis illarum partium detulerant. ii kal. Apr. a° 1°. ‖ Theiner l. c. 121. n° 172. — »De circumspectione tua.«
„ 31	„	(25412) Universis Christifidelibus vere poenitentibus et confessis, qui ad consummationem ecclesiae fratrum ord. Praedic. Ragusinae manum porrexerint adiutricem, indulgentiam unius anni et 40 dierum elargitur. ii (xi *Fej.*) kal. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praedic. II. 96; Farlati Illyr. sacr. VI. 122; Fejér Cod. dipl. VIII. vii. 36; Theiner l. c. 122. n° 173. — »Ecclesiarum fabricis manum.«
Apr. 2	„	Philippum regem Franciae: iv non. Apr. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 63 *etc.*, *vid.* n° 25418.

1304.

Apr. 2	Romae ap. S. Petrum	(25413) Compositionem inter episcopum capitulumque Maioricenses et fratres Praedic. Maioricenses super iure sepeliendi corpora decedentium in coemeterio monasterii initam confirmat. iv non. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 421. n° 42. — »Meritis vestre sacre.«
„ 2	„	(25414) Generalem, provinciales ac universos ordinis fratrum Minorum ab omni ordinariorum iurisdictione eximit. iv non. Apr. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 445. n° 12; *cf.* Publ. de la soc. des mon. hist. de Luxembourg XVII. (1861). 113. n° 391. — »Inter ceteros ordines.«
„ 4	„	(25415) Archiepiscopo C....., Brixiensi ac Pergamensi episcopis mandat, ut fratres ord. Praedic. Cremonenses in possessionem corporalem ecclesiae s. Martini, quam eis Nicolaus IV concesserit, inducant *etc.* ii non. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VIII. 454. n° 43. — »Ordinis dilectorum filiorum.«
„ 4	„	(25416) Priori et conventui fratrum ord. Praedic. Cremonensibus concedit facultatem vendendi vel distrahendi locum s. Guilelmi Cremonensis cum eius domibus et pertinentiis. ii non. Apr. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. II. 97. — »Meritis vestrae religionis.«
„ 4	„	(25417) Parentino et Veglensi episcopis mandat, ut Candium et Odericum diaconos canonicos ecclesiae Polensis propter manifestas offensas et contumacias, Oddone episcopo Polensi instante, ad comparendum coram pontifice citent. ii non. Apr. a° 1°. ‖ Theiner Vet. mon. Slav. mer. I. 122. n° 174; Kandler Cod. dipl. Istr. ad a. 1304. — »Moleste ferimus quorumlibet.«
„ 5	„	(25418) Philippum regem Franciae absolutum ab omnibus excommunicationum sententiis paterne monet, ut resipiscat et devote velut obedientiae filius gratiam papae suscipiat. (iv *add. Bul., Dup.*) Non. Apr. a° 1°. ‖ Martene Ampl. coll. I. 1411; Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 63; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 207. — »Quanta nos fili.«
„ 5	(„)	* (25419) Fratrem Vidonem ex ord. Praed. ecclesiae Ferrariensi praeficit in episcopum. Non. Apr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra II. 545.
(„ 5-12)	Viterbium	»Papa . . . cum maxima multitudine *Urbem* exivit, et primum per dietas tres applicuit. Inde ad *Urbem veterem* quatuor diebus accedens, non diu ibi moratus, *Perusium* supervectus curru adiecit.« ‖ Ferreti Vicentini Histor. ap. Muratori Scr. rer. Ital. IX. 1012.
„ 13	(Viterbii)	(25420) Electores magistri ordinis Praedicatorum apud Tolosam proximo festo pentecostes congregandos, ut nullum subsit impedimentum, a sententiis excommunicationis, suspensionis vel interdicti, si quas forsan incurrerint, absolvit. »Laterani« Id. Apr. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. ord. Praed. II. 97. — »Cum incumbat vobis.«
„ 14	(„)	(25421) Compositionem inter priorem conventumque fratrum ord. Praedic. Barchinonensium ex parte una et b. mem. Petrum episcopum et capitulum Barchinonenses ac rectores parochialium ecclesiarum Barchinonensis civitatis et diocesis ex altera factam super iure recipiendi ad sepulturam ecclesiae suae corpora illorum, qui apud eos eligebant sepeliri, confirmat. »Perusii« xviii kal. Mai. a° 1°. ‖ Ripoll l. c. 98. — »Religionis vestrae sub.«
„ 18	„	* (25422) Wluingo episcopo Bambergensi omnes palafredos ecclesiae Romanae a praedecessoribus eius non datos seu etiam assignatos remittit et donat. ‖ Lang Regesta V. 64.
„ 18 resp. 19	„	(25423) Philippo regi Francorum significat, se revocare decretum Bonifacii pp. VIII praedecessoris, quo ille certis ex causis provisiones omnium cathedralium ecclesiarum et regularium tunc in regno Franciae vacantium dispositioni apostolicae sedis reservavit. xiv (xiii *Acta*) kal. Mai. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 65; Acta int. Bonif. VIII *etc.* 97; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 209; Rousseaud de Lacombe Jurisprud. canon. II. 8; Baillet Hist. des démêlez 345. — »Ut eo magis.«
Mai. 12	Perusii	(25424) Illustrat ex concilio Lateranensi, quo casu clerus principibus subvenire teneatur. iv id. Mai. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 12, *fragm.*
„ 13	„	(25425) Absolvit omnes praelatos, clericos, barones et nobiles qui a Bonifacio pp. VIII excommunicati erant propter ea, quod eos qui Romam comeabant, e regno exire aut egressos in regnum redire prohibuerant, eosque etiam qui in detentione et captione Bonifacii eiusdem opem praestiterant et operam, excepto Guillelmo de Nogareto milite, cuius absolutionem sibi et sedi apostolicae specialiter reservat. iii id. Mai. a° 1°. ‖ Bulaeus Hist. univ. Paris. IV. 64; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 208; *omisso initio* Raynald. l. c. § 9; Baillet Hist. des démêlez 346. — »Sanctae matris ecclesiae.«
„ 13	„	(25426) Philippo rege Franciae supplicante omnibus praelatis et doctoribus, qui a Bonifacio pp. vocati ad synodum Romanam ire detrectaverant causantes se regio interdicto prohibitos ob idque veriti erant se censuras incurrisse, remittit inobedientiam, contumaciam et contemptum, ut exinde nullus ipsis possit imminere dispendium nullumque obstaculum interponi. iii id. Mai. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 10; *omisso exordio* (Dupuy) Hist. du différend, pr. 229; Bulaeus l. c. 66. — »Ad statum tuum.«
„ 13)	( )	(25427) Constitutionem edit, in qua restringit poenam constitutionis Bonifacii VIII »*Clericis laicos*«, decernens, ut in solventibus aut recipientibus a sponte solventibus poena dictae constitutionis Bonifacii non vendicet sibi locum. *Sine nota chronol.* ‖ Extravag. commun. lib. 3. tit. 13 *de immun. eccles.* c. 1 ap. Boehmer Corp. II. 1180. — »Quod olim per.«

1304.

Mai. 13 Perusii (25428) Priori et conventui ord. Praedic. Pergamensium (*i. e.* Bergomensium) confirmat, quae Gofredus tit. S. Marci presbyter card. tunc in partibus Lombardiae apostolicae sedis legatus eorum ecclesiae s. Stephani vocabulo insignitae providerat. III id. Mai. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. II. 98. — »Ordinis vestri sancta.«

" 22 " (25429) Queritur de iniuria Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopo a Florentinis et Lucensibus illata citatque civitatum Florentiae et Lucae communia, ut per procuratores idoneos, necnon et Rossum de la Tosa, Cursum de Donatis, utrumque Nerium de Buondelmontibus *etc. etc.* personaliter infra octavas festivitatis b. apostolorum Petri et Pauli proxime venturae peremptorie compareant coram conspectu apostolico super praemissis parituri. »Alioquin ad gravissimas poenas tanquam super notorio ... spiritualiter et temporaliter procedemus.« XI kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 4; Lünig Cod. Ital. dipl. III. 1513. n° 31; Ripoll l. c. 99. — »Rex pacificus qui.«

" 23 " (25430) Decano ecclesiae Frankenvordensis mandat, ut ea quae de bonis monasterii monialium de Reteres (Praemonstr. ord. Magunt. dioc.) per concessiones illicite alienata invenerit vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocet. X kal. Iun. a° 1°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 804. n° 15. — »Ad audientiam nostram.«

" 24 (") * (25431) Confirmat Minoritis in Lindovia privilegia sua super confessione audienda et funeralibus, quae illis iam olim papa Bonifacius concesserat. ‖ Jos. Würdiger Urk.-Auszüge zur Gesch. der Stadt Lindau 9 — *in* Schriften des Vereins f. Gesch. des Bodensee's u. s. Umgebung. (Lindau.) Heft II. 1870.

" 27 " (25432) Friderico Trinacriae regi Thomam Aversanum ord. Praed. inquisitorem haereticae pravitatis commendat. VI kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 19, *fragm.*

" 28 " (25433) Carolo nato cl. mem. Philippi regis Francorum comiti Andegavensi significat, se magistrum de Pertico canonicum Parisiensem et Petrum de Erbovilla militem Carnotensis dioc. eius nuntios diligenter intellexisse. Annuit ei, quod Constantinopolitanum imperium de schismaticorum manibus erepturus sit. »Generalem autem praedicationem crucis ... praesentis temporis et regni Franciae statu considerato distulimus«, sed subventiones promittit. V kal. Iun. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 28. — »Claris patet operibus.«

" 28 " (25434) Abbati monasterii Fuldensis Magunt. dioc. mandat, ne permittat ut magistra et conventus de Reteres Praemonstr. ord. Magunt. dioc. a praedonibus et invasoribus indebite molestentur. V kal. Iun. a° 1°. ‖ Gudenus Cod. dipl. III. 805. n° 16. — »Pium esse dinoscitur.«

" 31 " (25435) Priori et conventui ord. Praedic. Perusinis capellam s. Stephani de Castellari cum parochia, domibus, casalenis *etc.* donat et ab ea ex nunc Nicolaum Perusinum, cui eiusdem ecclesiae gubernatio commissa fuerat, amovens, apprehendendi corporalem possessionem ecclesiae *etc.* eis licentiam exhibet. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. II. 101. — »Sacrae vestrae religionis.«

" 31 " (25436) N. N. fratrem ordinis Minorum professorem Foropopuliensi ecclesiae in episcopum praeficit. II kal. Iun. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 446. n° 13. — »In supremae dignitatis.«

— — Abbati monasterii s. Burkardi Herbipolensis dioc.: »Laterani 1303. ... Maii. pont. a° 1°«. ‖ Jung, Antiq. monast. in Wilzburg p. 30, *vid.* n° 25400.

Iun. 1 Perusii (25437) Dispensat cum Iohanne Wenceslai Otacari de Brunna Olomuc. dioc. clerico illegitime nato super defectu natalium ita, ut ad ordines omnes et ad beneficia ecclesiastica promoveri possit. Kal. Iun. a° 1°. ‖ Boczek Cod. dipl. Morav. V. 173; *cf.* Palacky Reise 52. n° 423; Erben Regest. Bohem. II. 869. n° 2007. — »Illegitime genitos quos.«

" 4 " (25438) Matthaeo s. Mariae in Porticu diacono cardinali capellam s. Vincentii de Urbe sitam inter basilicam Principis apostolorum et palatium papale cum pertinentiis eius in spiritualibus et temporalibus committit gubernandam. II non. Iun. a° 1°. ‖ Bullar. Vatic. III. append. 7. — »Providentiae tuae virtus.«

" 4 " (25439) Ministro fratrum ord. Minor. provinciae Coloniensis mandat, ut monasterium in civitate Coloniensi ad honorem s. Clarae nuper constructum ordini s. Clarae incorporet et tres vel quatuor de monialibus de Nussia eiusd. ord. ad praefatum coenobium informandi causa transferat. II non. Iun. a° 1°. ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 447. n° 14. — »Petitio tua nobis.«

" 5 " * (25440) Abbati et conventui S. Michaelis prope muros Bambergenses, quibus Otto Slavorum et Cassubiae dux Caminens. dioc. ius patronatus s. Iacobi in Stettin, in Gustow, in Schune ac s. Spiritus et s. Michaelis iuxta muros Stettinenses ecclesiarum et villam de Mandelcow cum terris *etc.* contulit, hanc collationem confirmat. Non. Iun. a° 1°. ‖ Schweitzer UB. des Abtes Andreas I. 88; Lang Regesta V. 66.

" 7 " (25441) Guillelmum de Nogareto, Renaldum de Supino, Thomam de Morolo, Robertum filium dicti Renaldi, Petrum de Genazano, Stephanum filium eius, Adenulphum et Nicolaum natos quondam Mathiae, Giffridum Bussam, Orlandum et Petrum de Luparia

1304.

cives Anagninos, milites Sciarram de Columna, Iohannem filium Landulfi, Gottifredum natum Iohannis de Ceccano, Maximum de Trebis et alios factionis ministros, qui scelestum flagitium in personam b. mem. Bonifacii pp. VIII Anagniae non sine gravi perfidia commiserunt, denunciat promulgatam a canone excommunicationis sententiam incurrisse, ipsosque citat peremptorie, ut infra festum ss. apostolorum Petri et Pauli proxime venturum personaliter compareant coram pontifice maximo. VII id. Iun. a° 1°. ‖ Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 13; Leibnitii Mant. cod. iur. gent. 319; Rubeus Bonifac. VIII. 222; (Dupuy) Hist. du différend, pr. 232; *non integra* ap. Tosti Storia II. 313. — »Flagitiosum scelus et.«

Iun. 8 Perusii (25442) Abbatissis et sororibus monasteriorum s. Clarae secundum regulam ipsius ordinis ab Urbano pp. IV praedecessore institutam viventibus indulget, ut ad praestationem decimarum vel ad exhibendum annuum redditum seu censum suis diocesanis episcopis, vel pedagia, telonia et alias exactiones *etc.* minime teneantur. Praeterea a iurisdictione et potestate patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum diocesanorum et quorumcunque eas earumque loca et monasteria eximit. VI id. Iun. (Ianr. *male Fej.*) ‖ Wadding Ann. Minor. VI. 448. n° 15; Fejér Cod. dipl. VIII. I. 161. — »Sancta vestra religio.«

" 13 " (25443) Abbati Praemonstratensi eiusque coabbatibus, praepositis et conventibus universis Praemonstratensis ordinis omnes libertates, immunitates et privilegia confirmat. Id. Iun. a° 1°. ‖ Le Paige Bibl. Praemonstr. 694. n° 114. — »Solet annuere sedes.«

" 17 " (25444) Friderico Trinacriae regi testatur, »quod — de censu 3000 unciarum auri, in quo annis singulis pro insula Siciliae in festo apostolorum Petri et Pauli persolvendo ecclesiae Romanae tenetur astrictus, — Gerardus de Finoleriis in dicta insula praeceptor domus militiae Templi et iudex Santorus de Salvo Messanensis per manus Gerardi Lanfredini mercatoris camerae apostolicae de societate Bardorum de Florentia 10,000 florenorum pro 2000 unc. auri pro dicto apostolorum festo proximo transacto a[i] 1303[i] nobis et ipsi ecclesiae tuo nomine persolverunt.« XV kal. Iul. a° 1°. ‖ (St. Borgia) Difesa del dominio temp. Append. 14; Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 18. — »De censu trium.«

" 20 " (25445) Episcopum Sylvanectensem (eiusque provinciam) rogat et hortatur, ut ad eripiendum Constantinopolitanum imperium e schismaticorum manibus in auxilium Caroli comitis Andegavensis »cuius interest ratione uxoris suae Catharinae imperatricis Constantinopolitanae ad eiusdem recuperationem imperii«, potenter et viriliter assurgant *etc.* XII kal. Iul. a° 1°. ‖ Raynald. l. c. § 29. — »In supremae praeeminentia.«

" 24 " (25446) Leonardo episcopo Albanensi mandat, ut fratres Praedic. de Narnia in corporalem possessionem ecclesiae s. Mariae maioris de Narnia inducat. VIII kal. Iul. a° 1°. ‖ Ripolli Bullar. Praed. VII. 53. n° 40. — »Sacre religionis merita.«

1303. Oct. 27 — 1304. Iul. 6.

— — * (25447) Rescriptum apostolicum continens dispensationem matrimonii dominae Beatricis de Vienna filiae domini Humberti dalphini bonae mem. ac domini Hugonis de Cabilone filii domini Iohannis de Cabilone, missum per papam Benedictum praedictis Hugoni et B(eatrici). ‖ C. U. I. Chevalier Registrum instrumentorum delphinorum Viennensium (Novigent. 1871. 8°) 28. n° 121.

— — (25448) R(oberto) comiti Nivernensi primogenito (Guidonis) comitis Flandriae scribit de laboribus suis circa negotium pacis inter Philippum regem Franciae et Navarrae et patrem Roberti, eius fratres ceterosque Flandrenses; addit, se patri eius super hoc litteras dirigere speciales, inducentes eundem, ut consideret iam suam provectiorem aetatem, cuius dies ad occasum proclivior propinquet ad vesperam *etc.* Hortatur eum, inducat patrem salubribus inductionibus, ut excellentium personarum consilia minime detrectet, sed acquiescat eisdem nec in dubio eventu guerrarum spem sibi suisque heredibus successus prosperi repromittat *etc.* *Sine nota chronol.* ‖ Martene Ampl. collect. II. 1305. — »Eximiae caritatis affectus.«

1304.

Iul. 7 Perusii MORITUR. »Obiit in Perusio nonis Iulii pontificatus sui a° primo, sepultusque fuit in domo Praedicatorum Perusii ante altare anno D[i] 1304«. ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis ap. Muratori Rer. Ital. scr. III. 673; *in* Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 31. — »Hoc eodem anno videlicet 7. die Iulii Benedictus pp. migravit ad Dominum Perusii.« ‖ Ptolem. Lucens. Hist. eccl. (Cod. Patav.) ap. Muratori l. c. XI. 1224. — »Hoc anno die nonarum Iulii moritur pp. Benedictus Perusii.« ‖ Rishangeri Chron. 224; Nic. Triveti Annal. ed. Hog 405. — »Migravit apud Perusium nonis Iulii sepultusque est in ecclesia fratrum (Praedicatorum).« ‖ Brev. hist. ordinis Praedic. ap. Martene Ampl. coll. VI. 335. — »Migravit apud Perusium 1304 nonis Iulii die Martis hora quasi nona.« ‖ Breviss. chron. ap. Martene l. c. 373. ‖ »Obiit apud Perusium nonis Iulii feria tertia hora quasi nona

1304.

a° D[i] 1304, sepultus die Mercurii consequenti, scilicet VIII id. Iul. in ecclesia fratrum Praedicatorum Perusii.« ‖ Bern. Guidonis Libellus de magistr. ord. Praedic. ap. Martene l. c. 411. — »Apud Perusium Non. Iul. defunctus est.« ‖ Cont. chron. Guill. de Nangiaco ap. Achery Spicil. III. 57 (ed. Géraud I. 342). — »A di 7. luglio 1304 passò di questa vita di morte naturale.« ‖ Ann. di Perugia *in* Archiv. stor. Ital. XVI. I. 60. — »Defunctus est IV non. Iul. a° suae aetatis 65[mo].« ‖ Ferreti Vicentini Histor. ap. Muratori l. c. IX. 1013.

»Aput Perusium idus Iulii (*i. e.* d. 15. Iul.) moritur et apud fratres Praedicatorum ibidem sepelitur.« ‖ Annal. Osterhovens. ap. Pertz Mon. Germ. hist., scr. XVII. 553.

»Nelli anni di Cristo 1304 a di 27. (veramente dee dire ai 6.) del mese di luglio morì papa Benedetto nella città di Perugia, e dissesi di Veleno, che stando egli a sua mensa a mangiare, gli venne un giovane vestito e velato, in abito di femmina, come servigiale delle monache di S. Petronilla, monastero di Perugia, con un bacino d' argento, ivi entro molti belli fichi fiori, e presentandogli al papa da parte della badessa di quel monastero sua devota. Il papa li ricevette a gran festa e perchè gli mangiava volentieri, et senza farne far saggio, perchè era presentato da femmina, ne mangiò assai, onde incontanente cadde malato, et in pochi dì morì, e fu sepelito a grand' onore a frati Predicatori, che era di quell' ordine in S. Arcolano di Perugia.« ‖ Gio. Villani Stor. Lib. 8. cap. 80. (Milano 1729. fol.) 46 sq.

»Mortuus est in octava apostolorum Petri et Pauli anno apostolatus sui primo, in civitate Perusii.« ‖ Eberhardi archidiac. Ratispon. Annal. ap. Pertz l. c. scr. XVII. 600.

»In sequenti a° (*i. e.* 1304) mense Iunii diem clausit extremum.« ‖ Annal. Cavens. ap. Pertz l. c. scr. III. 196.

»Obiit pp. Benedictus XI mense Iulii.« ‖ Walteri de Hemingburgh Chron. II. 241.

»Vir magnae aetatis, sanctae vitae et eminentis litteraturae.« ‖ Annal. regis Edwardi I — *in* Rishangeri Chron. 492.

VACATIO. »Vacavit sedes a praedicta die per illum annum sequentem usque ad quintum diem mensis Iunii.« ‖ Vita B-i ex ms. Bern. Guidonis *in* Raynaldi Ann. ad a. 1304 § 36.

Sententia Benedicti XI: **Illustra faciem tuam super servum tuum.** *Teste* Ciacconio Vitae pont. Rom. II. 342.

Testes qui bullae uni a me repertae 1304. Mart. 14 (*vid.* n° 25398) subscripserunt, sunt:

Leonardus (Patrassus de Guercino) episcopus Albanensis. — **Theodoricus** (Urbevetanus) episcopus Civitatis papalis. — Fr. **Iohannes** (Minius de Murrovallium Picenus, ord. Minor.) episcopus Portuensis. — **Petrus** (Hispani) episcopus Sabinensis. — **Iohannes** (Boccamatius, Romanus) episcopus Tusculanus.

Iohannes (Monachus, Gallus) presbyter card. tit. SS. Marcellini et Petri. — **Gentilis** (de Monteflorís, Picenus, ord. Minor.) presb. card. tit. S. Martini in Montibus. — **Robertus** (Gallus, monachus Cisterc.) presb. card. tit. S. Pudentianae.

Neapoleo (Ursinus, Romanus) diaconus card. tit. S. Adriani. — **Landulfus** (Brancacius, Neapolitanus) diac. cardinalis tit. S. Angeli. — **Ricardus** (Petronus, Senensis) diac. card. tit. S. Eustachii. — **Franciscus** (Ursinus, Romanus) diac. card. tit. S. Luciae in Silice. — **Franciscus** (Caietanus, Anagninus) diac. card. tit. S. Mariae in Cosmidin. — **Lucas** (de Flisco, Genuensis) diac. card. tit. S. Mariae in Via lata. — **Gulielmus** (Longus, Bergomas) diac. card. tit. S. Nicolai in carcere Tulliano.

Data est bulla per manum
Papiani episcopi Parmensis S.R.E. vicecancellarii.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

1198.

Febr. 27	Laterani	* (30a—25449) Abbate Cistercii et universis coabbatibus eius Cisterc. ordinis petentibus inhibet, ne quis iudicum a sede apostolica delegatorum absque mandato eiusdem sedis speciali aut legati ab eius latere destinati priori vel suppriori ordinis Cisterciensis iniungat, ut excommunicent proprios sui monasterii fundatores *etc.* III kal. Mart. a° 1°. ‖ Luc. de Rosny Hist. de l'abbaye de Notre Dame de Loos (Valenciennes s. a. 8°) 149. — »Quanto studiosius divine.« — *Bullam eiusdem tenoris cum eisdem signis chronol. promulgavit* Innocentius IV; *vid.* n° 11264.
Mart. 7	»	(44) *Post* 1198 § 20 *addas: Omisso a°, sed ad* a. 1199 Lünig Spicil. eccles. Contin. II. 1016.
» 17	»	* (53a—25450) Bulle adressée par le pape I. à l'archevêque de Reims, à ses suffragants et aux ecclésiastiques de leurs diocèses, pour leur enjoindre de respecter les immunités accordées par le saint-siége au monastère des Dunes. XVI kal. Apr. a° 1°. ‖ Cronica et cartular. monasterii de Dunis 284 et 310; *cf.* 861. 862; Wauters Table chronologique III. 86.
» 18	»	(56a—25451) Abbatissam et capitulum saecularis ecclesiae Malbodiensis [Maubeuge] sub b. Petri et sua protectione suscipit, specialiter autem mansum de Mota et alia bona eis confirmat. XV kal. Apr. a° 1°. ‖ Revue d'histoire et d'archéologie III. (Bruxelles 1862. 8°) 211. — »Cum a nobis.«
» 21	»	(60) *Post* Migne I. 50. n° 57 *addas: Sine nota chronol.* Riccardi Vescovi Vicentini 61.
Apr. 16	Romae ap. S. Petrum	(82a—25452) Canonicis Prumiensibus ecclesiam de Alve cum omnibus pertinentiis confirmat. XVI kal. Mai. a° 1°. ‖ Mittelrheinisches UB. III. 593. n° 790, *ubi* Innocentio IV *perperam tribuitur. Textus mutilus.*
» 21	»	(89. 90. 91) *Pro* P(andulfo) *legatur* P(etro).
» 21	Romae (ap. S. Petrum)	* (95a—25453) Capitulo ecclesiae Brundusinae praecipit, ut causam inter monachos Montis Regalis et Massimianum notarium, qui terras de iure ecclesiae s. Spiritus occupavit, iuxta legis statuta examinent. ‖ Pirri Sicil. sacra 1211.
» 21	(»)	* (95b—25454) Caro archiepiscopo Montis Regalis, qui Falconi Messanensi canonico ecclesiam s. Sepulchri Messanae concessit, mandat, ut hanc concessionem revocet. ‖ Pirrus l. c. 1212.
» 24	Romae ap. S. P.	(104) *Post* Stubbs IV. 49 *addas:* Gervasii Cant. Chronic. ap. Twysden Rer. Anglic. scr. I. 1602.
» 28	»	(Hugoni) Aurelian. episc. *Pro* 680 *legas:* 677.
Mai. 4	»	(132) *Post* Migne IV. 16 *addas: cf.* Preuss Lippische Regesten I. 125. n° 139, *ubi perperam ad* a. 1213.
» 15	»	(182) *Deleatur* Udalscalco.
» 17	»	* (199a—25455) Le pape I. prend sous sa protection l'abbaye de Ninove et lui confirme une partie de ses possessions. XVI kal. Iun. a° 1°. ‖ De Smet Corpus chronicorum Flandriae II. 815; *cf.* Wauters Table chronologique III. 94.
» 18	»	(201) *Pro* P(andulfi) *legatur* P(etri).
Iun. 22	»	(300) *Pro* Iacobo *legatur* Petro.
» 23	»	(304) *Pro* Bartholomaeo *scribatur* Samaro.
„ 25 „ * (5367d—25677) Abbati S. Benigni et priori de Prian Ianuens. dioc., exposita controversia inter canonicos S. Mariae de Vineis et capitulum Ianuense super praesentatione canonici in praedicta ecclesia s. Mariae, mandat ut observari faciant sententiam latam super hoc ab A. subdiacono et capellano papae, qui de mandato apostolico sindicum dictae ecclesiae sententialiter absolvit ab impetitione capituli. VII kal. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 46. — »Cum olim.«

„ 28 „ * (5373—25678) Abbati Caroliloci Silvanectens. dioc. et decano Silvanectensi committit visitationem monasterii Corbeiensis, quoniam abbas S. Maglorii ab hoc officio ei ab Innocentio III iniuncto dispensari petierit, eosque monet ut visitationem sollicite adimpleant. IV kal. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 47; *cf.* Manrique Ann. Cisterc. IV. 87. — »Cum felicis.« *Deleatur in* p. 473. n° * 5373.

„ 28 „ * (5373a—25679) Ecclesiam et hospitale b. Matthaei in Urbe apud Merulanam ab Andrea et Andreotto fundata cum omnibus bonis sub b. Petri protectione suscipit. IV kal. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 47. — »Sacrosancta Romana.«

Dec. 1 „ * (5376a—25680) Decano et capitulo Compostellanis respondet de quibusdam frivolis dubitationibus circa vigesimam fructuum solvendam in subsidium Terrae sanctae. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 48. — »Si diligenti.«

„ 1 „ * (5376b—25681) Magistro S. Crucis et decano Alardo S. Aniani canonicis Aurelianensibus mandat, ut in conventu S. Sansonis Aurelianensi, si eidem ecclesiae expedierit, I. sacerdotem iam expulsum quasi de novo recipiant, iniuncta ipsi poenitentia quam viderint expedire. Kal. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 48. — »Dilectus.«

„ 1 „ * (5376c—25682) Civibus Beneventanis ait: »Civitas Beneventana huiusmodi gavisa est libertate, quod quicumque dummodo liber eligat habitationem ipsius, et Nobis et ecclesiae Romanae fidelitatis exhibeat iuramentum censeri debeat ab omnibus tamquam civis.« Inhibet »ne quis eos, qui ad ipsius civitatis transeant incolatum, praesumat compellere ut ad habitationes redeant derelictas.« Kal. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 48. — »Cum a longis.«

„ 2 „ (5377a—25683) A. Salzburgensi (Salisberiensi *Cir.*, Haresben. *Decr. Gr.*) et F. Bertesgadensi (Bregadensi *Cir.*, Bengad. *D. G.*) praepositis edoceri volentibus »an sibi professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est et reliquus crucis charactere desiderat insigniri, liceat vicesimam proventuum ecclesiarum vestrarum deputatam succursui Terrae sanctae deferre vobiscum,« respondet. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 49, *ubi etiam argum.; sine nota chronol.* Decr. H-i lib. 3. tit. 20 *de statu mon.* c. 1 ed. Cironius 222; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 3. tit. 34 *de voto* c. 11 ap. Boehmer Corp. II. 557, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 573. — »Postulastis per nostras.« — *Deleatur* n° 7814.

* *In eundem fere modum* Archiepiscopo Salzburgensi, cui addit, ut crucesignati eius provinciae se parent ad transfretandum in proximo futuro passagio. ‖ Pressutti l. c.

„ 2 „ * (5377b—25684) Episcopo Lucano mandat, ne ipse infamet aut infamari permittat monachos ordinis Florescensis de crimine haeresis occasione libri abbatis Ioachim eiusdem ordinis institutoris in concilio Lateranensi damnati, cum concilium expresse dicat nolle se propterea ordini Florescensi praeiudicare. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 49. — »Ad audientiam.«

„ 2 „ * (5377c—25685) Iacobo de Olibola civi Beneventano scribit laudans eius fidem et devotionem erga sedem apostolicam, personam et loca eius recipit sub protectione b. Petri eique indulget, ut nulli concivi in quaestione, quae duarum unciarum summam excedat teneatur in iudicio respondere nisi in papae vel legati sedis apost. praesentia, non obstante statuto vel consuetudine aliqua civitatis. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 50. — »Dignum est.«

„ 2 „ * (5377d—25686) Abbati de Campo Regiano mandat, ut cessionem G. abbatis S. Petri de Perusio cum resignatione instrumentorum ipsius monasterii recipiat et iniungat monachis dicti loci, ut personam idoneam sibi canonice eligant in abbatem. IV non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 50. — »Praesentium.«

„ 3 „ (5378) *Addatur:*

* *In eundem modum* Vuintoniensi episcopo — Archiepiscopis Dublinensi, Burdegalensi et aliis in fidelitate regis Angliae permanentibus. ‖ Pressutti l. c. 51.

1216.

Dec. 3 Romae ap. S. Petrum. * (5379a—25687) Episcopo et decano et capitulo Lemovicensibus mandat, ut Gaucelmum Bojol de eorum partibus oriundum in canonicum liberaliter admittant. III non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 50. — »Quanta.«

* *In eundem modum* Abbati Vosiensi, priori Castellien. et Hel. de Favar canonico S. Aredii Lemovicens. dioc., ut dictos episcopum, decanum et capitulum Lemovicenses moneant et ad hoc inducant.

„ 3 „ * (5379b—25688) Capitulo Eboracensi mandat, ut restituant priori et canonicis S. Oswaldi de Nostle (*sic!*) ecclesiam de Brameha cum pertinentiis; alias iniunget abbatibus de Burton et de Derleia et archidiacono de Derbi Conventrens. dioc., ut ad id eos compellant. III non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 51. — »Oblata nobis.«

* *Scriptum super hoc* Abbatibus et archidiacono praedictis.

„ 3 „ * (5379c—25689) Vicecomitem Pambroche marescalchum Angliae monet et hortatur, ut in regia fidelitate permaneat sicut hactenus fecerit. III non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 51. — »Gratum gerimus.«

* *In eundem modum* Savaricum de Malaleone — Comitem de Arundellis — Comitem Cuarencasi et — Hubertum de Burlo iusticiarium Angliae.

„ 3 „ * (5379d—25690) Episcopo et magistro l. canonico Agathensibus mandat, ut super ordinibus iam susceptis et aliis suscipiendis dispensent G. monachum S. Pontii, qui olim infra annum 15. manus iniiciens in clericum violentas in canonem latae sententiae inciderat, postmodum factum non recolens, antequam absolutionis beneficium obtinuit, se ad dictos ordines fecerat promoveri. III non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 51. — »Porrecta nobis.«

„ 3 „ * (5379e—25691) Capitulo Beneventano confirmat Castrum Capparon cum omnibus pertinentiis. III non. (Nov., *sed legas*) Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 36. — »Iustis petentium.«

„ 3 „ * (5379f—25692) Zeigt der Bürgerschaft Cremonas die Weihe ihres Bischofs an. ‖ Göttinger gel. Anzeigen 1873. p. 1685. not.

„ 4 „ (5379g) *Ad hunc numerum transferas, quae* n° 7839 Episcopo et capitulo Venetensibus *directa leguntur et ibi post* permittant *addas* (»Romae ap. S. Petrum II non. Dec. a° 1°«. ‖ Pressutti l. c. 52).

„ 4 „ * (5379h—25693) Abbati de Alchingen et de Urspert et de Herbrehagen praepositis Augustens. dioc. mandat, ut in controversia inter praepositum et episcopum Eistetensem, qui eumdem praepositum non confessum vel convinctum de periurio sententialiter condemnavit, beneficiis suis destituens iuris ordine non servato, sententiam C. tit. S. Theodori diaconi card. ratam et firmam habeant, reducentes in statum pristinum quidquid occasione sententiae ipsius episcopi invenerint contra supradictum praepositum temere attemptatum, eumdemque non patiantur praetextu eiusdem sententiae indebite molestari. II non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 52. — »Coram dilecto.«

„ 5 „ (5381) *Addatur:*

* *In eundem modum* Archiepiscopis per Teutoniam constitutis. ‖ Pressutti l. c. 53.

„ 5 „ * (5381a—25694) Rectori, clero, consulibus et populo Beneventanis suum erga Beneventanam civitatem benevolentiae studium profitetur; asserit se C. et Iacobo de Olibola eorum nuntios recepisse eosque exaudire studuisse: taxatum bullae pretium quod solet ab hiis exigi qui litteras apostolicas impetrant relaxat, hortaturque eos ut in devotione apostolicae sedis ita se exhibeant ut merito maiora sperare possint. Non. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 53. — »Cum non possint.«

„ 7 „ * (5382a—25695) Theodisio Agathensi episcopo postulante ecclesiam Agathensem ad exemplar Adriani pp. IV sub protectionem s. Petri recipit cum omnibus suis possessionibus, bonis et iuribus quae sigillatim recenset. VII id. Dec. a° 1216. indict. V. ‖ Pressutti l. c. 53. — »In eminenti.«

„ 7 „ * (5382b—25696) Episcopo, archidiacono et cantori Matisconensibus scribit, valde dispendiosum esse et grave abbati et conventui de Maceriis Cisterc. ord. singulis querelis apostolicam sedem adire; quare praecipit, ut ab abbate et conventu praedictis requisiti malefactores eorum in Lugdunensi provincia constitutos compellant, ut eis ablata restituant, et de decimis et de iniuriis irrogatis satisfaciant. VII id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 53. — »Quoniam nimis.«

„ 7 „ * (5382c—25697) Abbati S. Iosephi Senonensis mandat, ut cum quibusdam canonicis qui excommunicationis sententia innodati non ex contemptu sed negligentia divina officia celebrarunt »ne ipsi propter hoc ad sedem apostolicam personaliter laborantes materiam habeant evagandi« dispenset. VII (id.) Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 54. — »Tua nobis.«

„ 7 „ * (5382d—25698) Superiori et conventui de Caritate praecipit, ut Cluniacensi ecclesiae sicut membra capiti humiliter obsequentes iuxta Cluniacensis ordinis instituta reve-

1216.

rentiam et obedientiam profiteantur. vii id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 54. — »Licet pro certo.«

Dec. 7 | Romae ap. S. Petrum | • (5382e—25699) Magistro R. scriptori et familiari suo canonico Massiliensi beneficium, quod per G. episcopum et B. successorem eius tunc praepositum Magalonensem in ecclesia s. Andreae Novegentis cum quibusdam decimis in castro de Balazuco et in ecclesia s. Caeciliae de Tribus Lucis Magalonens. dioc. percipiendis assecutus est, confirmat. vii id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 54. — »Sacrosancta Romana.«

» 8 | » | • (5386a—25700) Priori et canonicis S. Oswaldi de Nostlet (*sic!*) indulget »ut decedentibus personis parrochialium ecclesiarum nostrarum liceat vobis in eisdem ecclesiis auctoritate praesentium quatuor vel tres ad minus de vestris fratribus ponere, quorum unum diocesano episcopo praesentetis, ut ab eo curam recipiat animarum.« vi id. (Nov., *sed legas*) Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 38. — »Eorum nos.«

» 9 | » | • (5387a—25701) Aznario Lupi scolari indulget, ut, non obstante quod pater eius coniugatus eum genuerit ex muliere soluta, ad sacros ordines promoveri et ecclesiastica beneficia adipisci possit. v id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 54. — »Apostolicae pietatis.«

» 9 | » | • (5387b—25702) Priori et abbati S. Trinitatis Militensis mandat, ut super electione Grimaldi monachi Montis Regalis in abbatem conventus S. Iuliani de Calabria et electi meritis inquirant et electionem, si de persona idonea et canonice facta fuerit, confirment. v id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 55. — »Praesentatae nobis.«

» 9 | » | • (5387c—25703) Magistrum R. scriptorem et familiarem suum recipit ad exemplar Innocentii pp. III sub apostolica protectione. v id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 55. — »Sacrosancta Romana.«

» 10 | » | • (5387d—25704) Magistro Roffrido de Anagnia scriptori suo indulget, ut, non obstante defectu quod patitur ex nativitate, possit ad legitimos actus admitti et ad sacros ordines promoveri. iv id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 55. — »Hi potissimum.«

» 12 | » | (5388) *Addatur:*

• *In eundem modum* Vassallis S. Iohannis de Vineis necnon Cluniacensi et Cisterciensi abbatibus. ‖ Pressutti l. c. 55.

» 12 | » | • (5388a—25705) Claramontensi capitulo, qui statuerunt, ne absentes canonici fructibus gaudeant non obstante quod hactenus in Claramontensi ecclesia contrarium fuerit observatum, hoc statutum confirmat. ii id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 56. — »Per vestras.«

» 13 | » | • (5389a—25706) Archiepiscopo Bracarensi mandat, ut cadaver cuiusdam militis, qui in quendam clericum manus violentas iniecerat, sed ante obitum beneficium absolutionis petierat et paratus erat habitum religionis assumere, nisi terrae consuetudo repugnet, exhumetur et ad ecclesiasticam sepulturam tradi faciat. Id. Dec. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 56. — »Dilecti filii.«

» 15 | » | • (5389b—25707) Archidiacono A. et canonicis Laudunensibus mandat ut absolvant quendam canonicum Suessionensem, qui contra inhibitionem sub poena excommunicationis factam a C. tit. S. Martini apostolico legato, »manicis consutitis et rostratis saturalibus usus fuerat et nihilominus in subdiaconatus ordine ministravit.« xviii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 56. — »Suessionensis.«

» 16 | (») | • (5392a—25708) Episcopo Atrebatensi, abbati de Valcell. Cameracens. dioc. et thesaurario Cameracensi mandat, ut in causa inter Noviomensem episcopum et decanum Peronensem Noviomens. dioc. super iurisdictione Peronensis castri vertente procedant iuxta litteras ab Innocentio pp. III de hoc negotio 1216. Mai. 20 (*vid.* n° 25613) datas. »Laterani« xvii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 56. — »Litteras.«

» 16 | » | • (5392b—25709) Antisiodorensi episcopo, abbati Virziliacensi et priori Silviniacensi Eduens. et Claramontens. diocc. significat, abbatem Dolensem doluisse coram Innocentio pp. III de Bituricensi archiepiscopo eo, quod homines in Burgo Dolensi commorantes in praeiudicium monasterii Dolensis sub custodia et protectione recepisset, multa ex inde damna in idem monasterium redundare; statuit »ut si constiterit quod defensio et custodia omnium hominum qui sunt in Burgo Dolensi nec non de omni re temporali existente in Burgo ad seculare forum spectante, quicumque conveniat vel conveniatur ibidem, cognitio pertineat ad abbatem Dolensem.« xvii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 57. — »Venerabili.«

» 18 | » | • (5396a—25710) Capitulo Astensi nunciat, se canonicam, quam in ecclesia Astensi obtinuerit magister Peregrinus consecratus in archiepiscopum Brundusinum, contulisse B. Scolari nepoti magistri Obizonis, notario et subdiacono suo. xv kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 57. — »Magistro Peregrino.«

» 19 | » | 399) *Post* 274 *addas:* de Geer Archieven I. 10. n° 5.

1216.

Dec. 20 | Romae ap. S. Petrum | • (5399a—25711) Episcopo Noviomensi iniungit, ut puniat quosdam canonicos conventus S. Bartholomaei Noviomensis ord. s. Aug., qui referente abbate rebelles quietem ipsius monasterii saepe turbant: eumque hortatur, ut illos, si non corrigantur, a dicto monasterio et ab aliis monasteriis eiusdem observantiae removeat. xiii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 57. — »Dilectus filius.«

» 20 | » | • (5399b—25712) R. Legionensi et M. Oxomensi episcopis et F. archidiacono Oxomensi committit causam, quae inter archiepiscopum Toletanum et episcopum Abulensem super quibusdam ecclesiis citra Alpes inter Toletanam et alias dioceses finitimas vertitur. xiii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 58. — »Venerabili fratri.«

» 21 | » | • (5401a—25713) P. abbati et conventui S. Aegidii confirmat sententiam, quam Hugo Regensis episcopus A. S. legatus et magister Thedisius canonicus Ianuensis nunc Agathensis episcopus pronunciaverunt super possessione Villae S. Aegidii pro eis contra Raimundum quondam comitem Tolosanum. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 58. — »Ea quae.«

» 21 | » | • (5401b—25714) A. priorissae et sororibus monasterii s. Iacobi de Monte Mauro Cisterc. ord. concedit, ut a dicto monasterio quod propter corruptionem aeris et infirmitatem loci habitare commode non possunt, ad ecclesiam s. Petri de Messema se transferant. xii kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 58. — »Matrem.«

» 22 | » | • (5403a—25715) Archiepiscopo Ianuensi, Terdonensi et Parmensi episcopis et capitulo Placetensi mandat, ut subveniant Bodiensi episcopo qui pro ecclesiastica libertate a suis infestatus exulare cogebatur. xi kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 59. — »Certantibus.«

» 22 | » | • (5403b—25716) V. Ramando de Monte Catan. et filio eius mandat, ne bonum pacis in partibus Vasconiae impediant et ecclesiae ablata restituant. xi kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 59. — »Quod a vobis.«

» 22 | (») | • (5403c—25717) An Cremona wegen Kloster Columba. ‖ Göttinger gel. Anzeigen 1873. p. 1685. not.

» 23 | » | • (5404a—25718) Archiepiscopo Turonensi et suffraganeis eius mandat, ut Berengariam quondam Angliae reginam a molestantibus defendant, ne cogatur nuntios ad sedem apostolicam destinare. x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 59. — »Licet apostolicae.«

» 23 | » | • (5404b—25719) Berengariae quondam Anglorum reginae confirmat concordiam initam inter ipsam et Iohannem regem Angliae super dote sua et super arretagiis mille marcarum annui redditus iuxta regis autenticum, quod hîc ad verbum refertur. x kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 59. — »Cum iudicis.«

» 29 | Laterani | • (5404c—25720) Archipresbytero et capitulo Fesulanis confirmat concessionem eis eorumque successoribus factam ab episcopo Fesulano tractandi et deliberandi una cum dicto episcopo super collatione archidiaconatus ecclesiae Fesulanae, quam potestatem olim de antiqua consuetudine solus episcopus exercebat. iv kal. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 59. — »Iustis petentium.«

1217.

Ianr. 2 | » | • (5408a—25721) Abbati Cirecestriae et S. Augustini et de Bristollis et de Stoleia prioribus Vigorniens. dioc. scribit de ecclesia in Lanton: quasdam detestabiles consuetudines inter quosdam fratres propter ciborum luxum inoluisse: statutum a cl. m. H. Cantuariensi archiepiscopo super hac re editum haud amplius observari: mandat eis ut, inquisita et plenius cognita veritate, quod religioni consonum et honestati conveniens statuant. iv non. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 59. — »Sicut dilecti filii.«

» 2 | » | • (5408b—25722) Philippo archidiacono Noviomensi indulget ut, non obstante defectu natalium, libere valeat promoveri ad sacros ordines et ad ecclesiasticas dignitates assumi. iv non. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 60. — »Humanae.«

» 2 | » | • (5408c—25723) Episcopo Cathalaunensi et S. Salvatoris et S. Mariae de Virtute abbatibus Cathalaunens. dioc. mandat, ut processum, quem Iohannes in Vineis et coniudices eius habuerunt contra abbatem de Sparnaco, confirment vel infirment prout fuerit de iure. iv non. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 60. — »Dilectus.«

» 4 | » | (5409a—25724) (Bonfilio) episcopo et dilectis (*sic!*) Senensibus significat, se nuper in basilica Principis apostolorum praesente F(riderico) Romanorum imperatore in celebratione missarum »postquam capiti suo imposuimus imperii diadema,« accensis candelis excommunicasse omnes haereticos utriusque sexus *etc.* Mandat eis, ut praescriptam sententiam per diocesim et civitatem suam solemniter publicari faciant. ii non. Ianr. a° 1°. ‖ Pecci Storia di Siena 197. — »Noverit universitas vestra.«

» 5 | » | (5410) *Pro* (dioc. Compostellanae in Hispania) *legatur* Tuscanensis. *Cf.* Pressutti Regesti 60. not.

» 5 | » | • (5411a—25725) Episcopo Agathensi significat, se eius personam et ecclesiam Agathensem cum omnibus bonis sub b. Petri protectione suscipere. Non. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 60. — »Iustis petentium.«

1217.

Ianr. 7 Laterani (5411b—25726) Episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum praelatis per Lombardiam constitutis mandat, ut invasores et molestatores conventus de Morimundo Cisterc. ord. Mediolan. dioc. censuris ecclesiasticis compescant. vii id. Ianr. a° 1°. ‖ Ughelli Ital. sacra IV. 197, *ubi* Honorio IV *perperam tribuitur.* — »Non absque dolore.«

» 7 » * (5411c—25727) Capitulo Neapolitano iniungit, ut eligat alium sibi pastorem, cum eius pastor ab onere pontificatus toties se petierit absolvi. vii id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 61. — »Dilectus.«

* P. subdiaconus et notarius papae renuntiat electioni de se factae ad episcopatum Neapolitanum.

» 7 » * (5411d—25728) Episcopo et capitulo Ladovensibus mandat, ut archidiaconatum S. Petri Ladovensis, cuius collatio ob eius nimiam vacationem secundum Lateranensis concilii statuta ad sedem apostolicam devoluta erat, Raimundo scriptori et familiari suo concedant. vii id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 61. — »Cum iuris.«

» 9 » * (5411e—25729) Episcopo et universis praelatis et clericis tam civitatum quam diocesum Viterbiensis, Tuscanensis, Centumcellensis atque Bledanae mandat, ut »cum per quemcumque locorum vestrorum legatum vel nuntium nostrum transitum habere contigerit, communis a vobis omnibus contributio fiat deinceps in procurationibus exhibendis hoc eodem servato si quando vestras sedes vacare contingat.« Unde ad recipiendum contributiones huiusmodi apud Viterbium archipresbyterum S. Laurentii, apud Tuscaniam priorem S. Mariae, apud Cornetum priorem S. Mariae de Castello, apud Vetrallam archipresbyterum Vetrallensem designat. v id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 62. — »Quoniam.«

» 9 » * (5411f—25730) Episcopo Agathensi concedit, ut unum vel duos de clericis beneficiatis in sua diocesi secum retinere possit, dum tamen ipsi clerici per sufficientes vicarios ecclesiis suis deservire faciant, quando in eius servitio commorantur. v id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 62. — »Ex parte.«

» 9 » * (5411g—25731) Episcopo et capitulo Agathensibus nuntiat, se Bonomo clerico vacantem ecclesiam contulisse quam b. m. R. de Rocca Fixa obtinuerit, eisque mandat ut illum in canonicum recipiant. v id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 62. — »Dilecto filio.« (?)

» 10 » * (5412a—25732) Abbati Tilieti Aquens. dioc. mandat, ut electionem abbatissae monialium S. Mariae de Letrono Cisterc. ord. de voluntate abbatis de Columba visitatoris earum peractam, si de persona idonea canonice celebrata fuerit, confirmet. iv id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 62. — »Ex parte.«

» 10 » * (5412b—25733) Gundisalvo familiari suo confirmat administrationem ecclesiae s. Vincentii de Monte a R. archiepiscopo Toletano concessam; litteras ipsius archiepiscopi super huiusmodi concessione per integrum refert. iv id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 62. — »Sacrosancta.«

» 10 » * (5412c—25734) Magistro et fratribus Militiae Templi confirmat sententiam Innocentii pp. III, quod videlicet, cum vinum ad vendendum de ipsorum vineis portare faciunt ad Compendium Suessionens. dioc., abbas et conventus Compendiensis rapagium, rotagium et foragium ab eis nequeant exigere et extorquere. iv id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 63. — »Iustis petentium.«

» 10 » * (5412d—25735) Abbati S. Iohannis in Vineis Suessionensi et magistris An. canonico Cremonensi et Obto de Sala Parisiis commorantibus mandat, ut praebendam in ecclesia Laudunensi Baiamundo nepoti Obiz: notarii Papae conferant. iv id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 63. — »Cum bonae.«

» 11 » * (5412e—25736) Abbati et conventui S. Arnulphi Metensis infirmat ius confirmandi personam in ecclesia de Cimineto a C. Metensi episcopo imperialis aulae cancellario et ab Elfon archidiacono Metensi eis, prout ad eos spectabat, concessum. iii id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 63. — »Cum a nobis.«

» 12 » * (5413a—25737) Abbati et priori S. Iohannis et Th. parvo canonico Laudunensibus mandat, ut accedant ad ecclesiam s. Laurentii Rosetensem Laudunens. dioc., ubi referentibus decano et capitulo eiusdem ecclesiae »tres constitutiones diversae pariter et adversae sunt diversis temporibus conditae« et super his quae sint revocanda revocent. ii id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 63. — »Dilectum.«

» 12 » * (5413b—25738) Noviomensi episcopo petente super litem contestatam tempore Innocentii III inter ipsum episcopum et ecclesiam s. Quintini de subiectione eiusdem ecclesiae statuit, ut dicta ecclesia eidem iure diocesano subiecta sit, in civilibus autem iurisdictionem non habeat nisi mediante decano. ii id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 63. — »Cum olim.«

* *In eundem fere modum* Episcopo Suessionensi, Longipontis et S. Crispini abbatibus Suessionens. dioc., ut sententiam observari faciant.

1217.

Ianr. 13 Laterani * (5413c—25739) Plebano et clericis plebis Capriliae confirmat sententiam ab A. subdiacono et capellano apostolico latam, qui irritavit quod factum fuit ab episcopo diocesano super exceptione prioratus S. Laurentii de Monte Guarcli (*sic!*) ab eorum plebatu et capellis s. Mariae de Montion et s. Marci de Poge, s. Georgii de Villole ad dictam plebem spiritualiter pertinentibus. Id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 64. — »B. iconomo.« *Cf.* n° 25749.

» 13 » * (5413d—25740) I. priori S. Oswaldi de Nostle (*sic!*) prohibet, ne ipse eiusque successores aliquem in canonicum recipiant aut de beneficiis ecclesiasticis disponere praesumant absque assensu capituli. Id. Ianr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 64. — »Ex parte.«

» 14 » * (5413e—25741) Declarat se praebendam in ecclesia Carnotensi vacantem concessisse magistro Bart. clerico cardinalis S. Adriani. xix kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 64. — »Sicut dilectus.«

» 15 » * (5413f—25742) Decano, magistro Simeoni archidiacono et Guidoni de Campania canonico Aurelianensibus mandat, ut moneant archipresbyterum et capitulum ecclesiae Bituricensis, ut infra 15 dies ad praebendam, quam Anitiensis episcopus in ipsa ecclesia habuit, magistrum Andream scriptorem papae admittant. xviii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 64. — »Non solum.«

» 16 » * (5413g—25743) Episcopo et capitulo Engolismensibus ad exemplar Innocentii pp. III institutionem decanatus suae ecclesiae confirmat. xvii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 65. — »Decus et decorem.«

» 16 » * (5413h—25744) Londonensi et Cicestrensi episcopis mandat, ut observari faciant concordiam initam inter Berengariam quondam Anglorum reginam et Iohannem b. m. Angliae regem super dote et arretagiis apostolico iam munimine confirmatam (*vid.* n° 5404b—25719). xvii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 65. — »Cum iudicis.«

» 16 » * (5413i—25745) Patriarchae Aquileiensi mandat, ut absolvat V. subdiaconum ecclesiae s. Felicis, qui rusticum modico baculo casualiter percusserat in capite, ex quo autem ictu rusticus paulo post expiraverat. xvii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 65. — »Ex tenore.«

» 16 » * (5413k—25746) Priori et fratribus hospitalis Hierosolymitani per regnum Angliae constitutis indulget, ut si quando in ecclesiis vacantibus, in quibus non ambigitur ipsos ius patronatus habere, praesentatos ab ipsis idoneos praelati admittere temere praetermittunt, ipsi auctoritate apostolica ecclesiarum illarum proventus interim in usus proprios convertere valeant. xvii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 65. — »Inter molestias.«

» 17 » * (5415) *Pro* »Ea nobis« *Pressutti l. c. 16 legendum esse ait* »Ea quae nobis«.

» 17 » (5417) *Post* 1217 § 76 *addatur:* Shirley Royal letters I. 527. n° 1.

» 17 » (5419) *Post* l. c. 625 *addatur:* Shirley l. c. 529. n° 2.

» 17 » (5419a—25747) Archiepiscopo decano et archidiacono Turonensibus in causa (Berengariae) quondam Angliae reginae contra nobilem virum W. de Guerchia (Wertia *Decr. H.*) detentorem castri Segreio ratione dotalitii pertinentis ad ipsam, quo per eum fuerat spoliata, mandata dat. xvi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 66; *sine nota chronol.* Decr. H-i lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 1 ed. Cironius 100; *int.* Decr. Greg. IX. lib. 2. tit. 2 *de foro comp.* c. 15 ap. Boehmer Corp. II. 232, *ad* a. 1220; ap. Richter Corp. II. 244. — »Ex parte charissimae.« — *Deleatur* n° 7744.

» 17 » * (5419b—25748) Episcopo Ambianensi mandat, ut moneat quosdam clericos suae diocesis ad recipiendum sacerdotii ordinem, qui ecclesias obtinent, quibus cura animarum adnexa est, et in eisdem ecclesiis faciunt per quosdam conductos ministrari; eumque hortatur ut ad hoc, si necesse fuerit, per subtractionem beneficiorum illos compellat. xvi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 65. — »Ad nostram.«

» 17 » * (5419c—25749) Episcopo et abbati S. Eugenii Senonensis mandat, ut observari faciant sententiam latam ab A. subdiacono et capellano suo super subtractione prioratus S. Laurentii de Monte Guardi (al. Guareli) (*sic!*) a plebatu ecclesiae de Caprilia factam ab episcopo diocesano, haec addens »quia vero de causis pro quibus antedictus episcopus prioratum ipsum dicitur exemisse nobis non potuit fieri plena fides, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus inquisita super his plenius et cognita veritate ea, quae inveneritis, nobis sub sigillis vestris fideliter transmittatis, ut quod super eis disponendum fuit per nos auctore Domino provide disponamus.« xvi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 66. — »B. iconomo.« *Cf.* n° 25739.

» 17 » * (5419d—25750) Episcopo et archidiacono in Hostrenam et praeposito Atrebatensibus mandat, ut cogant quosdam abbates et presbyteros Ambianensis diocesis ad obedientiam et reverentiam debitam episcopo Ambianensi, quosdam vero canonicos eiusdem diocesis ad ordines recipiendos. xvi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 67. — »Ex parte.« *Cf.* n° 25838.

» 17 » * (5419e—25751) Vintoniensi et Cicestrensi episcopis et Gualloni(!) tit. S. Martini presbytero cardinali A. S. legato mandat, ut impedientes executionem testamenti Iohannis

1217.

		regis Angliae, cuius isti erant executores, compescant. xvi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 67. — »Cum claro.«
Ianr. 17	Laterani	* (5419f—25752) Archiepiscopo Turonensi et episcopo et capitulo Cenomanensibus mandat, ne temere contra Berengariam quondam Anglorum reginam excommunicationis sententiam pronuncient, sed in eam, homines et terram ipsius benignitatem et mansuetudinem, qua decet Christi ministros, habeant. xvi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 67. — »Etsi opportune.«
» 18	»	* (5423a—25753) Magistro et fratribus Militiae Templi indulget, ut in terris quas populus christianus a Saracenorum manibus eripuerit, si ad ipsos iusto titulo fuerint devolutae, atque in eis quas ipsi auferre potuerint Saracenis, ecclesias, oratoria et coemeteria fabricare possint. xv kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 67. — »Vestris piis.«
» 18	»	* (5423b—25754) Abbati et conventui monasterii Noviltarensis Argentinens. dioc. adprobat ius confirmandi personam in ecclesia de Abocort Metens. dioc. a Metensi episcopo imperialis aulae cancellario et ab Elfon archidiacono Metensi ipsis concessum. xv kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 68. — »Cum a nobis.«
» 18	»	* (5423c—25755) Hostiensi et Velletrensi episcopo concedit, ut possit commutare votum emissum a rege Hungariae de ieiunando singulis diebus Veneris in pane et aqua. xv kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 68. — »Carissimus.«
» 18	»	* (5423d—25756) Praeposito plebis de Brissio Mediolanens. dioc. significat, se relaxasse sententiam suspensionis latam contra clericum Salinum, qui praeceptatus fuerat propter receptionem litterarum falsarum, cum non probetur eumdem scivisse illas fuisse falsas. xv kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 68. — »Illo qui.«
» 18	(»)	* (5423e—25757) Im Streite zwischen Cremona und dem Abte von S. Sisto von Piacenza. ‖ Göttinger gel. Anzeigen 1873. p. 1685. not.
» 19	»	* (5426a—25758) Abbati et conventui S. Mariae Novi Monasterii iuxta Neaplium (*sic!*) intimat, se eorum personas et monasterium ipsum cum omnibus bonis sub apostolica protectione recepisse. xiv kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 68. — »Sacrosancta.«
» 19	»	* (5426b—25759) Cicestrensi, Bathoniensi et Oxoniensi episcopis intimat, quanto magis regina Angliae per obitum Iohannis regis viri sui solatio destituta sit, tanto magis se desiderare ut illius iustitiae conserventur, eisque mandat ut in regno Angliae compescant illos, qui eam molestare praesumpserint super possessionibus et aliis bonis. xiv kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 68. — »Quanto carissimam.«
» 20	»	* (5426c—25760) Reginae Angliae condolet de obitu Iohannis regis viri sui eamque recipit in protectionem. xiii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 69. — »Quanto.«
» 20	»	* (5427a—25761) Abbati et conventui Clarevallensi Cisterc. ord. concedit, ut in locis in quibus ius pascendi fuerint legitime assecuti, nemo ius illud de cetero emere vel quomodolibet acquirere seu usurpare praesumat in eorum praeiudicium et gravamen. xiii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 69. — »Cum a nobis.«
» 22	»	* (5429a—25762) Cameracensi episcopo mandat, ut irritet promissiones factas de beneficiis non vacantibus contra decreta Lateranensis concilii. xi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 69. — »Sicut ea.«
» 23	»	* (5430a—25763) Canonicis S. Mariae et S. Gaugerici Cameracensibus nuntiat, se episcopo Cameracensi facultatem concessisse, ut monasteria et ecclesias ei lege diocesana subiectas tam in capitibus quam in membris reformet; deinde ait »mandamus ut ad exhortationes et monita decanorum vestrorum, quae in vobis reseranda fuerint, infra 40 dies post monitionem eiusdem episcopi reseretis vel per ipsos emendetis in melius quae fuerint emendanda, alioquin ad id eumdem episcopum vos compelli volumus.« x kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 69. — »Cum de prudentia.«
» 23	»	* (5430b—25764) Episcopo Cameracensi mandat, ut det operam reformationi Lobiensis, Malbodiensis, Fidemensis(?), s. Andreae de Castello et aliorum monasteriorum nigri ordinis ei lege diocesana subiectorum. x kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 69. — »Etsi curam.«
» 23	»	* (5430c—25765) Abbati et conventui Fusniacensibus Cisterc. ord. indulget, ut festum dedicationis ecclesiae suae possint a die b. Brixii ad alium transferre. x kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 70. — »Cum ecclesiae.«
» 25	»	* (5433a—25766) Cantori, succentori et A. canonico Noviomensibus mandat, ne permittant W. de Avennis cruce signatum cum uxore familia et omnibus bonis suis molestari. viii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 70. — »Cum dilectus.«
» 26	»	* (5434a—25767) W. de Avennis scribit, se sub apostolica protectione personam, iura et bona eius, dum ad Terram sanctam se transferat, esse recepturum. vii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 70. — »Quod non immemor.«
Ianr. 26	Laterani	* (5434b—25768) S. Crispini Maioris et S. Iohannis in Vineis abbatibus et decano S. Gervasii Suessionensibus iniungit, ut inquirant de lite inter A. abbatem monasterii Darvensis et episcopum Cathalanensem circa libertatem et exemptionem eiusdem monasterii vertente; mandat eis, ut revocent in statum debitum quidquid post appellationem abbatis ad sedem apostolicam ab episcopo Cathalanensi attemptatum fuerit, et postmodum causam sufficienter instructam ad papam remittant. vii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 70. — »Dilecti.«
» 27	»	* (5435a—25769) Capitulo Capuano mandat, ut recipiant in canonicum magistrum Thomam clericum, cui Innocentius III praebendam b. mem. Aczonis canonici Capuani contulerat. vi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 70. — »Cum felicis.«
» 27	»	* (5435b—25770) Priori et canonicis S. Mariae novae Viterbiensis confirmat concessionem hospitalis in eorum parochia siti et ecclesiae s. Mariae de Castellione ab episcopo Viterbiensi eis factam. vi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 71. — »Iustis petentium.«
» 27	»	* (5435c—25771) Episcopo et abbati Fusillensi Placentin. dioc. et decano Toletano mandat, ut compellant Iudaeos ad exequenda quae in concilio generali circa eos statuta sunt, praesertim de distinctione habitus. vi kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 71. — »Cum in generali.«
» 28	»	* (5437) *Hic numerus latine sic:* Abbati et priori S. Genovefae Parisiensis et magistro G. canonico Bituricensi Parisiis commoranti scribit, Blancam comitissam Campaniae dolere quibusdam abusibus quos archiepiscopus Senonensis et quidam suffraganei eius ac officiales eorum in terram et homines suos exercent: mandat ut audiant hinc inde praeposita causamque definiant, alioquin eamdem sufficienter instructam ad sedem apostolicam remittant assignato partibus termino competenti quo se apostolico conspectui repraesentent. v kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 71. — »Cum olim.«
» 28	»	* (5437a—25772) Cameracensi episcopo indulget, ut canonici, quos de s. Mariae vel s. Gaugerici ecclesiis pro suis vel ecclesiae suae negotiis procurandis in officiales duxerit advocandos, quotidianas distributiones percipiant veluti si personaliter in eisdem ecclesiis deservirent. v kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 71. — »Solet annuere.«
» 28	»	* (5437b—25772 bis) Episcopo Tolosano requirenti licentiam cedendi episcopatum vel saltem dividendi diocesim neutrum concedit. v kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 72. — »Ex parte tua.«
» 30	»	* (5440a—25773) Magistro fratrum Militiae Templi in Hispania constitutis mandat, ut circa causam inter ipsos et episcopum Ulixbonensem super iure episcopali in ecclesia de Tomar executionem habeat sententia ab Innocentio III promulgata (*vid.* n° 3736a), qua illos ab omni iurisdictione praefati episcopi omnino liberos et exemptos iudicavit. iii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 72. — »Quoniam.«
» 30	»	* (5440b—25774) Senonensem archiepiscopum redarguit, quod aliquos nec citatos nec monitos excommunicationis laqueo innodaverit et castrum Pravinum ad Blancam comitissam Campaniae filiumque eius pertinens supposuerit sine iusta causa ecclesiastico interdicto. iii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 72. — »Quando praesentiam.«
» 31	»	* (5444a—25775) Abbati et priori Genovefae Parisiensis et magistro C. canonico Bituricensi Parisiis commoranti praecipit, ut — si circa sententiam excommunicationis latam ab archiepiscopo Senonensi in Blancam comitissam Campaniae propter captionem H. de Champleto (Champlost *Jubainv.*) crucesignati constiterit, praefatam comitissam iuramentum obtulisse quod ipsa nec capi fecerat nec praeceperat crucesignatum praedictum, nec sciverat nec sciebat quis cepisset vel detineret eumdem, vel alias ex parte ipsius comitissae fuisse legitime appellatum — dictam excommunicationis sententiam nullam habeant, et audiant postmodum causam, si quid remanserit quaestionis, eamque decidant. ii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 73. — »Dilectus.« *Cf.* n° 5446, *ubi idem gallice ad* Febr. 1.
» 31	»	* (5444b—25776) Episcopo Portugalensi confirmat concessionem a Tharasia Portugalensi regina filia imperatoris Ildephonsi factam ex testamento Hugoni episcopo et ecclesiae Portugalensi de civitate Portugaliae cum omnibus pertinentiis et cum ecclesia s. Petri et Rotundela et Busto et castro quod vulgo dicitur Luneta cum omnibus pertinentiis suis, et Germiadi, quae primitus soror eius regina Urtaca donaverat. ii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 73. — »Iustis petentium.«
» 31	»	* (5444c—25777) Priori Grandimontensi concedit, ut possit visitare et corrigere fratres ordinis suis. ii kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 73. — »Si ordinis.«
Febr. 1	»	* (5446a—25778) C. tit. S. Laurentii in lucina presb. cardinali indulget, ut quotiescumque aliquos clericos in eius capellis a papa contigerit ordinari, in nullo iure ei ex ordinatione huiusmodi derogetur Kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 73. — »Cum plerumque.«
» 1	»	* (5446b—25779) Lugdunensi et Viennensi archiepiscopis mandat, ut archidiacono Lugdunensi, qui haereticorum fuerat defensor, si super excessibus notoriis pro quibus sit

1217.

excommunicationis vinculo innodatus emendam praestiterit competentem et cautionem, beneficium absolutionis impendant; alias eum singulis dominicis diebus et festivis excommunicatum publice denuntient. Kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 74. — »Iam debuerat.«

Febr. 1 Laterani * (5446c—25780) Episcopo, decano et capitulo Engolismensibus mandat, ut P. Guilloudrum clericum, qui litterarum studio diutius insudavit et laudabiliter noscitur profecisse, in canonicum recipiant. Kal. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 74. — »Etsi quilibet.«

» 3 » * (5447a—25781) Cameracensi episcopo confirmat possessiones, libertates, immunitates, iura et privilegia a Romanis imperatoribus et regibus ipsi ipsiusque ecclesiae concessa. iii non. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 74. — »Iustis petentium.«

» 3 » * (5447b—25782) Noviomensi episcopo confirmat indulgentias in concilio generali Lateranensi crucesignatis concessas. iii non. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 74. — »Cum in generali.«

» 4 » * (5447c—25783) Archiepiscopum Salseburgensem obiurgat, quod Walt. monachum monasterii s. Lamberti »causa electionum factarum de ipso et Wolch monacho in monasterio memorato pendente coram iudicibus a sede apostolica delegatis, in ecclesia capi tyrannica feritate ... et retrudi in carcerem graviter vulneratum« fecerit; praefatum Wolch in abbatem post appellationem benedixerit; sententiam excommunicationis in quosdam monachos eiusdem monasterii promulgans iurisdictionem sibi indebitam usurpaverit, cum idem monasterium ad sedem apostolicam nemine mediante pertineat. Mandat ei, ut praefatum Walt. sine dilatione libertati restituat, nec impediat, quominus causam suam coram praefatis iudicibus libere prosequatur *etc.* ii non. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 74. — »Cum ea.«

* *Scriptum est super hoc* Decano Pataviensi et praeposito Maticensi Pataviens. dioc., ut ab archiepiscopo Salseburgensi praedicta observari faciant.

» 6 » * (5447d—25784) Abbati de Retorta Palentin. dioc. et priori S. Iohannis et G. rectori de Sales canonico Burgensi mandat, ut ad ecclesiam Palentinam personaliter accedant et inquirant de quadam constitutione tempore b. m. A. episcopi Palentini super distributione reddituum inter canonicos facienda, eisque praecipit ut huiusmodi constitutionem si in praeiudicium eiusdem invenerint, revocent. viii id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 75. — »Intelleximus.«

» 7 » * (5448a—25785) B. reginae Danorum confirmat donationem propter nuptias ei a rege factam. vii id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 75. — »Iustis petentium.«

» 8 » * (5449a—25786) Comitissae S. Pauli indulget, ut, cum terra viri sui absque culpa praedictae comitissae supposita fuerit interdicto, liceat ipsi divinis officiis interesse clausis ianuis *etc.* vi id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 75. — »Illi precibus.«

» 8 » * (5449b—25787) Tullensi episcopo, B. Remensi et T. Ambiano archidiaconis mandat, ut provisionem annuam 400 librarum reducant ad summam 200 librarum pro G. quondam Cathalaunensi episcopo, qui episcopatum resignaverat de assensu Innocentii pp. III. vi id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 76. — »Ex insinuatione.«

» 8 » * (5449c—25788) R. archiepiscopo Toletano confirmat plures ecclesias cum decimis omnium reddituum regalium. vi id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 76. — »Cum a nobis.«

» 8 » * (5449d—25789) Bertrando tit. SS. Iohannis et Pauli presb. cardinali apostolicae sedis legato in Gallia significat, praepositum et capitulum ecclesiae Arelatensis in locum M. quondam Arelatensis archiepiscopi (cuius papa cessionem receperat) postulasse sibi in pontificem Hugonem Vaspiacensem episcopum. Mandat ei, ut postulationem diligenter examinet et, si eamdem invenerit de persona idonea canonice celebratam confirmet. vi id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 76. — »Iam ex litteris.«

» 9 » * (5454a—25790) Archiepiscopo Toletano confirmat plures domos, vineas, molendina, furnum et alia quae sigillatim recensentur. v id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 76. — »Cum a nobis.«

» 9 » * (5454b—25791) Priori S. Victoris mandat, ut privet collatione beneficiorum Senonensem archiepiscopum, qui adolescentibus et indignis ea contulerat. v id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 76. — »Si quantitati.«

» 9 » * (5454c—25792) Archiepiscopis et episcopis per Tusciam, Lombardiam, Romaniolam et Sardiniam constitutis mandat, ut defensioni ecclesiasticorum invigilent ac specialiter monachorum Vallumbrosanae congregationis. v id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 77. — »Non absque dolore.«

» 10 » * (5454d—25793) Priori et fratribus S. Fridiani Lucanis prohibet, quominus possessiones et thesauros suae ecclesiae nisi pro manifesta necessitate et consideratione maioris commodi absque consilio maioris et senioris partis capituli distrahant. iv id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 77. — »Licet de statu.«

» 10 » * (5454e—25794) Magistro et fratribus Militiae Templi in Hispania confirmat castra Rodani et Castelbancae in frontaria Saracenorum in regno Portugalliae, eaque sub b.

1217.

Petri protectione suscipit pro annuo censu unius unciae auri sibi suisque successoribus persolvendo. iv id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 77. — »Cum a nobis.«

Febr. 10 Laterani * (5454f—25795) Eisdem confirmat ecclesiam s. Iacobi Sanctarensis eamque sub b. Petri protectione recipit sub annuo censu unius unciae auri sibi suisque successoribus persolvendo. iv id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 77. — »Iustis petentium.«

» 10 » * (5454g—25796) Episcopo Torcellano et priori S. Crucis, et Petro Pin: subdiacono suo canonico S. Marci de Venetiis mandat, ut dent licentiam abbati et fratribus S. Stephani de Carraria transferendi monasterium ad alium locum, cum in loco, ubi nunc commorantur, multis molestiis et multiplicibus exactionibus ab I. de Carraria indebite molestentur. iv id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 78. — »Insinuantibus.«

» 11 » * (5456a—25797) Patriarchae Constantinopolitano mandat, ut sententiam excommunicationis contra G. de Villarduini et O. de Rocca sine rationabili causa et contra generalis concilii statuta promulgatam relaxet; alioquin ab abbate de Dasin Cisterc. ord. Atheniens. dioc., priore Dominici Templi Atheniensis et a decano Davaliensi eas relaxare faciet. iii id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 78. — »Ex parte.«

» 12 » * (5457a—25798) Archiepiscopo Beneventano praecipit, ut compellat »Alderanum Pantasiae canonicum Beneventanum ad dimittendam ecclesiam s. Angeli ad Caballum ad cancellariam curiae Beneventanae spectantem, quam contra consuetudinem aliarum parochialium ecclesiarum cancellariae praedictae ac contra instituta concilii generalis detineat occupatam, cum aliam habeat parochialem ecclesiam et in illa nolit personaliter deservire.« ii id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 78. — »Etsi omnia.«

» 13 » * (5457b—25799) Archiepiscopo Toletano et suffraganeis eius mandat, ut solvant vigesimam ecclesiasticorum proventuum pro Terra sancta iuxta litteras eis datas ab Innocentio III praedecessore suo. Id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 78. — »Cum felicis.«

* *In eundem modum* Archiepiscopo Compostellano et suffraganeis. *Item* Burgensi et Legionensi archiepiscopis.

» 13 » * (5458a—25800) Io. abbati monasterii s. Petri Corbeiensis confirmat privilegia Romanorum pontificum Nicolai, Benedicti, Leonis, Urbani, Pascalis, Innocentii II, Eugenii, Adriani, Clementis, Coelestini et Innocentii III: asserit idem monasterium ad ius et proprietatem b. Petri specialiter pertinere. Id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 79. — »Apostolicae sedis.«

» 13 » * (5458b—25801) Lingonensi episcopo mandat, ut cessionem Virdunensis episcopi ob incommoda senectutis et defectus alios emissam recipiat, eumque absolvit ab excommunicatione qua eum P. tit. S. Pudentianae presb. cardinalis A. S. L. adstrinxerat. Id. Febr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 79. — »Sentiens.«

» 14 » * (5459a—25802) Abbati de Dalphano Atheniens. dioc. et priori Dominici Templi Atheniensis et decano Davaliensi exponit, se archiepiscopo et capitulo Thebanis referentibus intellexisse »quod CP. patriarcha in ipsius archiepiscopi grave praeiudicium audientiam omnium quaestionum sibi contra iustitiam vindicat in sua provincia, quae ad ipsum per appellationem minime deferuntur: clericos et parochianos eorum, inconsultis praelatis ipsis, excommunicans et excommunicatos absolvens, satisfactione non exhibita competenti neque praestito iuxta formam ecclesiae iuramento: personatus etiam et praebendas quas in eorum ecclesiis vacare contigit pro suae voluntatis arbitrio clericis conferendo, quamquam conferendi potestas ad ipsum per canonicum processum temporis minime devolvatur, et sic videtur fungi vice legati, cum hoc sibi nec per aliquod privilegium sit concessum nec per mandatum sedis apostolicae speciale: ad haec in Thebana provincia suum procuratorem constituit ut iurisdictionem possit ibidem indebitam exercere.« Mandat eis, ut inquirant super his veritatem ac, si de partium voluntate processerit, sententialiter procedant, alioquin causam sufficienter instructam sibi remittant. xvi kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 79. — »Ex insinuatione.«

» 14 » * (5459b—25803) Eisdem mandat, ut inquirant et iudicium proferant super querela capituli et archiepiscopi Thebani qui exposuerant »quod patriarcha Constantinopolitanus ipsos ecclesia b. Mariae in foro Thebarum et quibusdam aliis contra iustitiam spoliavit.« xvi kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 80. — »Sua nobis.«

» 14 » * (5459c—25804) Eisdem mandat, ut inquirant et de partium voluntate dirimant causam inter archiepiscopum Thebanum et patriarcham Constantinopolitanum, qui »dudum ad Thebanam civitatem accedens quaedam ipsius civitatis monasteria ex eo diceret patriarchalia esse et ad se nullo medio pertinere, quod in eorum singulis crucem invenit quam patriarcha Graecus in signum orationis quae ibidem pro eo singulis diebus debebat fieri posuerat in eisdem, ac dictus archiepiscopus hoc negaret.« xvi kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 80. — »Ex insinuatione.«

» 14 » * (5459d—25805) Abbati et capitulo S. Frontonis Petragoricensis iniungit, ut recipiant in canonicum Raimundum clericum, qui »pro comparanda incomparabili scientiae marga-

1217.

rita, quae domum Domini decorat, labores multos subiit et expensas.« xvi kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 80. — »Adscripti militiae.«

Febr. 15 Laterani * (5461 a — 25806) Abbati de Columba nuntiat, se praebendam, quam in ecclesia Placentina habuerit magister Albertus de Pado, contulisse R. de Cummula, eique mandat, ut, si praefatam praebendam sacerdotalem a retroactis temporibus esse constiterit, iniungat canonico supradicto ut se temporibus debitis in presbyterum ordinare faciat. xv kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 81. — »Ex parte.«

» 15 » * (5461 b — 25807) Episcopo Parisiensi indulget, ut Philippum Noviomensem archidiaconum vocare possit ad ecclesiam Parisiensem non obstante quod a b. m. Philippo Parisiensi archidiacono genitus fuerit, dummodo eius vocatio ipsi ecclesiae sit profutura. xv kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 81. — »Per tuas.«

» 15 » * (5461 c — 25808) Priori de Cordanicis et archipresbytero Argenteriae Uticens. et Vivariens. diocc. exponit statum quaestionis priorum de Coliaco et S. Martini canonicorum Uticensium contra praepositum Uticensem, qui contra statutum in concilio apud Montem Pessulanum habito a P. tit. S. Laurentii in Damaso tunc S. Mariae in Aquiro A. S. L. »ecclesias prioratibus unitas separare molitur.« Mandat eis, ut huiusmodi casum examinent et decidant. xv kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 81. — »Dilecti filii.«

» 18 » (5462) *Huic numero unias, quae sub* n° 7852 *leguntur.*

» 18 » * (5464 a — 25809) Abbati S. Auberti et magistris R. et Simoni canonicis Cameracensibus mandat, ut I. subdiacono, si idoneus sit et ecclesiastico beneficio non indignus, in aliqua ecclesiarum Laudunensium de competenti beneficio praebendali provideant. xii kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 82. — »Lecta coram nobis.«

» 19 » * (5465 a — 25810) Archiepiscopis et episcopis ad quos literae istae pervenerint commendat ordinem SS. Trinitatis. xi kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 82. — »Cum iuxta verbum.«

» 20 » * (5466 a — 25811) Sikelgradam abbatissam et moniales S. Mariae de Capua cum bonis et monasterio sub apostolica protectione recipit. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 82. — »Pro fragilitate.«

» 20 » * (5466 b — 25812) Capitulo Portugalensi confirmat initam concordiam inter ipsos et archiepiscopum et capitulum Compostellanos super causa quorumdam votorum et interdicti quae ab Innocentio III ad O. decanum, P. et archidiaconum Auriensem commissa fuerat. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 82. — »Cum a nobis.«

» 20 » * (5466 c — 25813) I. presbytero ecclesiae s. Mariae in Gariuntii eiusque fratribus ad exemplar Coelestini pp. III constitutionem, qua in eorum conventu quinarius fratrum numerus habetur, confirmat. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 82. — »Iustis filiorum.«

» 20 » * (5466 d — 25814) Priorem et capitulum SS. Iohannis et Pauli Tudertinos et ecclesias eorum cum omnibus bonis sub b. Petri protectione recipit. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 83. — »Iustis petentium.«

» 20 » * (5466 e — 25815) Archiepiscopo et capitulo Thebanis confirmat institutionem ab ipsis super duodecimo canonicorum numero in posterum observando factam. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 83. — »Nobis humiliter.«

» 20 » (5466 f — 25816) Urbevetano episcopo indulget »ut cum crucesignatis suae diocesis qui vel senectute aut infirmitate, sive paupertate multa gravati non possunt personaliter exequi votum crucis prout eorum saluti et Terrae sanctae succursui« viderit expedire, dispenset. x kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 84. — »Cum Dominus.«

* *In eundem modum* Balneoregensi episcopo.

» 22 » (5468 a — 25817) Priori et clericis SS. Iohannis et Pauli Tudertinis, inter quos ex parte una et abbatem S. Petri de Monte Spoletan. dioc. ex altera super tertia parte oblationum et possessionum capellae s. Hilarii et cellarum ipsius et quibusdam aliis quaestio vertebatur, super his mandata dat. (viii kal. Mart. a° 1° Pressutti l. c. 83.) *Sine nota chronol.* ‖ Decr. H-i lib. 5 *etc. Reliqua addas ex* n° 7858.

» 22 » * (5468 b — 25818) B. tit. SS. Iohannis et Pauli presbytero card. A. S. L. concedit, ut cum in aliqua provincia vel diocesi moram contingerit trahere longiorem, liceat ipsi si necessitas evidens postulaverit ab ecclesiis alterius provinciae vel diocesis procurationes exigere, ita quod numerus procurationum numerum dierum quibus huiusmodi moram faceret non excedat. viii kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 84. — »Licet in constitutione.«

» 24 » * (5469 a — 25819) Mediolanensi electo mandat, ut R. de Cumula canonico Mutinensi praebendam in ecclesia Placentina, quae curam exigit proprii sacerdotis assignari faciat, si ille voluerit in presbyterum ordinari. vi kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 84. — »Cum tibi.«

» 25 » * (5470 a — 25820) Regibus, comitibus et aliis terrarum principibus ad quos litterae istae pervenerint commendat ordinem SS. Trinitatis. v kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 85. — »Cum iuxta.«

1217.

Febr. 25 Laterani * (5470 b — 25821) Universis Christifidelibus commendat eundem ordinem. v kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 85. — »Quoniam.«

» 25 » (5473 a — 25822) Archiepiscopo Senonensi et suffraganeis eius mandat, ut capitula cathedralia »ad concilia provincialia invitari debeant et eorum nuntii ad tractatus admitti, maxime super illis quae ipsa contingere capitula dignoscuntur.« (v kal. Mart. a° 1° Pressutti l. c. 85.) *Sine noto chronol.* ‖ Decr. H-i *etc. Reliqua addas ex* n° 7796.

» 25 » * (5473 b — 25823) P. Andreae priorem ecclesiae s. Salvatoris de Castro Tollon. cum omnibus bonis sub b. Petri protectione recipit, specialiter autem dictam ecclesiam una cum ecclesia s. Marci ad illam pertinente eidem confirmat. v kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 85. — »Cum a nobis.«

» 27 » * (5474 a — 25824) Rectoribus et populo Massiliensibus spiritum cons. san. Invehit in eos quod extent de haeresi suspecti ob graves excessus, quos in presbyteros, episcopum, ecclesias, cruces committebant. iii kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 85. — »A Massilia.«

» 27 » * (5474 b — 25825) Seguntino et S. Mariae de Barrazin episcopis et archidiacono Seguntino iniungit, ut moneant S. comitem regni Aragonum regis filii procuratorem, ut Aegidio de Zagra expensas omnes restituat ab eo factas pro castrorum custodia, quae in frontaria Saracenorum a P. rege Aragonum ei commendata fideliter cum propriis sumptibus hactenus conservavit. Alioquin dicto nobili facultatem concedant tamdiu castra eadem retinendi, donec iuxta eorum taxationis arbitrium de factis et faciendis pro ipsis castris expensis competenter satisfactum fuerit. iii kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 85. — »Ad aures.«

» 27 » * (5474 c — 25826) Magistrum et fratres Domus Dei de Prissigniaco cum omnibus bonis sub b. Petri protectione recipit, specialiter autem possessiones, quas nobilis mulier E. de Prissigniaco eidem domui contulit et alia bona eis confirmat. iii kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 86. — »Cum a nobis.«

» 28 » (5475. 77. 78. 79) *Addatur:*

* *In eundem modum* Patriarchis Aquilegensi, Gradensi et suffraganeis eorum — Archiepiscopis et episcopis Siciliae, Calabriae, Apuliae et Terrae Laboris — Archiepiscopis Iadrensi, Spalatensi, Ragusiensi, Coloniensi, Bremensi, Magdeburgensi, Salzeburgensi, Trevirensi, Tarantasiensi, Bisuntino, Ebredunensi, Aquensi, Arelatensi, Viennensi, Lugdunensi, Senonensi, Remensi, Rothomagensi, Turonensi, Bituricensi, Burdegalensi, Auxitano, Narbonensi, Cantuariensi, Eboracensi, Nidrosiensi, Dublinensi, Armachano, Castellensi, Tuamensi, Calaritano, Turritano, Arborensi et suffraganeis eorum — necnon episcopis Tusciae, Marchiae Spoletanae, Campaniae — Episcopis et abbatibus exemptis per Siciliam constitutis — Episcopis et abbatibus exemptis Apuliae et Terrae Laboris — Capitulo et episcopis suffraganeis ecclesiae Ravennatensis — Abbati et Conventui Casinensi — Episcopis et abbatibus exemptis Lombardiae — Electo Mediolanensi — Episcopis et abbatibus exemptis Teutoniae, regni Franciae — Abbatibus exemptis Hiberniae et Scotiae. ‖ Pressutti l. c. 86.

» 28 » (5480) *Pro* Sine signo chronol. *scribatur:* ii kal. Mart. a° 1° — *Post* l. 30 *addatur:* Mittelrheinisches UB. III. 64. n° 62.

» 28 » * (5480 a — 25827) Decano et capitulo Nigellensibus Noviomens. dioc. mandat, ut in canonicum recipiant magistrum P. de Capi clericum. ii kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 86. — »Dilectus filius.«

Mart. 1 » * (5480 b — 25828) Archiepiscopo Rothomagensi mandat, ut dispenset G. Martel clericum filium W. Martel super constitutione illa concilii Lateranensis »ne quis diversas dignitates ecclesiasticas vel plures patriarchales ecclesias recipiat,« circumstantiis et meritis personae inspectis. Kal. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 87. — »Qui propriae.«

» 2 » * (5480 c — 25829) Magistrum et fratres Domus leprosorum de Corputen: Cenomanens. dioc. cum omnibus bonis sub b. Petri protectione recipit. vi non. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 87. — »Sacrosancta Romana.«

» 2 » * (5480 d — 25830) Nicolao Mancino de S. Germano confirmat terram ad vineas dominicas, quas S. Casinensis abbas ipsi de assensu conventus sui, libellario nomine, sub certo censu ad vitam concessit. vi non. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 87. — »Cum a nobis.«

» 2 » * (5480 e — 25831) Episcopo Silvanectensi et abbati S. Genovefae mandat, ut compescant Erardum de Brena, qui bellum movet contra Theobaldum comitem Campaniae, cum exinde impediatur succursus Terrae sanctae contra statuta concilii Lateranensis. vi non. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 87. — »Anima nostra.«

* *In eundem fere modum* Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae constitutis.

» 3 » (5481 a — 25832) Praeposito et capitulo Magalonensibus indulget, ut, si quando eorum parochiani decimas retinere praesumpserint, illos ad persolvendum compellant. v non. Mart. a° 1°. ‖ Mém. de la soc. archéol. de Montpellier V. 552. n° 28. — »In audientia nostra.«

1217.

Mart. 3	Laterani	* (5481b—25833) Magistrum et fratres Domus hospitalis de Vigneto Laudunens. dioc. cum omnibus bonis sub protectione b. Petri recipit. v non. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 88. — »Iustis petentium.«
» 4	»	* (5482a—25834) Abbati et conventui S. Conventii Perusini nuntiat, se confirmare G. quondam eorum monasterii abbati ecclesias s. Apollinaris et s. Nicolai de Spina, quibus Albanensis episcopus pro eius sustentatione de mandato ipsius papae eumdem providit. iv non. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 88. — »Cum venerabilis.«
» 5	»	* (5484a—25835) C. praepositum ecclesiae Lausanensis, cum a pueritia fuerit unius oculi lumine destitutus et apostolicae consolationis subsidium impertiatur, sub b. Petri protectione recipit, specialiter autem praeposituram ecclesiae Lausanensis quam per 15 annos et amplius pacifice possidet, ei confirmat. iii non. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 88. — »Iustis petentium.«
» 5	»	* (5484b—25836) Iohanni abbati S. Salvatoris de Ficeclo significat, se ratam habere et confirmare sententiam, quam Bennus plebanus de Castello Florentino super institutione plebanae ecclesiae s. Iohannis in Ficeclo pro dicto monasterio contra Guidonem vicecomitem de Ficeclo et Guidonem quondam Guiliccionis, et Rubertinum Ducis consules de Ficeclo ex mandato Innocentii (III) promulgaverit. iii non. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 88. — »Iustis petentium.«
» 6	»	(5488) *Post* l. c. § 88 *addas: cf.* Pressutti l. c. 89, *qui praebet* dat. iii non. Mart. a° 1° *et initium* »Illius vicem.«
» 8	»	* (5493a—25837) Iacobo Balbo procuratori ecclesiae s. Marci de Venetiis indulget rogatu ducis Venetorum, ut »lapsus ei temporis non obsistat quominus possessionem recuperare« possit ecclesiae s. Marci de Tyro, quae per Innocentium pp. III extiterit causa custodiae archiepiscopo Tyrensi assignata; cum dicto archiepiscopo pro causa necessaria nunc absente in praesentiarum assignari non possit eadem possessio. viii id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 89. — »Nobis humiliter.«
(» 8)	(»)	(5493b) *Huic numero subiungas, quae* p. 667 *in* n° 7751 Archiepiscopo Tyrensi *directa sine signo chronologico leguntur.*
» 10	»	* (5494a—25838) Episcopo et archidiacono in Hostrovan et praeposito Atrebatensibus exponit, decani electores in Ambianensi ecclesia in duas partes abiisse, quarum una cum N. cancellario Ambianensi, altera cum archidiacono tenuerit. Mandat eis, ut partes convocent, causam definiant. vi id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 89. — »Dilectus filius.« *Cf.* n° 25750.
» 10	»	* (5494b—25839) B. tit. SS. Iohannis et Pauli presb. cardinali A. S. L. exponit, Innocentium pp. III cui supplicatum fuerat a consulibus et aliis laicis de villa Montis Pessulani Magalonens. dioc., ut in quinque vel quatuor ecclesiis eiusdem villae dare faceret poenitentias et ecclesiastica sacramenta, permisisse Magalonensi episcopo, ut super his taliter provideret, quod exinde non emergeret periculum animarum. Addit, episcopum dictum in praeiudicium S. Firmani, sedis apostolicae appellatione comtempta, capellam s. Mariae infra s. Firmini parochiam constitutam de facto baptismalem et parochialem instituisse. Mandat ei, ut irritet quidquid post appellationem idem episcopus contra priorem eiusdem ecclesiae attemptaverit. vi id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 90. — »Ex insinuatione.«
» 11	»	* (5495) *Post* IV. 116 *addatur:* Pressutti l. c. 90, *praebet autem* vi id. Mart. a° 1° *et initium* »Dignum est.«
» 11	»	* (5495a—25840) Archiepiscopo et archidiacono Redonensibus et sacristae S. Pauli Narbonensis significat, se, referente electo Elnensi, intellexisse »quod abbas et conventus S. Michaelis de Coxano et quidam alii religiosi Elnensis diocesis usurariorum et excommunicatorum corpora tradant ecclesiasticae sepulturae in praeiudicium eiusdem ecclesiae; sacerdotes instituant in ecclesiis quae ad eos pleno iure non pertinent *etc.* Mandat eis, ut partibus convocatis quaestionem super hoc dirimant. v id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 91. — »Querelam.«
» 11	»	* (5495b—25841) Archiepiscopo Narbonensi mandat, ut quae de bonis Elnensis ecclesiae alienata invenerit illicite vel distracta, ad ius et proprietatem ipsius legitime revocet. v id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 91. — »Dilectus filius.«
» 11	»	* (5495c—25842) Abbatissae et conventui monasterii Fontis Ebraudi Pictavens. dioc. redditus libertates et possessiones a comitibus Andegavensibus eis concessas confirmat. v id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 91. — »Iustis petentium.«
» 11	»	* (5495d—25843) Eisdem terram quae vocatur Saucheria et possessiones alias ac redditus a Margherita domina Herriae ipsis concessas confirmat. v id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 91. — »Iustis petentium.«
» 11	»	* (5495e—25844) Capitulo Segobiensi et universis clericis et laicis tam civitatis quam diocesis Segobiensis mandat, ut intendant archiepiscopo Toletano cui, aegrotante episcopo Segobiensi, provisionem et curam ecclesiae Segobiensis in spiritualibus et temporalibus commiserit. v id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 91. — »Cum ex infirmitate.«

1217.

		* *In eodem fere modo* scriptum eidem Archiepiscopo.
Mart. 13	Laterani	(5495f—25845) Potestati et populo Senensibus (Hugonem) Hostiensem episcopum commendat. iii id. Mart. (a° 1°). ‖ Pecci Storia di Siena 199. — »Inter ceteros nostrae.«
» 14	»	(5496) *Hoc regestum deleatur; vid.* n° 6007.
» 14	»	* (5497a—25846) Archiepiscopis et episcopis significat, se confirmare privilegia monasterii b. Mariae Magdalenae Virziliacensis ipsumque sub protectione b. Petri recipere. ii id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 92. — »Licet universa.«
» 14	»	* (5497b—25847) Pampilonensi episcopo mandat, ut procuratori magistri Willelmi scriptoris et familiaris sui patrimonium de Miranda (quod I. praedecessor eiusdem episcopi eidem Willelmo contulerat) cum universis fructibus hactenus perceptis ex eo integraliter assignet. ii id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 92. — »Etsi nos.«
		* *In eundem modum* Episcopo Oxomensi, ut ipsius patrimonii et eius fructuum detentores compellat ad ea omnia dicto scriptori resignanda.
» 14	»	* (5497c—25848) Abbatissae et conventui monasterii Fontis Ebraudi Pictavens. dioc. confirmat redditus, possessiones et libertates, quas Philippus rex Francorum eis contulit. ii id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 92. — »Iustis petentium.«
» 15	»	* (5498a—25849) Elnensi electo mandat, ut in quaestionibus secularibus quae in foro fuerint ecclesiastico infra Elnensem diocesim ventilatae »iuramenta calumniae faciat exhiberi, non obstante consuetudine terrae quod in causis secularibus iuramenta calumniae non praestantur.« Id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 92. — »Ex insinuatione.«
» 15	»	* (5498b—25850) Abbati monasterii b. Mariae Magdalenae Virziliacensis eiusque fratribus confirmat privilegia Leonis, Gregorii, Urbani, Eugenii *etc.* paparum eosque recipit sub protectione b. Petri. Id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 93. — »Religiosis votis.«
» 15	»	* (5498c—25851) Archiepiscopo Narbonensi concedit, ut in sua diocesi nuper ab haeresi expurgata possit excommunicatos absolvere. Id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 93. — »Cum interdum.«
» 15	»	* (5498d—25852) Archiepiscopo et archidiacono Redonensibus et sacristae S. Pauli Narbonensis mandat, ut heredes et executores testamenti P. dicti Pauci de Pirpian. cogant, ut usuras a dicto P. extortas restituant. Id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 93. — »Dilectus filius.«
» 15	»	* (5498e—25853) I. Bruxato Novariensi et M. Caroso Vercellensi canonicis laudat probitatem et mores R. canonici Vercellensis capellani sui: praecipit eis, ut illum in possessionem thesaurariae Vercellensis ecclesiae et praeposituræ de Badaloco Vercellens. dioc. inducant. Id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 94. — »Apostolicae sedis.«
» 15	»	* (5498f—25854) Praeposito Caminensi villas, clausuras et redditus de Labin cum omnibus pertinentiis ad eius praeposituram spectantibus confirmat. Id. Mart. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 94. — »Cum a nobis.«
» 15	»	* (5498g—25855) Praeposito et capitulo Caminensibus libertatem, quam principes seculares ipsis et eorum hominibus contulerunt, confirmat. Id. Mart. (a° 1°). ‖ Pressutti l. c. 94. — »Cum a nobis.«
» 17	»	* (5499a—25856) Decano, magistro G. ac F. canonicis Remensibus mandat, ut moneant episcopos et archidiaconos Remensis provinciae ac officiales eorum, ne fratres Praemonstratensis ordinis eiusdem provinciae contra indulta eis a sede apostolica concessa aggravent. xvi kal. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 94. — »Gravem quorundam.«
» 17	»	* (5499b—25857) Abbati et conventui de Belbog decimas de Trabetow ab episcopo Caminensi eisdem concessas, et de Belbog et de Cholm villas et alia bona a Bozlao et Hazimaro ducibus Pomeraniae collata confirmat. xvi kal. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 95. — »Cum a nobis.«
» 17	»	* (5499c—25858) Archiepiscopo et archidiacono Redonensibus et sacristae S. Pauli Narbonensis praecipit, ut quae de bonis Elnensis ecclesiae illicite alienata vel distracta fuerint, ad ius et proprietatem eiusdem legitime revocare studeant. xvi kal. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 95. — »Dilecti filii.«
» 17	»	(5499d—25859) Abbati S. Augustini Cantuariensis, qui tunc electus asserebat se ab archiepiscopo Cantuariensi sine professionis exactione benedici debere, intimat, se attendentem »quod aequius est parti ad deliberandum largiorem terminum indulgere quam litem breviandi praetextu procedere minus clare,« dicto archiepiscopo terminum adhuc duxisse indulgendum pro sufficienter ostendendo, quod abbas ei professionem facere debeat. xvi kal. Apr. a° 1° (*cf.* Pressutti l. c. 96). ‖ Decr. H-i lib. 2. tit. 4 *de dilat.* c. 2 ed. Cironius 109; *sine nota chronol. ibid.* 107. — »Cum olim inter.« *Deleatur* n° 7748.

1217.

Mart. 18 Laterani * (5500a — 25860) Consules et populum Montis Pessulani recipit in protectionem sub praestatione annui census. xv kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti Regesti 96. — »Iustis petentium.«

„ 18 „ Abbati et conventui Fontis Frigidi, *vid.* 1217. Mart. 25. nᵒ 5507 *et* Addenda.

„ 19 „ * (5500c — 25862) G. tit. S. Martini presbytero card. A. S. L. mandat, ut inquirat in petitionem decani et capituli ecclesiae Saresberiensis, ut sedes apostolica dignetur eis misericorditer providere super »eo quod ecclesia cathedralis quae infra Saresberiensem munitionis ambitum est constructa, tot subiacet incommoditatibus et pressuris, quod canonici et clerici in ea non possint sine magno corporis periculo residere.« xiv kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 96. — »Ex parte.«

„ 20 „ * (5502a — 25863) Episcopo Cenomanensi mandat, ut permittat Roberto paupero presbytero in diocesi Cenomanensi in susceptis ordinibus ministrare non obstante quod eo inscio a Lavellinensi et Rapollano episcopis in subdiaconatum et deinde gradatim in presbyterum se fecerat ordinare. xiii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 97. — »Constitutus.«

„ 20 „ * (5502b — 25864) Episcopo Macloviensi mandat, permittat ut Ruellanus pauper presbyter in diocesi Macloviensi libere ministrare possit, licet a Larinensi episcopo in subdiaconum et deinde gradatim in presbyterum promotus fuerit. xiii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 97. — »Constitutus.«

„ 20 „ * (5502c — 25865) Abbatibus Vallis Oleti et Sacmeniae Palentin. et Segubiens. diocc. et R. archidiacono Oxomensi committit iudicium causae dudum ortae inter b. m. G. Burgensem episcopum et clericos ecclesiae s. Mariae de Castro Sorit Burgens. dioc. xiii (kal.) Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 97. — »Ortam dudum.«

„ 20 „ * (5502d — 25866) Seguino Caminensi episcopo. *Subiungas quae* nᵒ *(5654) *leguntur; pro* absque nota chronol. *addas ex* Pressutti l. c. 98: »xiii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ« *et exordium* »Ex iuncto.«

„ 21 „ (5503a) *Huic numero subiungas illud regestum, quod* nᵒ 5653 *legitur et addas ex* Pressutti l. c. 98: »xii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ«, *qui autem praebet initium:* »Cum nos.«

„ 21 „ * (5504a — 25867) Tornacensi et Ambiensi episcopis et magistro B. canonico Ambianensi mandat, ut in ecclesia Insulensi Tornacens. dioc. praebendam quam magister A. Daniel de Gandavo tenuit, conferant magistro Petro clerico cancellariae apostolicae. xii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 98. — »Non debet.«

„ 21 „ * (5504b — 25868) De Locedio et S. Ianuarii abbatibus Vercellens. dioc. significat, sibi ab episcopo Vercellensi fuisse supplicatum pro licentia locandi permutandi ac etiam pignori obligandi aliquas ex possessionibus ecclesiae sibi commissae. Mandat eis, ut statuant quod utilitati eiusdem ecclesiae viderint expedire. xii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 98. — »Venerabilis.«

„ 21 „ (5504c — 25869) Maioris ecclesiae et S. Iohannis decano et magistro T. canonico S. Dionysii Leodiensibus. *Subiungas quae invenis in* nᵒ 7718 *et addas ex* Pressutti l. c. 99: »xii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ«.

„ 21 „ * (5504d — 25870) De Heremitis et de Monte s. Mariae abbatibus et praeposito de Oningin Constantiens. et Curiens. diocc. committit iudicium causae coram Innocentio III contestatae inter H. diaconum et Constantiensem praepositum »quod cum H. diaconus a F. rege Siciliae in Romanorum imperatore electo ad ecclesiam de Montigil in qua idem rex ius patronatus obtinet fuisset diocesano episcopo canonice praesentatus, dictus diocesanus reprobi Octonis timore vires adhuc in partibus illis habentis, qui postquam fuerat excommunicatione ligatus eidem praesentaverat praepositum antedictum ipsum admittens, eundem Henricum ad ipsam ecclesiam admittere recusavit.« xii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 99. — »In praesentia.«

„ 21 „ * (5504e — 25871) Capitulo Sipontino mandat, ut Andreae canonico basilicae Principis apostolorum restituant redditum annuum quinque unciarum auri quem V. eorum archiepiscopus eidem assignaverat; alias ab archidiacono Ascolano eos compelli faciet. xii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 99. — »Dilectus filius.«

* *In eodem modo* Archidiacono Ascolano.

„ 22 „ * (5504f — 25872) Archiepiscopo et capitulo Eboracensi mandat, ut inducant in corporalem possessionem praebendae vacantis Ermundum clericum et consanguineum Alebrandini S. Eustachi diaconi card.; alioquin ab episcopo Exoniensi et G. tit. S. Martini presb. cardinali A. S. L. inducetur. xi kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 100. — »Ecclesiae vestrae.«

„ 22 „ * (5504g — 25873) Abbati S. Humberti Leodiens. dioc. et S. Iohannis et S. Martini decano Leodiensi mandat, ut poenam canonicam infligant illis clericis, qui divina officia celebrare praesumpserant in terris A. de Hollandia eiusque fautorum excommunicationi et interdicto a Trevirensi archiepiscopo suppositis. xi kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 100. — »Dilectus.«

1217.

Mart. 22 Laterani * (5504h — 25874) Eisdem rogatu Lodovici comiti de Los crucesignati mandat, ut observari faciant sententias excommunicationis et interdicti, quas pro eo Trevirensis archiepiscopus in W. de Hollandia et fautores ipsius Traiectens. dioc. pronunciavit. xi kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti Regesti 100. — »Dilectus filius.«

„ 23 „ * (5504i — 25875) Hugoni episcopo Vercellensi confirmat constitutionem ab eo factam, qua statuit ut ad apostolicae sedis legatos per ipsius transeuntes diocesim melius procurandum certae procurationes per ecclesias diocesis colligantur. x kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 100. — »Nobis exponere.«

„ 25 „ * (5507) *Post* l. c. 116 *addatur:* Pressutti l. c. 96 *subiungit* xv kal. Apr. aᵒ 1ᵒ (*i. e.* Mart. 18) *et initium* »Iustis petentium«.

„ 29 „ (5507a — 25876) Magalonensi episcopo. *Subiungas quae* nᵒ 7804 *leguntur et pro* sine nota chronol. *addas ex* Pressutti l. c. 101: »iv kal. Apr. aᵒ 1ᵒ«.

„ 30 „ * (5507b — 25877) Archiepiscopo Narbonensi et Magalonensi episcopo mandat, ut consules et populum Pessulanum in tutelam a Romana ecclesia susceptos defendant. iii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 101. — »Cum dilecti.«

* *In eodem modo* Bituricensi episcopo.

„ 31 „ * (5507c — 25878) Populo de Cocoion mandat, ut recognoscant tamquam dominum Armaleonem comitem, cui castrum de Cocoion dederat in feudum. ii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 101. — »Cum castrum.«

„ 31 „ * (5507d — 25879) Dolensi Bituricensis diocesis et S. Augustini Lemovicensis abbatibus et priori Dolensi iniungit, ut observari faciant quod ab archiepiscopo Bituricensi et Aurelianensi episcopo in Grandimontensi ordine statutum fuit »Guidoni de Brasac et quibusdam aliis eiusdem ordinis perturbatoribus poenam infligentes.« ii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 101. — »Cum venerabilis.«

„ 31 „ * (5507e — 25880) Universis archiepiscopis et eorum suffraganeis per regnum Franciae constitutis mandat, ut quoties a priore Grandimontensi requisiti fuerint, ea quae ipsis per apostolicas literas concessa sunt, faciant in domibus ipsius ordinis illibata servari. ii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 101. — »Cum per reformationem.«

„ 31 „ * (5507f — 25881) Episcopo et capitulo Cameracensibus iniungit, ut admittant in canonicum magistrum Iohannem Ambianensem eique praebendam adsignent. ii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 101. — »Etsi provisionem.«

„ 31 „ * (5507g — 25882) Priori Grandimontensi concedit, ut cellas ordinis sui liceat opportunis temporibus visitare, corrigens et reformans, quod correctione ac reformatione indigere cognoverit. ii kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 102. — »Si ordinis.«

Apr. 1 „ * (5510a — 25883) Priori et fratribus Grandimontensibus mandat, ut procuratores domorum ordinis presbyteri et correctores praesentibus aliis fratribus in capitulo singulis diebus reddant in integrum de commissis sibi procurationibus rationem. Kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 102. — »Ubi temporali.«

„ 1 „ * (5510b — 25884) Universis clericis abbatiae Farfensis in Sabinensi diocesi constitutis confirmat sententiam Innocentii III inter Sabinensem episcopum et monasterium Farfense super ius episcopale promulgatam, in qua idem monasterium a subiectione quam ipse episcopus vindicare sibi praesumebat absolvit. Kal. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 102. — »In autentico.«

„ 4 „ * (5511a — 25885) Abbati et conventui monasterii Cornulii Praemonstr. ord. significat, se per eorum litteras intellexisse Petrum canonicum — qui in iuvenili statu in eorum ecclesia religionis habitum assumpserat ac postmodum ad saeculum rediens in eo se fecerat in accolytum et subdiaconum promoveri, inde ad quamdam domum ordinis s. Victoris de novo fundatam accesserat et in eadem ad diaconatum et sacerdotium promotus fuerat — iterum ad eorum ecclesiam esse reversum et humiliter a divinis abstinuisse: mandat eidem abbati, ut circa ipsum disponat, quod saluti eius noverit expedire. ii non. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 103. — »Per vestras.«

„ 4 „ * (5511b — 25886) Priori Grandimontensi adprobat statutum Innocentii pp. III, videlicet ut in quibusdam cellulis sui ordinis presbyter idoneus ordinetur qui sicut conversus de mandato prioris temporalium, sic ille spiritualium tam circa clericos quam laicos curam gerat *etc.* ii non. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 103. — »Olim felicis recordationis.«

„ 4 „ * (5511c — 25887) Petro Odorisii militi de S. Germano confirmat concessionem ei factam a S. Casinensi abbate construendi molendinum in solio (sic) suo de Ponte Rinulo, prout in instrumento publico inde confecto continetur. ii non. Apr. aᵒ 1ᵒ. ‖ Pressutti l. c. 103. — »Cum a nobis.«

„ 6 „ * (5511d — 25888) Abbati et conventui S. Salvatoris de Ficeclo confirmat sententiam Innocenti III, qui monasterium eorum specialiter ecclesiae Romanae subesse atque a dio-

1217.

cesanae legis onore contra episcopum Lucanum absolutum pronunciaverat. VIII id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 104. — »In autentico.«

Apr. 7 Laterani * (5511e — 25889) Priore Grandimontensi petente statuit, ut curatores domorum ordinis »bona temporalia recipiant et expediant et negotia tractent earumdem domorum de consilio sacerdotum eiusdem ordinis, collectores vero bonorum quae in ipsis domibus deponuntur sub ipsorum correctorum et curatorum custodia et cura consistant.« VII id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 104. — »Ex parte.«

» 8 » * (5513a — 25890) G. Bertulfi canonico Magalonensi indulget, ut promoveri ad praeposituram valeat, non obstante quod contra inhibitionem b. m. Albanensis electi tunc A. S. L. apud Bononiam studuerit. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 104. — »Solet annuere.«

» 8 » * (5513b — 25891) Abbati et yconomo S. Pancratii mandat, ut in controversia inter ipsos et Iohannem nurum Nicolai de Antonio pro (sic) se ipsumque Nicolaum et Agnetem uxorem Angeli de Tebaldo et Mariam Bellam uxorem Tebaldi fratris eius et ipsos Tebaldum et Agnetem viros earum Romanos cives vertente super quadam turri et casale quae olim fuerunt Montani de Scocta, nullam de cetero extra praefatum monasterium moveant quaestionem. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 104. — »Cum inter vos.«

» 8 » * (5513c — 25892) Episcopo Agathensi et Ermengaud decano S. Aegidii et archidiacono Lodovensi mandat, ut cogant Iohannem archidiaconum et alios canonicos ecclesiae Magalonensis, ne amplius molestent G. Bertulfi concanonicum, in ipsius ecclesiae praepositum electum, super irrigularitate in quam ipsi asserunt eum incurrisse. VI id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 105. — »P. et P. archidiaconi.«

» 9 » * (5514a — 25893) Iohanni episcopo Corotonensi utriusque linguae, graecae videlicet et latinae, peritiam habenti concedit, ut in utraque lingua in sua diocesi divina possit celebrare. V id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 105. — »Cum per Dei.«

» 11 » (5516) *Post* et 27 *addas:* Trombelli Mem. di S. Maria di Reno 385 in n° 18.

» 11 » * (5516a — 25894) Abbatissae et conventui Bononiensi Atrebatens. dioc. statutum de trigesimo numero monialium confirmat »nisi forte ipsius monasterii in tantum excreverint facultates quod plures ex illis valeant sustineri.« III id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 105. — »Cum a nobis.«

» 11 » * (5516b — 25895) Archipresbytero de Olubra Placentin. dioc. et praeposito S. Eufemiae Placentinae mandat, ut si eis constiterit hospitalem s. Helenae de Rotofredo eiusdem dioc. ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinere, electionem a fratribus dicti hospitalis de A. presbytero in ministrum eiusdem loci, dummodo canonice celebrata fuerit, confirment. III id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 106. — »Dilecti filii.«

» 11 » * (5516c — 25896) Magistrum et fratres hospitalis s. Thomae de Drincurt cum bonis omnibus sub apostolica protectione recipit. III id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 106. — »Iustis petentium.«

» 12 » * (5517a — 25897) Electo Elnensi concedit, ut non obstante constitutione Avinionensis concilii a b. m. Milone ecclesiae Romanae notario A. S. L. edita, suae iurisdictioni subiectos, qui perstiterint in excommunicatione contumaciter per sex menses, absolvere valeat. II id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 106. — »Cum interdum.«

» 12 » * (5517b — 25898) Hominibus de Petrognano rectorem praeficit R(ainerium) S. Mariae in Cosmedin diaconum cardinalem. II id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 106. — »Volentes.«

» 12 » * (5517c — 25899) Bugensi et Palentino episcopis et decano Palentino mandat, ut cogant regem Legionensem ad restituendum fratribus militiae s. Iacobi castra quaedam ab ipso occupata. II id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 106. — »Querelam.«

» 13 » * (5519a — 25900) Magistro R. Thean. decanatum ecclesiae Theanensis — qui tamdiu vacavit ut ad papam eius donatio fuerit devoluta — asserit. Id. Apr. (a° 1°). ‖ Pressutti l. c. 107. — »Si apostolicae.«

» 13 » * (5519b — 25901) Decano et capitulo S. Michaelis de Buccaleone Constantinopolitani adprobat numerum sexdecim canonicorum in eorum ecclesia constitutum per P. Albanensem episcopum tunc L. S. A. confirmatum: inhibet ne quis ad maiorem numerum eos compellat. Id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 107. — »Quanto specialius.«

» 13 » * (5519c — 25902) S. Mariae de Blacherna, S. Pauli et S. Georgii decanis Constantinopolitanis significat, se confirmasse compositionem inter decanum et capitulum de Buccaleone et abbatem monachosque S. Angeli Cisterc. ord. Constantinop. dioc. super monasterio s. Focae. Id. Apr. (a° 1°). ‖ Pressutti l. c. 107. — »Dilecti filii.«

» 13 » * (5519d — 25903) Decano et capitulo S. Michaelis de Buccaleone Constantinopolitanis confirmat monasterium s. Focardi »quod est inter Mazzacam et Tamusicos iuxta mare situm,« eis a B. tit. S. Susannae presb. cardinali A. S. L. donatum. Id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 107. — »Iustis petentium.«

1217.

Apr. 13 Laterani * (5519e — 25904) Eisdem adprobat compositionem super monasterio S. Focae inter ipsos et abbatem monachosque S. Angeli Cisterc. ord. Constantinop. dioc. initam et a P. Albanensi episcopo A. S. L. confirmatam. Id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 108. — »Iustis petentium.«

» 13 » * (5519f — 25905) Abbati et priori de Barbareio Baiocens. dioc. et R. archidiacono Baiocensi committit causam inter abbatissam et conventum monasterii Villaris et W. de Ochevillis presbyterum Rothomagensem super ecclesia de Ochevillis vertentem. Id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 108. — »Dilectae in Christo« (?).

» 13 » * (5519g — 25906) Magistrum Iohannem canonicum Ianuensem sub protectione recipit, ac specialiter ecclesiam s. Sixti Ianuensis, quam ex donatione abbatis et conventus Clusini obtinuit, ei confirmat. Id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 108. — »Sacrosancta Romana.«

» 13 » * (5519h — 25907) Regem Thessalonicensem eiusque regnum in protectionem suscipit. Id. Apr. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 108. — »Dilecti filii.«

(» 14) (») (5520) *Post* l. c. 1575 *addatur: italice* Peruzzi Storia d'Ancona I. 365, *sed dat.* Aug. 14.

» 14 » * (5520a — 25908) I. tit. S. Praxedis presb. cardinali A. S. L. scribit, se Thessalonicensem regem recepisse in protectionem et ideo ei a subditis praestari faciat fidelitatem. XVIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 108. — »Et puerilis.«

» 16 » * (5521a — 25909) Omnibus praesentem paginam inspecturis fidem facit, quatenus rex Thessalonicensis a Constantinopolitano imperatore fuerit de quibusdam iuribus investitus. XVI kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 108. — »Ad communem.«

» 16 » * (5521b — 25910) Eustachio canonico S. Andreae concedit, ne quis in eum suspensionis vel excommunicationis sententiam absque manifesta et rationabili causa promulget. XVI kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 109. — »Solet annuere.«

» 17 » * (5523a — 25911) Salinguieriae de Ferraria significat, se Carpum et Monbaraconem, quae cum quibusdam aliis de podere comitissae Matildis Innocentius pp. concesserit in feudum Mutinensibus, ei custodienda commisisse. XV kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 109. — »Quoniam.« *Sed cf.* n° 5523.

» 17 » * (5523b — 25912) Abbati S. Petri Corbeiensi, cuius ecclesiam ad ius et proprietatem apostolicae sedis pertinere asserit, concedit usum mitrae et annuli. XV kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 109. — »Ad ecclesiastica.«

» 17 » (5523c — 25913) Episcopo Calvensi et magistris I. et W. canonicis Suessanis. *Subiungas his verbis, quae* n° 7794 *leguntur, et addas ex* Pressutti l. c. 109 *pro* sine nota chronol. *dat.* XV kal. Mai. a° 1°.

» 17 » * (5523d — 25914) Magistro Roberto Theanensi canonico Capuano asserit ecclesiam s. Leucii de Capua. XV kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 109. — »Illa tuae.«

» 17 » * (5523e — 25915) Tarvisino episcopo et abbati S. Thomae de Torcello scribit, E. quondam abbatem conventus de Vagadicia Camaldul. ord. papae exposuisse, se ab H. marchione Estensi monasterio suo contra iustitiam spoliatum esse. Quare ipsis se dedisse literas ut restituto eodem causam ipsam audirent: verum, ait, ab Innocentio III ipsum amotum esse et praedictum E. falsitate suggesta et abdita veritate ad ipsos huiuscemodi a se litteras impetratas. Mandat eis ut, cum mandax precator carere debeat impetratis, in irritum revocent quidquid occasione litterarum huiuscemodi statutum fuerit. XV kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 110. — »Dilecti filii.«

» 20 » * (5526a — 25916) Magalonensi episcopo mandat, ut homicidas pacis perturbatores in Monte Pessulano compescat. XII kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 110. — »Cum sicut.«

» 20 » * (5526b — 25917) Episcopo, magistro I. de Hedun et S. Lisdesia canonico Dalcheldensi (?) nuntiat, se prohibuisse ne quis in Eustachium canonicum S. Andreae de Scotia suspensionis vel excommunicationis sententiam promulget: eis de hac re mandata dat. XII kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 110. — »Cum auctoritate.«

» 21 » (5527) *Post* fragm. *addatur: cf.* Pressutti l. c. 111, *ubi initium* »Si iuxta verbum.«

* *In eodem modo* Comitibus, baronibus et universis fidelibus apud Constantinopolim — nec non Potestati Venetorum — Miloni de Bradantia butticellario imperii — Gaufrido principi Achaiae senescalco imperii — Comiti Bertoldo baiulo regni Thessalonicensis — Nicolao de S. Audemario — Comiti Maio, Narioth Dominis Nigripontis — Patriarchae et — Imperatori CP. ‖ *Ibid.* 112.

» 21 » (5528) *Post* § 70. 71 *addatur:* Shirley Royal letters I. 529. n° 3.

» 21 » * (5528a — 25918) Priorem et conventum Maioris Malverniae Vigorniens. dioc. nec non omnia bona eorum sub b. Petri protectione recipit. XI kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti n° 111. — »Sacrosancta Romana.«

» 21 » * (5528b — 25919) P. rectori S. Martialis de Arsatio ecclesiam s. Martialis de Arsatio confirmat. XI kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 111. — »Iustis petentium.«

1217.

Apr. 21 Laterani * (5528c—25920) L. presbyterum et fratres eius de Sancto Helia cum bonis sub protectione recipit. XI kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 111. — »Sacrosancta Romana.«

„ 22 „ * (5528d—25921) Episcopum Florentinum redarguit, quod praesente legato sedis apostolicae in Thuscia capitulum Pisanum ad concilium convocaverit. X kal. Mai. (a° 1°). ‖ Pressutti l. c. 111. — »Quanto gratissimum.«

„ 22 „ * (5528e—25922) Bartholomaeo quondam episcopo Cardicensi indulget, ut possit cum indumentis pontificalibus pontificale officium exercere. X kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 112. — »Licet.«

„ 22 „ * (5528f—25923) Amalphitano archiepiscopo concedit, ut ei liceat secundum constitutiones canonicas subiectam sibi provinciam visitare. X kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 112. — »Cum vigilare.«

„ 22 „ * (5528g—25924) Priori Glastoniensi et R. de Limisia canonicis Oxoniensibus mandat, ut inducant M. de Summa subdiaconum suum in praebendam Chisengo quae fuit W. quondam Mediolanensis archipresbyteri. X kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 112. — »Licet apostolicae.«

„ 22 „ * (5528h—25925) Archiepiscopo Thyrensi concedit facultatem dispensandi cum abbatibus, presbyteris parochialibus, et clericis inutilibus negotio Terrae sanctae, nec non cum mulieribus crucesignatis. X kal. (Mai.) a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 112. — »Gaudeamus.«

„ 24 „ * (5529a—25926) S. Germani de Pratis et S. Genovefae abbatibus significat, Petrum natum regis Francorum, non obstante quod de non legitimo matrimonio dicatur procreatus, ad quodlibet beneficium praebendale posse assumi. VIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 113. — »Apostolicae sedis.«

„ 24 „ * (5529b—25927) I. tit. S. Praxedis presbytero cardinali A. S. L. de eius legatione et officio in Constantinopolitano imperio. VIII kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 113. — »Speramus.«

„ 24 resp. 25 „ (5532a—25928) A(lberto) archiepiscopo Magdeburgensi petente statuit, ut terra, quam ille in Livonia suis et suorum sumptibus et laboribus ad Christi fidem converterit, Magdeburgensi ecclesiae metropolitico iure subsit. VII (VIII *Press.*) kal. Mai. a° 1°. ‖ Geschichts-Blätter für Stadt u. Land Magdeburg VIII. (Magdeb. 1873) 319 ex cod. lat. 3934 biblioth. Paris. nation.; *cf.* Pressutti l. c. 113. — »Considerantes devotionis fervorem« (*Pressutti incip.* »Speramus«).

„ 25 „ * (5532b—25929) Magistro et fratribus hospitalis s. Antonii Viennens. dioc. ecclesiam Mammingen a Friderico rege Siciliae in Romanorum imperatorem electo et a Sifrido episcopo diocesano eis donatam confirmat. VII kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 113. — »Iustis petentium.«

„ 25 „ * (5532c) Repetit n° 1263 d. d. 1201. Febr. 3: VII kal. Mai. a° 1°. ‖ Sitzungsber. der Wiener Akad. d. Wissensch. Phil.-hist. Cl. XXVII. 31. not.

„ 26 „ * (5535a—25930) Gervasio archidiacono Nivernensi concedit, ut ad residentiam in Nivernensi ecclesia non compellatur. VI kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 113. — »Nobis exponere.«

„ 27 „ * (5536a—25931) I. ministro S. Thomae de Formis ordinis s. Trinitatis Captivorum ad exemplum Innocentii III confirmat permutationem, quam cum abbate et conventu Criptae Ferratae de quadam terra prope castrum de Paulo et quadam vinea in Urbe fecit. V kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 114. — »Solet annuere.«

„ 28 „ * (5536b—25932) Capitulo, clero et populo civitatis et diocesis Osnaburgensis concedit, ut, cum G. eorum episcopus ad Bremensem ecclesiam postulatus et iam palleum pro ea adeptus fuerit, alium in pontificem eligere sibi possint. IV kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 114. — »Ex parte.«

„ 28 „ * (5536c—25933) Archiepiscopo Parmensi mandat, ut praeposituram ecclesiae Burgensis Parmens. dioc., quam tenuit episcopus Vercellensis, Guidocto de Sesso ipsius loci canonico conferat. IV kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 114. — »Supplicatum.«

„ 29 „ * (5538a—25934) Episcopo et abbati et priori S. Martini Tornacensis mandat, ut de tribus praebendis in ecclesia s. Petri de Insula unam nepoti b. m. episcopi Portuensis, alteram magistro Petro clerico cancellariae apostolicae, tertiam magistro Stephano conferant. III kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 114. — »Dilecti filii.«

„ 29 „ * (5538b—25935) Hugonem abbatem monasterii s. Germani Parisiensis eiusque fratres ad exemplar Paschalis, Innocentii, Lucii, Eugenii *etc.* Romanorum pontificum sub b. Petri protectione recipit: libertates et dignitates a Childeberto et Clotario regibus Francorum concessas eis confirmat *etc.* III kal. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 114. — »In eminenti.«

Mai. 2 „ * (5540a—25936) Priori et fratribus Dunelmensibus ad exemplar Alexandri pp. indulget, ut eorum monasterium cum omnibus bonis sub b. Petri protectione constituatur. VI non. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 115. — »Apostolicae sedi.«

1217.

Mai. 2 Laterani * (5540b—25937) Archipresbytero de Nigraria Veronens. dioc. mandat, ut decidat super causa C. T. et D. clericorum ecclesiae s. Mariae de Ripa exponentium »quod cum R. archipresbyter ipsius ecclesiae ad recipiendos sacros ordines coartaret, ac iidem propter quamdam occultam causam reputantes ipsis ordinibus se indignos, Tridentino episcopo occulta suorum cordium humiliter sunt confessi, dictus episcopus confessionem eorum publicans inhoneste officiis beneficiisque suspendit, et suspensos (ad papae) duxit praesentiam destinandos.« VI (non.) Mai. a° 1°. ‖ Pressutti Regesti 115. — »Dilecti filii.«

„ 2 „ * (5540c—25938) Priori et conventui monasterii s. Crucis Colimbriensis indulget, ut excessus clericorum eorum ecclesiarum privilegio sedis apostolicae exemptarum corrigere valeant. VI (non.) Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 115. — »Solet annuere.«

„ 3 „ * (5540d—25939) W. laico nepoti B. tit. S. Stephani in Coelio Monte presbyteri cardinalis adprobat annuum redditum decem librarum pruveniensium ei ab abbate Virziliacensi concessum. V non. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 116. — »Iustis petentium.«

„ 3 „ * (5540e—25940) Archipresbytero de Intraduomaria Burdegalens. dioc., cantori S. Andreae et sacristae S. Severini Burdegalensis mandat, ut corrigant et reforment conventum S. Iacobi Burdegalensis, ubi referentibus W. Hurt, Vitali aliisque fratribus ipsius domus magna confusio exorta sit. V non. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 116. — »Ex insinuatione.«

„ 3 „ * (5540f—25941) Diacono de Corbolio Aurelianensi canonico indulget, ut nemo in ipsum nisi de speciali mandato apostolicae sedis excommunicationis sententiam possit promulgare. V non. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 116. — »Auctoritate praesentium.«

„ 4 „ * (5540g—25942) Priori et conventui Dunelmensibus ecclesias de Acle, de Pitinduno, de Brargkistin et de Hedeyingham, nec non libertates, immunitates et antiquas rationabiles consuetudines confirmat. IV non. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 116. — »Iustis petentium.«

„ 6 „ * (5542a—25943) De Sibotone et de Leistone abbatibus et priori de Bliburg Norwicens. dioc. mandat, ut inquirant et rescribant de P. archidiacono Lincolniensi, qui insufficientia et inhonestis moribus accusatur. II non. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 117. — »Gravem dilectorum.«

„ 10 „ * (5544a—25944) Universis fidelibus suis per Thusciam constitutis permittit, ut senatori et civibus Romanis propter Terram sanctam moderatum auxilium conferant. VI id. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 117. — »Plerumque.«

„ 10 „ * (5544b—25945) Abbati S. Vedasti, decano Atrebatensi et Philippo electo in praepositum Insulensem Tornacens. dioc. exponit causam inter archiepiscopum Remensem et Suessionensem, Belvacensem, Noviomensem, Atrebatensem, Ambianensem, Cameracensem, Laudunensem, Tornacensem nec non Morinensem episcopos suffraganeos eius super violatione iurisdictionis, de qua idem archiepiscopus et episcopi praedicti mutue se accusant. Mandat, ut archiepiscopus illam »possessionem iurisdictionis obtineat, quam antequam litterae illae (propter quas dicit iurisdictionem turbatam esse) mitterentur, habebat;« ita quod nec per litteras illas, quas penitus revocat, nec per alias eius possessio perturbetur; deinde praecipit ut idem archiepiscopus infra octavam nativitatis dominicae in Terrae sanctae subsidium iter arripiat. VI id. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 117. — »Conquerente.«

„ 11 „ * (5548a—25946) Episcopo et archidiacono Briocensibus et subdiacono S. Hilarii Pictavensis mandat, ut officium visitationis ab Innocentio III iam commissum abbati de Tenallia et collegis ipsius super ecclesia s. Petri de Mansiaco in spiritualibus et temporalibus valde collapsa adimpleant, eamdemque tam in capite quam in membris reforment. V id. Mai. a° 1°. ‖ Pressutti l. c. 117. — »Dilecti filii.«

